8
S I
47

11 [illegible] 41. 7-2-2.

[illegible]

de B[illegible]to
Sermoni
Quadrage
Tom. 2.

Digitized by Google

MARIALE;
SEV SERMONES DE BEATISSIMA VIRGINE MARIA,

8-8-I-44

AC DE EIVS EXCELLENTIIS,

NON MODO PER SINGVLAS EIVS FESTIVItates; ſed & per omnia anni Sabbata, ad concionandum accommodati.

AVCTORE

VENERABILI, ET ERVDITISSIMO VIRO F. Bernardino de Buſto, Ord. Min. S. Franciſci de Obſeruantia.

QVOD QVIDEM PEREGREGIVM OPVS NON ſolum Verbi Dei Concionatoribus, & Parochis; ſed & omnibus ſacræ Theologiæ ſtudioſis ſummam afferet vtilitatem.

NVNC PRIMVM EX ANTIQVA IN HANC emendatiorem, ac luculentiorem formam reſtitutum; ac locupletiſſimo Indice ornatum.

TOMVS TERTIVS.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Sumptibus Antonij Hierati, ſub Monocerote.
ANNO M. DC. VII.

8.8.I.47

Digitized by Google

SVMMA BREVIS
DVODECIM PARTIVM
PRINCIPALIVM, AC SEXAGINTARIVM SERMONVM HVius operis,

QVOD MARIALE APPELLATVR.

IN *prima parte agitur de Immaculata Conceptione B.V. qua noue continet Sermones.*

In primo Sermone diſputatur, ac defenditur ſanctiſsimam Virginem abſque peccato originali conceptam eſſe, vbi etiam nonnulla de hominis conceptu; ac de peccato originali traduntur.

In ſecundo Sermone adhuc de ea diſputatur, ac veritas comprobatur ratione, & auctoritate.

In tertio Sermone exponuntur præcipuæ auctoritates ſcripturæ, & patrum, quæ videntur obeſſe ſanctiſsimæ Conceptioni B. Virginis.

In quarto nonnulla aduerſariorum argumenta confutantur, & veritas confirmatur auctoritate Doctorum Scholaſticorum.

In quinto Sermone afferuntur rationes, teſtimonia Sanctorum, & figuræ ex ſcriptura pro eadem Conceptione.

In ſexto Sermone pro eadem Conceptione adducuntur rationes, ſcripturæ auctoritates, exempla, & ſimilitudines.

In ſeptimo Sermone multa alia argumenta, miracula, reuelationes, ac fructus eiuſdem Conceptionis recitantur.

In octauo Sermone, quindecim alijs rationibus, Doctorum auctoritatibus; ac miraculis, ea fulcitur.

In nono Sermone demonſtratur adhuc prædicta immaculata Conceptio aliquot alijs fundamentis; varijs doctorum auctoritatibus; ac miraculis.

IN SECVNDA *parte principali tractatur de ſacratiſsima Virginis Mariæ Natiuitate: quæ quinque continet Sermones.*

In primo Sermone, eius neceſsitas, nobilitas, ac iucunditas oſtenditur.

In ſecundo Sermone examinatur genealogia Mariæ deſcripta Matthæ. 1. & Lucæ 3. Nonnulla circa eam dubia ſoluuntur; ac explicatur quare B. V. dicatur liber.

In tertio Sermone nonnulla ſub figura creationis mundi dicuntur de creatione B. Virgin. & de eius prænunciatione, ac parentum, & angelorum gaudio in eius ortu.

In quarto Sermone agitur, tum in genere, tum

in particulari de eius pulchritudine corporali.

In quinto Sermone, decem huius diuinæ ſponſæ conditiones enarrantur, & explicantur.

IN TERTIA *parte principali agitur de glorioſa matris Dei Nominatione; quæ ſex continet ſermones.*

In primo Sermone, ex quinque litteris nominis (Maria) quinque proprietates, totidem figuræ, ac quinque eius in nos beneficia explicantur.

In ſecundo Sermone, nominis Mariæ ratio, deriuatio, & interpretatio aſſignatur.

In tertio Sermone quinque Mariæ excellentiæ explicantur ex eiuſdem nominis litteris deſumptæ.

In quarto Sermone, quinque eius prærogatiuæ explicantur ex eodem nomine.

In quinto Sermone, quinque aliæ prærogatiuæ B.V. explicantur.

In ſexto Sermone, oſtenditur quomodo B.V. dicatur ſtella, & hac ratione quomodo nonnulla ei attributa applicentur.

IN QVARTA *parte principali tractatur de vita, & conuerſatione B.V. & continet duodecim ſermones.*

In primo Sermone tractatur de Mariæ præſentatione in Templo, ad eius quindecim gradus aſcenſione, ac eiuſdem conuerſatione.

In ſecundo Sermone, agitur de tribus virtutibus Theologicis B.V.

In tertio Sermone, de quatuor virtutibus Cardinalibus B.V. tractatur.

In quarto Sermone, agitur de tribus alijs virtutibus Mariæ, ſcilicet oratione feruenti, profunda humilitate, & incomparabili virginitate.

In quinto Sermone, agitur de Dono Sapiētiæ, & Intellectus B.V.

In ſexto Sermone, agitur de alijs quinque donis Spiritus ſancti, quæ fuerunt in Beata Virgine.

In ſeptimo Sermone, agitur de octo beatitudinibus, quæ fuerunt in B.V.

In octauo Sermone, agitur de duodecim fructibus, qui fuerunt in B.V.

In nono Sermone, tractatur de gratijs gratis datis B.V.

In decimo Sermone, agitur de eiuſdem B. Virginis ſanctitate, de peccati immunitate, impeccabilitate, puritate, & meritis.

In vndecimo Sermone, agitur de ſacramentis Eccleſiæ, quæ recepit B.V.

In duodecimo Sermone, agitur de veritate deſponſationis; de eius cauſa, ac de ætate B.Virg.

IN QVINTA *parte principali tractatur de Annunciatione Beatiſſimæ Virginis, & de Incarnatione filij Dei in ea: quæ duodecim continet ſermones.*

In primo Sermone, agitur de poſſibilitate vnionis Diuinæ naturæ cum humana in vnitate ſuppoſiti; de neceſſitate Incarnationis filij Dei; & eius cauſis.

In ſecundo Sermone, tractatur de differentia Chriſti Conceptionis & noſtræ; de congruitate Chriſti Incarnationis ex fœmina; de iocunditate annunciationis, & eius tempore.

In tertio Sermone, agitur de Angeli Gabrielis miſſione: de B.V. occupatione tempore ſalutationis; ac de collocutione eiuſdem cū Angelo.

In quarto Sermone, diſputatur primum, num ſi homo non peccaſſet, filius Dei incarnatus fuiſſet. tum de Incarnationis fructibus pertractatur.

In quinto agitur de aſſumptione humanæ naturæ à Deo, magis quam angelicæ: de eiuſdem reparatione, & à quo effecta ſit Incarnatio filij Dei.

Digitized by Google

In ſexto, contemplatur auctor modum determinationis diuinæ circa Incarnationem: Item quibus virtutibus aſſociatam inuenerit Angelus B. Virginem: ac demum oſtendit quàm mira fuerit ipſa incarnatio.

In ſeptimo, per illa verba ſalutationis Angelicæ (Aue Maria gratia plena) oſtenditur B. V. fuiſſe exemptam ab omni uę, & plenam omni gratia.

In octauo, agitur de habitatione Dei in B. V. & eius benedictionibus; prout verba illa, (Dominus tecum, benedicta tu) ſignificant.

In nono Sermone, oſtenditur B. V. conſecutam fuiſſe alias benedictiones in ſcriptura contentas, idque confirmatur ex declaratione benedictionum Balaam, datarum populo Iſrael.

In decimo Sermone, applicantur B. V. benedictiones datæ per Moyſen filijs Iſrael, & præterea agitur de benedictione fructus ventris ipſius B. V.

In vndecimo, afferuntur excellentiæ ſanctiſſimi nominis Ieſu.

In duodecimo explicatur, cur verbi ſe ancillam appellauerit B. V. quomodo in ſalutatione angelica commendetur; quis dignè dicat Aue Maria: & cuius conditionis ſit huiuſmodi ſalutatio.

IN SEXTA parte agitur de Benedicta Virginis Mariæ viſitatione: quæ duos continet Sermones.

In primo Sermone, exponitur tum litteraliter, tum moraliter Euangelium occurrens Luc. 1.

In ſecundo, tractatur de excellentia Cantici B. V. de eius canendi modo, ac cauſa; & exponitur ipſum Canticum.

IN SEPTIMA parte, agitur de Beata Virginis Parturitione, quæ quinque comprehenditur ſermonibus.

In primo Sermone, referuntur prophetiæ: prodigia: Miracula; ac conſolationes de Chriſti ortu habita.

In ſecundo, agitur de congruitate temporis, ac loci Chriſti naſcentis, de eiuſdem paupertate; ac demum ad tria quæſita reſpondetur.

In tertio, agitur de noſtra & B. V. exultatione in Chriſti ortu, de certitudine eiuſdem de ſuo partu, & de eius vtilitatibus.

In quarto, oſtenditur quomodo B. V. dicenda ſit Chriſti mater, & è contra Chriſtus eius filius: & qua ratione id meruerit.

In quinto, agitur de conditionibus partus Virginei: commendantur venter, & vbera B. V. oſtenditur omnibus fuiſſe præſignificatam Chriſti Natiuitatem: afferuntur inducentia filium Dei, vt in mundum veniret: ac demum nonnulla moraliter exponuntur in Euangelio.

IN OCTAVA parte tractatur de Benedicta matris Dei purificatione: quæ duos continet Sermones.

In primo Sermone, explicatur ritus candelarum: redditur ratio præcepti præſentationis pueri in Templo quadrageſimo die. Item cur B. V. cùm non indiguerit purificatione, vt oſtenditur, voluerit tamen purificari.

In ſecundo, exponitur primum moraliter Euangelium hodiernum; deinde agitur de Chriſti, & Beat. Virg. ſubiectione in hodierna præſentatione; tum myſtice declaratur hoc myſterium, & quando eius feſtum fuerit inſtitutum, ac denique agitur de conſolatione Beat. Virg. & Simeonis exultatione.

IN NONA parte, agitur de Beat. Virg. aſſimilatione, & continet quatuor Sermones.

In primo Sermone, enumerantur quindecim aſſimilationes B. V. & fusè explicantur.

In ſecundo Sermone, oſtenditur primum in creatione Mariæ multa Dei attributa relucere:

Digitized by Google

lucere : deinde quindecim alia aſsimilationes explicantur.

In tertio, exponuntur ſeptem alia ſimilitudines pro B.V.

In quarto, octo adhuc ſimilitudines afferuntur de B.V.

IN DECIMA *parte tractatur de compaſſione, & de gaudio B.V. quæ continet duos Sermones.*

In primo Sermone agitur de veritate doloris ac planctus B.V. de eius cauſis; & multiplicitate.

In ſecundo Sermone, agitur de ſeptẽ gaudijs B.V. de quibus communiter ab Eccleſia laudatur.

IN VNDECIMA *parte, agitur de Aſſumptione Glorioſæ Virginis Mariæ : & duos continet Sermones.*

In primo Sermone, agitur de cauſis deſiderij B.V. cum filio aſcendendi : Item aſſignantur multæ rationes, cur non fuerit aſſumpta cum filio: tum de eius morte, reſurrectione glorioſa quoad corpus; & ſumma in eius aſſumptione iubilatione.

In ſecundo Sermone, agitur primo de optima parte; quam elegit ſibi Maria: contemplatur deinde auctor quædam in aſcenſu B.V. per loca elementorum, per cœlos, per choros beatorum, ac per ordines Angelorum; & obuiationem ei factam à tota cœleſti curia : Item oſtendit aſſumptionem fuiſſe manifeſtatam Dauid; & Ioanni: ac denique de eius ſublimitate agit: ac rationibus eam probat.

IN DVODECIMA *& vltima parte tractatur de Beatiſſima Virginis Mariæ coronatione, ſiue glorificatione, quæ duos complectitur Sermones.*

In primo Sermone oſtenditur Beat. Virgin. iure fuiſſe Reginam mundi: deinde explicatur qualitas, & ſignificatio eius coronæ & diadematis; ac demum agitur de Corona illa in memoriam B.V. inſtituta, quam illi fideles faciunt, recitando certum numerum Pater noſter, & Aue Maria.

In ſecundo Sermone, contemplatur auctor glorioſam Coronationem Mariæ in cœlis factam; deinde refert eius excellentias: ac denique agit de eius corona ex 63. lapidibus pretioſis confecta.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX COPIOSVS, COMPLEctens fideliſſimè omnia quæ in hoc Tomo tertio, ſiue parte Mariali continentur.

A.

Abigail habuit ancillæ bonæ conditionē ſecundam pag 460.col.2
Abſtinentia,quadruplex.234 2.
Abyſſus peccatum ſignificat.48 1.
Achates.843.2
Adam habebat in ſe totam poſte itatem ſeminaliter & radicaliter.8 1. niſi peccaſſet, an Chriſtus incarnatus fuiſſet pag.379.1. & ſequen.
Adæ & Euæ benedictiones.428 2.
in Adamo Chriſtus ſecundum ſubſtantiam tantùm corpoream,818 1.
Adamas,843.1
Aeris proprietates applicantur B. Virgini. 768. col.1.
Aether quid.778.2
Agnus denotat Chriſtum.643.2
Alabandina. 844.1.
Alabaſtrum 843.1.
Alectorius 845 1
Amathites 845.1
Amethyſtus 843 2.
Amor vbi maior,ibi maior dolor,697.2
Ancillæ bonæ cōditionem primam habuit Heſter,460.1 Secundam Abigail, Tertiam Iudith.ibid. Quartam præcipuè Maria virgo, 461.1
Angelicam ſalutationem dicentium indulgentia,807 2.
Angelus quare ceciderit irreparabiliter, homo vero non,245.2
Angelus Mariam inuenit orantem 374. 1. quare in veſte candida & fulgida apparuit,375.2. bonus à malo qui dignoſcatur 376 2
Angeli dictum, Gratia plena, comprehendit omnem gratiam.43.2. Dominus tecum exponitur.ib d.
Angeli miſſionis ad Mariam conuenientia.363. 1.& ſequ.
Angelo fuit merendi ſtatus præfixus,390 2. Et merendi breue tempus præfixum, longum verò homini.391 2
Angeli Dei montes 14 2. dicuntur ſtellæ 194 1. multipliciter hominem cuſtodiunt.783.1 Et eius iuſtificationem procurant. ibid.2. hominem conſolantur,784.1. Et orationes eius offerunt Deo.ibid.
Angelorum quomodo Chriſtus mediator, 35. col 2
Anima rationalis quando infundatur, 6.2. humana gratiæ & gloriæ capax eſt, quatenus eſt imago Trinitatis,82.1. exuta corpore, memor eſt geſtorum in corpore,105.1
Anima electi, Hieruſalem,608 2. reprobi, ciuitas Babylonis.608 2.
Animæ corporisque glorificatio figurata, 791. col.2.
de Annuntiatione B virginis.344. 1
Annuntiatio eſt principium omnium feſtorum 344.1. iucunda mūdo, & ſanctis patribus, 358 2 Mariæ virgini,379.1
Annunciationis iucunditas,358 1
Anſelmus ad B. Virginem, 510. 2. de doloribus Mariæ,679 2 de B. virgine, à Chriſto aſcendente non aſſumpta, 734 1. de Mariæ ſublimatione,746.1 de Mariæ honorifica aſſumptione,752 1
Anſelmi deprecatio ad B. virginem pro noſtra ſalute,754 1
Antonin. pro immunitate B. Virginis ab originali culpa 478.2
Apoc. locus exponitur, Mulier amicta, & c. 114. 1. Hæc dicit primus, & c 103.1
Apocrypha ſcripta,736 1
Apoſtoli cuiuſque ſingulares virtutes, 781.colum.2.
Apoſtolorū negationis in Chriſti paſſione, tres gradus,470.2
Aptyctos,844 1
Aqua gratiæ deſcendit & aſcendit,649.1
Aquæ proprietates,767 1
Aquarum fons in oleum conuerſus,503 2
ab Aquilone pandetur omne malum,199.1
Archangelorum officium,784.2.856 1
Arcturus quid,775.2.
Argyritis,844.2
Asbeſtus,843.2
Aſcenſus noſtri gradus quindecim ad vitā perfectam,206 2
Aſer benedictio exponitur,414 1. Qui mortum ſignificat iuſtificationem,ibid.2.
Aſini & bouis prod gium,504 1.

Aſſum-

Digitized by Google

Aſſumptionis Mariæ feſtum, reliquis præcellit, & cur. 756.1
Aſteria, 845.1
Aſtroites, 844.2
Auguſtinus extollit natiuitatem Chriſti, 512.1
Aurpigmentum, 843.1

B.

Babylonis ciuitas, anima reprobi, 668.2
Balaam benedictiones, 435.2. Prima, ibid. Secunda, 436.1 Tertia, ibid. 2. Quarta, 437. colum. 1.
Balſamum verum, & purum à mixto dignoſcitur, 592.2
Balſami arbor, tota medicinalis, 591.2 Fructus 591.1 Falſificatio ibid. 2
Beati minimi amor in B. Virginem, maior eſt amore omnium beatorum inter ſe, 813.2
Beatiores alijs alij, aut æquales in cælo, quomodo, 813.2
Beatitudo triplex hominis, 382.2
Beatitudo ſignificata per coronam 12. ſtellatũ, 793.1
Benedictio Adæ & Euæ. 428.2. Iacob. 429.1 Iudæ 430.2 Zabulon 432.1. Iſſachar ibi 2 Dan. 433.1. Gad ibid. Nephtalim, ibid 2. Ruben. 439.1 Iudæ, & Leui. ibid. 2 Beniamin, & Ioſeph. 440.1 Gad. ibid 2. Nephtalim, & Aſer, 445.1
Benedictio fœcunditatis, 426.2
Benedictionis ratio quadruplex. 426.1.
Benignus quis dicatur 298.2
Bernardus extollit nomen Ieſu, 459.1
Bernardi planctus de paſſione domini. ibid. col. 2
Beryllus, 845.2
Bibliorum tranſlatio per 72. interpretes, 572. colum 1
Bibliotheca Ptolomæi. 572
Blancæ reginæ dictum. 36.1
Bouis & aſini prodigium, 504.1
Brachium patris, eſt filius, 491.1
Brigittæ facta reuelatio, 62.1

C.

Cæcitatis in anima & corpore curatrix Maria, 845.2
Cælum cryſtallinum, vnde ſic dictum, 776.1. Empyreum quid, 777.1.
in Cælo quomodo alij beatiores, aut æquales. pagin. 813. colum. 2.
Cæſaris edicto quare voluit obedire Maria virgo, 518.1
Calculus, 846.2
Caluariæ montis à ſepulchro Chriſti diſtantia. 704.1
Candelæ accenſæ in manibus fidelium repræſentant B. virginem, 566.1. portantur accenſæ in Purificationis feſto, quatuor ob cauſſas, 548.2. vt mutaretur idolorum ritus, ibidem. vt B. Virginis puritas oſtenderetur: hodierna præſentatio recoleretur: denique, vt inſtrueremur 549.2
Canticum 7. gaudia continens, 708.1
Canticum, Nunc dimittis, exponitur, 564.1. Magnificat ex quatuor efficitur magnificum 479.1. præfertur multis ſac. ſcripturæ partib. ibid 2
de Cantici, Magnificat, excellentia, 473.2. & ſequen. Et quid in eo deſcribatur, 474.2. dicitur, Canticum nouum, 475.1 in illud expoſitio Gerſonis, ibid. Antecellit alias orationes poſt Dominicam, 476.1
in Cantico Magnificat cur Dominum dicit B. V. non Deum, non ſponſum, filium, aut patrem. 479.1
Canticorum locus exponitur, Quam pulchri, &c. 102.2 Nigra ſum, &c. 114.2. Item, Nolite me conſid. ibid. Hortus concluſus, &c. 140.1 Dum eſſet rex. &c. 218.2 Item, Quæ eſt iſta, &c. ibid. Meliora ſunt vb. &c. 536.2. Quæ eſt iſta, &c. 594.2. Dum eſſet rex, 598.2 Iam enim hyems &c. 829.1
Canticorum illud, Tota pulchra es, &c. Mariæ ſoli conuenit inter creaturas rationales. 133. col. 2
Carbunculus, 847.1
Caſtitatis tres partes, cum triplici fructu, 757. col. 2.
Cauma, 853.2
Cauſſarum ſecundarum ordini Deus non ſubiectus, 816.1
Cedrus maritima, & eius qualitates, 579. colum. 2
Cedri ſuccus ad multa valet, pagin. 579. colum 1
Ceraunius, 849.1
Chalcophonus, 854.2
Charitas, & alia multa per completionem præmiantur, 788.2
Chelidonius, 848.1
Cherubinorum officium, 786.1.

Digitized by Google

Chirographum decreti, quid ſit Paulo, pagin. 7. 1.

Chriſtus fuit in omnibus obediens matri, 14. col. 1

Chriſtus etſi non occiſus fuiſſet, mortuus tamē eſſet, ac ſenio defeciſſet, 17. 1. quomodo mediator Angelorum, 15 2. præcipuè pro peccato originali redimendo paſſus eſt, 89 col. 1 cur dictus flos campi, & non horti, 97. 2. an debuerit à matre nobili procreari, pag 99. colum. 1

Chriſtus quare dicatur filius Dauidis & Abrahę 109 1

Chriſtus & Maria differenter gratia pleni, 150. col. 1

Chriſtus naſcendo habuit ſubtilitatis dotem, 236 1

Chriſtus voluit naſci de virgine deſponſata, pagin 340 2. & ſeq. 341 2. conceptus ex muliere, fœminas erexit in ſpem 356 1 per contraria nos redemit. 356, 1. niſi fuiſſet natus de fœmina, creditus non eſſet verus homo, 356. col. 2.

Chriſtus congruentius aſſumpſit carnem de fœmina & virgine, quam de fœmina & viro 356 col. 2

Chriſtus in Martio incarnatus & paſſus, 368. col. 2

Chriſtus congruè concipitur in Nazareth. 370. col. 2

Chriſtus dicitur fuiſſe de quatuor ciuitatibus, in Scriptura. 371. in Martio quare voluit incarnari 372. 2

Chriſtus an fuiſſet incarnatus, niſi peccaſſet Adam, 379 1. & ſeq.

Chriſtus ros, 384 1

Chriſtus aſſumere non debuit primum hominem, ſcilicet Adam. 389 1

Chriſtus habuit gratiæ plenitudinem inſtar fluminis, 4 6 2

Chriſtus eſt benedictus in Odore. 444 2. In ſapore, & in ſpecie 441 1 benedictus eſt omnis boni poſſeſſione, 442 2.

Chriſtus nomen eſt humanitatis, relatæ ad deitatem, 449 1

Chriſtus naſci voluit, capiente lucis incrementum ſole, 511 2. Orbe terrarum pacato. ibidem. Tempore ſeruitutis Iudaicæ, 512. colum 2.

Chriſtus ſpiritualiter quatuor ciuitates elegit, 513 1, Romam cur elegerit Eccleſiæ principatui, 513 2

Chriſtus pacis tempore quare naſci voluit, 515. col. 1

Chriſtus natiuitate ſua frater noſter effectus eſt, 520 2. Humanam naturam nobilitauit & exaltauit. 521. 1

Chriſtus in carne venit, vt eſſet magiſter noſter 540. 1

Chriſtus venit in mundum, propter noſtri charitatem, 542. 1. vt dura flecteret, Dominium haberet, ad operandum habilitaret, Lucem afferens, tenebras pelleret, ibidem, 2. vt infirmitates ſanaret, 543. 2. Perditos ſaluaret, Exules reduceret. 545 1

Chriſtus natus fuit paruulus, multiplici ratione 547. 1

Chriſtus incarnationis ſuæ voluit habere teſtes 501 2

Chriſtus habet accubitus quatuor 599 1. vnicornis 630 1. Agnus 643 2. flevit ſæpius, 682 2. in ſingulis membris crucifixus orat pro nobis. 703 1. in alieno ſepulchro quare ſepeliri voluerit, 704. 1. apparuit matri primum poſt reſurrectionem, 723. 2. Eamque gaudio repleuit, 724 2. aſcendens quare matrem non aſſumpſerit, 731. 2. vt remanentes conſolaretur. 732 1. vt ſcriptores inſtrueret, ibidem, 2. vt confortaret patientes, ibidem. vt poſtea magis honoraretur in cœlis, 733. colum. 1

Chriſtus in Adamo ſecundum corpoream tantum ſubſtantiam, 818 1. quæ ſitus in tribus locis. 834. 2. Quæritur in tribus amoribus, & inuenitur in quarto, 835 1.

Chriſti ſententia interlocutoria inter B. Virginem & Diabolum, in humani generis cauſſa 245. 2.

Chriſti conceptio mirabilis, 355. 1

Chriſti Incarnationis ex muliere congruentia, 355 2

Chriſti corporis formatio miraculoſa. 408. 1. gloriæ multiplex benedictio. 444. 2 diuinitas humanitatem vt ſuſceperit, 507. 1 ortus vtilitates 520 2. natiuitatem extollit Auguſtinus. 522 1 natiuitate nobis demonſtrata eſt maxima dilectio 522 1. Adoptati ſumus in filios, 523 1. Noſtra charitas excitatur & inflammatur. 524. 1

Chriſti incarnationis & natiuitatis figura. 538. col 2

Chriſti humilitatem Auguſtinus exultans admiratur 363. 2. fides derelicta, in paſſione eius 676. col. 1.

Chriſti dolor maximus, 686.1. ratione violentiæ.ibid. culpæ alienæ, ibid complexionis, 687.1.modi,ibid.derelictionis,687 2.aſſociationis,688.1.ſuſpenſionis in cruce,ibi 2 conditionis perſonæ,ibidem inferentium mala, 689 1 feſtiuitatis,690.1.vtilitatis, ibid parui fructus.ibi 2
Chriſti ſepulturę modus,703 2.ſepulchri à mõte Caluariæ diſtantia.704.1. natiuitas non debuit omnibus manifeſtari.711.2 fuit 4 hominum generibus patefacta,ibid.apparitionem primitus à reſurrectione matri factam, contemplatur autor,724 2.ad matrem aſpectus tranquilliſſimus,811.2
Chriſti conceptionis & noſtræ diuerſitas, 354 col.2
Chriſti & Mariæ conceptionis differentia multiplex 5.1 & ſeq.
Chriſti & codri regis Athenienſium ſimilitudo 459 2
de Chriſti fratribus obiectio ſoluitur 256 2
ex Chriſti depoſitione de cruce documenta, 702.1
in Chriſti conceptione fuerunt quatuor noua, 372 2 in natiuitate gaudiũ magnũ 543.1 ortu magis exultandum nobis,quam angelis,517 col 1
Chriſto matrem ſuam inquinatam facere, tripliciter impoſſibile fuit 84 1 qualiter obuiare debemus.562.2.tria ſunt offerenda munera,717 2
Chriſtum laudant omnia. 443.1. aſcendentem comitari optabat B virgo.729.1
in Chriſto ſignificatæ ſubſtantiæ tres,462.2.
cum Chriſto quid ſimul offerendum,568.2
Chryſolithus,847 2
Chryſopraſus,847.1
Cimbricus color,852 1
Ciuitas bene ordinata.669 1
ciuitates beatæ, vbi vel philoſophi regnarent, vel reges philoſopharentur,801 1
codri Athenienſium regis, & Chriſti ſimilitudo,459 2
color cimbrius,852 1
compaſſio triplex,839 1
conceptio chriſti mirabilis 355 1. confirmata authoritatibus,51.1 66.2. Mariæ impugnata 34.2 & ſeq.
cõceptionis Mariæ Officium, ab authore editum,à ſummo Pontifice approbatum, &c. 32.2.exemplum miraculoſũ,55 2.feſtum ab Ecclesia Roman.approbatum.33 1.confirmandæ miracula.62 1 & ſeq & 74.2. fructus,65. 2.& ſeq.impugnatrices octo vetulæ,ac totidem virgines ruſtices 37.1
conceptionis chriſti,& Mariæ differentia multiplex,5.1.& deinceps . & noſtræ diuerſitas, 354 2.
conceptionis humanæ modus,6 2
conceptionem B. Virginis impugnantia argumenta,15.1.& deinceps.confirmat Auguſtini locus mirabilis.83.2.defenderunt Iudæi,86.2 Et defendunt omnes Iuriſconſulti moderni 87.1
de conceptione Mariæ, Decretalis Sixti Papæ, 37.2. Sequentia in Eccleſia, 41.1. Habetur tanquam fidei articulus,in Academia Pariſienſi,ibid 2
in conceptione chriſti quatuor contigerunt noua,372.2
conſtantia ſignificatur per ſoliditatem,645 colum.1
Contemplationis proprietates ſex,434 1
cum Conſilio facienda ſunt omnia,398.2
Corallium,849 1
Corinth. locus exponitur, Nemo poteſt dic. 448.1
Corneolus,849 2
Corona B.Virginis,802.1 809.2
Corona lapidum precioſorum,841.2.12. ſtellarum ſignat beatitudinem,79;.1
per Coronæ recitationem cumulamus gratiã, 808 2 Conformamur cœleſtibus,810.1
Coronam B.Virginis recitantium fructus,807. col.1
Corona triplici redimitur Imperator,814.1.Etiam redimita fuit B.virgo,814.1
in Corona Mariæ 12.ſtellæ quid notent,804.2. 806 1
à Corona dicenda non abſiſtat etiam peccator 802.
Corporis & animæ glorificatio figurata, 791 2.
Coruus Octauianum ſalutauit,808 1
Creatura vt eſt ordinabilis ad creatorem , dicitur ei ſimilis,345.2
cryſtallinum cælum vnde dictum,776.1
Cryſtallus,848 2
cypreſſus,arbor odorifera, ſolida, & magnę virtutis,381.1

D.

Damaſcenus de doloribus Mariæ,pag 679.colum 2

Digitized by Google

Dan ſuo nomine & benedictione, ſignificat inutilium cogitationum reſtrictionem. pag. 431.
Dauid cur præpoſitus Abrahæ.100.1.
Dauidi in ſpiritu patefacta, Mariæ futura aſſumptio 789 2
Delectatio intenditur ex certitudine tripliciter 299 1
Deliciæ ſpirituales virginum martyrum, & Doctorum 833 2.
Deus peccati non author, ſed vltor.7 2. vni Sancto occultat ſæpe, quod reuelat alteri. 30 1. non eſt acceptor perſonarum, ſed meritorũ. 35.2 tantum redimere hominem debuit 348. 2. nobiſcũ eſt quatuor modis 354.1. eſt incarnatus non in cœlo, nec in Inferno, ſed in medio 384.1 hominem reparauit, veluti vas cõfractum.386 1. cur humanam voluerit potius reparare naturam, quam Angelicam.390. 1. in filij natiuitate gratiam copioſe dedit fidelibus, 505. 1. ſummè ſapiens & benignus, 604 2. Magiſter perfectiſſimus.605.1. habet quadruplicem gratiæ menſuram. 761.2. in cœlo, vt dicatur eſſe.777.1. ordini ſecundarũ cauſſarum non ſubiectus 816 1 patet tres habet in curia ſua Cancellarios 825.1
Dei potentia ordinaria fieri poſſe quæ dicãtur. 82 1. bonitas oſtenditur.387.1. mater ſola Maria.816.2. filij, & hominum filij qui, 129. columa.
Deum aſſumere humanam naturam conuenientius fuit, quam Angelicam, vel aliam 388. 2. natum eſſe ex virgine, quomodo verificetur.516.2
in Deum vnionis gradus ſex, 811.2.
inter Deum & Mariam quadruplex vnitas, 838. col 1
Diaboli teſtimonium de B. virginis puritate. 45 2
Diaboli contentiones & inſidiæ erga B. virginẽ clandeſtinæ.239 1.240 2
inter Diabolum & Mariã generis humani cauſſa diſceptatur ante Chriſtum iudicem. 241. col 2.
Diadocos 850.1.
Dictum feſtiuum 31.1. notabile. 148.1. reginæ Blancæ.36.1. Dionyſij ad B. Virginem. 125 2. 732 1.
Dicta Doctorum quando varia ſunt, tenenda eſt opinio, pluries repetita.53 2
Diei tres partes præcipuæ ſpiritualiter acceptæ. 640.1.
Dies natales Principum colebantur antiquitus 97 1.
Dilectio ordinata & pulchra.217.1. Pulchra quę ibid.2
Dionyſia.849 2
Dionyſij Areop. deſiderium videndi B. Virginem.732 1. Et eius dictum ad eandem, 125.2. 732.1
Diuinitas Chriſti quomodo humanitatem ſuſceperit 507.1
Dolor de malo dilecti tanto fit maior, quanto maior eſt amor.697.2.
Dolores reſeruati reprobis.681.1.
Dominationum cœleſtium officium. 785 2.
Dominus quomodo magnificatur à creatura. 476 2.

E.

Eboris candor & rubor, quid notent. pag 645. col.1
Ecce, quid demonſtrat.378 2.
Eccleſiæ principali Romam Chriſtus cur elegerit:513 2
Eccleſiaſtici locus exponitur, Vnum virum de mille, &c.27.1. Pulchritudinem candoris, & c.37.1. Gyrum cœli, & c 168 2. In habitatione, & c.191.1 Quaſi oliua, & c 588 2. Item, Quaſi platanus, &c 590.1. Ego quaſi vit, &c. 96 2.
Electrum 850.1
Eleemoſynæ, ſeu oblationis bonæ, conditiones 716.2.
Eloquentiæ vis quanta 854.1.
Empyreum cælum quid.777.1
Empyrei cæli qualitates.ibid.2.
Engaddi vineæ prodigium.504 1.
Enoch priuilegiatus à Deo contra legem mortis.11. 2
Enydros.851.1
Epiſtites.851.1.
Eſaiæ locus exponitur, Mandaui, & c.9 2. Erit lux lunæ & c.43.1. Parturit Sion.110.2
Eſſe non velle debet quilibet potius, quam cũ iniuria Dei eſſe 58.2.
Eſurientes qui myſticè 495.1
Exod. locus expoſitus, Fac tibi, &c 172. 1. Non remanebit, & c.319.2.
Ezechielis locus expoſitus, Aquæ iſtæ, & c.167. 1 Cum eleuarentur, & c 307.1.

F.

Fides viua, perfecta, vera. pag 213 col.1. Chriſti dete-

Digitized by Google

derelicta,in paſſione eius. 676 colum.2.
Fides & ſpes per euacuationem præmiantur, 788.2.
Fidei acceptio,308. 1
Filius tenetur parentes amare ſuper omnes ſanctos, exceptis Chriſto & B. Virgine, 13.colum.1
Filius,brachium patris,491.1
Filius Dei,vapor,183.2.ſolus eſt incarnatus,392 1.Quod exemplis oſtenditur,ibid.2
Filij Dei,& filij hominum qui,129 2
Filio Dei incarnando conſentire virginē oportuit,394.2
Filium Dei hominem fieri,prædeſtinatum fuit 389.1
Flagella quare Deus immittat hominibus. 17. 1 & ſeq.
Flos campi,& non horti,cur dictus Chriſtus.47 col 2
Floris triplex conditio,virgini competens,371. col 1
Fœmellæ corpus quare tardius formatur, quā maſculi.551.1.
Fœminæ poſſunt in regno ſuccedere 799.2.Idq; propter maritos,ibid. Non poſſunt in feudis niſi tribus caſibus,ibid.
Fomitis extinctionem notat frigiditas.645.1
Frigiditas extinctionem fomitis notat,645 1.

G.

Gabriel quis fuerit,366.2.Secundum D.Thom. ex ordine archangelorum:iuxta alios de ordine Seraphico.366.1
Gabrielis miſſi magnitudo,367 1.Nomen multipliciter exponitur, ibid 2.apparitio facta B.virgini,qualis fuerit,& qua diei hora,368. col.1
Gad ſenſuum diſciplinam notat.433.1
Gagates,851.2
Galactites 852.2
Galbani virtus,600.1
Gaudendum omnibus de Chriſti natiuitate, 507.1
Gaudij fructus quid.294.1
Gaudia 7.contenta in Cantico,708.1
Generationes omnes,1.aliqui de omnibus generationibus,488 2
Geneſ. locus explicatus, Egredere de ter. &c. 476.1
Gerſon de Mariæ peregrinatione Ægyptiaca, 694 1.de gaudio ſalutationis Mariæ,709.colum.1..
Gerſonis de Ioſeph carmina.338.2 in Magnificat expoſitio. 475.1.
Gratia pulchritudini prælata, 137. 2. præſeruationis maior,quàm ſubleuationis.19 2
Gratia Dei,mons dicitur,14.2.
Gratiæ plenitudo ſufficienter eſt in omnibus electis.418 1. menſuram quadruplicem Deus habet,761.2
Gratiæ gratis datæ B. Virginis,301.2
Gratiarum ſeptemplex diuerſitas in Maria.416 1.Plenitudo inſtar fluminis in Chriſto,inſtar fontis in Maria, inſtar riui in Stephano, & ſanctis aliis. ibid. 2. pulchræ ſimilitudines, 418.2
Gratias referimus exterius quadrifariam. 545.1

H.

Hæmatites. 750. 2
Hæretici & infideles non poſſunt reges creari inter Chriſtianos,799.1
Hebræorum pulchri & pulchræ,125.1
Heliotropium,850.2
Heraxipen.852.2
Herodes quare turbatus,716.1.
Heſter habuit ancillæ bonæ conditionem primam,460.1
Hexacoſichros,851.2
Hierem. locus exponitur, ab Aquilone, &c. 199.1.
Hieronym.de præſepi Domini,514.2. ad laudē B Virginis hortatur.753.2
Hieronymi locus ad Euſtochium notandus, 152 1
Hiſpanorum mos circa dotes,140.1
Homo quatuor calamitatib' in natiuitate ſubijcitur,247.2
Homo redimi non debuit,niſi per Deum.348.2 attrahitur ad cognitionem,& amorem diuinitatis,387.1
Hominis ſpes corroboratur.387.1
Homini longum tempus merendi præfixum fuit,Angelo breue,391.2
Hominum filij,& Dei filii qui.129.2.
Humanæ naturæ aſſumptio à Deo.386.2
Humani generis cauſſa agitatur inter B. Virginem & Diabolum, coram iudice Chriſto, 241 2
Humanam naturam aſſumere, conuenientius Deo fuit,quam Angelicam,aut aliam 388 1. eam Deus reparare cur voluerit potius, quā Angelicam.390.1
Humanitatem diuinitas Chriſti quomodo ſuſcepe-

Digitized by Google

ſceperit, pagin. 507. colum. 1.
Humilitas magis eſt meritoria, inter plures occaſiones ſuperoiendi. 232.2. honorata quæ, 233.1
Humilitas, paupertas, & alia per oppoſitionem præmiantur, 788 2
Humilitatis tres gradus, 757.2.
Hyacinthus, 853.1.

I.

Iacob benedictiones, 429.1
Iaſpis, 852.2
Iena, 853.2
Ieſus eſt nomen Deitatis, relatæ ad humanitatem, 449.1
Ieſus ad loca diuerſa portatus, quid moraliter innuit, 560.2
Ieſu nomen honorandum omnibus hominum ſtatibus 449.1 Dæmones fugat, 450.1. Inuocandum ſæpe. 452 1
Ieſu nominis, triginta excellentiæ, 446.2 prædeſtinationis. ibid. Præfigurationis, Prophetationis, Annunuiationis, Reuelationis, Saluationis, 447 1 Remiſſionis. ibi. 2. Iuſtificationis, Spiritus S. receptionis, 448.1. Gratiarũ cumulationis, Exauditionis, Deductionis, Honorationis ibid 2. Timorationis, 450.1. Superationis, 451.2. Deuitationis, 452.1. Curationis. 453.1. Glorificationis, Sociationis, Conſolationis 454.1 Illuminationis. ibid. 2. Inflammationis, Roborationis, 455.1. Refrigerationis, ibid. 2. Refrenationis 456 1. Deſiderationis, Delectationis, 457.1. Admirationis. ibid 2. Exaltationis, Deuotionis, 458.1
in Ieſu nomine fiunt miracula, 453.1.
de Ieſu pulchritudine Lentuli epiſt. 120.2
Ignis proprietates. 769.2.
Imperator triplici corona redimitur 814.1.
Impletionis gradus quatuor, 571 1
Incarnando filio conſentire virginem oportuit 394 2
Incarnatio cur non dilata vſque ad vltimum finem temporũ 361.2 aſſimilatur pluuię, 383.1 arguit diuinam potentiam, 387.1. à quo effecta, 392.1. à tota Trinitate, ibid.
Incarnatio & vnio filij Dei an fieri potuerit in virgine 346 1.
Incarnationis Chriſti ex muliere congruentia, 355.2. opportunitas 359.1. dilatæ, cauſſæ, 383. 1. opus admirandum, 408.1. Et quare, ibid. vnione, Maria ſola plus omnibus aliis meruit 816 1 neceſſitas, 347 1. myſterium B. virgini cognitum præ omnibus prophetis. 238 2.
de Incarnationis filii Dei poſſibilitate. 345. 1, cauſſa multiplici. 349.2. & deinceps.
Incarnationem dilatam admirantibus reſpondetur. 390.1. quare Deus tam diu diſtulerit, admiratio quorundam curioſa 359 1. propter tria diſtulit. ibid. 2 propter peccati punitionem, ibi. vt magis commendaretur beneficium, 360.2. vt ordo temporum ſeruaretur. 361.1
Incarnationem filii Dei diuinitas determinauit, 395.2 nullus vnquam potuit mereri, 527. 2. ſancti patres potuerunt, quoad circũſtantiam temporis, ibid.
Incarnatus eſt ſolus filius. 392. 1. Et hoc declaratur exemplis. ibid. 2. Incarnatus & paſſus in Martio. 308 2
Indulgentia recitantium Angelicam ſalutationem, 807.1
Infideles & hæretici non poſſunt reges creari, inter Chriſtianos, 799 1
in Innocentiæ ſtatu ſex habuimus, amiſſa per peccatum, 558.1
Intellectus & ſapientiæ Dauid 237.1
Iob: locus exponitur, Ecce qui, & c. 5.1. *Gaud hypocrit.* 706.1
Ioannes Euangeliſta tria habuit priuilegia ex ſui adoptione. 530 1 Baptiſt. quatuor accepit prærogatiuas ex B. virginis ſalutatione, ibi. 2
Ioanni Euangeliſtæ patefacta Mariæ aſſumptio 790.1
Ioelis locus expoſitus, Sol vertetur, & c. 678.1.
Ioſeph accipiens Mariam coniugem, qua fuerit ætate, 329.1. Senex, vt alii putant. ibi. Iuuenis ſecundum alios, ibi. 2. quare pingatur ſenex, 330.1 dignitate ſuperabat Abrahamum 331 2 quomodo maior Ioanne Baptiſta, 333.1. Mariam dimittere cur voluerit, 336 1. mortuus paulo ante baptiſmum Chriſti, 336.2.
Ioſeph ab Arimathia quis. 700 2. Et quomodo petierit Chriſti corpus ad ſepeliendum, ibid. Cur eiuſdem Ioſephi dignitatis Euangeliſta meminerit, ibid.
Ioſeph ab Arimath & Nicodemus, moraliter quid, 701.2
Ioſephi nomen quatuor ſignificat, 339 1. benedictio 434.2. beatitudo cœleſtis in anima & corpore creditur 338 1
De Ioſephi patre conciliantur Matth. & Lucas, 108.1 tranſitu notandum 337 2
Ioſepho ſanctorum, poſt B. Virginem, maior nullus 333 1. non fuit vllus in toto mundo B. Virg & pueri Ieſu regimine dignior, 334.2.
de Ioſepho Gerſonis carmina, 338.2.
Iris, 853.1.

per Iſachar gaudium internum ſignificatum, habet proprietates decem,431 2.
Iub litio quid.294 2
Iudæi defenderunt Mariæ conceptionem. 86. col 2.
in Iudæ perſona, cum benediceretur ei à patre, ſeptendecim proprietates charitatis fuerunt ſignificatæ 430 2.
Iudaicum regnum quomodo Mariæ competebar,800.1.
Indicanti cuncta rimanda.3.1
Iudith habuit ancillæ bonæ tertiam conditionem 460.2
Iuriſconſulti omnes moderni Mariæ defendũt Conceptionem 87.1
Iuſtitiam eſurire & ſitire, quid. 289.2.

L.

Lapides pretioſi in corona B. virginis.882. 2. Alabaſtrum, auripigmentum, adamas. 843.1. Amethyſtus, achates, Asbeſtus ibid 2. Apſyctos, Alabandina 844 1. Argyritis, Aſtroites. ibid. 2 Alectorius, Aſteria, amathires. 845.1. Beryllus.ibid.2. Calculus, Sardonychus. 846. 2. Carbunculus, Chryſoptaſus, Chalcedonius.847.1. Chryſolithus.ibid.2. Chelidonius.848.1. Cryſtallus, ibid. 2, Ceraunius, Corallium.849.1. Corneolus, Dionyſia.ibid.2. Diadocos, Electrum 850.1. Hæmatites, Heliotropion. ibid.2. Enydros, Epiſtites.851.1. Hexacoſiehtoos, Gagates. ibid. 2. Galactites, Heraxipen, Iaſpis 852.2 Hyacinthus. Iris.853.1. Iena, cauma, Rabiates.ibid.2. Chalcophonus, Ligurius, Liparea.854 2. Margarites.855.1. Magnes.ibid.2 Mellectros, ſiue Mellantes, Menophitis 856 1. Myrtes, Medo ſeu Medius, Melochites, ſeu Melochitus, Noſech, Onychinus. ibid.2. Opalius, ſeu Opalus.857 1. Pyrites ibid 2. Plonites, Pateron, Sapphirus, 858 1. Smaragdus. 859.1. Sardius, Solix. 860.1.
Lapidum quorundam proprietates dubiæ.845, col 1
Laus iniuſta, quæ fit cum diminutione alterius. 4.col.1.
de Legibus ſuis, Deus aliquando diſpenſauit, & ſuſpendit eas.12.1
Lentuli epiſtola de Ieſu pulchritudine, pagina. 120.2.
Leuit locus expon. Non acced. ad miniſt. & c. 758 1.
Libanus candorem ſonat.580 2.
Ligurius.854 2.
Liliorum virtus 602 2
Laparea 854.2.
Longanimitas quid operetur.196.1.
Lucæ locus exponitur, hodie mecum eris & c. 18.2 Quomodo fiet, & c.153.1. Turbata eſt, & c 152.2 Mulier commiſcuit, & c 287.1. Spiritus S. ſuperuenier, & c 393 1. Inueniſti grat. & c 420 2. Abiit in mont. & c.467.1. Optimã partem elegit, & c 757.1
Luciferi & ſequacium culpa fuit irremiſſibilis. 390.1.
Lucis proprietates.662.2.
Ludulphus de Saxonia. 682 2. carthuſianus. 703.2.
Lunæ proprietates.770.1.

M

de Magdalena tria dicta, Mariæ virgini conueniunt.760.
Magnes.855 2.
Magnificat anima, & c. vide canticum.
Magi quomodo 13. diebus ad Chriſtum peruenerint.715.1. Cur venerint in Hieruſalem. ibid. viam tam longam quare ſuſceperint. ibid 2.
Magorum ſtella prodigioſa.503.1 nomina.712 1. oblatio.714.2. oblatio congrua.717 1. adorationi Ioſeph præſens.720 2.
de Magorum ſtella opiniones.712.2. Cur magis per illam, Chriſti natiuitas demonſtrata eſt. 713 1. Eius ab aliis ſtellis differentia. 714. colum 1.
de Magorum adoratione & oblatione, Mariæ gaudium 718.1.
Mahomethi teſtimonium de B. Virginis innocentia & puritate.45 2.
Manſuetudo & Patientia quid differãt. 197. colum.2.
Manſuetus quis dicatur 297 2.
Margarites 855 1
Maria non concepta in Originali peccato. 4.2. ſanctificata quoad corpus 9 1. Secundum quoſdam præſeruata ab Originali culpa. ibid. ſuper omnes homines debitrix Deo.19. 2 vt eſſet mater Dei, fuit ab æterno præparata.21.1. regina cœli 42 1. plus gratiæ habuit in vtero matris, quam ſancti in cœlo 42 c.2. mediatrix inter chriſtum & nos 49.1. magis redempta ob præſeruationem, quam quiuis alius.

Digitized by Google

alias 54.1. quomodo præſeruata. 83 1.678.2. debuit eſſe, & fuit nobiliſſima, 101 1 diues eſtat, ſed omnia pauperibus erogabat. 101 1. virga aurea 106.1 virga aromatica ibid. virga decora, ibid 2. virga vigilans ibid. liber generationis ſaluandorum, 110.1. cœlum ſidereum, 113.2. cœlum cryſtallinum ibid. Cœlum empyreum, 114 1. Terra ibid Terra bona. ibid. 2. Terra ſeminata bono ſemine, ibi. Terra ad germinandum apta. 115. 1. Lux 119. 1. Sponſa, 132. 1 omnium pulcherrima, 120.2. figurata per quatuor mulieres. 123 1. Pulchra ex parte Dei fabricantis ipſam, 124.2. ſponſa ab æterno electa 131 col.2. virgo integerrima mente & corpore. 135 1. gratioſa, in auribus, 144.1. In pectore, ibid In vtero. ibid. 2 In pedib. ibid. In manibus, 145 1. Ad opus obedientiæ, 144.2 Ad opus charitatis. ibid. Ad opus latriæ, 145.1

Maria & Chriſtus differenter gratia pleni, pag. 150.1

Maria ſemper in templo perſeuerauit. 151.1. mare magnum, 154.1 Margarita, 155 2. Adamas, 156 1. Rubinus. ibi. Iaſpis. ibi. 2. Alectorius, ibidem.

Maria interpretatur, Domina, 168 2. multum poteſt apud Deum, triplici de cauſſa, 172 2. Imperatrix, 175. col. 1. Summa dignitatis, ibid 2.

Maria, manus Dei, 178.1. Apis Dei, 179.1. ibid. 2. Amygdal⁹, & arbor cœleſtis, 181.2 Rore perfuſa, 188 1.

Maria aſſimilata Auroræ, Lunæ, Soli, Armatæ aciei, Stellæ maris, 184.2

Maria, mater & Regina miſericordiæ, 186.1. Aquæ ductus, quadrupliciter commendatus, ibid 2. porta cœli, 189.1. Porta regia, fulgida, fœlix, ibi 2. Ianitrix & Oſtiaria Dei, 190.1 feneſtra Dei. ibid feneſtra Paradiſi. ibi. 2. Atriũ 191.1. tabernaculum ſpiritus ſancti. 192 2. Thalamus Chriſti ibid. Templum Dei, 193. 1. Stella cœli, 194.1 comparatur ſtellæ, multis de cauſſis. 194 2 & ſequ. 196. 1. ſtella poli, 197.1 Stella vicina polo ibidem ſtella maris, quare, 198 1 199.1. Stella illuminationis, & in Aquilone ſita, 198 2. Stella matutina, 201. 1. Stella regia, 202 2 ſuper omnes à Deo dilecta, 210.1. vt amque iuſtitiæ partem habuit excellentiſſime. 219, 1. 210.2 dicitur mundus 220.2 quadrupliciter prædita fuit abſtinentia, 224.2. prædita fuit intellectus dono, pro omnibus prophetis, 238.1. cognouit Incarnationis Dominicæ myſteria, præ omnibus angelis, 238 2. ornata conſilij dono, 248.1. Et excellentiſſime, quod probatur 248 2 fortitudinis habuit donum, præcellenter, 249 2. Tres actus doni ſcientiæ, 250.1. Tres actus pietatis, 251 1 donum timoris, 251.2.

Maria piiſſima ſupra omnes 251.1. Beatitudines habuit octo 255 1 Paupertatis, 256 1.

Maria mitiſſima, 288 1 prædita beatitudine famis & ſitis 289 2 multas perſecutiones à Iudæis paſſa, 291 2. In vtero ſanctificata, 313 1. Sanctificata quadrupliciter ibi. 2. Baptizata 318. 2. vtrum peccare potuerit. 314 2 ſuſcepit Eccleſiæ ſacramenta, 318 2 Et quæ, 318.2

Maria ſuſcepit Sacramentum Confirmationis, & Pœnitentiæ, 321.1 Euchariſtiæ, & vnctionis extremæ, ibid. 2 Ordines non recepit, & quare, 321.1 an deſpõſari potuerit, 324.1. decimum quintum agebat ætatis annum, cum deſponſaretur Ioſepho, 328 2 cur dici ſponſata, 340 2 cum Deo ſpirituale matrimonium contraxit, 343. 1. quid egerit Angelicæ ſalutationis tempore, 373.2 turbata in Angeli ſalutatione, 375.1. Admirata de duobus, 375. interrogans angelum, cur non fuit punita, verum Zacharias, 377.2 vellus Gedeonis, 384 2 peperit ſine dolore 415 1. gratiam habuit puriſſimam, 417.1. Pleniſſimam. ibid. 2. Superplenam, 418.1. ſeptemplicem habuit gratiæ diuerſitatem, 416.2. Gratiæ plenitudinẽ inſtar fontis ibid 2. tantam habuit gratiam, quantam Deus de ordinaria potentia, nulli puræ creaturæ dare poteſt 421 1. inhabitantem habuit ſibi Deum, 421.2 & ſeq. benedicta inter mulieres, 424.2. In mulieribus, 425. 1. Super mulieres. ibid. & 425 2

Maria Patriarcharum benedictiones, cũ ſingulorum, tum vniuerſorum ſimul poſſedit excellentiſſimè, 442.1 cur ſe appellauerit ancillam Domini, 460.1 Ancillæ bonæ conditiones habuit, ibi quartam præcipuè habuit ancillæ bonæ conditionem, 461.1. Omnes gratias habuit ſpirituales, ab aliis mulieribus optatas ibid. 2, Gratioſa, 465.1. benedicta ſingulariter ob tria, 472 1 aſcendit in montana 472 2 quam Deo vicem reddiderit, 490.1. quibus bonis impleta fuerit in hac vita. 495 2 per Salomonis thronum ſignificata, 516 1. quare voluerit obedire Cæſaris edicto, 518.1 virgo certitudinem habuit ſui partus, 519.1. eſt mater Dei, propter communicationem idiomatum, 526 2. meruit eſſe mater Dei de congruo, 528 2 Quas gratiarũ perfectiones in conceptione filij Dei ſuſcepit, ſoli Deo, &

Digitized by Google

animæ Chriſti fuerunt cōprehenſibiles, 529. 1. Tres habuit filios, iuxta triplicem filiationem ibi. 2. Tria ex maternitate ſua conſecuta eſt ibid. fuit tota mater Chriſti, & pia ſtudioſaque mater. 534. 2. ſponſi thalamus. 535. 1 Apotheca omnium Dei chariſmatum, ibi. 2. triplex dat nobis lac ſpirituale, 537. 1. purificatione non eguit, 552. 2. Nec ratione legis, 553. 1 Nec ratione prolis, nec myſterii. 554. 1.

Maria purificari voluit, & Chriſtus in templo præſentari humilitatis cauſſa, Et vt veterem legem approbarent, 554. 2. vt datam legem & ipſi ſeruarent, vt prophetiæ implerentur, &c 555. 1. & ſeq.

Maria ſubiecit ſe triplici legis cerimoniæ. 566. 1 de theſauro à Magis oblato, quid fecerit, 567. 1 Hortus deliciarum, 576 2. Concluſus, & Irriguus. ibid fructifer, 577 2

Maria palmæ aſſimilata. 584 2. Et roſæ, 585 2 & oliuæ, 587 2. 589. 1

Maria ex Iudæis orta, ſicut è ſpinis roſa, 586. 1. triplicem habet miſericordiam 588 2. Platanus. 590. 1 Cinnamonium. ibi. 2. Balſamum. 591. 2. Myrtha 593. 1. vitis. 595. 1. Nardus, 598. 2 Galbanum. 599 2 Lilium, 600. 2. Storax. ibi. vngula, Gutta, Terebinthus, 601. 1, vitis ratione radicis, ſtipitis, palmitis, 595 2. Foliorū, Floris, Liquoris, 596 1.

Maria cuiuſmodi vitis, reſpectu ſui. 597. 1. niui ſimilis, 6 6 1. mare, 613. 1. Aurora, 615. 1. Luna, 618. 1. Sol 624 2. Acies caſtrorum. 628 2. Terra, 629 1. Speculum Dei, 634 2. Arcus cœleſtis, 635. 2 Collum 636 2 Columba, 638 1. Elephas, 639. 2. Gallina pullos habens, 641. 1. Ouis Dei, 642 2 Ebur 645 1. dies, ibidem. 2. fons hortorum. 647 1. Puteus aquarum viuentium ibid. Quales habeat aquas, ibid. 2. Stat in medio, 651 2 Nubes 651. 2. fons 4 capitum, 650. 1. Nauis, ibid. & valens ad tria, 651 2

Maria, mons Sinai. 655 1. Thronus, 656. 1. vellus 660 1 & quare, ibid. 2

Maria triplex veſtimentum fecit Chriſto. 661, col. 1

Maria lux, 661. 2. Lampas accenſa, 663. colum. 1.

Maria vas Dei, 663. 2 vas profundum. 664. 1. vas ſolidum, ibid. 2. vas mirabile. ibid. vas Aromaticum. 665 1. Rota Dei, ibid. Sedes Dei. ibid 2. Ciuitas Dei, 666. 1. & ibid. 2. & 668. 2. 670 1 & cur. 666 2 & 668. 2. caſtellum, 672. 2. & quare. ibid Martham ſignificat, 674. 1

Maria quare non mortua in tantis doloribus, 678 2.

Maria particeps omnium gaudiorum, 706. colum 2

Maria Spiritu S. repleta, non in die Pentecoſtes modo, ſed antea quoque, 726 1. figurata per arcam fœderis, 728 Chriſtum aſcendentem optabat comitari, 729. 1. plurics habuit in hac vita diuinæ maieſtatis viſionem, 730. colum. 2

Maria vt in cœlum aſſumeretur anima & corpore, competebat diuinæ iuſtitiæ, 741. 1. diuinæ ſapientiæ, 742. 1 diuinæ bonitati, ibid. 2. diuinæ potentiæ, 743. 1. Et competebat ratione dedicationis, ibid. Ratione figurationis, ibi. 2 Ratione communicationis. ibi. 2 Ratione collocationis ibid. Ratione virginalis conditionis. 745 1 Ratione precioſitatis ibidem. 2. Ratione ſublimationis, 746 1

Maria aſſumpta, cum honorabili ſocietate 747 2. cum ineffabili iucunditate 748. 1 cum mirabili claritate. ibid 2. cum terribili poteſtate ibid

Maria aſſimilata virgæ, 749 1. dum aſſumeretur iubilabant omnes angeli, 750. 2. gaudebat S. Trinitas, 751. 1

Maria aſſumpta cum honorifico apparatu, 752. 1. exaltanda & laudanda, 753. 2. quomodo turbata, ſicut Martha. 759. 2. per ignem figurata, 769. 2. optimam in cœlo partem elegit, 761. 1 proprietates habuit ignis. 769. 2. proprietates lunæ. 770. 1. proprietates quaſdam Mercurii 770. 2. Et proprietates poli. 775. colum. 1

Maria qualiter dicta mulier. 790. 2 Mulier amicta ſole. 791 2

Maria omnes angelorum ordines meritò tranſcendit. 787. 2 Tripliciter eleuata per gratiā, 793. 2 eleuata ad triplicem dignitatem, 794. 2. Corona triplici redimita. 814. 2. ſupra omnes cœleſtes hierarchias eleuata. 795 1. Ratione puritatis ibid. Ratione humilitatis, ibid Ratione gratioſitatis. 796. 1. Ratione paſſibilitatis, ibidem, 2. amicta triplici ſole, 803. col. 2

Maria veluti ſignum apparuit in tripli cœlo. 803. colum. 1. Omnia terrena conculcauit, 804 1

Maria excellentiſſimæ puritatis, 815 1. gratiæ, ibidem, fœcunditatis virginalis ibid. 2. Maternitatis, 816. 2 Familiaritatis cum Deo, ibidem, poteſtatis, 817, 2. Nobilitatis, ibid.

Præ-

Præſeruationis,818.2 Meritationis,ibidem,2 Famulationis.819.1.Succeſſionis, 819.2. diſpenſationis 820 1.Conſummationis, ibid. 2.Orationis,821.1.Retributionis, ibid. In comprehenſibilitatis, ib d. Conformitatis, ibid,1. Tranquillitatis,ibid. Capacitatis,822. 1.vnionis,ibid 2 Glorificationis,823 1.Commiſſionis,824 2.Honorationis,828.2 Communitatis,830 2.Contritionis,831.2.delicioſitatis 833.1.Quæſitionis 834.1. Requietionis,835.2.vulnerationis.839 1. Magnificationis,838.1.vnitatis, ibid.2.Libertat s, 840.1. Liberalitatis,ibid.2 Suſceptionis 841 1.

Maria ſola Dei mater, 8 6. 2. Deo familiariſſima,ibid

Maria potentiſſima,817 2.Nobiliſſima,ibi. meritis excellentiſſima,818. 2. lege ſucceſſionis Domina mundi,819 2. omnium Spiritus S. gratiarum diſpenſatrix 820 1. omnium perfectionum conſummatrix,ibid. 2.donorum & gloriæ capaciſſima, 822. 1. ſupra omnes glorificata,823 1.

Maria omnium Dei gratiarum commiſſaria. 824 2.

Maria ſola plus omnibus aliis meruit Incarnationis vnione,826.2 Omnium piiſſima,827. 1.Quo affectu à nobis diligenda,ibidem,2.à Chriſto ſupra omnes honorata,828.2. Nobis honoranda pro viribus,829 2. Ab omnibus laudanda, 830.1. omnibus communiſſima,ib.d.2.

Maria caput ſerpentis contriuit, 831.2. deliciis omnibus affluens,833 1. Deum quæſiuit, ac inuenire meruit, 834.1. vacatione mentis in Deum quietiſſima,835 2.Requieuit in ſe 836 col.1

Maria requieſcit in ſex hominum generibus, 836 2.Multis gladiis vulnerata,837.1. Deum ſummè magnificauit 838 1.liberaliſſima,840 2. Hoſpitatur cum tribus generibus perſonarum,841.1. cæcitatis in anima & corpore curatrix,845.1

Mariæ laudes prima facie videri tacendas Authori,1.1.In eius laudes Authorem inducentia,2 1 In eius laudibus mediam Author elegit ſibi viam,ibid.2

Mariæ conceptionis veritas,multis tandem reuelationibus innotuit,31 2.

Mariæ Natiuitatis neceſſitas,nobiles,iucũditas 97.1.

Mariæ nobilitas in quo poſita,100.1

Mariæ origo,102.colum,2

Mariæ genealogia verè bene deſcripta ſit. matt. 1.& Luc.3.107.1

Mariæ parentes cur dicantur cœlum & terra, 111.2

Mariæ natiuitas à Prophetis prænuntiata, 116. col.1.per quem Angelum nuntiata, 116.colum.1

Mariæ pulchritudo corporalis declarata,126.1 capillorum color,127.1. Oculi,128 1 Oculi colum barum, ibidem. Oculi comparati piſcinæ,ibidem. pulchritudinis cauſæ quatuor.128 2 & deinceps maxima pulchritudo probata 129. 2. Dei ſponſæ conditiones declaratæ,131 2 veſtimentorum odor,134.1 nobilitas probatur ex æterna Dei electione, 34 2 Et ratione finis,135 1. & 136.1 generoſitas, 135 2 probatur variè,136.1.fœcunditatis fructus infinitus,138. 2. munera ſponſalitia decem,140.1 Quinque intrinſeca.ibid. Quinque extrinſeca,ibid.2

Mariæ honeſtas exterior,151 2. Interior. 153 2. perfectionem oſtendunt literæ ac ſyllabæ in ipſius nomine.165 2

Mariæ nomen à mari dictum, 166 2 quinque prærogatiuæ, ex ipſius nomine deſumptæ, 177.2

Mariæ virtutes quinque, ex ipſius nomine, 184. 1. Rorațio figurata in vellere Gedeon. 188. col.2

Mariæ aqua quid efficiat.187.2

Mariæ aſcenſus ſuper gradus quindecim, 205. col.1

Mariæ præſentatio figurata,205. 1. conuerſatio ſancta,207 1 Honeſta,208 2. Cum filio Ieſu ibid. Cum Ioſeph ſuo viro,209.1.Cum Apoſtolis,ibid. Cum Ioanne Euangeliſta,209. col 1.

Mariæ virginis fides,210.2 211.1.

Mariæ dilectio,ordinata & pulchra,217.2

Mariæ virtutes cardinales,218.2

Mariæ actus pœnitentiæ, ſine præceſſione culpæ,219 1

Mariæ fortitudo,221.1 Magnificentia,Fiducia, Securitas,ibid.2.Perſeuerantia,223.1.temperantia,224 1

Mariæ veſtium color,227.2 prudentia,228. colum. 1

Mariæ feruens oratio, profunda humilitas, incomparabilis virginitas,229.1 &deinceps.2. animi humilitas,230. 2. In verbo,231.2 In ſigno,232.1 humilitas honorata, 233.1. Et virtuoſa,ibid.

Mariæ virginitas, 234 1. virginitatis congruitas probatur, 234 1. Ex parte filii naſcentis, ibid. Ex parte matris concipientis ibid 2. Ex parte generis humani, 235 1. Ex parte operis Dei. ibid.

Mariæ virginitatis prob bilitas patet teſtimoniis. Myſteriis, Exemplis, 235 2 figuris. 236 1. virginitatis dignitas apparet ex ipſius prærogatiuis 236 1. & ſeq.

Mariæ virginis Spes, 214. 1. Charitas, 235. 1. deuotio, 230. 1. victoria de tentatore Diabolo, 240 1 ſolius proprius fuit gradus paupertatis, 287. 1. cordis mund tia, 290. 1. Et præcellens 291. 1. beatitudo pacis 291 2 Perſecutionis, 292. 1

Mariæ ſpirituales fructus 293 1 Charitatis, 293. 2 Gaudij, 294 1

Mariæ pax, 295. 1 Patientia, ibid. 2 Longanimitas, 296 1 Bonitas, ibid 2 Manſuetudo, 297 2 Benignitas, 298 2 Fructus fidei 299 1 fructus modeſtiæ, ibid 2 Continentia, 300. 1. fructus caſtitatis, ibid. 2 gratiæ gratis datæ, 301. 1. Sapientia in contemplatione æternorum, 302. 1 Scientia, 303. 1. luctus qualis, 289. 1 fides, 308 1

Mariæ fidei acceptio, 308 1. Sanitatum gratia, 309 1. virtutum operatio, ibidem. 2 ſpiritus propheticus, 310. 1. Spirituum diſcretio, 311 1. Linguarum gratia, 311. 2. Sermonum interpretatio, ibid 2 Gratia Apoſtolatus, Euangeliſtarum, & Paſtorum 312. 1 deſponſatæ ætas 327. 1. ſanctitas, 312. 2. & ſeq ſanctitas, excellentior Hieremiæ & Ioannis ſanctitate, 313. 2. Immunitas ab omni peccato, 314 1. Impeccabilitas, ibid. 2. Puritas, 316 puritatis qualitates, 316 2, merita, 317. 1 deſponſatio, 324 1. cum Ioſeph matrimonium verum, 325. 1 deſponſatio fuit poſſibilis, & quare. 325 1 vtilis ad multa 326 2 matrimonium ſpirituale cũ Deo, quænam habuerit, 343. 1. priuilegia in filij Dei conceptione, 363 1. cum Angelo collocutio, 375 1 cogitatio circa quatuor, 376. 1. nomen proprium, cur in Angelica ſalutatione reticetur 409. 1. Cur addidit Eccleſia, 410 1 gratiarum plenitudinis quatuor ſigna, 419 1. proſopopœia ad Deum, 424 1. benedictio triplex. 424 2. & ſeq. fructus benedicendi vie tres, 442 2. fructus, quare dictus Ieſus, 440. 2 immunitas ab originali peccato defenditur, 478 2

Mariæ flatus exultauit, 481. 2. & ipſius anima, 482 2.

Mariæ præcipua diſpoſitio ad Chriſti conceptionem, fuit humilitas, 483. 2. partui vicinæ ad Deum oratio, 500. 2. Etiam enixæ ad puerum Ieſum, 510. 1. partus mulræ fuit paupertatis, 352. 2. Et multæ nouitatis 353. 1. venter, ſicut aceruus tritici vall itus liliis, 535 1

Mariæ vbera ſpiritualia commendantur, ex vi attractiua, 536. 1. Ex vi conuerſiua, ibid 2. Ex vi effuſiua, 537. 1 lactis mirabiles qualitates, 537, 2

Mariæ tria candida, 580 2 excellentia, 605. 1 dolores in Chriſti paſſione 677 2. dolor magnus tripliciter, 679. 2 ſalutatio Angelica in luctum verſa, 680 2. dolor poſt dolorẽ Chriſti maximus, 681. 2. planctus ad filium crucifixum, 683. 1. & 684 2. dolorum cauſſæ, 685 2 & ſeq. 691. 1. Et Multiplicitas, 993. 1.

Mariæ martyrium, 698. 1 dolor de circuncifione Chriſti, 693 1. In peregrinatione Ægyptiaca, ibid 2 In triduana filij amiſſione, 696 2 In Chriſti ſepelitione, 698. 1

Mariæ gaudium mult plex, 707 1 Salutationis & conceptionis 7 8 2 parturitionis, 710. 1, Magorum adorationis & oblationis, 711. 1. 718 1 filij præſentationis, 72 1 1. filii reſurrectionis & aſcenſionis, 72 . 1 Spiritus S. miſſionis, 725. 1 aſſumptionis ſuæ, 726 1

Mariæ videndæ, deſiderium Dionyſii Areopagitæ, 731. 1 4 in morte ſolatia, 7, 6. 1

Mariæ mors ab angelo nunciata, 736 2 præſentes habuit omnes apoſtolos. 737 1.

Mariæ virginis aſſumptio probata, Ratione perfectionis 740 1. Reſtaurationis, ibid. Comparationis, ibid 2 præceptionis, 741. 1

Mariæ aſſumptionis feſtum, cæteris omnib. eſt maius, & quare, 756. 1.

Mariæ ſimilitudines cum terra, 763 2. & ſequ. cum aqua, 767. 2. Cum ſole, 771. 2 4 virtutes per l gna Sethim ſignificatæ, 789 2 aſſumptio futura, Dauidi fuit in ſpiritu præſ. cta, 789 2. aſſumptio Ioanni Euangeliſtæ patefacta 790. 1. aſſumptio nobis va de vtilis 796 2. dignitas maior circa filii ſui curam, quàm fuiſſet in regimine totius mundi, 800. 2. corona. 802, 1 809 2. coronam recitantium fructus, 807 1

Mariæ 12. priuilegia, 804. 2. Et 12. prærogatiuæ, 805. 2 Anni, 806. 2 gratiarum omnium perfectio incomprehenſibilis, 821. 1. Maternitas Chriſto conformis, ibi. 2. victoria de diabolo 832. 2.

Mariæ deliciæ ſingulares, 834. 1. liberum arbitrium, 940. 1. excellentiæ diuerſæ, 842 1. corona lapidum precioſorum, 842. 2.

Digitized by Google

Mariæ & Chriſti conceptionis differentia multiplex,5.1.& ſeq.
De Mariæ pulchritudine cur nihil in Euangelio,121.1.locus Eccleſiaſt Pulchritudine candoris,& c.137 1.
de Mariæ nobilitate,Sapient.locus, Generoſitate eius,& c.135.1.
de Mariæ Præſentatione,204.1. & ſeq. Annunciatione,344 1.gratiæ plenitudine 416 1.viſitatione,406.1.Purificatione,548 1 immaculata conceptione quæſtioné eſſe inter Chriſtianos,miratur infidelis quidam, 671.2 doloribus,Damaſcenus & Anſelmus,679.2
in Mariæ vtero fructus benedictiones.442.1.corona, ſtellæ 12.quid notent, 804.2 & 806. col 1
Mariæ conuenit pulchritudo tripliciter, 122. 1. ſoli inter creaturas rationales conuenit illud Canticorum,Tota pulchra es,& c.133.2.pulchritudo ſupernaturaliter infuſa, 137 1
Mariam quibus virtutibus inuenerit Angelus præditam,401.1. Secretione ac ſolitudine,ibid Intelligentia.ibid 2. Erubeſcentia verecundiâque,402.2 Taciturnitate, 403.1.Timore. Honeſtate,ibid 2. Prudentia, 404. 1.Pudicitia,ib 2.Obedientia,405.1. Humilitate, 406.1. deſiderio filij Dei,ibid 2.fide. 407.1.
Mariam fuiſſe exemptam omni væ,409 2.410.1 ſalutantibus,tres gratiæ dantur 464 2.beatã dicunt omnes generationes.485.5.Et diuina generatio,ibi.
Mariam Sacramenti manducatio quomodo repleuit,496 1 intercedere pro peccatorib eſt præfiguratum,525.1.ſupra omnes cœlos vehendam fuiſſe,778 1. Et per omnes ordines beatorum,780.1
Mariam laudare non ſufficimus,830.1
Mariam & Ioſephum laborare Deus cur permiſerit,335 1.
in Mariam amor minimi beati,maior eſt amore omnium inter ſe beatorum,813.2
inter Mariam & Deum quadruplex vnitas, 838. col.2.
inter Mariam & Diabolum humani generis cauſſa diſceptatur , coram Chriſto iudice, 241.2
Maria nullus gratior Deo,ante eam ingreſſus eſt templum,204.2, Angeli verbis aſſentiente, quatuor miranda in eius vtero facta ſunt, 353.1.
de Maria locus Ezechielis expoſitus,Aquæ iſtæ & c.167.1.locus Eccleſiaſt.Gyrum cœli, & c. 108 2.Iterum locus Eccleſiaſt.In habitatione,& c.191 1.Prouerb locus, Non extinguetur,& c 2 6 2.
in Maria impletæ omnes benedictiones , per Moyſen filiis Iſrael datæ,438.1. quæ conſeruauerint Spiritum S.769.1
Martius,primus anni menſis, 373.1.menſis nouarum frugum,ibid.
Martij menſis priuilegia,368 2.In hoc Chriſtus incarnatus & paſſus,ibi.
Martyrum,virginum,& Doctorum deliciæ ſpirituales,833 2
Maternitatis gradus in B.Virgine Chriſto conformis,821 2
Matthæi locus exponitur,Sanctificetur nomen tuum,11.1 Inter natos mul.& c.45 1
Medo,ſeu Medius,856 2
Melancholicorum proprietates,8,8.1
Mellectros,ſiue Mellantes,856 1
Melochites,ſeu Melochitus,856 2
Menophitis,856.1
Menti potius inhærendum,quam verbis loquẽtis,28.1
Merentij proprietates,770.2
Meritum triplex,518.1.
Meritorum Deus acceptor eſt,non perſonarũ, 35.2
de Minori Deus maius facere poteſt, ſine additione,aut rarefactione,12.1
Miſericordiæ matrem eſſe,propriè conuenit B. Virgini,290.1.
Miſſa cur celebretur in natiuitate. Domini,515. col.1
Miſſæ tres quare dicantur in die Natiuitatis Dominicæ,515.1
Mõs dicitur multipliciter,14.1.Mõs Dei,mons pinguis,exponuntur de Chriſto,14 2
in Montana aſcendit Maria,472 2. Et nos aſcendere debemus.ibid.
Moyſis benedictiones,datæ filiis Iſrael,438.1
Mulieres nobilitantur à maritis,103.1. pulchræ 125.1
Mulierum genealogias quare ſcriptura non tradit,vt virorum,107.2
Mundus,caſtellum,758 1
Munera tria offerenda Chriſto,717.2
Myrrhæ genus triplex,593.1. Proprietates, ibidem 2
Myrrhæ faſciculus quid,593.2
Myrtes,856.2

N.

Nardus quid,598.2.
Nardi virtus,598 2

Digitized by Google

Natales principium dies celebrantur antiquitus,97.1.

Natiuitas Mariæ iucunda,103.2 Cœleſti curiæ 104.2. Toti Trinit. ibi. Patrib. in limbo,105 1.

Natiuitatis Mariæ neceſſitas, nobilitas, iucunditaſque,97.1.

Natiuitatis in filio Dei myſterium fuit angelis oſtenſum, & Patriarchis,538.1. Et prophetis, 539.1 Et Sibyllis, ibi. 2. Et Patribus noui teſtamenti,540 1.

in Natiuitate Domini cur Miſſa celebretur,515.1 quare tres dicantur Miſſæ,515.1

Naturam diuinam vniri cum humana, ſuppoſiti vnitate, an poſſibile fuerit,345 1

Nazareth habet ſex interpretationes, Conceptionis myſterio conuenientes, 371. obtinuit principatum inter ciuitates, vnde fuiſſe dicitur Chriſtus,372 1

in Nazareth congruè cōcipitur Chriſtus,370.2

Nephtalim benedictio exponitur,433 2. Qui contemplationem inuiſibilium per viſibilia ſignificat. ibid.

Nicodemus quis,701.1. Ille cum Ioſepho ab Arimath moraliter quid, ibid.2.

Nix vt terram impinguat, ſic Maria terrenos, 611.1. Et vt nix omnia fœtida tegit, ita Maria vitiorum turpitudinem, 611 2 vtque nix ferarum veſtigia, ſic Maria Diaboli manifeſtat inſidias, ibid.

Niuis feſtum quare ſit inſtitutum,606.1 albedo ſignat virginitatem,606.2. Puritatem & Innocentiam, Item pulchritudi. 607.1 poroſitas, Mariæ ſignat gratiarum capacitatem: Elabilitas, ipſius laudes inexplicabiles,610.2

Nomina diuinitus impoſita, ſignificant donũ aliquod gratuitum, diuinitus collatũ, 154.2

Noſech 856 2.

Nubes dicti, prædicatores ſancti 654.2.

Numerorum locus expoſitus, Conſurget virga, &c.749

O.

Oblatio vbi facienda,568 1. cui danda ibid.

Oblationis bonæ, ſeu eleemoſynę, conditiones 716.2

Oblationem faciens vnde moueri debeat, 567. 2. Eam deferre quis debeat, ibid.

Oblationes purgatoriæ moraliter expoſitæ,557 1. Hodiernæ quid ſignificent,561.1.

Octauianus Cæſar,512. 1. à coruo ſalutatus,808 col.1

Offerre quid debeamus,568.1.

Oliua ſignum reconciliationis,587 2 Et eſt fœcunda,582.

Oliuæ fructus,588.1. Liquor vtilis ad tria, ibid.

Onychinus,856.2

Opalius, ſeu Opalus,857.1.

Opinionem ſequi poteſt quilibet viſam ſibi meliorem,29 2.

Opus bonum differendum nunquam,469.1

Originale peccatum definitur, 8.1 quomodo contrahatur,7.2. Et quando, ibid. voluntarium in radice, qua peccauerunt omnes.79.1

Originalis peccati contractio declaratur exemplis,8 1. mala,13 2. Pœna quadruplex ibidem redimendi cauſſa, præcipuè paſſus eſt Chriſtus,89 1

in Originali peccato decedentium pœna, iuxta Hugonem & Gregorium,79.1

P.

Pacifici qui dicantur,291.2

de Pacis templo prodigium,503. 2.

Palma non marceſcit.583.1

Palmæ arboris proprietates, 582 2.584.1. folia, & fructus, ibid.

de Pane ſubcinerico, Regum locus exponitur, 181.1

Paſtorum in Chriſti natiuitate gaudium & conſolatio,505.1,506.2

ad Paternitatis veræ, vel maternitatis rationem quatuor concurrunt,526 2

Parerou,858 1.

Patientia quid à manſuetudine differat, 297.2

Patrum in limbo gaudium & conſolatio de nato Saluatore,507 2

Paupertas, humilitas, & alia per oppoſitionem præmiantur.788 2

Peccare non poſſe, quadrifariam dicitur,315.1

Peccator etiam non deſiſtat a corona decenda, 810.2

Peccatum per Abyſſum intelligitur, 48.1. Originale quomodo contrahatur.7.2. & quando, ibid.

Peccati Deus non author, ſed vltor,7.2. originalis definitio, 8.1. originalis contractio declaratur exemplis,8.1.

Perſeuerantia quatuor requirit,223.1

Perſonarum non eſt acceptor Deus, ſed meritorum,35.

Plenitudo abundantiæ in Apoſtolis,418 2. Excellentiæ in B. Virg. & affluentiæ in Chriſto. ibid.

Plonites,858.1

Poli

Poli proprietates,775.1.
Potentes moraliter qui ſint,491.2
Poteſtatum cœleſtium officium,785 1.
Prædicatores ſancti,dicuntur nubes,654.2
de Præſentatione Mariæ,204.1.& ſeq.
Præſentatio Mariæ figurata,205 1
Præſepe Domini,514 2
Primogeniti acceptio,514 1
Principatuum cœleſtium officiũ. 784.2.850.1.
Prodigia varia.503.2. & deinceps
Proles nata duplici præcepto ſubijciebatur,566 col.2
Prophetia quid,310.1 Sibyllarum,503 1
Prouerb. locus exponitur de B. Virgine, Non extinguetur,& c 216.2
Prudentiæ definitio,228 2.
Pſalmi locus exponitur Eruiſti,& c 5 1. Sanctificauit,& c 6.2 Abyſſus abyſſum, & c. aſtitit regina & c.165.1
Ptolomæi Bibliotheca,572 1
Puer,pro Chriſto 497.2
Puer intra quod tempus organizetur.6 2
Pueri mali in ſcriptura,498.2
Pulchræ mulieres,125 1
Pulchri à poetis celebrati,125,1. Pulchri & pulchræ Hebræorum,125.1
Pulchritudo caduca,121.2 non eſt cauſſa prima ſuperbiæ,& aliorum vitiorum,121.2
Pulchritudini gratia præfertur 137.2
de Purificatione B.Virginis.548.1.
Purificatoriæ oblationes moraliter exponuntur, 557.1
Puſillanimitas.155 2
Pyrites.857.2

R.

Rabiates 853 2
Redemptio præſupponit lapſum, velut liberatio obligationem 3.2. fit ſex modis.49 2 generis humani per Deum fieri tantum debuit 348 2.
Reges creari non poſſunt inter Chriſtianos,infideles & hæretici.799 1
Regum,ſeu Magorum trium,nomina.712.1
Regum locus exponitur,de pane ſubcinericio. 181 1.de Solis retroceſſione per decem lineas exponitur de Chriſto,309.2.de Dauide Goliam interficiente.450 1
Regibus & reginis ſpecies conuenit 136.2
Regnum vtrum ſucceſſione teneatur,an electione 799.1.
in Regno ſuccedere poſſunt fœminæ,799.2.Idque propter maritos.ibid.
Romam Chriſtus cur elegerit Eccleſiæ principatui.pagin.513 colum.2.
Roſa quatuor delectat ſenſus.586 1.
Roſæ qualitas quadruplex. 585 2. virtus.587.2.

S.

Sabbati dies,Mariæ dedicatus,675.1.
Salomonis thronus.657.2
Salutatio Angelica cur expreſſum non habet proprium nomen Mariæ,409.2 Et cur illud adiecit Eccleſia 410.1.à quibus dicenda.463 1.Et qualiter ibid 2. Et quare.464.1 odioſa diabolo.465.1 Nobis valde fructuoſa,ibid 2 ad Mariam,in luctum verſa 680.2
Salutationis Angelicæ exponitur illud, Dominus tecum,422 1.& ſeq 423.1
Salutationem Angelicam deuote dicentib. tres gratiæ conferuntur.464 2 recitantium indulgentia,807 2
Sanctificatio multifariam dicitur 9 2 & ſeq.
Sancti omnes dicuntur ſtellæ.194 1.
Sanctorum omnium deliciæ generales.833.1
Sapiens non turbatur 412.1
Sapientia Dei declaratur 387.1
Sapientiæ & intellectus donum.257 2.
Sapient. locus exponitur,hanc amaui,& c.132.1 Generoſitatem eius,& c.135 1
Sapphirus.858 1
Sardius.860.1
Sardonychus.846.2
Saturni proprietates 774 2
Scripta Apocrypha 736.1
Scriptura quare non tradit genealogias mulierum perinde vt virorum.107 2
Seraphinorum officium.786 1
Serpentis caput Maria contriuit 831 2
per Sethim ligna,ſignificatæ 4.Mariæ virtutes. 789.2
Sibyllarum prophetia,503 1
Simeon exhibet formam boni ſacerdotis 562 1
Similitudines pulchræ 12 2
Sinai mons 655 1.& eiuſdem ſimilitudines 8.ad Mariam.ibid.
Sixti Papæ decretalis de conceptione Mariæ, 37.2
Smaragdus.859.1.
de Sodomitis mortuis prodigium 504 1
Soliditas conſtantiam ſignat 645 1
Solis retroceſſio per decem lineas expoſita de Chriſto,309 2. triplicis prodigium,504 2 in circulo ſuo pulcherrimam virginem eum in fantẽ inter brachia exhibentis prodigium, 504 2 proprietates & effectus.772.1. Quantitas 773.1
Solis.860.

Spes

8-8-A-49

SERMONVM MARIALIS,

BERNARDINI BVSTI, DE EXCELlentijs Beatiſſimæ Virginis Mariæ,

PRIMA PARS;

IN QVA TRACTATVR DE IMMAculata eius Conceptione, & peculiari nomine, Perpetuum ſilentium nuncupatur.

IN FESTO IMMACVLATAE CONCEptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ.

SERMO PRIMVS.

In quo diſputatur, ac defenditur Sanctiſſimam Virginem abſq; peccato originali conceptam eſſe: vbi etiam nonnulla traduntur de hominis conceptu, ac de peccato originali.

Sibi prima facie videri ſilendũ circa laudes B. V.

T*OTA pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Cant quarto. Inconueniens mihi ſatis, incongruũque valde, ac non parum repræhenſibile prima facie videtur, quòd ego indignus, inſufficiens, atque ineptus, lingua audeam contaminata, labijsque pollutus laudare, extollere, atque magnificare intemeratam, caſtiſſimam, immaculatamq; Dei ſponſam glorioſam, atq; Beatiſſimam Virginem Mariam: Melius eſt enim aliquid non facere, quàm inepiè, & malè agere, iuxta notata in l. prima ff. ſi quis in ius vocatus, non ierit. & in l quãuis § ſi conuenerit ff ad Velle & in. l prima. §. penultimo ff. quod cuiuſque vni. & in l quoties. ff. qui ſatiſ. cogan & in. l. non putauit. § non quæris ff. de bon. poſſ. contra tabu. immo grauius quis punitur in faciendo, quam in omittendo, vt notat gloſſa in. l. ſi mora ff. ſolu. ma. Quia igitur melius eſt aliquando ſilentio vti, quàm loqui. l. nonnunquam. ff de colla. bon. & neceſſaria non ſunt momenta verborum, quæ balbutiens lingua profudit l quoniam indignum. C. de teſtam. Magnaque culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti l. culpa. ff de regu iur. & capitulo non eſt ſine culpa eo tito. lib. ſexto, vnde dicitur decimaquinta quæſt prima §. ſed obiicitur, quòd peccat cæcus emittens ſagittam, quia ad hoc nõ eſt aptus: Quia etiam magnum eſt peccatum præſumptionis, quod committitur, quando quis illa aggredi tentat, quæ ſunt totaliter ſupra vires ſuas, ſecundum Tho 2. 2. quæſt. 21 & Sen in lib. de qua-

Digitized by Google

PRIMA PARS HVIVS ſermonis, in qua opponitur contra conceptionem Dei genitricis.

Veritas rei quomodo indagetur

QVantum ad primam conſiderationem, eſt ſciendum ſecundum ſententiam Ariſtot. in prin. Topicorum, quòd arguendo pro parte affirmatiua, & negatiua melius cognoſcitur veritas, & falſitas cuiuslibet concluſionis, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, & melius ad inuicem diſcernuntur 2. de cœlo & mundo & pri Elenchorum. Vnde inquit Ariſtot. ſecundo de anima, quòd conſiderans vnum oppoſitorum habet conſiderare & reliquum. Cognito enim vno ex contrariis cognoſcitur & aliud l. pri ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & §. Nec manifeſtum, Inſti. de obliga. quæ ex del. c. naſ & l. Pomponius § ſed his qui. ff. de procura & Inſti. de tute. in principio. Idcirco Ariſtot. in libro prædicamentorum in prædicamento relationis inquit: *Dubitare in ſingulis non erit inutile* quod etiam notatur per gloſſ. in l 3. C. de ſumma Trini. & fide catho. ſine diſputatione etenim non ita clare veritas innoteſcit. Adeo quod in metaphyſ. Ariſtot. ait: *Quærentes veritatem ſine diſputatione, ſimiles ſunt quærere debeant ignorantib:* Diſputando autem melius veritas inuenitur, vt notatur in. l fina §. mixta ff. de muner. & honoribus, & in. l. diui fratres ff. de iurepatro & l. ſecunda § ex legibus ff. de origi. iur. Quia igitur

Iudicantem oportet cuncta rimari

iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, capitulo iudicantem 30 quæſtio. vltima & l iudices C. de iudic. cum ſimilibus: Ea propter vt melius pateat Beatiſſimæ Virginis puritas, contra eam in hac parte tribus rationibus opponemus.

Prima dicitur redemptionis.

Secunda comparationis.

Tertia vero ſanctificationis.

Arg. pro prima opinione quod ſit conceptam in pec. orig.

Pro fundamento primæ rationis ponitur illa regula iuris, quæ ait: *Quod fauore aliquorum eſt introductum, non debet in eorum odium retorqueri* l quod fauore. C. de legi. l. nulla iuris ratio. ff. eod. l. plures C. de fide inſtru. l. tertia. §. duæ. ff. de Carbo edic. l generaliter § in his autem C. de ſecund nupt & no. in l non eo minus. C de procu textus eſt in capitulo quod ob gratiam, de regul iur. libr. ſex. Sed beata virgo ſine peccato concepta dicitur primo, vt ipſa glorioſior appareat, & magis laudetur, quia eſt digna omni veneratione. Vt de in Miſſa eiuſdem canit Eccleſia: *Benedicta & venerabilis es virgo Maria. &c.* Et ideo de illa dicere poſſumus illud Eccleſiaſtici 43. *Exaltate eam quantum poteſtis, quia eſt maior omni laude* Secundo hoc priuilegium ei attribuitur, vt per hoc eius filius magis honoretur, quia gloria filiorum parentes eorum. Prouerbior. 17. Facit l à diuo Pio, & l. milites. C de quæſtioni & l. iubemus. C. de aduo. diuer. iudic. Et ſic opinio conceptionis introducta

Primum arg. quia non fuiſſet à Chriſto redempta.

eſt in fauorem matris, & filii. Cum igitur ex hac opinione ſequatur iniuria vtriuſque non modica, concludendum videtur quod non debet teneri. Quod autem data hac opinione pro vera ſequatur propoſitum, patet, quia ſi non contraxiſſet beata virgo peccatum originale, nulla indiguiſſet redemptione, cum non haberet aliquod peccatum actuale mortale, aut veniale, ſecundum omnes doctores. Non enim egent qui ſani ſunt medico, ſed ſolum male habentes, Matth. 9. Ergo Chriſtus non fuiſſet redemptor Virginis, quia redemptio præſupponit lapſum, ſicut etiam liberatio præſupponit obligationem. l. decem ff de verbor. ob. & abſolutio condemnationem, vt in l. pri. C. de confeſſ. & per Bartol. in d. l. decem. & ſic beata virgo priuata fuiſſet merito paſſionis Chriſti, & eius filius non fuiſſet mortuus pro ea, quod eſſet contra dictum Pauli ſecundo ad Corinth. quinto di. *Chriſtus pro omnibus mortuus eſt.* Nec ipſe Saluator mundi poſſet dici perfectiſſimus redemptor. Contrarium autem tenet Eccleſia, quæ canit: *Chriſte redemptor omnium*, ergo & ipſam Virginem redemit, conſequenter concludendum videtur, quod originale peccatum in conceptione contraxit. Filius enim Dei venit ſaluum facere, quod perierat Luc. decimo nono. Igitur beata virgo per peccatum perierat, ſi fuit à filio ſaluata & redempta. Secundo idem probatur ratione comparationis ſic: Non ſunt tantum glorioſæ Virginis à nobis extollenda priuilegia, vt detrahatur dignitati Saluatoris noſtri. Iniquum enim eſſet aliquid ab vno iniuſte auferre, vt detur alteri, ea non eſt, pri. quæſt. prima, capitulo forte 14. quæſt 5. & l. aſſiduis. C. qui poti in pig. ha. vbi dicit Bald. quòd vnum altare non debet denudari, vt aliud cooperiatur. Nec debet aliquis, vt commodum alicui faciat, alteri præiudicare cap. denique 14. quæſtione. 5. & cap. primum 12 quæſt. ſecunda & l. 2. § merito. ff. Ne quid in loco publ. & l. fina. C ſi contra ius vel vti. publ. Nec aliorum honores debent aliis noce-

Redemptio præſupponit lapſum ſicut liberatio obligationem.

2. argu. ex comparatione ad Chriſtum

Digitized by Google

nocere.l.fina.C.de ſtatu.& ima. Nec aliquis debet illud appetere, per quod honor alterum minuatur. e.ſi quis non obediat 11.quæſt.3. & ideo nec nos debemus ita laudare Virginem Mariam, vt diminuamus Domini noſtri priuilegia. Nec ipſa debet ſibi velle vſurpare talem dignitatem, qua filio Dei æqualis videatur. Aſſumens enim dignitatem quam non poteſt habere, dicitur ſal ſatius, vt inquit Bart.in l.ff.de publi. iudi. Iniuſtum etiam eſt, quod quis velit laudem ſibi attribuere cum diminutione honoris alterius, c. adi nu lus 90.di. Iniuſtum quoque eſt aliquem cum alterius detrimento fieri locupletem l. Nam hoc natura ff.de condi.inde & l iterum quidem in fi.ff iterum amo. & l.3.§ ſi ſeruus.ff.de tribu & de nego geſt l. ſi pupilli.in prin & l cum hi §.ſi quis de alimentis ff.de tranſact.& l ſi icitas iu t. reſpon.de offi præ ſi.& l. iure naturæ de reg.iur. Alteri enim per alterum præiudicium inferri nõ debet ff.de reg.iur cum fruni. Cum igitur hoc per excellentiam atque ſingularem dignitatem attribuatur Domino noſtro Ieſu Chriſto, quod poſt Adæ lapſum ipſe ſolus conceptus ſit ſine peccato, dicente Auguſtino in libro de baptiſmo paruulorum: *Non eſt in filijs hominum quiſquam ſine peccato excepto vno mediatore noſtro* Et in eod. lib. circa finem iterum dicit: *Teneamus fidei indeclinabilem confeſſionem, quod ſolus Chriſtus ſine peccato natus eſt in ſimilitudinem carnis peccati.* Concludendum videtur quod nec nos hanc prærogatiuam debemus beatæ Virgini attribuere, nec ipſa in dedecus, & diminutionem honoris dilecti filij ſui tantam ſibi debet excellentiam appropriate, quæ ſibi competere non videtur. Nam illud quod eſt inductum in fauorem, & priuilegium alicuius ſingularis perſonæ, non egreditur illius perſonam.§ ſed quod Princi. Inſti de iure na gen.& ci.& l ius ſingulare.ff de legi.Tertio idem probatur ratione ſanctificationis. Beata etenim virgo fuit in vtero matris ſanctificata, vnde de ipſa canit Eccleſia il ud Pſalm qua ſragelimi quinti. *Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus* nullus autem ſanctificatur niſi prius animetur, quia caro ſine anima non eſt ſuſceptibilis gratiæ. Ergo antequam ſanctificaretur, eius anima erat infuſa in eius corpore. Si igitur tunc fuit ſanctificata, cum non ab actuali, mortali, aut veniali peccato, quod tunc non commiſerat, ergo ab originali ſanctificata fuit, & purgata, ſanctificare enim eſt de non ſancto ſanctum facere. Nam ſi tunc ſanctitatem habuiſſet, ſanctificatione non indiguiſſet. Nec oportuiſſet quod *Deus* illi ſanctitatem infunderet, quam prius poſſidebat. Et beata Virgo dicere potuiſſet illud vulgare prouerbium; Quod meũ eſt, mi 1 s meum fieri non poteſt.l.& in eadem §.actiones.ff.de excep.rei iudi.l.3.§ ex pluribus, ff.de acqui.poſſ & de le 3 l.cum quis. pri. reſpõ. & inſti.de lega.§ .cd ſi rem & de acti.§.itaque & capitu.iute. dilectos § cæterum. de ude inſtr. & l cum res & l ſi mater.C.de contra.emp. & l. ſuæ rei.ff eo. tit. Et ſi ipſa virgo benedicta petiiſſet à Deo ſanctificari, potuiſſet illi dicere Deus, illud Ouid.in 3.Metamo ph.ſcilicet: *Fruſtra petis, quod mecum habes,* quod etiam no.in l. ſi quis ex argentariis.§ proh bet.ff de edendo. Ea propter concludendum videtur quod per ſanctificationem ab originali peccato fuerit emundata. Et hæc ſufficiant pro prima parte huius ſermonis: Sed audi aliam partem, ſi vis recte iudicare. e.1.de cau.poſ & pro pri.

Iniuſtè quis laudẽ ſibi tribuit cum diminutione alterius.

3. argum. ex eo quod dicitur Sanctificata.

PARS SECVNDA quæ dicitur reſponſionis.

His argumentis non obſtantibus in contrarium eſt veritas, videlicet, quod Beata Virgo Maria ſine peccato originali fuit concepta. Non obſtat modo prima ratio dicta à redemptionis, quia reſpondeo ſecundum ſententiam doctoris ſubtilis in tertio, diſt. tertia, quod Chriſtus fuit redemptor beatæ *V*irginis per gratiam præuenientem eam præſeruando, quia ſi illam non præſeruaſſet, in originale peccatum incidiſſet, vnde in ipſius perſona prædixerat Dauid Pſal mo 58 *Deus meus ſuſceptor meus miſericordia eius præueniet me.* Aliorum autem hominum fuit redemptor per gratiam ſubſequentem poſt lapſũ. Redemptio itaque B.*V*irginis fuit perfectior omni alia redemptione, quia melius eſt aliquem à vulnere defendere, & præſeruare, quam poſt vulnerationem remedium adhibere. l. fin. C.in qu. cau in integ.reſti. non neceſ. & l.1.C quan.licet vnicuique ſine iudic vendi.fac.et glo.in l.tertia §. cum igitur.ff. de vi & vi arm. quæ dicit, quod quis non debet expectare, vt primo percutiatur, quam ſe defendat, ſed debet magis præuenire quam præueniri, & notatur in l. vt vim ff. de iuſti. & iu & in l. 1.per Bar. C. vnde vi. Poſito igitur quod quis videret duos debere vulnerari, ſi vnum adiuuaret, & defenderet, ac præſeruaret ne vulneraretur, alium aũt dimitteret vulnerari, ſed poſtea per medicinam eum ſanaret, diceretur profecto vtriuſq; ſaluato, ſed melius & perfectius de priori. quia ſecundum Scotum tert. diſt.3. quæſt 1.

Excel-

Senten. auctoris quod non ſit in originali concepta.

Reſpon. ad primum ar.

Simile pro conceptio ne B.V.

Digitized by Google

Excellentius beneficium eſt ſeruare à malo, quam dimittere cadere in malum, & ab eo poſtea liberare: vnde multo melius eſt inter amicos pacem ſeruare, quam interruptam reformare, & item prohibere quam litigantes comprimere vt ait Fran. de May in ter. d. ſanct. ter Beata igitur virgo præſeruata ab originali per gratiam filij ſui, fuit ab illo perfectiſſime redempta, ideo canit eccleſia in officio conceptionis: *Nullum redemit filius ex omni gente dignius, quia te ſeruauit prouide mundam paterno ſemine.* Eo itaq; modo redemit Chriſtus ſuam matrem, eam præſeruans ne caderet in peccatum: quo etiam bonos angelos redemit præſeruans ne ſimul caderent cum Lucifero. De quo Bern ſuper 2. Can. inquit: *Chriſtus etiam angelos redemit, illos præſeruando, homines purgando.* Et tali modo loquendi vtitur pſalmiſta, in ſal 85. dicēs Deo: *Eruiſti animā meam ex infer. inferiori* quia ei ne infernum deſcenderet, auxilium dedit, i. liquē liberauit. Quia autem beata virgo quātum ex ſe erat, ex conditione naturę apta erat contrahere peccatū originale; ideo ab illo dicitur Chriſtum eam liberaſſe, & ſaluaſſe, & hoc reſpectu dixerunt quidam ipſam originali peccato fuiſſe obnoxiam, quòd illud contraxerit, ſed quia niſi ex ſpeciali priuilegio fuiſſet præſeruata, contraxiſſet. Et ſimili modo loquēdi etiam dicitur Iob. quarto: *Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles*, cum tamen boni Angeli ſint in gratia confirmati, ſecundum Theologos in ſecunda. diſt. ſeptima. ſed hoc intelligitur quantum eſt ex eorum natura, niſi fuiſſent per diuinam gratiam ſtabiles facti. Ex quibus patet ſolutio ad primam rationem contrariam. Et hanc reſponſionem approbans ſanctus Anſelmus, dicit in libro ſecūdo, Cur Deus homo, capitulo. decimo: *Indiguit Beata Virgo redemptione, & Chriſti paſſione non propter peccatum, quod infuerit, ſed propter peccatum quod infuiſſet, niſi ipſemet ex ſpeciali priuilegio eam præſeruaſſet.* Non ſequitur ergo: Beata Virgo fuit redempta per filium à peccato originali, ergo fuit illi obnoxia. Facit et ad prædicta notata per Bar. in l. decem. ff de verbo obliga. & in l. non vtique ff de excep. vbi declarat quòd aliquando quis dicitur manumiſſus, qui nunquam fuit ſeruus, & abſolutus qui nunquam fuit excommunicatus. Ad rationem autem ſecundam, quæ dicitur comparationis, Reſpondetur quòd propter hanc veritatem creditam, ſcilicet quòd virgo fuit concepta ſine peccato originali, non ſequitur quod ipſa in ſua conceptione fuerit æqualis conceptioni Chriſti. Immo ipſe Dominus habuit ſingularem & excellentiſſimum modum conceptionis.

Expon. loci Pſal 85 Eruiſti &c

Expon. Iob 4. Ecce qui ſeruiūt &c

Reſp. ad 2. argument. Differētia inter conceptionē Chriſti & Mariæ.

Nam primo fuit conceptus abſque virili ſemine de puriſſimis ſanguinibus Beatæ Virginis virtute ſpiritus ſancti, vt inquit Gregorius ſuper Cantica. & Franciſcus de Mayro. ſuper *Miſſus eſt*, & Nicolaus de Lyra ſuper Lucæ 1 capitul. Virgo autem fuit concepta ex vtroque parente & ſeminum commixtione. *1. different.*

Secundo Chriſtus in primo inſtanti ſuæ incarnationis ſiue conceptionis habuit corpus plene organizatum, licet ita minimum eſſet, vt quaſi videri non poſſint membrorum diſtinctiones, & in eodem inſtanti infuſa fuit anima in eius corpore, nec expectata fuit temporis dilatio ad organizationem corporis, ſecundum Alexandrum de Ales in tertia parte ſummæ, in tractatu de ſanctificatione Beatæ Virginis: Et Auguſtinū in libro de fide ad Petrum. In eodem quoque inſtanti fuit Chriſtus plenus ſcientijs, & virtutibus, vt dicit Nicolaus de Lyra ſuper Hiere 31 ad verba *Nouum faciet Dominus ſuper terram, fœmina circundabit virum.* Et Franci de Mayro ſuper illa verba Lucæ 1. *Ecce ancilla Domini* Et Gregor. ſuper illud Cantic. o. ſecundo. *Ecce iſte venit ſaliens.* Et Richardus in tertia. diſtin. ſecunda articulo. ſecundo quæſtione. quarta, hoc autē fuit in conceptione Virginis. *2. differēt.*

Tertio quòd Chriſtus non ſit in originali cōceptus, hoc fuit et conueniens iure naturæ & neceſſario, quia nullus princeps ſuis legibus eſt ſubiectus. l. princeps ff de legi. l. ex imperfecto. C. de teſta. & §. ſi. in authenti. de conſu. col 4 & l ex imperfecto ff. de leg 2. & capit. cuncta. 7. quæſtione 3. Facit quòd not. at. Dominus Anton. de Butrio. in capitul omnis, de pœniten & remiſſi. vbi dicit quòd Papa non ligatur vigore illius capituli. Beata autem virgo fuit concepta ſine peccato non ex natura, nec ex debito, ſed ex gratia & priuilegio ſui filij. Nam vt dicitur in d. l princeps ff. de legibus, Imperator eadem priuilegia tribuit Auguſtæ ſiue Imperatrici, quæ ipſe habet Ideo in ſermone ad Euſtochium inquit beatus Hieronymus: *In Mariā totius gratiæ quæ eſt in Chriſto plenitudo venit, quāquā aliter.* Aliter, dixit, quia quod Chriſtus habuit ex natura, hoc B. Virgo recepit ex gratia. *3. different*

Quarto in primo inſtanti conceptionis Chriſti, anima eius coniuncta fuit perſonæ diuinæ Richard. vbi ſupra, quod non fuit in Virgine. *4. differēt.*

Quinto Chriſtus in ſua conceptione nō indiguit redemptione paſſiua ſiue aliquo præſeruante, nec habuit naturam pronam ad recipiendam maculam peccati originalis, & ſic nec radicaliter nec formaliter habuit, nec habere potuit peccatum originale. Cuius rei rationes aſſignat Anſelmus *5. differ*

Digitized by Google

ſit corruptio alterius, neceſſe eſt dicere, quòd tã in homine quàm in alijs animalibus, quãdo perfectior forma aduenit, fit corruptio prioris: Ita tamen quòd ſequens forma habet quicquid habeat prima, & adhuc amplius. Quapropter cum anima intellectiua creatur, & infunditur à Deo, ſimul eſt ſenſitiua & vegetatiua corruptis formis præexiſtentibus. Quando autem corpus non eſt plene organizatum, peccatum originale in eo eſſe non poteſt; quia cum ſit inanimatum anima rationali, nõ poteſt habere peccatum, cuius ſubiectum eſt ipſa anima. Vnde dicit Magiſter in ſecundo ſententiarum, diſt. trigeſimaprima, quòd caro ſola licet ſit per concupiſcentiam generata, nec culpam habet, nec actum culpæ. Non etiam anima habet illud peccatum antequam ſit infuſa corpori, quia à Deo creatur ſine macula. Cuncta etiam quæ facit Deus, bona ſunt, Geneſis primo. Iſtud autem corpus ante infuſionem animæ habet in ſe corruptionem prædictam, & inclinationem ad malum, & rebellandum ſpiritui, ſi cum eo coniungatur, & ad contrahendam originalis peccati miſeriam, maxime ex iuſtiſſima diuini decreti cõdemnatione, qua ordinatum eſt quòd omnes de ſemine corrupto primorum parẽtum peccantium propagati, careant iuſticia originali, & priuentur diuina viſione, & æternę ſint damnationi ſubiecti, propter culpam primi parentis, ob cuius inobedientiam omnes poſteri eius peccatores conſtituti ſunt, ſecundum Apoſtolum ad Roman. 5. Et hanc ordinationem appellat idem Apoſtolus chirographum decreti, ad Col. 2. Ex quibus patet quod peccatum originale non ex eo ſolum contrahitur quòd anima coniungitur cum corpore infecto, ſicut dixerunt quidam dantes exemplum de habente manus pollutas, qui in eis recipit pomum mundiſſimum ex quibus fœdatur. Nam hanc opinionem reprobat Sco. & Pe. de Candia, & Fran. de May. in 2. ſen. di. 30. Quia qualitas corporalis de ſe non poteſt inficere naturam ſpiritualem, vt patet exemplo radij ſolaris non infecti propter fæces corporales. Cum ergo peccatum originale non proueniat principaliter à carne, quæ cum illud non habeat in ſe, non poteſt ipſum peccatum in animã tranſmittere, ſecundum illam ſententiam, quæ ait, quòd nemo dat quod non habet c. ventum. 1. q. 1. l. nemo. ff. de reg. iur. l. traditio ff. de acqui. re. do. & l. ſi liberam. C. quod cum eo. Item nec ab anima, eadem ratione quia cum nullum in ſua creatione recipiat anima peccatum, & ſic munda infundatur corpori, (nam Deus ipſam animam creando ſimul corpori infundit, ſecundum Augu. in

Quid intelligat Apoſ. ad Col. 2. per Chirographum decreti.

li. de Eccleſiaſticis dogmatibus, & theologos in 2. ſen. di. 18. non poteſt corpus aliquo vitiare peccato in ipſa infuſione. Itẽ nec à parentibus tranſmittitur ipſum peccatum in filios. Si enim hoc eſſet, ſequeretur quòd generati à parentibus bãptizatis, & conſequenter ab originali peccato liberatis non contraherent ipſum originale peccatum, quia parentes transfundere non poſſunt quod ipſi non habent. Ideo dicendum quòd hoc principaliter procedit ratione primæ præuaricationis, propter quam humana natura in Adam deprauata, & Dei inimica conſtituta, per diuinam ſententiam fuit damnata, atque ad hoc debitum in ipſa prima præuaricatione factum pro tempore ſingulis ſuppoſitis ſuis contrahendum mediante corrupta carne ab ipſo primo præuaricatore propagata merito eſt deputata. Et hoc innuit Ambroſ. in lib. de verbis Apoſtoli: cuius verba refert Magiſter ſen. in 2. di. 30 di. *Corruptio per conditionem effuſionis manet in corpore, robur tenens diuina ſententia data in Adam cuius conſortio maculatur peccato, ſcilicet anima*, hæc ille. Ad puniẽdam ergo hanc culpam totius humanæ naturæ in Adam lapſæ iuſto Dei decreto ſtatutum eſt, vt omnis anima intrans corpus ex ſemine infecto taliter propagatum inficiatur, ſicut etiam Leuit. 14. fuit decretum, vt quicunque intraret domum leproſam, efficeretur immundus. Hoc autem decretum punitiuum fecit Deus, quando vt habetur in Geneſ. 2. c. dixit primo parẽti. *In quacunque die comederis ex eo*, ſcilicet ligno ſcientiæ boni, & mali, *morte morieris*. Tunc enim tulit damnationis ſententiam contra eum & poſteros eius ab ipſo propagandos, qui virtualiter in lumbis eius erant, ſi de ligno vetito comederet. Et ſic Deus non fuit, nec eſt autor peccati, ſed vltor. Quare autem iſtam damnationis ſententiam non incurrerit Chriſtus, nec beata virgo, qui etiam ipſi erant modo prædicto in lumbis Adæ, patuit ſupra. Et etiam in ſequentibus ſermonibus declarabitur. Quando ergo anima infunditur corpori ex ſemine infectorum primorum parentum propagato, tũc immediate contrahit peccatum originale. Et ratio eſt, quia peccato primorum parẽtum tota natura humana, quæ in illis tunc erat, tota virtualiter fuit infecta ſecundum Auguſt. 13 de ciui. Dei & Anſel. in 1. lib. de conceptu virginali. & Alex. de Ales in 2. parte ſum. in tracta. de peccato originali qu. 1. & etiam in 3. parte ſum. in tract. de Incarnatione Chriſti. & ſeraphicũ Cardinalem ſanctum Bona. in 2. di. 31. Ideo ſicut ſi virtuoſe vixiſſent homines, ab eis deſcendentes fuiſſent remunerati, vt declarat Alex. de Ales in 2. parte

Quomodo cõtrahatur pec. origin.

Quando decretum illud punitiuũ fecerit Deus.

Deus non fuit autor peccati, ſed vltor.

Quando cõtrahatur pec. orig. & huius ratio

Digitized by Google

parte ſum in tract. de peccato originali. & Anſel. in lib. de conceptu virginali. ca. 4. & in lib. Cur Deus homo. c. 18 & ſanctus Bonau. in ſer. di. 33 & magiſter Bar. Piſanus in lib. beatæ Virginis. fructu. 7 & Laudulphus Neapolitanus in 2 ſen. di. 30. qu 6, & Linconienſis in tractatu de ceſſatione legalium Et beatus Tho. in quæſtionibus diſputatis de malo q. 4. ar 8 & 1. parte ſum. q. tor art. 1. Ita pe peccatum fuerunt merito puniti. Qui enim ſentit commodum, debet ſentire & incommodum. l. eum qu. ff de iureiurand. & inſti. de legi patron tum in ſi. Et hoc eſt quod inquit Apoſtolus ad Rom 5 di. *In quo omnes peccauerunt*. Et pro huius concluſionis notitia & congruentia inducit magiſter Fran. de May quatuor exempla in tract. de conceptione Virgin s. Primũ eſt; quod ſicut contrahitur irregularitas in bigamo propter eccleſiæ ſtatutum, quo ordinatum fuit, quòd quicunq; cõtraheret cum duabus vxoribus, ſit irregularis 33 diſt. c. maritum, vel quicunque contrahit cum vidua ab alio marito cognita, eſt etiam irregularis 32. di c ſeriatim & 30 di c vna, & c. a ſtercationis, de biga lib. 6. vel etiam ſi duxit vxorem quomodocunque corruptam d. c. maritum 33. diſt & c. qui in aliquo lib. di. Ita Deus inſtituit, vt quicunque ſpiritus deſponſatus fuerit carni propagatæ ad Adam, obligetur ad pœnam damni, quæ eſt pœna originalis peccati. Secundum exemplum eſt: ſicut irregularitas contrahitur in ſpurio per eundem eccleſiæ ſtatutum, quo ordinatum eſt quod qui naſcitur de illegitimo coitu, non promoueatur, niſi adueniat aliquid eximens. c. inter dilectos, de exceſ. prela & c. vergentis. de hære & c. ſi gens 56. di. & c. innotuit. de elec. & c. per venerabilem, & multis alijs capitulis. extra, qui filij ſint legitimi. Ita inſtitutum eſt à Deo, vt quicunque naſceretur propagatus ex ſemine Adam infecto, careret originali iuſtitia, & priuaretur æterna beatitudine, niſi ſuperueniat diſpenſatio. Et merito: nam ſecundum Sco. in 2. ſen. diſt. 30. Adam accepit à Deo iuſtitiam originalem pro ſe & pro tota ſua poſteritate, & factus eſt debitor, & ad illam obligauit ſe & poſteritatem ſuam, quæ in ipſo erat ſeminaliter & radicaliter. Vnde peccando priuauit ſe & poſteros ſuos ipſa iuſtitia originali. Et ideo de mente Sco vbi ſupra, diſt. 31. & 32. & magiſtri Pe. de Candia in tract. ſuo de conceptione beatæ Virginis, peccatum originale diffinitur, quòd eſt carentia iuſtitiæ originalis debitæ, quia in primo parente acceptatæ, & ex ipſius crimine deperditæ, qui correſpondet vt obligatio ad pœnam damni, vnde Anſelm. in libro de conceptu virginali ait, ca. 27. *Hoc peccatum originale eſſe aliud intelligere nequeo in eiſdem infantibus, niſi ipſam factam per obedientiam Adæ iuſtitiæ debitæ nuditatem, per quam omnes ſunt filij iræ*, hæc ille. Tertium exemplum eſt, quòd nati ex parentibus ſeruis, ſerui ſunt. Inſti. de iure perſo. § Serui autem, & hoc ex ſtatuto legis fit, & mandato Imperatoris l & ſeruorum. §. 1. ff de ſta. ho. Cum ergo facientes peccatum, ſeruus fiat peccati. Ioann 8 potuit Deus ſtatuere, vt omnes qui de primis parentibus ſeruis peccati naſcerentur, eidem ſub jicerentur ſeruituti. Quartum exemplum eſt, quòd ſicut contrahitur quædam nota in priuationibus, puta in illis qui naſcuntur per aliquem modum ab eccleſia prohibitum, qui priuantur dignitate eccleſiaſtica, vt pater de filijs presbyterorum, & maxime in ſpurijs, id eſt, in ſacerdotio genitis, qui non poſſunt eſſe canonici in eccleſijs patrum ſuorum, vt habetur extra de fi. presbyt. c. cum decorem & c. ad abolendam, & ſi ſecus præſumptum fuerit, non valet, niſi cum talibus ſit diſpenſatum, vt habetur in c. 1 extra eo. ſic ex priuatione huius originalis iuſtitiæ contrahitur nota culpæ, qua fit inhabilis quis miniſtrare altari eccleſiæ triumphantis, niſi fuerit diſpenſatum ſecum per lauacrum ſacri baptiſmi. Nos autem poſſumus addere quintum exemplum. Sæpe enim propter inobedientiam patris, etiam filius eius remanet priuatus hæreditate ex decreto legis vel canonis, vt in c. vergentis & c. excommunicamus, de hære. & in c. cum ſerui. eo. ti. lib. 6 Similiter ex crimine læſæ maieſtatis puniuntur filij pœna priuatiua vt in l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maie & in c. ſi quis cum militibus. 6. q 1. Ita ergo & multo magis ex diuino decreto potuit ordinari, vt propter peccatum inobedientiæ contra cæleſtem Imperatorem, & propter crimen læſæ maieſtatis æternæ, filij ſic delinquentium punirentur pœna damni, id eſt, priuationis diuinæ viſionis reſpectu cuius nullum habebant ius, licet Deus ex gratia ſua illam eis conceſſiſſet, ſi in ſe non habuiſſent aliquod peccatum, vt declarant Theologi in 2. di 33. Alia quoque duo exempla ponunt quidam dicentes, quòd ſicut quando progenies aliqua eſt obligata tributis ex pacto alicuius parentis, eorum filij eodem modo naſcuntur obligati, ſic quilibet homo peccato primorum parentum diuino tributo originalis iuſtitiæ naſcitur obligatus. Et ſicut puer qui naſcitur mortuo patre, naſcitur hæres, & paternis ſimul obligationibus obligatur, quia hæreditas tranſit cum onere ſuo ca. tua nos, de vſuris, ſic omnis homo ab Adam propagatus, ipſius reatibus oritur obligatus, Et in hoc verificatu,

Exempla declarantia conclusionem de pec. origin. *Exemplũ primum.* *Secundũ.* *In Adam poſteritas erat ſeminaliter & radicaliter* *[Peccatum origin]ale [defini]tur.* *Tertium.* *Quartum.* *Quintum exemplum auctoris.* *Septimum*

tur illa ſententia, quæ dicit quòd hæres eſt ſucceſſor vitiorum defuncti, d. c. tua nos, & l. ſi ego. §. partus ff. de Publicia. & l. 2. C. de fruct. & lit. expenſ. & l. cum hæres. ff. de diuer. & tempo. præ. Id eo Thre. vlt. dicitur: *Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt, & nos illorum iniquitates portauimus* & Ezech. 18. *Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt.* Verum quia hoc ſeptimum exemplum non eſt omnino ſimile, quia filius natus poſt mortem patris repudiando hæreditatem poteſt declinare obligationem paternam, filius aũt propagatus ab Adam nõ poteſt facere ex ſe quin contrahat hanc obligationem, ideo melius ad hoc propoſitum facit exemplum aliud.

Octauum. Nam videmus quòd aliquando quis furatur cui non conſenrit vxor, aut filij, & iuſta lege ſuſpẽditur, & tamen vxor, & filij propter tale furtũ cuius nõ fuerunt conſcij, puniũtur pœna priuatiua, inquantum vxor priuatur marito, & filij patre, & habent magnum detrimẽtum ex eius morte, per quod tamen non ſit eius aliqua iniuſtitia. Poteſt etiam dici quòd amiſſio futuri lucri propriè non dicitur damnum. l. ſi C. de eod.

Redit ad ſolutionem 3. argu. Et ideo ex delicto patris poſſunt filij iuſte priuari ab illo, ſ. diuinæ viſionis. Modo reuertẽdo ad propoſitum noſtrũ, dicunt quidam ſecundum ſententiam magiſtri Pauli Veneti in tract. de conceptione Virginis Mariæ, quod in corpore virginis ante infuſionem animæ erat prædicta inclinatio ad malũ, & corruptio ſeminis infecti & diſpoſitio radicalis ad contrahendum peccatum originale, ſi illi nõ purgato anima coniungeretur. Deus ergo qui decreuerat naſci ex virgine, & in tabernaculo corporis eius nouem menſibus habitare, nolens matrem ſuam aliquo peccato inquinari, ante infuſionem animæ ſanctificauit, & purgauit illud corpꝰ precioſum, atq; omnem infectionem ab eo abſtulit, & ſic intelligitur, ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus, quo ſanctificato & purgato tunc animã illam benedictam infundit, eamq; ab originali peccato præſeruauit.

B. Virgo dicitur ſanctificata quo ad corpus. Nec inconuenienter dicitur corpus eius ſanctificatũ, antequam eſſet rationali anima viuificatum. Nam & inanimata & inſenſibilia ſanctificari dicuntur. Vnde tẽplum Salomonis ſanctificatũ fuiſſe teſtatur Dominus 3. Reg. 9. dicens Salomoni: *Sanctificaui domum hanc quam ædificaſti mihi.* tabernaculũ quoq; ſecundum, & vaſa tẽpli ſanctificata dicunt, Num. 7. & Exod. vl. & multæ aliæ irrationales creaturæ appellantur ſanctificatæ, vt declarat Alex. de Aleſ in 3. ſen. di. 9. ar. 1 q. 1.

Dictũ quorũdam circa præſer- Verum quia nonnulli B. Virginis deuoti dicunt, quòd licet ipſa benedicta mater Dei habuerit potentiã ad peccandũ, ſicut habebant primi parentes ante lapſum, nõ tamen vnquã habuit aliquã corruptionẽ in anima, nec etiã in corpore, dicentes quòd Deus qui ab æterno elegit dictam virginem in matrem, cũ ſit infinitæ potentiæ, potuit ordinare, & ſtatuere, vt de ſemine primorum parentum antequã peccarent, illa portio reſeruaretur immaculata per quã deberet ipſa virgo concipi, & ſic facere deſcendere per omnes generationes vſq; ad illã, ſicut dixerũt quidam factum fuiſſe de carne verbi, prout refert Sco. in 3. di. 3. Hoc aũt quia poſſibile Deo, & congruum fuit, etiam pro conceptione B. Virginis factum fuiſſe probari poteſt ex ratione ponenda in ſequenti parte huius ſermonis. Et ex rationibus adducendis in alijs ſequentib. ſermonibus. Item poſito quòd hoc non fecerit, dicunt quòd ſaltem eſt credendũ, quòd illud ſemen parentum B. Virginis quo debebatur ipſa concipi, voluerit Deus prius purgari, quàm illa conciperetur ex eo. Sed quod eſt fortius dicunt, quòd poſito quòd ipſa B. Virgo concepta ſit ex ſemine infecto, potuit tamen Deus facere, vt corpus illud nullam contraheret fœditatẽ, ſed immaculatũ eſſet: ſi enim vt ait Apoſt. ad Ro. 9. poteſt figulus de eodem luto vnum vas facere in honorem, & aliud in cõtumeliã, quare hoc facere non potuit omnipotens Deus? Præterea experientia teſte multa generantur ex corruptione & fœditate per virtutem naturæ, quæ tamen nõ contrahunt illã corruptionẽ, vel fœditatem. Ergo multo fortius hoc facere potuit natura naturans ſ. Deus, cui dicitur Iob. 14. *Quis poteſt facere mundũ de immundo cõceptum ſemine?* Item dicunt quòd ſi aliquis ſanctus reperiatur dixiſſe, quòd Beata Virgo concepta fuit de ſemine corrupto ſiue infecto, debet intelligi de corruptione pœnalitatis quæ non cauſat originale peccatũ, non aũt de corruptione fœditatis quæ eſt cauſa originalis peccati. Qualiter autẽ ſola corruptio fœditatis cauſet originalem culpã, & nõ corruptio pœnalitatis, declarat S. Bona. in 2. ſen. di. 31. ar. 2. q. 1. Ideo ad prædictam auctoritatem, ſanctificauit &c. Reſpondetur quòd ſanctificatio dicitur multis modis. Primo ſanctificare idem eſt quod in gratia confirmare. Sanctum enim idem eſt quod firmum, vt dicit glo. in. §. ſanctæ Inſti. de rerum diu. & notat in l. ſanctum. ff. eo ti. Et hoc modo beati dicuntur ſancti, & ſanctificati, quia ſunt in Dei gratia confirmati. Et ita intelligitur illud Eſa. 13. Qui in perſona Dei dicit: *Mandaui ſanctificatis meis,* & loquitur de Angelis qui nunquã peccauerunt, & tamen ſanctificati dicunt. Et ideo prædicta auctoritas, *ſanctificauit* &c. poteſt de hac ſanctificatione intelligi, quia B. Virgo

fuit in hoc mundo in gratia confirmata in conceptione filij ſui. vt ait Bern. in epiſt. ad Lugdunenſes, & B. Bona. in 3. di. 3. ar. 1. q. 6 Et Tho. in 3 part. ſum. q. 27. ar. 5. in reſponſione ad ſecundum arg. Et Alex. de Ales in 3. parte ſum tracta t qu. 88 & Rich. in 3. di. 3 ar 1. q 4. Hæc ergo auctoritas intellecta de gratiæ confirmatione non arguit matrẽ Dei in originali peccato fuiſſe conceptam. Et hãc expoſitionem ſequitur beatus frater Michael de Carchano in ſuo. t. quadrageſimali de peccato, ſerm. 4 dicens. *quod eſt quædam ſingularis ſanctificatio, qua anima ſanctificatur nõ purgatione à culpa qu ... on eſt, ſed collatione gratiæ, & confirmatione, ita vt non poſſit peccare mortaliter, aut venialiter. Et hoc modo fuit ſanctificata virgo Maria.* hæc ille. Alio modo dicitur quis ſanctificari qui ab omni actu carnis abſtinens Deo ſeruit, & miniſtrat in ſinceritate cordis, & virtute. Et hoc modo dicuntur quædam mulieres ſancti moniales, & ſimiliter religioſi, & omnes boni Eccleſiæ miniſtri dicuntur ſancti, & ideo Aug Ambr Hiero. & Grego. in ſuis epiſtolis Epiſcopos ſanctiſſimos appellant. Illud enim dicitur ſanctum quod eſt cultui diuino dedicatum. vt patet per c. quæ ſemel, &c quoniam, 19. q. 3. & c. altare. de conſe. di. 1. & i ... Nazaræi hac ratione dicebantur ſancti, vt patet Nu. 6 Quia igitur beata virgo plena fuit omni virtute, & ſpeculum omnis ſanctitatis, & toto tempore vitæ ſuæ ſeruiuit Deo abſq; macula, vt ait Ambr. l. b. 2. de virginitate, eiuſdem cultui ſemper fuit dedicata. ideo bene de ea dicitur: *Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.* Iſtas enim virtutes & ſanctimonias habuit principaliter à gratia Dei, à qua omne datum optimum, & omne donum perfectũ deſcendit Iacob. 1. Quia non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt 2. ad Cor. 3. Quia vero Chriſtus erat non tantum homo, ſed etiam Deus, ideo dicebat Ioã. 18. *Ego ſanctifico meipſum.* Hæc ergo auctoritas, *ſanctificauit,* &c. ſic intellecta nihil derogat ſanctiſſimæ virginis conceptioni Alio modo dicitur aliquid ſanctificari, id eſt, de non ſancto ſanctum fieri. Et hoc aggregatum non ſanctus poteſt intelligi dupliciter, vt colligitur ab Ariſto in 2. Perither & ab Alex. de Ales in 3 ſen. di. 9 ar 1 q. 2. ſ. negatiue tantum, & negatiue ſimul, ac priuatiue, & contrarie. Negatiue tantum dicitur non ſanctus ille, qui non habet perfectionem virtutum, vel non eſt in gratia Dei confirmatus, vel qui non habet actu ſanctitatem, licet non habeat oppoſitum ſanctitatis, ſicut & catulus ante nouem dies dicitur non videns, qui tamen propriè non

2. Modo per quod est cultui Dei dicatũ eſſe, et ſeruire ſine macula

Sanctificari, de non ſancto ſanctum fieri.

poteſt dici cæcus. Item nõ ſanctus appellatur ille qui eſt magis pronus ad malum, quã ad bonum; non tamen ſemel ... quod peccatum mortale habet, & in hoc ſtatu etiam hodie inueniuntur multi. Et tal ... fuit B Virgo in conceptione, quæ etſi non haberet peccatum originale, nec actuale, tamen propter hoc vt aliqui dicunt nõ erat ſancta, & ſic erat nõ ſancta negatiue tantum. Et ob hoc ſanctificauit eã altiſſimus, nõ à corruptione peccati quod in ea non erat, ſed gratiam & ſanctitatem eius animæ infundendo Alio modo dicitur non ſanctus negatiue & priuatiue ſimul, & contrarie, qui habet oppoſitũ ſanctitatis ſ. peccatum, ſicut hoc modo diceretur nõ vidẽs, ille qui eſt cęcus. Et talis nõ fuit glorioſa virgo Maria. Et ideo hoc modo nõ fuit ſanctificata Alio modo id eſt, ſanctificari, q. de ſancto magis ſanctũ fieri, vt inquit Rich. in 3. d. 3 ar. 3 q. 4. Et hoc probat̃ p illud Apoc. vl *Qui ſanctus eſt, ſanctificetur adhuc* Et talimodo ſanctificari Apoſtolos à patre ſuo rogabat Chriſtus Io 17. dicens: *Pater ſanctifica eos* cũ tamen tunc eſſent ſancti, vt ait Alex. de Ales vbi ſupra, allegans gloſſam ſuper prædicta verba dicentem: *Sanctifico eos, vt de ſanctitate vita præſentis perueniant ad ſanctitatem iuſtitia finalis,* & ſimili modo ſanctificauit beatã virginẽ altiſſimus, qui eam in ſanctitate, & gratia mirum in modum augmentauit Alio modo aliquid ſanctificari dicitur eũ à contrarietate ſanctitatis, id eſt, ab omni peccato elongatur, ſicut & de Chriſto ait Apoſt. ad Hebr. 7. quòd fuit ſegregatus à peccatoribus, quib. tamen nunquã fuit coniunctus Et hoc modo B Virgo ſanctificata dicitur, quia ab omni peccato fuit elongata Alio modo ſanctificari idẽ eſt quod pluribus modis ſanctum fieri, vt inquit Rich. vbi ſupra. Et hoc modo beatã virginẽ Deus ſanctificauit, cui multiplices ſanctificationes infudit, ſicut de Chriſto quoad humanitatẽ, dicitur Act. 10. Vnxit eum Dominus ſpiritu ſancto, & virtute, per quã vnctionẽ ſanctificatio denotatur. Alio modo ſanctificari accipitur pro demõſtratione ſanctitatis. vt ait Alex. de Ales in 3. par ſum. q. 3. d. c. quod poteſt accipi fieri ſanctum, pro innoteſcere, quia tunc res dicitur fieri quando innoteſcit, & idẽ dicit in 3. ſen. di. 8. ar. 2. q. 3 Et hoc modo etiam filius Dei dicitur ſanctificatus à patre ipſo atteſtante, qui de ſeipſo ait Io. 10 *Quem pater ſanctificauit.* Tabernaculum ergo ſuum ſanctificauit altiſſimus, qui B. virginis ſanctitatem omnib. declarauit. Alio modo ſanctificari idem eſt quod ſanctitatem honorare, vt de cęleſti patri dicimus illud Matt 6. *Sanctificetur nomen tuum.* id eſt, ſanctitas nominis tui ab omnib. celebretur & ho-

B V. non ſancta negatiue tantum.

4. Sanctificari id eſt, magis ſanctum fieri.

Expoſitio Io. 17 Pater ſanctifica eos, &c.

5. Sanctificari, id eſt, elongari ab omni peccato.

6. i. pluribus modis ſanctum fieri.

7. Pro declaratione ſanctitatis

Exp. Io. 10. quem pater ſanctificauit.

8. i. Sanctitatem honorare.

Digitized by Google

Exp. Matthæ 6 Sãctificetur nomẽ tuũ.

& honoretur. Et hoc modo tabernaculum ſuum ſanctificauit altiſſimus, qui glorioſam virginẽ ſuper omnium choros Angelorum exaltauit, atq; eius ſanctitatẽ magnificauit. Et iſtæ expoſitiones debent exponi in nobiliori ſignificato. § ſed quoties Inſt. de iur. na gen & ciu. & rẽ in pot on. l. 1. §. qui in perpetuũ. ff. ſi ager vecti. vel em. pe & in eo ſignificato q magis conuenit. l. & puro. vbi glo. ff. fam. hereiſ & l. ſi olei C. locat. Et l. ſi vno. ff co. & l. ſi Titius ff. de vſuris. Iſtæ autem expoſitiones magis conueniunt matris Dei, & filij eius dignitati, vt patere poteſt ex præcedentib. & etiã in ſequenti parte huius ſermonis m lius decl rabitur, ergo &c. Ex quibus omnibus patet ſolutio ad omnia argumenta in contrarium adducta.

PARS TERTIA huius ſermonis, quæ dicitur confirmationis.

Quia vt inquit gloſ in rubrica ff. quod metus cauſa, gauden. breuitate moderni, & circuitus prolixi debent euitari. l. 1 in prin. C. communia de legat. quia etiam ait Rich poëta in lib de nuptijs: *Sermo breuis longo gratior eſſe ſolet.* Ideo vt breuitati intendam, hanc veriſſimam concluſionem de immaculata conceptione beatiſſimæ virginis, vnica tantùm ratione comprobabo, quę dicitur ſufficientis diuiſionis: ſecundum enim regulas logicales, argumentum à ſufficienti diuiſione bonum eſt, hoc aũt argumentum validum in iure appellant legiſtæ, argumentũ à ſufficienti partium enumeratione, de quo per gl. in rubri. ff de actio & obl & Inſti. de obli. quæ ex quaſi contractu naſ. in prin. Fit autẽ hoc argumentum quando poſita aliqua ſufficiẽti, ac neceſſaria diuiſione, poſtea aliquæ eius partes confutantur, reliquæ autẽ inferuntur, vel vna earum tantum alijs omnib. negatis. Arguendo igitur tali argumento, dico quòd circa cõceptionẽ virginis Mariæ neceſſe eſt cernere vnã de quinq; opinionib. videlicet, aut quòd ipſa benedicta virgo non fuit capax gratiæ præſeruationis à peccato originali. Et ideo non debet ei talis honor attribui, cuius nõ fuit capax, & idonea ad. l. um l vegetadarim §. & qui leg ff de mu. & ho. Aut quòd Deus neſciuit illam præſeruare. Aut quòd nõ potuit præſeruare. Aut quòd noluit eam præſeruare. Aut quòd potuit & etiam voluit præſeruare. Prima opinio eſt falſa, quia B. Virgo fuit capaciſſima gratię pręſeruationis ab originali peccato. Cum enim fuerit capax vt eſſet mater Dei, & virgo perfecta ante partũ, in partu, & poſt partum. Cumq; meruerit eleuari ſuper

Argumentum à diuiſione.

Primũ membrũ falſum

oẽs angelicas hierarchias, & effici regina cælorũ: quanto magis fuit capax huius gratiæ, vt ſine peccato originali conciperetur? certę multo plus. Qui enim eſt capax maioris dignitatis, & excellentiæ, multo eſt capacior minoris: & cui conceditur quod eſt maius, videtur etiã cõceſſum quod eſt minus l. iur genti. §. adeo ff. de pac l. in eo. ff. de reg. iur. l. legatum, & l ad rem mobilẽ. ff de p. cur. notatur in l. cui pacto. ff. de ſeruis ex. & in c. ex part. de deci. & in c. 1. de torne & c. cui licet. de reg. iur. in 6. Secunda quoq; opinio eſt falſa, videlicet q Deus neſcierit præſeruare beatam virginẽ, cum omnis ſapientia ab ipſo ſit Eccl. 1. Ipſe enim eſt infinitæ ſapientiæ. Vnde ad Ro 11. inquit Paulus: *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei*, &c. Tertia autẽ opinio videlicet quòd Deus nõ potuerit eã præſeruare, eſt falſiſſima, quia eſt cõtra primum articulum fidei, qui dicit: *Credo in vnum Deum patrem omnipotentem.* Negat enim eius potentiã contra illud Luc. 1. *Apud Deum non erit impoſſibile omne verbũ.* Diſputare autẽ de potentia principis eſt crimen ſ. crileg. j. l 2. C. de cri. ſacr. Clarum eſt ergo quod Deus potuit ipſã Virginẽ præſeruare. Cum enim, vt ſupra patuit, peccati origiualis dãnatio ſuper filios Adæ ex decreto diuino proueniat, ſequiť quòd ipſe Deus poteſt reuocare tale decretum; omnis enim res per quaſcunq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolui poteſt. c. omnis de reg iur. & l. 1. C. quando liceat ab em pti. d. ſ. & §. fi. Inſt quib modis tollitur obligatio. & l nihil tam naturale ff. de reg. iu. Imo princeps poteſt non ſolum ſuſpendere legem per ipſum factam, aut etiam totaliter reuocare, ſed etiam priuileg. cõtra ipſam concedere, vt etiam tenet Car. Floren in Cle 1 de teſt. & Inno. in c. quæ in eccleſiarum. de cõſtl. Nemo enim poteſt ſibi dare legẽ à qua recedere nõ liceat l. ſi quis. in prin. ff de leg. 3 & l. Lucius. ff de fidcic. lib. & l quod aũt § 1. ff. de dona inter vi. & vxo. & argu. ff de le. 1. l. cum filio, & de arb l. 1. Principẽ autem poſſe annullare, & ſuſpendere leges ſuas, & circa eas diſpẽſare, patet per ea, quæ habenť per gl. & doc in l. fi. C. ſi contra ius vel vti. pu & § ſed quod principi placuit. Inſti. de iure na gen & c. quia eius eſt ſoluere, cuius eſt condere l qui damnate ff. de re iudica. Quod autem Deus potuerit præſeruare beatã Virginem, probatur ratione maioritatis ſic: Deus potuit facere maiora, quę & fecit, ergo potuit facere minora. Antecedens probatur multipliciter eſſe verum, primo ſic: *Deus* potuit materiam primã creare de nihilo, & naturã angelicã ſine oĩ peccato, q eſt maius, ergo potuit facere qđ eſt minus, l. præſeruare matrem ſuam ab originali pecca-

 to. Se-

Digitized by Google

to. Secundo potuit Deus facere de minori maius nullo addito, & ſine rarefactione, ſicut fuit in multiplicatione quinq; panum. Io. 6 & coſtæ Adæ Gen. 2. Nàm de coſta Adæ potuit facere Euã, quam fecit matrem omnium hominum ſine originali macula, ergo & matrẽ ſuã potuit præſeruare ab omni macula. Tertio poteſt De⁹ facere formam cõmunicabilẽ per ſe ſtantẽ ſine materia, quod & fecit, vt patet in ſacramento altaris, quod eſt ſupra naturã, ergo &c. plura enim poteſt De⁹ facere, quàm noſter intellectus intelligere, vt ait Ric. de ſancto Vic. in 4 de Tri. Qui ergo potuit animã Lazari educere de limbo, vt iterũ corpus viuificaret, & p cõſequens ipſum informaret, de quo miraculo habet Io. 11. potuit & matrẽ ſuam à morte omnis peccati præſeruare. Ipſe etenim Deus qui de potentia ſua abſoluta poſſet omnia creata annihilare, & iterum creare, etiã matrẽ ſuam potuit præſeruare. Ait. n. Aug. in lib. de regimine principum, quod princeps poteſt à lege ſua ſubditos ſuos liberare, & circa ipſam legẽ diſpenſare, & eã annihilare, quod & fecit Deus in legib. ſuis. Nã præceptũ de circumciſione quod datum fuit Gen. 17. vt omne maſculinũ circumcideretur, fuit primo ſuſpenſum in deſerto propter laborẽ itineris. Ioſ. 5. c. Deinde totaliter annullatum eſt & datum eſt ſacramẽtum baptiſmi loco eius, vnde nunc circũciſio nihil valet, vt habetur ad Gal. 2. Præceptum quoq; quod fecit generaliter Leu. 21. videlicet ne quis acciperet vxorẽ meretricẽ, diſpenſauit cum Oſea propheta, cui præcipit accipere vxorem fornicariam, vt habetur eiuſdẽ. 1. c. Item legem quã tulerat de matrimonio, præcipiens vt qui acciperet vxorem nunquam dimitteret eam omnibus dieb. vitæ ſuæ, vt habetur Deut. 22. poſtea ſuſpendit, concedens quòd ſi vxor non inuenerit gratiã in oculis mariti, vel propter aliquam fœditatẽ, poſſit eam repudiare, Deut. 24. quod repudium ſeu diuortium permittebatur in teſtamento veteri ad euitandum homicidium, quam conceſſionem poſtea Chriſtus annullauit, excepta cauſa fornicationis Mat. 19. Similiter nõ ſpoliare proximum fuit lex à Deo data Leuit. 19 Imo erat lex naturalis, vt poteſt probari per c. 1. prima di. & tamen ipſam legem generalem ſuſpendit in caſu particulari, & circa illam diſpenſauit quando Iudæi Ægyptios ſpoliauerunt Exod. 12. Diſpenſauit quoq; cum Abrahã, vt haberet filios de ancilla Gen. 16. vbi dicit Nico. de Lira, quòd ipſe Abraham non peccauit, quia hoc fecit ex diuina reuelatione. Item licet per curſum naturæ Deus ordinauerit, quod ſol nunquã quieſceret à motu ſuo vſque ad diem iudicij, vt dicit Magiſter ſent. in 4.

De⁹ poteſt facere de minori maius ſine additione, aut rarefactione.

Deus in legibus ſuis diſpenſauit & ſuſpendit eas aliquando, & annihilauit.

di. 48. c. vlt. tamen fecit ipſum quieſcere per ſpacium vnius diei Ioſue. 10. Licet quoq; ſit contra naturã corporis ſolaris retrocedere à curſu ſuo, tamen Deus fecit illum retrocedere decem lineis. Eſa. 37. quia à decima hora retroceſſit vſque ad primam. Licet etiam Ezechias rex Iuda eſſet in vltimo termino dierum ſuorum, tamen potuit Deus illi ſuperaddere quindecim annos, ſicut & fecit, vt in eodem. c. habetur. Legem quoq; quam tulerat quòd mulier depræhenſa in adulterio deberet lapidari. Deut. 22. ſuſpendit in caſu particulari, quando diſpenſauit cum muliere adultera. Ioan. 8 Licet etiam legem tulerit in pœnam peccati. di. Gen. 3. *Memento homo quòd puluis es, & in puluerem reuerteris*: tamen contra legem iſtam dedit priuilegium Enoch, vt adhuc non ſit mortuus. Geneſ. 5. Et ſimiliter Heliæ. 4. Reg 2. Qui adhuc viuunt, & ſunt in paradiſo terreſtri. Et creditur à quibuſdam idem de S. Ioan. Euang propter illud Ioã. 21. *Sic eum volo manere, donec veniam.* Et ideo dicitur priuilegium quia priuat legem, vt inquit Arch. in c. priuilegia. 3. di. Vel quia eſt priuata lex alicui particulariter conceſſa. vt dicitur in d. c. priuilegia. & in §. his ita reſpondetur. 25. q. 1. & in c. abbate. §. ſi vero. de verbo. ſigni. Modo ad propoſitum dico quod licet Deus legem ſtatuerit, quod omnes qui naſcerentur de ſemine primorum parentum, damnationem peccati originalis incurrant, tamen priuilegium dare potuit genitrici ſuæ, vt naſceretur ſine culpa, & cum originali iuſtitia, ac plena gratiæ. Deus namq; non alligauit potentiam ſuam legi ſacramentorum, vt inquit S. Tho in 3. parte ſum. qu. 27. ar 1 in ſol. pri. argu. Et illam gratiam, quam infundit in anima in baptiſmo, potuit ſuæ matri infundere, in primo inſtanti ſuæ conceptionis, vt probat Sco. in 3. di. 3 q 1. & conſequenter facere eam ſine peccato. Item potuit parentibus B. Virginis priuilegium dare, quòd prima proles quam generarent, eſſet ſine reatu culpæ originalis. Eius. n. eſt tollere, cuius eſt dare. l. eius eſt. ff. de reg. iur. & omnia quæ vno iure contrahuntur, contrario iure pereunt. l. omnia. ff. eo. tit. Et ideo quod de originali peccato per decretum Dei generale ſtatutum eſt, potuit per aliud contrarium tolli. Imo quod fortius eſt, potuiſſet Deus ſi voluiſſet, etiam alios ex Adam propagatos præſeruare ab originali peccato, & totaliter annullare decretum, ac legẽ contrahendi peccatum originale, ſi ſuæ altiſſimæ maieſtati placuiſſet, per rationes prædictas. Ille igitur qui Danielem in medio leonũ potuit à morſibus eorũ defẽdere. Dan. 6. potuit & B. Virginẽ ab originalis peccati vulnere, & morſu præſeruare.

Enoch priuilegiatus à Deo contra legem mortis.

Idem à nõnullis creditur de S. Ioanne.

Nota pulchras ſimilitudines.

Et

Et qui potuit grauitatem ferri ſuſpendere,& cõtra naturam fecit illud natare. 4. Reg 6. potuit etiam in matre ſua legem grauem originalis peccati ſuſpendere, & contra communem aliorum conceptionem ipſam concipi, & procreari facere. Ille etiam qui ſcripſit lapideas tabulas ſine ſtilo ferreo, matrem quoque ſuam fabricare potuit ſine originali peccato. Et qui produxit panem in eremi terra ſine aratri perforatione, potuit etiam beatam Virginem in deſerto humanæ generationis ſine peccati tranſfixione producere. Et qui de Virga Aaron ſiccea fructum viridem & pulcherrimum fecit exire. Numer. 17. potuit etiam de Iudaica progenie per peccatum arida, ſponſam ſuam originali iuſtitia decoratam, ac rutilantem educere. Et qui, vt habetur Daniel. 2. præcidi fecit lapidem de monte ſine manib. potuit etiam genitricem ſuam procreari facere firmam, & ſolidam in gratia ſine peccati admixtionibus. Ille etiam qui potuit facere, vt virgo conciperet, & pareret ſine corruptione, & virginitatis amiſſione, multo magis potuit concedere, vt ipſa conciperetur ſine crimine. Et qui fluxum aquæ potuit retinere, & contra naturam ſuam fecit flumium Iordanis retrocedere, Ioſue 3. Aquas etiam maris fecit condenſari, & eſſe quaſi pro muro filijs Iſrael, & non fluere, ita vt ſiccis pedibus per mare rubrum tranſirẽt. Exo. 14 Potuit ſimiliter fluxũ peccati originalis in ſua benedict. matre reſtringere, ita vt mare corruptæ generationis primorũ parentũ immaculata poſſet anima pertranſire. Ille quoq; qui rubum in igne poſitum potuit ab incendio liberare, Exod. 3. Et Dan. cũ ſocijs in medio ignis, ne cremarentur defenſare. Daniel. 3 Et Ionam in ventre ceti ſeruauit incolumem. Ionæ. 2. Potuit etiam matrem ſuam ab igne peccati, & à morſu diaboli, atque ab omni originali macula præſeruare. Quarta quoque opinio eſt

4. Membrum falſum.

falſiſſima, videlicet quòd Deus potuerit quidem matrem ſuam ab originali macula præſeruare, ſed noluerit, hoc enim præſuppoſito pro vero, neceſſe eſſet fateri quod Chriſtus non fuiſſet bonus filius erga ſuam genitricem. Bonus etenim filius tenetur diligere matrem. l. veluti. ff. de iuſti. & iur. & l. minime ff. de reli. & ſumpti fu. debet quoque eam ab omnibus periculis, & damnis ſecundum ſuam poſſibilitatem liberare; ſecundum Alex. de Ales, in 3 parte ſum in tract. 4 præcepto decalogi, & Ric. in 3. diſt 29. art 1. qu. 6. qui ait

Filius tenetur amare parentes ſuper omnes etiam ſan-

quòd filius tenetur amare parentes ſuos fideles ſuper omnes iuſtos, & Angelos, ac ſanctos, excepto Chriſto, ac beata Virgine. Cum igitur Chriſtus ab æterno elegerit beatam Virginem in matrem, iuxta illud quod canitur: *Elegit eam Deus, & præelegit eam.* Concludendum eſt quod ipſe, cui omnia futura erant præſentia, à cunctis malis, ac damnis peccati originalis etiam voluit præſeruare, vt boni filij debitum adimpleret. Impiũ enim eſſet, ſi filius differret induere matrem ſuam nudam, cum poſſet illam decenter veſtire: eamque permitteret cum nuditatis vituperio exire, ſeu alia incommoda ſuſtinere, à quibus ipſe eam poſſet liberare. Iniquiſſimum enim eſt patrem, vel matrem egere, cuius filius ſit in facultatibus. l. ſi quis à liberis. §. ſi impubes. ff. de li. agno. Mala autem quæ ex originali peccato contrahuntur, inter cętera ſunt hæc. Nam quilibet illud cõtrahens, primò priuatus remanet gratia ſpiritus ſancti, & iuſtitia originali, ſecundum Theologos in 2. diſt 59. quæ iuſtitia originalis ſecundũ Nico. de Lira, ſuper epiſtolam ad Rom. 5 eſt quædam humanæ naturæ rectitudo ſecundum quã corpus animæ ſubijcitur, & vires interiores rationi. Item per ipſum peccatum anima deturpata, & maculata dicitur ſecundum Thom. in 1. parte ſum q. 86 Item per peccatum ipſum perdidit homo dominium omnium animalium: vt declarat ſanctus Bona in 2. diſt. 15. Item punitur moriens in peccato originali æterna pœna, qui in æternum priuatur diuina viſione, & gloria paradiſi, ſecundum Theologos in 2 diſt in 33. Multas alias pœnas pertranſeo cauſa breuitatis, quæ incurruntur ex peccato originali: ſolũ illud referã ꝙ inquit gl. in c. per baptiſmũ, de cõſecr. di. 4. di. Nota ꝙ quadruplex eſt pœna originalis peccati, præcludit ianuã cęleſtẽ, perpetuo dãnat, cauſa eſt mortis temporalis, & facit impotentem ad reſiſtendum vitiis. Inferente ergo tam maximum damnum ipſo originali peccato in anima illud contrahente, ex quo efficitur filia iræ, vt dicitur ad Ephe. 2. & conſequenter inimica Dei, & ſerua diaboli, qua ſeruitute diabolica nil turpius, & vituperioſius Vnde dicit Sco. in 2. di 37 Culpa originalis maculæ eſt maxima pœna naturæ intellectualis inter omnes pęnas, ſequitur quod Chriſtus ſi non uiſſet præſeruare matrem ſuam tantis malis cum poſſet, non fuiſſet bonus filius. Imo contra præceptum legis feciſſet de honore parentum. Exod. 20. Deut. 5. & Matt 25. Non enim honoraſſet eam, imò eam multum inhonoraſſet, & vilipendio habuiſſet, vnde potuiſſet appellari impius filius, iuxta notata per Bal in l. congruentius. in fi. C. de patria poteſtate. Item potuiſſet nuncupari ingratus filius, iuxta notata per eundem Bal. in l. 1. C. de ingra. lib. ex cuius dictis colligitur, quod ille qui non ho-

Ma- gna- ſa.

Qu- plex pec.

Cul- mac- max- pœn- tura lectu-

B 3 notat

Digitized by Google

norat matrem ſuam, eſt impius, & ingratus filius, ſed hoc eſt nefas dicere de noſtro benigniſſimo redemptore, quo nunquam fuit melior filius erga matrem ſuam, qui illi fuit obediens, & reuerentiſſimus in omnibus, Luc. 2. Et non venit ſoluere legem, ſed adimplere. Matth. 5. Vnde Auguſtin. in quodam ſermone ait: *Nunquid non pertinet ad benignitatem Domini, matris honorem ſeruare, qui legem ſoluere non venerat, ſed adimplere:* lex autem ſicut honorem matris præcipit, ita & inhonorem damnat, ideo inconuincibiliter concluditur veritas. 5 & vltimæ opinionis ſcilicet quod Deus non ſolum ſciuit & potuit præſeruare beatam virginem ab originali peccato, cuius gratiæ ipſa erat capaciſſima: ſed etiam voluit ipſam omninò præſeruare. Cum igitur nihil poſſit diuinæ reſiſtere voluntati. Gen. vlt. e Cumque voluntas beneplaciti diuini ſit irreuocabilis, & neceſſario executioni demandetur vt ait Alexand. de Ales in 3. parte ſummæ, in tract. de lege æterna. quæſt. 5 & Scotus in 1. diſt. 46. ac Thom. in 1. parte ſummæ. quæſt 19. art. 8. Cum inſuper omnia quæcunque voluit Deus hæc & fecerit. Pſalm. 113. *Ipſe enim dixit & facta ſunt.* Pſalm. antepenult. Sequitur hæc veriſſima concluſio, quod Deus qui ab æterno voluit, & ordinauit, beatam virginem ab originali macula præſeruare, illam abſque dubio præſeruauit, & ad hoc adduci poteſt illud Auguſtini in 3. lib. de libero arbitrio dicentis *Quicquid tibi vera ratione faciendum occurrit, ſcias Deum feciſſe bonorum omnium conditorem,* hæc ille Ea propter canamus dulciter ipſi glorioſæ virgini illam antiphonam, quam pro themate noſtro aſſumpſimus Sicut fecit deuotus doctor Alexan. de Ales, qui in fine vitæ ſuæ, ad reuerentiam prædictæ virginis ipſam antiphonam decantauit dicens: *Tota pulchra es Maria: & macula originalis, aut mortalis, vel venialis peccati in te nunquam fuit,* & his dictis feliciter migrauit ad Dominum, meritis eiuſdem intemeratæ virginis; cui ſit honor, & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

(∴)

Chriſtus eſt obediens & reuerent. in omnib. matri.

Infertur quintum membrum veriſſimū.

DE EADEM PVRISSIMA Conceptione.

SERMO SECVNDVS.

In quo adhuc de ea diſputatur, ac veritas comprobatur ratione, & primum auctoritatibus.

Fundamenta eius in montibus ſanctis. Pſal. 86. Secundum eccleſiæ catholicæ fidem nullius puræ creaturæ conceptio maioribus extitit priuilegiis decorata, quam B. Virginis. Ideo in officio viſitationis eiuſdē dicitur: *Beatiſſima virgo Maria à ſuis eſt primordijs Domino conſecrata,* & hoc eſt quod in verbis propoſitis pſalmiſta cecinit dicens: *Fundamenta eius in montib. ſanctis.* Vnde ſciendum eſt quòd mons in ſacra ſcriptura multipliciter accipitur. Primo pro Chriſto iuxta illud Pſalm. 67. *Mons Dei mons pinguis, mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo.* Fundamentum igitur B. Virginis, id eſt conceptio, fuit in hoc monte ſancto, id eſt in præſeruatione filij factum ſiue facta, ſecundum illud Gen. 1. *In principio creauit Deus cœlum, & terram,* in principio: id eſt in filio ſecundum gloſſ. Moraliter autem per cœlum intelligi poteſt anima virginis: per terram autem corpus eius Vtrumque enim Deus pater ſimul cum filio, & ſpiritu ſancto abſque vlla corruptione, aut macula fabricauit. Et ideo ſequitur in eodem capitulo: *Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas,* ſcilicet peccatorū ab eorum ſubmerſione beatam virginem præſeruans. Secundo montium nomine intelliguntur Angeli, iuxta illud Pſalm. 124. *Montes in circuitu eius,* id eſt, Angeli, ſecundum glo. In his montibus beata virgo fundata eſt, ſcilicet in puritate angelica. Tertio per montem intelligitur gratia Dei, iuxta illud Gen. 19. c. *In monte ſaluum te fac,* quod moraliter exponitur, id eſt, ad Dei gratiam aſcende, vt ſalueris. In hoc monte gratiæ diuinæ fundata eſt Dei genitrix. Non enim ipſa concepta eſt in aquis peccatorum, & in abyſſo originalis delicti ſicut alii homines. In quorum perſona plangens Dauid exclamat Pſal. 68. di. *Saluum me*

Mons dicitur multipliciter iuxta illud Pſal. 77

Mons Dei mons pinguis expon. de Chriſto

Angeli Domini montes Pſ. 124.

Gratia Dei dicitur mons moraliter. Gen. 19

fac

Digitized by Google

fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſq; ad animam meã. Infixus ſum in limo profundi: & non eſt ſubſtantia. Beatiſſima igitur virgo gratia filii ſui à pelago vitiorum liberata iuxta illud Prouer. 8. *Necdum erant abyſſi* ſcilicet peccatorum, *& ego iam concepta eram.* ſ. in diſpoſitione Dei, qui ab æterno ordinauit eam debere concipi in altiſſimo monte gratiæ præſeruantis. Ideo benè dicitur in verbis propoſitis: *Fundamenta eius in montibus ſanctis,* & ratio aſſignatur in eodem pſalmo cum dicitur: *Homo factus eſt in ea: & ipſe fundauit eam altiſſimus.* Iſta autem fundamenta olim fuerunt aliqualiter mundo ignota, ſed modernis temporibus per diuinas reuelationes fuerũt mirabiliter demonſtrata, quod præuidens in ſpiritu Dauid propheta dixit Pſal. 16. *Reuelata ſunt fundamẽta orbis terrarum.* Immaculata enim beatæ virginis cõceptio fundamentum extitit ſolidum ſalutis mundi, inquantum propter ipſius virginis puritatem, ac ſanctiſſimam humilitatem incarnatus eſt in ea ſaluator orbis. De hac domo Dei fundata in montibus dicitur Ezech. 42. *Iſta lex eſt domus in ſummitate montis, omnes fines eius ſanctũ ſanctorum,* Et in ſequenti cap. dicitur: *Repleuit gloria Domini domum Domini,* id eſt beatam Virginem, de cuius illibatæ virginis cõceptione tres conſiderationes faciemus. Prima dicetur argumentationis. Secunda ſatisfactionis. Tertia probationis.

PARS PRIMA, IN QVA ponuntur argumenta contra conceptionem beatæ Virginis.

SEptem argumentationibus, licet falſis argui poteſt contra beatæ virginis conceptionem.

Prima ratio ex morte ducta.

Prima quarum dicitur defunctionis ſic: Peccatum originale fuit cauſa mortis, quod ſi non fuiſſet, homo non fuiſſet mortuus, vt dicunt Theologi in 2. diſt. 20. Et probatur per illud quod dixit Deus primis parentibus Gen. 2 *Quacunq; hora comederitis, ex eo morte moriemini.* Sed B. virgo Maria mortua eſt corporaliter. vt teſtatur Hieronym in ſerm. ad Euſtoch. ergo peccatum originale incurrit: Si enim peccatum originale non habuiſſet, videretur quod morti ſubiacere non debuiſſet. Nam pœna ſolum ſuos debet tenere auct. l. ſancim C. de pœ. l. ſi pœn. ff. eo. tit. l. ob maritorum. C. ne vxor pro ma. & c. illud 11. q. 3 & c. Ro. de ſenten. excom. l. 6 & c. placuit. & c. nullius, & c. Iudæi 1. q. 4. & ca. peruenit, de his quæ fi. à maio. parte ca. vbi dicitur: *Ibi debet eſſe pœna, vbi eſt delictum.* Quia ergo res quæ culpa caret, in damnũ vocati non debet c. cognoſcentes. de conſti. Ideo ſi B. virgo non habuit culpam originalis peccati, videretur iniuſtè mortem perpeſſa fuiſſe. Imo quod neceſſario debebat eſſe immunis à morte per illã reg. quæ dicit, *ceſſante cauſa ceſſat effectus* c. cum ceſſante. de appella. c. cum infirmitas, de pœn. & remiſſ. l. quod dictũ ff. de pac. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. cũ ſimilib. Quod etiã habetur per Ariſt. 2. Phyſic. & 2. de generatione. Cũ cauſa mortis ſit peccatum, dicente Apoſt. ad Rom. 6 *Stipendia peccati mors.* Et 5. c. eiuſdem epiſt. *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundũ & per peccatum mors.* Et 1. ad Cor. 15. iterum dicit: *Stimulus autem mortis peccatum eſt.* Quia autem tulit pœnalitatem peccati originalis ſ. mortem corporalem, quæ eſt effectus ipſius peccati, & ad poſitionem effectus ſequitur poſitio cauſæ. l. ſi quis. ff. de ma. teſta. videtur etiam quod ipſa contraxit peccatum primorum parentũ, cum aliis, de quibus inquit Aug. 13. de ciui. Dei, c. 3 *Fatendum eſt primos quidem homines ita fuiſſe inſtitutos, vt ſi nõ peccaſſent, nullum mortis genus experirentur. Sed eoſdem primos peccatores ita fuiſſe morte mulctatos, vt quicquid ex eorum ſtirpe eſſet exortum eadem pœna teneretur obnoxium.* Secunda ratio dicitur ablationis, ſic arguendo: Qui dicit beatam virginem ſine peccato conceptam, aufert ei hanc præeminentiam, & priuilegium quod ipſa ſola concepit filiũ ſine originali peccato, & ſic magis grauatur, quam honoretur, quia hoc priuilegium eſt magis ſingulare, cum ei ſoli competat, quam concipiatur ſine originali, quod etiam Chriſto cõuenit. Nullus autem debet magis grauari quam honorari. l. imper. in prin. ff. de le. 2. & §. hoc ſolum. Inſti. de ſin. reb. per fidei com. re. & l. ſi hæredit. ff. man. ergo &c. Tertia ratio dicitur clauſionis ſic: Tota cauſa clauſionis ianuæ paradiſi fuit peccatum originale, vt colligitur ex glo. in c. per baptiſmum, de conſe. di. 4. Si ergo beata virgo non fuit concepta in ipſo, ſequitur quod introire debuiſſet in paradiſum ſi deceſſiſſet ante incarnationis Chriſti myſterium, cum non haberet peccatum retardans ab ingreſſu ianuę cœleſtis: Sed hoc eſt falſum, & contra determinationem omnium doctorum, & Theologorum in 3. diſtinct. 18 vbi dicunt quod ianua paradiſi non fuit aperta ante paſſionem Chriſti. vnde in quodam ſermone Hieronym. inquit. *Sanguis Chriſti eſt ianua paradiſi* Ergo concludendum videtur, quod fuit in originali peccato concepta. Quarta ratio dicitur humiliationis, arguendo ſic: Conditio

maio-

Digitized by Google

maioris humilitatis expreſſiua fuit beatæ virgini à filio tribuenda: vt ei eſſet ſimilis quo exinaniuit ſ met pſum formam ſerui accipiens in ſimilitudinem carnis peccati, ad Philip. 2. Sed maiorem exprimit humilitatem incarnatio de virgine peccato obnoxia, quam de virgine ſancta. Ergo decuit quod matrem domini qu.doque fuerit l.:em origin: peccato maculata Et confirmatur videtur per illud dictum Hieronym ſuper 1. Matth. c. dicentis *Notandum in genealogia Domini nullam ſanctarum aſſumi mulierum: ſed eas quas ſcriptura reprehendit: vt qui propter peccatores venerat, de peccatoribus naſcens omnium peccata deleret* Quinta ratio dicitur falſificationis: ſic arguēdo: Nullo falſo honore rationabiliter honorandi eſt beata virgo Maria. Peccatum enim eſt laudare aliquem de virtute, aut de bono quod non habet, vt inquit Alexan de Ales in 2. parte ſummæ in tract de vitio adulationis. Et de hoc habetur 25. diſt. §. alias. Sed dicere ipſam conceptā ſine originali, eſt ipſam falſo honorare, cum hæc opinio ſe videatur fundare in hoc quod in omni poſſibili eſt beata virgo honoranda, ex quo ſe quereretur quod Deus eam honorauit in omni ſibi poſſibili: quod falſum eſt, quia multa potuiſſet Deus facere beatæ virgini quæ non fecit, aliter feciſſet eam immortalem, & ab origine ſua beatam, & quod non conciperetur ex concubitu viri, & mulieris, & ſi non eſſet magis priuilegiatus Chriſtus quam beata virgo, ergo &c. Sexta. dicitur obligationis ſic: Illud eſt beatæ virgini attribuendum, quod ipſam Deo reddit magis debitricem ad gratiarum debitas actiones: ſed habere tantam quantam nunc habet, & fuiſſe ab originali purgatam, eſt magis inductiuum ad maiores gratias referendas ratione maioris obligationis beneficij accepti: quia tanto magis quis alicui tenetur, quanto ab eo plura beneficia recepit, vt inquit Thom 2. 2. qu. 1c. ar. 1. ergo, &c. Et hæc ratio confirmatur per parabolam Saluatoris Luc. 6 de duobus debitoribus dicentis: *Cui multum dimittitur, multum diligit. cui autem minus dimittitur, minus diligit.* Munera enim & honores quoſcunque obligant, vt inquit glo. in l. ſi mulier. ff. ad Velle. & ideo quo maius eſt donum, eo maior eſt obligatio, iuxta illud Grego. in quadam homil. *cum augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum.* Septima ratio dicitur filiationis ſic: quicunque generatur ex matre ſubiecta alicuius dominio, ſubiectus naſcitur eiuſdem domini poteſtati, quia partus ſequitur ventrem l. cum legitime. & l. penult. § præterea ſi ancilla. ff. de ſta. homi. & l. partum. C. de rei. vend. & l. idem

Quinta ratio ex attributione falſi honoris.

Sexta ratio ex obligatione.

Septima rō natura filiationis.

Pomponius. §. idem ſcribit. ff. eod. titul. ſed beata virgo generata eſt ex matre ſubiecta ſeruituti originalis peccati, imo etiam ex parte eidem ſeruituti obligato. Ergo & ipſa ſubijci debuit eidem originali peccato. Et iſta ſufficiant quantum ad argumenta impugnantium conceptionem virginis gloriosæ.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis, quæ dicitur ſatisfactionis: in qua reſpondetur ad obiecta.

De talibus beatiſſimæ matris Dei innocentiam impugnantibus ipſa valde conqueritur dicens illud Iob 6 *Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis: cum ex vobis nullus ſit qui poſſit arguere me? Ad increpandum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis, non enim inuenietis in me iniquitatem,* hæc illa: quæ etiam de prædictis eam vituperare quærentibus eum filio ſuo lamentatur dicens, Pſal 30 per prophetam: *Audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me accipere animam meam conſiliati ſunt. Ego autē in te ſperaui Domine, et dixi: Deus meus es tu, in manibus tuis ſortes meæ. Eripe me de manu inimicorum meorum, & à perſequentibus me. Erubeſcant impij & deducantur in infernum; muta fiant labia doloſa, quæ loquuntur aduerſum me iniquitatem in ſuperbia, & in abuſione.* Pſalmo quoque 40. iterum dicit. *Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi, verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me,* & infra: *In hoc cognoui quoniam voluiſti me, quoniā non gaudebit inimicus meus ſuper me. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti, & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.* Ipſis quoque aduerſariis ſuis poteſt dicere virgo benedicta illud quod in argumentum inquit Iuriſconſultus in l. Domitius Labeo. ff. de teſtam. ſcilicet, *Aut vana eſt conſultatio veſtra, aut non intelligitis de quo diſputatis,* ſcilicet conceptionis meæ innocentiam & puritatem. Et rationem huius innocentiæ ſuæ aſſignat, di. illud Pſal. 17: *Deus præcinxit me virtute, poſuit immaculatam vitam meam.* Ideo curioſis diſputatoribus volens ſatisfacere, & eiuſdem intemeratę virginis puritatem defenſare, ipſius virginis fretus ſapientia, quę, vt dicitur Sap. 8. *Scit verſutias ſermonum, & diſſolutiones argumentorum.* Ad primam rationem quę defunctionis dicta eſt, reſpondeo ſequendo doctrinam *primam.*

Solutio ad 1

Scoti.

Digitized by Google

Scoti in 2. diſt. 19. quòd licet homo in ſtatu innocentiæ potuiſſet non mori, & ita de facto fuiſſet, quia nunquam mortuus fuiſſet, obediendo Deo, & comedendo de ligno vitæ, tamen corpus humanum de ſe erat corruptibile, & mortale, & potuiſſet mori, vt dicit magiſter in prædicta diſtin. puta. Si non fuiſſet tranſlatus in paradiſo terreſtri, vel etiam ſi ibi non comediſſet de ligno vitæ, per quod fiebat reſtauratio humidi radicalis deperditi per conſumptionem naturalis caloris. Et quòd hoc ſit verum; probatur per dictum Ariſt. in primo libro de generatione, ſcilicet quòd omne compoſitum ex quatuor elementis eſt corruptibile, ſecundum eundem philoſophum in 5. Phyſicorum di. *contraria adinuicem ſunt corruptibilia*, & 4. Phyſicorum iterum dicit: *omnia quæ ſiunt, & generantur in tempore, etiam corrumpuntur in tempore*, & in eodem libro etiam inquit: *Omne corruptibile neceſſe eſt aliquando corrumpi.* ſcilicet niſi per ſupernaturalem DEI gratiam præſeruetur, & ob hanc cauſam dicit Auguſt. in 2. lib. de baptiſmo paruulorum, quòd etiam ſi Chriſtus non fuiſſet occiſus; mortuus tamen eſſet, & defeciſſet ſenio. & idem recitat Scotus in 3. di. 16. qu. 1. Similiter ſi Deus hominem nouiter de terra formaret, nulli dubium quòd ſuæ naturæ derelictus moreretur per rationes prædictas, quod etiam eſt ſecundum ſententiam philoſophi in 1. Phyſicorum, & 10. Ethicorum. Et ideo patet ſolutio ad argumentum de morte virginis, quia licet neceſſitas moriendi & alia multa mala, & pœnæ quamplures à Deo infligantur propter originale peccatum, non tamen mors abſolute conſiderata; & poſſibilitas moriendi: & aliæ multæ naturales paſſiones, vt fames, ſitis, ſomnus & huiuſmodi, ſunt propter peccatum: imo etiam eſſe potuiſſent in homine innocente, & naturaliter fuiſſent; vt ſupra eſt oſtenſum. Dico ergo quòd licet *Deus* nunquam infligat pœnam alicui ſine cauſa, tamen non ſemper eam immittit propter peccatum: Vnde ſciendum eſt ſecundum Bedam, & magiſtrum in 4. diſt. 15. c. 1. quòd multis de cauſis flagella à Deo mittuntur hominibus: Aliquando vt per exemplum patientiæ iuſtorum flagellatorum cæteris detur exemplum patienter tolerandi aduerſa. Vnde Tobiæ 2. dicitur de ipſo Tobia, hanc autem tentationem ideo permiſit Deus euenire illi; vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut eſt exemplo Iob aut facta. §. ſi. de pœnis. Aliquando autem dantur ad cuſtodiam virtutum, ne ſuperbia eos tentet, vt Paulo 2. ad Cor. 12. & vt permaneat in humilitate. Iob 10. *Si iuſtus fuero non leuabo caput meũ ſaturatus afflictione, & miſeria*

Si Chriſtus non fuiſſet occiſus; mortuus tamen eſſet, & ſenio defeciſſet.

Poſſibilitas moriendi, & alia multa naturales paſſiones fuiſſent naturaliter in homine innocente.

Flagella à Deo mittuntur hominibus, ad exemplum aliorum.

Ad cuſtodiam virtutum.

perbiendo, ſaturatus afflictione, & miſeria Aliquando ad incutiendum terrorem. Iob 6. *Terrores Domini militant contra me.* Aliquando ob hoc, vt homo nõ ſequatur carnales voluptates, vel mundi vanitates. Vnde Petrus Riga. in biblia verſificata inquit: *Vult implere viam Balaam, ſed trita flagellis; Et diuina videns tardat aſella viam. Amplecti mundum quorundam vota laborant. Sed votis obſtat verbere trita caro. Nam nos à vitijs mundanis ſepe retardat Corporis anxietas, damna, flagella, fames.* Aliquando vero dantur flagella ad ſui cognitionem. Eſa. 16. *Sola vexatio dabit intellectum* Aliquando ad ſtimulandum ad bonũ. Micheæ 2. *Surgite & ite, quia non habetis hic requiem.* Aliquando ad inſtructionem & exercitiũ virtutum. Iudic 3. *Hæ ſunt gentes quas reliquit Dominus, vt erudiret Iſrael* Aliquando ad dilectionis diuinæ iudicium. Vnde Apoc. 3. ait Dominus: *Ego quos amo, arguo, & caſtigo.* Aliquãdo ad corrigenda vel purganda peccata, vt Mariæ lepra. Num. 12. Facit ad hoc quod dicitur in aut. vt nõ luxurientur contra na. circa medium. ſ. *propter talia delicta, fames, terræmotus, ac peſtilentiæ fiunt.* Aliquando ad initium pœnæ perpetuæ vt Herodi Act. 12. Et Antiocho. 2. Mach. 9. quatenus hic oſtendatur quid in futuro ſequatur. Aliquãdo ad gloriam Dei; vt cæco nato. Ioan. 9. Aliquando ad cumulum meritorum per patientiam, vt Beato Iob eius 1. & 2. ac vlt. c. Illas ergo naturales paſſiones, quæ in Chriſto fuerunt, & etiam in primis parentibus in innocentia remanentib. fuiſſent, & ſimiliter mortem Deus voluit B. Virginem ſubire, non propter peccatum originale, vel actuale, quod in ea nunquam fuit, ſed ad augmentũ meritorum, & alijs multis de cauſis quæ infra in tractatu de aſſumptione dicentur: videlicet in ſerm. 1 parte. 4. Vt enim inquit Scot. in 3. diſt. 3. *Poteſt mediator recõciliare aliquem, vt auferantur ab eo pœnæ inutiles ſibi, & relinquatur in pœnis ſibi vtilibus.* Quia igitur culpa originalis non fuiſſet vtilis B. Virgini: ideo filius Dei mediator ipſius non permiſit eam eſſe in ſua matre; quia vero pœnæ temporales ei valde vtiles eſſe poterãt ad acquiſitionem maioris præmij per patiẽtiam: ideo eas permiſit Deus eſſe in B. virgine, non quia contraxerit peccatum originale. Sed quod eſt fortius dico, quòd etiam conceptus in peccato originali poteſt mori; & non propter exoluendam pœnam originalis peccati, ſicut patet de Lazaro, & alijs reſuſcitatis qui bis ſunt mortui. Vna autem mors tantum eſt debita ipſi originali peccato: ergo illorum mors ſecunda nõ proceſſit propter punitionem ipſius peccati originalis. Et ſimiliter morte

non-

non cauſata propter culpam obijt B. Virgo. Et ad hoc adducere poſſumus dictum magiſtri Iacobi de Voragine, ordinis prædicatorum, in ſermo de planctu B. Virginis, vbi ait: *Si quis bene conſideret, inueniet quod qui acceptior fuit Deo, & ſanctior, ille magis afflictus eſt in mundo, non quidẽ ad purgationem peccatorum, cum nullum habuerit beata virgo, quæ fuit immunis ab omni peccato, ſed ad maius meritum, & præmium conſequendum:* Reſpondendo ergo ad argumentum quod ceſſante cauſa, ceſſare debet effectus: Dico, quod hoc eſt verum, quando effectus cauſatur ſolũ ab vna cauſa: Sed quandõ plures cauſæ æquè principaliter concurrunt ad producendum aliquem effectũ, ita quòd quælibet earum eſt cauſatiua effectus, tunc poſito effectu non ſequitur poſitio cuiuslibet cauſæ, & ſimiliter ceſſante vna cauſa non ceſſat effectus, vt notatur in §. affinitatis. Inſt. de nupti. & l. ſi ventri §. de bonis ff. de priuileg. cre. Bartol. in l. ita ſtipulatus ff de ver. ob. Cum ergo cauſæ humanæ mortis ſint plures, vt declaraui in ſecunda parte Roſarij ſermonum; ſermo. 36. parte. 3. Cumque Deus diuerſis ex cauſis immittat mortem, & alia flagella vt ſupra patuit, ſequitur quod licet in beata Virgine ceſſauerit vna mortis cauſa: non debuit ceſſare ipſa mors, concurrentibus aliis cauſis naturalibus, & diuinis, de quibus in prædicto ſermone Roſarii diffuſe dictum eſt, & etiam infra dicam in ſupradict. tract. de Aſſumptione. Et ideo non tenet iſta conſequentia: Virgo Maria mortua eſt, ergo habuit originale peccatũ, nam non probat hoc eſſe, quod ad hoc contingat abeſſe. l. non hoc. C. vnde legi. Probatio enim debet neceſſario cõcludere l. neque natales, vbi Bal. C. de proba. c. in præſentia, extra eo. Præterea poſito quod mors ſit propter ſequelam peccati, adhuc non ſequitur quod ſi aliquis non ſit in originali peccato cõceptus, propter hoc non debeat mori, quia vna gratia poteſt conferri ſine alia, & ſic ex ſeparatis nõ infertur, vt ait gl. in l. creditori ff de no. oper. nun. Deus ergo potuit remittere culpam peccati matri ſuæ, & non tollere pœnam, ad oſtendendum quod etiã ipſa fuit per filium ſuum redempta ab originali peccato, cui mors debebatur, & quòd erat de illa ſtirpe hominum quibus ſtatutum eſt ſemel mori, vt dicitur ad Hebr. nono.

Deus præſeruans à culpa V. noluit remittere pœnam.

Sol. ſecundæ rationis

Ad ſecundam rationem quæ dicta eſt ablationis. Reſpondeo negando maiorem, ſcilicet, quod data immaculata virginis conceptione tollatur priuilegium, quod ipſa ſola filium ſine peccato concepit. Nam ſola habuit filium carentem omni peccato per ſui naturam, & eſſentiam: B. autem Anna concepit filiam, ſcilicet glorioſam Virginem carentem peccato, per Dei gratiam præſeruantem. Melius ergo eſt beatam Virginẽ ambobus priuilegiis gaudere, & honorari, ſcilicet ſuæ immaculatæ conceptionis, & filij, quamuis diuerſimode, quam vno ſolũ: duo enim bona vni ſoli præferenda ſunt, vt inquit Ariſtot. 3. Topicorum, quia ſunt vtiliora, ſicut & duo vincula fortius ligant quam vnũ. §. ſed hodie Inſti. de adop. Et duæ rationes præferuntur vni. l. cum in adoptiuis. C. de adop.

Sol. tertiæ.

Ad tertiam rationem quæ dicta eſt clauſionis: Reſpondeo, quod licet propter peccatum originale clauſa ſit ianua regni cœleſtis, tamen non ſequitur neceſſario, quod quicunque abſque peccato originali moriebatur ante paſſionem Chriſti, deberet illam intrare, & quod ſibi eſſet aperienda. Nam Hieremias, & Ioãnes Baptiſta in vtero matris ſanctificati, mortui ſunt ſine peccato originali, & non intrauerunt tunc ianuam regni cœleſtis. Similiter ſancti patres, qui erãt in limbo, virtute præuiſæ paſſionis Chriſti futuræ, & per circiſionem erant liberati ab originali peccato, & tamen paradiſum intrare non poterant. Si etiam quis baptizatus fuiſſet ante mortem Chriſti: quãuis per virtutem baptiſmi purgatus eſſet ab omni macula peccati. c. per baptiſmum, de conſe. di. 4 non tamen potuiſſet cœleſtem ianuam intrare, & ſimiliter non intraſſet aliquis homo à Deo nouiter creatus de terra, & ſine originali peccato decedens ante paſſionem Chriſti, quia Deus pater ob reuerentiam filii decreuit nullum hominem cæleſtem patriam intrare ante filium ſuum. Ideo Ioannis 3. dicitur: *Et nemo aſcendit in cœlũ, niſi qui deſcendit filius hominis.*

Reſponſio aliorum.

Dicunt tamen aliqui, quod ſicut Deus præſeruauit ſpiritualiter beatam Virginem ab originali peccato, ita ſi mortua fuiſſet ante paſſionem filii, ſpiritualem ei deputaſſet locum in quo glorificata eſſet, etiam ante ingreſſum cœli empyrei, ſic licet ex diuina viſione propter quam dici potuiſſet eſſe in paradiſo. Sicut fuit latro, cui dixit Ieſus Lucæ 23. *Amen dico tibi, quia hodie mecum eris in paradiſo*, & tamen ipſe latro non intrauit cœlum empyreum ante aſcenſionem Chriſti, ſed pro eo dictus eſt fuiſſe in paradiſo; quia erat cum Chriſto, & eius diuinitatem contemplabatur.

Expo illud Lucæ 23. hodie mecum eris in paradiſo.

In communi enim prouerbio dicitur, quod vbi eſt Papa, ibi eſt Roma. vt notat Inno, in c. ego enim. de iureiu. & in ca: quodcunque. 4. q. 1. & Arch. in ca. præſenti, de præben. & digni. & 7. quęſt. 1. c. ſcire. Poſſumus quoque dicere, quod hæc oppoſitio eſt vana. Nã Deus qui ab æterno præſeruare matrem ſuam ſtatuit, eiam ne moreretur ante filium ordinauit.

Alia reſponſio auctoris

Ad

Digitized by Google

Sol. quarta. Ad quartam rationem quæ dicta eſt humiliationis, reſpondeo quod ſi iſta ratio eſſet bona, æque probaret quod mater Chriſti fuiſſet ſub actuali peccato, vnde procedendo ſecundum ipſam probaretur, quod virgo glorioſa fuiſſet maior peccatrix, quam vnquam fuerit in mundo, quod falſiſſimum eſt, & ſic dato primo inconuenienti plura ſequerentur, quod non debet fieri. l. ratas, & ibi glo. allegat Ariſt. C. de reſcin. vend. & de hoc etiam habetur in §. cogitatio. in aut. vt iudi. ſine quoquo ſuffr. col. 2. Non obſtat ergo dictum Hieron. quia vt aliqui dicunt, nõ dicit aſſumi ſed exprimi, vt ſcilicet daretur ſpes peccatoribus, non autẽ negat quin in ipſa genealogia fuerint multæ mulieres, quæ in ſcriptura non repræhenduntur, cum fuerint ſanctæ, aliter falſum diceret, vt dicit Nicolaus de Lira ſuper Matth. 1. c. Vnde ipſemet Hieron. exprimit de quibus mulierib. loquitur, ſcilicet de Raab meretrice, & de Betſabea vxore Vriæ, ac de Ruth Moabitide. *Alia reſponſio.* Vel poteſt dici quod Hieron. loquitur de parentibus remotis, non propinquis. Argumentatio autem non debet fieri à remotis, ſed à proximis. l. eũm de laneonis. §. aſinam ff. de fun. inſtruc facit l. 2. ff. de ſtaho. Vel eſt dicendum ſecundum Nic. de Lira vbi ſupra, quod opinio. B. Hieron in hac parte non *3. reſponſio* eſt tenenda, per rationes ab ipſo Nicolao allegatas, quas breuitatis cauſa omitto. Præterea non eſt credendum beatum Hiero. in dicta auctorita- *4. reſponſio* te intelligere de glorioſa Virgine Maria, quam in ſermone ad Euſtochium omni ſanctitate, ac gratia repletam, atque ſine peccato fuiſſe teſtatur, quia ſic eſſet ſibi contrarius, quod non præſumitur, ex quo contrarietas euitanda eſt §. quib. in. 1. conſtitutione. C. & maximè in textibus, vt in l. 2. § penul. ff. ſi cer. pe. faciunt notata per Panor. in c. translato. de conſtit.

Sol. quinta. Ad quintam rationem quæ dicta eſt falſificationis: Reſpõdeo, quod nullo falſo honore laudatur B. virgo Maria, licet dicatur ſine peccato concepta, imo veriſſima laude extollitur. Non obſtat dum dicitur, quod Deus multa potuit facere &c. *Quare Chriſtus non fecit Mariam immortalẽ & beatam.* Quia reſpondeo, quod ideo nõ dedit illa beatæ virgini, quia ipſa inquãtum humana creatura, non erat capax illorum. Actus enim actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito. 2. de anima & notatur in l. 1. de hære. inſt. vbi dicitur, non valere relictum deportato, quia eſt incapax § legari, & ibi glo Inſti de lega. Et ideo Deus non fecit beatam virginem immortalem, quia tunc non fuiſſet homo, & ſic Chriſtus non potuiſſet dici verus homo de ſtirpe Adam. Item non fecit eam ab origine ſua beatam, quia ſic eſſet per omnia æqualis filio. Et ideo quamuis potuerit illam ab inſtanti conceptionis beatificare, tamen quia non decuit ipſam æquari filio, non beatificauit eam in ipſo inſtanti, & idem poteſt dici de cõceptione ſine commixtione ſeminis viri & mulieris operatione ſpiritus ſancti, & de aliis ſimilibus. Quia autem quod mater Dei conciperetur ſine crimine, erat decentiſſimum, vt in ſequenti parte huius ſermonis declarabitur, & ipſa erat capaciſſima huius gratiæ, vt oſtẽſum eſt in præcedenti ſermone parte vltima, & vt ibidem patuit, potuit Deus illam præſeruare: Abſque dubio concludendum eſt quod illam præſeruauit.

Sol. ſexta. Ad ſextam rationem quæ dicta eſt obligationis, reſpõdeo quod ſi iſta ratio eſſet bona, per ipſam concluderetur quod B. virgo fuit in peccato actuali mortali, quia ſi ſic fuiſſet, habuiſſet motiuum maioris laudis, & gratitudinis erga Deum: & ei eſſet magis obligata tanquam de maiori periculo, & damno liberata; ergo. &c. *Maior eſt gratia præſeruationis quã ſubleuationis.* Dico tamen pro materia argumẽti, quod maior eſt gratia præſeruationis & maior donatio ipſius, quam ſubleuationis à peccato, vt declarat Sco. in 4. di. 3. qu. 1. & in 4 diſt. 22. Nam maior gratia fieret homini qui deberet in foueam luto, & putredine, ac ſtercoribus plenam cadere, ſi præſeruaretur ne caderet: quam ſi permitteretur cadere, & poſtea ſubleuaretur & mundaretur parabola autem allegata non concludit in caſu noſtro, quia propoſita fuit de duobus debitoribus, quibus vtriſque fuit debitum dimiſſum, & ambo ceciderant in obligationem. Et ideo ibi ſolum fit comparatio ratione ſubleuationis. Vnde ex illatione nõ ſequitur quod gratia ſubleuationis ſit maior gratia præſeruationis, imo per illam parabolã probatur oppoſitum. Nam ibi dicit glo. Augu. quod commiſſa, & non commiſſa donantur, quia nullus eſt qui aliqua cõmittat, quin alius poſſet eadem committere niſi conſeruaretur: Beata ergo virgo Maria ab originali peccato, & ab omnib. actualibus per gratiam Dei præſeruata, ſuper omnes homines illi fuit debitrix, & per conſequens grata. *B. V. ſuper omnes homines fuit Deo debitrix & per conſequens* Quanto enim maiorem gratiam quis ab aliquo recipit, tanto magis ei obligatur. & ei gratus eſſe debet. l. ſi quis in graui, ff. ad Syll. & l. ſi vt certo § nunc videndum. ff. commo. & l presbyteri. C de Epiſcopis, & clericis. Et hanc reſponſionem approbans Scot. in 4. diſt. 22 art 3 q. 1. inquit: quòd nullus eſt cui Deus pauca donet, ex hoc ꝙ pauca commiſit, quin ſit eidẽ aliud beneficiũ datũ maius, quã eſt donare. ſ. præſeruare ab aliis, in quæ cadere potuiſſet, & cecidiſſet niſi con-

*Dei filium prædeſtinatum prope finem mundi naſci-
turum, iam in his ques prædiximus fratribus, ſub
quadam imagine benedicebatur, ex cuius medio ſa-
lus mundi oriretur. Nunquid nō tibi benedicebatur
humanitatis caro, dum inde naſcereris glorioſa vir-
go? Tibi profectò benedicenda erat caro humana in
tuis progenitoribus, quæ ex caſtiſſimis viſceribus il-
lum erat paritura peccatoribus, qui eſt ſuper omnia
benedictus, conſtantiſſima proculdubio Abraha fi-
des audire meruit, quòd in ſemine eius benedicen-
tur omnes gentes. Diuina itaque dignationis præro-
gatiua præparabatur quadā ſtirps Iudaica, ex qua
cæleſtis luminis porta naſceretur virgo Maria, quā
æterna Dei diſpoſitione vnigeniti filij Dei matrem
futuram certiſſime ſcimus prædeſtinatam*, hæc ille.

B.V. vt eſſet mater Dei fuit ab æterno præparata & benedicta. Hieron. de B.V.

Si ergo beatiſſima virgo vt digna eſſet mater *Dei*,
fuit ab æterno præparata, & benedicta, profectò
valde incongruum eſſet dicere, quod aliquando
fuerit per peccatum maledicta. Et ideo in ſermo-
ne ad Euſtochium Hiero. inquit: *Nulli dubium
eſt de matre Domini, quin talis debuerit eſſe, quæ nō
poſſet argui de peccato: quia fuiſſet ad improperium
filij*, ſicut enim nobilitas parentum tranſit in fili-
os. l. liberos. ff. de ſena & l. 1. C. de digni li. 12. nam
natus ex ciue ciuis eſt, & natus ex Comitarenſi,
Comitarenſis eſt l. 1. & l. aſſumptio. §. filius. ff. ad
mun. & l. cum legitime. ff de ſta. ho. & l. filios. C.
de muni. & origi. lib. 10. Et propagatio alicuius
clari ſeminis proculdubio ſuam nobilitat poſte-
ritatem 56. di. c. ſi gens, & in extrauaganti Ioannis
22. quæ incipit, Execrabilis. Et de hoc tractat Io-
an. de Imo. in Cle. 1. de baptiſmo, in gl. ſuper ver-
bo regnum. ſic è contrario, ignominia parentum
tranſit ad filios. Ideo inquit Sapiens Eccleſia. 3.
*Ne glorieris in contumelia patris tui: non eſt tibi glo
ria ſed confuſio, gloria n. hominis ex honore patris
ſui, & dedecus filij, pater ſine honore.* Quia ergo ſi
beata virgo originali fuiſſet vitio maculata, &
corrupta, licet poſtea purgata, & ſanctificata poſt
lapſum; tamen infamia peccati remanſiſſet: quia
ſemper de ea poſſet dici quòd ſemel fuit in
peccato, profectò nullatenus eſt credēdum quòd
Deus in peccatum ipſam labi permiſerit, cū non
poſſit fieri de præterito futurum: neque ab ipſo
Deo. Vnde Hierony. ad Euſtochium inquit: *Au-
dacter loquor, cum Deus omnia poſſit, ſuſcitare Vir-
ginem poſt ruinam non poteſt*, facta enim pro infe-
ctis haberi non poſſunt, vt dicitur in l. in bello. §.
factę. ff. de cap. & poſtli. re. & l. verum eſt. ff. de re.
iur. facit l. 1. §. ſi vir ff de acqui poſſ. & in aut. de
æquali. do. § quæ tibi, coll. 7. vnde inquit Bar. in
l. non dubium, C. de legi. hoc ſolo priuatur *Deus*,
quod facta pro infectis haberi non poſſunt: non
tamen per hoc intelligitur quòd Deus non poſ-
ſit in homine reparare innocētiam deperditam,
quia hoc poteſt, immo facta pœnitentia peccati
quis habetur ac ſi nullam vnquam maculā con-
traxiſſet. l. Imperialis. § in præſenti. C. de nup. ſed
intelligitur quòd illud quod ſemel factum eſt,
Deus facere non poteſt, quod factum non ſit, li-
cet facere valeat quòd habeatur ac ſi factum non
eſſet. Vnde Hieron. vbi ſupra & habetur in cap. ſi
Paulus 32. quæſt. 5. ait: *valet quidem liberare de pœ
na, ſed non valet coronare corruptam.* Ex quibus
omnibus ſequitur indubitanter tenēdum, quod
Deus dilectam ſponſam ſuam ante creationem
mundi electā ab omnis peccati turpitudine præ-
ſeruauit. Quis enim eſt hominum qui ſi poſſet
ſponſam ſuam facere, illam nō abſque omni ma-
cula procrearet? Quis vero eſt ita inſanus, qui il-
lam in fornicationis vitium labi permitteret? De-
us autem cuius perfecta ſunt opera, *Deut.* 32. pro-
fectò ſanctiſſimum illud tabernaculum B. Virgi-
nis omni puritate, & innocentia repletiſſimum
formauit, in cuius ſacratiſſimo vtero facto homo
nouem menſibus habitaret. Et hoc eſt quod bea-
tus Anſ. in lib. de conceptu virginali, c. 18. loqui-
tur di. *Decuit vt conceptio illius hominis de matre
fieret puriſſima, tanta puritate qua ſub Deo neque-
at maior intelligi. Cui Deus pater vnigenitum ſu-
um, quem de corde ſuo genuerat, æqualem ſibi ita da
re diſponebat, vt eſſet naturaliter vnus, idemque
Dei patris, & virginis filius, & quam ſibi filius ſub-
ſtantialiter matrem facere eligebat, & de qua ſpi-
ritus ſanctus operaturus erat, vt ex ea conciperé-
tur, & naſceretur ille de quo ipſe procedebat*, hæc
ille. Non fuiſſet autem beata virgo puriſſima, tan
ta puritate, qua ſub Deo nequeat maior intelli-
gi, ſi originali fuiſſet peccata maculata. Quod
profectò congruum indecenſque tanto filio ex-
titiſſet. Ideo Cyryllus patriarcha Alexandrinus in
li. contra Neſtorium ait: *Propter filium temerariū
eſt in Maria Virgine ponere culpam aliquam vel
peccatum.* Ea propter ipſa glorioſa Dei genitrix,
ſicut ego ſcripſi in epiſtola ad ſummum pontifi-
cem Sixtum 4. *Laudatur patrio nunquam fœda-
ta cruore: Cerbereo nunquam ſubiacuiſſe iugo.* &
Aug. in lib. 1. de natura & gratia, ſupradicta ratio-
ne confirmans dicit: *Excepta ſola Virgine, de qua
propter honorem Domini nullam prorſus cum de
peccatis agitur, habere volo quæſtionem. Scimus n.
quòd plus gratiæ ei donatum fuit ad vincendum
ex omni parte peccatum, quæ concipere, & parere
meruit, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum.
Hac igitur virgine excepta, ſi omnes ſancti, & ſan-
cta Dei cum viuerent interrogati fuiſſent, vtrum*

Dictū Anſelmi de puritate B.V.

Dictū Cyryl Alex.

Auguſt. de B.V.

ſine

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

ſine peccato fuiſſent, omnes vna voce dixiſſent: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus & veritas in nobis non eſt, hæc ille. Sed reſpondent quidam non bene intelligentes Auguſt. de peccatis tantum actualibus loqui: quorum interpretatio ſi eſſet vera, neceſſe eſſet dicere, aureum doctorem Auguſtinum mendacem eſſe. Multi.n. ſancti, & ſanctæ Dei regnant in cælis, quę nunquam actualibus irretiti fuere peccatis, vt innocentes, & paruuli ante annos diſcretionis poſt baptiſmum mortui. verba igitur Aug. ſunt generaliter de omnibus peccatis intelligenda, quia dictum doctoris generaliter loquentis, generaliter debet intelligi. & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. l. de precio. ff. de Publi. Si enim de actualibus ſolum intelligere voluiſſet, bene hoc exprimere ſciuiſſet, vt dicit in alio propoſito tex. in l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tol. In his ergo verbis Auguſt. nobis oſtendit neminem eſſe in regno cælorum, quem non tenuerit quandoque catena delictorum. Quidam enim originale ſolum contraxerunt, & nunquam aliquo actuali peccato mortali, aut veniali maculati ſunt, vt prædicti innocentes, & paruuli. Alij vero non ſolum originali, ſed etiam actuali peccato mortali, aut ſaltem veniali ſunt infecti. Sola autem genitrix Dei Maria nullo vnquam fuit vitio deturpata, quod etiam probatur auctoritate Bernar. in homilia 13. ſuper ſermone in cœna Domini dicentis: *Non eſt in filijs hominum magnus vel paruus, tanta praditus ſanctitate, nec tanta religionis priuilegiatus honore, qui non in peccatis fuerit conceptus, vel in peccatis fuerit poſt conuerſatus, prater matrem immaculati agni peccatum non facientis, ſed peccata mundi tollentis, de qua cum de peccatis agitur, nullam prorſus volo habere quaſtionem*, hęc ille. Concludendo ergo ſermonem illum dico, quod cum ad poſitionem conſequentis, ſequatur poſitio ſui neceſſarij antecedentis. §. 1 Inſti. de teſtam. tutel. cum omnes credant beatam Virginem Mariam fuiſſe idoneam matrem Dei, debent etiam credere ipſam fuiſſe immunem ab omni labe peccati, quia vt ſupra dictum eſt, aliter non fuiſſet congrua mater Chriſti. Ex quibus omnibus patet intemeratam Virginem ab originalis vituperij infamia præſeruatam. Cuius meritis, ac precibus, ab omnib. malis, & peccatis, nos præſeruet benedictus eius filius Amen.

Sent. Bernardi de immaculata Concep. B. V.

(∴)

DE EADEM IMMACVLATA Conceptione.

SERMO TERTIVS.

In quo præcipuè exponuntur auctoritates ſcripturæ, & patrum, quæ videntur obeſſe Sanctiſſimæ Conceptioni B. V.

A*Bſit rem iſtam facere, vt imponam crimen gloriæ noſtræ.* 1. Machab. 9. Auguſtin. de glorioſa Dei genetrice in ſermone de eius Natiuitate inquit: *Quis laudes beatiſſimæ Virginis digne decantare valeat? facta eſt enim Maria ianua cælorum, ſublimatio Apoſtolorum, laus Martyrum, iubilatio confeſſorum: continentia virginum. Facta eſt Maria norma principum, iuſtitia regum, ſalus omnium populorum, gloria viduarum, gaudium angelorum, requies animarum. Facta eſt Maria ſalus morum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum. Facta eſt Maria excelſa ſuper ſydera, ſanctior ſuper omnes fœminas. cuius vita inclyta cunctas illuſtrat eccleſ.* hæc ille. Et ideo prædictæ virgini merito attribui poſſunt illa verba ſcripta Iudith. 15. *Tu gloria Hieruſalem: Tu lætitia Iſrael: Tu honorificentia populi noſtri.* Quapropter omnes deuoti eiuſdem immaculatæ matris Dei cum ab aliquo exhortantur ad credendum, quòd ipſa virgo puriſſima contaminata fuerit originali peccato, debent verba thematis noſtri dicere: *Abſit*, &c. Super quibus tres de eadem conceptione ſanctiſſima conſiderationes faciemus. Prima dicetur contrarietatis. Secunda veritatis. Tertia & vltima, appellabitur ſtabilitatis.

Encomia B. V. ex D. Auguſti.

(∴)

PARS

Digitized by Google

PARS PRIMA HVIVS ſermonis, in qua ponuntur argumenta contraria immaculatæ conceptioni, ſumpta ex Scriptura, & Patribus.

DVobus argumentis inſurgunt quidam vltra prædicta contra benedictæ reginæ cæli conceptionem. Quorum primum dicitur generalitatis. Secundum vero ſpecialitatis. Quo ad primum adducunt primo autoritates ſacræ ſcripturæ, quæ dicunt generaliter omnes homines ab Adam deſcendentes originali fuiſſe peccato maculatos. Secundo autoritates ſacrorum doctorum idem affirmantes. In ſacra etenim ſcriptura hoc expreſſum videtur 3.Reg. 8 & 2 Paralip. 8. vbi dicitur: *Non eſt homo qui non peccet*, quod non intelligitur de actuali ſolum, quia innocentes & alij multi illud non commiſerunt, vt patuit ſupra ſermone præcedente, parte vltima ergo intelligitur de originali. Item Eccleſiaſtic. 7. inquit Salomon: *Virum de mille vnum reperi*, ſcilicet Chriſtum ſecundum gloſſ. Auguſtin. *Mulierum vero ex omnibus non inueni*, ſcilicet bonam. Et Pſalm. 13. dicit Dauid: *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum*. Et idem inquit Deo: *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens*. Et Pſalm 50. iterum ait in perſona cuiuslibet hominis: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Et Pſal 111. etiam inquit in perſona Chriſti: *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.* Vbi glo. Auguſtin dicit: *Vnica, eſt anima Chriſti quæ ſola eſt à peccatis immunis* & Eſa. 53. dicitur: *Omnes nos quaſi oues errauimus.* Et ad Rom. 2 dicit Apoſt. *Omnes in Adam peccauerunt, & egent gratia Dei*, & ibidem: *Non eſt iuſtus quiſquam. Omnes declinauerunt* &c & 5. c. eiuſdē epiſtolæ etiam inquit: *Sicut per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertranſijt in quo omnes peccauerunt.* Et ibidem: *Per vnius delictum omnes homines in condemnationem conſtituti ſunt.* Et 11. c. prædictæ epiſtolæ iterum ait: *Concluſit Deus omnia ſub peccato, vt omnium miſereatur.* Et ad Epheſ. 2. ait: *Eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri.* Et 2. ad Cor 5. dicitur: *Vnus pro omnibus mortuus eſt & reuixit* ſ. Chriſtus. Sacri quoq; doctores idem affirmant.

[Marg.: Primū arg. ex ſcrip. Patrib. generaliter. — 3. Reg. 8 et 2. Paral. 8. — Eccleſ. 7. — Pſal. 13. — Pſalm. 50. — Pſal. 111. — Eſa. 53. — Ad Rom. 3. — 5. & 2. ca. — Ad Ephe. 2 — 2. ad Cor. 5.]

Vnde Aug. li. 2. contra Iouinianum ait: *Propter catholicam veritatem ſancti, & beati diuinorum eloquiorum pertractores, clariſſimi ſacerdotes, Irenæus, Cyprianus, Ambroſius, Gregorius, Innocentius, Ioan. Baſilius, quibus velim nolim addo Hieronymum, vt omnes omittā, qui nondū dormierunt, aduerſus nos proferunt omnium hominū peccato originali obnoxiam ſententiam, vnde nemo eruitur, niſi quem ſine lege peccati repugnantem legi virgo concepit.* hæc ille. Et idem 13 de ciu. Dei c. 14 inquit: *Omnes enim in illo fuimus, quando vnus omnes corrupit qui per fœminā lapſus eſt*, & in c firmiſſime, de conſe. di 4. iterum ait: *Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, omnem hominem qui per concubitum viri, & mulieris concipitur, in peccato originali naſci.* Et idem ſuper Pſal. 3. dicit: *Chriſtus omnes peccatores inuenit, & ſolus ſine peccato venit.* & in li. de nuptijs & concupiſcētia etiam inquit: *Omnes ſub peccato naſcimur, & per vnum ſolū qui ſine peccato natus eſt, liberamur.* Et in li enchiridion iterū ait: *Per mediatorem, qui ſolus ſine peccato nat⁹ eſt, reconciliari nos oportebat.* Leo quoq; Papa in ſermone natiuitatis Chriſti, dicit: *Dominus noſter peccati mortiſq; deſtructor, ſicut nullum à reatu liberum reperit, ſic pro liberandis venit.* Greg etiam in 11. moralium. c. vlt dicit: *Solus redemptor in carne ſua vere mundus extitit, quia nihil in eo per carnalem delectationem venit.* Et idem ſuper Exodum inquit. *Omnes in peccatis nati ſumus, & ex carnis delectatione concepti, culpam originalem nob. ſecum traximus.* Et iterū idem in 12. mor. ait: *Nullus ſine peccato eſt, niſi ille qui in hunc mundum non venit ex peccato*, & Hiero. ſup Luc. inquit. *Solus Deus eſt in quem peccatum cadere non poteſt* Amb. quoq; ſuper idē euange. dicit: *Solus de natis ex fœmina Dominus Ieſus terrena contagia corruptela non ſenſit, ſed cæleſti maieſtate depulit.* Hilar etiā, quē refert Aug in li contra Iuli. ait: *In peccato eſt omnis, præter illum qui venit in ſimilitudinem carnis peccat: ſine peccato* Idē quoq; Aug. in li. de perfectione iuſtitiæ dicit: *Non fuiſſe aliquē in hac vita hominem puto, excepto vno mediatore Dei & hominum, cui non fuerit neceſſaria remiſſio peccatorum* Cum igitur terminus vniuerſalis diſtribuat pro ſingulis, & tantum valeat in omnibus, quantum ſpeciale in ſingulis. ff. de admi. tu. l ſi duo. ac ff de le. 3. l totus, in princ. Cūq; terminus diſtributiuus ſingulos ſpecialiter cōpræhendat l. Titia. §. ſi & l. pluribus in princi. ff. de vet. ob & l. & quemadmodum §. 1. ff. de pigno. Cumq; tātum valeat aliquid generaliter dici, ſicut ſi ſingula ſub eo contenta numerentur. l. omnes,

[Marg.: Auguſtin. — Leo. — Gregor. — Hiero. — Ambr. — Hilarius. — Auguſti.]

Digitized by Google

nes,& ibi glo. C. de præſcrip.30.vel 40.an & l 2. C.de quadri.præ S tque regula dicens: *Qui omne dicit,nihil excludit*.c.ſolitæ de ma & obe.& ff.de leg.1 l ſi cui & de damno infecto l. damni infecti 'a.1.§. empror.& 1,.di c.ſi Romanorum.&de ob ſer.'c.ca 2 25.d ſt §.1.in glo.& l.ſi à procuratore.C man.Cunque in toto pars contineatur e in toto de reg.iur li.6.& l.ſi quis.ff. de excep rei iudic & c pœnale 14 q.5. Cũque in generalib.ſpecialia inſint. l.ſemper.ff. de regul. iur.& l.ſi ita.ff. de vſu &habi & l.legatum,& l.ſi totus. ff de leg. 3.& generaliter dictum generaliter debeat intelligi.l.de precio.ff de Publi c. qui circa de priuil.& ff de ſerui.vr.præ l.ſi ſeruitus,vbi glo.& in c.2. de coniu.lepro.in glo.penultima:videtur concludendum, quod in his generalibus locutionibus cum terminis vniuerſalibus factis, etiam beata virgo comprehendi debeat,ac ſi de ea ſpecialiter fuiſſet dictũ,quòd in peccato ſit concepta. Quoad ſecundum argumentum quod dicitur ſpecialitatis, adducuntur auctoritates ſanctorum doctorum qui ſpecifice dixerunt beatam Virginem in peccato originali conceptam fuiſſe. Vnde Anſelmus li.2. *Cur Deus homo* c.10. inquit: *Licet hominis Chriſti conceptio munda ſit, & abſque delectatione carnalis peccati, attamen Virgo Maria vnde Chriſtus, & à qua aſſumptus eſt, & in peccatis concepit eam mater eius, & ipſa in Adam peccauit, in quo omnes peccauerunt*: hæc ille. Magiſter quoque ſententiarum in 3. diſt.3.ait: *Quæritur de carne verbi; an priuſquam conciperetur obligata fuerit peccato, & an talis aſſumpta fuerit verbo? Sane dici poteſt, & credi oportet iuxta ſanctorum atteſtationis conuenientiam, ipſam prius peccato fuiſſe obnoxiam, ſicut reliqua virginis caro, ſed ſpiritus ſancti operatione mundatam, ita vt omni contagione immunis vniretur verbo, pœna tamen non neceſſitate, ſed voluntate aſſumentis remanente. Mariam quoque totam ſpiritus ſanctus in eam perueniens à peccato prorſus purgauit: & à fomite etiam peccati liberauit, vel fomitem penitus euacuando, vt quibuſdam placet, vel ſic extenuando & debilitando, vt ei poſtmodum occaſio nullatenus extiterit ad peccandum*, hæc ille. Hanc etiam opinionem tenuit beatus Thomas in prædicta di. quod beata virgo Maria ſit concepta in originali peccato. Et quidam alij doctores & theologi ibidẽ. Tenuit etiam hoc Ioan. Teutonicus gloſſator decreti in c. pronunciandum, de conſe. di 5. & Ioan. An. in c conqueſtus de feri. & Archi. in c. firmiſſime, de conſe. di. 4. Et beatus Bern in epiſtola ad Canonicos Lugdunenſes, cum quibuſdam alijs ſanctis. Cum igitur eccleſia approbet dicta ſanctorum patrum: vt habetur in c ſancta Romana.15. diſt. videtur quòd illi errent, & peccent deuiantes à determinatione prædictorum ſanctorum patrum, qui beatam Virginem ſine originali peccato conceptam fuiſſe dixerunt.

2. arg. ex patrib ſpecialiter loquentibus,

Anſelmus.

Magiſter ſententiarũ

Thomas.

Gloſſator decreti.

Bernardus

PARS SECVNDA huius ſermonis, quę dicitur veritatis.

ISTA ſunt argumenta quibus nonnulli Virginis innocẽtiam impugnantes, multos ab eius puritatis veneratione auertere conãtur. Quapropter glorioſa virgo rogat ſuum præſeruatorem Deum dicens illud Pſal.13. *Tu Domine ſeruabis nos, & cuſtodies nos generatione hac in æternum.* Nos quoque veritatem defenſare volentes, quæ vincit omnia, & à nemine ſuperatur, vt dicitur, 2. Eſdræ.3. & in l.ſi ff. de proba. ſimul & conſiderantes quod magis attendi debet illud, quod eſt in veritate, quam quod eſt in falſa opinione. l.ſi quoties ff. de manu.vindi:& §.ſi quis tem ſuam, Inſti. de legat. dicimus quòd his omnibus autoritatibus non obſtantibus, tenenda eſt veriſſima opinio de immaculata conceptione matris Dei. Non obſtant modo omnia dicta generalia tam ſacræ ſcripturæ quàm doctorum, in quibus affirmatur quòd omnes propagati ab Adã ſunt in originali peccato concepti, vel ſimilibus verbis idem in ſubſtantia dicitur: Quia reſpondeo quòd illa regula vniuerſalis, qui omne dicit & c. non habet locum in his auctoritatibus, nec in multis alijs ſacræ ſcripturæ quæ regulis logicalibus, & grammaticalibus non eſt ſubiecta c. indignum 38. dl. vnde in ſacra ſcriptura terminus vniuerſalis frequenter accipitur pro maiori parte; vt declarat Nicolaus de Lyra ſuper Matth. vt ibi: *Exibat ad Ioannem Hieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem*. Matth. 3. & tamen multi non exibant, ſed maior pars tantum, & ibi: *videbit omnis caro quod os Domini locutum eſt*. Eſa.4. & tamen multi non viderunt filium Dei in natiuitate eius, & ſic ad tollendam conſequentiam ſufficit dare inſtantiam §.pauonum; Inſti. de re diui. Et ideo inquit magiſter Bartholomęus Piſanus, in li. beatæ virginis, fructu.7. Sacram ſcripturam vti ſæpe vniuerſali, ſecundum vocem quæ non diſtribuit vniuerſaliter, ſed tantum pro illis quibus conuenit prædicatum, vt in iſta: *Totus mundus vadit poſt ipſum* Et eſt hyperbolæ tropus, & figura grammaticalis, id eſt, locutio ſecundum

In qua ſoluuntur & exponũtur obiecta auctoritates

Reſp. ad primum arg.

Sacra Scriptura vtit ſæpe vniuerſali, ſecundũ vocem, quæ non diſtribuit vniuerſaliter.

Digitized by Google

dum modum loquendi, faciunt notata in. l. omnes. C. ſine cenſu, vel reliquis vbi glo. magiſtralis in hac materia dat exemplum dicens; quòd hæc vniuerſalis, *omnes currunt*; intelligitur de his, qui ſunt habiles ad currendum. quòd autem dictio vniuerſalis reſtringatur ad habilitatem, eſt text. in l. 1. C. de facto ſuſcept. vbi dicitur: habeat vnuſquiſque licentiam in teſtamento relinquere pijs locis; quod exponit gloſſ. vnuſquiſque ſcilicet habilis ad teſtandum. ſimilem quoque reſtrictionem faciunt doctores, maximè Bald. poſt gloſſ. in l. 1. C. de fi. Inſtrum. hæc igitur reſtrictio termini vniuerſalis ſæpè fit in ſacris ſcripturis. Et hoc affirmat Hierony. in epiſtola ad Damaſum Papam de filio prodigo. vbi exponens illud Lucæ 15. *Fili tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt*: Intelligens per patrem Deum, & per filium prodigum, populum gentilem, per ſeniorem vero Iudaicum, cui Deus dixit: *Fili* &c. ait ſic: *Quomodo autem Dei omnia Iudæorum ſunt? Nunquid Angeli, throni, dominationes cæteraque virtutes? Per omnia ergo intelligimus legem, prophetas, eloquiaque diuina. Hæc enim eis dedit, vt in lege eius meditarentur die ac nocte.* Secundum illum modum, quem ſæpè expoſuimus, ſcripturarum, omnia non ad totum referenda eſſe, ſed ad partem maximam, vt ibi: *Omnes declinauerunt, ſimiliter inutiles facti ſunt.* Et alibi: *Omnes qui venerunt ante me fures fuerunt, & latrones.* Et Paulus ad Corinth. inquit: *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem.* Et ad Philip. 2. *Omnes enim quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ Ieſu Chriſti*, hæc Hieronym. Ecce ergo quòd auctorit. prædictæ quantumcunque generaliter loquantur, non debent intelligi de beata Virgine, non obſtante termino vniuerſali. Oportet. n. ipſas gloſſare, ſicut & cæteras, quas refert Hierony. in prædicta epiſtola; Gloſſantur autem ſic: *Omnes declinauerunt*. ſcilicet, qui mandata diuina ſeruare noluerunt. *Omnes qui venerunt ante me fures fuerunt, & latrones*. ſ. qui à me miſſi non fuerunt. *Omnib. omnia factus ſum*. ſ. quæ ſecundum Deum fieri potuerunt. *omnes quæ ſunt ſua quærunt, non quæ Ieſu Chriſti*. ſ. qui ſunt à charitate ſeparati; propheta enim Pſal. 115. inquit: *Omnis homo mendax*, ſcilicet, niſi eius eloquia à ſpiritu ſancto, procedãt. Illæ ergo auctoritates quòd omnes peccauerunt in Adam, & peccatum originale contraxerunt, exponendæ ſunt, ſcilicet, qui non per diuinã gratiam fuere præſeruati, ſed ab Adam ſecundum communem curſum, & legem ex inordinata cõcupiſcentia, & libidine parentum cum carentia diuinæ gratiæ, & iuſtitiæ originalis ſunt propagati. Non autem loquuntur de propagatis ab Adam ſecundum legem priuilegiatam, nec de præſeruatis ab originali peccato per gratiam præuenientem, ſicut fuit beata virgo Maria. Et quòd dictas omnes auctoritates oporteat gloſſare, probatur. Nam ſi ſine aliqua gloſſa, & limitatione voluerit eas quis exponere, neceſſe erit dicere, quòd Chriſtus qui & ipſe ex Adam propagatione deſcendit, peccatum originale contraxit, quod eſſet hæreticum profiteri. Si ergo, indeuote, & impugnator immaculatæ conceptionis, vt in hæreſim non labaris, vis auctoritates illas gloſſare, æquemus in gloſſando lanceas, & de pari procedamus. Tu inquies, Omnes peccauerunt in Adam præter Chriſtum, per naturam. Et ego dicam, & præter beatam Virginem, per gratiam. Sciendum eſt ergo q. oratio vniuerſalis verificatur etiam dato quod vna perſona, vel duæ aut tres non comprehenderentur ſub ea. vt notatur in l. inter omnes. ff. qui ſatiſ. co. vbi gloſſ. facit text. in c. 1. de conſti. dicens, canones cuſtodiendos ab omnibus vbi gloſſ. excipit Papam & Imperatorem, facit etiam gloſſ. in c. ſi vero, de ſent. ex. & in l. 1. C. communia de le. Et hoc patet Eccleſia. 40. vbi dicitur: *Omnia quæ de terra ſunt, in terram conuertentur*, & tamen beata virgo, & Ioannes Euangeliſta, nõ ſunt in terram conuerſi. Et Matth. 11. dicitur: *Nemo nouit filium niſi pater*, & tamen etiam ſpiritus ſanctus eum nouit. Et ſimiliter dicitur 1. ad Corinth. 15. *Omnes quidem reſurgemus*, & tamen beata virgo non reſurget, cum ſit glorificata in anima, & corpore ſuper choros angelorum, vt dicetur infra in tractatu aſſumptionis. Item illa verba: *Omnis vtriuſque ſexus* &c. de pœnit. & re. ca. omnis, verificantur etiam dato quòd aliquis ſit exemptus, quia Papa non ligatur per illud cap. vt ibi dicit Ant. de Butrio. ſimiliter illa vniuerſalis. *Quicquid ligaueris ſuper terram* &c. quæ habetur Matt. 16. & in c. ſolitæ. de maio. & obe. limitatur, ſcilicet claue non errante, vt in c. literas, de reſtit. ſpo. & ibi gloſſ. ordinaria & docto. Facit l. vt gradat. in § ſed ſi lege. ff. de mu. & ho. vbi oratio vniuerſalis reſtringitur ad idoneos, & aptos comprehendi ſub ea. Et ad idem eſt. cap. dilectio. & ibi glo. de ſen. ex. li. 6. & l. 1. §. lex falcidia, ff. ad legem fal. faciunt notata per Bar. in l. 1. §. nunciato ff. de oper. no. nun. & per gloſſ. in l. emancipari. ff. de adop. ſimiliter abſurditas facit legem reſtringi. vt inquit Bart. in l. furti. §. pactus. ff. de his qui no. infa. & terminus vniuerſalis non diſtribuit vniuerſaliter, quoad illos ex quorum diſtributione reſultaret abſonus intellectus. arg. in cap. ſolitæ. in pri. n. de ma. & obe. hoc autem eſſet in caſu noſtro,

Ioan. 10.
1. Corin. 9.
Phil. p. 2.

Expoſitio auctoritatum prædictarum.

Auctoritates primò argumenti quomodo exponendæ ſint.

Digitized by Google

ſtro, valde enim abſonum eſſet, & inconueniens quòd beata virgo fuiſſet originali vitio maculata. vt patuit ſupra ſermone 2. parte vltim. Item vt dicunt theologi in 1. diſtinct 46 *Terminus vniuerſalis habet quandoque diſtributionem accommodatam ſecundum communem vſum loquendi.* vt patet Ioan 1 vbi dicitur: *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* i. ſecundum Auguſt. nullus illuminatur in mundo, niſi per ipſum, multi tamen indiſpoſiti ad gratiam non illuminantur, & ita diſtribuit terminus vniuerſalis in caſu noſtro vt infra parebit. Dicunt etiam Theologi vbi ſupra, quòd terminus vniuerſalis quandoque non diſtribuit pro ſingulis generum, ſed pro generibus ſingulorum, vt ibi: *omnis lapis precioſus operimentum tuum.* Ezech. 28. & ſic non ſemper comprehendit ſingulos generis vel ſpeciei, cuius fit diſtributio. Præterea dicere poſſumus, quod omnis regula, quantumcunque generalis, plerumq; patitur exceptionem l. nam quod liquide § ſi ff. de penu. ff. le l cog. § inde quæritur ff. ad Trebel. & § vt autem in aut de non alt. aut per re ec col. 2 de quo vide per Dinum in c 1. de reg iur li 6 & per doctores in. l. 1. in l omnis diffinitio ff. eodem ti ad hoc etiam faciunt dicta per Tho. in 3. parte ſum. quæſtio. 28. artic. 1. in reſponſione ad ſecundum argumêtum, vbi arguit, quòd beata virgo non fuiſſet ſanctificata antequam nata, per Auguſtinum ad Dardanum ita dicentem: *Sanctificatio qua efficimur templum Dei, nonniſi renatorum eſt*, igitur beata virgo non fuit ſanctificata antequam nata, quia renaſci præſupponit naſci, & reſpondet Thom. quòd Auguſtinus loquitur ſecundum legem communem, ſecundum quam non regenerantur aliqui per ſacramenta, niſi prius nati. cui legi Deus potentiam ſuam non alligauit, quin aliquibus ex ſpeciali priuilegio gratiam ſuam conferre poſſet antequam naſcantur. Vnde Geneſ. 3. dixit mulieri primæ in perſona omnium: *In dolore paries filios*, & tamen hæc lex generalis & communis non eſt verificata in beata Virgine, quæ cum gaudio, & lætitia, Dominum parturiuit. Et ideo ſimiliter eſt dicendum de lege originalis peccati. Vnde in tractatu de conceptione Virginis dicit magiſter Petrus Aureoli, de mente beati Auguſtin. quod excipienda eſt beata virgo à regulis generalibus, quæ non conueniunt ſanctitati eius & ſingularitati gratiæ ſibi collatæ, maxime de maternitate Dei. hoc autem probatur per dictum eiuſdem Auguſtini, qui generaliter loquitur in libro de baptiſmo paruulorum dicens: quod omnes quotquot fuerunt, vel ſunt, vel erût, pro quotidianis defectibus indigent dicere in oratione Dominica, Dimitte nobis debita noſtra; quod tamen non potuit eſſe verum in B. Virgine, quæ nunquam aliquod actuale peccatum commiſit. Oratio ergo quantumcunque generalis, non ſemper verificatur in omnibus. Vnde 1. ad Timoth. 2. dicitur: *Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, & tamen non omnes ſaluantur Similiter Aug in libro de fide ad Petrum dicit: *Firmiſſime tene, & nullatenus dubites omnibus hominibus bonis, & malis reſurrectionem carnis in aduentu Domini futuram eſſe cômunem*, & tamen hæc generalis locutio non comprehendit beatam Virginem, quæ reſurrexit in anima, & corpore. Ea propter exponit Nicolaus de Lyra ſuper dicto c. ad Timot. 2 & Tho & alij Theologi in 1 diſt 46. quod ille terminus vniuerſalis non diſtribuit pro ſingulis generum, ſed pro generibus ſingulorum: quod etiam ſæpe facit ſecundum iura vt patet in cap. ſi quis omnem. 1. q 7. & in cap. mulier. 15. quæſt 1. & in c cum humilitatis 22 quæſt 2. & in cap. nam concupiſcentiam, de conſtit. Item dicunt Theologi vt ſupra, quod ſicut in illis verbis Pauli eſt diſtributio accommoda, ſcilicet, *quod nullus ſaluatur, niſi Deus velit* Ita hæc vniuerſalis, *omnes peccauerunt in Adam*, exponitur, id eſt, nullus côtraxit peccatum originale niſi qui ab Adam deſcendit. Præterea clauſula generalis non refertur ad illicita l. ſi procurator ff de condi. inde & l Paulus. ff ad muni. & c. 1. de iureiur li. 6 & ibi Archi. & 35. quæſt. 9 c. quod quis & 22. q 4 ca 2 Illicitum autem fuiſſet quòd filius beatæ Virginis non præſeruaſſet eam ab originalis peccati damno, ac infamia; vt probatum eſt in ſermone 1. parte vltim ergo illud decretum generale, & lex generalis de contrahêdo originali peccato, non debet includere beatam Virginem: maxime quia in generalitate nûquam comprehenduntur ea, quæ veriſimile eſt quem non fuiſſe conceſſurum l. obligatione generali. ff. de pigno. ſicut eſt in caſu noſtro. Item quia vniuerſalis, quando fit aliquod primordiale ſtatutum, non omnia comprehendit. ſecundum Bal. in l. omnes. C. ſine cen. vel re. Item quia in vniuerſali ſtatuto non comprehenditur perſona loquentis, ſecundum Bar. in l. 1. ff. quod quiſque iu. & probatur per l. inquiſitio. vbi gloſ. C. de ſolut. Cum ergo Auguſta gaudeat priuilegijs Imperatoris l. princeps ff. de legi. & maret priuilegio filij. l in ſolidum C. de falſis, ſequitur quòd beata virgo non intelligitur comprehendi ſub hoc ſtatuto. Ad confirmationem etiam prædictorum, adduci poteſt illud quod dicitur Hiere. 6. ſcilicet:

Expen. illud (e. r. Illuminat omnem hominem & c

Terminus vniuerſalis non diſtribuit, pro ſingulis generû. ſed pro generib. ſingulorum.

Generalis clauſula nô refertur ad illicita.

Omnes

Omnes auaritiæ ſtudent. Et 8 *Omnes auaritiam ſectantur*; quod tamen ad Chriſtum & beatã Virginem nefas eſt referre. Item Marc. 9. dicit Saluator: *Omnia poſſibilia ſunt credenti*. Et 11. *Omnia quæ orantes petitis, fient vobis*; quod vtrumque reducit gloſſa ad ea quæ expediunt ſaluti; & non ad alia. Item Ioã. 12. dixit: *Omnia traham ad meipſum*, & tamen non trahit infideles & blaſphemos & Marci vlt. inquit: *Prædicate Euangelium omni creaturæ* quod tamen ſecundum Gregor. ad homines ſolum refertur. Item Pſal ait: *Exaltatum eſt nomen eius ſolius*, & tamen nomen beatæ Virginis exaltatur per gratiam & voluntatem Dei. Inſuper idem propheta canit, Deo dicens: *Tu ſolus laborem & dolorem conſideras*, cum tamẽ multi miſericordes idẽ conſiderent. Primæ quoque ad Corin 6. dicit Paulus: *Omnia mihi licent*, & tamen non licebat ei armis militare, ſeu aliquid prohibitum, & malum agere. Ex quibus omnibus patet quod locutio generalis ſæpe eſt limitanda, & tantum ad licita, & congrua referenda ac reſtringenda, & ſic eſt in caſu noſtro.

Expõ. illud Eccleſiaſti. 7. vnũ virum de mille, mulierem vero nullam.

Ad auctoritatem autem Salomonis dicentis quod vnũ virum de mille reperit. ſ. ſine peccato, mulierem vero nullam. Dico quod loquitur veritã ẽ quia ſolus Chriſtus fuit ſine peccato ipſo iure. & per ſuæ excellentiam naturæ: Maria virgo per gratiã filij ſui, & ſpeciale priuilegium: vt oſtenſum eſt ſu. ſermone 1 parte 3. Et ita reſpondetur ad omnes ſimiles auctoritates dicentes, ſolum Chriſtum fuiſſe ſine peccato. nullus n. alius vir nec aliqua

Eiuſdem loci alia expõ

mulier fuit impeccabilis per naturam. Similiter ſi exponatur dictum Salomonis, quod reperit vnum virum ex mille. ſ. bonum, mulierem vero nullam, dico quod hoc dixit ideo, quia Chriſtus ſolus fuit homo & Deus, & conſequenter ſolus dici poteſt bon', quia nemo bonus, ſ. per eſſentiã niſi ſolus Deus Math 19. & Lucæ 18 Maria vero non dicitur bona per eſſentiam, ſed per participationem bonitatis *Dei*, & per præſeruationem ſingularem. Ad omnes etiam illas auctoritates generales dicentes, quòd nullus vel nemo fuit ſine peccato præter Chriſtum. Reſpondetur quòd term n neg it ui non ſemper omnes negant nec excludunt. l neminẽ vbi gl. C. de ſacr ſan ec. quę allegat. l. ſi §. penul. ff. d mu & ho. in omnibus enim caſibus in quibus oratio vniuerſalis affirmatiua reſtringitur, etiam negatiua extenditur concurrentibus eiſdem rationibus. Et ideo etiam ad omnes illas auctoritates dicentes, quod tantum Chriſtus, vel ſolus filius Dei fuit ſine peccato: Reſpondetur quod iſtæ dictiones t xæ iuæ non excl[illegible] vel ens, ſecundum Paulum de Caſtro conſilio 296. in ſimili facit ad hoc text. in. l 1. ff ſi menſ. fal. mo. dix., vbi ſi conueniatur, ne quis teneatur niſi de ſolo dolo: venit tamen etiam lata culpa. Ad quod etiam facit textus in l ſi. C. de reuo do. & in l. c b ęs C. de prædi. mi. Item dictio taxatiua non excludit alium caſum habentem ſimilem rationem l. cum prætor iuncta glo. ff de iudi.

Ad omnes generales locutiones tam ſcrip. quam doctorũ reſpõ. quod per ſpeciem derogatur.

Item ad omnes generales locutiones tam ſcripturæ quam doctorum poteſt reſponderi quòd generi per ſpeciem derogatur. l. in toto iure. ff de regul. iur & cap generi. eod. titul. libro 6. & l. doli. culpa ff. de verb. obligat. Beata igitur Maria ſpeciali priuilegio præſeruata ab illa generalitate contrahendi originale peccatum fuit exempta, & ideo ipſi virgini glorioſæ dixit Deus illud Heſter 15. *Noli metuere, non morieris: non enim pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt.* Ipſa namque virgo exempta fuit ab illa lege generali per regulam illam, quæ ait: *qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, vt à lege publica conſtringatur.* cap duæ ſunt 19. quæſtio. 1. Et ſic patet ſolutio primi argumenti generalitatis.

Ad ſecũdũ arg. pete Reſp ſupra Ser 1 par. 2 ad vlt.

Quo ad ſecundum argumentum quod dicitur ſpecialitatis, dico quòd ſi aliquod dictum ſacræ ſcripturæ vel doctorum reperiatur, in quo beata virgo ab originali peccata ſanctificata, ſeu purgata vel liberata nominetur; eſt reſpondendum vt ſupra diximus ſermone 1 parte 2. in re ponſione vltimi argumenti.

Alia reſp.

Vel dicas quòd vt ait Auguſtin ſuper Lucam, tanta peccata quis dicitur commiſiſſe à quantis per diuinam gratiam, & virtutem fuit præſeruatus. Quia non ſolum attenditur quod eſt, ſed etiam quod eſſe poteſt; eo quòd euentus ſunt in conſideratione. l. pater filio ff de hære. inſtitut. l aut facta. §. euentus ff. de pœnis. & §. poſteriore. Inſti. quibus mo teſtam. infir. textus eſt in l. generaliter. § ſi libero homini ff de fideico li. Beata igitur virgo, ideo dicitur ab originali peccato ſanctificata, aut purgata, vel liberata, ſeu redempta, quia radicaliter fuit in ea habilitas ad contrahendum illud, & contraxiſſet, niſi per diuinam gratiam præuenientem fuiſſet præſeruata. Nam etiam nos dicimur redempti à morte æterna per paſſionem Chriſti, in qua actu non fuimus, ſed quoniam in ipſam laberemur, ſi non præſeruaremur. Aliquis etiam à furca dicitur redimi, licet adhuc non ſit apprehenſus, nec iudicatus, vel ſuſpenſ. ſ. ſi qu a io præſeruatur ne ſuſpendatur, vt ait Petrus de Candia, in tractatu de conceptione beatę Virginis. Talibus quoq; locutionibus ſæpe vtitur ſcriptura ſacra. Vnde Eſa. ait: *Verum Deus redimet animam meam de manu inferi*. & ite um,

Digitized by Google

ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum, &c. Prouerb. 23. dicitur illi qui corripit proximum: *Animam eius de inferno liberabis*: in quo tamen nunquam fuit. Et hoc etiam modo poſſunt ſolui dicta ſanctorum doctorum, aſſerentium ipſam virginem in peccato originali conceptam. Ad auctoritatem vero Anſelmi vltra prædicta, reſpondeo, quæ illa verba fuerunt à quodam maligno, & virgineæ puritatis aduerſatio malitioſe addita, & Anſelmo adſcripta, ſecundum Sco. in 3. diſt. 3. quod patere poteſt, quia Anſelmus in præcedentibus, & in ſequentibus affirmat, beatam Virginem ſine peccato conceptam. Vel poteſt reſponderi quòd illa verba nõ fuerunt ipſius Anſelmi, ſed cuiuſdam eius diſcipuli ipſum Anſelmum interrogantis. Dictus enim liber procedit per dialogum. Vel dicendum eſt quod illa verba dixit Anſelmus inquiſitiue, & diſputatiue, ſicut & nos facimus arguentes contra conceptionem, & ponentes ea quæ dici poſſent ab impugnatoribus virgineæ puritatis, quemadmodum etiam facit Salomon, qui in libro Eccleſiaſt. dicit multa in perſona fatui, & multa in perſona ſapientis, & multa falſa proponit. Et ita facit Anſel. non dicendo prædicta verba affirmatiue pro veritate, aliter contradiceret ſibi ipſi. Nam oppoſitum tenuit, vt viſum eſt ſermone præcedenti, parte vlt. & etiam patebit infra ſermone ſeq. ideo per illa verba non voluit oſtendere Mariam in originali peccato conceptam, & filium Dei non: ſed voluit oſtendere differentiam inter conceptionẽ matris & filij, ſcilicet, quod Chriſtus fuit conceptus à Maria ſine peccato carnalis delectationis: Maria autem non ſic, ſed cum delectatione concupiſcentiæ parentum. Non debemus ergo inhærere verbis, ſed potius menti loquentis, vt ait gloſ. in c. paratus 23. q. 1. quia ſi ſola verba intueamur, nequaquam Chriſtus præceptum ſuum impleuit, qui non præbuit percutienti maxillam: vt dicit Augu. in eodem ca. paratus, in prin. Et in c. humanæ 22. q. 5. dicitur, quod non debet aliquis conſiderare verba, ſed voluntatem & intentionẽ, vt etiam habetur in c. præterea & in c. intelligentia de verb. ſig. & in l. 3. C. de libe. præte. vel exhæ. Facit ad hoc quod inquit Hiero. ſuper epiſtol. ad Gal. & ponitur in c. Marchioni 1. q. 1. *Nec putemus in verbis ſcripturarum eſſe euangelium, ſed in ſenſu, non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis*, hęc ille. Senſus ergo magis attendi debet, quàm verba, vt probatur per. l. ſcire leges, cum duabus ſequentibus. ff. de legi. & notatur in l. quamuis, & ibi gloſſ. in ff. de in ius vocan. & in l. & ſi quis §. idem ab eo. & ibi gloſſ. in verbo mutari. ff. de reli. & ſum. fu. & l. non dubium, & ibi gloſſ. 2. C. de legi. & per Bartol. in l. ſcire oportet. §. oportet ff. de excu. tu. & per gloſſ. & Cinum in l. 1. C. quæ ſit longa con. & per Di. in c. fin. de regulis iur. li. 6. Ad auctoritatem Magiſtri reſpondeo, quòd non dicit beatam Virginem peccatum originale formaliter contraxiſſe, ſed eam à ſpiritu ſancto in illam præueniente prorſus à peccato purgatam: & à fomite peccati liberatam, quod exponendum eſt, vt ſupra dixi in principio reſponſionis huius 2. argumenti. Ad illud vero quod inquit beatus Thomas, eſt dicendum vltra prædicta, quòd ipſe alibi contradicit: vt in ſermone ſequenti dicetur, quando autem quis dicit oppoſita, eius dictum non debet admitti. l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. Dicunt tamen quidam quòd beatus Thomas prius commentatus eſt ſuper 3. ſentent. quàm ſuper 1. quod commentum dimiſit poſterius ratione maioris ſubtilitatis in eo contentæ. Non ergo valet argumentum eorum, ſi dicatur: poſitus eſt in ordine formali primus liber, ergo illum prius commentatus eſt, quia ſimile videmus in legibus, vbi vna lex præcedit in ordine aliam, & tamen illa quæ præcedit, eſt facta poſt illam cui præponitur: ſicut patet in libro Codicis, vt inquit glo. in l. vnica §. primis. C. de nouo Co. confir. talis enim ordo ſcripturæ non attenditur. l. nec enim vbi Bald. ff. de ſolu. Simile etiam huius videmus, quod licet Inſtitutiones ſint primæ in ſcholis, & factæ pro iunioribus, tamen poſt libros ff. & C. editæ ſunt, & Accurſius illas vltimo loco commentatus eſt, ſecundum omnes doctores. Et ideo gloſſ. ibi ſunt pinguiores, & ſimiliter fecit beatus Thomas, vnde poſterius ſcribens ſuper 1. retractauit & emendauit illud quod dixerat ſuper 3. In dubio enim præſumitur doctor tenere illam opinionem quam vltimo loco ponit, vt ait gloſſa in l. qui filium § Sabinus. ff. ad Trebel. Nam poſteriora prioribus derogant. §. poſteriore. Inſtit. quibus mo. teſtam. infirm. & l. pacta nouiſſima C. de pact. & l. iudex. ff. de re iu. & ſimiliter retractauit idem in expoſitione ſuper, *Aue Maria*, de qua dicetur in ſermone ſequenti, parte 3. Dicunt etiam nonnulli quòd beatus Thom. ſuper 3. locutus eſt, vt doctor, conſiderando conceptionem ſecundum communem curſum naturæ & decretum Dei generale. In alijs vero locis in quibus tenuit beatam Virginem fuiſſe immunẽ à peccato originali, locutus eſt vt deuotus conſiderando legẽ ſpecialẽ, & priuilegium matris Dei, per gratiam ſibi ſingulariter cõceſſum. Sicut in ſimili dicimus ... an- poru-

Solutio auctoritatis Anſelmi.

2. reſpon.

3. reſpon.

Inhærendũ potius menti, quã verbis loquen.

Solutio auctoritatis Magiſtri.

D. Tho. retractauit ſe in pri ſen. quem poſt 3. ſcripſit.

Digitized by Google

do iudex iudicat ſecundum allegata, & probata velut iudex. l. illicitas in § veritas. vbi gloſſ. ff. de offi præſid. aliquando vero vt priuata perſona ſecundum conſcientiam. l. ſi interruptione. ff. fini regun. Ad auctoritates autem quorundam ſanctorum, quorum dicta ſunt ab Eccleſia approbata, qui dicunt ſpecifice quòd beata virgo contraxit peccatum originale: Reſpondeo quod quando reperiuntur aliqua dicta ſanctorũ abinuicem diſcordantia, ita quod includunt contradictoria, quæ ſimul non poſſunt eſſe vera; quia de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe, & de nullo ambo ſimul, vt dicit Ariſtot. in poſtpræd. eamentis & 4. Metaph. Tunc licet dicta tantum patrum ſint ab eccleſia authenticata, vel non reprobata: vnicuique eſt licitum tenere quod rectius eſſe putat, quia cum non poſſit aliquis obligari ad confitendum contradictoria, & nullum eorum dictum eſt reprobatum, vtrumq; dicitur authenticum, in quantum non continet aliquid contra fidem ergo quod magis placet, teneri poteſt, & in tali caſu verificatur illud quod dicitur ad Roma. 14. *Vnuſquiſque in ſenſu ſuo abundat.* Et idem habetur in ca. vtinam 76 di. Verificatur etiã illa alia ſentẽtia, *Quot capita tot ſententia*, vt dicitur in c. cum in ſacris, de conſe. diſt. 4. Et hoc eſt quod inquit Aug. in li. Enchiridion, & ponitur in c. in quibus 22 q. 2 dic. In quibus rebus nihil intereſt ad capeſſendum regnum Dei; vtrum credantur an non, & vtrum vera putentur an falſa, in his errare, & aliud pro alio putare, non eſt arbitrandum eſſe peccatum, aut ſi eſt, minimum eſſe atq; leuiſſimum. Et Anſelmus li. 1. Cur Deus homo c. 15. ait: *In illis rebus de quibus diuerſa ſine periculo ſentiri poſſunt, nullam pute anima periculum, ſi ſic exponimus diuina dicta, vt diuerſis ſententijs ſane videamur, nec arbitror reprehendi debere.* Cum igitur inter doctores, & ſanctos fuerit ſæpe diuerſitas opinionum. Nam Hieronymus, & Gregorius videntur tenere quod Salomon ſit damnatus c Salomon 32. quæſt. 4. c ſi enim verſi Salomon, de pœn. diſt. 2 Ambroſius autem & Augu. videntur tenere quod ſit ſaluatus, & quidam etiam alij doctores, quos in generali refert gloſſ. in dicto cap. Salomon Similiter ſanctus Auguſtin. in epiſtola ad Hieronym. tenet, quòd Paulus rationabiliter Petrum repræhendit. vt ipſe ait ad Galat. 2. Hieronym. autem ſuper epiſtola ad Galat. dicit, quòd peccauit, ipſum qui erat caput Apoſtolorum repræhendendo. Item inter Auguſtin. & Hieronymum fuit magna controuerſia de ceſſatione legalium, & diuerſæ opiniones, vno tenẽte quod ceſſauerunt ſcilicet Hieronymo alio vero econtra dicente ſcilicet Auguſt. de quibus tractat Scot. in 4 diſt 3. qu. 4. & Alexander de Ales in 3. parte ſummæ in tractatu de ceſſatione legalium. ideo harum opin. & ſimilium quilibet ſequi poteſt illam quæ ſibi videtur melior, vt determinat Thom. in quadam quæſtione de quolibet & Henricus de Gandauo in 4 quolibeto. quæſt 33. Nec peccat qui tenẽdo vnam opinionem, reprobat aliam. Similiter dicimus quod quando lex habet varios intellectus, vnuſquiſque intellectus poteſt capi, dummodo probetur per alias rationes, vt inquit Bar. in l. in ambiguo. ff. de re. iu. dicitur etiam quod faciens contra decretalem aliquam habentem varios intellectus, non peccat, vt notatur in c. p. Capellanus. de feri ad prædicta facit illud quod Auguſtinus in cap. negare 9. diſtinct. de ſuis operibus ait: *Negare non poſſum nec debeo, ſicut in ipſis maioribus, ita multa eſſe in tam multis opuſculis meis, quæ poſſunt iuſto iudicio, & nulla temeritate culpari.* Facit etiam ad hoc cap noli. & cap. neque eadem diſtinctione. vbi idem Auguſtinus inquit: *Neque quorumlibet diſputationes: quamuis catholicorum laudatorum hominum, velut ſcripturas canonicas habere debemus, vt nobis non liceat ſalua honorificentia quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum ſcriptis reprobare, aut reſpuere, ſi forte inuenerimus, quòd aliter ſenſerint, quam veritas habet, diuino adiutorio vel ab alijs intellecta, vel à nobis: talis ego ſum in ſcripturis aliorum, quales volo eſſe intellectores meorum:* hæc ibi, vbi glo ait: *Non enim ipſo læditur fama alicuius quod reprobatur teſtimonium ſuum*, extra de excep. c. denique. Quia ergo contra dicta præd ctorum ſanctorum tenentium contra conceptionem beatæ Virginis ſunt dicta aliorũ ſanctorum, & doctorum tenentium contrariũ, quæ fortioribus innituntur rationibus: vt patet ex dictis in 1 & 2. ſermone in partibus vltimis: & infra dicetur in ſequentibus ſermonibus: Ideo conuenienter poſſumus dicta prædictorum puritatem virginis impugnantium reprobare. Ait enim Auguſtinus in epiſtola ad Vincentium de ſcripturis ſanctorum doctorum: *Tale genus ſcripturarũ à ſcripturis diuinis diſtinguendum eſt, non enim ita in eis teſtimonia proferuntur, vt contrarium ſentire non liceat.* Et idem in c. ego 9 diſt. inquit: *Ego alios ita lege, vt quantalibet ſanctitate quantave doctrina polleant, non ideo verum putem, quia ita ſenſerunt, ſed quia mihi per alios auctores, vel canonicas, aut probabiles rationes, quod à vero non abhorreant, perſuadere potuerunt*, hæc ille. Non ergo omnes ſanctorum opiniones tenendæ ſunt, quia aliquando errant. Vnde, vt recitat

In opinionibus quilibet poteſt ſequi quam ſibi videtur melior.

Dicta ſan. doctorum pre concep. immaculata B. V. fortioribus nituntur rationibus quam contradicentium.

Digitized by Google

citat Auguſt. in lib. de vnico baptiſmo: Sanctus Cyprianus doctor, & martyr in hunc errorem lapſus eſt, vt crederet baptizatum, factum poſtea hæreticum, ſi ad fidei veritatem redeat, iterum debere baptizari, quod tamen eſt prohibitum, vt in cap. nullus & cap. rebaptizare de conſe. diſt. conſe. 4. Hieronymus quoque dixit, quod habēs vnam vxorem ante baptiſmum, & aliam accipiens poſt, non eſt bigamus: vt dicitur in cap vnius vxoris 26. diſtinct. Quod improbat Auguſtin. in cap. acutius, & in ca. ſequenti eadem, di. *quandoque enim bonus dormitat Homerus*, vt dicitur in communi prouerbio, & recitat gloſſ. in cap. ſi quis cum nouerca 32. quæſt. 7 & fuit dictum Horatij in poetica: & ad hoc etiam adduci poteſt illud quod inquit Plinius libro 7. naturalis hiſtoriæ cap 64 dicens: *Nemo mortalium omnibus horis ſapit*, vnde & Nathan propheta dixit ad Dauid 2. Reg. 7. *Fac quæcunque in corde tuo ſunt, quia Dominus tecum eſt*. & putabat verum dicere, quia erat propheta. Et tamen Deus dixit contrarium, ſcilicet vt Dauid non ædificaret domū Dei, ſicut cogitauerat: ſed Salomon filius eius. Sæpe ergo Deus celat aliquid vni ſancto, vt poſtea eū tempore illud alteri mirabiliter reuelet. Et ita factum eſt de Aſſumptione beatæ Virginis Mariæ, de qua antiquo tempore multi dubitabant, non credentes ipſam fuiſſe aſſumptam in anima, & corpore. Vnde & Hieronym in ſermone ad Euſtochium dubitatiue loquitur; & non audet determinare; & tamen poſtea Eccleſia approbauit opinionem verā, ſcilicet quod in anima, & corpore aſſumpta ſit, vt inquit Hoſt & Ioan. An. & Anton. de Butrio in cap. fi. de feriis, & Inno. in ca. ne innitaris, de conſtit. & hanc opinionem multis arg. probat Auguſt. in ſermone de Aſſumptione Virginis. Et ita fuit de conceptione eiuſdem virginis, quo ſtamen enim doctores permiſit Deus titubare, vt ſtudioſius vacarent ſpeculationibus. cap. fi. 24. quæſt. vltim. Et etiam vt poſtea mirabilius innoteſcere faceret innocentiā matris ſuæ per ſupernas reuelationes, & prodigia multa. Et hoc præuidit in ſpiritu Pſalmiſta qui ait Pſal. 28 *Reuelabit Dominus condenſa, & in templo eius omnes dicent gloriam*. Quia igitur tunc in opinioni ſtandum eſt, quæ plurimorum teſtimonio comprobatur. l. 1. ff. de officio quæſt. & communior opinio eſt tenenda vt in l. athletas. ff. de his qui no. infam. & l. inter omnes ff. qui ſatiſ. cog. nn. niſi illa communis opinio noto ie falſa eſſet, vel notabiliter de falſitate conuinceretur. l. 1. § ſed neque C. de ve. iur. enu. & quod notat gl. in cap. 3 de conſue. hoc autem eſſet in caſu noſtro ſi quis diceret cōtrariam opinionem eſſe communiorem, quia notabiliter conuinci poteſt de falſitate, vt patet ex ſupradictis, & etiam melius patebit in ſequentibus. Ideo cum pro rei veritate opinio de immaculata conceptione ſit communior, vt infra patebit in parte ſequenti, tenenda eſt, & ab omnibus amplectenda. Præterea præſuppoſito ſine præiudicio veri, quod opinio contraria à pluribus doctoribus affirmaretur; non tamen eſt tenenda, ſed iſta quæ melioribus innititur fundamentis, plerumque enim euenit, vt is qui inter cæteros debilioris eſſe videtur auctoritatis, fortiore vtatur ratione, vt dicitur in l. 1. §. ſed neque ex multitudine. C. de ve. iu enu. de quo textu facit magnum feſtum Panotm. in cap. 1. de conſti. addens quod paruulis, & humilibus Deus ſecreta reuelat. faciunt ad prædicta ea quæ notat idem Panorm in cap. ne innitaris, eo. tit. & gloſſ. ac doctores in cap. vt veterum & ca. ego ſolis. 9. di. Si quis autem aſſirmaret quod vtraque harum opinionum eſt dubia: Dico quod tenenda eſt pars in fauorem B Virginis, quia in dubiis ſemper debemus fauorabiliorem partem accipere. l. ſemper in dubiis l. in re du. & l. quoties dubia & l. in obſcura. ff. de re. iur. & l. fi. C. qui bon. ce. poſſ. & cap. fi. de transla. Fauores enim ſunt amplian di, odia vero reſtringenda ca. odia de regu iur li. 6 & l. cum quid. mit. ff de libe. & poſthum. Item fauendum eſt illi parti, quæ magis facit pro religione. l. ſunt perſonæ. ff. de reli. & ſum. fu auth. nouiſſima. C. l. ad Fal. Item magis creditur duobus affirmantibus, quam mille negantibus vt ait gloſſ in l. diem proferre. § ſi plures. ff. de arbit. Et per conſequens magis affirmantibus innocentiam Virginis debet eredi, quam illam negantibus & accuſantibus. Facit etiam ad hoc quod ambigua ſunt ſemper in meliorem, & humaniorem partem interpretanda, vt dicitur in c. eſtote. & ibi glo. de verb. ſig. Et debemus magis velle in dubiorū interpretatione quod res valeat, quā quòd pereat. c. abbate. § ſi vero, de verb. ſig l. diuus in prin. ff. de vſu. & ha. & l. quoties. C. de rebus dubiis, & c. in his, de priuil & c. quidam de conuer. coniu. Et iudices promptiores debent eſſe ad abſoluendum, quam ad condemnandum cap. inter in ſi de ſi. inſtrum. & cap. ex litteris, de proba. ff. de act. & oblig. l. Arrianus, & l. reſpiciendum. ff. de pœnis, & § comm dum Inſtit. de interdic. facit cap iudicas 3. qu 9 Vnde dicitur quod cum iura partium ſunt obſcura, reo potius eſt fauendum, quam actori. l. fauorabiliores ff. de reg. iur. & c. cum ſunt eo ti lib. 6. Et melius eſt redargui de nimia miſericordia, quam de nimio rigo-

Sæpe Deus celat vni ſancto, quod alteri deinde mirabiliter reuelat

Opinio de immaculata concep. eſt communior.

Digitized by Google

rigore 26 quæſt. vlt. cap. alligant, & cap. ponderet. 1. diſt. cap. non ſatis 86. di. & c. nemo peritorũ 11. quæſt. 3 & c. 2. ex de ſorti. & ca. veniam 35 qu. 9. Ex quo patet crudeles eſſe eos, qui cum poſſint fauere beatæ Virgini, & tenere quod nunquam fuit contaminata originali peccato, pertinaciter aſſerunt contrarium. Tales præponunt matrem Dei conditioni cuiuslibet mali hominis. Nam de quocunque etiam ſceleratiſſimo, de dubio eius malitia interpretatur in bonum, cum quilibet præſumatur bonus, niſi probetur contrariũ, ca. dudum, de præſumpt. & l. omnimodo. C. de inofficio. teſtamen. Et tamen matri Dei hæc imponitur calumnia, hæc culpa adſcribitur, de qua nulla habetur certitudo, imo pia, & rationabilis probatio oppoſitum ſuadet. Et ideo de iſtis calumniatoribus beatæ Virginis, verificatur illa ſententia Proſperi in libro epigrammatum, dicentis: *Culpare in quoquã, quæ nõ ſunt nota, malignum eſt.* Conſtantinus Imperator dicebat, quòd propter ſacerdotalis dignitatis reuerentiam, ſi ſacerdotem Dei peccantem vidiſſet, illum ne videretur propria chlamyde cooperuiſſet. 96. diſt. cap. in ſcripturis. Et iſti genitricem *Dei* vituperantes, poſtpoſito omni reſpectu, proclamant in

Inuehitur in prædicantes con trariam cõtrariam ſententiã.

populis rumentibus buccis, ipſam peccatricem fuiſſe. Ad ſonitum campanæ conuocantur omnes, vt audiãt falſum teſtimonium, ſcilicet quod innocentiſſima iniuſta fuerit. Iſti aſcendunt alta tribunalia, magnos pulpitus erigi faciunt: & numeroſitate librorum ſe circundant, vt beatam Virginem multorum voluminum oſtentatione condemnent, quam iuſte, & ſecũdum veritatem peccato obnoxiam fuiſſe probare non poſſunt, cum tamen in criminalibus probationes eſſe debeant luce meridiana clariores. l. ſciant cuncti. C. de probat. & cap 23. quæſt 8. & cap Epiphaniũ

Teſtium dictum.

5. quæſt. 6. Sed quod abominabilius eſt, cum etiam contra ſceleratiſſimos quoſque ſoleat ferri ſententia ſanguinis, niſi in ferialibus diebus Contra ipſam tamen innocentiſſimam Virginem in maioribus feſtis, ac ſolennitatibus à talibus condemnationis ſententia profertur. Et cum ad malefactorum audiendam condemnationem ſolũ generali campanatum ſigno populus inuitetur, ad audiendam tamen iniuſtiſſimam ſanctiſſimæ virginis condemnationem, vltra generalem ſonitum tales crudeles iudices, per domos diſcurrentes vnumquemque ſpecialiter inuitant, quo beata Virgo coram pluribus diffametur, atque ad audiendum iniuſtum iudicium ſæpe etiam inuiti pertrahuntur, & quandoque falſis allegationibus decepti, eorum falſam ſententiam contra beatam Virginẽ prolatam veram eſſe arbitrãtur. Quibus ego dicere poſſum illud Dan 8. *Sic fatui filij Iſrael non iudicantes, neque quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſrael. Reuertimini ad iudicium, quia falſum teſtimonium locuti ſunt aduerſus eam.* Iſti diffamatores Virginis, vt dicebat quidam deuotus prædicator, in hoc faciunt eam videri peioris conditionis, quam diabolum, qui nunquam aliquod originale vitium habuit, nec ab alio contraxit peccatum. Profecto tales ſunt ſimiles coruis, qui etiam in rebus mundis, & odoriferis immunditiam, & putredinem quærunt.

De ipſis etiam exponi moraliter poſſet quædam fabula, quam ponit Ouidius in 2. metamor. dicens; quod coruus fuit in principio auis albiſſima, & pulcherrima, & Soli potiſſime dedicata: Quem propter quandam malam relationem ſibi ab ea factam, ipſe Sol ſiue Phœbus de albedine in nigredinem eum mutauit, & vt de cætero eſſet lator malorum rumorum, ipſum coruũ perpetuo denigrauit. Tales quoque ſuibus non ſunt diſſimiles: quæ amœniſſimum viridiarum conſpicientes, protinus hinc inde curſitant, vt in eo aliquid ſtercoris reperire poſſint. Hæc tamen impropetia, & alia huiuſmodi omnia in hoc opere

Corrigit ſe auctor.

poſita non proferimus contra ſimpliciter opinantes, beatam Virginem peccato maculatam fuiſſe, ſed ſolum contra maleuolos & in ſua obſtinatione, ac nequitia induratos, qui veritatem innocentiæ Virginalis cognoſcentes, illam ex certa malitia perſequuntur. Nos autem eorum pertinaciam non imitati; ſed attendentes quod B. Ambroſ. in 1. de offi. & in c. non inferenda 23. qu. 3 inquit: *Qui non repellit à ſocio iniuriam cum poteſt, tam eſt in vitio, quam ille qui facit,* quæ ſententia etiam probatur per l. quid ergo. § 1. ff. de his qui no. infa. & in l. 3. ff de noxa. & in l. iubem. § œconomus. C. de ſa. ſanct. ec. Hanc à Domina noſtra calumniam repellamus: ſi enim ſocij propulſando eſt iniuria, multo magis Domini, & Dominæ eſt contumelia repellenda. l. ſed ſi vnius. § ſi iuſſu Domini in fi. ff. de iniur. l. eum Dominus. ff de ſen. conſul. Syl. immo non debet quis ſaluti eorum ſuam anteponere, vt dicitur in l. 1. §. eodem aut. ff. eo tit. Conſiderantes etiam quod veritas, quæ diu latuit de immaculata Virginis conceptione, modo diuerſis reuelationib. innotuit, maxime modernis doctorib. illam firmiter teneamus, ſemper n. qui vltimi ſunt veriora præſumunt. l. qui filium, & ibi gl. ff. ad Treb. Itẽ quanto iuniores tanto perſpicaciores, vt ait gl. in Gal. lus. ff. de li. & poſtu. & vltim. verbum præualet l. tutor.

Veritas im macul. Cõcep. quæ diu latuit modo diuerſis reuelationib. innotuit.

Digitized by Google

tutor. ff. de teſtament. tut. & finis deroga: principio l. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. Et ideo vltimum eſt ſequendum 13 q 2. c. vnamquamque & ff. ad muni. l. filij § vidua. vltima enim determinant quæſtionem præcedentem, vt dicit glo. in l. qui ſi iũ. ff. ad Trebel. & Bal in auth. ex teſtamento. C. de colla. Maxime autem iſti opinioni vltimæ eſt fauendum, quia melior bus rationibus, & clarioribus concluſionibus roboratur. ar. in c. capellanus, de feri. Faciunt ad hoc notata per Hoſt. in ca. quanto de transla. & in cap. 1. de ſacra vnctione.

PARS TERTIA HVIVS ſermonis, quæ dicitur ſtabilitionis, nam veritas hic ſtabilitur, &c.

PRo expeditione huius partis, vt Chriſti fideles, & deuoti ſtabiles in deuotione virginis permaneant, dicitur illud 4. Regum 6 ca. *Plures ſunt nob ſcum, quam contra nos.* Hanc enim opinionem tenet primo caput Eccleſiæ Summus Pontifex cum Cardinalibus, & curia Romana. Qui in die conceptionis deuote canunt in officio eiuſdem diei: *immaculata conceptio eſt hodie.* &c Idipſum omnes confitentur epiſcopi, & ſacerdotes catholici, & fideles. Id abbates, & quicunque eccleſiaſtica dignitate decorati. Id ordo ſancti Benedicti, & canonici regulares. Id ordo Eremitarum ſancti Auguſtini, atque ordo Carmelitarum, atq; ſeruorum. Id ordo fratrum Minorum, & breuiter concludamus: id tenent quaſi omnes cuiuſcunque alterius religionis, paucis exceptis, quos exprimere non eſt opus. Idem tenet, & credit tota fidelium vnitas, cuius rei teſtimonium reddit capella Sereniſſimi Imperatoris atque omnium regum, dominationum, poteſtatum, ciuitatum, oppidorum, & villarum eccleſiæ, in quibus officium conceptionis deuotiſſime celebratur. Cum igitur in his rebus, in quib. nil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorum tenenda ſint. c in his rebus 11. diſtin. & in re dubia ad fidem & certitudinem valeat auctoritas eccleſiæ catholicæ c palam ea. di. Et vbi lex deficit, ad conſuetudinem loci recurrendum eſt ca de quibus iuncta gloſſ. 20. di. Ideo omnes debent ſequi conſuetudinem eccleſiæ in veneratione puritatis virgineæ. Vt enim inquit beatus Thom. 2. in ſuo quolibet quæſt. 7. *magis debet ſeruari & attendi conſuetudo eccleſiæ, quam auctoritas Auguſtin & quorumcunque ſanctorum.* Ex quo apparet pertinacia illorum qui nolunt diſcere, etiam in ſcholis quorundam antiquorum magiſtrorum, impugnantium immaculatam conceptionem virginis glorioſæ: Et contemnunt ſcholas, & doctrinam Summi pontificis, & ſanctæ matris Eccleſiæ, quæ venerandam prædicat conceptionem illibatæ, & intemeratæ Virginis Mariæ. Cum enim Papa ſit Chriſti Vicarius c. inter corporalia. de tranſ. præ. & gerat vicem Dei in terris ca. quanto eo. tit. ex quo ſequitur quod habet plenitudinem poteſtatis, vt notatur in c. conſequens 11 diſtin Et illud quod facit, præſumitur facere auctoritate Dei, extra de tranſ. præ. c. inter corporalia glo. 2. Ideo ipſo approbante aliquid, & nos approbare debemus ar. in c ſi Romanorum 19 diſt. Immo ipſius ſententiæ magis eſt ſtandum quam ſententiæ totius mundi, vt d. cit glo. in cap. in iſtis, 4. diſt Cum igitur Summus Pontifex approbauerit officium immaculatæ conceptionis per me editum, & illud quod edidit Dominus Leonardus Nogarolus protonotarius. In quibus officiis ſine originali peccato concepta prædicatur, & non ſolum approbauerit, ſed etiam dederit illas omnes indulgentias dicentibus vel audientibus celebrari officium conceptionis, quæ vnquam ab aliquibus ſummis pont. ſe bus ſunt conceſſæ in feſto corporis Chriſti, vt patet per bullam authenticam; ſequitur concludendum, quod omnes fideles debent præd. ctum feſtum conceptionis celebrare, per c conqueſtus de fer. vbi enumerantur dies feſti celebrandi Et ibi dicitur: *Feſtiuitatum omnium virginis glorioſæ*, &c. Hæc autem eſt vna de ipſis feſtiuitatibus, quam Papa colit cum clero, vt lu. ergo &c. Papa enim approbando officium conceptionis, & inſtituendo feſtum eiuſdem, conſequenter ex hoc determinauit ipſam Virginem ſine peccato conceptam, quia vt ait Bernard. in epiſtola ad Lugdunenſes: *Non erit feſtiuitas conceptionis, niſi ſanctus aſſeratur qui conceptus*, ex quo tolluntur omnes auctoritat. s. ſanctorum doctorum qui dixerunt contrarium, vt notat Dominus Anton. de Bu in c. per venerabilem, qui filij ſint legi. diſt. quod in opinionibus credendum eſt magis Papæ quam dictis ſanctorum; quia Papæ, & nõ alteri data eſt poteſtas interpretandi, vt patet per dictum cap. per venerabilem. Ex quibus patet quantum peccent illi pertinaces, & obſtinati, qui contra immaculatã virginis conceptionem latrant, & Eccleſiam Romanam approbatam deſpiciunt, dicentes quod hæretici ſunt, qui glorioſam virginem ſine originali peccato conceptam aſſerunt. ſed ipſi prop-

Officium Conceptionis ab auctore editũ à ſummo Põt. approbatum, & Indulgentijs cumulatum.

Digitized by Google

ter talia ſunt omnes excommunicari, vt patet per extrauagantem Sixti 4. quæ incipit: *Graue nimis*, de qua infra dicetur ſermone ſequenti. Cũ enim ad Papam, & Romanam Curiam ſolum pertineat diffinire, atq; determinare ea quæ ſunt dubia in fide, vt probari poteſt per c. ſi maiores de bapti & 24 q. 1. c. quoties, & cap. hæc eſt fides & 27 di. c. huic ſedi eiuſque ſit emendare, atque corrigere errores circa fidem, vt in cap. qui alios, de hære. & in cap. errat 43. di. cui incumbit maior zelus Chriſtianæ religionis c. officij. 24 q. 1. Non approbaſſet eccleſia Romana hoc feſtum, dans inſuper multas indulgentias capellis conceptionis, ſi aliquis error eſſe poſſet circa fidẽ in veneratione virgineæ puritatis, nec approbaſſet opinionem Minorum fratrum, ſi non eſſet bona. De quo inquit Anto. de Butrio in ca. conqueſtus, de feri. dicens: *Audio eccleſiam approbaſſe opinionem Minorum* ſcilicet quòd non ſit concepta in peccato originali, & ita tenendum eſt, ſecundum ipſum dominum Anton. & Panorm. in cap. di. conqueſtus. Ordinatio enim ſedis Apoſtolicæ ligat omnes cap. ſi. de conſti. Cum eccleſia Apoſtolica ſit mater omnium eccleſiarum 12 di. c. 1. & c. quis neſciat in fine & de conſecrat. diſt. 3. c. celebritatẽ, & 9 q. 3 c. cuncta per mundum. Quæ non poteſt errare nec decipi. vnde in c. à recta 23. q. 1. dicitur: *Hæc ſancta, & Apoſtolica mater omnium eccleſiarum Chriſti eccleſia, quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur, nec hæreticis nouitatib. deprauata ſuccumbit: ſed vt in exordio normam fidei Chriſtianæ percepit ab autoribus ſuis Apoſtolorum principibus, illibata fide tenus manet*, hæc ibi. Licet autem quidam dixerint, feſtum conceptionis non eſſe celebrandum, vt etiam ait glo. in c. 2. & ibi Archid. de conſecr. di. 4. tamen falſum eſt. Nam vt ex ſupradictis patet, ſancta Rom. Eccleſia illud celebrat. Vnde Bartholomæus Epiſcop. Brixienſis in ſuo repertorio parte ſecunda, in verbo feſtum, dicit quod eccleſia facit ſolenne feſtum in die conceptionis beatæ virginis, & quod ipſe in tali die celebrauit ſolẽniter in capella Sũmi Pontificis in præſentia eius, & Cardinalium, atque aliorum prælatorum. Qui ergo dicunt peccatum eſſe hanc opinionem tenere, & prædicant quod feſtum conceptionis non debet celebrari, cum detrahant Romanæ Eccleſiæ illud celebranti, poſſunt dici de hæreſi ſuſpecti per ca. omnes 22. di. vt dicit magiſter Paulus Venetus in tract. de conceptione virginis. Quod ſi dicatur, nonnullos qui ſe Chriſtianos, & deuotos appellant, nolle hoc feſtum celebrare: Reſpõdeo quod propter hos paucos non fit, quod celebratio huius ſacratiſſimæ feſtiuitatis non ſit vniuerſalis. Quia quod fit à maiori parte Chriſtianorum, & maximè à capite cum principalioribus membris, à tota eccleſia fieri dicitur, argumentum in c. licet de elect. & in c. cum in cunctis, de his quæ fiunt à maiori parte ca. vbi dicitur: *quod fit à maiori parte capituli, totum cap. facere videtur*, ad idem facit tex. in l. nulli. ff. quod cuiuſque vni. & in l. aliud, § referuntur ff. de re iu. & in l. quod maior. ff. ad muni. Quia ergo non decet à capite membra diſſidere, ſed omnia membra caput ſequi debẽt. c. 1. 12 diſt. fac. t. lex cum in diuerſis. ff. de reli. & ſum. fu. & omnia acceſſoria ſuum ſequi debent principale l. cum principalis ff. de re. iu. & ca. acceſſorium eo tit. li. 6 Cum caput eccleſiæ, Summus Pontifex celebret feſtum immaculatæ conceptionis, apparet illos nõ eſſe membra eius, qui ex pertinacia, & obſtinatione ab eo diſſentiunt, & eius deuotionem non imitantur. De talibus dici poteſt illud Eccle. 3 *Quam mala fama eſt, qui relinquit patrem, & maledictus eſt à Deo qui exaſperat matrem.* Iſti enim matrem ſuam reuerendam ſ. glorioſam virginem Mariam infamant, & vili pendunt, imo vituperant ſponſam *Dei*, & matrem regis cœleſtis, & ideo merito priuari merentur hæreditate cœleſtis patriæ, iuxta notata in §. cauſas in aut. vt cum de appel. colla 8. & per gl. in c. Quintauallis, de iureiurand. Tales profecto damnantes eos, qui Dei genitricis puritatem venerantur, atque ignorantes, ſeu blaſphemos appellantes, timere debent ne diſcipuli magiſtri Ioachim cenſeantur, qui appellauit Magiſtrum ſententiarum hæreticum in illo articulo, in quo ipſe ab eccleſia damnatur. c. Damnamus, de ſum. Trin. & fi. de Catho. Nos autem matri miſericordiarum honorem debitum impendentes, & eius innocentiam prædicantes, dicamus illi cum beato Auguſt. in quodam ſermone: *O mater Domini, ſicut in prima fœmina abundauit delictum, ita in te ſuperabundauit omnis plenitudo gratiæ, & ideo ſuper omnes es ignorans delicti*, hæc ille. Cuius intemeratæ virginis interuentu nos ab omnibus delictis abſoluat benignus eius filius Amen.

(.˙.)

Feſtum Conceptionis approbatũ ab Eccleſ. Rom.

Teſti. Bartholom. Epiſcopi Brixien. de ſolennitate conceptionis.

Digitized by Google

DE EADEM SACRATISSIMA Conceptione.

SERMO QVARTVS.

In quo nonnulla alia aduerſariorum argumenta confutantur; & veritas confirmatur auctoritate Doct. ſcholaſt.

Contere brachium peccatoris, & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur. Pſal 9. Quia bonæ fidei non congruit de apicibus iuris diſputare, vt dicitur in l. ſi fideiuſſor. § quædam. ff. mandati. Vnde propter communem vtilitatem multa cōtra rationem diſputandi recepta ſunt, vt ait iuriſconſultus, in. l. ita vulneratus, in fi. ff. ad legem Aqui. Ideo aduerſarij virgineæ puritatis ita deberent à ſophiſticis, & cauilloſis argumentationibus deſiſtere, quibus ignorantium animos à deuotione Dei genitricis auertūt. Verum quia ipſi in ſua pertinacia obſtinati perſiſtunt, vnde fures & latrones appellari poſſunt, quia ſi, vt inquit Bal. in proœmio feudorum, occultator alienæ laudis fur eſt, & latro. l. hæred § fi. ff. ad leg Fal. multo magis eius impugnator. Nos illorum proteruiam demonſtrare volentes; ſimul & conſiderantes, quòd quanto pluries aurum per ignem tranſit, tanto maiorem acquirit claritatem, & quòd veritas ſæpius exagitata magis ſplendeſcit in lucem, vt dicitur in c. grauе. 35. q. 9. Deliberauimus in hoc ſermone etiam aliqua alia doctorum aduerſariorum argumenta recitare, & confutare, vt immaculatæ virginis conceptio, in ardēti flamma diſputationis reclinata, puritate, ac innocentia amplius elucеſcat: Verificabūtur enim verba thematis noſtri, quibus ſpiritu ſancto illuminatus Pſal. videnſq; me debere confutare argumenta aduerſantium conceptioni B. virginis, ait mihi: *Contere brachium peccatoris, & maligni.* Deinde de his B. virginis impugnatoribus, & crimen in ea quærentibus dixit: *Quæretur* &c. ſuper quibus verbis tres conſiderationes faciemus.

Prima dicetur impugnationis.

Secunda defenſionis.

Tertia & vltima appellabitur corroborationis.

PARS PRIMA HVIVS ſermonis, in qua impugnatur conceptio Dei genitricis.

QVoad primam partem prædicationis noſtræ, arguitur primo beatam virginem in originali peccato conceptam ratione pro- *Arguit 1. ratione productionis*
ductionis, ſic: Omnis homo qui per concubitum viri, & mulieris natus eſt, in peccatis conceptus eſt, vt ait Aug. in lib. de fide ad Petrum. ſed beata virgo ex tali concubitu concepta eſt: ergo. &c. Et confirmatur hæc ratio per dictum Saluatoris Matt. 7. vbi ait: *Omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit, nō enim poteſt arbor mala bonos fructus malos facere* Cum ergo parentes glorioſæ virginis fuerint mali per peccatum, videtur quòd & ipſa virgo producta à tali arbore mala, fuerit mala, & conſequenter quòd ipſum peccatum contraxit. facit ad hoc quod inquit gl. in l. quiſquis. C ad leg. Iul maieſtatis, dicens: *Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri.* Se-
cūdo idem probatur ratione mediationis. Nam *2. Ratio de Christi mediatione.*
vt ait Paulus 1. ad Tim. 3. *Vnus eſt mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus Ieſus*, ſed mediū non eſt niſi inter extrema, quæ diſtant à ſe inuicem, ſecundum philoſophum 5. Metaphyſicæ, & notatur per gloſſ. Bart. & doc in l. 1 § is videtur ff ſi quis ius di non obtem Si autem beata virgo non fuiſſet ſub peccato, nunquā fuiſſet diſtans à Deo; quia ſolum per peccatū homo elongatur à Deo, iuxta illud Pſal. 72. *Ecce qui elongant ſe à te, peribunt*, ergo Chriſtus non fuiſſet mediator inter Deum, & ipſam virginē, quod eſſet falſum. Quare videtur concludendum quòd ipſa in originali peccato fuit concepta, & per illud à Deo elonga-
ta. Tertio idem probatur ratione acceptationis. *3. Ratio acceptationis*
Cum enim Deus nō ſit acceptator perſonarum, vt dicitur Act. 10. & in c. ſicut 22. qu. 4. & in c. nec quemquam de conſe. diſt. 4. & c. nouit. de iudi. & c. vl 3. q. 9. & c. 2. 4 qu. 4 facit tex. in aut de mona. in fine principij col 1. ſi dicamus quòd Deus in inſtanti primo conceptionis præſeruauit beatam virginem à malo originalis peccati, cum illo tūc non meruiſſet aliquid plus, quam alij homines ab Adam deſcendentes, ſequeretur quòd fuiſſet acceptator perſonæ contra diuinam ſcripturam, quod cum non ſit verum, videtur dicendum, quòd eam non præſeruauit: ſed cum alijs hominibus in originali peccato concipi permiſit.

PARS

Digitized by Google

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis, in qua reſpondetur ad argumenta contraria.

Reſp. ad I. argumen.

PRo defenſione immaculatæ conceptionis matris Dei, Reſpondeo ad primum argumentum quod dicitur productionis, quod Deus, qui dedit legem, de qua Aug. loquitur, ſcilicet quòd omnes qui per concubitum naſcũtur in peccato concipiantur, potuit eam circa aliquã perſonam mutare, & diſpenſare, vt ait Petrus de Candia, & Fran. de Mayro. in 3. di. 3 Et ſupra probatum eſt ſermone 1 parte vltima. Ideo dictum ipſius Auguſt intelligitur, nulla ſpeciali Dei gratia interueniente, cuius oppoſitum fuit in caſu noſtro Vel dicere poſſumus, quòd Aug. loquitur de his qui concipiuntur, interueniente concupiſcentia parentum, quali modo non fuit concepta mater Dei, vt dicunt rectius ſentientes, quod probatur ex verbis Angeli, qui apparuit patri beatæ virginis, vt dicetur infra parte 2. huius operis. ſer 1. parte 3 nam dixit illi, quod ideo Deus clauſerat ad tempus vterum vxoris ſuæ Annæ, vt nõ libidinis ſete quod naſceretur, ſed diuini eſſe muneris cognoſceretur. Ipſi quoque beata virgo, vt infra dicetur ſermone. 7. parte 1. reuelauit beatæ Brigittæ, quòd ideo ipſa non fuit concepta in originali peccato, quia eius parentes non, ſicut alij coniuges, cõuenerunt ſimul matrimonialiter ex voluptate carnali, ſed ex Dei obedientia, & præcepto Et ideo ex dicto Auguſt. nos arguere poſſumus pro immaculata virginis conceptione, ſic: Beata Dei genitrix non fuit per concupiſcentiam parentum generata, ſicut alij omnes puri homines, ergo non fuit originali vitio maculata. Ad auctoritatem euang. dico, quod Deus qui omnium naturarum eſt autor, & poteſt facere multa quæ hominibus impoſſibilia videntur, vt ait Aug 21. de ciui Dei ca. 7 poteſt facere, quòd arbor mala fructus bonos faciat: & ideo potuit facere per mirabilem potentiam ſuam, vt de infectis parentibus mundiſſima naſceretur filia: nec à nobis eſt de eius poteſtate diſputandũ, nec in talibus ab eo peractis, eſt ab omnibus ratio requirenda, dicente Augu in epiſtola ad Voluſianum: In rebus à Deo mirabiliter factis, tota ratio facti eſt potentia facientis. Ad ſecundam rationem, quę dicitur mediationis: Reſpondeo, quod ſicut Christus pro alijs hominibus mediator extitit, vt à contrario peccato mundarentur, ita matris ſuæ mediator fuit, vt ab eo præſeruaretur,

Ad ſecundam. Chriſtus pro alijs fuit mediator vt mundaretur, per B. V. vt præſeruaretur.

& iſta fuit ſingularis mediatio, ſicut eſſet ſi quis videns iudicem debere iraſci contra aliquem & illum punire, eius iram taliter præueniret, quod ſua interuentione non modo ipſum non puniret, ſed nec ad momẽtum indignationem contra illum vel minimum aſſumeret. Chriſtus ergo qui hominem lapſum reparauit, & pro ipſo ad patrẽ intercesſit, matrem ſuam ne laberetur præſeruauit. Maior. n. gratia fit illi qui conſeruatur in innocentia, quam cui remittitur culpa, vt ait Aug. ſuper Gen. ad litteram. Vnde magiſter Leonard. de Vtino ordinis prædicatorum in ſuo ſermonario feſtiuo, ſer. 12. c. 2. ait: *Maioris gratia eſt præſeruari à lapſu, quam poſt lapſum reparari, vt patet in B. Virgine*, hæc ille. Et ideo Chriſtus matris ſuæ optimus mediator Angelorum, & illorum reparator, & ſaluator, atq; purgator. Vnde Dion. c. 2. de angelica hierarchia inquit: *Angeli purgantur à ſuperbia & ignorantia*, vbi Lincolnienſis ait: *Illis primis ſubſtantijs diuina ſcientia eſt velut purgans, non à ſorde qua influit: quæ apud nos ſolet dici vera purgatio, ſed ne inſit obſtans, quod genus purgationis eſt ſecundum veritatem optimum, & ſufficientiſſimum*, hæc ille. Et ibidem parte 2. etiam dicit: *Non purgantur Angeli ſicut homines à ſordibus, quæ aliquando influxerunt, ſed præſeruare, ne aliquibus inquinentur, eſt ipſis vera purgatio*, hæc ibi. Non ergo ſequitur; iſte purgatus fuit, ergo habebat peccatum. Nam Malach. 3 de Chriſto dicitur in glorificatione ſanctorum: *Purgabit filios Leui quaſi aurum*, & tamen illi tunc non habebant peccatum. Similiter Luc. 2 dicitur, *Impletum eſt tempus purgationis Mariæ*, cum tamen maculam purgandam nõ haberet. Nam per gratiam filij fuerat præſeruata, ne illam reciperet, & talis fuit etiam purgatio ipſius virginis, & mediatio filij pro ea, quæ omnibus alijs extitit excellentior, & dignior, & filio virginis conuenientior, laudabilius n. eſt aliquem, ne percutiatur adiuuare, quam poſtquam habuerit caput fractum, procurare medicinam. Hoc autem fecit Dei filius matri ſuæ Vnde canit Eccleſia in officio conceptionis: *Niſi Dominus cuſtodiſſet matrem ſuã, Angelus tenebrarum denigraſſet eam* Ad tertium arg. quod dicitur acceptationis, dico ſecundũ Theo. id t. di 4 quod Deus non eſt acceptor perſonarũ, ſed meritorum. Bar. autẽ in l. 1. in prin. ff. de poſt. dicit quod in his quæ fiunt ex mera gratia, etiam apud Deum eſt acceptio perſonarum, plus enim facit vni, quã alteri. In his vero quæ fiunt ex mera iuſtitia, neq; apud Deum, neq; apud homines debet eſſe acceptio perſonarum, ita enim iudicant magnum ſicut paruum c. nouit. de iud. Licet autẽ

Quomodo Chriſtus dici poſſit mediator Angelorũ.

Ad 3 arg. Deus non eſt acceptor perſonarum meritæ

Digitized by Google

virtutes, & merita futura à Deo præuiſa non fuerint, cauſa neceſſaria ipſius præſeruationis, vt poteſt probari per determinata à magiſtro ſententiarum in prædicta diſtinctione primi, & quamuis diuinæ voluntati non ſit aſſignanda alia cauſa, niſi quia ita ſibi placuit, vt diffuſe tractatur per Theo. in 1 d ſt. 45 ſola enim eius voluntas habetur pro legitima cauſa, ſicut eſt de voluntate Imperatoris ſecundum gloſſam in l. relegati. ff. de pœnis. præſumitur enim pro principe, quòd iuſta cauſa fuerit motus, & in tantum quòd probatio non admittitur in contrarium vt ait Anton. de But. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. & ibi eum refert, & ſequitur Panor. allegans Clemen. litteris, de probat. tamen dicere poſſumus congruum valde, & decens fuiſſe, vt Deus illam ab æterno p æuid t matrem ſuam futuram, & virtutibus plenam, ab omnis peccati immunditia præſeruaret. Vna enim gloria quã quis habet in mundo, eſt, quod habuerit parêtes excellentes ſecundum ſententiam Salomon. 17. Prou c. & Sapientis Eccl. 1. ſui lib c. Maior autem excellentia, quã parêtes alicuius habere poſſint, eſt ſerenitas conſcientiæ, iuxta illud 2. ad Cor. 1. *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Vnde Chryſoſt. dicit quòd melior, & gratior eſt Deo vnus iuſtus, quam totus mundus peccatoribus plenus, & poteſt probari eius dictum per ea quæ habētur Prouerb. 16. c. Et propter hoc Regina Blancha, dixit filio ſuo Ludouico regi Francorum, dum eſſet puer. *Fili mi potius vellem videre te mori quam in peccato mortale cadere*, ex quibus verbis ita timuit peccatum mortale, quod nunquam commiſit illud. Fuit ergo decentiſſimum vt Dei filius gloriari poſſet de hac excellentia matris ſuæ, ſcilicet quod nunquam fuerit aliquo peccato maculata, ſed ſibi in puritate, & mundicia ſimilima. Et hanc rationem tangens Auguſt. in ſermo 43. de Natiuitate Domini, ait: *Quoniam pretium redemptionis noſtræ immaculatum eſſe debuerat, propterea Maria mater Chriſti electa eſt: & ſuper omnes creaturas prælecta, omnibus gratijs fœcunda, omnibus virtutibus ornata, omni ſanctitate in vtero matris repleta, vt de mundiſſima matre mundiſſimus naſceretur filius, quia ſicut in cœlo habuit patrem immortalem, & æternum, ſic & in terra habuit matrem omni corruptione carentem. igitur ſicut in cœlo qualis eſt pater, talis eſt filius, ſic & in terra qualis eſt mater, talis ſecundum carnem eſt filius. In cœlo cum patre æternus, & immenſus, incorruptus, et ſublimis eſt, & in terra cum matre immaculatus, & manſuetus*, hæc ille. Eadem etiam ſententiam ponit Ambro. in 3. lib. de virginib. dicens de Chriſto: *Hodie quidem ſecundum hominem homo natus ex virgine, ſed ante omnia ſecula generatus ex patre, qui matrem corpore, virtute referat patrem*, hæc ille.

Regina Blanca piiſſimum dictum.

PARS TERTIA HVIVS ſermonis, quæ dicitur corroborationis, ex auctor. ſcholaſt.

HÆc pia, & deuota opinio corroboratur per auctoritatem Theol irrefragabilis Alexandri de Ales, qui in lib, quem de beata Virgine edidit, qui liber eſt Tholoſæ catenatus in choro eccleſiæ cathedralis, probat ipſam Dei genitricem ab originalis peccati vitio præſeruatã: vbi etiam retractat quicquid contra hoc dixerat in 3 ſenten. di. 3. Narrat que ſtupendum miraculũ per quod ad tenendam iſtam opinionem inductus eſt, de quo miraculo pertranſeo cauſa breuitatis, quia de ipſo dixi in officio conceptionis. Hanc quoque ſententiam tenuit Varro magiſter Scoti in 3. ſententiarum. diſt. 3. dicens, quod ſi debet errare, vult potius errare in abundantia laudis virginis Mariæ, quam in diminutione. Idem etiã tenuit, & multis fundamentis approbauit magiſter Ioannes Scotus in eadem di. ſimul cum magiſtro Franciſco de Mayro, Landulfo Neapolitano, Hugone de Caſtronouo, & Petro Aureoli Cardinali ſanctæ eccleſiæ Romanæ, qui de immaculata virginis conceptione fecit particularẽ tractatum. Idem etiam tenuit, & ſubtiliter probauit dominus Andreas Siculus, dictus Barbatius, in procemio Cle. & in c. conqueſtus, de feriis, vbi allegat Panor. dicentem ſe audiſſe, quod Eccleſia approbauit opinionem Minorũ, præcipuè in conci. Baſilienſi. Idem tenet dominus Cardinalis in d. c. conqueſtus: di. quod feſtum conceptionis communiter celebratur ab omnibus eccleſiaſtic. & quòd debet obſeruari beatiſſima virgo honorem quantum plus fieri poteſt. Idem tenuit magiſter Paulus Venetus, Petrus de Aquila dictus Scotellus, Gulielmus Ocham, Ioannes Vitalis magiſter Theologiæ præclarus, & magiſter Henricus de Haſſia, & Robertus Holcot, & Armanus in elegant: tractatu conceptionis virginalis, qui incipit: *Sapientia ædificauit ſibi domum* Item dominus Robertus Epiſcopus Lincolnienſ. Petrus, Thom Ioannes de Baſilea, Alexan. Nequam magnus Theologus, Thomas de Argent. Gerardus Odonis Patriarcha Antiochen. & quamplurimi alij Theologi, in 3. ſententiarum di 3. & idem expreſſe

Alexan. de Ales

Varro Scoti magiſter

Scotus.

Aureolus.

Ocam.

Io. Vitalis.

Argentina

Digitized by Google

preſſe dicit, & affirmat præſcriptus Scot. in 3. di. 18. Idem tenuit dominus Petrus de Candia, qui fuit Papa Alexander 5. ſubtiliſſime approbans immaculatam virginis conceptionem in eadem diſt. 3. 3. ſententiarum, qui poſtea exiſtens in pontificatu hanc opinionē dicitur terminaſſe, vt ab omnibus teneri deberet. Vnde magiſter Ioannes Varro. in 3. ſen. di. 3. inquit: *Sanctiſſimus dominus Papa Alexander. 5. approbauit opinionem Minorum.* Idem quoque tenuit, & ſubtiliter probauit magiſter Ambroſius ordinis ſeruorum in ſuo quadrageſimali de floribus ſapientiæ, ſermone. 21. & 32. Hanc inſuper veritatem tenuerunt infraſcripti excellentes theologi, ſcilicet magiſter Frãciſcus Martini: magiſter Michael de Bononia, & magiſter Baptiſta de Ferraria, omnes ordinis Carmelitarum. Tenuit etiam hoc magiſter Ioannes de Gerſon Cancellarius Pariſienſis in 2. parte ſui ſermonarij, ſermone. 47. vbi introducit octo vetulas furibundas impugnantes feſtum conceptionis beatæ virginis, quarum prima vocatur, Littera occidens, tota in vultu rugata; ſecunda, Ratio litigioſa, rixis comitata; tertia, ſpecies ſophiſtica, fallacijs armata; quarta, Superficies canonum, penitus inflammata; quinta, Apparentia legis, apparens aduocata; ſexta, Falſa matheſis, id eſt, doctrina ex geſtis diffamata; ſeptima, Falſa poeſis, apparenter ornata; octaua, Suſpicio hæretica, tremens antiquata, quæ ſecundum alios vocatur, præſumptio temeraria. Deinde introducit prædictus doctor octo virgines verecundas & timidas in conſpectu Regis cæleſtis, & totius curiæ ſupernæ admirabiles, defendentes immaculatam cõceptionē matris Dei; quarum prima eſt, Vera theologia, in vultu gratioſa; ſecunda, ratio probabilis, in geſtu amoroſa; tertia, Patens auctoritas, grata velut roſa; quarta, Lex canonica, in habitu formoſa; quinta, Lex ciuilis, tota imperioſa; ſexta, Vera matheſis, apud multos pretioſa; ſeptima, Dulcis poeſis, ſuper fauum dulcoroſa; octaua, fides pia, firma, & radioſa. Quæ ſapientiſſimæ virgines ita ſubtiliter arguerunt in fauorem illibatæ conceptionis, & vetularum argumenta confutarunt, quòd rex cæleſtis approbauit opinionem de immaculata conceptione matris ſuę, & ſtatuit feſtum ipſius ab omnibus debere celebrari. Hanc eandem opinionem tenuit idem doctor in 4. tract. ſuper *Magnificat*, vbi ait: *In Maria fuit neceſſitas originale peccatum contrahendi ſecundum cauſas inferiores, ſecundum legem propagationis ex coniunctione viri cum fœmina, lex autem ſuperior præiudicauit huic neceſſitati, præueniendo caſum per ſanctificationem, & gratiam, ſicut etiam dicit in alio caſu ſanctus Thomas de occurrentibus tempore iudicij obuiam Chriſto in aera; quòd ſi non moriantur hoc non eſt ſecundum cauſas inferiores, quibus habebant neceſſitatem moriendi, nec eſt contra Apoſtolum dicentem: Statutum eſt hominibus ſemel mori, deinde iudicium, quia priuilegium ſuperioris hoc ſuſpendit. Non ſecus eſt in propoſito de Maria à neceſſitate contrahendi originale peccatum præuenta, & priuilegiata, & excellentiſſime ſic redempta, qualiter redimi non egebat Ieſus Chriſtus, quia per carnalē concubitū non formatus. Noſtra ergo beata virgo ſemper habuit gratiã gratū facientē, quæ originali ſupereminet iuſtitia, qua primitus ornata fuit Eua, ſed perdidit:* hæc ille. Eandem quoque ſententiam de innocentia virginali tenuit idem doctor in ſermone de Natiuitate beatæ virginis, cuius dicta referam in 4. parte huius operis, ſermone 12. parte. 2. Tenuit etiam hoc Sedulius poeta, qui li. 1. in carmine Paſchali, inquit de beata virgine Maria: *En velut è ſpinis roſa nobilis exit acutis: Nil quod lædit habens, vel quod obſcurat honorem* &c. Item Petrus Cretenſis ſuper Lucam canit de ipſa virgine: *Vnam nec maculam natura reliquit in iſta.* Idem etiã tenuit magiſter Bartholomæus Piſanus in ſuo Mariali. Tenuit hoc doctiſſimus Theologus magiſter, Franciſcus de Sauona, qui fuit Sixtus Papa 4. qui ad extirpandas machinationes quorundam impugnantium conceptionem beatæ virginis, & fideles populos conturbantium, edidit illam decretalem, quæ incipit: *Graue nimis gerimus, & moleſtum, cum ſiniſtra nobis de quibuſuis eccleſiaſticis perſonis referuntur: ſed in eorum qui ad euangelizãdum verbum Dei ſunt deputati exceſſibus prædicando comiſſis, eo grauius prouocamur, quo illi periculoſius remanent incorrecti, cum facile deleri nequeant, qui multorum cordibus ſic publice prædicando diffuſius, & damnabilius imprimuntur errores. Sane cum ſancta Romana eccleſia de intemeratæ ſemperque virginis Mariæ conceptione publice feſtum celebret, & ſpeciale ac proprium ſuper hoc officium ordinauerit: Nonnulli, vt accepimus, prædicatores in ſuis ſermonibus ad populum publice per diuerſas ciuitates, & terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prædicare non ceſſant, omnes illos qui tenent, aut aſſerunt eandem glorioſam, & immaculatam Dei genitricem abſque originalis peccati macula fuiſſe conceptam, mortaliter peccare, vel eſſe hæreticos, eiuſdemque immaculatæ conceptionis officium celebrantes, & audientes ſermones illorum, qui eam ſine huiuſmodi macula conceptam eſſe affirmant, peccare grauiter: ſed & præfatis prædicationibus non contenti, confectis ſuper his ſuis*

Alex. 5. approbauit hanc ſententiam.

Ioannes de Gerſon.

Octo vetulæ impugnãtes concep.

Octo virgines tuentes illam.

Decretalis Sixti Papæ de conceptione virginis Mariæ.

Digitized by Google

aſſertionibus libros in publicum ediderunt, ex quorũ prædicationibus, & aſſertionibus huiuſmodi non leuia ſcandala in mentibus fidelium exorta ſunt, & maiora merito exoriri formidãtur indies. Nos igitur huiuſmodi temerarijs auſis, & peruerſis aſſertionib. ac ſcandalis, quæ exinde in Dei eccleſia exoriri poſſent, quãtum nobis ex alto conceditur, obuiare volẽtes, motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & certa ſcientia; huiuſmodi aſſertiones prædicatorum eorundem, & aliorum quorumcunq; qui affirmare præſumerent eos qui crederent, et tenerent eandem Dei genitricem ab originalis peccati macula in ſua conceptione præſeruatam fuiſſe, propterea alicuiꝰ hæreſis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut eiuſdem conceptionis officium celebrantes, ſeu huiuſmodi ſermones audientes, alicuius peccati reatum incurrere, vtpote falſas, & erroneas. & à veritate penitus alienas, editoſq; deſuper libros prædictos id continentes, quo ad hoc, auctoritate apoſtolica præſentium tenore reprobamus, & damnamus, ac motu ſcientia, & auctoritate prædictis ſtatuimus, & ordinamus, quod prædicatores verbi Dei, & quicunq; alij cuiuſcunq; ſtatus gradus, ordinis & conditionis fuerint, qui de cætero auſu temerario præſumpſerint in eorum ſermonibus ad populos, ſeu alias quomodolibet affirmare huiuſmodi ſic per nos reprobatas, & damnatas aſſertiones veras eſſe, ac dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, poſtquam de præſentibus ſcientiam habuerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant: à qua ab alio quàm à Romano Pontifice niſi in mortis articulo nequeant abſolutionis beneficium obtinere hæc

S. Bernardinus Senen. Summus Pontifex. Hanc eandem opinionem tenet & mirabiliter probat. S. Bernardinus tract. de conceptione ipſius benedictæ virginis, quem ego vidi Senis, & videtur eſſe ſcriptus manu propria ipſius ſancti, in quo libro cum ſtuderem, & *B. Bernardinus Senen. apparuit aucto.* eſſem cum patre fratre Bernardino de Carmis in librariа paruula, in qua ſunt libri, qui erant ad vſum ſancti Bernardini, venit ad oſtium quidam frater ſenex, in ea effigie propria, qua depingi ſolet ſanctus Bernardinus, & dixit vultu iucundo: Quid facitis patres? Ego vero qui eram magis prope oſtium reſpondi: Nos magnam conſolationem habemus videndo iſta opera ſancti patris noſtri Bernardini. Ille vero ſubridens, ait: Vos bene facitis, & ſtatim receſſit. Ego autem immediate dixi patri fratri Bernardino Carmo, vere credo quod iſte ſit ſanctus Bernardinus, propter cuius amorem huc venimus: & de quo loquebamur, & ipſe reſpondit, & ego ſimiliter credo, & ſic valde conſolati remanſimus. Cum autem paulo poſt omnes fratres loci ad cœnam veniſſent in refectorium, nos diligenter conſiderauimus ſi aliquis frater eſſet ſimilis illi, qui nobis apparuerat, & neminem vidimus, vnde firmiter credo, quòd ipſe ſanctus Bernardinus ad nos venerit, vt oſtẽderet, quòd ſibi erat gratum, quòd nos libenter legeremus opera per ipſum edita, maxime de immaculata conceptione beatæ virginis; & tunc ego veniebam de Roma, & præſentaueram ſummo pontifici noſtrum officium de conceptione virginis. Cum igitur vt patet per bullam plumbatam Eugenij Papæ 4. non tantum vita, ſed etiam doctrina ſancti Bernardini ſit approbata per Eccleſiam, ſequitur quòd tenere debemus hanc opinionem, quam ipſe ſanctus Bernardinus in ſcriptis tenendam tradidit, & publice prædicauit. Tenuit etiam hoc idem ſanctus Tho. de Aquino in 1. ſententiarum. diſt. 17. art. 4. in ſo- *Thomas* lutione. 4 argumenti. Qui etiam ex expoſitione angelicæ ſalutationis, de beata virgine inquit: *Ipſa enim puriſſima fuit quantum ad omnem culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit* Et iterum in 1. ſen. diſt. 44. ar. 3. in reſponſione ad 3 argu. ſic ait: *Puritas intenditur per receſſum à contrario. Et ideo poteſt aliquod creatum inueniri, quo nihil purius eſſe poteſt in rebus creatis ſine vlla cõtagione peccati, & talis fuit puritas beatæ virginis, quæ à peccato originali, & actuali fuit immunis, tamen iſta puritas fuit ſub Deo in quantũ erat in eo potentia ad peccandũ*, hæc ille. Magiſter etiam Ioannes Vitalis excellentiſſimus theologꝰ in tract. de conceptione virginis, refert ſe vidiſſe librum retractationis ſancti Tho. de eo quòd dixerat in 3. ſen. contra conceptionem Matris Dei. Similiter Richardus de Media villa in expoſitio- *Richar. de Media vil.* ne angelicæ ſalutationis, reuocat opinionem, quam prius habuerat contra conceptionem virginalem. Cui immaculatæ virgini, ait Hugo de ſancto Victo in quodam ſermone: *O virgo Maria, antiqua illa mulier Eua, nominis tantum, non lepra te reliquit hæredem, quæ nec maculam, nec rugam habuiſti, quæ vnguento egerent, ſed vnguenta gratia accepiſti, vt ſpeciem tuam, & formam commendarent.* Beatus vero Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus ſuper angelica ſalutatione, inquit beatæ virgini: *Aue Maria, electa, & inſignis inter filias: quæ immaculata ſemper extitiſti ab exordio tuæ creationis, quia paritura eras creatorem totius ſanctitatis*, hæc ille. Beatus autem Anſelmus in epi- *Anſel.* ſtola ad coepiſcopos Angliæ inquit: *Non puto verum eſſe amatorem virginis, qui celebrare reſpuit feſtum ſuæ conceptionis.* Idem quoque doctor de conceptu virginali fecit duos libros, & ſemper

conclu-

concludit pro hac opinione. Vnde in 1. lib. c. 3 dicit: *Cum ipſa virgo habitaculũ fuerit, vt diximus, ſummi boni, ſi peccati alicuius ex prima præuaricationis origine maculam traxit, quid dicemus? vtiq; diuina voce propheta dicitur:* Hier. 1. *Priuſquam te formarem in vtero, noui te, & antequam exires de ventre, ſanctificaui te. De Ioanne quoque Angelus, qui eum nunciabat, aſſeruit quod ſpiritu ſancto replebitur ex* Luc. 1. *vtero matris ſuæ. Si igitur Hieremias in gentibus futurus propheta in vulua eſt ſanctificatus, & Ioannes in vtero matris eſt ſpiritu ſancto repletus, quis audeat dicere ſingulare totius ſeculi propiciatorium, & vnici filij Dei dilectiſſimum reclinatorium, mox in ſuæ conceptionis exordio, ſancti ſpiritus gratia, & illuſtratione deſtitutum atteſtante vera ſcri-* 2. Corin. 3. *ptura, vbi ſpiritus, vbi libertas. A ſeruitute igitur omnis peccati libera fuit, quæ omnium peccatorum propiciatori aula, in qua, & ex qua perſonaliter hoc fieret, ſpiritus ſancti præſentia & operatione conſtruebatur,* hęc ille. Et iterum 4. c. ait: *Magnitudinem operationum diuinæ virtutis, quadam mentis lippitudine pro poſſe conſiderans, videor mihi videre, quòd ſi quid originalis peccati in propagatione eius, & communis vitij extitit, illud propagantium, & non propagatæ prolis fuit,* & infra: *Si Dominus caſtaneæ confert, vt inter ſpinas remota compunctione concipiatur, alatur, & formetur, non potuit hoc dare humano, quod ſibi parauerat templo, in quo corporaliter habitaret, & de quo in vnitate perſonæ perfectus fieret; vt licet inter ſpinas peccatorum conciperetur, ab ipſis tamen ſpinarum aculeis omnimode exors redderetur? plane potuit, & voluit, quòd ſi voluit, & fecit.* Et hanc eandem ſententiam, & ſimilitudinem ponit idem Anſelm. in libr. de exordio humanæ ſalutis. poſt prædicta autem verba ſubdit ipſe Anſelm. vbi ſupra: *Et quidem quicquid dignum vnquam de aliquo extra ſuam perſonam voluit, perperam eſt de te, ô beatiſſima fœminarum, noluiſſe,* & in eodem. c. etiã dicit, *Matrem te fecit ſuam ille rerum omnium factor, & gubernator Dominus, omnium, inquam, intelligibilium, & intellectum tranſcendentium, & te Dominam, ac imperatricem cælorum, terrarum, & elementorum conſtituit, & vt ita eſſes, in vtero matris tuæ à primordijs conceptionis operante ſpiritu ſancto crearis. Nunquid igitur in tanta futura gloria ſummi valet Dei mater vnica, & omnium quæ ſunt fuerunt, & erunt, poſt filium tuum, imperatrix prudens & nobilis? Nunquid in exordio tuo talis eſſe debuiſti, vt omnium quorum te dominium gerere certiſſime nouimus, aut paritati, aut ſubiectioni poſſis addici?* hæc ille. Qui etiam. 5. c. eiuſdem lib. inquit: *Ille aſſertor puræ veritatis, & à filio tuo iam cælo præſidente vas electionis cognominatus, omnes homines in Adam peccaſſe fatetur: vera vtiq; ſententia, & cui contradicere nefas eſſe pronuncio, ſed cum eminentiam gratiæ Dei in te conſidero; ſicut te non intra omnia, quæ facta ſunt inæſtimabili modo contueor: ſic nec lege aliorum in tua conceptione demeritã fuiſſe opinor, ſingulari & humano intellectui impenetrabili diuinitatis virtute, & operatione ab omni peccati adiunctione liberrima.* Hæc Anſel. In qua auctoritate oſtendit quòd benedicta virgo non eſt de numero omnium qui peccauerunt in Adam, ſed ſupra numerum omniũ. ſicut ſi dicatur Omnes de regno tali ſunt tributarij regis, nõ intelligitur mater, vxor & filius qui adimuntur à numero omnium. Idem quoque Anſel. in d. c. infert: *Peccatum fuerat quod homines à pace dirimebat, & vt illud filius Dei euacuaret, ſicq; ad pacem genus humanum reuocaret, homo fieri voluit, & talis, vt nihil in eo aliquatenus remaneret, quod non concordaret ei, vnde homo à Deo diſcordabat. Quia ergo ita fieri oportebat, matrem de qua talis lis tolleretur, mundam ab omni peccato eſſe decebat, aliter quo pacto illi ſummæ puritati tanta coniunctione vniretur, vt indifferenter quæ ſunt hominis, eſſent Dei: & quæ Dei, hominis eſſent?* & in 6. c. iterum dicit: *Adhuc propone tibi palatium, quod ſpecialiter ſuis vſibus aptum exiſtat, conſtruere volentem, in quo & ipſe frequentiori, & feſtiniori curſu conuerſetur: & omnibus ope eius, atque auxilio indigentibus, mitiori, & lætiori vultu reſpondeat, & auxilietur: pateretu ne quæſo in principium palatij fundamentum inualidum & ſtructura, quæ foret ædificãda, incongruum, & non cohærens?* Non puto ſi ſaperet, & propoſitum ſuum ad effectum perducere vellet. *ergo ſapientiã ante omnia ſecula propoſuiſſe ſibi habitaculum, quod ſpecialiter cohabitaret, cõſtruere ſimiliter indubitata fide tenemus. Quod autem habitaculum iſtud fuerit, iam dudum innotuit, hoc enim habitaculum, illud ſacrarium ſpiritus ſancti eſſe fatemur, in quo & per quod eadem ſapientia humana natura coniungi voluit, & incorporari, & omnib. ſe pura mente confitentibus parcere, & miſereri, quod ſacrariũ, aula videlicet vniuerſalis propitiationis cum operante ſpiritu ſancto cõſtrueretur, ſi fundamentum illius, ſcilicet initium, ſiue primordium conceptionis beatæ Mariæ corruptum fuit, ipſi certe conſtructura non congruebat, nec cohærebat,* hæc Anſelmus. Qui etiam in eo. c. infert: *Inſciane fuit, & impotens ſapientia Dei, & virtus, mundum ſibi habitaculum condere, remota omni labe conditionis humanæ? Angelis alijs peccantibus, bonos à peccato ſeruauit: & fœminam matrem ſuam mox futuram aliorum peccatis exortem*

ſeruare

Digitized by Google

ſoluare non valuit. In æternitate conſilij ſui fixum ſtatuit eam dominatricem, & reginam fore Angelorum, & nunc inferiorem Angelis natam, in conſortium acceptam eſſe credamus omnium peccatorum, exiſtimet hoc, & argumentis ſuis probet qui vult. Ego, donec oſtendat mihi Deus aliquid dignius excellentia Dominæ meæ poſſe dici, quæ dixi dico: quæ ſcripſi non muto. cæterum me, & intentionem meam ſibi & ſuis, & illi committo, & c.7. eiuſdem libri etiam dicit: *Nihil tibi Domina æquale, nihil cõparabile eſt, omne enim quod eſt, aut ſupra te eſt, aut ſubtus te eſt: Quod ſupra te eſt ſolus Deus eſt. Quod infra te eſt, omne quod Deus non eſt. Ad tuã tantam excellentiã quis aſpiciet, quis attinget? & certe vt ad hãc excellẽtiam peruenires, in humillimo loco, id eſt in vtero matris tuæ puriſſima eriebaris, quòd ſi tali modo concepta, & eruditata non fuiſſes, in tantam celſitudinem non ſuccreuiſſes*, & 9 cap. etiam ait de Domina noſtra: *Quam in tantum culmen prædeſtinauit, & extulit diuina potentia, quam tot prærogatiuis dotauit, cuncta diſponens Dei ſapientia: quam ſibi matrem elegit ad mundo ſaluandum, ipſa omnium ſaluandorum ineffabilis Dei miſericordia, dicere morte peccati, quæ per inuidiam diaboli occupauit orbem terrarum, in ſuo conceptu prægrauari, vt taceam interim ipſas quas commemoraui rationes, animus euitat, intentio abhorret, lingua fari non audet. Quæ alii ſentiunt, & melius approbant, credant. Ego piiſſima Domina quãliſcunque ſeruulus credo, & fateor quòd tu ex radice Ieſſe pulcherrima, ac per hoc ab omni, quod te decolorat peccati vulnere aliena, integerrima permanens florem pretioſiſſimum protuliſti, non qualemcunque, ſed in quem ſeptiformis ſpiritus requieuit*, hæc ille. Et ideo dominus Dominicus Bolanus artium, & philoſophiæ doctor eximius hæc conſiderans, inquit in prooemio ſui tractatus de conceptione beatæ virginis: *Non paruo animi dolore afficior, cum audio quoſdam magiſtrali inſula decoratos, pertinaciter affirmare glorioſiſſimam, intemeratamque virginem Mariam ab æterno Ieſu Chriſti matrem electam, à macula peccati originalis fuiſſe deturpatam, atque in ea conceptam. Nam enim ſacroſancta mater Eccleſia talia, tantaque de glorioſiſſima virgine Maria canat, atque affirmet, quæ nulli alteri puræ creaturæ conceſſa videntur, profectò poſſent in beatam virginem modeſtius loqui & ita pleno ore quæ affirmant, affirmare nõ deberent. Nam ſi Aug. totius fidei noſtræ lumen, ac ſydus clariſſimum, cui datum eſt de ſumma, & incomprehenſibili Trinitate Dei loqui atq; determinare, propter honorem Domini, cum de peccatis ab illo agitur, nullam de beata virgine vellet facere quæſtionem, profectò hi maximo errore ducuntur, affirmantes virginem in peccato originali fuiſſe conceptam. Cur autem hi nulla euidenti ratione coacti, neq; ab eccleſia aſtricti hæc tam impiè affirmare audeant, cauſam aliam reperire nequeo, niſi quòd diaſſiduus eorum de hac re cogitatio in peſſimum vſum conuerſa eſt, impoſſibileque potius eſſet opinionem à veritate hanc alienam ex cordibus eorum euellere: quàm Iudæorum perfidiam de illorũ cordibus eradicare*, hæc ille. Qui poſt multa eleganter dicta probat quatuor clariſſimis rationibus quòd Deus potuit beatiſſimam virginem ab originali peccato præſeruare, deinde demonſtrat octo excellentiſſimis rationibus, quod valde fuit conueniens Deo ipſam præſeruare. Poſtea vero probat per octo alias rationes ſumptas ex parte Chriſti, quòd virgo benedicta in ſua conceptione fuit ſanctiſſima, poſtmodum vero idem probat quindecim alijs rationibus ſumptis ex parte ipſius puriſſimæ virginis. Deinde auctoritatibus prædicta confirmat. Cuius ſubtilia argumẽta quia a multis habentur, ad præſens non refero. Beatus quoq; Bern. in ſer. de Aſſumptione beatæ virginis, inquit: *Licet de Maria loqui geſtiant omnes, tamen quicquid dicitur de indicibili, eo ipſo quod dici potuerit, minus gratum ſit, minus placeat, minus acceptetur. quando etenim poterit lingua etiã ſi angelica ſit, digne extollere laudibus virginem matrem? matrem autem non cuiuſcunque, ſed Dei. Quænam vel angelica puritas virginis illi audeat comparari: quæ digna fuit ſacrariũ fieri ſpiritus ſancti, & tabernaculum filij Dei?* Hæc Ber. & Aug. in tract. de incarnat. Chriſti dicit: *Hominem peperit virgo decora: virgo ſponſa, tota pulchra, tota ſpecioſa flos florum, pulchritudo virginũ, cæli regina, mundi gloria, ô digna digni, ô immaculata immaculati, ô ſancta ſancti: ô Maria ſplendor mundi, gloria cæli, qualem filium nobis peperiſti? O fœlix fœmina, inter cæteras benedicta, cuius venter fuit reclinatorium Dei, ſacrarium ſpiritus ſancti: lectus eburneus Chriſti, thalamus diuina maieſtatis: quanta ſanctitatis putabimus animam tuam fuiſſe, quæ ad imaginem Dei condita, & facta conſiſtit, cum caro tua tãtum placuerit creatori: vt de ea ſibi faceret pallium laudis, & loricam victorioſi certaminis.* Et infra iterum dicit: *Tu tota pulchra, tota formoſa, tota delectabilis, & tota glorioſa, tu macula nulla fuſcaris, tu omni decore veſtiris, tu omni ſanctitate uteris, tu ſuper omnes virgines ſancta in carne, tu ſuper omnes Angelos, & Archangelos ſancta in mente. Tu cunctas fœminas vincis pulchritudine carnis: & omnes angeloſ ſpiritus excellentia ſanctitatis: tu plena Deo: tu repleta ſpiritu ſancto*, hæc ille. Ad cuius verba, quid reſpõdere poterunt, qui eam aſſe-

Dominus Dominic⁹ Bolanus.

Bernardus

Aug. quoq; pulchrè de B. Virg.

Digitized by Google

ea aſſerunt repletam fuiſſe peccato. Sed fortè aliquis eorum dicet: Cum habitum virginis Mariæ deferam, ſi in peccato illam conceptam fuiſſe non crederem, ipſam maculatam nullatenus prædicarem. Cui ego reſpondeo, quòd beatiſſima virgo nunquam tali fuit induta veſtimento. Item quod habitus non facit monachum, ſed deuota & religioſa conuerſatio. c. porrectum, &c. vt clerici &c. ex parte, de reg. &c. conſuluit, extra qui cle. vel Mon. Si igitur verum vis habitũ beatæ virginis geſtare, eiuſque monachus, ac ſeruus eſſe: ſtudeas eius puritatem, atque innocentiam honorare, & amplius noli eam indumento immunditiæ, atque putredinis horrendæque maculæ cooperire. Sed vna nobiſcũ candidiſſimis atq; puriſſimis innocentiæ veſtibus illam circundare ſatage, ita vt pariter deuote ſalutemus ipſam beatam virginem, reuerenter dicentes illud, quod habetur in miſſa conceptionis eiuſdem, ſcilicet: *Salue ſponſa deitatis: Maria fons pietatis, Angelorum Domina. Aue dulcis ô Maria, Chriſti mater, & filia vlla ſine macula. Tu ſolis fulgens gloria, cælorum luſtrans atria, luce reples ſecula. Tu puteus honeſtatis, fauus dulcis charitatis, tu noſtra lætitia. Roſa rubens caſtitatis, lilium virginitatis, cum omni fragrantia. Tu magiſtra clementiſſima, mater miſericordiæ noſtra, delens crimina O norma innocentia, Maria plena gratia, tu ſtella matutina. Tu à Deo fabricata, in conceptu præſeruata, nulla trahis ſcelera. Tu in cælis coronata, ab Angelis venerata, micans ſuper ſydera. Nos famulos rege tuos; atque tibi fac deuotos, pro tua clementia. Ab inferno liberates, nos poſtremo fac beatos, in cæli militia. Amen.*

Sequentia de conceptione.

DE EADEM ILLIBATA Conceptione:

SERMO QVINTVS.

C*Andor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula* Sapient 7. Inquit deuotus Anſelmus in lib. orationum loquens beatæ virgini: *Glorioſa virgo, & mater miſericordiæ, regina, & fons totius dulcedinis, & pietatis quid dicemus? quicquid enim protulerimus minus eſt, & quaſi nihil ad ea, quæ tibi debemus*, hæc ille. Et Ambroſ. in lib. de virgin. b. ait: *Quid nobilius Dei matre? Quid ſplendidius ea, quam ſplendor elegit? Quid caſtius illa, quæ ſine cõtagione generauit?* Et ibidem: *Tanta eſt huius virginis excellentia, vt ab eius narratione balbutiant omnes linguæ: excutiantur omnes intelligentiæ: deficiant omnes ſimilitudines parabolicæ.* Hæc Ambroſius. Cuius virginis immaculatæ puritatem præuidens Eccleſiaſticus ſui libr. c. 43. inquit: *Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus.* Eius quoque innocentiam conſiderans ſapientiſſimus Salomon, prophetico ſpiritu verba thematis noſtri prædixit, dum ait: *Candor eſt*, &c. Super quibus verbis tres conſiderationes faciemus.

Prima dicetur oſtenſionis.

Secunda teſtificationis.

Tertia appellabitur figurationis.

PARS PRIMA, IN qua afferuntur quatuordecim rationes pro dicta Conceptione.

BEatam virginem ſine originali peccato cõceptam, oſtendi poteſt quatuordecim rationibus. Prima quarum dicitur appellationis, ſic arguendo: Si beata virgo originale peccatum contraxiſſet, non poſſet appellari ſimpliciter virgo: quia ſicut caro corrumpitur per commixtionem carnalem, ita anima per peccatum. Vnde animæ peccatrici dicitur Hier. 3. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis* &c. Si ergo anima glorioſæ virginis fuiſſet corrupta peccato originali, ſolum ſecundum quid poſſet virgo nominari, quod eſſet inconueniens in matre Dei, quæ fuit virgo virginum: De qua canit eccleſia: *Sancta & immaculata virginitas* &c. & quodammodo videretur eſſe contra articulum fidei de virginitate matris Chriſti, & hac ratione in ſtudio Pariſienſi habetur opinio de immaculata conceptione virginis, quaſi articulus fidei. Vnde non poteſt quis ibi ad magiſteratum, vel alium gradum promoueri, qui damnare audeat hanc opinionem veram. ſ. quod beatiſſima virgo Maria fuerit ab omni peccato præſeruata. Item nullus ibi permitteretur legere, qui temerario auſu affirmare præſumeret, ac determinare, quod mater Dei puriſſima nõ fuerit, vel per inſtans originali vitio maculata. & idẽ per omnia ſeruatur in ſtudio Baſilienſi. Poteſt autem prædicta ratio confirmari ſic; Cum enim vnumquodq; magis denominetur à nobiliori, id eſt à forma, quàm à

1 Ratio.

In vniuerſitate Pariſien. habetur opin. de immacul. Concep. vir. quaſi articulus fidei.

na, cum ipſa forma det nomen, & differentiam, vt probatur. 2. Phyſi. & eſſe rei tribuat. l. ſi quis hominem. § ſi deteriorem. ff. ad exhi. Abſurdū eſſet dicere, quòd mater Dei, quæ appellatur non ſolū virgo, ſed regina virginum, fuit ſolum virgo quoad corpus, & non quoad animam. Nam ſicut anima eſt dignior corpore. l. ſancimus. C. de ſa. ſan. eccleſ. e cum infirmitas, de pœni & re. c. præcipimus. 22. q. 2. c. ſolitæ. de ma. & obe. & c ſedulo 38. diſt. ſic maior iniuria ei fieret ſi pollueretur, quā ſi corpus macularetur, cum iniuria æſtimetur tanto actior, quanto dignior eſt res cui irrogatur. §. atrox. Inſt. de iniu. & ideo ſi viliori parti, id eſt corpori datum eſt priuilegium virginitatis, à fortiori debet eſſe conceſſum nobiliori, ſc licet animæ.

2. Ratio ex inæqualitate ſerui et domina. Secunda ratio dicit in æquationis ſic, vt colligitur ex dictis philoſophi in lib. de regimine principum. Non debet eodem modo gubernari ſeruus, & regina, nec æqualiter tractari, imo melior debet eſſe conditio reginæ quàm ſerui. Inſti. de pub. iudi. §. item lex Cornelia, iuncta glo. cum Imperator vt ſupra diximus, donet Imperatrici priuilegia quæ ipſe. d. l. princeps. ff. de legi. vb gloſſ. ait: *Auguſta habet omnia priuilegia, quæ habet fiſcus, vt ad vectigal non teneatur.* hoc ſuppoſito dico quòd beata virgo eſt Domina, & Imperatrix totius orbis, & omnium creaturarum. Primo nanq; *Maria eſt regina cæli.* eſt regina cæli, & Angelorum. Vnde ipſa ait illud Eccleſ. 24. *Gyrum cæli circumiui ſola.* ſ. tanquam domina. Propter quod inquit Chryſoſtomus ſuper Lucam: *Mittitur Gabriel Angelus, & egreditur de rege ad reginam, de imperatore ad imperatricem, de ciuibus cæli ad dominam palatij. Ingreditur ad virginem regi praelectam, & eo forte alacrius, vt cum Angeli prius regē haberent, habituri eſſent & reginam, vt ad ſupplendos numeros angelici ordinis etiam peccatores poſſent ingredi, & mater miſericordia, & regina calorum porta fieret cæli.* Hæc ille. Dominatur quoque inferno, Vnde Eccleſ. 24. ipſa inquit: *Profundum abyſſi penetraui,* quaſi dicat quod non ſolum dæmonibus in aere cōmorantibus, & in ſuperficie inferni, ſed etiam in profundo ſtantibus inferni præeſt. Dominatur etiam mundo, & hominib. habitātibus in eo. Vnde ibidem ſubdit: *Et in omni populo, & gente primatum tenui.* Ideo de ipſa loquens Hiero. in ſermone ad Euſtochium dicit. *Regina mundi hodie de terris, & de præſenti ſeculo nequam eripitur, ea propter omnes homines qui ſunt, & fuerūt ſunt ſerui iſtius Domine.* & ideo ipſi dicere poſſunt illud 4 Reg. 10 *Serui tui ſumus, quæcunq; iuſſeris faciemus.* Cū ergo vt ſupra dictum eſt, non debeat ſeruus eſſe æqualis dominæ ſuę, ſequitur beatam virginē non fuiſſe in originali peccato cōceptam. Cum enim Hieremias fuerit in vtero matris ſanctificatus, vt habetur eius 1. c. & Ioan. Baptiſt. ſimiliter, vt patet Luc. 1 ſi beata virgo Maria ſolum fuiſſet in vtero matris ſanctificata, & purgata ab omni macula, vt prędicti ſancti non fuiſſet melius tractata quàm ipſi, imo illi ſerui ſuiſſent dominę æquales, quod eſſet inconueniens, & ideo eſt dicendū quod fuit ab originali vitio præſeruata. Et hanc rationem tangens beatus Anſel. in hom. 1. conceptionis ait: *Dignam donationem ſuper cæteros omnes ſanctos illa debet habere, per quam omnes ſancti ſanctificantur.* Ipſa quoque beata virgo hoc inſinuans Luc. 1. canit: *Fecit mihi magna qui potens eſt.* ſ. puritatē mihi ſuper omnes puras creaturas tribuendo. Tertia ratio dicitur conceſſionis, cuius fundamentum ponit Ber. in quodam ſermone di. *Quicquid alijs, licet pauciſſimis, eſt conceſſum, non eſt credendum glorioſæ virgini fuiſſe denegatū.* Si enim Imperator dat alicui famulo, & ſeruo aliquam gratiam, multo magis credendum eſt, q illam det Imperatrici vxori ſuæ, per illā regula Topicā, *Si de quo minꝰ videtur ineſſe, & ineſt, ergo & de quo magis.* 2. Topic. & notatur in auth. multo magis. C. de ſacro ſan. eccl. & l. ſi pignus. ff. qui po. in p g ha. Omnes ergo gratiæ quæ alicui creaturæ collatæ ſunt, & beatæ virgini competere potuerunt, illi ſunt conceſſæ, & excellentiori modo. Vnde Bern. in quodam ſermone inquit: *Priuilegia gratiarum beata virgini conceſſa non ſolum hominibus, ſed etiam Angelis credimus admiranda.* Et Franciſcus de Mayro. in 3. ſen dicit. *Credimus citra Chriſtum beatam virginem maxime fuiſſe perfectā, vt plus habuerit de gratia in matris vtero quàm habeant ſancti in cælo.* Et B. Tho. in 3. parte ſummæ. q. 27. ar 1. inquit: *Rationabiliter creditur quòd ea, quæ genuit vnigenitum à patre plenū gratia, & veritatis, præ omnibus alijs maiora dona gratiarum, & priuilegia accepit.* Sanctus quoque Bern. iterum ait: *Legimus Stephanum plenum gratia, & Apoſtolos plenos ſpiritu ſancto: ſed longe diſſimiliter à Maria.* Et Hiero. vbi ſupra, exponens illa verba Angeli ſ. *Gratia plena*, dicit: *Et bene plena gratia, quia cæteris per partes gratia præſtatur: Maria vero tota ſe infudit plenitudo gratia.* Et iterum ibidem ait: *Etſi in cæteris partibus gratia fuiſſe credatur, nō tamen eatenus plena,* hæc ille. Nec mirum ſi tantas gratias recepit virgo Maria, cum fuerit Dei ſponſa electa. Vnde de illa inquit ſupernus ſponſus Sap. 8 *Quæſiui eā mihi ſponſam aſſumere: & amator factus ſum formæ illius.* Cum ergo Angelis dederit Dominus innocentiam in creationem illorum, vt habetur. 2. ſent. di. 4. & per

3. Ratio ex conceſſione alijs facta.

B. V. plus gratia habuit in vtero matris, quā ſancti in cælo.

Aug.

Aug. in 8. de ciu. Dei. Et ſimiliter primi parentes fuerint originali iuſtitia decorati, vt habetur à Theologis, in 4. d. 19. Et ab Anſel. lib. 1. de cõceptu virginali, ſequitur ꝙ ſi hæc gratia data nõ fuiſſet B. virgini, ſuis ſeruis ipſa inferior extitiſſet, quod eſſet valde abſonum. Et ideo eſt concludendum quòd etiam ipſa fuit in ſua conceptione originali iuſtitia inſignita: Quia non fuit minus chara

4. Ratio ex eo quia mater tanti filij.

filio ſuo, quàm Angeli, vel primi parẽtes. Quarta ratio dicitur filiationis: vt enim ſupra diximus illam innocentiam quam habuit filius virginis per naturam, recepit mater benedicta per filij gratiam. Vnde Hiero. vbi ſupra inquit *In Maria totius gr[ati]a, quæ eſt in Chriſto, plenitudo venit*, ſed Chriſtus fuit ſine originali peccato, ergo & mater eius. Et hanc rationem tangens Aug. in lib. cõtra quinque hæreſe in perſona Chriſti loquitur: *Hac quã tu deſpicis Manichæe, mater mea eſt, & de manu mea fabricata.* ex quib. verbis innuit Augu. ꝙ Chriſtus fabricando glorioſam matrem ſuã, præſeruauit eam ab originali peccato, & omnib. gratijs ſuis repleuit. Et hoc præuiderat in ſpiritu Salomon ſapientiſſimus, qui Can. 8. c. inquit de ipſa immaculata matre Dei: *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens, innixa ſuper delectũ ſuum?*

Expõ. illud Eſa. 3. erit lux Lunæ ſicut lux Solis.

Hoc etiam prædixit Eſaias propheta ſui lib. 3. ca. dum ait, *Erit lux Lunæ ſicut lux Solis.* Quod exponit Franciſcus de Mayro in ſermone de conceptione eiuſdem virginis, de ipſa dicens, quod fuit æqualis lucis cum Sole iuſtitiæ Chriſto per gratiam præſeruationis, quod quidẽ cõueniens fuit. nam Auguſta debet gaudere priuilegio principis. l. bene à Zenone C. de quadri. præ. & mater priuilegio filij l. in ſacris la. 3. C. de proximis ſacrorũ ſcriniorum lib. 12. & l. pe. C. de meratis, facit ad hæc tex. in l. 1. C. de præpoſitis laborum, & alias allegatur labarum, ſecundum gl. ibi. vbi dicit Imperator: *Quos lateris noſtri decor illuſtrat.* Si ergo ſeruitores ſtantes ad latus principis illuſtrãtur ab eo: quanto magis illuſtrata fuit beata virgo, quæ non ſolum ad latus filij ſtetit, & eum in lateribus ſuis enutriuit, ſed etiam de ſuis viſceribus eum generauit? Et ideo etiã poſito ſine veri præiudicio, quòd præſeruari à peccato, & inſigniri iuſtitia originali beatæ virgini non conueniret; poſſemus tamen arguere, ſicut fecit Augu. in ſer. de Aſſumptione eius, probans eam aſſumptam in anima, & corpore di. *Si Mariæ non cõgruit, congruit tamen filio, quem genuit.*

5. Ratio ex ſalutatione Angelica.

Quinta ratio dicitur ſalutationis. Nam vt dicitur Luc. 1. *Angelus Gabriel miſſus eſt à Deo nuncius ad beatam virginem*, qui detulit ei litteras ſuæ ambaſiatæ, quia nuncio ſine litteris non creditur, ſecundum. C. de collatione fundorum fiſcalium. lib. 11. & l. fi. C. de man. princ. Erat autem ſumme honorandus loco illius, cuius vice fungebatur c. vlt. 43. di. Litteræ autem quas detulit Archange. Gabriel, fuerunt ſalutationis mirabilis, ſ. *Aue gratia plena.* In quib. verbis denotauit ipſam beatam virginem fuiſſe ſine aliqua macula conceptam, & innocentia originali decoratã.

Aue. i. ſine væ.

Aue enim idem eſt, quod ſine væ; & iſta indefinita æquipollet vniuerſali l. ſi neceſſitas § ſi annua. ff. de pigno. & ibi glo. & l. ſi pluribus, in prin. ff. de le. 2. Ideo exponitur aue, id eſt ſine omni væ, ideſt afflictione, quod verum non eſſet, ſi originalis peccati aculeo afflicta fuiſſet. Deinde proſequens addit, *gratia plena*, nõ fuiſſet autem plena gratia ſi præſeruationis illi gratia defuiſſet. Dum ergo dicitur plena gratia, declaratur, quod à Deo fuit omnis gratiæ plenitudine, & perfectione decorata, alias diceremus omnipotentem in ſuis operibus fuiſſe diminutum. contra. l. 1. in princ., C. de emen. Iuſti. Co. perfectum autem illud dicitur, cui nihil addi poteſt l. cum Syllanianum in fi. C. ad Sylla. l. vbi autem non apparet ff. de verb. ob. & ſimiliter eſt dicendum de hoc verbo, plenum. Nã vbi aliquid deeſt, non dicitur plenum, quod bene notatur in c. per venerabilẽ, qui filij ſint legi. circa fi. ibi plenam poteſtatem: quia intelligitur quoad temporalia, & ſpiritualia, plenitudo enim eſt vbi nihil valet adiũgi. 96 diſtin. c. bene quidem, facit tex. in ti. de pace Cõſtan. in prin. ver. ad plenitudinem gratiæ noſtræ vos recipimus, & ibi Bald. &

Verbũ plena gratia, comprehendit omnem gratiam ſecundum capacitatẽ recipientis.

ideo verbum plena gratia comprehẽdit omnem gratiam ſecundum capacitatem recipientis, ſicut & de Chriſto dicitur Ioan. 1. *Plenum gratiæ & veritatis* Et hanc rationem approbat Alexander de Ales in prima parte ſummæ, & S. Bonauentura in 1. diſt. 43. dicens: *Beata virgo tantam habuit gratiam, quòd de facto non poterat plus recipere, & quantam pura creatura recipere potuit.* ergo talis gratia nullũ præſupponit defectum. Subdit quoque Angelus: *Dominus tecũ.*

Expon. Domin⁹ tecũ.

Quod exponit Auguſt. dicens: *Tecum in mente, tecum in corde, tecũ in vtero, tecum in auxilio* hoc autem non fuiſſet verum ſi eam à caſu originalis mali non adiuuiſſet, ſed diabolum cum ipſa eſſe permiſiſſet. Intulit etiam Angelus dicens: *Benedicta tu inter mulieres*, quod falſum fuiſſet ſi originali maledictioni ſubiacuiſſet.

6. Ratio vt vera ſint, quæ de illa dicũtur in Scriptur.

Sexta ratio dicitur verificationis, vt enim verificentur verba, quæ dicuntur in Miſſa beatæ virginis, & habentur Prouerb. or. octauo, neceſſe eſt dicere illam ſine originali peccato conceptam. Ibi enim dicitur in eius perſona: *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum*; quod non eſſet verum, ſi in conce-

Digitized by Google

conceptione ſua fuiſſet beata virgo à diabolo per peccatum poſſeſſa, nihil enim poteſt per duos dominos ſub perfecto dominio poſſideri l. ſi vt certo §. ſi duobus vehiculum, & ibi gloſſa, & docto ſi. commo. Et ideo Magiſter Bartholomæus Piſanus in lib. beatæ virginis, fructu 7. arguit di. *Maria ab initio viarum Dei poſſidetur, ergo non habuit originale*, hæc ille. In prædicta autem Miſſa in perſona eiuſdem virginis ſubditur, *cum eo eram cuncta componens*: quod falſum eſſet, ſi peccatum originale contraxiſſet, durante enim peccato non erat cum Deo, ſed cum diabolo. Poſtmodum ſequitur, *& delectabar per ſingulos dies*, quæ dictio, per, denotat perfectionem, & continuationem temporis. l. verbum pernoctare ff. de verb. ſig. & per Bart. in l. Celſus. ff. de vſuca: ſed ſi concepta fuiſſet in originali peccato, non poſſet dici delectari per ſingulos dies, quia non fuiſſet delectatio continua. Deinde ſequitur, *ludens coram eo omni tempore*, quod eſſet falſum, cum peccator longe ſtare dicatur à Deo. Prouerb. 15. & ideo pro illo tempore, vel momento quo fuiſſet in originali peccato; non luſiſſet coram Deo, cum blaſphema, & inimica eius dici potuiſſet, & ideo bene dicitur ibi, coram ff. de verb. ſign. cum ergo peccatores non exaudiat Deus. Ioan. nono, ideo beata virgo ludens coram Deo omni tempore, nunquam fuit in originali peccato. Septima ratio dicitur veriſimilationis: veriſimile enim eſt, quòd Deus ab originali peccato matrem ſuam præſeruauerit, vt patet ex ſæpe dictis. Cum ergo licitum ſit ſumere coniecturam de eo, quod eſt veriſimile. l. non eſt veriſimile. ff. quod metus cauſa, vbi gloſ. notabilis, & ea quæ veniunt ex bona coniectura, dicantur eſſe vera l. ſi. ff. de probat. illudque non minus attenditur, quod eſt veriſimile quàm quod eſt in veritate, vt ait glo. in l. tale pactum § ſi. ff. de pac. & in l. non poſſunt. ff. de legi. & in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. & in l. ſi vnquam C. de reuo. dona ſequitur debere teneri opinionem de immaculata virginis conceptione. Octaua ratio dicitur approbationis, ſic arguendo, Inquit philoſophus 7 Ethicorum: *Fama quam omnes tenent, nõ omnino deperditur*, cum ergo opinio de immaculata virginis conceptione nunc per famam, & opinionem communem ſit approbata, vt patet ex dictis ſupra ſermone. 3. parte vltima, concluditur ipſam tanquam veram tenendam eſſe ab omnibus: quando enim de aliquo dubitatur, recurrendum eſt ad communem opinionem. l. cũ de lanceonis. §. aſinam. ff. de fun. inſtruct. & l. 1. ff. de flumin. verã quoque eſſe illã vulgarem ſententiã, *vox populi, vox Dei*, plerumque reperitur. Nona ratio dicitur præſumptionis: non enim negari poteſt quin iſta ſit præſumptio violenta, quod filius Dei voluit ex priuilegio matrem ſuam fore illibatam in conceptione, & patere poteſt ex dictis ſupra ſermone primo, parte vltima. cum ergo præſumptio violenta habeatur pro lege ... aſſertic, de præſumpt. ergo & cætera. Sic igitur vt inquit Bald. in rubrica. C. de contra. emp. iudex debet ſpeculari per coniecturas in iudicando, ſicut medicus per vrinam infirmitatem diſcernit, multo magis nos iudicare debemus pro virginis beatæ innocentia ex violenta præſumptione. Decima ratio dicitur nobilitationis. Propter nobilitatem etenim immunitas conceditur. l. non tantum. §. Ilienſibus. ff. de excu. tu. Item propter excellentiam perſonæ licitum eſt iura tranſgredi. l. ſed reprobari. §. final. in verbo: male diſciplinatos, & ibi Bald. ff. de excu. Cum igitur beata virgo fuerit cunctis animãtibus creatis nobilior, & excellentior, ergo, & cætera. Vndecima ratio dicitur ſubiectionis Fundamentum cuius ponit Panor. in c. cum eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſti. vbi concludit quòd Papa non poteſt ſe ſubijcere iuriſdictioni Imperatoris: quia cederet in præiudicium ſummi Apoſtolatus, & ignominia irrogaretur Deo, ſi Vicarius eius eſſet ſubiectus ſeculari: multo igitur magis hoc eſſet, ſi mater Dei etiam vno momento ſubdita fuiſſet nequiſſimo diabolo. Et confirmantur prædicta, per ea, quæ ponit beatus pater frater Ioannes de Capiſtrano in ſermone conceptionis beatæ virginis, in quo probat poſſibilitatem, congruitatem, & realitatem præſeruationis, qui ait: *Quilibet ſpecialiter ſubiectus Papa eſt exemptus*. c. ſi. Papæ, de priui. libr. 6 ſed beata virgo ſpecialiter fuit ſubiecta Deo, ergo multo magis fuit exempta, & non ſubiecta per peccatum diabolo. Duodecima ratio dicitur parturitionis, & eſt prædicti patris, fratris Ioan. Capiſtr. vbi ſupra di. *Maius eſt ſine dolore parere, quã ſine peccato concipi*, ſed beata virgo ſine dolore peperit, ergo & ſine peccato concepta fuit. Tertiadecima ratio dicitur liberationis, hic enim agitur de libertate virginis, ſ. quòd nunquam fuerit ſerua diaboli, ſed quoties dubia eſt interpretatio, ſemper pro libertate reſpondendum. l. quoties dubia. ff. de re iu. imo propter libertatem tranſgredimur regulas iuris communis. § ſi. Inſti. de do. ergo, & cætera. Quartadecima, & vltima ratio dicitur ſuperationis. Clarum eſt enim quòd beata virgo ſuperat in meritis, & virtutibus Ioannem Baptiſtam: & maior eſt eo in gloria cæleſti. Quia ſcriptum eſt Pſalmus 44. *Aſtitit regina dextris tuis*, & cæter. Si autem

7. Ratio ex veriſimilitudine.

8. Ratio ex approbante fama.

9. Ratio ex præſumptione.

10 Ratio ex nobilitate.

11. Ratio ex ſubiectione.

12. Ratio ex modo parturiẽdi.

13. Rati. ex libertate.

14. Ratio, quia non ſuperaret omnes merito, & virtute.

Digitized by Google

Si autem diceremus, quod beata virgo cecidit in peccato originali, & poſtea ſurrexit per ſanctificationem, ſequeretur quòd non eſſet maior Ioanne Baptiſta, quia dicit Dominus Matth. 11. *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta*, aut ergo neceſſe eſt dicere quòd Ioannes eſt maior, vel ſaltem æqualis in gloria ipſi beatæ virgini, & hoc eſt falſiſſimum, vt patet ex ſupra dictis, aut quod Chriſtus non dixit verum, ſcilicet quod *inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta*, ſi intelligamus verba Chriſti de maioritate in gloria paradiſi. Et hoc eſſet hæreticum profiteri, ſcilicet quod Chriſtus fuerit mendax, quia eſt ipſa veritas. Ioan. 4. aut neceſſario concludendum eſt quod Chriſtus in illis verbis tantum loquitur de his, qui cecidere in peccato originali. Inter quos nullus ſurrexit maior Ioãne Baptiſta: Chriſtus autem, & B. virgo licet nat. ſint ex muliere, tamen Ioanne ſunt maiores, quia ipſi non ceciderunt in peccatum, & per conſequẽs non ſurrexerunt ab eo & ideo prædicta verba de ipſis non intelliguntur, ſed approbant concluſionẽ noſtram. Et in ſimili dicitur Mar. vlt. quod Chriſtus apparuit primo Mariæ Magdalenæ, & tamen Eccleſia tenet quod prius apparuit matri ſuæ. vt ait Amb. in lib. de virginib. ſed exponitur quod primo apparuit Mariæ Magdalenæ quam alijs, qui habuerunt peccatum. Et ideo dicitur de Magdalena, à qua eiecerat ſeptem dæmonia; ex quibus verbis innuitur, quod antequam appareret Magdalenæ peccatrici, apparuit matri ſuæ, in qua nullum vnquam fuit peccatum. Et ideo ita intelligitur prædicta auctoritas de maioritate Ioan. quibus verbis innuit Saluator matrẽ ſuam illo eſſe maiorem, quia ipſa à peccato non ſurrexit.

Exp. Mat. 11. Inter natos mulierum non ſurrexit maior, &c.

Exp. illud Mar. vlt. quod Chriſtus apparuit 1. Magdalenæ.

PARS SECVNDA, in qua teſtimonia Sanctorum adducuntur.

QVam plurimi ſancti doctores teſtificãtur, & affirmant Dei genitricem ſine originali vitio conceptam. Inter quos eſt *D.* Ambr. qui in quodam ſermone exponens illud Eſai. 11. *Egredietur virga, de radice Ieſſe*, de B. Virgine inquit: *Hæc eſt virga in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpa fuit.* Et iſtam auctoritatem affirmauit B. frater Michael de Carcano ſe vidiſſe, in quodam libello S. Amb. antiquiſſimo, adeo quod nimia vetuſtate incipiebat conſumi: & hoc dixit Mantuæ in prædicatione. Idem quoque S. Ambr. in homil. de Cain, & Abel iterum ait: *De hoc grege, ſancta & immaculata illa intacta ouis preceſſit B. Maria, quæ nobis contra naturam purpureum illum agnum, id eſt, regem Chriſtum generauit.* hæc ille. Quomodo autẽ fuiſſet virgo Maria ouis immaculata, ſi contraxiſſet maculam originalis culpæ? Item Hieronym. ſuper 9. c. Eſai. inquit: *In aula virginali, & nulla ſorde maculata, de ſpiritu S. eſt Dei ſermo conceptus, qui velociter de aduerſarijs poteſtatibus ſpolia detraheret, & ſibi faceret vniuerſa ſeruire.* Sanctus quoque Idelphonſus in libro contra indeuotos beatæ Virginis dicit: *Conſtat igitur Mariam ab ipſo originali peccato fuiſſe immunem, per quam non ſolum primæ matris ſoluta eſt maledictio, verumetiam omnibus eſt benedictio condonata. nullis igitur poſtquam nata eſt delictis ſubiacuit, neque originale peccatum in vtero ſanctificata contraxit.* hæc ille. Quam auctoritatem ita ad literam recitat Vincentius Beluacenſis ordinis Prædicatorum in 1. volumine ſpeculi hiſtorial. lib. 7. cap. 65 & libro 8 ca. 12 Beatus etiam Dominicus in tractatu de corpore Chriſti dicit, approbans immaculatam virginis conceptionem: *Sicut primus Adam fuit ex terra virgine, & nunquam maledicta formatus: ita decuit in ſecundo Adam fieri ſcilicet Chriſto, cuius terra, id eſt mater virgo Maria nunquam fuit maledicta* Beatus quoque Auguſtin. in quodam ſermone ait: *Quis potuit in Maria anima ſiue carne locus eſſe vitiorum, quæ ad cœli vicem continentis omnia, Domini templum eſt effecta?* Rich. inſuper de ſancto Victore in ſermon. beatæ Virginis, qui incipit: *Necdum erant abyſſi*, inquit: *Nõ decuit vt caro Mariæ qualiſcunque forte obnoxia culpæ Nam Dei ſapientia indignum credimus, vt quam ad lucem gentium deſtinauit, prauitatib. & illecebris fineret inuolui: nec erit ingratus quippe matri, qui patri, matrique præcepit honorem exhiberi.* Item deuotus Ber. 10 ſermone de Natiuitate Virginis glorioſæ, qui incipit, *De gaudijs ad gaudia*, ait: *Caro Mariæ ex Adam ſumpta maculas Adæ non admiſit.* Dæmones etiam ſanctiſſimæ Dei genitricis munditiam negare non audent. Vnde legitur quòd diabolus à quodam ſancto adiuratus, vt diceret veritatem de conceptione, eius ſcilicet qualiter fuerit concepta. Exclamauit dicẽs, ſine macula: ſine macula: ſine macula. Infideles quoque beatæ Virginis innocentiam, & puritatem confitentur. Vnde in Alcorano Mahometi dicitur: *Nullus eſt ex Adam, quin tenuerit eum Satan, præter Mariam, & filium eius.* & in lege Mahometica etiam dicitur, quod mater Ieſu eſt amica legis: quia tantum prophetam portauit in

Hieron.

S. Dominicus.

Richar. de S. Victore.

Bernard.

Exemplũ diaboli.

Teſtim. Mahometi.

Digitized by Google

lijs, atq; ideo nunquam marceſcit; & ita fuit virgo benedicta. ea propter dicamus illud Can 7. ſcilicet. *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructum eius.* Sexta figura habetur in eodem Eccleſ. c. vbi in perſona eiuſdem virginis dicitur: *Et quaſi plantatio roſæ in Hiericho.* Roſa enim de ſpinis naſcitur; & tamen ſpinam non habet. ſic virgo Maria, quamuis de Iudæa quæ vtique peccatis ſpinoſa erat, nata ſit; nullum tamen ſpinæ i. peccati aculeum ſenſit. Vnde de ipſa virgine canit Eccleſia in officio Aſſumptionis eiuſdem: *Et ſicut dies verni circundabant eam flores roſarum, & lilia conuallium.* De hac roſa pulcherrima, & immaculata ait Bern. in quodã ſermone: *O virgo virga nobilis, virga Ieſſe, per quam in ramo conualuit qui perierat in radice. Radix amaritudinis Eua: Ramus æternæ dulcedinis Maria. Miranda & profundiſſima diſpenſatio diuinæ ſapientiæ: quod talis virga naſcitur de radice tali, talis filia de tali matre, talis libertas de tali, ſeruitute præſcripta, talis imperatrix de tali captiua, de tam ſicca ſpina, tã florens roſa.* hæc ille. Septima figura habetur Eccleſ. 24. vbi dicitur in perſona virginis, *quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris.* Myrrha enim à ſe, & ab aliis vermium putredinẽ expellit, quod beatæ virgini non conueniret, ſi aliquando vermibus, id eſt, dæmonibus per peccatum originale ſubiacuiſſet, & ab eis corroſa eſſet: & ideo beata virgo, quæ innocentia, & puritate ſua diabolum effugauit: dicere poteſt illud Cant. 5. *Manus meæ diſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima.* Octaua figura habetur Cant. 2 vbi cœleſtis ſponſus inquit de ſponſa ſua virgine benedicta: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Licet enim lilium inter ſpinas naſcatur, tamen ſine ſpinis eſt, & totum candidum atque odoriferum extat. ſic beata Virgo Maria quamuis à primis parentibus per peccatum ſpinoſis ſit propagata: tamen ſine macula fuit, & per munditiam, & puritatem candida atque odorifera permanſit. Nona figura habetur Can. 6. vbi dicitur: *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora cõſurgens?* Aurora enim à lumine incipit: & ſemper in lumine creſcit, quouſque ſoli iungatur, & nunquam lumine priuatur: ſic beata virgo à lumine diuinæ gratiæ incipiens, nullis vnquam eſt peccatorum tenebris obſcurata, ſed ſemper in virtutum omniũ claritate ſuccreſcens: tandem cum Sole iuſtitiæ dulciſſimo filio ſuo in cœleſti gloria mirandis circundata fulgorib. eſt coniuncta: Ideo eius claritatem intuẽs Eſa. propher. 18. ſui li. c. inquit: *Sicut lux meridiana clara eſt.* De hac quoque virgine benedicta dici poteſt illud 2. Re. 23. *Sicut lux auroræ oriente ſole, mane abſq; nubibus rutilat.* Quæ verba exponens Franc. de May de virgine Maria, in ſermone de conceptione eiuſdem dicit: *Ita anima virginis reſplenduit abſq; nubibus peccatorum.* de hac etiã figura habetur in officio conceptionis, quo vtuntur quidam religioſi, in quo canitur: *O beata progenies, & veneranda ſeries, vnde ſurgit vt aurora Maria virgo decora.* Decima figura habetur Pſal. 18 vbi dicitur: *Dies diei eructat verbum.* Quod exponit Ber. id eſt, *Angelus Virgini annunciat arcanum incarnationis filij Dei, qui eſt verbum patris.* Cum ergo per diem figuretur beata virgo, ſitq; e dies ſemper in lumine, ſequitur quod mater Dei ſemper fuit in lumine gratiæ, & nunquam in tenebris peccati. Ipſa ergo puriſſima virgo fuit dies illa, quæ nunquam habuit noctem delicti, de qua dicitur Zach 14. *Erit dies vna, quæ nota eſt Domino.* Vndecima figura habetur in prædicto Pſal. 18, vbi dicitur: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum.* Per ſolem enim intelligitur beata virgo, quia ſicut ſol clarior eſt omnibus ſyderib. & eſt incorruptibilis, ſic beata virgo in ſua conceptione fuit clarior, & purior omnibus peccatis. non ſolum autem dicitur ſol; ſed clarior, & pulchrior ſole nominatur. Vnde Sap 7. ſcriptum eſt: *Hæc ſpecioſior ſole.* Et Apocal 12 dicitur: *Amicta ſole.* quia ſemper fuit illuſtrata lumine diuinæ gratiæ. Ideo dicitur in officio conceptionis: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum Dominus, quia de immaculata virgine omni puritate fulgida natus eſt Chriſtus.* Duodecima figura habetur, Nu. 24 vbi dicitur: *Orietur ſtella ex Iacob.* ſicut enim ſtella remota eſt ab omni peregrina impreſſione, ſecundum philoſoph. in primo de cœlo, & mundo: ſic beata virgo ab omni impreſſione peccati fuit aliena. Singulariter autem Beata virgo ſtellæ marinæ comparatur: & per ipſam figuratur. Vnde canit Eccle. *Aue maris ſtella.* Et ſecundum Hieronym. ad Euſtochium: *Maria interpretatur maris ſtella.* Stella etenim marina nũquam patitur occaſum, ſed eſt ab occaſu diſtantiſſima. Beata autem virgo in conceptione neſcivit occaſum peccati originalis, ſed ab omni peccatorum occaſu diſtans fuit. Aliæ etenim ſtellæ, id eſt, ſancti aliquando perdiderunt ſplendorem diuinæ gratiæ per peccatum, de quibus dici poteſt illud Ioel. 2. c. *Stellæ retraxerunt ſplendorem ſuum.* Hæc autem ſtella fulgẽtiſſima, nunquã fuit, nec erit ſine ſplẽdore. Vnde ipſa ait illud Eccleſia. 24 c. *Vſq; ad futurum ſeculum non deſinam.* Ideo de ipſa virgine canit eccleſia in miſſa Natiuit. Domini, di. *Stella ſemper rutilans, ſemper clara.* Ex quo clare oſtẽditur quod

6. fig. eod. c. Roſa.
7. fig. Eccl. 24. Myrra
8. fig. Can. 2. Lilium.
9. fig. Can. 6. Aurora.
10. fig. Pſ. 18
11 fig Pſ. 18 Sol.
Expo. Ap 12 amicta ſole.
Expo. N 24 ſtella

Digitized by Google

ſus ſanctiſſima cõceptione tres conſiderationes faciemus.
Prima dicitur rationabilitatis.
Secunda auctoritatis.
Tertia & vltima appellabitur exemplaritatis.

PARS PRIMA HVIVS ſermonis, In qua rationes afferentur pro Concep. B. V.

Decem rationibus probari poteſt vltra prędicta, quòd B. Virgo ab originali peccato fuit immunis. Prima quarum dicitur mediationis. Quandocunque etenim eſt inter aliquos inimicitia, pro reconciliatione non conuenit accipere tertiũ, niſi ille ſit offenſi amicus, multo minus autẽ talis mediator debet eſſe particeps delicti, per quam participationem ſit & ipſe dol ſus. Nam inimici amicus inimicus eſt. a. g. C. de inoffic. teſta. l. liberi de quo per Bald. & Cy. in l. ſi quis teſtibus. C de teſt. & per Bar. in l. ſciendum § ſi accuſ. r. o. ff. de leg. facit textus & quod ibi notat glo. in l. 1 § cum patronus vit. recte. ff. de offic. præfec. vr. Et ideo et tanquam inimico non crederetur ff de teſti l. 3 § 1 Virgo itaque, quę debebat mediare inter humanam naturam & Chriſtum venturum, non debebat eſſe rea, & conſcia delicti; alioquin eſſet indigna reconciliatrix, dicente Greg. in moralibus. *Cum is qui diſplicet, ad interpellandum mittitur, irati animus ad iracundiam prouocatur.* Miſſa eſt ergo virgo benedicta à patribus exilio damnatis, tanquam digna reconciliatrix ad Deum: quæ ſi non eſſet digna, pœnam mereretur argu. in c. nihil. de elec. ſed quia non eſt repulſa, immo iratum Deum placauit, digniſſima inuenta eſt: & per conſeque. ſine originali culpa Chriſtus ergo inter patrem, & populum mediauit: virgo inter filium, & delinquentes, quòd ſi ipſa peccaſſet; vbi eſſet ſpes noſtra? vbi reclinatorium capitis noſtri? ſi mater eſſet rea, quid nobis eſſet ſeruis inutilibus? Deſperare poſſemus vbi ipſa ſingulari priuilegio puritatis non fulgeret. Et hanc rationem tangit magiſter Bartholomæus Piſanus, in lib. beatæ virginis, fructu 7 dicens: *Maria fuit mediatrix inter nos, & filium: ergo debuit carere omni illo, in quo erat diſcordia, aliter non fuiſſet bona mediatrix.* hæc ille. Secunda ratio dicitur perfectionis. Si enim virgo benedicta ab originali peccato non fuiſſet præſeruata: Chriſtus nõ fuiſſet perfectiſſimus redemptor, vt probat Scot. in 3. d. ſ 3. vbi dicit quod perfectiſſimus modus placandi aliquem pro offenſa contrahenda, eſt præuenire ne offendatur. Iſta ergo conſequentia in Theologia eſt ſuſcipienda. Chriſtus fuit humani generis redemptor perfectiſſimus, *Dei enim perfecta ſunt opera*, Deut. 32. ergo aliquid humanum indiuiduum fuit à peccato præſeruatum, & hoc probatur ſic. Perfectiſſimus redemptor eſt cui nõ deficit aliquis modus redimendi. per enim denotat integritatem. l. verbum pernoctare ff de ver. ſig. cum igitur ſex modis fiat redemptio: ſequitur quòd omnib. his aliquem in humano genere Chriſtus redemit. Primus modus eſt quo aliquis redimitur poſt lapſum in mortali peccato. Et hoc modo communiter redimuntur peccatores: & redempti fuerunt primi parentes. Nam eorum peccatum quoad eos, fuit actuale mortale. vt oſtendit magiſter in 2. di. 30. qu. 8. licet quoad nos dicatur originale. Secundus modus eſt, quo quis redimitur poſt lapſum in originale: & hoc modo redimuntur pueri; & quicunque aliquando baptizantur, ſi habebant ſolum originale peccatum. Tertius modus eſt quo quis redimitur poſt lapſum in peccatum veniale. Et hoc modo redimuntur viri perfecti, qui ſubleuantur poſt venialem commiſſionem iuxta illud Prou. 24. *Septies in die cadit iuſtus & reſurgit.* quòd notat glo. In ſti. de iuſti. & iut. in prin. & in aut. de non alie. aut per. re eccl. §. vt au'em. Quartus modus eſt, quo quis redimitur ne labatur in peccatum mortale, vt creditur de Apoſtolis poſt aduentum ſpiritus ſancti. Quintus modus eſt quo quis redimitur, ne labatur in peccatum veniale. vt quidam putãt de ſancto Ioan. Baptiſta, propter illud quod canit Eccleſia in officio eius dicens: *Ne leui ſaltem maculare vitam Famine poſſet.* quamuis Augu. in lib. de natura & gratia oppoſitũ tenere videatur. Sextus modus omnium aliorum perfectiſſimus eſt, quo quis præſeruatur ne labatur in originale peccatum. Cum ergo hoc modo Deus nullum alium præſeruauerit: igitur tenendum eſt quod ipſam benedictam matrem ſuam tali modo redemit. Quia enim Beata virgo, vt res ſingularis mũdo donata eſt, filius eius decere potuit illud, quod notatur in l. ob res ff de pact. is don. & in l. legem. C. de dona. ſcilicet *Rei quam dono, legem dico, quã volo.* De hoc autem perfectiſſimo modo redemptionis tangit Rich. in 3. diſt. 19 art. 1. q. 3 dicens, quod *aliquis liberari à pœna poteſt tripliciter intelligi, aut eos à pœna iam habita eripi: aut à reatu illius pœnæ abſolui, aut ab illo reatu præſeruari.* hæc ille. Quo quidem modo fuit beata virgo ab originali peccato liberata. Ideo in perſona Virginis glorio-

1. ratio ex eo quia B. V eſt mediatrix inter Chriſtum & nos.

2. rat. ex perfecta redemptione Chriſti.

Sex modis fit redemptio.

pantegni de regimine ſanitatis. ca. de diſputatione regendorum ſanorum : *Intentio medicorum, non eſt niſi de ſanitate cuſtodienda. ſecundum Galenum in initio ſui libri de diuerſa intentione medicorum, qui ait: Medicorum intentio, ac voluntas, non eſt niſi in ſanitate regenda. Monſtrauit enim quod vltimitas medicinæ nihil ſit aliud quam ſanitatis cuſtodia. Antiqui enim dixerunt quod melius eſt cuſtodire ſanitatem, quam morbis repugnare: quia ſanitas in ſanis reperitur, ab infirmis vero eſt abſens. Et melius eſt rem inuentam cuſtodire, quam non inuentam quærere. Sanitatis enim cuſtodia prior eſt quam infirmitatis curatio: quoniam homo naturaliter eſt ſanus, & ſanitas eſt temperamentum corporis.* hæc ille. Quibus præſuppoſitis, ſic infertur. Christus tanquam bonus medicus venit in mundum ad procurandum hominum ſalutem, & ideo Samaritanus, vulnera originalis & actualis peccati curans, appellatur à magiſtro ſententiarum in principio 4. libri. Sed boni medici triplici vtũtur medicina ſecundum philoſophum 3. ethicorum, ſcilicet præſeruatiua, conſeruatiua, & curatiua. Quarum excellentior eſt præſeruatiua, ſcilicet impedire, ne quis in infirmitatem labatur vt ſupra patuit. ergo debuit matri ſuæ hanc medicinam exhibere, eam præſeruando ne caderet in infirmitatem peccati originalis, quod quidem facere potuit, quia quicquid poteſt Deus ab aliquo remouere; poteſt etiam illud infundi prohibere, quia facilius quid ſuſpenditur ſiue præſeruatur, quam inductum tollatur. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien iur & Inſtit de re diui § apum. Sed peccatum originale multipliciter poteſt remoueri: maxime per baptiſmum fluminis, aut flaminis, vel ſanguinis, vt declarat magiſter in 4 diſtin 4. & per ſuam gratiam remittitur. iuxta illud ad Roman. 3. *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius.* Ergo etiam potuit prohibere ne in matre ſua benedicta infunderetur, quod & fecit: ſic illi digniorem exhibuit medicinam ſalutis. Octaua ratio de e tur locationis. locus enim debet eſſe proportionatus locato, vt ait Philoſophus, & commentator in 2. de anima, & 4. phyſicorum. facit ad hoc illud quod inquit gloſſ in ca dudum. de deci. diten : *Qualia ſunt prædicata, talia conuenit eſſe ſubiecta.* Sed virgo glorioſa fuit habitatio filij Dei. Vnde ipſa inquit Eccl ſiaſt. 24. *Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Ergo debuit eſſe proportio ipſi habitatori, qui fuit ſine vlla peccati macula: Puriſſime ergo ſibi non debuit eſſe mater niſi puriſſima. nec decuit Dei

8. ratio ex proportione loci ad locatum.

ſapientiam, à peccato contaminatum ſibi habitaculum deputare. Quia vt dicitur Sapient. 1. *In maleuolam animam non intrabit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.* Si igitur beata virgo fuiſſet originali peccato deturpata, non fuiſſet conueniens habitaculum filij Dei. Quia vt ait Apoſtolus 2. ad Corinth 6. *Non eſt conuentio Chriſti ad Belial.* Ergo indubitanter tenendum quod immaculata fuit, & omni puritate repletiſſima, & ad hoc adduci poteſt illud quod dicitur Sapient 8. ſcilicet, *Generoſitatem illius glorificat contubernium omnipotentis Dei.* Quod exponit Franc. de Mayro, in ſermone de Conceptione Virginis, dicens; quòd licet eius nobilitas fuerit à regibus deriuata, tamen ex diuinarum perſonarum affinitate fuit ſumme glorificata. Ex quo arguit, conſequens fuiſſe, vt ſine vlla peccati contagione conciperetur illa, ex qua oriri debebat innocentia, & iuſtitia. & hoc eſt quod per figuram dicitur Ezechiel. 43. ſcilicet, *Gloria Dei Iſrael egrediatur per viam orientalem,* id eſt, per beatam Virginem, *& terra,* id eſt, caro ipſius *reſplendebit à maieſtate eius,* ſcilicet Chriſti, id eſt, per gratiam eius virgo benedicta fulgebit iuſtitia originali Et hoc vt digna eſſet habitatio filij Dei. Quis enim ſapiens rem valdè precioſam in luto, vel in immundo loco collocaret? Quæ magnificus Dominus leproſam ibi ſponſam eligeret, aut immundam domum pro ſuo habitaculo deputaret: ſi perfecto talis dici poſſet ſtultus. ait enim gloſſa in §. certum Inſtit quod cum eo. *nota quem eſſe ſtultum, ſi eligat malum, cum poſſet eligere bonum* vt in authen quibus mo. na. eff. ſui §. 1. Quis etiam rationis capax in lecto fœtido, & immundiciis pleno iacere potius aſſentiret, quã in ſtrato mundiſſimo, & ab omnibus immundiciis elongato? Nemo enim præſumitur carnem ſuam odio habere. vt inquit glo in rebri. ff. in ius vo vceant. Beata igitur virgo Maria, quia thalamus diuinitatis fuit glorioſæ, non fuit aliqua peccati ſorde polluta Nona ratio dicitur deſtinationis, quam ponunt quidam dicentes quòd res deſtinata ad certum locum, vel finem, cenſetur ad eundem locum, vel finem actu exiſtere. ele. ne Rom. de elec. l. ex facto. § rerum. de hære. inſt. vnde dicitur quod idẽ iuris eſt de veſtimento quod eſt in fieri, quod eſt de veſtimento quod in facto l. vel veſtim. ff de aur & arg. le. Sed beata virgo ante ſecula fuit deſtinata, & deputata, vt eſſet mater Dei ſanctiſſima. ergo, &c. Nec obſtat ſi quis diceret quod prædicta intelliguntur de his, quæ ſunt in proximo fieri , quia reſpondetur quod

8. ratio ex Dei deſtinatione

Digitized by Google

ubi etiam cæleſtis miratur: Hoc totum eſt quod per Gabrielem Maria diuinitus nunciatur. Et iterũ in eodem ſerm. ait: *Cantur in canticis de Maria: Hortus conclusus, fons ſignatus, emiſſiones tuæ Paradiſus. Hortus deliciarum, in quo ſunt conſita vniuerſa florum genera, & oderamenta virtutum, ſic & ſignatus, vt neſciat violari, neque corrumpi vllis inſidijs, fraudibus ve diaboli: fons itaque ſignatus ſigillo totius Trinitatis.* Et in ſermone Annunciationis idem inquit beatæ Virgini: *Quid dicam pauper ingenio, cum de te quicquid dixero, minus profecto ſit quam tua dignitas meretur.* & Augu. in

Auguſtin. ſermone de Natiuitate virginis dicit: *Magnifica illum, ô virgo beatiſſima, qui te ab omni peccato ſuper omnes homines præſeruauit. Quis enim dicere poterit, ſine peccato ſum natus; aut mundus ſum ab omni iniquitate, dicere audebit, niſi illa virgo prudentiſſima animarum templum Dei excelſi, quam Deus ſic elegit, & prælegit ante mundi conſtitutionem, vt ſancta & immaculata mater Dei eſſet, & alia, ab æterno præſeruata, incorrupta ab omni labe peccati?* Et in alio ſermone iterum dicit. *Summa Dei ſapientia nullam in maſſa humani generis inuenit viam, per quam vt diſpoſuit in mundum veniens, eius ſubueniret luctuo, a perditioni, donec ad illam, de qua loqu mur virginem ventum eſt. Sed hæc, mex vt in mundum per humani generis lineam venit; tanta omnis boni virtute perfecte ſplenduit, vt eam Dei ſapientia veridice iudicaret idoneam, & per ipſam in hominem veniens; non tantum reatum primorum parentum, ſed etiam totius mundi peccata deleret;* hęc ille. Ex quibus verbis poſſumus arguere, beatam Virginem ſine peccato fuiſſe conceptam; ſic inferendo: vt inquit Hugo de ſancto Vict. in libro de Sacramentis, quem refert Alex. de Ales in 3. ſenteniarum di 9. ar vlt. quęſt. 1. *Illa pars naturæ ſub peccato eſſe non debuit, per quam ipſa humana natura à peccato liberanda*

Ob. ex Auguſtin. *fuit ergo*, &c. Quod ſi forte aliquis dicat, quòd Aug tenuit contrarium in libro 10 ſuper Geneſ. ad literam dicens: *Caro Adæ & Abrahæ habebat vulnus præuaricationis in lege membrorum, quæ per omnem propagata carnem tranſcurrit vſque ad corpus Mariæ; quia & ipſum eodem modo conceptũ,*

Reſp. *& exortum eſt* Reſpondetur quod illa dictio *vſque*, ibi ſtat excluſiue, ſic. n. accipitur, quando alias prauus reſultat intellectus: vt inquit Bar. in l. patronus § Sempronio. ff. de leg. 3. Hoc autem eſſet in caſu noſtro, vt patere poteſt ex præcedentibus: Nec obſtat dum dicit, *quia & ipſum eodem modo conceptum & exortum eſt*, quia per illa verba non dicit, quod concepta ſit in peccato originali. Nam loquitur copulatiue dicẽs: *conceptum, & exortum eſt.* Nullus autem negat eam exortã, & natam eſſe ſanctam, & ſine peccato. Dicendum eſt ergo, quòd loquitur ſolum de corpore virginis, quod affirmat conceptum, & exortum cum naturali inclinatione ad malum, quæ dicitur lex membrorum; vt patet ex dictis Apoſtoli ad Roman. 7. cap. ſecundum Auguſtinum, habuiſſe rebellandi aduerſus ſpiritum pronitatem, niſi fuiſſet per ſpiritus ſancti gratiam ſanctificatum. Vel reſponderi poteſt, quòd quando dicta doctorum ſunt varia, tenenda eſt illa opinio, quæ ſæpiuſ repetitur, quia verba geminata magis operantur. l. baliſta. ff. ad Trebell. Bart. l quemadmodum. ff. de agri. & ce.. & notatur in l. pacta nouiſſima. C. de pac. Dato igitur, ſed non conceſſo, quòd in prædicta auctoritate Auguſt. nus intelligeret illam dictionem, *vſque* incluſiue, tamen cum in pluribus alijs locis expreſſe tenuerit contrarium, debemus illud tenere, quia quando dictum alicuius doctoris eſt dubium in vno loco & in alio eſt clarum, magis eſt ſtandum claro. Ad quod facit quod voluit Bart. in l. priuilegia. C. de ſacroſan ec. vbi ait, quòd quando aliquid eſt dubium de iure ciuili: & clarum de iure canonico, ſtandum eſt deciſioni iuris canonici; etiam in prato Cæſaris, quod eſt notabile. cum alias in foro ciuilis ſtandum ſit deciſioni iuris ciuilis: & in foro poli deciſioni iuris canonici: vt inquit gloſſa. in §. hactenus. inſti. de gradi Vel poteſt dari reſponſio, quam dedi ſupra ſermone 3. parte 2. in reſponſione ad ſecundum argumentum, ſcilicet ſpecialitatis. Sancta quoque mater eccleſia in officio viſitationis beatæ Virginis dicit: *Tantas laudes virginis humana lingua exprimere non ſuffi it, nec etiam ſancti, & cuſtillam, in cuius illo, quem cæli capere non poterant, ſe contulit aula virginali, dignis laudum præconijs ad plenum efferre potuerunt.* Et in miſſa eiuſdem matris Dei, iterum canit: *Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam neſcio.* Et iterum dicit: *Felix namque es ſacra virgo Maria, & omni laude digniſſima* Quod autem eſt omni laude digniſſimum, nulla ignominia eſt afficiendum, nec illi eſt laus innocentiæ originalis deneganda. Si ergo iuxta eccleſiæ teſtimonium, tanta eſt intactæ virginis puritas, vt verbis exprimi non poſſit. Vnde Petrus Comeſtor inquit ipſi Beatæ Virgini: *Si fieri poſſet, quòd arena puluis, & vnda, Vndarum gutta, roſa, gemma, lilia, flamma: Æther, cælicola, nix, grando, ſexus vterque, Ventorum penna, vol ucrum, pecudum genus omne, Syluarum rami, frondes, aurum quoque penna, Ros, gramen, ſtella, piſces, anguis, & ariſta. Et lapides,*

Quando dicta Doctorũ ſunt varia, tenẽda eſt opinio quæ pluries repetitur.

Petrus Comeſtor.

Digitized by Google

pides, montes, conualles, terra, dracones, Lingua cuncta ferent, minime depromere poſſent; Quæ ſis, vel quanta virgo regina Maria, Quæ tua ſit pietas, nec littera, nec dabit ætas. Profectò non parum errare conuincitur, qui illam originali macula deturpatam fuiſſe arbitratur. Vt enim probat Franciſc. de Mayro. in 3. diſtinct. 3. *Si mater Domini contraxiſſet peccatum originale per quantumcunque tempus, vel per vnicum inſtans, peius ei fuiſſet, quam ſi fuiſſet æternaliter damnata quantum ad pœnam damni, & ſenſus.* Cuius plura argumenta pertranſeo cauſa breuitatis. Ibidem quoque multipliciter probat, ipſam beatiſſimam Virginem ſine originali peccato fuiſſe conceptam. Inter alia autem ſic dicit: *Priuilegia noui teſtamenti excedunt vetuſta, iuxta doctrinam Pauli ad Roman. 5 cap. Ibi autem fuit vna mulier ſine peccato in ſtatu innocentiæ. Item ſicut Chriſtus comparatur ad Adam ſecundum humanitatem 1 ad Corinth. 15. ſic mater Domini ad Euam in ratione excedentis ſimpliciter, quantum ad omnem innocentiam ergo &c. Item; Non decuit aliquem filium matrem ſuam odio habere, cum diuinum præceptum ſit ad oppoſitum. Si autem virgo contraxiſſet peccatum originale, tunc ita eius filius eam odio habuiſſet, vt ſententiam damnationis contra eam tuliſſet, ergo &c. Item, Decet nos attribuere matri Chriſti præconia laudis, quæ non ſunt contra fidem, vt patet in eius ſanctificatione, confirmatione, & reſurrectione, quæ quæ non ſunt niſi piè credita. Ergo & eodem modo tenendum eſt de eius præſeruatione, licet non habeatur expreſſe in ſacra ſcriptura.* In eadem etiam diſtinctione inquit prædictus doctor: *Iſta præſeruatione mater Domini fuit magis redempta, quam aliquis alius: quia efficacius redimitur, & à ſeruitute liberatur ille, qui præuenitur ne vnquam ſeruiat, quam qui poſt ſeruitutem eripitur.* Vt patet in Domino vnum ſeruum manumittente, & alteri antequam naſcatur, libertatem concedente. Item intenſius emitur illud, quod ante ſuum ortum acquiritur, ne in alienum dominium cadat, quam quod poſt talem caſum recuperatur. Maior quoque liberatio dicitur fieri illi, qui minus ſeruit, & maxima illi qui nunquam ſeruit, ergo &c. Nam ſi Turci cepiſſent aliquam chriſtianorum ciuitatem, vt Conſtantinopolim; & omnes puellas, quæ ibi naſcerentur, venderent pro certo precio, puta pro centum aureis, atque eas etemptum ſeruas facerent; Aliquis autem potens chriſtianus exburſaret mille aureos, pro vna puella vendenda, vt non efficiatur ſerua, ſed libera te-

Rationes Franſc. de Mayro.

B. V. fuit magis redempta, ob præſeruationē, quā quiuis alius.

maneat patri ſuo, profectò diceretur redemiſſe liberaliſſime ipſam puellam: & ſimiliter dici poteſt in propoſito noſtro de redemptione beatæ virginis. Sequitur autem prædictus doctor, vbi ſupra dicens: *Item melior eſt poſitio gratiæ, quam ablatio culpæ.* Ex quibus omnibus concludit quod feſtum conceptionis eſt reuerendum & celebrandum. Magiſter quoque Paulus de Luca in quodam excellentiſſimo ſermone, probat immaculatam virginis conceptionem decem medijs: & inter alia, dicit: *Beata virgo non fuit reſoluta in puluerem: ergo nec corrupta per originalem culpam, nam conſtat quod tabernaculo Chriſti plus derogat peccati corruptio, quàm in puluerem reſolutio.* hæc ille. Cuius argumentum melius explicabitur ſermone ſequenti parte 1. fundamento. 4. Nicolaus quoque de Lyra ſuper primam epiſtolam ad Theſſal. cap 4. ait: Omnes deſcendentes ab Adam præter Chriſtum, & Matrem eius, incurrunt originale peccatum. De ipſa etiam virgine inquit Alanus in Anticlaudiano: *Hæc eſt ſtella maris, vitæ via, porta ſalutis, Regula iuſtitiæ, limes pietatis, origo Virtutis, venia mater, thalamuſque pudoris Hortus concluſus, fons conſignatus, oliua Fructificans, cedrus redolens, paradiſus amœnus, Virgula pigmenti, vinaria cella, liquore Prædita diuino, nectar cæleſte propinans, Neſcia ſpinæ, florens roſa, neſcia culpæ, Sol radians, expers limi, lux nubila pellens: Spes miſeris, medicina reis, tutela beatis: Proſcriptis reditus, erranti ſemita, cæcis Lumen, deiectis requies, pauſatio feſſis.* Beatus etiam Baſilius in ſermone annunciationis ait: *Quid dulcius, fratres chariſſimi? Quid iucundius? Quid ſalubrius? Quid felicius, quam de beata virgine loqui, de virgine cogitare, de virgine prædicare, & ipſam in omnibus ſequi & imitari: hæc eſt redemptio noſtra, ſalus, vita, ſpes, conſilium, refugium; & auxilium noſtrum. Hæc eſt quæ fuit in vtero matris abſque originali peccato concepta, & generata, ab omni mortali vitio ſegregata, omni etiam veniali peccato priuata: & in cunctis actibus & moribus ſuis ſpiritus ſancti gratia plena, & fœcunda. Non ergo diffidas ô peccator, ſed in cunctis Mariam ſequere, & ipſam inuoca. Aſpice cælum, & ſicut ſtellas numerare non poteris, ſic nec Mariæ virtutes. Aſpice tamen cælum, & videbis Mariam Seraphicam, ſuper quam Dominus voluit ſedere. Aſpice cælum, & videbis Mariam Cherubicam, quam Dominus voluit virtutibus, & meritis ſuper omnes creaturas fulgere. Aſpice cælum, & videbis Mariam Angelicam; quam Dominus voluit cunctis ſubuenire.* hæc ille. Qui etiam

Paulus de Luca.

Lyra.

Alanus.

Baſilius.

etiam inquit: *O Maria, tu candoris, & decoris forma, cui in terris non eſt æqualis, nec in cœlis iama*, & Bernard. ſuper *Miſſus eſt*, dicit: *Quod per ſe ſola Trinitas in ſola, & cum ſola Virgine voluit operari; ſoli datum eſt noſſe, cui ſoli datum eſt experiri.* hæc ille. Si ergo huius feliciſſimæ virginis gratiæ præ multitudine, & magnitudine ab humana intelligentia cognoſci non poſſunt, quis illi originalis iuſtitiæ gratiam putabit defuiſſe? Sanctus quoque Hilarius in quodam ſermone ait: *O virgo benedicta ſuper omnes fœminas, quæ Angelos vincis puritate, quæ omnes ſanctos ſuperas pietate.* Et beatus Cyprianus in uno ſermone dicit: *O virgo iuſta, & omni iuſtitia pleniſſima: cuius conceptio ſingularis* Origenes etiam in quadam homil. de ipſa beatiſſima virgine loquens, ait: *Quæ neque ſerpentis perſuaſione decepta, nec eius venenoſis afflatibus eſt infecta.* Et beatus Anſelmus, in ſermone conceptionis beatæ virginis dicit: *Hodie concepta eſt ſtella cœli Hodie concepta eſt palma virtutum. Hodie concepta eſt ianua cælorum.* Quæ omnia falſa eſſent, ſi virgo glorioſa vitio fuiſſet ſuperata: & propter peccatum ei fuiſſet cæli ianua clauſa.

Bernar. Hilarius. Cyprian. Orig. Anſel.

PARS TERTIA, IN qua idem confirmatur exemplis, & miraculis.

MVltis exemplis & ſimilitudinibus Mariæ innocentia declaratur: de quibus tractat beatus frater Michael de Carcano in ſuo quadrageſimal', de pœnitentia, ſermon 8. parte vltim. De quibus aliqua referemus ſequendo doctrinam quæ ponitur in l. 3. §. videamus ergo. ff. de col bo ſcilicet, dicimus exemplo, vt res manifeſt. or fiat, quæ ſententia etiam habetur in §. alia autem. Inſtit. de actio. & notatur in l. vt reſponſum. C. de tranſac. dicam ergo illud quod habetur in l. 1. in princ. ff. de præſcrip. ver. ſcilicet ne res exemplo careat, paucis agam. Licet autem vnum exemplum ſufficiat, l. ita vulneratus ad fin. ff. ad legem Aqui tamen ad maiorem virginalis innocentiæ declarationem, ſaltem quatuor, aut quinque naturalia exempla, eum tribus miraculis ſubnectam. Sicut enim ſolares radij ſuper lutum deſcendentes, ab illo deturpari non poſſunt, ſed ipſum potius illuminare noſcuntur: ſic & anima beatæ virginis ſuper lutum

Primum exemplum

humanæ naturæ deſcendens à fæce originalis culpæ ſordidata non fuit, ſed totam potius humanam naturam illuſtrauit. Ideo in officio conceptionis canitur: *Sicut ſolaris radius corruptionis neſcius, intraſti matris viſcera, ô glorioſa domina. Sicut etiam aurum in viſceribus terræ non corrumpitur ſed magis perficitur: ſic benedicta virgo in matris viſceribus corrupta non eſt vlla macula; ſed potius à ſpiritu ſancto ſanctificata.*

Secundum

Ramus qui que à bona arbore procedens, in malam arbo em inſertus non inficitur ab ea, ſed potius illi perfectionem tribuit: ſic anima glorioſæ Virginis à Deo proueniens inſerta in corpus; etiam de ſemine infecto propagatum, maculata non fuit: ſed ipſum potius multimoda perfectione repleuit. Nos quoque addere poſſumus exemplum ſalamandræ, quæ in igne permanet, & periculum tranſit, & tamen non comburitur, nec caloris ardorem ſentit: ſic intemerata mater Dei in lumbis parentum igne peccati ardentium permanſit, & per illos tranſijt, & tamen illius peccati ardorem in ſe non recepit. Aliam quoque ſimilitudinem ponit Franc. ſc. de Mayrone, in ſermone de conceptione Virginis dicens: *Sicut aër genitus, in inſtanti, quo gignitur, à ſole illuminatur: ita anima virginis illuminata fuit à ſole iuſtitia in inſtanti conceptionis.* Eius quoque puritas & innocentia in ferculo Salomonis declaratur, de quo Cantico. 3. dicitur: *Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum media charitate conſtrauit.* Miraculoſo etiam exemplo Mariæ conceptio veneratur. Nam cum in ciuitate Aquilana reuerendus pater frater Bernardinus Feltrinus ordinis noſtri prædicaſſet, atque populum hortatus fuiſſet: vt in omni tribulatione ſua beatam Virginem deprecaretur, vt eum liberaret ad reuerentiam ſuæ immaculatæ conceptionis, quædam mulier finita prædicatione ad domum reuerſa, inuenit puerum ſuum cum gladio in manu ſua. Cum autem mater exclamaret, timens ne aliquid ſibi mali faceret; ille cœpit cum gladio aufugere. Cum ergo curreret, gladium ad pectus caſu poſuit, & ſuper eum cecidit: quod videns mater eius, ſtatim eleuauit mentem ad Beatiſſimam Virginem Mariam, rogans eam, vt ad reuerentiam ſuæ puriſſimæ conceptionis filium ſuum tanto periculo defenſaret. Mirabile dictu: Cum gladius omnes pannos dicti pueri pertranſiſſet, atque vſque ad carnem nudam perueniſſet; ſtatim ſe reflexit, ac ſi eſſet cera mollis, & in nullo puerum læſit:

Tertium. Miraculũ in gratiam Cõception.

Digitized by Google

Aliud miraculum. læſit In ciuitate etiam Pariſienſi vt refert Franc. de May in ſermone de conceptione Virginis, quidam magiſt. in theologia, cum deberet in conceptione ſ. de ea ſermocinari, & vellet in mane prædicare, quòd ea concepta fuit in peccato originali; nocte ſubſequenti apparuit turba ſanctorum doctorum pariter, & Angelorum ſedes parata eſt, ſuper quam ſedit nobilis regina, quæ miſit pro illo magiſtro dicens: O magiſter, quid ego vnquam tibi feci? quia hoc mane vis contra meum honorem prædicare. & iuſſit eum flagellari. Quo facto genu flexus veniam poſtulabat. Tunc beata virgo, dixit Angelo Gabrieli: Vade & doce huic ſermonem quem mane faciat vniuerſitati Pariſienſi. Cui Gabriel ait: Aperi os tuum, & implebo illud. Statim igitur magiſter ſenſit in corde ſuo ſermonem pulcherrimum, in quo demonſtrabatur quòd regina cæli concepta fuit ſine peccato originali, & illum prædicauit populo Pariſienſi mane ſequenti. *Aliud miraculum.* Aliud quoque mirabile accidit patri cuiuſdam fratris noſtri ſcilicet Clementis de Claris, qui eundo ad feſtum conceptionis celebrandum, equo in præcipitium molendini cadente, ipſe mirabiliter incolumis euaſit cum filio ad culmen; cum tamen præ magnitudine caſus, ſella per medium ſciſſa eſſet in duas partes. Et ideo omnes laudemus ipſam benedictam Virginem, cum deuota muliere, dicente Domino noſtro Ieſu Chriſto, illud Luc. 11. *Beatus venter qui te portauit.*

Epilogus ſermonis. Vere beatus venter qui neſciuit maculam: venter innocentiæ, bonitatis omni ſuauitate repletiſſimus, Domus Dei ſancta; templum manu Dei factum: arca ſalutis: arca fœderis inter Deum & homines, vbi reconditum eſt manna ſuauiſſimum; tabernaculum ornatiſſimum, in quo omnes mundi theſauri ciuitatis Dei cæleſtis ædificatæ ſunt ex margaritis; veſtis candida; tunica inconſutilis deſuper contexta per totum: pellis Salomonis admirabilis: Caro Chriſti immaculata: mons Dei: locus in quo abſconditus eſt Deus: habitaculum ſpiritus ſancti: hoſpitium diuinitatis: viſcera Deifera: ſcala Paradiſi: ſol qui neſcit occaſum: Luna perfecta: ſtella matutina: thronus excelſus, ſuper quem ſedet vir, qui eſt Deus, & homo: turris fortitudinis, ex qua mille clypei pendent: murus inexpugnabilis cum propugnaculis: columba candidiſſima ſine felle: virga Aaron pullulans, à veneno ſerpentis Pharaonis illæſa: ignis Dei inextinguibilis: oleum ſanctum omni liquori ſupereminens: Flos campi, & lilium conuallium: roſa redolens, mulier amicta ſole: lunam ſub pedibus habens: radix Deum germinans: Cedrus alta Libani, palma ſuper omnes arbores exaltata: oliua in campis ſpecioſa, cypreſſus odorifera. Platanus iuxta aquas exaltata: cinnamomum, & balſamum aromatizans. Per illam ergo puritatem, qua tu virgo innocentiſſima emicuiſti, impetra nobis gratiam perueniendi ad gaudia Paradiſi. Amen.

DE EADEM EXCELLENTISSIMA Virginis Conceptione.

SERMO SEPTIMVS.

Vbi multa alia argumenta, miracula, reuelationes, ac fructus recitantur.

DIxit Deus fiat lux. Geneſ. 1 Illuminatus doctor Franciſcus de Maytonis in ſermo. de Conceptione Virg. Mariæ, exponit verba thematis noſtri de ipſa matre Dei, dicens ipſam per lucem primariam fuiſſe figuratam: quia in conceptione ſua tota lucida fuit, & ſine vlla peccati obſcuritate. Et idem in eodem 1. Geneſ. cap. cum dicitur: *Vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris*, Exponit Franciſcus vbi ſupra de Virgine Maria; dicens: quòd Deus tenebras peccati cum ea eſſe non permiſit. Et ideo ad hoc applicari poteſt illud Ioann. 1. *Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Lucida enim virgo per innocentiam, non fuit à peccati tenebris comprehenſa. Vel exponatur, quòd homines propter ſuam pertinaciam tenebroſi nolunt eius claritatem comprehendere, quamuis tot prodigijs toti mundo ſit demonſtrata. Hæc ergo glorioſiſſima virgo eſt illa lux præclariſſima, de qua dicitur Heſter 8. *Noua lux oriri viſa eſt* de qua etiam dici poteſt illud Sapient. 7. *Super omnem ſtellarum diſpoſitionem luci comparata inuenitur prior.* Ipſi quoque virgini conuenire poſſunt illa verba Eſaiæ octauo, vbi dicitur: *Orietur in tenebris lux tua* mater etenim redemptoris noſtri tota ſplendida, & clara, tanquam

Digitized by Google

tanquam lux õrta eſt de parentibus per peccatum tenebroſis. Ideo magiſter Bartholomeus Piſanus in libro beatæ Virginis, volens incipere tractatum de eius conceptione, titulum ſeptimi fructus ponit di. *Maria, vt lux edita*. & de cuius immaculata conceptione tres conſiderationes faciemus Prima dicetur fundationis.

Secunda operationis.

Tertia, & vltima appellabitur fructificationis.

PRIMA PARS HVIVS SERmonis, argumentis referta pro eadem Conceptione.

VLtra argumenta in præcedentibus ſermonibus poſita, multis alijs fortiſſimis argumentis corroboratur veritas virginalis innocentiæ, & puritatis. Primum quorum dicitur gratificationis, & accipitur à Fran. de May. in ſermone de conceptione virginis, vbi ait: *Sicut ab æterno fuit virgo præordinata ad plenam gratiam, ſic fuit prædeſtinata ad perfectam naturam*, hæc ille. Cum ergo in ipſa beata virgine fuerit plenitudo gratiarum, ita quòd omnes creaturas meritis, & virtutibus, & gratijs ſuperauit: iuxta illud Hierony. in ſermone ad Euſtochium dicentis: *Sic itaque vbique confidenter ſancta Dei canit eccleſia, quod de nullo alio ſanctorum, & fas eſt credere, & vltra Angelorum, & Archangelorum merita tranſcenderit*. &c. Vnde ipſi glorioſæ virgini dici poteſt illud Prouer. vl. *Multæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias, tu verò ſupergreſſa es vniuerſas*. Sequitur, quòd ipſa mater Dei etiã habuit perfectionem naturæ; & in hoc ſuperauit omnes creaturas. Hanc autem perfectionem nõ habuiſſet, ſi originalis peccati plaga vulnerata fuiſſet, ergo, &c. Secundum fundamentum dicitur deſponſationis. Decens etenim fuit, & & conſonum rationi, vt ſponſa caſtiſſima Dei nunquã careret gratia ſui ſponſi, ſed ſemper iungeretur illi glutino charitatis, ita vt nec quidem per momentum inter ipſam, & ſponſum inimicitia contraheretur; nec diuortium fieret; quod licite fieri non poteſt ſine cauſa. 32. q. 1. c. de benedicto. & q. 6. c. nihil. & de frigi. & male, c. ſi. Si autem in peccato originali fuiſſet benedicta virgo concepta, pro illo tunc, non fuiſſet eius amica, ſed inimica, & à ſponſo ſuo diuertiſſet, & ſeparata fuiſſet, ſed inter ipſam, & Deum ſemper fuit amicitia, & dilectio. Vnde ipſa inquit. Can. 6. *Ego dilecto meo & dilectus meus mihi*, ſcilicet coniunctus eſt; & ſemper fuit vnitus, ergo ſine peccato concepta fuit. Ab æterno enim ſemper dilexit eamm, vt

1. Ratio à gratia ad naturam.

2. Ratio ex amore ſponſali.

matrem ſuam futuram, & in tempore, vt matrem factam, ſecundum Sco. & Hugonem de Caſtro nouo, in 3. di. 3. Et ideo eam defendit à vituperio peccati originalis, fuit namque ille, de quo dici potuit illud, Ouid. in 2. ſine ti. ſ. *Felix qui quod amat, defendere fortiter audet*. Tantus etenim fuit amor inter Chriſtum, & matrem eius; quòd de eis dici poterat illud eiuſdem poetæ. 4. de Triſtibus, ſcilicet. *Hi duo corporibus, mentibus vnus erat*. Tertium fundamentum dicitur præſeruationis, & defendit virginem glorioſam à veniali peccato, quod non priuat gratia Dei, & poteſt ſtare cum charitate, vt dicunt Theol. in 4. di. 21. & ibi. Sco. q. 1. & ſanctus Tho. 1. 2. q. 89. ar. 1. Et hoc vt eſſet idonea mater ſua, & ob amorem, quem ei ab æterno portauit. Ergo inconueniens videtur credere, quòd permiſerit illam labi in originale peccatum priuante gratia diuina. Non enim eſſet verus amor, ſi aliquis defenderet amicum ſuum, ne vel modicum leuiter verberaretur, quem tamen per gulam ſuſpendi, vel capite permitteret detruncari. Talis nanque diceretur fruſtra defendere amicum ſuum. Nam fruſtra ſit, quod factum non releuat. l. hæc ſtipulatio §. diuus. ff. vt lega. nomi. caueã. Cum ergo vt inquit Sco. vbi ſupra peccato veniali non correſpondeat pœna æterna ſicut originali cumque inter peccatum mortale, & veniale non ſit proportio, quia infinita venialia ſi darentur, vno mortali non æquarentur in grauitate offenſæ, vel pœnæ, vt inquit Rich. in 4. di. 26. ar. 2. q. 2. quia veniali non datur pœna infinita, ſicut mortali. Sequitur quod ridiculum eſſet credere quòd Deus dilectam ſponſam ſuam; quã à veniali præſeruare voluit, cadere permiſerit in peccato originali; quod auertit à ſummo bono, & à diuino amore, & cui pœna debetur æterna, & infinita. Nam valde maius malum eſt eſſe in peccato originali per vnicum inſtans, quàm in quantiſcunque venialibus per quantumcumque temporis ſpatiũ, vt probat Fran. de May. in 3. di. 3. Si igitur peccatum veniale minoris grauedinis, noluit Deus eſſe in anima beatæ virginis propter eius dignitatem, quia eius repugnaſſet puritati. Vnde inquit Thomas in 3. parte ſum. q. 27. ar. 6. quòd ipſa nunquam peccauit venialiter, ergo multo minus voluit Deus in ea eſſe originale, quod magis eius puritati repugnat. Et ideo eã liberauit, & cuſtodiuit ab eo, ſicut prædixerat Dauid Pſal. 120 dicens beatæ virgini: *Dominus cuſtodit te ab omni malo; cuſtodiat animam tuam Dominus. Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum ex hoc nunc & vſque in ſeculũ*. Et hoc fundamentũ ponit magiſter Petrus de Candia in 3. ſen. di. 3. vbi et-

Digitized by Google

vbi etiam dat exemplum, dicens quod ſi cum aliqua albedine non poteſt ſtare gradus nigredinis vt duo, propter eius repugnantiam, multominus poterit ſtare gradus vt quatuor, ergo &c. Quartũ fundamentum dicitur optationis. Nam optabilius eſt animam non pollui, quàm corpus incinerari: quia anima precioſior eſt corpore. c. ſi habes 24. q 3. ſed beata virgo obtinuit de corpore ne incineraretur: vnde de illo dicitur Pſal. 15. *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Et Aug. in ſermone de Aſſumptione virginis dicit: *Corpus ſanctiſſimum de quo Chriſtus carnem aſſumpſit, vermibus traditum fuiſſe ſentire non valeo, dicere erubeſco.* Ergo & credendum eſt quòd multo magis obtinuit animæ impollutionem, & incontaminationem. Ideo magiſter Bartholomæus Piſanus in libro beatæ virginis fructu. 7. arguit ſic pro conceptione virginis: *Incineratio eſt ſequela peccati neceſſaria.* Gen. 3. *Cinis es, & in cinerem reuerteris: ſed virgo non eſt incinerata, ergo &c.* Et hoc argumentum ponit Petrus Aureoli in tractatu de conceptione beatæ virginis, & ſubdit dicens, quòd beata virgo potius elegiſſet corroſionem vermium & perpetuam incinerationem in carne, quàm haberet odium & iram, atque offenſam Dei per peccatum originale. Quintum fundamentum dicitur punitionis, & eſt quorundam theologorum modernorum in 3 ſent. di 3. Quod fundamẽtum ponit reuerendus pater frater Michael de Archano in ſuo quadrageſimali, de pœnitentia, ſermon. 7 Et poſſumus arguere ſic ſecundum prædictos doctores: Si beata virgo Maria fuit cõcepta in peccato originali, fuit magis punita pro illo tempore, ſiue in illo inſtanti, quàm omnes creaturæ, quæ fuerunt in mundo, quod eſt crudele, & impiiſſimum dicere. quia alij peccauerunt actualiter, & conſequenter grauius puniri debebant, & probatur prædicta concluſio, arguendo ſic: Illud quod plus perdit pro aliquo tempore, plus punitur: ſed virgo Maria, ſi contraxit peccatum originale plus ſola perdidit pro illo tempore, quàm omnes alij damnati: quoniam ſi omnes homines huius mundi fuiſſent prædeſtinati, non attigiſſent ad virginis meritum, & præmium, ergo cum peccato mortali priuetur anima omnibus ſpiritualibus bonis, & conſtituatur ſub poteſtate diaboli, ſequitur quòd beata virgo in peccato originali, ſiue mortali exiſtens plus alijs perdidit, quia gratiam ad quam ipſa ſola erat diſpoſita habere non potuit, licet enim amiſſio futuri lucri non dicatur proprie damnum. l. nemo. ff. pro ſocio, & leg. prima paragrapho ſicut. ff. de aqua plu. ar. Nam aliud eſt lucrum non capere, aliud vero damnum ſentire. l. ſeruus. C. de pac. & leg. fin. C. de codi. tamen vbi ſpes eſt radicata de præſenti ad lucrum conſequendum, ratione talis ſpei dicitur damnum amiſſio ipſius lucri, inquit Bar. in l. poſt emancipationem. §. illud. ff. de libe. lega. & tale fuiſſet damnum ipſius beatæ virginis, quæ ad ipſas gratias erat diſpoſita de preſenti in inſtanti ſuæ conceptionis, imo ad illas ab æterno ordinata. Prouerb. 8. Item cum culpa originalis peccati pœna damni puniatur i. priuatione gratiæ, & viſionis diuinæ; potius elegiſſet mater domini omnimodam pœnam inferni, quàm diuina gratia, & viſione priuari per originale peccatum, quia vt dicunt theologi in 4 diſtin. I. & Richard. noſter, ibidem artic. 6. quæſtion. vltim. Maior pœna, quam habeant damnati, eſt priuari viſione diuina. Vnde Chryſoſtomus ſuper Mat. dicit quod *ſi eſſent decem mille gehennæ, non poſſent cum pœna, & dolore priuationis viſionis diuinæ comparari.* Et ſubdit quòd ipſe potius eligeret eſſe in inferno cum viſione Dei, quam extra ſine ea. Beata autem virgo tanto acerbius fuiſſet punita, quanto ad ampliorem gloriam, & clariorem Dei viſionem erat præparata. Et ideo probat venerandus frater Lodouicus de Turri in ſuo tractatu de conceptione virginis, quòd beata virgo potius elegiſſet eſſe in inferno, quàm in offenſa Dei per Peccatum originale. Et iterum potius elegiſſet totaliter annihilari, quam eſſe per peccatum inimica Dei. Quilibet enim debet potius velle non eſſe quàm eſſe cum Dei iniuria, vt probat Rich. in 4. ſentent. diſtinct. I. art. 4 q. 2. Alio quoque ſimili fundamento probari poteſt, ſecundum eoſdem doctores beatam virginem ab originalis peccati vitio fuiſſe præſeruatam, quod dicitur oditionis: Arguendo ſic, Si beata virgo fuit concepta in peccato originali, ſequitur quòd ipſa fuerit plus odita à Deo pro illo tempore quàm Cain aut Iudas: vel quicunque alius damnatus, quod eſt impium, & nefarium dicere. Et probatur prædicta concluſio, ſequendo doctrinam prædictorum doctorum vbi ſupra. Nam quanto pœna includens culpam eſt maior, & grauior; tanto talis peccator à Deo magis oditur: Sed pœna virginis fuit maior, quia plura bona perdidiſſet, & non propter aliud, niſi quia Deus ipſam in peccato concipi voluiſſet. Igitur illo tempore eam Deus plus quam alios odio habuiſſet. Non enim eſt aliud odium Dei quàm ſubtractio gratiæ. Sicut dilectio ipſius Dei erga creaturam, nihil aliud eſt quam gratiæ communicatio: vt dicunt theologi in 3. di. 32. Si igitur B. virgo Maria in peccato originali fuit cõcepta.

Quilibet debet potius velle non eſſe quam eſſe cum Dei iniuria.

conclu-

Digitized by Google

concludendum eſt quòd prædicto modo fuit cæteris odita, quia in peccato originali exiſtens communicationem gratiarum ad quas diſpoſi-
6. Ratio quia B.V. eſt media inter ſanctificatos in ventre, & non. ta erat, nullatenus habere potuit, vt ſupra dictum eſt, ergo &c. Sextum principale fundamentum dicitur mediationis. Inter extrema etenim neceſſario reperitur medium, vt inquit Ariſtoteles 8. Phyſic. & 7. Metamor. & notatur in .l. imperium ff. de iuriſdict. om. iudi. ſed in filijs hominum ex natis ex maſculo, & fœmina eſt repetire aliquos conceptos, & natos in originali peccato, vt ſunt communiter omnes. Aliquos vero in originali conceptos, & non natos ſed in ventre matrum ſanctificatos, vt fuerunt Iohannes Baptiſta, & Hieremias, ergo debuit reperiri aliqua perſona ex maſculo, & fœmina generata, quæ nec nata, nec concepta ſit in originali peccato. Hoc autem alicui melius non poteſt conuenire quam matri Dei, ergò &c. Ad hoc etiam fundamentum adduci poteſt argumentũ ſimile, quod ponit magiſter Petrus Aureoli in tractatu de cõceptione beatæ virginis di. ad Roman. 9. *Apoſtolus diſtinguit inter vaſa iræ & vaſa gratiæ & miſericordiæ Dei tanquam in oppoſitã vaſa. Eſt autem regula quòd ſit in vnum oppoſitorum eſt in natura, & reliquum maxime ſi excellentius ſit. Sed inter homines inuenti ſunt aliqui qui fuerunt vaſa iræ perpetua, vt concepti in originali, nec baptizati addiderunt blaſphemias actuales & in illis defuncti perpetuo ſunt damnati. Inueniuntur & alij qui fuerunt vaſa iræ, deinde miſericordiæ, vt baptizati, ergo reperiri debet extremum alterum excellentius: quod videlicet ſit aliquod vas miſericordiæ Dei perpetuum, quod nunquam fuerit de facto vas iræ, præſertim cum Deus ad miſericordiam pronior ſit quàm ad iram. Vnde ſi inuenitur aliquod vas iræ perpetuum, magis decens eſt, & rationabile quòd inuentum fuerit aliquod miſericordiæ vas æternum. Nec valet ſi quis diceret; quòd hoc vas fuit Chriſtus, nam ipſe miſericordia non indiguit, cum miſeriam peccati non habuerit, nec habere debuerit de iure, nec de facto, cui oportuerit miſereri. Maria vero etſi de facto nõ habuerit, tamen habuiſſet ſi non fuiſſet miſericordia præuenta.* hæc ille.
7 Ratio, ratione exaltatione. Septimum fundamentum dicitur exaltationis, ſic arguendo: Sicut mater Dei exaltata eſt in cœlis ſuper omnem creaturam, iuxta illud quod canit Eccleſia in officio Aſſumptionis. *Exaltata eſt ſancta Dei genetrix ſuper choros Angelorum ad cæleſtia regna.* Ita exaltari debuit in terris ſuper omnes puras creaturas per gratiam, quia gradus gloriæ correſpondet gradui gratiæ, iuxta illud Pſalmiſtæ, Pſal. 83. *Gratiam, & gloriam dabit dominus*, & hoc eſt, quod ſequitur Hieronym. in ſermone ad Euſtochium dicens; *quantam gratiam adepta eſt præ cæteris in terris; tam excellentiorem gloriam obtinet in cælis.* Sicut ergo ſi quis ædificare vellet domum altiſſimam, & non faceret principia, ſeu fundamenta debilia, ſed ſtabiliſſima. *Nam principium eſt quaſi dimidium totius*, vt ait philoſophus. 1. Ethic. & 5. Topico. Et cuiuſque rei potiſſima pars eſt principium. 1. ff. de ori. iu. vbi glo allegat illud Ouidij in epiſtolis. *Dimidium facti, qui bene cæpit, habet.* Ita Deus volens B. virginem ad tantæ ſublimitatis apicem eleuare, non voluit eius principium, ſeu fundamentum, ſcilicet conceptionis facere in debilitate peccati, ſed in robore gratiæ ſuæ Et ideo magiſter Bartholomæus Piſanus in lib. beatæ virginis, fructu .7. arguit ſic dicens: *Maria exaltáta eſt ſuper choros Angelorum, ergo originali caruit: aliter in hoc eis eſſet inferior.* Et iterum idem dicit: *Maria exaltatur ſuper omnes creaturas, ergo puriſſima fuit ſuper omnes: aliter non poſſet gloriari ſuper non habentes originale.* Ideo in quodam ſermone Bernardus dicit: *Nequaquam ſuper omnes choros Angelorum aſcendiſſet ſi eos in puritate non tranſcendiſſet.* Octauum fundamentum dicitur euitationis. Nam bonum eſt argumentum ab abſurdo euitando: vt notatur in l. Nam abſurdum. ff. de operis liber. & in l. qui ſtipendialog. C. de procu. & capit. quieſcamus. 42. diſtinct. Sed valde abſurdum fuiſſet, quòd corruptrix generis noſtri Eua, ſine corruptione fuerit fabricata, & viuificatrix humanæ naturæ Maria in morte peccati ſit concepta. Ergo ipſi dare debemus, ac tribuere hanc dignitatem, quòd ab omni macula peccati fuit præſeruata, de qua loquens Bernard. ſuper. *Miſſus eſt* ait: *O admirandam, & omni honore dignam virginem O fœminam ſingulariter venerandam ſuper omnes fœminas admirabilem; parentum reparatricem, poſterum viuificatricem*, hæc ille.

Ad quorum corroborationem poteſt adduci illud quod ponit Vbertinus de Caſali in libro primo arboris IESV CHRISTI dicens: *Sanè IESVS benedictus ſicut omnia mira creauit ſapientia, ſic illam benedictam virginem matrem ſuam talem condidit in tempore, qualem eam elegit in ſua ſacratiſſima æternitate. Et talem tam nobilitate naturæ, quam perfectione gratiæ condidit matrem, qualem decebat habere ſuam infinitiſſimam maieſtatem. Quia in ea, & de ea debebat ſumere quod in æternam ſibi eſſet vnitum vnitate perſonæ, & de qua exiret pretium totius liberationis, & iuſtificationis, & beatificationis humanæ.*

Digitized by Google

ſtuctu 7. Cumque valde congruum fuerit Deo matrem ſuam originali iuſtitia in conceptione ſua decorare, vt patere poteſt ex præcedentibus: Sequitur quod illam non tantum ſine originali peccato creauit; & præſeruauit ab omni macula, ſed etiam mirabiliori modo, & nobiliori condidit eam pluribuſque priuilegijs decorauit, quam humanus poſſit percipere intellectus. Ideo canitur in miſſa conceptionis, & dicitur Deo patri: *Qui dilectam ſponſam tuam, glorioſam virginem Mariam, omnibus virtutibus ornatam fabricaſti; & in puriſſima eius conceptione ab originalis peccati macula illæſam præſeruaſti, vt totius eſſet innocentiæ ſpeculū, & exemplar ſanctitatis, dignumque exiſteret habitaculum vnigeniti filij tui.* Vndecimum fundamentum dicitur liberationis. Pro cuius declaratione

11. Ratio ex liberatione aliorum, ob B.V.

ſciendum eſt quòd vt dicunt aliqui deuoti doctores, maximè magiſter Ambro. ordinis ſeruorum, in ſua quadrageſimali de floribus ſapientiæ, ſer. 4. parte. 2. concluſione 3 & fuit dictum ſancti Bernardini in quodam ſermone beatæ virginis, licet Adam, & Eua propter tranſgreſſionem diuini præcepti totalem meruiſſent annihilationem, & exterminationem cum omni poſteritate ſua, tamen præuidens diuina clementia hanc puriſſimam virginem eſſe in lumbis ipſorum radicaliter, à quibus naſci debebat ipſa nobiliſſima ſponſa Dei, à qua filius æterni regis generari debebat, iuxta illud Pſal. 131. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam*, ſuſpendit indignationem ſuam, & primos parentes cum omni natura humana ab æterno exterminio liberauit. Ob eiuſdem quoque virginis amorem præſeruauit Noe de diluuio: Abraham de cæde regnum. Iſaac de Hiſmael: Iacob de Eſau: ac populum Iudaicum de manu Pharaonis: & de captiuitate Babylonica liberauit. Dauid quoque de leone, & de Golia, & de Saul. Et breuiter omnes indulgentiæ, & liberationes factæ à Deo in veteri teſtamento, ſecundum prædictos doctores ob virginis dilectionem prouenere. Vnde verificatum fuit illud Prouer. 25. *Gratia & amicitia*, ſcilicet beatæ virginis *liberant*, ſcilicet ab omnibus malis. Quo præſuppoſito, ſic arguitur: *propter quod vnumquodque tale, & illud magis*, vt ait philoſophus. 2. Meta. & notatur in l. 1. ff. de contrahen. emp. & in clemen. 1. de reliquijs & vene. ſan. in glo. 3. & per Iohan. de Imo. ibidem. Si ergo Deus ob cauſam virginis alios à tantis malis liberauit, & præſeruauit, non dubium eſſe debet quòd multo magis virginem ipſam ab omni malo peccati voluit præſeruare.

12. Ratio ex debellatione

Duodecimum fundamentum dicitur debellationis. Sicut enim qui eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, vt dicitur in lib. de cauſ. & notatur per Bal. in l. hæredes. C. ad velle. Ita è contrario qui deſtructor eſt cauſæ, deſtructor etiam eſt cauſati, bonum eſt argumentum à contrario ſenſu. l. 1. §. Huius rei, ff. de offi. eius cui man. eſt iu. Cum igitur beata virgo debellauerit diabolum, qui fuit autor peccati: ergo, & ipſum peccatum credendum eſt eam debellaſſe, & ſubiugaſſe. Et ad hoc poteſt allegari illud Abacuc. 3. c. *Percuſſiſti caput de domo impij, denudaſti fundamentum eius vſque ad collum* Tertiumdecimum fundamentum dicitur coniunctionis. Nam vt inquit Boetius 4. de con ſo. *Natura reſpuit, vt contraria quæque iungantur; vt lux, & tenebræ*, ſed & Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ. Iohan. 1. Ergo ſi beata virgo fuiſſet quandoque per peccatum tenebroſa: pro ille tunc extitiſſet diuina coniunctione indigna, imo ineptiſſima, quia vt dicitur 2. ad Cor. 6. *Non eſt participatio lucis ad tenebras*. Cum igitur ſemper fuerit diuinæ coniunctioni præparata, vt patet ex præcedentibus, ergo &c. Quartumdecimum fundamentum dicitur deuentionis, vt enim inquit philoſophus, 2. Meta. In omnibus generum ſpeciebus, eſt deuenire ad aliquod vnum, quod ſit metrum, & menſura omnium, quæ ſunt in eodem genere, vt patet. Nam elementis ignis eſt perfectior: in aſtris Sol: in Angelis lucifer: in iumentis bos, in beſtijs leo, in auibus aquila, in piſcibus Siren. In ſpecie autem hominum Chriſtus primatum tenet. Condecens ergo altiſſimæ extitit maieſtati, vnam perfectiſſimam, & ſine macula condere mulierem, quæ munditia, ac virtute incomparabilis, inter alias velut matutina ſtella, innocentia, ac puritate radiaret, hæc autē excellentia nulli melius competere potuit, quàm matri Domini noſtri, ergo verax eſt opinio de immaculato conceptu virginali. Quintumdecimum fundamentum dicitur reuelationis. Pro cuius declaratione eſt ſciendum quòd multa fuerunt quibuſdam doctoribus incognita, quę poſt ea alijs fuerunt reuelata. Vnde Auguſtinus de igne inferni dubitauit, quoad eius qualitatem, & localitatem in tantum, vt nullum ad eius cognitionem reputet perueniſſe, niſi Dominico ſpiritu ei reuelatum fuerit, vt ipſe ait 20. de ciui. Dei. De quo tamen igne Grego. determinat in 4. dialogorum, & quoad qualitatem, & quoad localitatem: quod forte ſciuit per diuinam [illegible], vera eſt enim eiuſdem Auguſtini ſententia [illegible] ciui. Dei c. 3. dicentis: *Dei ſapientia, per quam facta ſunt omnia, quæ in animas ſanctas ſe transfert, & amicos Dei, & prophetas conſtituit, eis opera ſua ſine ſtrepitu intus enarrat*, hæc ille. Non ſolum autem Deus reue-

dæmonu.

13. Ratio, quia aliqu. do non ſi fet coniũcta Deo

14. Ratio ex deuētione ad vnum.

15. Ratio ex reuelatione multis fa[...]

Digitized by Google

us reuelat interiori inſpiratione; ſed etiam vocali locutione, vt inquit Sco. in prolog. 1. ſententiarum. Cum ergo pluries reuelatum fuerit ſanctis viris, quòd beata virgo Dei genetrix fuit ſine originali peccato concepta; de quibus reuelationibus dixi ſufficienter in efficio conceptionis, multas quarum ponit B. Anſel. in epiſt. ad Epiſcopos Angliæ: ſequitur indubitanter tenendũ, quòd ipſa fuit ab originali macula præſeruata: ſecundum enim doctrinã Sco. vbi ſupra ſicut ex veris propoſitionibus ſyllogiſticæ ordina is, nõ poteſt inferri niſi verum, ita & multo magis ab infallibili veritate, non reuelatur niſi verum. Si quis autem adeo eſſet pertinax quòd negaret iſtas reuelationes ab eccleſia approbatas, profectò diceretur, damnare Eccleſiam; quod maximum eſſet peccatum, probatur per c. hæc eſt fides. 24. q. 1. Sed dicent aliqui: Quid eſt quod nobis non reuelantur talia. Quibus reſponderi poteſt, quòd forte hoc procedit vna ex duabus cauſis inter alias: vel quia ipſi non merentur tales habere reuelationes: aut quia, ſi eis fierent, forſitan poſtea nõ propalarent eas. Nam quorundam eſt opinio, quòd aliqui ex eis habuerint aliquando aliquam ſupernã reuelationem, vel illuminationem, quã vel ſecularibus manifeſtare noluerunt: vel ſi eam manifeſtauerunt, ab alijs ſtulti, vel mendaces reputati ſunt: & forte poſtea ab eis ita libenter viſi, ſicut à coruis pauones videri ſolent. Omiſſis igitur prædictis reuelationibus referam reuelationem, quam fecit beata virgo Maria beatæ Brigittæ, ſicut in reuelationibus eius habetur, dicẽs: *Sicut ſi alicui volenti ieiunare, qui deſiderium comedẽdi haberet; ſed voluntas reſiſteret deſiderio, præciperetur à ſuperiore, cui obediendum eſſet, quòd per obedientiam comederet: illa comeſtio maiori remuneratione digna eſſet, quàm ieiunium ſic per talem modum coniũctio parentum meorum fuit, quando ego concepta fui ſine peccato originali. quòd ſicut filius meus, & ego nunquam peccauimus; ita nullum coniugium fuit quod honeſtius eſſet, quàm illud de quo ego proceſſi. Et quando pater meus, & mater conuenerunt matrimonialiter, plus fecit hoc obedientia, quàm carnalis voluptas, quia alij coniuges conueniunt ex voluptate carnali; mei vero parentes conuenerunt ex obedientia, & præcepto Dei. ſed ſcito quòd mea conceptio nõ omnibus fuit nota, quia placuit Deo quòd amici mei piè dubitarent de conceptione mea; vt quilibet oſtenderet zelum ſuum, donec veritas clareſceret in tempore ordinato.* Hæc virgo glorioſa. Quod quidem tempus ordinatum eſt nunc.

Reuelatio S. Brigittæ.

Aliam quoque reuelationem fecit Deus per beatum Thomam de Aquino, non multis annis elapſis. Nam cum dominus Fantinus Epiſcopus Pacauij, deuotus beatæ virgini, legeret tertiam partem ſummæ beati Thomæ, & miraretur quòd determinaſſet ibi, quod beata virgo concepta fuit in originali peccato, apparuit ei beatus Thomas, & dixit ei: *Scias Domine Epiſcope, quòd quando talem opinionem poſui, ſolum habui reſpectum ad diuinum ſtatutum, quo beata virgo peccatum originale contrahere debuerat, niſi per filium ſuum fuiſſet præſeruata. Sed Dei filius matrem ſuam ab originali macula præſeruauit* & his dictis diſparuit. Ipſe vero Epiſcopus quoad vixit, cũ magna ſolemnitate feſtum conceptionis celebrauit, & in Epiſcopatu ſuo celebrari præcepit, & licet in eius vita hæc eius viſio non fuerit alijs publicata, tamen poſt mortem ſuam frater Nicolaus de Padua, nunc profeſſus ordinis Minorum, tunc autem eius vicarius, & doctor, omnia hæc fideliſſimè expoſuit, aſſerens ſe à prænominato domino Epiſcopo hanc viſionem non ſine magna lachrymarum effuſione narrante, proprijs auribus audiuiſſe.

Reuelatio facta per S. Thom.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis in qua miracula pro Concep. adducuntur.

VT inquit Sco. in prologo primi ſenten. q. 2. miracula præcipuè à Deo facta ſunt, ad inducendum homines ad credendam ea, quæ credere tenentur, & ad quorum notitiam naturaliter peruenire non poterant, vt etiam dicit Aug. 22. de ciuit. Dei, & in lib. de vtilitate credendi. Ideo Gregor. in quadam homil. ſuper Luc. de Apoſtolis per miracula credentibus, ait: *Quia carnales adhuc diſcipuli nullo modo valebant capere verba myſterij, venitur ad miracula. Ante eorum oculos cæcus lumen recipit, vt qui cæleſtis myſterij verba non caperent, eos ad fidem cæleſtia facta ſolidarent.* Hæc ille. His præſuppoſitis probatur beatam virginem ſine originali peccato fuiſſe conceptã, arguendo ſic: Cum vera miracula ſolum fieri poſſunt à Deo, vel virtute Dei, vt oſtendit Aug. in libr. de vtilitate credendi, prope finem; ergo vbicunque fiunt miracula pro aliqua re, vel ad probationem alicuius rei, certiſſimum eſt, quòd illud eſt verum, quia Deus non poteſt eſſe teſtis falſitatis, vt demonſtrat Sco. vbi ſupra. Sed ad confirmationem innocentiæ virginalis multa coruſcauere miracula, & quotidie fiunt magna prodigia: ergo credenda eſt ipſa ante merita Dei mater, ſine originali peccato concepta. Omiſſis autem

Digitized by Google

ſis autem multis miraculis, quæ refert Iohānes Vitalis in ſuo deſenſorio: prætermiſſis etiam breuitatis cauſa illis prodigijs, quæ ad iudicandam ſuæ matris ſanctitatem, atque puritatem Saluator noſter oſtendit, de quibus in officio conceptionis plenius dixi, ſolum quædam alia ſtupenda prodigia de quàm pluribus ad præſens referre curabo. Poſſum enim non immerito dicere in hac materia illud Ouid. in 2. de remedio amo.

1. Miraculū. *Quid moror exemplis, quorum me turba fatigat:* Prætermittam ergo miraculum illius lectoris ordinis cuiuſdam, qui contra conceptionem virginis benedictæ prædicando, in medio ſermonis cecidit, & mutus eſt effectus: vſum linguæ quoad vixit amplius non habuit. Pertranſibo etiam miraculum

Secundum. quod in Anglia accidit Alexandro nequam, qui volens per ſolemnem diſputationem profanare feſtum conceptionis beatæ virginis, nocte præcedente diſputationem, doloribus magnis correptus ad cognoſcendam ſuam temeritatem, ſermonem condidit, qui incipit, *Fiat lux,*

Tertium. in quo ſuum retractauit errorem. Item miraculū illud quod in Cracouia euenit in 135. vbi quidam lector nomine Paulus cum prædicare contra cōceptionem matris Dei incepiſſet, nondum finito ſermone cecidit, & expirauit, vt teſtatur magiſter Henricus de Haſſia, quod miraculum etiam legitur in chronica ſummorum Pontificum, &

Quartum. Imperatorum. Item aliud ſtupendum miraculū quod in Alemania accidit in 144. vbi dum quidam frater ordinis cuiuſdam contra conceptionem virginis poſt prandium prædicaſſet imprecans Deum, quòd ſi verum non dixerat, affirmando Dei genetricem in peccato originali cōceptā, faceret illū eadē die mala morte perire, finito ſermone, ad dicendas veſperas cum alijs fratribus chorum intrauit, ſtatimque lupus quidam maximus adfuit, qui intrans eccleſiam totum chorum tribus vicibus circumgyrauit, omnes illos fratres horribilibus, ac terribilibus oculis aſpiciens, ſed poſtmodum facto magno impetu illum prædicatorem inuaſit; & in præſentia omnium ſuffocauit, ac interfecit; & eccleſiam exiens nunquam amplius comparuit. Pertranſibo

Quintum. etiam miraculum illius prædicatoris, qui in Caſtro Baculi in primo ſermone, quem contra illibatæ virginis conceptionē faciebat, latrare cœpit: quapropter imago eiuſdē virginis ſupra fores eccleſiæ poſita, tota ad terrā cecidit, & in puluerem redacta eſt; ob quod populus prædicatorem illū lapidare, & cōuentū deſtruere voluit, niſi bra-

Sextum. chio Domini Caſtri illius fratres ſe defendiſſent. Dimittam inſuper de illo prædicatore, qui dæmoniacum inueniens adiurauit, vt diceret an beata virgo in originali peccato fuerit concepta. Cui dæmon reſpondit: væ illis qui temerarie hoc affirmant. Solum quædam non multum antiqua miracula referam. Primum accidit in ciuitate

Mantuæ, in qua cum quidam frater ordinis cu- *Septimum.* iuſdam ordinaſſet facere publicam diſputationem, ſiue prædicationem per modum diſputationis, in qua volebat probare, quod beata virgo concepta fuit in originali peccato: & hoc in præſentia populi, & Marchionis prædictæ ciuitatis: inuitatique eſſent plures doctiſſimi viri, ille in eminentem locum aſcendens cum multis ex fratribus ſuis, multis circundatus libris, cum vellet arguere contra virginis conceptionem; ipſa benedicta virgo mutauit verba in ore eius, vnde dixit ad populum, propono vobis iſtam veram cōcluſionem, quod beatiſſima virgo Maria concepta fuit ſine originali peccato. Cum autem fratres ſui eum redarguerent, dicētes quòd male loquebatur, ille reſpondit; nunc emendabo quod dixi. Et cum vellet dicere contra virginis conceptionem, ipſa benedicta virgo iterum coegit eum vt annunciaret innocentiam eius, & diceret quòd fratres minores ſunt deuoti ipſius beatæ virginis, & ſic pluribus vicibus cum ille incitatus à fratribus ſuis vellet attentare loqui contra virginis conceptionem, nunquam potuit aliquod dicere, niſi quod beatiſſima virgo ſine originali

peccato fuit concepta. In alia quoque ciuitate I- *Octauum.* taliæ non multis annis elapſis, quidam magnus prædicator, ſcilicet magiſter Iohannes de Viterbo, immaculatam virginis conceptionem impugnans, infirmatus eſt ad mortem, cumque iam nulla ſibi eſſet ſpes vitæ, recordatus eſt miraculi, quod accidit Alexandro de Ales, qui ſecularis exiſtens, cum nollet celebrare feſtum conceptionis virginis Mariæ: ſed ipſam peccato maculatā affirmaret, graui infirmitate percuſſus, poſtea facto voto ad beatam virginem de celebranda eius cōceptione, liberatus eſt. Eleuauit prædictus frater mentem ad beatam virginem, fecitq; votum dicens: O beata virgo Maria, ſi verum eſt quòd ſine peccati macula concepta fuiſti, rogo mihi ſanitatem donare digneris in ſignum tuæ puritatis. Et ego voueo & promitto toto tempore vitæ meæ celebrare feſtum conceptionis, & prædicare, atq; annunciare populis innocētiā tuā, & retractare quicquid alias in cōtrariū prędicaui. Hoc igitur facto voto liber factus eſt: fecitq; populum per cāpanæ ſonitū cōuocari. Admirantibus igitur cunctis de tā repentina ſanatione incurabilis infirmitatis: maximè medicis: ille narrato mira-

culo

Digitized by Google

culo pulcherrimū ſermonem fecit de immaculata virginis conceptione, affirmans & approbans multis rationibus ipſam ab originali peccato fuiſſe preſeruatam. qui propterea à fratribus ſuis id moleſte ferentibus fuit incarceratus: ſed à multis deuotis beatæ virginis liberatus, nunquam opinionem ſuam de immaculata virginis conceptione voluit retractare, licet ſæpius a fratribus ſuis ad hoc peragendum fuerit diuerſimode concitatus, non ſolum precibus, ſed etiam minis, & perſecutionibus: immo pulcherrimum opus edidit, in quo inter alia ponit infra ſcripta: videlicet *Quod virginis conceptus fuit ſacer. & ab animæ omni macula immunis, quòd ſumma ſpiritus humani eſt infamia concipi in ira Dei, caligine, & tenebra culpæ, & in iniquitatibus Item quòd beati Thomæ ac veri ordinis prædicatorum propria eſt opinio, pro nullo inſtanti temporis beatam virginem ſubiacuiſſe iræ Dei, ac caligine animæ. Item quod cum Chriſtus maluerit homines de ſuo ortu dubitare, quam de matris ſuæ ſacroſanctæ fama: contra eius tamen voluntatem & famam virginis ſunt pertinaces, qui maculatū dicunt fuiſſe eius cæleſtem conceptum: Nam concepta fuit, & creata anima virginis in maiori, puriori, ac fulgidiori iuſtitia quàm anima Adæ & Euæ, conceptaque fuit ſine peccato originali, & cum rutila, originalique iuſtitia Item quod ordinaria facti reuelatio, ſine præiudicio antiquorum doctorum euertit eorum proprias opiniones de hac re: & quòd licet non derogetur illis ſanctis, ſi quædam præter ſpiritum ſanctum ſcripſerunt: derogatur tamen noſtræ ætatis eorum dicta ſequentibus. Item quòd Mahomet damnetur ab eccleſia: quia duplici via in laudes Chriſti ingreſſus eſt: peiore duplicate laudantes, & vituperantes virginis conceptum, magis ſunt damnandi, & procul à Chriſtianis repellendi: quorum ſermo dulcis ſerpit, & finit vt cancer in infamiam ſanctorum. Item quòd peccant grauiter qui fauent quouis pacto in hac re falſa his contradictoribus virgineæ puritatis, & impugnantibus vſum, & approbationem tacitam, & expreſſam ſanctæ eccleſiæ ſponſæ Chriſti, quam nunquam permiſit in minimo errare, & ſunt inimici eiuſdem Eccleſiæ matriſque & filij Dei,* hæc iſte. Quæ omnia ipſe publice prædicat vbique, reſpondens omnibus in contrarium facientibus, maxime in extrauaganti, quæ incipit, *Graue nimis*, & cætera, de qua oſtendit ſe habuiſſe notitiam. Eius nanque verba ſolum intelligi debent de illis qui non ex ſimplici opinatione; ſed ex maleuolentia, obſtinatione, & pertinacia, puriſſimæ conceptioni immaculatæ virginis aduerſantur, & eodem modo eſt intelligendum de eorum fautoribus, & ſimili modo exponi debent, & intelligi ſiqua in toto hoc opere ſimilia reperiantur.

Prædictus igitur frater Iohannes de tanto beneficio accepto à beata virgine non ingratus, tanto maiori reuerentia, & deuotione conceptionem immaculatæ virginis ſtatuit venerari, quanto eā magis primo ſtuduerat impugnare: tuncque verificatum eſt de beata virgine illud, quod ſcriptū eſt Eſa. 18. *Venient ad te, qui detrahebant tibi, & adorabunt veſtigia pedum tuorum.* Aliud verò prodigium accidit in vrbe Aquilana, in qua quidam deuotus conceptionis beatæ virginis habens inimicitiam capitalem, deliberauit inimicum ſuū interficere. Cum autem ad peragendum homicidium iret: ſe beatæ virgini commendauit, vt in hoc facto eum defenſaret, ne aliquid mali illi eueniret, ſed ad interficiendum hoſtem ſuum ipſi adiutorium præberet. Beata autem virgo volens deuotum ſuum à tanto malo retrahere, ſtatim cum ille pugionem ſuum de vagina ad occidentum inimicum extrahere voluit: cum totum retorqueri fecit cum ipſa vagina modo mirabili & impoſſibili per naturam, vel per artem humanam, ita vt nullo modo vnquam extrahi potuerit. Quo viſo miraculo illum de peccato quod peragere ſtatuerat, pœnituit. Et ſic miraculosè retortus ille pugio vſque in hodiernum permanet diem, ſicut mihi retulit quidam frater noſter, qui ipſum pugionem proprijs oculis conſpexit.

Nonum.

Prope ciuitatem etiam Mediolani à paucis annis citra, aliud miraculum euenit. Cum enim quidā nobilis beatam virginem ſine originali peccato conceptam affirmaret; frater quidam ordinis cuiuſdam illius opinionem valde pertinaciter impugnabat: Quapropter ille nobilis virginis deuotus indignatus, quod ille frater contra puritatem matris Dei obloqueretur; dixit ei: Rogo Deum vt faciat iudicium inter me, & vos. Mirabile dictu cum iſte nobilis per multos menſes febrē hecticam paſſus eſſet: quæ continue eum valde affligebat: ſtatim hoc dicto perfectè liberatus eſt. Ipſum vero virginiæ puritatis aduerſarium febris inuaſit; quæ eū per multos menſes afflixit. Et hoc mihi narrauit nobilis prædictus, qui appellatur dominus Franciſcus de Corijs.

Decimum.

Retulit quoque mihi quidam religioſus, quod in quadam terra Italiæ dum inter duos prædicatores eſſet contentio de conceptione virginis, quorum vnus afferebat illam fuiſſe peccato maculatam: alter vero ordinis Minorum affirmabat ipſam immaculatam, & incontaminatam: Tandem etiam inter mulieres exorta eſt altercatio. Dum autem quædam mantellata habitu ordinis illius fratris, impugnantis conceptionem matris Dei, pertinaciter tenere vellet contra virginis conceptionem,

Vndecimum

Digitized by Google

ptionem, vna deuota mulier tertij ordinis beati Franciſci dixit ei: Accendatur ignis magnus,& ambæ introeamus in illum;& quæ ex nobis combuſta fuerit,falſæ opinionis fuiſſe comprobetur, Cum ergo ſermo iſte alteri placuiſſet: vtræque ignem ingreſſæ ſunt. Illa autem mantellara ſtatim concremata eſt, ipſa tertij ordinis noſtri muliere in prædicto igne illæſa remanente. In Alemania etiam à tribus annis citra, quidam frater noſter nomine Thomas de Boëmia cum ita deſiccatam,& vigore deſtitutam haberet tibiam cum crure, quòd nullam habebat ſpem ſalutis: immò conſilium erat medicorum, vt eam abſcindi faceret à corpore. ipſe rogare cœpit beatam virginem, vt ei ſanitatem reſtitueret ad laudem ſuæ immaculatæ conceptionis: ad cuius honorem celebrauit vnam Miſſam ſtans ſuper altero pede:& apodiatus ſicut poterat ad altare; licet cum maximo cruciatu. Finita vero miſſa perfecte ſanatus eſt,& de illa antiqua,& incurabili infirmitate liberatus:& pedibus ſuis cœpit ambulare incolumis, qui antea ſine alterius adiutorio ire non poterat, & ad Romanam ciuitatem pedeſter profectus eſt:& mihi hoc mane retulit miraculum iſtud. Aliud ſtupendum accidit hoc anno in ducatu Ferrariẹ Nam cum ibi eſſet quidam homo idiota dæmonium habens, Illuſtriſſimus dux Ferrariæ ipſum dæmonem adiuratum interrogauit de multis quæſtionibus:& inter alias de conceptione beatæ virginis: cui dæmon mediãte lingua illius illiterati ita eloquenter reſpondit Latino ſermone,& alter Tullius videretur,& dixit quod eſt tenendum ipſam beatiſſimam virginem fuiſſe à Deo præſeruatam: & interrogatus de ratione, allegauit ad litteram rationes, quas adducit Sco. ad probandum ipſam Dei genetricem fuiſſe præſeruatam, hoc igitur videtur miraculum maximum, quod etiam dæmones non poſsũt, nec audẽt immaculatũ puriſſimæ virginis vituperare conceptũ. Sed forte aliquis aduerſarius immaculatẹ conceptionis dicet, quod non eſt credendum diabolo quia nunquam dicit verum. Cui ego reſpondeo: Ergo ſecundum te etiam tũc dixit falſum quando ait Mar. 1. & Luc. 4. quod Chriſtus erat ſanctus Dei, & quando vt habetur Mar 5. appellauit eum Ieſum filium Dei altiſſimi. licet ergo diabolus ſit mendax, de ſe, vt habetur Iohan. 8, tamen quando audiatur, cogitur per virtutẽ Dei dicere veritatẽ: quæ tunc magis credenda eſt, quando ab eo contra voluntatem ſuam eſt extorta. Prætermitto pro nunc multa alia quaſi innumera miracula, quæ quotidie Deus facit ad inuocationem,& ob reuerentiam conceptionis

Duodecimũ.

Decimum tertium.

glorioſæ virginis: quia nimis longũ eſſet illa recenſere. pro opinione vero oppoſita, nullum adhuc miraculum reperitur factum, quod ſi quis mentiendo, & proteruiendo diceret, quod de conceptione nulla facta ſunt miracula: & quod ſupra narratis nullam adhiberet fidem: illi reſpõdeo illud Aug. 20. de ciui. Dei. c. 5. vbi contra illos, qui in fide catholica negant facta eſſe miracula, inquit: Si iſta miracula facta eſſe non credunt, hoc nobis grande miraculum ſufficit, quòd totus terrarum orbis ſine miraculis credit, hæc ille. Hoc igitur habeatur pro maximo miraculo quod cõtrarium tenentes,& oſtentatione ſcientiæ intumeſcentes, ſemper in circulis, diſputationibus, & gymnaſijs florentiſſimis tam Italiæ, quã Germaniæ,& Galliæ,& per alias mundi partes tantã confuſionem patiuntur,& ſemper ſuccũbunt.

PARS TERTIA HVIVS SERmonis de fructibus ſacratiſſimæ Conceptionis.

POſſet fortaſſe aliquis dicere, ſcire vellẽ quid vtilitatis proueniat matri Dei, vel nobis, quòd ipſa concepta ſit abſque originali peccato: inania enim ſunt verba, quæ nullus ſequitur effectus l. ſi. C. de dona.& l. non curat de his, quæ ſunt ſine vtilitate. §. cumque hoc ibi nihil inutile, in proœmio inſtitutionum. Cui ſatisfacere volens, Dico quod ipſa virgo benedicta ex hac præſeruatione à peccato maiorem conſecuta eſt gloriam, vt enim inquit Sco. in 4. diſt. 22 ar. 3. q. 1. *Singularis ornatus, & gloria eſt animabus beatorũ pro innocẽtia à macula & peccato*, i. e maioris excellẽtiæ fuit, quod beata Dei ſponſa virgo Maria nunquã à caſtiſſimis amplexibus ſponſi cæleſtis ſit excluſa, quàm quòd poſt excluſionem per peccatum factam iterum ad eius amorem per reconciliationem fuerit admiſſa, glorioſiuſque fuit, ipſam nunquam aliqua culpa inquinatam fuiſſe, quam poſt contractam maculam emundatam. Inter alias autem vtilitates: tres maximè propter hanc præſeruationem recepit, prima quia non ſubiacuit illi legi, quam omnibus mulieribus peccatricibus dederat Dominus. Gen 3. di. primæ fœminæ: *In dolore paries filios & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui*. B. enim virgo ab omni macula peccati præſeruata, ſine vllo dolore, imo cum indicibili conſolatione,& iucunditate ſanctiſſimum filium ſuum parturiuit. Non etiam fuit ſub viri poteſtate, vel dominio, quia Ioſeph datus eſt ei ſponſus, non ad dominium, ſed ad obſequium.

1. Fructus.

Secundus.

Tertius.

Digitized by Google

Quartus. Secunda vtilitas eſt, quia ipſa beatiſſima virgo ab omni peccato aliena, non ſubiacuit illi decreto diuino, quod peccatoribus dedit Deus Gen. 3 dicens. *Cinis, es & in cinerem reuerteris.* Ipſa enim nõ fuit incinerata, nec à vermibus corroſa. Tertia *Quintus.* vtilitas eſt quia propter innocentiam ſuam beata virgo audacius poteſt pro nobis Deum interpellare, & ipſum pro peccatoribus exorare, & efficacius omnem petitionem ſuam valet impetrare. Et hoc eſt quod dicitur in officio conceptionis: Iubilemus omnes, & exultemus propter immaculatam Dominæ noſtræ conceptionem. valde etenim nobis profuit beatiſſimam virginem non fuiſſe per originale peccatum diuinæ maieſtatis inimicam: quæ enim nullo vnquam tempore Deum offendit, ſed ſemper in eius gratia, & dilectione permanſit apud ipſum confidentius intercedens, eius benignitatem, & miſericordiam pro nobis facilius impetrabit. Magiſter autẽ Bartho. Piſanus in libr. B. virginis, fructu. 7. inquit: *Ex hac ſacra opinione poſſunt multa ad laudem ipſius virginis inferri. Primũ, quia hæc cõceptio præ omnibus ex concubinatu natus fuit ſingularis, quia quod alij contrahunt ipſa non contraxit. Et lux generalis ſingularem in ipſa accepit exceptionem. Secundum, quia Deus legem nouam inſtituit gratiam dando, quam nulli dederat in conceptione ante illam. Tertium, prædominatio rationis ad carnem. Quartum, quia in ea eſt ſuppreſſa inclinatio ad malum, & conceſſa facilitas cum poteſtate ad bonum. Quintum, quia virgo Maria ſic Deo accepta fuit tunc. quod nunquam odita, & ſic ſemper grata fuit: quia ſtatim vt fuit, gratiam habuit. Sextum, amotio fomitis. Septimum, ſanctificatio ſpiritus ſancti, quia eim gratia affuit, non quia peccatum remoueretur. Octauum, quia vſum rationis in ſua conceptione habuit. Nam ſi Iohannes Baptiſta illum habuit in vtero matris ſecundum Ambroſ. & Auguſt. ergo virgo in conceptione. Nonum, ab inſtanti, etſi in inſtanti ſuæ conceptionis mereri incepit: ex quo vſus rationis in illa fuit; & gratia, & alia requiſita. Decimum, quia ipſa virgo fuit Deo conſecrata. Vndecimum, quia ab omni peccato fuit immunis. Duodecimum, quia præ cunctis fuit Deo accepta, quo ſequitur ipſam virtuoſis operibus mancipatam fuiſſe. Angelorum cuſtodia cuſtoditam* hæc ille. *A'ij fructus.* Poſſumus quoque addere quod ſi beata virgo non habuiſſet hanc gratiam præſeruationis ab originali, actuali peccato reſiſtere non potuiſſet: ſed ideo contra illud potentiam habuit, quia ab originali præſeruata fuit. Et hæc probantur autoritate Auguſt. contra Iulianum hæreticum, dicentis: *Profecto ſi Chriſtus minor exiſtens, originale peccatum habuiſſet, grandioris ætatis exiſtens actuale non caruiſſet. Sane quia maior exiſtens actuale non habuit, minor exiſtens originale non habebit.* hæc ille. Magnificemus ergo immaculatam Dominam noſtram: & illi hanc excellentiſſimam, & vtiliſſimam prærogatiuam tribuamus; vt ipſa intercedente ad contemplandam eius gloriam, & puritatem, in regnum cœlorum peruenire valeamus. Ipſa eſt enim illa mulier, de qua Salomon Prouerbior. vltim. inquit: *Omnes amici eius veſtiti ſunt duplicibus,* ſcilicet veſtimento gratiæ diuinæ in hoc mundo, & gloriæ in altero. Ad quam infinitam gloriam meritis eiuſdem intemeratæ matris ſuæ nos perducat Dominus Ieſus, qui cum patre, & ſpiritu ſancto ſine fine viuit & regnat, Amen.

DE EADEM MVNDISSIMA VIRGINIS CONCEPTIONE.

SERMO OCTAVVS.

IN quo ratione, auctoritate, ac miraculis ea fulcitur.

SICVT *ſol oriens mundo in altiſſimis Dei, & lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum, & fundamenta æterna ſupra petram ſolidam.* Eccleſiaſt. 26. Volens deuotorum glorioſæ virginis piæ morem gerere voluntati; qui ſicut eiuſdem illibatæ conceptionis officium octo diebus celebrant, ſecundum morem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: Ita in ipſa octaua quotidianum geſtiunt de eius puritate, atque innocentia audire ſermonem; poſſum non immerito cum beato Hieronymo illis dicere illud, quod ipſe beatus ſenex ad Paulam, & Euſtochium ſcribit, in ſermone de Aſſumptione virginis, dicens: *Timeo ſatis, & valde pertimeſco, dum veſtris cupio parere profectibus, ne forte ſicut improbus, ita & indignus laudator inueniar: profecto cum nec ſanctitas, nec facundia ſuppetat; vt beatam & glorioſam virginem digne laudare queam, quia diuinus & angelicus eſt excellentius præ-*

tius prædicata, & laudata præconijs *A prophetis quidem prænunciata A patriarchis figuris, & ænigmatibus præfigurata Ab Euangeliſtis exhibita & demonſtrata. Ab Angelo venerabiliter, atque officioſiſſime ſalutata.* Præterea qualis & quanta eſſet ab eodem dominicus declaratur cum ait *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Talibus namque dicebat virginem oppignerari muneribus: vt eſſet gratia plena, quæ dedit cælis gloriam, terris Deum, pacemque refudit: fidem gentibus, finem vitijs: vitæ ordinem, & moribus diſciplinam*, hæc ille. Cuius virginis innocentiam ſpiritu ſancto illuſtratus ſapiens Eccleſiaſticus, loquens de muliere ſancta, per quam intelligitur ſanctiſſima virgo Maria, dixit verba Thematis noſtri, ſcilicet: *Sicut ſol oriens mūdo in altiſſimis Dei* ſcilicet. fuit ipſa virgo glorioſa in ſuo ortu, quia ſicut ſol creatus eſt plenus lumine, & ſine vlla tenebra, ita mater Dei in conceptione ſua procreata, eſt fulgida lumine diuinæ gratiæ, & nunquam obſcurata fuit vlla peccati tenebra, dicitur autem orta in altiſſimis Dei, ſcilicet priuilegijs, quibus ſuper omnem creaturam fuit decorata. Subditur quoque in prædicto themate, & *ſicut lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum* Ipſa enim virgo ſuper candelabrum ſanctum originalis iuſtitiæ poſita, totum mundum innocentiæ ſuæ radijs illuſtrauit: eius quoque fundamenta fuiſſe dicuntur æterna, quia conceptio ipſius immaculata ab æterno fuit in mente diuina præordinata, & ſupra petram ſolidam conſtituta: per petram autem in ſacra ſcriptura, vt diuus inquit Hieronymus, in quadam epiſtola, intelligitur Chriſtus: ſuper hanc ergo ſolidam, & immobilem petram, ſcilicet filialem præſeruationem collocata ſunt beatæ virginis fundamenta. Et ideo ipſa virgo dicere poterat in conceptione ſua, illud Pſal. 26. *In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos* Quibus conſideratis non poſſum non mirari de quorundam duritia, ne dicam malitia: qui in die conceptionis, & procreationis iſtius ſolis diuini, non modo non celebrant deputatum per Eccleſiam Romanam officium, quinimo cantant miſſam mortuorum, quaſi ipſa virgo benedicta ſit inter mortuos per peccatum computanda. Ideo glorioſa genetrix Dei de tali iniuria poteſt conqueri, dicens illud Thren. 3 *In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos ſempiternos* Nos tamen videntes, quòd tales virginis impugnatores nihil proficiunt, dicere poſſumus cum cantore ſpiritus ſancti, illud Pſal. 2 *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania?* Ipſa vero virgo puriſſima alloquens Deum præſeruatorem ſuum, inquit illud Pſalmi

Verba Thematis quô applicentur B. V.

3. dicens: *Domine quid multiplicati ſunt qui tribulant me: multi inſurgunt aduerſum me. Multi dicunt animæ meæ: non eſt ſalus ipſi in Deo eius. Tu autem Domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.* De cuius virginis exaltata conceptione tres conſiderationes faciemus.

Prima dicetur protectionis.

Secunda aſſertionis.

Tertia vero & vltima appellabitur declarationis.

PARS PRIMA HVIVS SERmonis, in qua idem de B. V. quindecim rationibus defenditur.

DE beata virgine Maria falſo de peccato infamata & calumniata, & de eius innocentia impugnantibus, ac eam originali vitio contaminatam prædicantibus, dici poſſunt illa verba, quæ Ouid. in 4. de faſtis, de Claudia virgine, quę Cybeles nauem per Tyberim fune traxit in ſuæ innocentiæ defenſionem; & turbæ male opinantis de ea deteſtationem cecinit, dicens: *Claudia quinta genus clauſo referebat ab alto Nec facies impar nobilitate fuit. Caſta quidem, ſed non eſt credita; rumor iniquus Læſerat, & falſi criminis acta rea eſt, Cōſcia mens recti, famæ mendacia ridet: Sed nos in vitium credula turba ſumus.* Ipſa enim virgo ſanctiſſima, de qua inquit beatus Bonauen. in 3. diſtin. 3. quòd nunquam habuit remorſum alicuius peccati, nec cor eius reprehendit eam de aliquo crimine in tota vita ſua, vt ipſa cuidam ſuo deuoto reuelauit, non curat de falſis calumnijs aduerſariorum eam vituperantium, ſcilicet quoad ſe in quantum ſibi nocere non poſſunt. Imo deridet turbæ cuiuſdam credulitatem, & quorundam pertinaciam, qui illam originali macula deturpatam demonſtrare cupientes, eius famam non ſolum reprobis ſermonibus, ſed etiam famoſis libellis dilacerare non ceſſant. Nos tamen contra illorum inſultus defenſionis tela opponentes; licet fruſtra quis nitatur ſolem facibus adiuuare c. ſi omnia. 16. q. 1 nec oporteat aquas marinis fluctibus commodare. Alias de iſto forte dici poſſet illud Ouid. in lib. ſine ti. *In flammam flammas, in mare fundis aquas.* licet quoque rei ſatis demonſtratæ fruſtra adijciatur. l. 2. ff de libe. lega. & rebus claris non ſit opus coniecturis l. continuus. §. cum ita quis. ff. de ver. ob. & notorium non indigeat probatione l ſi fideiuſſor, §. qui pro rei qualitate, vbi gloſſa. & Bartho. ff. quæ ſatiſ. cogan. & cap. ſuper eo. extra de teſti. cogen.

Digitized by Google

cogen. imo etiam manifeſtùm quod eſt minus non egeat probatione, ſecundum glo. in auth. de teſti. col. 4 vnde Quintilianus lib. 5. de oratoria inſtitutione ait: *In rebus apertis tam ſtultum ſit argumentari, quam in clariſsimum ſolem mortale lumen afferre: quod enim rei alterius illuſtrandæ gratia aſſumitur clarius eſſe debet eo quod illuminat.* tamẽ quia etiam notoria declarantur. & venuſtantur allegatione. l. ſi adulterium, verſicu. idem pollioni. ff. ad legem iu. de adul. Et per Panor. in c. litteris de præſum. Item pro debito quo eidem piiſſimæ virgini aſtringimur, ſicut erga dominam ſerui, ipſius innocentiam, & puritatem nonnullis aliis fundamentis defenſare conabimur. quorum primum appellabitur ſeſſionis, & requietionis.

1. Ratio ex ſimili de ſeſſione.

Sicut enim Chriſtus ſedere voluit ſuper pullum aſinæ, in quo nemo ante ſederat, vt Matth. 21. ſcriptum eſt. Et iacere ac requieſcere voluit in ſepulchro in quo nondum quiſquam poſitus fuerat, vt dicitur Luc. 23. Sic & carnem de virgine ſumere voluit in qua nullus dæmon per peccatum ſederat, & cuius anima nunquam fuerat corrupta, vel aliquo peccato inhabitata. Et hoc eſt quod Auguſt. ſuper Io. inquit: *Sicut in ſepulchro in quo corpus Ieſu poſitum fuit, nec ante, nec poſt mortuus iacuit. Sic ipſa virgo nunquam aliquod mortale commiſit.*

2. Ratio ex impugnatione.

Secundum fundamentum dicitur impugnationis. Cum enim immaculata virginis conceptio tantis diſputationibus publicis ſit impugnata, & tantis machinationibus fuerit exagitata: & tamẽ ſemper magis ſit exaltata: & per totum orbem venerata, patet quòd fuit non ex hominum adinuentione: ſed Dei voluntate prædicata, tanquã veriſſima. Et hoc probatur per argumẽtum quod de fide Chriſti fecit ſapientiſſimus doctor Iudæorum Gamaliel Act. 5. dicens: *Si eſt ex hominibus cõſilium hoc, aut opus, diſſoluetur. Si vero ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere eos. ne forte & Deo repugnare videamini*, hæc ille. Ex cuius verbis apparet, quòd & opinio de illibatæ virginis cõceptione, quæ nullis vnquam perſecutionibus potuit diſſolui, eſt veriſſima, & ex Deo inſpirante: & quòd illam impugnantes, cum videant feſtum conceptionis prædictæ quotidie maiori veneratione celebrari in Gallia, Anglia, Hiſpania, Scotia, Hibernia, Germania, Sclauonia, ac Pannonia; atque Italia: & in vniuerſis mundi partibùs: dici quodammodo poſſunt ex obſtinatione ſua Deo repugnare.

Excuſantur antiqui doctores.

Excuſabiles tamen in hòc ſunt illi doctores antiqui, qui ſolum communem modum propagationis humanæ conſiderantes, Dei matrem in originali peccato conceptam, dixerunt. Nam credendum eſt quòd ſi nunc viuerent, atque veritatem nũc claram cognoſcerent, errorem ſuum reuocarent, & retractarent. Nam diffinitio incauta laudabiliter eſt ſoluenda. c. diffinitio, 22. q. 4. facit ad prædicta illud, quod dicitur in lege, iubemus. in fi. C. de teſta. ſcilicet, non enim peccauit antiquitas. quæ inſcita præſentis legis, priſtinam ſecuta eſt conſuetudinem. Et illud quod dicitur in § ſancimus, in auth. vt nouę conſtr. col 5. ſcilicet non videtur præuaricari legem, qui ignoranter fecit ſecundum quòd lex dudum renuit: quòd enim retractarent dicta ſua, patet ſi conſideremus verba ſancti Bernard. in epiſtola ad canonicos Lugdunenſes, in qua poſtquam poſuit opinionẽ ſuam contra conceptionem, in fine concludit, dicens. *Quæ autem dixi, abſque præiudicio dicta ſunt ſanius ſentientis, Romanæ præſertim Eccleſiæ, cuius authoritati, atque examini totum hoc ſicut & cætera quæ huiuſmodi ſunt, vniuerſa reſerno ipſius, ſi quid aliter ſapio, paratus iudicio emendare*, hæc ille. Iſti verò conceptionis aduerſarij moderni quibus reuelata veritas, & luce clarius declarata innotuit, excuſari non poſſunt, ſi non ignorantia peccant, ſed obſtinatione. Et adhoc adduci poteſt quod in ſimili ait Rich. in 4. di. 13. ar. 4. ſcilicet quòd ignorantia non facit hæreticum, ſed ſuperbia & pertinacia, ſicut in ſimili dicitur, quòd primi motus hominis non conſtituunt quem homicidam, vel reum, ſed perſeuerantia, & obſtinatio. l. 1. C ſi quis imper. ma. l. quod calore ff. de regu. iur. Item lapſus linguæ non eſt de facili trahendus ad pœnam. l. famoſi. § ne lubricum. ff ad l. Iul. ma. Talibus ergo pertinacibus, & obſtinatis. vt honeſtius loquar, non dicam cum propheta: *Redite præuaricatores ad cor.* nec cum Dauid Pſal. 4. *Filij hominum vſquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium.* Sed exhortabor illos, vt errorem ſuum deponere velint, quia vt ait Sen. lib. 3. de beneficijs, *laudabile eſt à cognito, & damnato errore diſcedere. Superbæ verò ſtultitiæ eſt perſeuerare, vt quod ſemel dictum eſt qualecunque ſit, fixum ratumque maneat.* Ne igitur de illis dici poſſit illud Exod. 33. & Deut. 9. Baruch. 2. *Populus duræ ceruicis eſt.* vel id Ezech. 2. *Filij dura ceruice & indomabili corde.* & illud Act. 7. *Dura ceruice, & incircuncisi corde*, & ne vnicuique eorum dicat Deus illud Deut. 31. *Ego ſciò contentionem tuam, & ceruicem tuã duriſsimam*, vt etiam de vnoquoq; eorum non verificetur illa ſententia Pauli ad Roman. 2. dicentis: *Secundum duritiam cordis tui & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iræ: cor enim durum male habebit in nouiſsimo.* Eccl. 3. Item ne ſint de illis

Digitized by Google

de illis quibus ait Dominus, Leui. 26. *Conteram duritiam ſuperbiæ veſtræ*. Ideo moneo eos vt mutent opinionem ſuam falſam: quia ſapientis eſt mutare propoſitum in melius. l. manifeſtiſſimi §. ſed cum C. de fur. & ſer. cor. & l. ſi vadator. §. penul. C. de ſer. expor. Et accepten opinionem veriſſimam de immaculata virginis conceptione, dicens illud quod Iudæis obſtinatis nolentibus acceptare legem Chriſti, Baruch propheta. 4. ſui libri, c. inqt dicẽs: *Cõuertere Iacob, & apprhende illã*, q3 melius eſt deſiſtere q̃ male inchoata pficere. l. Papini. §. meminiſſe. ff. de publica. Tertiũ fundamentum dicitur interpretationis: ſic arguendo: Beneficium & indultum principis eſt latiſſime interpretandum: & in gratijs eſt fienda pleniſſima interpretatio. l. ſi quando. C. de bonis vacan. & l. beneficium ff. de conſti. prin. & extra de dona. c. cum dilectus § penulti. & fi. & l. in teſtamentis. ff. de re iudi. & l. ſi furioſi C. de nup. & l. 3. §. cum vrbem ff. de offi. pre. vr. & l. verbum legis. ff. de verb. ſigni. De huiuſmodi gratia habetur in c. ſedes apoſtolica, & in c. eam te. in verbo gratia, de reſcrip. & in c. 1. in verbo gratia de cõmo. & in c. gratia. 1. q. 1. & nonnulli. de reſcript. & l. 1. §. fi. ff. de quæſtio. in verbo gratiam. Maxime autem de beneficio fienda eſt larga interpretatio, quando ſolum reſpicit fauorem illius, cui cõceſſum eſt, vt per doctores in c. odia. de re iur. l. 6. Sed beatæ virgini dedit Deus priuilegium ſuperandi ex omni parte peccatum, vt inquit Auguſt. in lib. de natura, & gratia. Ergo credendum eſt quod non ſolum dedit de actuali, ſed etiam de originali. Hoc enim indultum, & beneficium ſolum reſpicit vtilitatem virginis, non alicuius iniuriam, vt declarat magiſter Bartho. Piſanus in l. beatæ virginis, fructu 7. ergo eſt largiſſime interpretandum. Quartum fundamentum dicitur appropinquationis: quanto enim aliquis appropinquat magis principio in quolibet genere; tanto magis participat de effectu illius principij. Vnde Diony. in 4 c. cæle. hierar. inquit: quod Angeli qui ſunt Deo propinquiores, magis participant diuinam bonitatem, quam homines Cum ergo Chriſtus ſit principium gratiæ ſecundum diuinitatem quidem auctoritatiue, ſecundum humanitatem myſterialiter, iuxta illud Io. 1. *Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*. Sequitur quod beata virgo, quæ fuit propinquiſſima Chriſto, quia ab ea ipſe Chriſtus accepit humanam naturam, præ cæteris debuit plenitudinem gratiæ obtinere, & conſequenter immunitatem ab omni peccato. & iſtud argumentum fuit magiſtri Pauli

3. Ratio ex interpretatione.

4. Ratio ex appropinquatione ad Chriſtum.

Veneti in ſuo tractatu de conceptione virginis. Quintum fundamentum dicitur dilectionis. Nam vt declarat magiſter Bartho. Piſanus vbi ſupra. Deus plus diligit puritatem mentis, quã corporis, quia omnes illam tenentur habere, nõ autem corporalem. & alia ratio poteſt aſſignari, q̃a affectio trahitur ad nobiliora, & magis conſeruatiua. Ideo glo. in l. iſti quidem in fi. ff. quod met. cauſa dicit q̃ naturale eſt, vt res plus perſeueraturas quis magis diligat. & ſimilis glo. habetur in l. libero tu. in fi. ff. de verbo ſig. quibus pręſuppoſitis, dico q̃ cũ Deus elegerit integritatem, & puritatem vteri virginalis, quem nunquam voluit pollui: ſed ſemper intactum ab omni pollutione ſeruari, vt in ſpiritu vidit Ezech. propheta ſui lib. 44. ca. Ergo à fortiori credendum eſt, ipſum elegiſſe in virgine puritatem internalem animæ eius innocentis. Ideo Ambro ſuper Luc. ait de B. virgine: *Virgo erat non ſolum corpore, ſed & mente*. quod falſum eſſet, ſi anima eius per peccatum originale eſſet fornicata. Sextum fundamentũ dicitur vnionis, & eſt magiſtri Barth. Piſani, vbi ſupra dicentis: *Caro Chriſti, & Mariæ eadẽ fuit: vt patet in 3. ſen. di. 3. parentis enim & filij eadem eſt caro, vnde & faciunt vnum gradum 35 q. 5. c. primo gradu. & eadem cauſa q. 4. §. hac auctoritate. Item amborum eadem eſt natura: cum differant ſolo nomine. l. in ſuis ff. de libe. & poſthu Sed caro Chriſti nunquã fuit originali peccato obnoxia. ergo &c.* hæc ille. Et ideo B. virgo dixit filio ſuo iſtud Can 1. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, lectulus noſter floridus, tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia cypreſſina* quod ſi caro virginis non habuit fœditatem corruptionis, ſed fuit munda, multo magis anima eius innocentiã originalem per filij gratiam adepta eſt, & à diaboli ſeruitute liberata. Et hoc eſt quod Dauid Pſ. 62. in perſona ipſius virginis dicit filio Dei: *Adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua. Ipſi vero in vanum quæſierunt animam meam*. ſ. dæmones volẽtes eam ſibi ſubiugare. Ideo B. Iob inquit 31. ſui. l. c. *Vidi ſolem*, ſcilicet Chriſtum *cum fulgeret*. ſ. innocentia & ſanctitate, *& lunam*. i. B. virginem *incedentem clare*. ſ. per originalem iuſtitiam. Ad hoc autem poteſt adduci ſimilitudo cuiuſdam prædicatoris dicentis, quod quidam rex fortiſſimus habens mittere ſponſam ſuam, per quandam viam glacioſam, per quã omnes tranſeuntes cadebant, miſit ad ſubuentionem eius filium ſuũ robuſtiſſimum, qui ferratis pedibus ſuper glaciẽ pergens ac manu ſua reginam ſuſtentans ipſam incolumem, & ſine caſu tranſire fecit. Moraliter namq; hæc via glacioſa eſt, humana generatio lubrica ad pec-

Digitized by Google

ad peccatum. per quam omnes tranſeuntes cadunt: rex vero cæleſtis, vt ſponſa ſua virgo Maria libere tranſiret, fecit eam à filio ſuo habente pedes ferratos diuinitate ſuſtentari, & ſic liberam tranſire. Ideo Can. 8. dicitur ipſa Dei ſponſa progredi innixa ſuper dilectum ſuum. Septimum argumentum dicitur obligationis: & eſt eiuſdem doctoris ibidem & argui poteſt ſic: Filij obligantur parentibus toto poſſe; quia non poſſunt eis æquiualens reddere, vt dicitur 7 ethi. nulli enim ſunt qui habeant ſuper aliquos talem obligationem, qualem habent parentes ſuper filios. Inſti. de patria po. §. ius autem. & ibi gloſſa. enumerat octo cauſas in quibus filij obligantur parentib⁹. Cum ergo Chriſtus totam humanam ſubſtantiam corporalem acceperit à beata virgine, tantum fuit illi obligatus quantum alter filius vtriſque parentibus a quibus eſſentiam accepit. Et conſequenter illi magis fuit obligatus quam aliquis alius filius matri ſuæ. Cum ergo filius teneatur ſubuenire neceſſitatibus parentum. 86. di. cæterũ nullaque ſit maior neceſſitas, quam vt quis liberetur ab æterna pœna, ſequitur quod Chriſtus omnipotens qui pro toto poſſe matris neceſſitatibus ſubuenit, illam ab originali peccato, cui pœna debetur æterna, præſeruauit. Nam vt ait magiſter Bartho. Piſanus vt ſupra: *Talis præſeruatio fuit maius beneficium, quam remiſſio peccati. quia aliquod bene eſſe eſt in præſeruatione, vltra id quod eſt in remiſſione, videlicet voluntatis rectitudo, & integritas nam integritatem non dicit remiſſio: quia ibi fuit corruptio per culpam, hoc ergo beneficiũ præſeruationis debuit filius dare matri ſuæ.* hæc ille. Octauum argumentum dicitur donationis, & eſt eiuſdem doctoris, ſic arguendis vbi ſupra: Chriſtus dedit maiora virginis, quia eam ſuã matrẽ fecit & etiã donauit minus neceſſaria: ergo & minora, & magis neceſſaria. ſ. præſeruationẽ à peccato illi contulit. Qui enim ei prouidit de minus neceſſarijs, & qui prouidit minori periculo; non eſt credendũ quod maiori periculo, & damno noluerit prouideri. Maioribus enim damnis, & periculis eſt cautius, & citius obuiandum, & prouidendum. c. vbi periculum. de elec. li. 6 & c. quieſcamus 42 di. & l. 1. §. 1. ff de carbo. edi Nonum argumentũ quod ponitur a prædicto doctore ibidem, dicitur inchoationis, ſic arguendo: Non minus debuit ſtatus vitæ incipere à gratia, quam ſtatus mortis, quia ſi de quo minus &c. vt notatur in l. quanto magis, ff. de iureiuran. ſed ſtatus mortis in primis parentibus incepit à gratia ſaltem: gratis data. ergo &c. Decimum fundamentum dicitur exceptionis: quod colligitur ab Auguſt. in ſermone de aſſumptione virginis, dicente quod beata virgo Maria ab illis generalibus regulis excepta fuit, à quibus excipi promeruit eius ſingularis ſanctitas, & gratia, qua ipſa fuit digna. ſed ipſa fuit digna excipi ab illa regula generali de contrahendo originali peccato, vt patet ex dictis in 1. ſermone, parte vltima. ergo ab ipſa fuit exceptuata. 11. Ratio. Vndecimum fundamentum dicitur ordinationis, quod fuit aliquorum doctorum quos recitat Archiepiſcopus Florentinus in 1. parte ſum. ti. 8. dicens, *Ordinans vas ad ſacrificium altaris conſeruat ipſum maculis hoc enim eſt valde decens.* hæc ille Sed virgo fuit vas dedicatum, ergo decuit vt præſeruaretur etiam à macula originali. Et ita factum fuiſſe credendum eſt per illud dictum Auguſt. in ſermone de Aſſumptione virginis, qui ait quòd vbi ſcriptura diuina nihil commemorat de virgine Maria, inquirendum eſt, qđ cõueniat rationi fiatque ipſa ratio auctoritas, ſine qua nec eſt nec valet auctoritas. Ideo licet nunquam de hac virginis præſeruatione ab originali ſcriptura loqueretur, de ipſa tamen non eſt dubitandum, quin facta fuerit, quia rationabiliter fieri debuit. Vnde Augu. in ſermone de Aſſumptione Virginis dicit: *Ab improperio humanæ conditionis, à quo Chriſtus excipitur rationabile eſt vt Maria excipiatur.* facit ad prædicta illud, ꝙ inquit glo in. l. tale pactum. § patrem. ff. de pactis quæ dicit, quod id eſt de iure ſeruandum, licet non ſit ſtatutum, quod veriſimile eſt ſtatutum fuiſſe, ſi de eo inquiſitum fuiſſet. 12. Ratio. Duodecimum fundamentum dicitur mediationis, ſic: vbicunq; extrema ſunt habilia, medium preſumitur tale, qualia ſunt extrema. vt dicit glo in ca. volumus. 16. q. 4. c. cum ad ſedem. de reſti. ſpo. & c. olim. eo. ti. & ca. accedens de conuer. coniu. ſed beata virgo fuit media inter creaturam, & creatorem, ergo fuit perfectiſſima omni perfectione, quæ in creaturam cadere potuit, & ſecundum capacitatem humanæ naturæ diuinas perfectiones recepit, & 13. Ratio. conſequenter immaculata fuit. Tertiumdecimum fundamentum dicitur diſpoſitionis. Nam ſecundum philoſophum 2. de anima. Actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito c. per venerabilem. de electio. ſed beata virgo ab æterno, vt eſſet mater Dei diſpoſita fuit, in conceptione ſua ad hoc præparata eſt; vnde canit eccleſia: *Deus qui per immaculatam virginis conceptionem dignum filio tuo habitaculum præparaſti.* Et iterum. *Deus qui virginis Mariæ, corpus & animam vt dignum filij tui habitaculum effici mereretur, ſpiritu*

ſancto

Digitized by Google

ſancto cooperante præparaſti. ergo &c. Quartum
14. Ratio. decimum fundamentum dicitur delectationis: quia enim proprius locus eſt conſeruatiuus locati, vt dicitur quarto phyſicorum: & in libro de longit. & breui. vitæ. & extra illum non bene conſeruetur, cap placuit 16. quæſt. 1. Ideo vnumquodque naturaliter delectatur habitare in loco conuenienti naturæ ſuæ, ſecundum philoſophum. 4. phyſicorum: Sicut talpa in terra, piſcis in aqua, auis in aere ſalamandra in igne: Cum ergo Deus ſit puriſſimus, inquit Ariſtoteles 12. metamor. & ſimilia ſimilibus gaudeant, eiſque coniungantur, vt dicitur 8. ethicorum. & ſecundo phyſicorum. & notatur Inſtitut. de loca. in prin. & in l. illud. ff. ad l aqui. & l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de fur. & in habentibus ſymbolum facilior ſit tranſitus ſecundo phyſicorum. & notatur in l. in tem. §. item quæcunque ver. non idem. ff. de rei ven. Oportet concludere quod beata virgo, in qua Deus ſuum habitaculum elegit, iuxta illud Pſalm. 131. *Elegit eam in habitationem ſibi*, fuit puriſſima, propter cuius munditiam dicit Deus in eo Pſalmo: *Hæc requies mea in ſeculum ſeculi: hic habitabo quoniam elegi eam.* Ideo Alexander de Ales ſuper Cantic. 4. ait: Nequa
15. Ratio. quam præelegiſſet eam, niſi eſſet cæteris creaturis dignior, Deo dilectior, trinitati gratioſior, & vniuerſis excellentior & purior. Quintum decimum fundamentum dicitur demonſtrationis. Decuit enim Dei filium, qui eſt virtus & ſapientia patris primo ad Corinth. 1. demonſtrare ſuam ſapientiam, quam habet in ſummo. Sapientia autem perfecti artificis non multum commendatur, quando de re bona facit aliquid incorruptum. vt puta ſi quis ex lana mundiſſima, & precioſiſſima faceret pannum precioſum: Sed ſi de lana immunda & infecta maculis fabricare sciret pannum mundiſſimum byſſinum, & purpureum, maxime eſſet cōmendabilis. Chriſtus ergo qui omnium eſt perfectiſſimus artifex, vt ſuam demonſtraret ſapientiam, de maſſa humani generis infecta, voluit tanquam de lana corrupta hunc pannum purpureum, ac floridum, & ſine vlla infectione, ſcilicet matrem ſuam fabricare, vt omnes de eius opificio mirarentur, ſicut prædictum fuerat Eccl. 43. vbi dicitur: *Vas admirabile opus excelſi.*

PARS SECVNDA VBI adhuc probatur doctorum auctoritatibus immaculata Conceptio.

IMMACVLATAM virginis conceptionē licet duobus, vel tribus teſtibus approbare ſufficeret, quia *In ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum.* Deuteron. 19. Matt. 18. 2. ad Corinth. decimotertio cap. Quod autem 35. quæſt. 6. cap. licet vniuerſis. de teſti. & vbi numerus teſtium requiritur, duo ſufficiunt. l. vbi numerus ff. & de teſti. & §. item vbi 4. quæſtione tertia, tamen pro maiori deuotorum conſolatione, eandē opinionē etiā multorū aliorū doctorum aſſertionibus vltra prædicta comprobamus. Et primo auctoritate Gilberti Epiſcopi. in ſermone de virgine Maria dicentis: *De regali nempe tribu, & ſacerdotali originem duxit, quæ ſummum regem, atque pontificem erat paritura, cuius anima, & caro quā elegit, & fecit habitaculum ſibi ſapientia patris, ab omni malitia, & immunditia puriſſima fuit, affirmante ſcriptura, quod in maleuolam animam non introibit ſapiētia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.* hæc ille. Ipſa quoque benedicta virgo à filio ſuo præſeruata, poteſt dicere illud Iudith 13. *Non permiſit Dominus me ancillam ſuam coinquinari.* Quæ etiam veritas affirmatur dicto magiſtri Pauli Veneti ordinis Eremitarum, qui in tractatu de conceptione virginis Mariæ, reprobans opinionem impugnantium puritatem matris Dei, & reſpondens argumentis per ipſos factis contra conceptionē virginis, concludit dicens. *In hoc errauit beatus Thomas de Aquino, credens ipſam conceptam fuiſſe in originali, cuius vita etſi per Eccleſiam fuit approbata, non tantum doctrina eius, & maxime in hoc ſicut manifeſte liquet in vniuerſitate Pariſienſi, vbi eius opinio eſt reprobata, quia offendebat pias aures. eſt enim magis pium. & conſonans veritati credere animam illam benedictam infuſam eſſe carni mundæ, non infectæ Ex prædictis ergo ſequitur quòd abſolutè credendum eſt, beatam virginem non fuiſſe conceptam in peccato originali* hæc ille. Magiſter quoque Bartholomæus Piſanus prædicto in libro quem edidit de virgine Maria fructu 7. inquit: *In omni modo quo ſe diuina communicat bonitas, locū quærit mundum patet de templo, & de conſcientia hominis, quā vult eſſe mundam ab omni vitio & cōmunicet ei gratiam ſuā, quanta ergo puritate debebat nitere locus,*

in quo

Digitized by Google

in quo Deus recipi debebat ſingulariter? certè iuxta Anſel. tanta puritate, qua ſub Deo maiore nequit intelligi. & ſic fuiſſe factum credimus quia caro à verbo aſſumpta de puriſſimis ſanguinibus virginis Mariæ: virtute ſpiritus ſancti nunquam fuit obnoxia peccato, hæc ille. Et ibidem iterum ait arguendo ſic: *Sapiens debet eligere quod perfectius, & melius eſt ſed cum melius ſit habere matrem ſine macula: quam cum macula: ergo Chriſtus ſapientia increata matrem elegit ſine vlla macula.* Et iterum ibidem ait; virgo debuit elegiſſe quantamcunque pœnam, per quantumcunque tempus, quam eſſe in originali per quodcunque inſtans, ergo &c. Et iterum dicit: *Maria vocatur mater gratiæ, ergo nulla gratia ſibi defuit quo ad numerum, ſecundum Hierony. ergo nec gratia præſeruationis* Et immediate poſt ſubdit. *Maria ex omni parte peccatum contriuit, ergo nulli peccato ſubiecta fuit. Nec aliquod peccatum poteſt gloriari dominium habuiſſe in ea.* hæc ille. Auctoritate quoque prophetica probatur, beatam virginē ſine originali peccato fuiſſe conceptam. Nam Iob 3. c. dicitur: *Expectet lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ*, quæ verba exponit beatus Thom. in 3. par. ſum. q. 23. de culpa originalis peccati. & etiam ita exponit Archiepiſcopus Florentinus in 1. par. ſum. ti. 8. ca. 2. Qui doctores etiam per lucem intelligunt Chriſtum, qui dixit Ioh. 8. *Ego ſum lux mundi*, & per auroram intelligunt beatam virginem, quæ auroræ comparatur, Can 6. Dicit ergo propheta in verbis prædictis. *expectet* ſcilicet culpa originalis peccati *lucem*. i. Chriſtum *& non videat*. ſ. ipſum contaminatum, *nec ortum conſurgentis auroræ*. i. conceptionis virginis glorioſæ, de qua dici poteſt illud Pſal. 1. *In via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.* per cathedram autem peſtilentiæ intelligi poteſt originale peccatum, quod quaſi quædam generalis peſtilentia humanum genus infecit, à qua corruptione beata virgo contaminata non fuit. Vnde Auguſtinus in ſermone de Aſſumptione eius inquit: *Nulla corruptio ſequi debuit Mariam, quam tanta perfudit gratia, vt integraliter viuens, omnium genuerit integram vitam.* Et hanc auctoritatem allegat Franciſcus de Mayro in ſermone de conceptione beatæ virginis Mariæ, dicens, eam bene concludere, quod ipſa benedicta virgo ſine originali peccato fuit concepta. Cum dilecta etenim matre ſua ſemper fuit filij gratia, illam ab omnibus malis præſeruans. vnde animæ ipſius ma- … ſuæ, cum in corpore materno deberet infundi … ipſe benignus filius illud, quod ſcriptum eſt Eſa. 43. ſcilicet: *Noli timere, quia cum tranſieris per aquas*. id eſt, lubricas, & peccatrices generationes *tecum ero & flumina*: id eſt peccata *non operient te. Cum ambulaueris in igne non combureris, & flāma nō ardebit te*: ſcilicet peccati originalis, vel cōcupiſcētia carnalis *quia ego Dominus Saluator tuus.* Quod quoque in 3. lib. de vetula, in quo multa prædixit de ipſa virgine naſcitura, ait de illa: *Munda quidem, magnique animi, magnique decoris: Plura honeſtatis &c.* Hæc autem mundicia matris Dei poteſt etiam probari vltra prædicta, per dictum Ariſtot. in lib. de ſenſu & ſenſato. vbi inquit, quod ſaporoſitas fontis eſt ſecundum conditionem terræ de qua emanat. vnde & aqua emanans, & decurrens per terram amaram, ſulphuream, eſt naturaliter amara: Sed emanans de terra pura eſt dulcis, & ſaporoſa. Cum ergo fons diuinæ ſapientiæ Chriſtus plenus omni dulcedine, & puritate emanauerit de virgine benedicta, apparet ipſam fuiſſe mundiſſimam, atque omni puritate repletā, & ideo appellatur locus voluptatis de quo ſcriptum eſt Gen. 2. *Fons egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum*. id eſt, eccleſiam catholicam. De eius quoque puritate ait Salomon Sap. 7. *Nihil inquinatum in illam incurrit.* & ipſa virgo puriſſima de ſeipſa inquit, Eccle. 24. *Quaſi balſamum non mixtum, odor meus.* Non enim in ſe immiſcuit originale peccatum, vel actuale. Cum enim beata virgo, vt dictum eſt ſermone præcedenti in principio ſit per lucem primariam figurata, clarum eſt, quòd in ea non fuit vlla tenebra peccati, quia vt ait Apoſtolus 2. ad Cor. 6. *Non eſt participatio iuſtitiæ cum iniquitate, nec ſocietas lucis ad tenebras.* Ideo de ipſa dicere poſſumus illud 1. Ioan. 1. *Lux eſt, & tenebræ in ea non ſunt vllæ.* Falſum etenim dixiſſet Moyſes Gen. 1. dum inquit: *Vidit Deus lucem quod eſſet bona*, ſi aliqua in ipſa iniquitas fuiſſet. Quapropter de his qui affirmant hanc lucem fuiſſe per peccatum tenebroſam, dicere poſſumus illud Eſa. 5. *Væ qui dicitis bonum malum, & lucem tenebras, dulce amarum.* Ipſa enim puriſſima, & dulciſſima virgo inquit Eccle 24. *Ego quaſi libanus non inciſus, euaporaui habitationem meam.* Libanus autem candidatio interpretatur, & ſignificat candorem innocentiæ, originalis, qui in illa nunquam fuit inciſus per peccatum. Hæc eſt illa domus de qua dicitur Matth. ſeptimo, quòd vir ſapiens, id eſt CHRISTVS, *ædificauit domum ſuam*, id eſt matrem, *ſupra petram*, id eſt virtutis ſoliditate: quæ propter pluuiam, aut ventum, vel inundationem ſcilicet, peccati, non cecidit, fundata enim erat ſupra firmam petram. hæc ibi.

Immacu-

S. *Andreas Apoſtolus.*

Immaculatam quoque fuiſſe matrem Dei, atteſtatus fuit beatus Andreas Apoſtolus, qui vt legitur in legenda ſua, dixit Aegeæ proconſuli: *Quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, neceſſario de immaculata virgine natus eſt perfectus homo filius Dei; vt homines perditos repararet.* hęc ille. Iſta autem veritas ſacrarum ſcripturarum atteſtationibns manifeſtatur, vt ſupra paruit. Vnde beata virgo dicere poteſt illud Ioan. 5. Scrutamini ſcripturas: quoniam illæ teſtimonium perhibent de me. Sed quidā ſunt qui in ſcripturis ſcrutantur ſi virginem in iniquitate fuiſſe conceptā reperire poſſint. De quibus dici poteſt illud Pſal. 63. Scrutati ſunt iniquitates: defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Et ſequitur infra: *Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum, & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum. Conturbati ſunt omnes qui videbant eos,* &c. De talibus multum ſtudentibus, & veritatem ſcripturarum non intelligentibus, vel intelligere nolentibus, fuit prædictum Eſa. 6 vbi dicitur: *Audite hæc audientes, & nolite intelligere, videte viſionem, & nolite cognoſcere.* Non enim intellexerunt illud quod figuratum eſt. Gen. 42. ſ. quod tempore magnæ cariſtiæ, tota terra Aegypti ſunt tributaria Pharaoni, excepta ſacerdotali, per quod datur intelligi, quòd licet tempore çariſtiæ gratiæ ex defectu primorum parentum omnis humana creatura fuerit tributaria peccato, beata tamen virgo tanquam ſacerdotalis terra, libera fuit, de qua inquit Dauid Pſalmo 84. *Benedixiſti Domine terram tuam.* licet etiam aquæ diluuij cooperuerint omnes montes vt habetur Gen. 7. non tamē peruenerunt ad paradiſum terreſtrem. vt ait Damaſ. lib. 2. per quod figuraliter datur intelligi, quòd aquæ peccati non operuerunt Mariam, quę paradiſus appellatur. Vnde de illa dici poteſt illud Eccleſ. 40. Sicut paradiſus in benedictionibus. Figurata eſt etiā 3. Reg 10. vbi dicitur, quod Salomon fecit ſibi thronum de ebore grandem, & veſtiuit eum auro puriſſimo. & ſubditur, non erit opus tale in cunctis regnis: per Salomonem enim intelligitur Chriſtus, de quo Math. 12. dicitur. Ecce plus quam Salomon hic, qui parauit ſibi thronum, id eſt matrem benedictam de ebore caſtitatis, & auro puriſſimo innocentiæ, & charitatis. de quo dici poteſt illud Pſal. 88. *Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo.* hæc autem puritas, & innocentia prædictæ Virgini maximè congruebat, quæ imperatori cœleſti aula regia & thalamus idoneus præparabatur. Vnde Bernardus in quodam ſermone inquit: *Decuit reginam virginum ſine omni macula eſſe. quia genuit illum quem nullum conſtat peccatum habere.* De hac etiam virginis benedictæ excellentia prædixerat ipſe filius eius. Eſa. 60. di. *Domum maieſtatis meæ glorificabo.* Hæc quoque reginæ cæli puritas declaratur ex decreto concilij Baſilien. de quo extat Romæ bulla plumbata & autentica, atque nunquam reuocata ſic ad literam di. *Sacroſancta generalis ſynodus Baſilienſis in ſpiritu ſancto legitime congregata, vniuerſam eccleſiam repræſentans ad perpetuam rei memoriam. Elucidantibus diuinæ gratiæ myſteria mercedem glorioſam repromiſit æterna patris ſapientia, dum ait: Qui elucidant me æternam vitam habebunt. Quod etiam de beata virgine, quæ ipſam patris ſapientiam Dei filium æternum in vtero protulit, ac mundo peperit, ſacroſancta legit Eccleſia. Nam quicquid de dignitate, ac ſublimitate virginis matris educitur in lucem, hoc non eſt dubium ad laudem, & honorem Dei filij ſui pertinere, & qui honorificant matrem, & ſanctitatem matris, honorificant patrem, & ſanctitatem patris: honorificant, & elucidant glorioſum nomen filij eius qui ipſam ſanctificauit, & repleuit gratia. vnde ſi in cæteris rebus elucidatio veritatis, quæ à Domino Deo eſt. præclara merita parturit, in ea re ſpecialiter fructus vberrimos afferre ſperanda eſt, quæ ſanctificationem, & dedicationem tēpli illius concernit, in quo ante ſecula antequam terra fieret, ab æterno ſibi manſionem ordinauit prima, & æterna veritas. Idcirco maximè congruit, vt pax habeatur in quæſtionibus concernentibus ſanctificationem illius, per quam pax diffuſa eſt terris. Hactenus vero difficilis quæſtio in diuerſis mundi partibus, & coram hac ſancta ſynodo ſuper conceptione ipſius glorioſæ Virginis matris Dei, & exordio ſanctificationis eius facta eſt. quibuſdam dicentibus ipſam virginem, & eius animam per aliquod tempus, aut inſtans temporis ſubiacuiſſe actualiter originali peccato. Aliquibus econuerſo dicentibus à principio creationis ſuæ Deum ipſam diligendo, gratiam eidem contuliſſe, per quam ab originali macula illam beatiſſimam perſonam liberans; & præſeruans ſublimioris ſanctificationis genere redemit, cū fundaret eam ipſe altiſſimus, & ipſam fabricaret filius Dei patris, vt eſſet eius mater in terris. Nos autem diligenter aſpectis auctoritatibus, & rationibus, quæ iam à pluribus annis in publicis relationibus ex parte vtriuſque doctrinæ coram ſancta ſynodo allegatæ ſunt: aliiſq; plurimis in hac parte viſis. & matura conſideratione penſatis; doctrinam illam, aſſerentem glorioſam virginem Mariam præueniente, & operante diuini muneris gratia ſingulari nunquam actualiter ſubiacuiſſe originali peccato. ſed immunem ſemper ab omni originali, & actuali ruga, ſanctamque, & immaculatam ſemper fuiſſe, tanquam piam conſonam cultui Eccleſiaſtico. fidei catholicæ, rectæque rationi, & ſacræ ſcripturæ, ab omnibus catholicis approbandam fore, tenendam & amplectendam diffinimus, & declaramus nulli de cæ-*

Bulla Concilij Baſiliēſis.

Pulchrè figuratur B. Virgo.

*vero licitum eſſe in contrarium prædicare aut docere. Renouantes præterea inſtitutionem de celebranda eius conceptione, quæ tam per Romanam, quam per alias eccleſias 6. Idus Decembris antiqua, & laudabili conſuetudine celebratur, ſtatuimus, & ordinamus eandem celebritatem præfata die in omnibus eccleſijs, monaſterijs, & conuentibus chriſtianæ religionis ſub nomine conceptionis feſtiuis laudibus colendam eſſe: cunctiſq; fidelibus verè pœnitentibus, & confeſsis ea die miſſarum ſolemnijs intereſſentibus centum dies: primis, atque ſecundis veſperis totidem ſermoni vero verbi Domini de ea feſtiuitate 40. dies de iniunctis ſibi pœnitentijs conceſsione perpetuis temporibus duratura, hæc ſancta ſynodus elargitur. Datum Baſileæ in noſtra ſeſsione publica in eccleſia maiori Baſilienſi ſolemniter celebrata 5 Kalendas octobris anno à natiuitate Domini 14-*49. hæc ibi. Determinauit quoque vniuerſitas Pariſienſis, anno Dominicæ Nati. 1383 Mariam matrem Domini per nullum inſtans, vel momẽtum originali culpæ ſubiectam, ſed ſpirituali priuilegio ab omni macula immunem fuiſſe præſeruatam. De cuius conceptione inquit Anſel. in homil. virgineæ conceptionis: *Sicut fratres chariſsimi, in ſancta Eccleſia natiuitas ſanctiſsimæ virginis Mariæ colitur, & veneratur: ſic debet coli eius conceptio: niſi enim conciperetur, etiam nunquam naſceretur. Sicut autem ad ſaluandum genus humanum olim neceſſaria fuit eius natiuitas; ſic neceſſaria fuit eius conceptio. niſi enim illa conciperetur, redemptio mundi nunquam naſceretur. In ſenſu ergo Dei concipitur, & naſcitur. immo ſi diuina ratio perſicitur ſpiritualis conceptionis eius dies maior fore approbatur, quam Natiuitatis. Erubeſcant ergo inſenſati, qui tantum diem, tantaque myſteria, & ſacramenta, tenebris ignorantiæ excæcati, reſpuunt celebrare*, hæc ille. Sanctus quoque Bern. in quodam ſermone approbans conceptionem immaculatæ virginis ait: Proprium delictum Maria non habuit, & ab alieno longe innocens fuit. Ideo illi dicere poſſumus illud Eccleſ. 32. *Age cõceptiones tuas, & non in delictis, ſed in his omnibus Dominum benedicito.*

Vniuerſitas Pariſienſis.

PARS TERTIA HVIVS ſermonis, in qua nonnulla miracula referuntur: ac vtilitates pro celebrantibus feſtum.

VNum ſtupendum miraculum à nonmultis annis citra in partibus Franciæ oſtendit. beata virgo Maria ſuæ innocentiæ declaratiuum ſicut teſtimonio fide digno accepi. Dum enim vnus frater ordinis cuiuſdam prædicator cum vno fratre noſtro contenderet, atque conaretur oſtendere quod ipſa Dei genetrix originali fuit vitupetio deturpata: Socius prædicti fratris noſtri qui erat laicus, non valens ſuſtinere iniuriam virginis glorioſæ, eleuata manu ſeu pugno percuſſit dictum fratrem prædicatorem, eo quòd vituperauerat reginam cœli, & matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Verum quia ille prædicator erat ex nobilibus parentibus progenitus, dictus laicus timore ipſorum parentum, & conſanguineorum illius taliter percuſſi, aliquot dies latuit. Quærebant enim vindictam facere de ipſo fratre Sed poſt aliquot dies ille laicus noſter confidens in adiutorio innocentiſſimæ virginis exijt ad illos cognatos, & propinquos fratris percuſſi, & dixit illis: Non mala voluntate percuſſi, conſanguineum veſtrum fratrem illum prædicatorem, ſed quia infamabat puriſſimam Virginem Mariam, aſſerens ipſam peccato fuiſſe corruptam quod vobis eſſe falſiſſimum demonſtrabo. Faciatis ergo ignem magnum accendi, meque & fratrem illum immaculatæ virginis infamatorẽ intrare permittite, & qui ex nobis comburetur, eius opinio falſa reputetur. videbitiſque illum benedictæ matris Dei calumniatorem ſolum, vt meretur igne comburi. Placuit autem ſermo huius laici omnibus. & igne magno accenſo ille laicus apprehenſa manu illius prædicatoris, volebat eum trahere in ignem, at ille nunquam intrare voluit, cognoſcebat enim ꝙ moriturus eſſet, & comburendus. Tunc ille laicus ſolus intrauit in medium ignis in nomine virginis immaculatæ rogans eam, vt ſicut ſine peccati incendio fuerat procreata, ſic ipſum ab illo igne illæſum cõſeruaret. Stetit igitur in illo igne per multum tempus illæſus, & vocabat illum prædicatorem, atque ipſum inuitabat ad intrandum ignem; & quia paucas literas ſciebat laicus ipſe, dicebat Latine loquendo, ſicut melius nouerat: veni, veni & videbis, ſi beata virgo fuit concepta in originali peccato Ad hoc autem tam grande miraculum vniuerſi qui aderant ad credendum beatæ virginis innocentiam ſunt inducti. Anno etiam 3. Bonifacij 8. quædam monialis meditabatur de conceptione virginis, & facta eſt in extaſim, viditque beatam virginem ſibi dicentem: *Scias filia quod meæ immaculatæ conceptioni, & ſanctificationi interfuerunt tria millia Cherubin canentium, & dicentium: Mater Domini eſt Maria, & tabernaculũ Trinitatis.* & iubd dit beata virgo: *certa eſto de eo quod dixi tibi & prædica hoc eſſe verum ſub ſacramẽto.* Alia

Primum miraculum.

Secundum.

Digitized by Google

Tertium. 10. Alia quoque monialis dum quadam nocte admiraretur, quod eccleſia Dei non celebraret feſtũ conceptionis beatæ virginis, viſio ei eſt oſtenſa hoc modo: Nam dum dormiret, venit vox diuina ad eam di. Quare turbata miraris quod Eccleſia Dei non celebrat feſtum conceptionis matris meæ? Veni mecum, & oſtendam tibi veritatẽ Et illa timens ait: Quis es tu, qui mihi loqueris, & vox reſpondit. Ne dubites, quia ego ſum via, veritas, & vita. tunc confortata eſt, & iuit poſt vocem, quæ duxit eam ad locum pulcherrimum, & valde delectabilem. & tunc vox ei dixit: Scias filia pro certo, quod poſtquam dæmones ceciderunt de cælo, Angeli confirmati in gratia Dei, omni anno feſtum conceptionis matris meæ in cæleſti curia ſolemniter celebrarunt. quia in mẽte diuina eſt præſeruata ab æterno, & ideo ab Angelis eſt eius præſeruatio ſolemnizata. & qui deuote celebrabit hoc feſtum, remiſſionem conſequetur omnium peccatorum: & vita æterna finaliter fruetur. *Quartum.* Beatus etiam Bern. poſt mortem ſuam apparens cuidam monacho ſuo dixit; quod in cælo fit feſtum conceptionis. Multis quoque ſanctis reuelatum fuit, quod maximum gaudium fit in cœlo de conceptione eius, & ideo ſimiliter fieri debet ſolemnitas in terra. hoc autem feſtum ſolemniter celebratur pluribus vicibus, & in pluribus eccleſijs in ciuitate Lucæ quolibet anno cantando miſſam cum organis, & pulſu campanarum & ornatu eccleſiæ: & de conceptione ipſa populo prædicatur. Et propter talem celebritatem multa ab eadem virgine beneficia recipiuntur, & miracula, ac prodigia plurima fiunt.

Credit auctor eccleſiã præcepturã per decretũ generale, vt concep. B. V. ab omnibus celebretur. Credo etiam quod ſancta mater eccleſia rurſum præcipiet per generale decretum feſtum immaculatæ conceptionis ab omnibus chriſticolis ſub præcepto obſeruari. atque officium quod Domino inſpirante confeci, ab omnibus cito incipiet celebrari. Et tunc verificabitur illud Pſalm. 106. Videbunt recti, & lætabuntur. & omnis iniquitas oppilabit os ſuum. Nec timebit ſummus pontifex, quod aliqui pauci conceptionis immaculatæ aduerſarij comminentur, quod eum facient ad generale concilium, ſi hoc ſtatuerit, conuocari. Beata etenim virgo diſſipabit concilium diaboli. Nos vero virginei honoris zelatores reuelata facie gloriam Dominæ ſpeculantes; interim magnificemus eius puritatem atque quantũ poſſumus, eius ſanctitatem extollamus. Ipſa etenim virgo benigniſſima conceptionem ſuam celebrantibus impetrat primo deletionem peccatorum, Ideo in officio quo vtuntur quidam religioſi, canitur in officio conceptionis: *Conceptus beaternus Mariæ ſemper virginis venenum terſit, ac nexum ſoluit.* i. peccatorum. Secundo dat eis occaſionẽ gaudiorum. & ideo in prædicto officio cantatur: Cordis ac vocis iubilo, laudes pangamus Domino: cuius matris Conceptio mundum perfudit gaudio. Omnes igitur deuoti diem Conceptionis reuerenter debent feſtiuare. quia ſicut ipſa ab originali triſtitia liberata occaſionem accepit gaudij: ſic illis qui hoc feſtum celebrant, ſubuenit in omnibus neceſſitatibus expellendo triſtitiam, & donando lætitiam. Ideo in prædicto officio dicitur: Conceptus beatæ virginis mœſtis reddit lætitiam. præcipue autem hanc lætitiam dat ei imminente morte, quando maior eſt mœſtitia. Vnde Ambr. ſuper Apoc. ait: *O quam gaudens eſt obitus eius, qui Mariæ, dum viueret, ſedulus fuit, & deuotus.* Tertio dat eis in gradu ſuo ſtabilitionem, vt non deponantur. Et hoc probat Anſel. in quodam ſermone dicens: Quiſquis præſul, abbas, & prælatus es, recole diligentia hanc feſtiuitatem: & à cunctis iube eam coli, quia ſi eam toto corde amaueris, nunquam de gradu tuo depoſitus eris: & in meipſo probaui quod dico. hæc ille. Et idem probat Iordanus in poſtillis ſuis di. quòd quia virgo glorioſa in ſua Conceptione eſt ſingulariter a Deo honorata, ideo eiuſdem Conceptionis ſuæ deuotos cultores honorat. Quarto dat eis partus incolumitatem. Vnde Oroſius in epiſtola ad Heliodorum ait: Coram Deo noui, & in veritate comperi, quod nulla mulier in partu periclitatur, ſuper quam deuote Mariæ gratia imploratur, & dies Conceptionis eius celebratur. hæc ille. Sicut enim virgo benedicta in vtero matris ſuæ eſt non ſolum in naturalibus illæſa cuſtodita, ſed etiam gratuitis inſignita: ſic omnibus mulieribus illud in hoc feſto digne recolentibus fœtus conſeruat penitus illæſos, & illæſas cum filijs ſuis ne periclitentur adiuuat. Vnde legitur in miraculis eius, quod in Anglia circa ciuitatem Cantuarien. vir quidam ad limina Apoſtolorum nauigare volens: ſecum duxit vxorem ſuam prægnantem, quæ virgineæ Conceptionis erat valde deuota. *Miraculum* Cum autẽ nauigarent, venit tempus pariendi. Periclitante autem muliere, ſæuienteq; tẽpeſtate, ne omnes ſubmergerentur, depoſita eſt mulier extra nauem ſuper tabulam, quæ implorans auxiliũ B. virg. promiſit ei, ac deuouit, quod ſi euaderet hoc periculum, magis deuote quam vnq̃ feciſſet, celebraret eius Cõceptionẽ. Statim ergo affuit B. virgo, quę eã ad littus perduxit. atq; à periculo abortus liberauit, natoq; puero officiũ obſtetricis adimpleuit. *Secundum.* Aliud ſtupendũ miraculũ accidit in ciuitate Bergomi. vbi cũ q̃dã mulier ſup

quodam

Digitized by Google

quodam ſolatio eſſet cum puero ſuo quatuor annorum ille puer caſu cecidit de ſolario: quod videns mater deuota virginis, rogauit ipſam vt ad reuerentiam ſuæ immaculatæ conceptionis dictum puerum ſic miſerabiliter cadentem periculo liberaret, quod & factum eſt. Nam cum ipſe puer ſuper petras de alto cecidiſſet, ſine vlla penitus læſione repertus eſt. Quinto dat virgo puriſſima ſuis cultoribus pacem, & requiem in præſenti vita, & futura. Vnde Anſelmus vbi ſu. inquit: *Huius celebratoribus ſolemnitatis datur à filio virginis Domino noſtro Ieſu Chriſto. pax & longa ſalus: & poſt tranſitum huius vitæ requies æterna*, hæc ille. Ad quam requiem infinitam nos peruenire faciat ipſa virgo intemerata. Cui ſit honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

DE EADEM AB OMNIBVS CELEBRANDA.

PVRISSIMAE VIRGINIS CONCEPTIONE.

SERMO NONVS ET VLTIMVS.

Cur 9 Sermones ediderit de Cõcep.

FACTVM *eſt ſilentium in cælo*, id eſt in Eccleſia, Apoc. 7. Sicut immaculatæ Dei genitricis innocentiam omnes venerantur nouem ordines Angelorum: Ita nos illius puritatem congruit nouem exaltare ſermonibus. vt ſicut nouem beatorum ſpirituum choris omnia ſanctorum Angelorum agmina terminantur: ita his nouem ſermonibus beatiſſimæ virginis innocentia perpetuo aduerſarijs eius impoſito ſilentio claudatur. ſic vt de illis dici poſſit illud Neemiæ 5 cap. *Siluerunt. nec inuenerunt quid reſponderent*. Et de mentalibus ſilentium imponente dici poterit illud Eccleſ. 43 *In ſermone eius ſiluit ventus*. De ipſis autem ſilentium hoc ſaluiferum ſeruantibus verificabitur illud Pſalmi 111. ſ. *Lætati ſunt quia ſiluerunt*. Dicant ergo prædicti illud Hiere. 8. *Sileamus: quia Dominus nos ſilere facit*: & illud quod notat glo. in prooemio cle. in verbo, ſilentio. quæ allegat Senecam. ſ. *Nos loquentes fuiſſe quandoque, penituit tacuiſſe nunquam* Ego autẽ illis dicere poſſum illud Zach. 2. c. *Sileat omnis caro à facie Domini*. De ipſis quoque dici poterit illud Eſa. 36. *Siluerunt & non reſponderunt ei verbum*. quod vt fieri poſſit rogo Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, vt ipſe qui ſilentium ſapienter impoſuit Saducæis. vt dicitur Matth. 22. etiam omnibus impugnãtibus innocentiam virginalem ſilentium imponere velit, vt verificetur illud Iudicum 13. Iuſſit fieri ſilentium. Dicat igitur ipſe cæleſtis Imperator illud quod inquit Imperator terrenus in l. fi. C. de ſeru. dicens *Taceat apparitio* ſ. contra matrẽ meam. *horrenda vox ſileſcat*. ſ. eam prædicans peccatricem. Dicat etiam illud, quod idem imperator contra innocentium calumniatores digna pœna plectendos ſtatuit in l. omnes qui. §. fi. C. de epiſc. & clericis di. *Nemini temeritas ſua lucratiua concedatur: ſed impudens calumniantium refrenetur audacia*: & infra: Iamque ſopitis iurgiorum clamoribus, ab impijs eorum conflictationibus deſiſtant. Tales namque iam debent à ſolitis contentionibus contra beatam virginem ceſſare, cũ videant eas in ſuam ignominiam, & vituperationem redundare. Sunt enim de illis, de quibus dicitur l. ſi in pater in fi. ff. de iu. do. *Qui effuſo ſermone nimium ſe iactant, in promptu ſui periculum incidunt*. De ipſis autem dici poteſt illud, quod in iuriſconſultus in l. 1. ff de inoffi. teſt. inquit, ſcilicet *Melius facerent ſi ſe ſumptibus manibus non vexarent, cum obtinere ſpem non laborent*. Quod exponit gl. id eſt cum laborando quod optant obtinere non valeant. Si qui autem de cætero auſi fuerint reclamare contra innocentiam virginalem, poterit illis dici illud Iob 13. *Vtinam taceretis, vt putaremini ſapientes*. Taciturnitas enim Philoſophis cõuenit. vt ait Spe. in ti. de aduoca. § nunc de exordijs vir. poſtmodum. iuuat enim plurimum tacere. l. expreſſa. ff. de regu. iur. & l. ſi quis Sempronium. ff. de hære. inſti. Verum quia licet vnuſquiſque debeat vituperatione matris Dei deſiſtere, & ſilentium ſeruare, tamen omnes debent in eius laudes exultare, & nunquam ceſſare. non enim ſufficit abſtinere à peccato, niſi fiat quod bonum eſt. c. non ſatis 86. diſt. & §. iuris præcepta. & ibi gl. inſti. de iuſt. & iure. Ideo ego ſeruabo illud Eſa. 62. vbi dicitur: *Qui reminiſcimini Dei non taceatis*. Vnde dicam cum Hier. propheta. 4. ſui li. cap. *Non tacebo quia vocem buccinæ audiui* ſ. ſpiritu ſancti, me ad proclamandam virginis puritatem inuitantis. De qua adhuc tres conſiderationes in præſenti ſermone faciemus.

Prima dicetur elucidationis.

Secunda

Digitized by Google

Secunda propalationis.
Tertia demonſtrationis.

PRIMA PARS HVIVS ſermonis quæ dicitur elucidationis.

1. argu. pro eadē concep.

VLtra argumenta in præcedentibus ſermonibus poſita poſſumus elucidare beatæ virginis conceptionem multis alijs fundamentis. Quorum primum dicitur conſecrationis, ſic. Quēadmodum non conuenit quod illa, quæ non eſt virgo, fiat virginum abbatiſſa. c. iuuenculas 20. q. 1. & ibi glo. & Car. in cle. attendentes de ſta. mo. doct. in c indemnitatibus de elec. in 6. immo etiam violenter corrupta; licet virginitatem non amittat, nec perdat aureolam, non debet conſecrari ſecundum Alanum, vt dicitur in ſumma confeſſorum libro 3. tit. 3. q. 14. quod etiam tenet Tho. in 4. diſt 33. & 2. 2. q. 152. Et probatur per c. illæ familiæ 32. q. 5. & c. ſi qui non iratus 15. q. 1. Sic non fuiſſet conueniens quòd beata virgo cōſecraretur regina angelorum, virginum, & eis præficeretur ſi aliquando fuiſſet peccato quouis modo contracto, vel cōmiſſo maculata, & corrupta. Ad quod facit quod dicitur in cap. primo 35. di. ſ. *decet prælatum alijs eſſe irreprehenſibilem, & omni tempore à quocunque crimine immunem*. vt ergo natura angelica non eſſet à cephala, ſed haberet caput melius, quam luciferum; & vt Angelis puriſſimis non præficeretur aliqua creatura minoris puritatis, & virginitatis inferioris: congruum fuit quod beata virgo eſſet puriſſima, & nunquam aliquo vitio contaminata; Ideo mirandū erit ſi aliqui amplius peccatum illi imponere præſumpſerint. Nam de hoc etiam Angeli mirari dicuntur. Vnde in figura ſcriptum eſt Dan. 13. quod audientes famuli domus Suſannæ clamorem in primatio. ſ. ſenum vociferantium, Suſannam commiſiſſe adulterium: irruerunt per poſticum. At vbi locuti ſunt ſenes. i. quidam doctores antiqui erubuerūt. ſ. famuli ipſi domus Suſannæ. i. Angeli qui in domo Suſannæ i. beatæ virginis ſcilicet in cœlo miniſtrant Deo: quia nunquam ſermo huiuſmodi fuerat de Suſanna. i. de ipſa Dei matre in toto cœlo empyreo. Poſſunt etiam per famulos domus intelligi moderni deuoti. beatæ virginis, ipſi matri Dei continue famulantes, qui mirantur de dictis aliquorum antiquorum contra puritatem B. virginis, vnde ad liberandam eam irruunt per poſticum. i. per argumenta poſteriorum doctorum. & ipſi iuuenes ſequentes nouum hominem Chriſtum erubeſcunt de ſenioribus ſequentibus veterem Adam. Secūdum fundamentum dicitur coniunctionis: & poteſt colligi ex dictis beati Petri Rauennenſis epiſcopi ſuper *Miſſus eſt*. Nos autem poſſumus arguere ſic. Deus debuit aſſumere ſibi in coniugem aliquam quæ non eſſet indigna, vel cuius coniugium non eſſet lege prohibitum. Nam licet princeps ſit ſolutus legibus. l. princeps. ff. de legi. cum ſi tamen decet eum ſuis legibus viuere. l. digna vox. C eo ti. Sed matrimonium prohibitum eſt contrahi a fidelibus cum aliqua, quæ ſit diſparis cultus, ſeu infidelis. Exodi 34. & Deuter. 7. vnde matrimonium ſic contractum cum infideli, eſt nullum, 28 q. 1 § ex his. & c. caue. Ergo Deus, qui ab æterno ſibi elegit in coniugem beatam virginem, non debuit ipſam permittere labi in peccatum, quod efficeretur de ſecta diaboli; & ſic inepta eius coniugio & maternitati filij ſui. quæ quidem matrimonialis coniunctio, & maternitas quoad ipſum Deum, dicitur fuiſſe ab æterno; vt euidentiſſime patebit ex dicendis in parte ſequēti huius ſermonis. Tertium fundamentum dicitur reiectionis. & fuit argumentum Petri Aureoli in tractatu de conceptione virginis. & poſſumus arguere ſic. Sicut abſurdum eſſet, quòd quis conſecraret in corpus Chriſti hoſtiam, quæ ſemel cecidit in ſtercore, vel in ore canis rabidi, aut porci, ſeu luto fœtenti: licet poſteā ſit mundata; vnde talis hoſtia à quolibet deuoto ſacerdote reijceretur. ſic incongruum fuiſſet quòd de illa, quæ ſemel fuit inuoluta ſtercore, & putredine peccati, & deuorata ore fœtentis diaboli, formaretur corpus puriſſimum ſaluatoris noſtri. immo credendum, eſt quod ipſe Chriſtus ſacerdos puriſſimus eam repudiaſſet, & acceptare noluiſſet in matrem, nec Deus pater in coniugem. Nullus enim generoſus, ac delicati ſtomachi princeps pro potatione ſua eligeret ſcyphum, quem aliquando vidiſſet horribili ſanie adimpletum. Dat etiā prædictus doctor vbi ſupra, exemplum de panno quo debent fieri corporalia, ſuper quæ corpus Domini conſecratur: qui indecens eſſet ſi vnquā fuiſſet ſtercore inuolutus. Et confirmantur prædicta alio ſimili fundamento. Nam ſi in aliquo calice ſemel ſtercorizatum fuiſſet: licet poſtea purificatus eſſet, non tamen honeſtum eſſet in eo conſecrare ſanctiſſimum ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et ſic pari modo incondecens fuiſſet in muliere, in qua ſemel diabolus peccati ſtercora proieciſſet Dei filium procreari. Præterea ſi indecens valde fuiſſet ipſum Dei filium ex muliere ab aliquo homine ſtuprata etiam violēter, & ſine conſenſu ſuo generari, profecto inde-

Digitized by Google

cēnus extitiſſet eũ procreari de muliere à diabolo ſtuprata quouis peccato. Sed ad prædicta reſpondent, quòd interdicere, ipſam virginem in conceptione fuiſſe ab originali peccato præſeruatam, & dicere eam contaminatam, ſed ſtatim ſubleuatam, non eſt differentia, niſi ſicut vnius fili, vel capilli, quia dicunt eam in ſecundo inſtanti Conceptionis fuiſſe purgatam. Vnde prædicator quidam ordinis cuiuſdam dixit quod humana natura fuit ſicut vna pertica plena pannis, quæ cecidit in luto: Et vnus non fuit infectus quia non tetigit lutum ſ. Chriſtus, alij vero omnes panni infecti ſunt, quorum tamen vnus, cum cecidiſſet in luto, ſtatim ſubleuatus eſt, & excuſſus, ſcilicet B. V. O mirabile exemplũ! Nonne ſi quis in inſtanti vulneraretur in vultu, vel decapitaretur, aut per gulam ſuſpenderetur, vel infamis aut ſeruus alterius efficeretur, aut in ſtercore caderet, ſemper tamen de illo dici poſſet, quòd ſemel fuit vulneratus in facie, vel decapitatus, aut ſuſpenſus, infamiſque, vel ſeruus, aut ſtercore inuolutus. Facit ad hoc quod dicitur in leg. final. Cod. de generali aboli. vbi ſcriptum eſt: *Indulgentia quos liberat notat*, id eſt, ſecundum gloſſ. *notatos relinquit*. ſequitur: *nec infamiam criminis tollit, ſed pœnæ gratiam facit*. & ibi gloſſ. allegat Ouidium in libro de ponto dicentem: Pœna poteſt demi culpa perennis erit. Facit etiam ad hoc lex ſecunda. Cod. de oble. à libe. pa. præſtan. vbi dicitur. licet enim verbis edicti non habeantur infames; re tamen ipſa, & opinione hominum non effugiunt infamiæ notam. Ex quibus omnibus apparet quod male loquuntur, illi qui dicunt quòd beatæ virgini parum nocuiſſet peccatum originale, quia in eo paruo tempore ſtetiſſet. Iſti enim cognoſcent errorem ſuum, ſi ad memoriam reducant ſententiã Goffredi in poetria ſua dicẽtis, quod ẽ fel modicum totum amaricat. Malefaciunt ergo iſti hanc infamiæ notam immaculatæ virgini imponendo. ſed quod deterius eſt, tales ad defenſandam ſuam opinionem dicunt, quod peccatum originale eſt leue, & non mortale, immo leuius quam veniale. Et duo faciunt fundamenta: primũ eſt; quia peccatu originale non eſt volũtariũ ſecundũ eos. Secundũ eſt, quia peccatũ originale ſolũ punitur pœna dãni, veniale aũt pœna damni, & ſenſus. Sed iſta eorum ſententia eſt contra Apoſtolum ad Epheſ. ſecundo. dicentem. *Omnes naſcimur filij iræ* Cum ergo non propter aliud quam propter originale peccatum iuxta ſententiam Panormita. in capit conqueſtus. de feri. vbi dicit quod propter tale peccatum ſumus filij iræ. ergo ipſum peccatum originale eſt mortale, quod nos in ira Dei conſtituit, & Dei gratiam habere non permittit. Et confirmatur prædicta veritas. Nam vt ait Auguſtinus decimo tertio, de ciuitate Dei, & quarto de Trinitate. Et ſanctus Remigius ſuper epiſtolam Pauli ad Epheſeos. Sicut corpus non viuit ſine anima: ſic anima dicitur mortua ſine Deo, & eius gratia quæ eſt vita animæ. Illa ergo anima, quæ propter originale peccatum non eſt in Dei gratia, ſed in indignatione eius profecto eſt mortua. Et ideo inquit Petrus Aureoli in tractatu de conceptione beatæ Virginis: *Certum eſt quod peccatum originale eſt maius veniali, & deteſtabilius Deo; cum promereatur eius iram, & damnationem æternam, quam veniale non meretur*. hæc ille. Quomodo autem originale peccatum eſt leue propter quod omnia mala humano generi euenere. Profecto ſi non eſſet grauiſſimum, non oportuiſſet grauiſſimam pœnam pro illo pati Dei filium. Nemo igitur dicat quòd illud peccatum eſt leue, propter quod Dei filius ſic horribiliter mortuus eſt in cruce. hoc autem peccatum, quod eſt mortale ponit hominem in dæmonis poteſtate. Si enim exiſtens in originali peccato non eſſet poſſeſſus à diabolo: non inſufflaret baptizans in eum, qui baptizatur; dicens: Exi ab eo ſatana. Item non faceret eum abrenunciare diabolo niſi prius fuiſſet ſub eius ditione, & imperio. Item prohibetur in ſacro ſepeliri qui moritur in originali, vt probari poteſt per capit. Eccleſiam. de conſec. di. 1. vnde eſt de illis, de quibus dicitur Hieremiæ vigeſimo ſecundo. Sepultura aſini ſepelietur. & hoc vt oſtendatur quod eſt mortuus inimicus Chriſti. quia non eſt ſibi vnitus per baptiſmum, & in hoc ſenſu exponi poteſt illud quod ait ſaluator noſter Lucæ vndecimo, & Mathæi duodecimo, dicens: *Qui non eſt mecum, contra me eſt*. quod etiam ponitur in leg. cælicolarum. Cod. de Iudæis. Ad fundamentum autem primum reſpondetur quòd non eſt verum, quod originale peccatum non ſit voluntarium: immo hæc eorum locutio implicat contradictionem. Si non eſſet voluntarium, non eſſet peccatum: dicente Auguſtino in libro de libero arbitrio: Peccatum adeo eſt voluntarium, quod ſi non eſſet voluntarium, nullum eſſet peccatum: quod dictum etiam ſacri canones ſæpius confitentur, vt patet 45. di. c. de Iudæis. & 15. quæſt. 1. c. merito, &c. illa &c. non eſt. & 23. q 4. cap. Nabuchodonoſor, vbi dicitur: Vaſis iræ nunquam Deus redderet interitum, ſi non ſpontaneum inueniretur homo habere peccatum. Cum ergo Deus reddat interitum animæ in peccato originali exiſtenti, vt de-

Originale eſt grauiſſimum.

cla

Digitized by Google

claratum eſt ſuper.ſermon.prima.parte tertia falſum eſt dicere quod originale peccatum non ne voluntarium: Ad prædicta etiam quod omne peccatũ ſit voluntariũ, faciũt ea q̃ habẽtur in c. ſicut enim 23 q.5.&c. cum voluntate. de ſen. ex. & l.di.c. ſi qua fœmina &c. ſi quis & ca. quantum &c. his qui, & c. ſæpe contingit. & C. ad legem cor. de ſic. l. 1. & ff. de fur. l. qui iniuriæ. in prin. Dico ergo quod originale peccatum dicitur voluntarium in radice, in qua omnes peccauerunt: ſecundum dictum Apoſt. ad Rom. 3. Vt enim dictũ eſt ſupra ſerm. 1 parte 2. tota humana natura erat in Adam quando voluntarie peccauit & cõſequenter hoc modo illi peccato conſenſit. Et iſta reſponſio colligitur ex dictis magiſtri Petri Aureoli in tractatu de conceptione beatæ virginis. & fuit originaliter beati Auguſt. qui vt refert magiſter ſen. in 3. di. 31 in libro contra Iulianum hæreticum negantem in paruulis eſſe peccatum originale, ſic ait: *Quæris forte vtrum originale peccatum ex voluntate ſit Reſpondeo prorſus originale peccatum ex voluntate eſſe. quia hoc ex voluntate primi hominis ſeminatum eſt, vt in illo eſſet, & in omnes tranſierit*, hæc ille. Sed reſpondent quidam quòd licet originale ſit voluntarium eo modo quo ſupra dictum eſt: tamẽ peccatum veniale habet magis de voluntario. Cum igitur peccatum tanto ſit grauius, quanto magis de voluntario. ergo veniale eſt grauius originali. Sed huic palliato argumento reſponderur, quod hoc eſt verum, quòd data paritate grauitatis duorum peccatorũ in ſe: quanto aliquod eorum comittitur cum voluntate magis deliberata, & ſpontanea: tanto eſt grauius. Sed data diſparitate illorum, non ſequitur generaliter quòd illud ſit grauius peccatum, quod eſt magis voluntarium. alias ſequeretur, quod vnum leuiſſimum peccatum veniale commiſſum ſponte, & voluntarie, ac dàta opera eſſet grauius vno homicidio, aut periurio grauiſſimo, ſiue alio ſcelere maximo, quod quis committeret non libenter, nec ſpõtanee ſimpliciter: ſed timore alicuius, vel impulſu qui tamen non excuſaret eum à mortali peccato. Et ſic nõ valet argumentum prædictum. quia vt patet ex dictis in ſuperioribus ſermonibus, originale peccatũ eſt in ſe incomparabiliter grauius omni veniali. & ideo licet veniale magis habeat de voluntario, per hoc non ſequitur quòd ſit grauius originali peccato. Ad ſecundum vero fundamentum reſpondẽt aliqui, quòd licet vſque ad diem iudicij non puniantur decedẽtes in originali, niſi pœna damni: tamen dicit Hugo, quem refert Archidiaconus in cap. firmiſſime, de conſe. diſtinct. 4.

Orig. peccatum dicitur voluntariũ in radice, qua omnes peccauerũt.

Licet veniale plus habeat de voluntario quam originale nõ propterea grauius eſt illo.

Sententia Hugonis Grego. & Aug. de pœna decedentium in original.

quòd tales cruciabuntur ſcilicet poſt iudicium diuerſis tormẽtis, licet nõ ita grauiter, ſicut illi, qui originali addiderunt actualia. Et hanc opinionem etiam tenet Gregor. 9. morali. Et videtur probari ex Euangelio. Sicut enim patet Matt. 25. omnes homines adducentur ad iudicium; & vna pars ſcilicet electorum, ponetur ad dexteram iudicis partem, & omnes hi ibunt poſt iudicium in vitam æternam. de quorum numero non erunt mortui in originali peccato. Alia vero pars ſcilicet reproborum ponetur ad ſiniſtram: & iſti omnes poſt iudicium ibunt in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius. Et hoc eſt quod inquit Auguſt. in libro de fide ad Petrum: & habetur tranſſumptiue in di. cap. firmiſſime. de conſe. diſtin. 4. vbi ait: *Firmiſſime tene, non ſolum homines, ratione vtentes; verum etiam paruulos, qui ſiue in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriuntur, ſiue iam de matribus nati, ſine baptiſmi ſacramento, quod datur in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, de hoc ſeculo tranſeunt, ſempiterno igne puniendos: quia & ſi peccatum propriæ actionis nullum habent, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione ex natiuitate traxerunt.* hæc ille. verum quia aliqui exponunt: ſempiterno igne, id eſt, ſempiterna pœna: quæ tamen expoſitio non videtur conuenire textui. Quia non aliter recedendum eſt à ſignificatione verborum quam ipſa verba ſonant. l. non aliter. digeſt. de leg. prim. & verba non ſunt impropria da. ſed & ſtandum eſt eis quando ſunt clara. ille aut. 5. cum in verbis digeſt. de. l. 3 item non ſunt laceranda ſed eis eſt inhærendum. l. ſi mihi & titio. digeſt. de ver. ob. Tamen valens, ſalua vtraque opinione, de punitione talium reſpondere ad iſtud vanum fundamentum: dico quod etiam præſuppoſito ſine veri præiudicio, quòd tales cum ſolo originali peccato morientes, nunquam puniantur aliqua pœna ſenſus: tamen eorum pœna quæ eſt æterna, & infinita, ac perpetua priuatio diuinæ viſionis, & æternæ gloriæ; eſt grauior omni pœna quæ debetur peccato veniali, cum ſit temporalis, & cito tranſitoria. Et conſequenter maius eſt delictum originale, quam veniale. quia homo per originale perpetuo damnatur: vt patet in diſtinct. cap. firmiſſime. non autem per veniale. Cum igitur grauitas pœnæ demonſtret atrocitatem delicti. l. reſpiciendum digeſt. de pœnis. & capit. non afferamus 2 4. quæſtio. prima. Ad quod etiam facit quod habetur in authentic. vt fratrum filij. col. 9. & Deuteronom. vigeſimo quinto, vbi dicitur: *Pro menſura delicti erit & plagarum modus*. Cõcluditur quod

Digitized by Google

quod originale peccatum eſt grauius veniali. cũ ei debeatur grauior pœna. Ideo dicit magiſter Franciſcus de May in 3. ſenten. diſtin. 3 Et Sco. in 3. diſtin. 36. & in 3. diſtin. 3. coniũgendo eorum dicta. quòd maius malum eſt originale peccatũ, quod habet annexam Dei inimicitiam, quam pœna ſenſus, & damni ſine Dei inimicitia, immo cũ eius gratia: ſicut eſt exiſtentium in purgatorio pro peccato veniali. Et confirmantur prædicta per ſententiam prædicti Franciſci de Mayronis vbi ſu. dicentis, quod quilibet bonus potius eligeret eſſe ſine gloria, quam ſine Dei gratia; quia homo poteſt eſſe bonus ſine gloria, ſicut ſunt illi qui ſunt in purgatorio propter peccata venialia: pro quibus puniuntur, ſed nemo poteſt eſſe bonus ſine Dei gratia, ſicut ſunt illi qui habent originale peccatum. Præterea aliqui Theologi negant ſupradictum fundamentum, aduerſatiuum immaculate conceptioni beatæ virginis, dicentis quòd peccato veniali non debetur pœna dãni propriè ſumpta. quæ ſic accepta eſt perpetua priuatio diuinæ, & æternæ felicitatis. Et ſic eorum argumentum eſt vanum & nihil concludens. Et confutatur etiam ex dictis magiſtri Petri de Cãdia, in tract. de conceptione beatæ Virginis, vbi ait quod Auguſt. in libro de natura, & gratia ideo tenet quod beatus Ioannes Babtiſta venialiter peccauit, quia non fuit præſeruatus ab originali. nam ſi ab ipſo originali præſeruatus eſſet, quod eſt maioris grauedinis, multo magis præſeruatus fuiſſet à veniali quod eſt minus graue peccatum per illam regulam: *Si de quo minus, ergo & de quo magis* cap. cum in cunctis. vbi gloſſa de elect. & 38. diſtin. cap ſi in laicis & quæſt. 3. cap. de iudicijs & 59. diſtin. cap. ſi officia & 13. quæſt. 2. cap. non æſtimemus. Sed de maiori grauitate peccati originalis, quam venialis, hic pertranſeo, quia ſatis dixi ſupra, ſermone. 7. parte 1. Omnes ergo attribuamus beatæ virgini hanc prærogatiuam, atque excellentiam: quod ipſa fuit filij adiutorio, & beneuolentia ab omni corruptione cuſtodita. Vt enim ait ſanctus Bonauent. in 3. diſtinct. 4. Quicquid non eſt contra fidem: attribui conuenienter poteſt beatæ Virgini, cum ſcilicet ad ſuam, & filij eius redundat gloriam. hoc autem eſt in caſu noſtro. quia, vt ſupra patuit in præcedentibus ſermonibus, ad magnam Dei & Virginis laudem, gloriam, & honorem redundat, ipſam benedictam cæli reginam à ſuo dilectiſſimo filio in conceptione ſua ab omnis peccati vituperio fuiſſe præſeruatam. Et ideo ego, qui ſum filius beati Franciſci, Patris mei documenta ſeruaui. Ipſe enim Seraphicus Franciſcus ſuos monuit fratres, vt omnia benedictæ matri Dei priuilegia attribuerent; quæ illius poſſunt excellentiæ conuenire, atque eam omnibus laudibus à pura humana creatura decenter perceptibilibus exaltarent. Quapropter officium compoſui de ipſius puriſſimæ virginis innocentia: non vt homo quidam fecit illius contaminatione, & corruptione. Magnam enim infert beatæ virgini contumeliã, multumque illam offendit, qui hymnos, vel antiphonas ad eius gloriam componere ſimulat, vt eam quandoque peccato maculatam atque à diabolo poſſeſſam fuiſſe demonſtret. De talibus enim ſub laudis colore matrem Dei vituperantibus, ipſa valde conqueritur dicens illud Ouidij poetæ. *Impia ſub dulci melle venena latent.* Et illud: quod inquit Hieronymus in quadam epiſtola *Non dat mihi venena, niſi melle abſcondita*. Et illud Deut. 32. *Vua eorum, vua fellis, & botrus amariſſimus Fel draconum, vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile* Tales autem faciunt ſicut ſcorpio, qui ante lingit, & cauda pungit. Dicunt enim ſimilem ſententiã *Laudetur beata virgo, quæ non niſi per inſtans fuit contaminata peccato Laudata ſit mater Dei quæ paruo tempore ſtetit ſerua Diaboli*. Ceſſate, à talibus virginis laudibus, quibus vilipenditur ipſa, & eius dulcis filius. Et namq; talis fit iniuria, ſicut homini fideliſſimo fieret, ſi de illo quis diceret: Iſte eſt magnæ fidelitatis, quia nũq̃ niſi ſemel fuit proditor ſui regis. Vel ſi de ſapientiſſimo viro diceretur: hic eſt ſapientiſſimus, quia tantum ſemel fuit ſtultus. Aut de aliqua muliere caſtiſſima, quis diceret: Hæc eſt mulier puriſſima, quia nunquam niſi ſemel fuit ſtuprata. Filio autem Dei, & beatiſſimæ virginis talis irrogatur contumelia, ſicut ſi quis diceret: Beatæ virginis filiũs valde dilexit matrem ſuam, quia ſemel tantum mortali vulnere originalis peccati percuti paſſus eſt eam. Vel ſi diceret: Chriſtus fuit magnæ pietatis, quia poſtquam matrem ſuam in peccati ſterquilinium cadere permiſit, ad extrahendam eam protinus auxilium dedit. Vnuſquiſque ergo auferat rubiginem mentis ſuæ, & egredietur vas puriſſimum conceptionis virginis glorioſæ, ita quòd amplius non poterit eam peccato maculatam prædicare: immò quanto magis illi contrarius fuit, tanto amplius conabitur ipſius innocẽtiam defenſare. Sed heu, quia non ſic faciunt homines quidam, imo oppoſitum facere nituntur. Sed tales bene caſtigabãt matronæ Mãtuanæ, cęteræque mulieres immaculatæ conceptionis deuotæ, quæ eis nolebant panem, vel aliam eleemoſynam dare, niſi illam peterent ad reuerentiam immaculatæ conceptionis, ac renunciarent

opinioni

Digitized by Google

opinioni contrariæ beatæ virginis conceptioni. In prædicta namque ciuitate in magna reuerentia habetur conceptio puriſſimæ matris Dei. Vnde pater huius Illuſtris Marchionis per proclamata fieri fecit præceptum ſub pœna pecuniaria, vt omnes ſolemniter feſtiuarent diem ſanctæ conceptionis virginis Mariæ. Non minorem tamen deuotionem habuerunt, & de præſenti habent Illuſtriſſimi principes Mediolani. Nam deuotiſſimus princeps Dominus Azo vicecomes Dominus Mediolani, qui fuit patruus primæ Duciſſæ Mediolani, Dominæ ſcilicet Catharinæ vicecomitis: Eccleſiam ſiue capellam pulchram fecit penes ſuam curiam ædificari, quæ nunc communiter appellatur ſanctus Gothardus. quam Eccleſiam conſecrari fecit ſolemniter à multis epiſcopis ſub titulo immaculatæ conceptionis virginis Mariæ, præcepitque vt per totum dominium ſuum omnes facerent feſtum in die conceptionis eiuſdem. ordinauit etiam prædictus princeps deuotus fratrum minorum, vt certus numerus ex eis fratribus ibidem moraretur, qui die noctuque diuinis officijs deſeruiens, immaculatam virginem laudaret ac propter hoc certa ædificia erigi fecit, & vſui fratruum deputari. Poſt mortẽ vero ipſius Domini Azonis incluſis dictis ædificijs cum eadem eccleſia in curia ducali, & non valentibus prædictis fratribus ibidem, commode permanere, ac feſtum prædictum celebrare, ex ordinatione Illuſtriſſimæ Duciſſæ primæ Mediolani, prædictum feſtum conceptionis tranſlatũ fuit ad capellam beatæ virginis Mariæ, quæ ſita eſt in eccleſia ſancti Franciſci, & ſimiliter conſtructa fuit per prædictum Dominum Azonem. vnde dicta Duciſſa præcepit rectoribus communitatis Mediolani, vt ſingulis annis per commune Mediolani: & per collegia ſiue practica artium dictæ ciuitatis, fieret oblatio de communi pecunia ad capellam prædictam beatæ virginis, ſitam in eccleſia prædicta ſancti Franciſci, cum interdicto cauſarum: & de tanta quantitate, quanta, & quemadmodum fit in feſto ſancti Bernabæ. Hãc etiam ordinationem ſeruari fecit tempore ſuo Illuſtriſſimus dux Philippus; & inclytus princeps Frãc. Sfortia vicecomes: vt in eorũ literis annuatim rectorib⁹ prædictis directis plen⁹ cõtinetur.

Petri Aureoli Arg validiſſima quòd Deus potuit B. V. preſeruare à pec. orig.

Nec mirum ſi omnes Chriſtiani principes, & cũcti deuoti viri, ac mulieres huius ſunt opinionis piiſſimæ: nec aliter credere poſſunt. Ait enim magiſter Petrus Aureoli Theologus excellentiſſimus in tractatu de conceptione beatæ virginis: *Videtur horrendum pijs auribus, & animis deuotis, quòd vnquam anima beatæ virginis filia iræ fuerit, aut in odio Dei, & quòd fuerit diſplicens ac deteſtabilis oculis diuinæ maieſtatis.* hæc ille. Qui ibidem ad probandum quod beata virgo fuit à Deo præſeruata ab originali peccato, vltra alia multa fundamenta, quæ breuitatis cauſa hic pertranſeo. quia de ipſis aliqualiter tetigi in præcedentibus ſermonibus; etiam ait ſic: *Si quæratur vtrum Deus potuerit animam virginis, ne originale contraheret in hora infuſionis de abſoluta potentia, & ſua omnipotentia præſeruare? Indubitanter dicendum eſt, quòd ſic: immo tenens quòd non, vel de hoc dubitans, incidit in articulum de diuina potentia. Maioris enim potentiæ eſt Deus parcendo, & offenſam propriã remittendo quam ſit homo aut aliqua alia creatura rationalis. Sed homo poteſt offenſam, & culpam in eum commiſſam remittere, & dare liberaliter etiam pro quocunque inſtanti. ergo & Deus dare potuit culpam quam contraxiſſet anima virginis in inſtanti vnionis cum carne* hæc ille. Qui 2. Arg. etiam præſuppoſito ſine veri præiudicio, quòd peccatum originale contrahatur ſolum ratione carnis infectæ: vt dixerunt quidam; arguit ſic. *Præterea; duorum agentium ſeſe excedentium in virtute; ſi ambo ſimul agere incipiant in idẽ paſſum, id quod eſt potius in virtute vincit, & trahit ad ſe paſſum.* hæc ille Ad quæ facit, l. quæritur & ibi. Bar. ff. de ſta. hõ. & tex. cum glo. in l. 1 §. in perpetuum ff. ſi ager vecti. vel em pe, & §. ſi quis in aliena inſti de rerum di. ſequitur prædictus doctor inferendo: *Sed virtus diuina potior eſt ad gratiam infundendam, quam caro infecta ad inficiẽdam animam virginis. ergo ſi in inſtanti in quo infundebatur anima virginis, Deus agebat ad gratificandum, caro autem ad inficiendum per culpam, virtus diuina tanquam infinita traxiſſet ad ſe animam, & vniuiſſet vt eſſet ſub gratia, & nullo modo ſub culpa. Et confirmatur hæc ratio de duobus adamantibus trahentibus idem ferrum in medio amborũ æque diſtanter exiſtens. Vincit enim ille qui eſt potentioris virtutis, & trahit ad ſe totaliter ferrum. Amplius Deus poteſt ſuſpendere actionem cuiuſcunque agen-* 3 Arg. *tis naturalis: Vnde ſua potentia poteſt ignem, ne ſtuppam comburat appoſitam, impedire: Sed virtus formatiua ſe habet per modum generantis in generando carnem, & imprimendo rebellionis maculã in carne animata pro inſtanti pro quo infunditur. ergo Deus poteſt pro eodem inſtanti actiuitatem iſtam ſuſpendere ne imprimat concupiſcentiam in animata carne. Rurſum duorum effectuum realiter diſtinctorum Deus poteſt vnũ,* 4 Arg. *& maxime poſteriorem ab alio ſeparare. Sed in generatione & caro gignitur, & caro animatur, & concupiſcentia inſeritur in toto animato ergo Deus prima duo poterit facere, videlicet quod caro generetur & infundatur anima, & ne aliqua concupiſcentia inſeratur. Adhuc, Si illud quod minus videtur ineſſe ineſt, et illud quod magis. Sed minus videtur quòd agens naturale* 5 Arg.

Digitized by Google

ſua virtute præueniat effectũ naturalem, ne ſit in primo inſtanti ſub proprietate ſibi debita. & tamen hoc facere poteſt, ſicut patet de aqua, quæ cum ſit naturaliter frigida, poteſt tamen in primo inſtanti fieri non frigida, & calida generari. vt patet in naturalibus balneis. Et ſimiliter lapis, cui debetur naturaliter locus deorſũ, poteſt nihilominus in primo inſtanti ferri, & generari ſurſum: ſicut apparet in grandine. & hæc ad oculum videntur. Ergo licet Virgo de iure naſci debuerit in peccato, & fuiſſe filia iræ: multo fortius per diuinam potentiam fieri potuit filia gratiæ, & amoris. *6. Arg.* Item prima materia naturaliter eſt informis ſecundum Aug. 12. cõfeſſionum, & tamen per diuinam potentiam poteſt fieri ſub actualitate formæ. *7. Arg.* Ergo licet materia debuerit eſſe ſub informitate originalis peccati, tamen potuit Deo agente per gratiam informari in eodem inſtanti. Præterea, Deus poteſt dare animæ gratiam, pro quocunq; inſtanti ipſa eſt capax, alias plus poſſet anima capere, quã Deus conferre. nec cuilibet naturali, & paſſiuæ potentiæ correſponderet potentia ſupernaturalis actiua, quod eſt abſonum dicere. Sed anima capax eſt gratiæ in illo inſtanti, quo vnitur cum carne. *Anima noſtra ex eo eſt capax gratiæ, & gloriæ, quo eſt imago Trinitatis.* Nam ſi repugnaret ſibi pro illo inſtanti diuina gratia, aut hoc eſſet ex parte ſui, quod eſſe non poteſt, tum quia ex eo eſt capax gratiæ, & gloriæ, quo eſt imago Trinitatis ſecundum Aug. Eſt autẽ imago Trinitatis in illo inſtanti, tum quia prima perfectio, & ſecunda poſſunt eſſe pro eodem inſtanti, nec oportet, quòd eſſe præcedat tempore bene eſſe, tum quia non repugnat aeri corporeo illuminari lumine corporali in primo inſtanti, in quo eſt: ergo nec animæ illuſtrari ſplendore gratiæ. Aut repugnat ratione carnis infectæ cui vnitur. quod nec etiam ſtare poteſt. tum quia manẽte infectione carnis in tempore conſequenti poteſt gratiam capere, alias nullo modo poſſum iuſtificari, tum quia in viris ſanctis ſtat gratia etiam cum ſumma rebelione, & concupiſcentia carnis iuxta illud, quod dixit Deus Apoſto. carnis ſtimulũ patiẽti 2. ad Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea. nã virtus in infirmitate perficitur ergo Deus potuit in primo inſtanti animæ virginis conferre gratiam, cuius ipſa naturaliter capax fuit. *8. Arg.* Amplius de ratione originalis peccati non eſt niſi vel concupiſcentia in carne ſeminata, vel priuatio originalis iuſtitiæ debitæ ineſſe, vel offenſa Dei ſuper vtrumq; fundata. Sed hæc omnia potuit Deus tollere virgini in inſtanti ſuæ creationis. Nam & à carne concupiſcentiam, & priuatione iuſtitiæ obligationem in ipſam. Et ab vtroq; offenſam auferre potuit. ergo potuit tollere totaliter originalẽ culpam *9. Arg.* Præterea omnia quæ concurrunt in primo inſtanti quo anima carni infunditur, concurrunt etiã in ſecundo inſtanti, & in tempore conſequenti, in quo cõſtat quòd Deus poteſt originale tollere. ergò poteſt æqualiter in primo. *Quæ dicantur fieri poſſe de potentia Dei ordinaria.* Ex quibus cõcluditur quòd etiã de ordinaria potentia, Deus eã potuit præſeruare. Illa autem dicuntur fieri poſſe de potentia Dei ordinaria quæ ſecundum exigentiam rationis, & æquitatis ſiue congruentiæ, conuenientiæ, & condecentiæ fienda videntur. ex quo igitur Deus de potentia abſoluta virginem potuit ne peccatum originale contraheret, præſeruare: potuit etiã eã præſeruare de potentia ordinata potentia. n. Dei eſt ordinatiſſima, cum in eo ſit nihil irrationabile, aut inordinatum. hæc ille. Dimitto hæc fundamenta quæ facit magiſter Tho. de Argentina ordinis Eremitarum S. Aug. qui in 3. ſen. di. 3 tenet & probat duas concluſiones. Prima eſt quod Deus potuit B. virginem Mariam præſeruare ab originali peccato. Secunda eſt, quod cõgruũ fuit, quod eam præſeruaret. Deinde infert hoc correlariũ, quod de facto ipſam pręſeruauit, & reſpondet argumentis in contrariũ factis. Dimitto etiã argumenta venerandi patris fratris Iacobi de Alba ordinis minorũ, qui inter alias probationes pro immaculata conceptionis matris Dei factas, ſic in ſentẽtia dicit: Sicut glorioſa virgo ſupernaturaliter, & ſingulariter concepit, & peperit: & per conſequens facta eſt mater Dei, ſupernaturali & ſingulariſſimo modo. ita condecens fuit, vt etiam in ſua cõceptione & creatione haberet aliquã prærogatiuam ſingularẽ, & ſupernaturalẽ, quæ nunquã alicui alteri puræ creaturę conceſſa ſit. Et quã nemo ex Adam propagatus ſecundũ propagationẽ ſeminalem vnquam habuit, nec habebit. Et hæc fuit præſeruatio ab originali peccato, & redemptio per gratiam præſeruantẽ, quæ ſoli matri Dei cõceſſa eſt. Magiſter etiam Iulianus de Hiſtria Theologiæ doctor: ſubtiliter probat hanc veritatem *Arg. Iuliani de Hiſtria* de illibatæ Virginis conceptione. Cuius argumẽta vt compendioſius loquar, pro nunc pertranſeo. Ex eius tamen dictis poteſt ſic breuiter argui. Omnes tenemur Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ honorare. Et hoc nullus fidelis negabit. Sed honor Chriſti eſt, nullũ in virgine paccatũ aſſerere ſecundũ Aug. in l. de natura & gratia. ergo omnes tenemur ipſius virginis innocentiã, & ab omni peccato elõgationẽ affirmare. Item omnes tenemur à vituperio Domini noſtri Ieſu Chriſti, abſtinere, Sed affirmare quod B. V. aliquo fuerit maculata peccato redũdat in vituperiũ Chriſti, ſecundũ Hiero. & S. Cyrillũ in l. contra Neſtoriũ. Ergo omnes tenemur à tali aſſertione abſtinere. Præterea, Mater Dei eſt honoranda ſilentio omnis peccati, ſecundũ Aug. vbi ſu. Ergo non debet quis pręſumptuosè dicere, quod aliquod peccatũ habuit, vel contraxit. Inſuper Mater Dei fuit à filio ſuo perfectiſſimo redemptore perfectiſſime & nobiliſſime redempta, vt omnes affirmant. Sed inter omnes ſpẽs redemptionis præſeruatio ab omni peccato eſt perfectiſſima, & nobiliſſima, &

perfe-

Digitized by Google

perfectiſſimus redemptor, & liberator eſt ille qui præſeruat, & eripit ante caſum. vt patet ex dictis in ſuperiotibus ſermonibus. Ergo beata virgo fuit à caſu originalis peccati à ſuo filio præſeruata, & liberata. Vnde dicere cum propheta poteſt, illud Pſ. 70 *In te confirmatus ſum ex vtero: de ventre matris meæ, tu es protector meus. In te cantatio mea ſemper, tanquam prodigium factus ſum multis, & tu adiutor fortis.* Vt enim dictum eſt ſupra ſermone 1, par. 2. B. Virginis ſemen, quo debebat ipſa concipi, fuit ſecundum deuotius ſpeculantes à Deo in lumbis Adæ virtualiter conſeruatum ab omni infectione, & per omnes generationes; vſque ad illam ſine aliqua labe tranſmiſſum, qui immaculato ſemine ipſa concepta eſt immaculata, & puriſſima; quæ fuit ſedes Dei, de qua dicit ei propheta Pſ 44. *Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi*, ſcilicet tibi præparata fuit, & ab omni labe præſeruata. Et iſta omnia tanguntur in Pſ. 88. vbi inquit Deus: *Iuraui Dauid ſeruo meo, vſque in æternum præparabo ſemen tuum; & ædificabo in generatione, & generationem ſedem tuam.* Ex prædictis autem omnibus in hoc tractatu probatis, & etiam ex infra dicendis, patet reſpōſio ad omnia argumenta, quæ cōtra immaculata virginis ſanctiſſimæ conceptionem adduci poſſent. Gratias igitur ago tibi Ieſu benedicte, qui me ſeruulum tuum elegiſti, vt offam proijcerem in ore Minotauri, ſicq; illud concluderem, ne amplius valeat deuorare famā, hominem, & gloriam atque perpetuam innocentiā genitricis tuæ. Poſſum namq; dicere illud quod inquit Imperator in l. 1. C. de offi. præ. præto. af. poſt prin. vbi ait: *Quo ergo ſermone, aut quibus operibus dignas Deo gratias agere debeamus, qui per me vltimum ſeruum Eccleſiæ ſuæ iniurias vindicare dignatus eſt, & tantarum prouinciarum populos à iugo ſeruitutis eripere*, ſ. ignorantiæ, & erroris contra conceptionem matris Dei. Sequitur Imperator: *Poſt tanta ergo beneficia quæ nobis diuinitas contulit, hoc de Domini Dei noſtri miſericordia poſtulamus, vt prouincias, quas nobis reſtituere dignatus eſt firmas, & illæſas cuſtodias. Hoc etiam deprecantes exoramus precibus glorioſæ ſemper virginis Mariæ, vt nos vltimos ſeruos ſuos dignos faciat ſuū ſeruitiū adimplere.* hęc ille. Poſſum etiam dicere illud, quod idem Imperator ait in l. in nomine Domini. C. eo. ti. vbi eaſdem referēs Deo gratias inquit: *Per ipſum enim*, ſcilicet Dominum Ieſum Chriſtum, *acerbiſſimos hoſtes & tyrannos fortiſſimos deiecimus, per ipſum, & Africam defendere conſtituti ſumus.* Per Africam autē nos ad propoſitum noſtrum intelligere poſſumus B. virginem Mariam, quæ omnibus auxiliū affert. Sequitur Imperator: *Ad eius igitur prouidentiam animum noſtrum referentes, omnia recto ordine, & iuſto moderamine ſucceſſura ſperamus.*

Quomodo præſeruata ſit B. V. à pec. Orig.

PARS SECVNDA IN QVA eadem veritas multipliciter manifeſtatur.

Volentes Dei genitricis puritatem omnibus propalare, eam multorum aliorum doctiſſimorum virorum auctoritatibus comprobamus. Et primo auctoritate Aurelij Aug. in l. cōtra quinq; hæreſes: qui in perſona Chriſti de virgine benedicta loquens ait: *Si potuit inquinari Manichææ cum ipſam facerem, potui & ego inquinari cum ex ea naſcerer.* Hanc autem auctoritatem ſic allegat Magiſter Petrus Aureoli in tractatu de conceptione Virginis Mariæ, licet dicat quod aliqui textus dicunt: *Si potui &c.* Magiſter etiam Petrus de Candia, qui fuit Archiepiſcopus Mediolani; Et poſtea Alexander Papa 5. in ſuo tractatu de cōceptione virginis, quē fecit ſuper 3. ſententiarū, ſe remittit ad auctoritates allegatas per ipſū magiſtrum Petrum Aureoli, & cōſequenter approbat ipſam auctoritatem bene ſtare, & catholicam eſſe. Paria enim ſunt, aliquid expreſſe dicere per ſe vel per relationem ad aliud. l. ſi ita ff. de condi. & demon. l. Theopompus in princ ff. de dote præle. & l. quem hæredi. vbi Bar. ff. de rebus dub. Magiſter quoque Ioannes Gerſon cancellarius Pariſienſis, doctiſſimus, atq; Theologus famoſiſſimus. eodem modo allegat prædictam auctoritatem in ſermone ſuo particulari de conceptione Virginis Mariæ, parte 2. principali in argumento. 3. virginis, Et ſimiliter hæc auctoritas ſic allegatur in officio conceptionis immaculatæ virginis per eccleſiam approbato. Vnde eſt idem ac ſi ipſe Papa, & Eccleſia ipſam auctoritatem allegaſſet. quia omnia noſtra merita facimus quibus auctoritatem noſtram impartimur. l s. §. ſed neque vir. omnia. C. de ve. iure. enucle. Item quia qui confirmat dat legem. l. obuenire. ff. de ver. ſig. & l. aſſe. ff. de hære. inſti. Ex quibus patet quantum errauerit homo quidam, qui prædictam auctoritatem hæreticam eſſe temerario auſu præſumpſit affirmare. Non enim intellexit quòd diuus Auguſt. loquitur ſecundum quendam modum loquendi ſcripturarum. quo aliquid dicitur non poſſe fieri, quod bono modo non poteſt fieri l. nepos pro culo. digeſt de verb. ſig. vel quod non debet fieri. vel non congruum fieri ſecundum vrbanitatem, & honeſtatem. iuxta notata per glo. & Barthol in l. creditores. Codic. de pigno. dicit ergo Auguſtin. vt ſupra. Si potuit inquinari Manichæ mater mea cum ipſam facerē, potui & ego inquinari cum ex ea naſcere, quaſi diceret:

Mirabilis locus Aug. pro Concept.

Quomodo intelligendus Aug. i co prædict.

Digitized by Google

Ita fuit quodammodo inconueniens, quòd ego facerem matrem meam inquinatam, ſicut ſi me ipſum inquinaſſem. parens enim, & filius cenſentur, quaſi eadem perſona. l. fi. C. de impube. & alij. ſub. Vnde dicitur quod partus eſt pars viſcerũ. l. 1. ff. de ventre inſpiciendo. Et ideo Chriſtus, & beata virgo quaſi vnum, & idem cenſentur, quoad humanitatem: quia quod alij filij habent à patre, & à matre; hoc totum habuit Chriſtus à ſua benedicta matre. Fuit ergo impoſſibile quòd Chriſtus ſuam matrem faceret inquinatam triplici impoſſibilitate. Primo impoſſibilitate incõuenientiæ. licet enim ipſa beata virgo, quantum ex parte ſui erat, potuiſſet coinquinari. quia reſpectu originis ſuæ habebat, vnde peccatum originale contraheret: tamen non fuit conueniens, nec congruum aut decens, immo inconueniens valdè, & incongruum, quod filius Dei illam in conceptione ſua faceret inquinari, vt clariſſime fuit ſupra probatum ſæpius in præcedentibus ſermonibus. Cum ergo omne inconueniens in Deo dicatur impoſſibile, vt ait Anſelmus in li. Cur Deus homo. & in iure dicatur, quod omne incõdecens eſt impoſſibile. § impoſſibilis vbi glo. inſti. de hære. inſti. & l. conditiones. ff. de condi. inſti. apparet manifeſte illam auctoritatem Auguſtini eſſe veram ſ. *ſi potuit inquinari mater mea, cum ipſam facerem* &c. quaſi dicat, non potuit, quia indecens, & incongruum fuit, ne dici poſſet iniuriam naſci à Deo, vnde iura naſcuntur contra. l. meminerint. C. vnde vi. & l. omnium. C. de teſta. & l. primam C. de his qui veni æta impe. Et iſta veritas confirmatur dicto magiſtri ſententiarum in 1. di. 42. dicentis. Manifeſtum eſt Deum omnia facere poſſe præterea ſola quibus eius dignitas læderetur, eiuſque excellentiæ derogaretur. hæc ille. Quod eſſet in caſu noſtro, vt patet ex antedictis. In ſequenti etiam diſtinctione inquit prædictus magiſter, quod Deus non poteſt facere niſi ea, quæ illum facere conuenit, & rationabile eſt ipſum facere, non fuiſſet autem rationabile, vel conueniens Deum facere, matrem ſuam fœdidatam. immo conueniens, & rationabile fuit totum oppoſitum. ergo &c. vnde in prædicto libro etiam dicit Auguſtinus in perſona Chriſti: Matrem meam ego feci, & locum habitationis meæ præparaui. quaſi dicat: Et ideo impoſſibile fuit eam in ipſa factione inquinari impoſſibilitate ſ. incongruentiæ, & incondecentiæ, quia in condecentia in principe dicitur impoſſibilis, ſaltem impoſſibilitate morum. vt inquit Geminianus in cap. ſuper eo. de hære. in 6. & ideo argumentum optime valet reducendo rem ad inconueniens, vt dicit glo. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduo. allegando. l. Offidius. ff. de le. 3. Fuiſſet autẽ inconueniens, quòd virgo mater Dei, quæ fuit benefactrix, eſſet peioris conditionis, quàm Eua malefactrix: malus enim non debet eſſe melioris conditionis quam bonus, ſed contra. l. non ſolũ. ff. de noxa. Item incondecens, & abſonum fuiſſet quòd ipſa Eua inſipiens per peccatum, eſſet melioris conditionis quam Maria ſapientiſſima: contra. l. quod ſeruus ff quod vi aut clam. vbi dicitur, quod ſtultus non debet eſſe melioris conditionis, quàm ſapiens. Item non ſolum eſt incõueniens, ſed iniquum, matrem egere, cuius filius abundet. l. ſi quis à liberis. §. ſi. vel parens. ff de liberis agno. Item ſi conuenit iura tranſgredi, & diſpenſationes inducere propter excellentem alicuius virtutem. & eius nobilitatem. cap. de multa. de præben. l. milites, & l. à diuo. ff. de cuſto. reo. & l. ſed & reprobari. §. fi. ff. de excu. tuto. Quanto magis fuit conueniens in beata virgine fieri diſpenſationem, quoad decretum contrahendi infelicitatem, & miſeriam peccati originalis, cum ipſa omnem creaturam nobilitate, ac virtute excellat. Oppoſitum autem cum ſit inconueniens, vt ſupra patuit: ideo Deo impoſſibile dici potuit. Secunda autem impoſſibilitas dicitur iniuſtitiæ. Vt enim ait Aug. in lib. de ſpiritu & litera. quem refert magiſter in 1. di. 42. Deus non poteſt facere iniuſta cum igitur iniuſtum ſit bono filio matrẽ ſuam facere coinquinari, vt patere poteſt ex dictis in præcedentibus ſermonibus profecto quod Dei filius fabricando beatam virginem, quam ab æterno acceptauit in matrem, contaminari eam faceret, impoſſibile fuiſſe dici poteſt. Et hoc probatur per. l. filius qui ff. de condi. & demon. vbi dicitur: *Ea quæ lædunt pietatem, æſtimationem, & verecundiam: & vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores ſunt nec facere nos poſſe credendum eſt.* bene ergo ſtant illa verba: *Si potuit inquinari mater mea, cum ipſam facerem; potui & ego inquinari cum ex ea naſceret*, quia ad impoſſibile ſequitur quodlibet 1. poſteriorum. Poſſumus etiam dicere quòd fuit impoſſibile, præſuppoſita diuina determinatione & prædeſtinatione, ſiue beneplaciti diuini voluntate eam præſeruandi ab omni macula. Tertia impoſſibilitas dicitur contradictionis implicatę. Deus enim dicitur non poſſe facere ea quæ implicant contradictionem. vt declarat Sco. in 4. di. 10 quæſtione 2: & in quo libeto ſuo. quæſtione 11. Sed ſi DEVS feciſſet beatam virginem inquinari, vel fabricando ipſam, permiſiſſet eam in peccatum labi, in ipſo DEO fuiſſet quædam impoſſibilis contradictio. ergo &c. Maior patet per

Impoſſibile fuit Chriſto matrem inquinatam facere triplici. ter.

Impoſſibilitate inconuenientiæ.

Impoſſibilitas iniuſtitiæ.

Impoſſibilitas contradictionis.

ſupra

Digitized by Google

ſupra allegata, & ab omnibus Theologis tenetur Minor vero probatur: Nã licet beata virgo quoad nos, & quoad ſeipſam fuerit mater Dei in rẽpore, tamen quoad Deum, cui omnia futura ab æterno fuerunt, & ſunt præſentia. vt ait. Aug. ſuper Ioan. & Alex. de Ales. in. 1. par. ſum. q. 23. ar. 3. membri. 4. dici poteſt iſto reſpectu ab æterno fuiſſe mater ipſius Dei. & ideo ipſe, qui alijs filijs legem naturalem, & ſcriptam de diligendis parẽtibus daturus erat: profecto legem ipſam ab æterno erga ipſam matrem ſuam ſeruauit. Et conſequenter ſemper, & continue eam dilexit, quæ in mente ſua diuina ſemper, & ante ſecula eius mater fuit, cui omnia præterita & futura æqualiter præſentia conſtant. vt ait glo. ſuper ſecundã Petri canonicam. c. vl. Et eodẽ reſpectu Dei filius ab æterno dici potuit virginis filius. Nam ſi, vt habetur Apo. 13. dicitur occiſus ab origine mũdi, profecto etiã dici poteſt filius virginis ab origine mundi. Si ergo virgo glorioſa tali ratione ſemper fuit D E I mater. ergo ab eo ſemper dilecta & nunquam odita; ſed continuo in eius gratia gratum faciente firmata. lex enim naturæ etiam ſi nulla eſſet lex gratiæ, non capit inter bonum, & ſanctum filium, & matrem ſuam eſſe vnquam aliquod odiũ. Sed ſi per aliquod vel minimum inſtans B. virgo ſubdita fuiſſet peccato originali, pro illo inſtanti. vt ſup. patuit. fuiſſet à filio odita, & damnata, & conſequenter fuiſſet in Deo contradictio impoſſibilis. ſ. quod æternaliter, & perpetuo ipſam dilexerit ſicut bonus filius matrem ſuam, & in aliquo inſtanti eam odioſam, & inimicam habuerit. Duo enim perfecte contraria non poſſunt concurrere in eodem ſubiecto ſimpliciſſimo pro eodẽ inſtanti, & reſpectu eiuſdem a perther. & notatur per Bal. & gl. in aut. hoc locũ. C. ſi ſecun. nup. muli. & l. ſi ſita ſcriptũ. ff. de le. 1. Ergo neceſſe fuit hoc reſpectu B. virginẽ à Deo immaculatam fabricari. & nunquam per originale, vel aliud peccatum ab eius gratia, & amore ſeparari. In Deo enim, vt aliqui theologi dicũt, aliq̃d dicitur neceſſariũ ꝙ eſt cõdecẽs & honeſtũ, ſicut incõdecẽs & inhoneſtũ dicitur impoſſibile. vt dictũ eſt ſu. & cõſequẽter dici hoc modo poteſt, quod impoſſibile fuit ipſam virginẽ à Deo factam inquinari. Vnde concludendum eſt quod ipſa virgo benedicta fuit in ſua conceptione Deo dedicata, & in eius gratia fabricata. Et hoc probari poteſt dicto B. Petri Rauẽnenſis epiſcopi ſuper *miſſus eſt* ſermone 1. qui ait: *Mittitur angelus, non vt à Ioſeph virginem auferat, ſed vt reddat eam ei. cui pignorata eſt, cum fieret in vtero Chriſtus, ergo ſuam reſpicit ſponſam, non præripit alienam*, hæc ille. Cum enim dicat, quod beata virgo Deo pignorata eſt cum fieret in vtero, & non dicat poſtquam facta eſt in vtero, manifeſte declarat quod in ipſa conceptione fuit Deo conſecrata. Hanc quoq; ſententiam approbat dominus Aug. de Sclaphenatis, qui in quadam epiſtola ad Reuerendiſſimũ dominum, dominum Ioannem Iacobũ de Sclaphenatis Epiſcopum Parmenſem, ſanctæq; Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, ſic ait: *Præſuppoſito quod in ſucceſſione cuiuslibet hæreditatis legitimæ potius attendatur interpretata voluntas teſtantis, quã verba teſtamenti: ſi occultæ eius voluntatis rationabilis cauſa denudetur: Dicitur quod licet ex ſenſu verborum diuini mandati prohibentis ligni comeſtionem ſcientiæ boni, & mali ſub pœna mortis, nemo videatur fuiſſe præſeruatus expreſſe à culpa quam primus homo cõtraxit ex præuaricatione diuini mandati: tamen virginem ab ipſa culpa in mente Dei ſingulari priuilegio fuiſſe præſeruatam à Domino per gratiam, rationabiliter concedendum arbitramur. Tum quia decuit quod diuina maieſtas illam præſeruaret, ob eius vitæ integerrimæ præ filijs hominum virtutes eximias. & pro honore materno. vtque decor aſſumendæ humanitatis ſuæ omni ſuſpicione macula originalis culpæ careret. Tum quia Dominus futura prouidens ſeruata iuſtitia; ſimulq; munificẽtia: pro cautione primi parentis à peccato & pro honore, & bono reipublicæ generis humani potuit tacite in mente ſua illam præſeruare: licet ex rationabili cauſa lex mandati ſui videretur abſoluta attento quòd talis præſeruatio nemini nocumẽto: ſed multis beneficio eſſe poterat. Et attento. quòd ſi Dominus dixiſſet primo parenti: In quacunque hora de ligno à me prohibito comederis morte morieris tu cum prole tua. excepta virgine, quæ de femore tuo egredietur, Profecto cauſam & excuſationem culpæ præſtitiſſe videretur: quia Adam leniorem tranſgreſſionis ſuæ culpam æſtimare, & facilem veniã rationabiliter ſperare potuiſſet. Similiter ſapientem Dominum futura præuidentem decuit hoc ſingulare virginis priuilegium in eius mandato tacite præterire, vt confunderetur, pateretque virus callidi ſerpentis, qui nec Dominum in corde ſuo venerabatur: & genus humanum liuenti oculo clã perſequebatur [illegible] per inſidias, & dolum impedire futuram [illegible] humanitatem indignans hominis naturam in Chriſto & in virgine ſuper Angelos omnes exaltari debere: cum argumentum futuræ incarnationis Dei concepiſſet non modo ratione finis: attento quod homo vltimus ex omnibus à Deo factus atq; creatus eſt. Et attẽto quod in creatione rerũ ſuper Deus ordinẽ circularẽ obſeruaſſet, ſed etiã cauſa naturæ hominis cõmunicabilioris quã natura Angeli & ex cauſa ſimilitudinis Dei, cũ Deus feciſſet hominẽ ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ ſuã. Non erat n quod ſimilitudo cauſat amorẽ, & quod amor proprietatẽ habet cõiun*

lum corticem ſcientiæ, non medullam apprehēdunt. contra l. ſcire leges. ff. de legi. Quia vero ſcientiam veritatis magis de fonte, quam de riuulis oportet quærere. c. ieiunium. 77. di. Ideo p̄dicti ſi volunt habere veram ſcientiam, debent recurrere ad Deum, à quo eſt omnis ſapiētia, Eccleſ 1. qui eſt caput, & auctor omnium ſcientiarū: à quo omnis ratio ſupernæ & terrenæ ſcientiæ emanauit. c. legimus 5. ſed econtra. ver. deniq; 37. di. Ipſe autem Dominus Ieſus Deus & homo, in quo ſunt omnes theſauri diuinæ ſapiētiæ, ad Col. 2. oſtendet eis quod ſua mater puriſſima concepta fuit ſine originali peccato. Pro hac vera opinione defendenda multi ſerui Dei ignem intrarēt: Nam hoc anno dum quidam in hac vrbe Mediolani impugnarent eam, multi ex fratribus meæ curiæ ſubiectis, me inſtanter rogauerunt, vt pro defendenda B. virginis innocentia eos in ignem cum prædictis conceptionis aduerſarijs intrare permitterem. Ego vero licet præfatis ſeruis Dei nō obſtaret prohibitio canonica talium experimentorum, de qua tractatur in cap. conſuluiſti. 2. q. 4. & per Th 2.2 q. 95, ar. 8. Quia qui ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege, vt ait Apoſt. ad Gal 5. ca. tamen ſciens quod B. virgo Maria ſuam innocentiam, & puritatem aliter defenſaret cum aduerſariorum ſuorum confuſione: Item credens quòd ipſi impugnatores immaculatę conceptionis non acceptarent talem propoſitionem de intrando in ignem pro ſua impugnatione affirmāda, & quod ſi intrarent ſubito comburerentur, imò quod forte ignis non expectaret eos intrantes ſed præueniret, nolui acquieſcere prædictis fratribus meis, Sed conſolatus ſum eos dicens, quod beatiſſima virgo nolebat ſuam magnificare conceptionem talibus experimentis.

Omnes iuriſconſulti moderni ſunt in ſent. auctoris. Ad hanc etiam opinionem firmiter tenendam me inducit quòd nunquam inueni aliquem iuriſ conſultum modernum, qui ipſam non affirmet eſſe veriſſimam. Vnde cum eſſem quadam die cum periтiſſimo in vtroque iure, domino Laurentio de Buſti quondam patre meo, qui fuit de collegio doctorum Mediolani annis 42 interrogaui eum quid teneret de conceptione B. virginis. Et ipſe mihi reſpondit quòd indubitanter credebat & credendum erat, ipsā ſine peccato originali fuiſſe cūceptā

Iacobus de Voragine eadem ſen. Magiſter quoq; Iacobus de Voragine ordinis prædicatorum hanc eandem ſententiā approbat in ſer. 6. de annunciatione quaſi in principio, vbi de B virgine inquit: *Primo habuit pulchritudinem, cum dicitur Aue. i. ſine væ peccati. Fuit enim tā pulchra quòd fuit ſine macula. Cā. 4. Tota pulchra amica mea, & macula non eſt in te.* Ipſa enim fuit pulchra, quia ſine peccato originali. Tota pulchra, quia ſine peccato mortali. & ſine macula, quia ſine peccato veniali, hæc ille ad literā. Et. ſ Hier. quē allegat Alex. de Ales, ſuper Pſal. 71. ait. *Vellus cum ſit de corpore, neſcit corporis paſſiones, & ſimiliter B. virgo immunis fuit ab omni immundicia* Hanc quoq; opinionē de immaculata virginis cōceptione tenuit S. Io. Chry. in quadā ſua epiſt. q̃ de Græco in Latinum D. Trapezuntius Bononienſis traduxit. Ipſa vero immaculata virgo oſtendit hanc opinionem eſſe veriſſimam, dum ait illud Pſ. 30. *In te domine ſperaui non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me.* Et potuerunt eſſe verba dicta à propheta in perſona ipſius virginis, in hunc mundū introeuntis. Sequitur ibidem *Eſto mihi in Deū protectorem, & in domum refugij, vt ſaluum me facias. Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. Educes me de laqueo, quem abſconderunt mihi: quoniam tu es protector meus. In manus tuas commendo ſpiritum meum redemiſti me Domine Deus veritatis. Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacue.* i. eos qui vanas ſequuntur expoſitiones ſcripturarum ſine fructu, imo cum ſuo, & aliorum damno, ac vituperio. Sequitur ibidem *Ego autem in domino ſperaui: exultabo, & lætabor in miſericordia tua. Quoniam reſpexiſti humilitatem meam, ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam. Nec concluſiſti me in manibus inimici, ſtatuiſti in loco ſpacioſo pedes meos. Miſerere mei Domine quoniam tribulor.* ſ. ab illis qui vituperant me, dicētes me fuiſſe in manibus diaboli concluſam, & ab eo poſſeſſam. Contra iſtos autem exclamat ipſa virgo benedicta dicens illud Pſ. 34, *Iudica Domine nocentes me: expugna impugnantes me. Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi. Effunde frameā tuā, & conclude aduerſus eos qui perſequuntur me, dic animæ meæ ſalus tua ego ſum. Confundātur & reuereantur quærentes animā meā Auertantur retrorſum & cōfundantur cogitantes mihi mala. Fiant tanquā puluis ante faciē venti: & Angelus Domini coarctans eos. Fiant viæ eorū tenebræ & lubricū & Angelus Domini perſequens eos. Quoniā gratis abſconderūt mihi interitum laquei ſui. ſuperuacue exprobrauerunt animam meam. Veniat illi laqueus, quem ignorat, & captio quā abſcondit, apprehendat eum, & in laqueum cadat in idipſum. Anima autem mea exultabit in Domino & delectabitur ſuper ſalutari ſuo,* hæc illa. Quæ etiā dicere poteſt illud quod in eodem Pſ. habetur. ſ. *Surgētes teſtes iniqui; quæ ignorabant interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis. ſterilitatē animæ meæ. Et aduerſum me lætati ſunt. & conuenerunt, tentauerūt me, ſubſannauerūt me ſubſannatione, frenduerūt ſuper me dentibus ſuis. Domine quādo reſpicies reſtitue animam meā à malignitate eorū, & leonibus vnicā meā.*

Non·

Digitized by Google

Non ſupergaudeant mihi qui aduerſantur mihi inimici mei iniquè: qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant. Hoc autem dixit, quia iſti aduerſarij immaculatæ virginis conantur brachio terreno ſuorum principum impedire venerationem innocentiæ matris Dei ſub colore, & ſpecie pietatis, & honoris Chriſti. Sequitur beata virgo ibidē. *Vidiſti Domine, ne ſileas: Domine ne diſcedas à me. Exurge & intende iudicio meo Deus meus, & Dominus meus in cauſā meā. Iudica me ſecūdū iuſtitiā meā Domine Deus meus, & non ſupergaudeant mihi Erubeſcant & reuereantur ſimul, qui gratulantur malis meis Induantur confuſione, & reuerentia, qui maligna loquuntur ſuper me Exultent & lætentur qui volunt iuſtitiam meā.* &c. Hanc quoque opinionē de integerrima virginis conceptione ſubtiliter demonſtrat & probat magiſter Iohan. Euangeliſta de Corduba ordinis Minorum de obſeruantia, theologus doctiſſimus. Ex cuius tractatu quinque extraxi rationes. Sed licet ipſe ſingulas argumentorum ſuorum partes probet: tamē ego ne hunc ſermonem nimis in lōgum protraham, ſolum compendioſè aliquid de eis referam. Prima autem ratio ſumitur ex infallibili prædeſtinatione diuinæ incarnationis. Pro cuius fundamēto prædictus doctor præſupponit hanc veritatē, videlicet quod licet primus humanæ naturæ parēs Adam non peccaſſet, tamē humanam carnē ex ſua glorioſa matre Dei filius aſſumpſiſſet. Hoc autem eſſe verum ego clariſſime probabo in 5. par. huius operis, ſer. 4. par. 1 ſequendo doctrinā Alex. de Aleſ in 3. par. ſum. in tractatu de incarnatione Chriſti, & Sco. in 3. di. 7. q. 3. dubio primo, & Petri de Aquila ibidem, & Ric. in 3 di. 1. ar. 2. q. 4 & S. Bonau & Fran. de May. & Alex Lombardi in eadem di. qui dicūt quod etiā ſi Adā nō peccaſſet, Chriſtus incarnatus fuiſſet: licet non mortuus, nec aliquid paſſurus. Hoc autem præſuppoſitum, prædictus doctor pro prima concluſione poſuit in quadam publica diſputatione, in qua poſt nōnullas cōcluſiones propoſitas, quodlibet ad omnē quæſtionē in facultate theologica, & in metaphyſica obtulit. Taliter verò dictā concluſionem formauit dicens: Inter alias creaturas quas Deus omnipotens de nihilo condere dignatus eſt, quamuis eas vnica volitione produxerit, Chriſti tamen redemptoris noſtri humanitatem primo & ante omnia in eſſe volito produxit. Quare haud dubium eſt quod ſi primus humanæ naturæ parens Adam in originali iuſtitia perſtitiſſet: nihilominus verbum caro factum eſſet. In prædicto autem tractatu ſic in ſententia inquit. *Voluntas diuina prius pro aliquo ſigno produxit ab æterno in eſſe volito humanitatem Chriſti, tanquam determinatam Deo infallibiliter vniri in vtero ſacratiſſimo glorioſæ virginis, quàm voluerit permittere Adam peccare. Et ſimiliter eadem diuina voluntas produxit in eſſe volito humanitatē virginis glorioſe, tanquam Dei filium conceptura pro aliquo ſigno ante permiſſionem lapſus primi parentis noſtri, quia caro Chriſti caro virginis eſt. Ergo nullo modo peccatum ipſum infecit puriſſimam virginem: cuius eſſe, & gratia maternitatis Dei præceſſit permiſſionem ipſius peccati. Secūda ratio ſumitur ex correſpondentia & commenſuratione beatitudinis ad gratiam gratum facientem ſic* **2. Ratio.** *arguendo ſecundum prædictum doctorē: Omne ſummè beatificandum per meritum Chriſti ex ineffabili prædeſtinatione diuina eſt prius ſummè gratificandum gratiā gratum faciente per idem meritū, iuxta exigentiā ſummæ prædeſtinatione beatitudinis, vt eſt communis ſententia theologorum, Sed B. virgo Maria fuit ſumme beatificanda ex ineffabili prædeſtinatione diuina per meritum Chriſti: quod patet, quia exalta eſt ſuper choros Angelorum &c. Item quia ipſa ſola tenet ſupremum gradū latitudinis beatificandorum ex merito Chriſti ergo prius fuit ſumme gratificanda per gratiam gratum facientem iuxta exigentiam ſuæ prædeſtinatæ beatitudinis. Sed ſi fuit in originali peccato concepta: nec habuit ſummam gratiam, nec ſummam gloriam, ergo &c. Quod aūt non habuiſſet ſummam gratiam patet, quia nihil, quod pro aliquo inſtanti fuit in Dei odio, ira, & indignatione, eſt illi vnquam ſummè gratum, quia quacunque poſt data gratitudine ſemper manet ira, odium, & indignatio illius inſtantis in conſpectu diuino.*

Nihil quod pro aliquo inſtanti fuit in Dei odio poteſt dici ſummè gratum Deo.

Quod vero non habuiſſet ſummam gloriam probatur, quoniam ſi nō habuit **3. Ratio.** *tantam gratiam; ergo nec tantam gloriam potiſſime cū tali innocentiæ correſpondeat ſingularis gloria, & ornatus. Relinquitur ergo quod glorioſa virgo fuit à peccato originali præſeruata poſtquam fuit ad ſummam gloriā ex merito paſſionis Chriſti ineffabiliter perfecto*, hæc illa. Qui tertiam rationem deducit ex debita diſpoſitione, & proportione corporis myſtici, dicens: *Certum eſt apud ſcientificos Theologos, quod Chriſtus etiam quantum ad naturam humanam eſt caput Eccleſiæ triumphantis, & militantis, & hoc maxime, quia ſicut in naturali corpore caput in cætera membra naturaliter influit, ſic Chriſtus omnibus vtriuſq; Eccleſiæ membris ſpiritualiter influit, illis omnibus gratiam, & gloriam promerendo Ex hac autem catholica theologorū ſententia arguo ſic: In corpore naturali debite diſpoſitio, & proportionato aliquod membrum eſt capiti propinquius, ad quod primo & immediate naturaliter influxus ab ipſo capite deſcēdit, & per mediū cuius cætera mēbra huiuſmodi influentiā recipiūt: Ergo à ſimili proportionabiliter in corpore myſtico erit aliquod membrū*

Chriſto

Digitized by Google

Chriſto capiti propinquius, cui primo, & immediate, Chriſtus Ieſus ſpiritualiter influat gratiã, & gloriã per cuius mediũ cætera Eccleſiæ mẽbra huiuſmodi influentiã recipiunt: Vt enim ait cõmentator Auerroes in proœmio phyſi. Sicut eſt in naturalibus, ita ſuo modo in ſpiritualibus. Hoc aũt mẽbrum Chriſto capiti propinquum in gratia, & gloria non eſt aliud niſi virgo Maria, in quã primo, & immediate totius gratiæ, quæ eſt in Chriſto, vt ait Hiero. ſe infudit plenitudo, ea etiam mediatrice reliqua eccleſiæ membra Chriſti gratiam recipiũt, quia de plenitudine eius ſicut ait Bern. capiunt vniuerſi nec vlla etiam gratia de cœlo ad nos deſcendit niſi veniat per manus Mariæ. Sed ſi virgo Maria eſt concepta in peccato originali, nullum membrum eſt in corpore myſtico Eccleſiæ ſic capiti proximum & immediatum, quamobrem maneret monſtruoſum ex defectu talis mẽbri. quod patet quia cum Chriſtus, qui eſt caput, ſit naturaliter ſine peccato originali conceptus ita quod non ſolum illud non contraxit: ſed nec contrahere potuit. Si omnis alia humana creatura eſſet concepta in peccato originali cum ſimul non contrahere, nec poſſe contrahere &, poſſe contrahere, & de facto contrahere, intermedi[illegible] poſſe contrahere, & de facto non contrahere: hoc membro deficiente, nullum membrũ eſſet Chriſto capiti proximũ & immediatum quod primo ſuſciperet hanc influentiã immunitatis à peccato originali, & ita corpus myſticum ſi tam propinquo membro careret eſſet monſtruoſum, ac ſi naturali corpori collum deficeret. Cõcluditur ergo quod vt corpus myſticum eſſet debite diſpoſitum, & proportionatum, B. virgo, quæ ſuper omnem creaturam eſt à Chriſto in gratia & gloria ſublimata fuit illud medium quod potuit in originali peccato concipi & tamen non fuit conceptum. Et tanto fortius hoc ipſum concluditur, ſi ad memoriam reuocetur quòd prædictum caput eccleſiæ Chriſtus principaliter gratiam munditiæ de directo originali peccato oppoſitam ipſi corpori myſtico influxit: quoniam principaliter propter peccatum originale redimendum paſſus eſt. Ergo virgo glorioſa hanc influẽtiam recepit: quæ dicitur collũ corporis myſtici, & cõſequẽter nõ fuit cõcepta in peccato originali. Quarta ratio ſumitur ex rationibus quas adducit S. Tho. in 3. par. ſum. q. 27. ar. 4. in corpore quæſtionis ad probandum quòd B. virgo fuit à veniali peccato præſeruata, vt eſſet præparata, & diſpoſita maternitati Dei. Tres autem adducit rationes. Prima eſt quia ſicut honor parentum redundat in prolẽ: ita per oppoſitum ignominia matris ad filium redũdaſſet. Secunda quia ſingularem affinitatem habuit ad Chriſtũ, qui ex ea carnẽ aſſumpſit, non eſt aũt conuentio Chriſti ad Belial. Tertia quia ſingulari modo Dei filius qui eſt Dei ſapientia, in ipſa habitauit: non ſolum in anima; ſed etiam in vtero. In maleuolam autem animam non intrabit ſapientia: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis, vt ait Salomon Sap. 1. ergo &c. Ex his enim rationibus concluditur ſtrictius quod virgo Maria fuit ab originali peccato præſeruata. Et primo propter primã: quia maior ignominia redundaret à virgine in prolem ſuam propter peccatum originale, quam propter peccatũ veniale, ratione maioris infectionis, turpitudinis, & grauedinis, vt patet ex præcedentibus. Ex ſecunda autẽ ratione ſic arguitur. Nulla eſt conuentio Chriſti ad Belial. Sed ſi peccatum veniale fuiſſet in virgine, propter ſingularem affinitatem quam Chriſtus ad ipſam habet, ex quo ex ea carnem aſſumpſit, eſſet ſecundũ Thom. cõuentio Chriſti ad Belial ergo à fortiori non debuit originale peccatum contrahere; quia maior fuiſſet conuentio Chriſti ad Belial. Item quia per ipſum peccatũ originale fuiſſet pro illo inſtanti diabolo incorporata, vt probatum eſt in præcedentibus ſermonibus. per veniale autem nunquam. Item quia originale eſt peccatum naturæ quam naturam Deus aſſumpſit ex virgine, veniale autem eſt peccatum perſonæ quam Deus non aſſumpſit. Ex tertia etiam ratione pariter concluditur, B. virginem ab originali peccato fuiſſe præſeruatam ſic arguendo. In maleuolam animam non intrabit ſapientia: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Sed per peccatum originale anima virginis fuiſſet maleuola, hoc eſt in Dei maleuolentia, & indignatione, & corpus eius magis ſubditum peccatis quam per veniale, ergo propter ſingularem inhabitationẽ filij Dei in anima, & in corpore ipſius virginis, debuit omnino à peccato originali præſeruari potius, quàm à veniali. Et his igitur rationibus, aut S. Tho. nihil concludit, aut nos longe verius concludimus glorioſam virginem ab originali peccato fuiſſe præſeruatam. hæc ille. Qui etiam quintam rationem ſumit ex probatione, quam fecit B. Tho. in 3. par. ſum. q. 27. ar. 1. probando quod virgo Maria fuit ſanctificata in vtero materno, vbi ſic dicit: De ſanctificatione virginis. ſ. quod fuerit in vtero matris ſanctificata, nihil in ſacra ſcriptura traditur, tamen ſicut Aug. arguit quod fuerit aſſumpta in cælum, ſic & nos poſſumus arguere in propoſito. Et ſic arguens dicit: Rationabiliter creditur quòd illa quæ genuit vnigenitũ à patre plenũ gratiæ, & veritatis, maiora priuilegia gratiæ acceperit præ omnibus alijs. Inuenimus autẽ hoc ſanctificationis priuilegiũ in materno vtero quibuſdã alijs fuiſſe conceſſum, vt Hieremiæ cui dictũ eſt Hier. 1. Antequam exires de vulua ſanctificaui te. Et Iohã. Baptiſtæ, de quo dictum eſt Luc. 1. Spiritu S. replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ: ergo rationabiliter creditur quod B. virgo ſanctificata fuit antequã ex vtero naſceretur. Ex hac itaque probatione ſic arguitur. Rationabiliter creditur quod illa quæ genuit vnigenitum à patre plenum gratiæ, & veritatis, maiora priuilegia gratiæ acceperit præ omnibus alijs. Sed quibuſdam alijs priuilegiũ ſanctificationis in materno vtero contra peccatum originale

Chriſtus principaliter propter pec. orig. redimendum paſſus eſt.

Arg. tria D. Tho. opt. ſtudia B. V. fuiſſe ſine pec. orig.

Optima deductio ex arg. D. Tho. ad probandum intentum

Digitized by Google

originale legimus fuiſſe cōceſſum. Ergo illa, quę genuit vnigenitū Dei patris, cōtra originale peccatū maius priuilegiū debuit accipere. Sed priuilegio ſanctificationis in materno vtero cōtra originale peccatū nullum eſt maius, quā priuilegium preſeruationis. Ergo rationabiliter creditur quòd fuerit ab ipſo originali peccato præſeruata. Nec valet fuga dicentium quòd virginis ſanctificatio fuit magis accelerata quàm ſanctificatio aliorum, quia ſecundum eos fuit ſanctificata per minimam morulam poſſibilem poſt conceptionē, alij autem tardius. Vel quòd virgo Maria in ſua ſanctificatione vberiorem gratiam prę omnibus alijs accepit. Quoniam ſemper maneret idem priuilegium, ita quòd priuilegium virginis contra originale peccatum non fuiſſet alterius rationis. Sed reſpondendo particulariter: Primo ad illud de acceleratione dico: quòd ſi propter conceptū, & partum filij Dei arguebatur rationabiliter quòd fuerit ſanctificata in materno vtero immediate poſt conceptionem, quam citius fuit poſſibile, a fortiori, ſi aliter opinantes intellexiſſent congruitatem, & modum quo nos aſſerimus glorioſam virginem per præſeruationem fuiſſe redemptam, hoc ipſum equidem nobiſcum adduxiſſent; virginis innocentiam pariter ſublimantes. Nec adduxiſſent pro inconuenienti dicere quod ſi eſſet ſine peccato concepta, fuiſſet Chriſto æqualis, vel quòd non indiguiſſet redemptione, & ſimilia quæ altius ſpeculantibus ridiculoſa, & valde groſſa videntur. Similiter ſi duo eſſent incarcerati pro aliquo enormi crimine, parua eſſet ſubleuatio infamiæ vnius pro eo, quòd ipſe aliquo paruo tempore ante alium eſſet de carcere liberatus. Contra illud vero de vberiori gratia in ſanctificatione recepta reſpondetur, ſic arguēdo: Si decuit virginem à peccato originale mundari per maiorem ſanctificationis munditiam, quàm omnes alij mundati fuerint, & hoc propter maternam dignitatem filij Dei, ergo decuit propter eandem rationem tanta eam munditia, & immunitate peccati tollere, quanta fuit poſſibile ſub Chriſto Ieſu. Quia etiam quantacunque munditia, & maxima puritate data in Dei genitrice: cōdignitati cōceptionis, & maternitatis filij Dei adæquale minime potuit correſpondere. Nec valet fuga dicentium quod per hanc opinionem derogatur legi naturæ à ſacra ſcriptura comprobatæ, ex eo quòd fuit per concubitum concepta, & ideo debuit in originali concipi. Quia reſpondetur quòd maius eſt derogare priori legi naturæ, quæ ab ipſa natura naturaliter eſt intenta, & à Deo inſtituta de multiplicanda prole per viri, & fœminę commixtionem, cui tamen fuit derogatum quādo B. virgo ſuum concepit filium, quem non de viro, ſed de ſpiritu S. concepit, quàm derogare in conceptione eiuſdem virginis ſecundæ legi quæ eſt lex peccati, quæ à natura non eſt naturaliter intenta. Illum ergo qui derogauit primæ legi naturæ innocentis in conceptione filij ſui propter maiorem eiuſdem vnigeniti ſui honorem, & mūdiciam ampliorem, decuit etiam derogare ſecundæ legi naturæ peccatricis propter ipſius filij, & ſponſæ ſuæ remouendam vituperationem, puritatiſq; maternę conſeruationem, atque vtriuſq; commendationem.

Reiectio cuiuſdam fugæ de accelerata ſanctificatione vel vberiori gratia.

PARS TERTIA HVIVS Sermonis in qua alia miracula referuntur pro conceptione.

Multis alijs miraculis, & maximis ſignis omnipotens Deus genetricis ſuæ innocentiam declarauit, de quibus aliqua inferius annotabimus. Licet enim veritas verborum adminiculis non indigeat, l. 1. C. ſi minor ab hære. ſe abſti. tamen quia magis mouent facta quàm verba, vt notantur in l. de quibus ff. de legi. & in l. ea quæ. ff. de contrahen. emp. & res magis declaratur & cognoſcitur occulta experientia. §. emancipatus. ff de col. bono. Aliqua alia miracula à Deo facta ſubnectam. Quapropter ſi deuoti immaculatæ conceptionis decipiuntur, non niſi à Deo decipiuntur, cum ſub titulo conceptionis matris eius talia fiant & facta ſint prodigia quæ à ſolo Deo fieri potuerunt. Quia vero Deus nullum poteſt decipere, ideo nullus in veneratione conceptionis B. virginis poteſt errare. Vnum autē miraculum in ciuitate Mediolani anno preterito accidit. Nā cū prædicator quidam contra immaculatam virginis cōceptionem prædicaſſet, & poſt prædicationem poni feciſſet tabulā quandam in loco in quo prædicauerat, in qua tabula ſcripta erant auctoritates quædam contra virginis conceptionem: Caſu interfuit vnus conceptionis B. virginis deuotus, qui timens tali prædicatione, ac tabellæ ad murum affixione multos à deuotione immaculatæ conceptionis matris Dei poſſe auerti, recogitanſq; qualiter huic inconuenienti valeret obuiare: Tādem propoſuit in animo ſuo deſcribi, atq; depingi facere ſuper portam domus ſuæ nonnullos doctores cum dictis ſuis B. virginis immaculatam conceptionem commendantibus, ſimul cum miraculo contra illū prædicatorem facto, qui vt legitur poſtquā contra B. virginis conceptionem prędicauit de pulpito deſcēdens, ſtatim adueniente lupo terribili ſuffocatus eſt.

Mediolan.

eſt. Hoc autem propoſitũ cũ per aliquod tempus implere diſtuliſſet, ægritudine maxima infirmatus eſt. Cum vero nullis medicorum remedijs ſanitatem recuperare ſe poſſe conſpiceret: excogitare cœpit quod forte Beata virgo propter propoſiti ſui dilationem indignata, hanc ſibi infirmitatem euenire feciſſet. Votum protinus illi deuouit quod ſi ipſum de prædicta infirmitate liberaret, ipſas auctoritates deſcribi, atq; doctores qui illas edidere depingi cum prædicto lupi miraculo faceret. Quo emiſſo atq; completo voto ab ipſa infirmitate ſine medicinarum remedijs liberatus eſt, quod miraculũ ipſe mihi ore proprio enarrauit; cuius etiam rei teſtimonium mihi perhibuit aromatarius qui illi ante emiſſum votum in prædicta infirmitate medicinas exhibuit. Aliud quoq; indicium ſuæ innocentiæ B. virgo à 14. annis infra demonſtrauit. Nam cum reuerendum patrem fratrem Bernardinum de Caymis ordinis noſtri ſummus Pontifex Sixtus 4. ad Hiſpaniarum regem pro quibuſdam rebus valde importantibus atq; chriſtianitatis bonum concernentibus deſtinaſſet: ipſeq; ab ipſo rege quicquid prædictus ſummus pontifex petebat obtinuiſſet, ab Hiſpanijs Romam pergere volens. cum Mediolani eſſet, vni ex eius ſocijs ad terram ſanctam ſuperiorum obedientia profecturo, qui litteras regis prædicti ſummo pontifici directas in cuſtodia habebat, prædictus frater Bernardinus impoſuit vt omnes litteras alteri ſuo ſocio aſſignaret. Ille vero cum multas litteras ab Hiſpaniarũ partibus delatas in vno panniculo ligatas haberet, eas fideliter alteri ſocio eius cõſignauit, oblitus quod litteras à quibus totum negocij pondus dependebat, in quibuſdam corporalibus repoſuerat, vnde eas Hieroſolymam perrecturus aſportauit. Cum igitur pater, frater Bernardinus Romam profectus eſſet, credens quod illas litteras ſocius eius haberet, & ad ſummi pontificis præſentiam accedere deberet: volens prædictas litteras præparare, vt eas ſummo pontifici poſſet præſentare. Reuolutis omnibus litteris quas eius ſocius habebat, inuenit illas deeſſe, ſine quibus corã ſummo pontifice eius indignationem timens, non audebat apparere, propter quod multum incepit affligi, neſciens quid de ipſis litteris factum eſſet. Ego vero qui ſimul cum illo Romam perrexerã pro cõfirmatione noſtri officij cõceptionis virginis glorioſæ impetranda, deuoui eidem pijſſimæ virgini, quod ſi gratam nobis habere faceret à prædicto ſummo pontifice audientiam, litteraſq; prædictas reperiri, tres ad gloriam immaculatæ conceptionis ſuæ ſermones componerẽ; quo emiſſo voto, ſtatim Sum. Pont. nos vocari præcepit, atq; alacri vultu, & valde iucũda facie gratiſſimã nobis audientiã dedit, ipſumq; patrẽ fratrẽ Bernardinũ ne de amiſſione literarũ affligeretur, hortatus eſt, dicens, quod ita credebat verbis ſuis, ſicut litteris ipſis crediſſet. Sed quod mirabilius eſt, procurante ipſa benedicta virgine, ſocius prædicti patris fratris Bernardini, qui abſtulerat ipſas litteras antequã in portu Venetiarũ nauẽ nauigaturus aſcenderet, reuoluens prædicta corporalia, ipſaſq; litteras reperiens, eas ſtatim prædicto fratri Bernardino Romã tranſmiſit, qui eas ad cõfirmationẽ ſuæ fideliſſimæ legationis prefato Sum. Pont. præſentauit. In terra etiam Modoetiæ tempore *Modoetiæ*
peſtis, quidam habens vlcus morboſum, beatam virginem rogauit, vt ad gloriam ſuæ ſanctiſſimæ conceptionis eum liberaret, qua in ſero emiſſa inuocatione mane ſequenti ſe liberum reperit. In ciuitate quoque Laudæ dum quædam mulier, mater vnius fratris noſtri grauiſſima infirmitate laboraret, ſimili modo immaculatæ conceptioni beatæ virginis ſe deuouens liberata eſt. Econtra vero contra innocentiam ſuam perſequentes ipſa virgo benedicta multipliciter indignationẽ ſuam demonſtrauit. Nam in ciuitate Mantuæ tẽpore illuſtris Marchionis, Domini Ludouici aui *Mantuæ.*
præſentis Domini Marchionis, quidam religioſus cõfeſſor prædicti Marchionis rogauit ipſum, vt feſtũ cõceptionis B. virginis de libro feſtorũ, quæ obſeruãtur in illa ciuitate faceret deleri. Cui ille reſpondit ſe hoc facere nolle, quia hoc feſtũ erat à ſuis prædeceſſoribus inſtitutũ. Tũc ille cõfeſſor rogauit eum, vt ipſum permitteret dictũ feſtũ cancellare, quo ex tædio permittente, ille cõfeſſor cancellato conceptionis feſto ad ſuũ reuerſus monaſteriũ mortu° eſt ſine lingua, meruit. n. illã linguã amittere qua B. virginis cõceptionẽ pſumpſit impugnare, per quæ. n. quis delinquit per ea & puniri debet. Sap. 11. & Exo. 21. & notatur in l. ex facto §. Iuliã. ff. de vul. & pu. l. heres ff. de his quib° vt indignis. & in l. fi. C. de accu. & in fi. l. cui. ff. eodẽ, & per glo. in l. ſi. fugitiui. C. de ſe., fu. In ciuitate etiam Mediolani quidam notarius, & ciuis Mediolanenſis Dominus Petrus Antonius de *Mediolani.*
Bernardis, qui erat contrarius opinioni de immaculata conceptione beatæ virginis taliter, quod habebat exoſum officium conceptionis per Romanam Eccleſiam approbatum, nec volebat audire predicationes de cõceptione eiuſdẽ virginis: ac reprehendebat eos, qui tenebãt, vel ieiunabãt vigiliam conceptionis, aut feſtum eius celebrabant, & obſeruabant, & in hac opinione ſua cõtra conceptionem perſeuerauit annis 14. & plus.

Digitized by Google

ciuitate Italiæ ordinis eorum inſtitutor, vt communiter ab eis tenetur, ſit ſepultus; quadam die in illo monaſterio, fratribus ex more ante iuxta bam ſepulturæ quandam antiphonam canentibus, quæ incipit: Magne pater &c. Audita eſt vox de tumba dicens: Neque ego pater, neque vos filij. Quæ verba licet à quibuſdam interpretata ſint, quod hoc ideo diceret ille ſanctus, quia fratres qui habitabant in illo conuentu non obſeruabant ordinata per ipſum inſtitutorem, alij vero dicunt quod in illa tumba non eſt corpus ipſius ſancti: ſed vnus religioſi alterius ordinis, & ideo vox illius dixit: Neque ego pater, & reliqua: tamen alij, & forte melius opinantur quòd hoc ideò dixit ille ſanctus; quia cum ipſe fuerit deuotiſſimus cōceptionis matris Dei, ipſi eam impugnare nitebantur, & ideo bene dixit: Neque ego pater, ſcilicet veſter ſum, neque vos filij, ſcilicet, mei eſtis, quaſi diceret, ſicut Iudæis dixit Chriſtus Iohan. 8. ca. Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite: ſic & vos, ſi filij mei eſſe vultis, deuotionem meam erga immaculatam virginem Mariam tenete, vt non ſitis de illis de quibus ſanctus Ambroſius in quadam homilia inquit: *Radix ſancta, & ſi rami inutiles &c.* vt etiam non ſitis de illis quos ſanctus Iohannes Baptiſta Lu. 3. appellat genimina viperarum, quæ materna viſcera crudeliter rodunt. In Candiana etiam inſula, vt mihi retulit vnus frater noſter, qui tunc ibi aderat: cum vnus deuotus frater minor de immaculata virginis cōceptione prędicaſſet, quidam viſitator alterius ordinis poſt prandium fecit prædicationis ſignum pulſari. Et congregato populo cœpit prædicare contra beatæ virginis conceptionem, quod indigne ferens illuſtriſſimus dux Candiæ deuotiſſimus beatæ virginis, qui ſermoni præſens erat, præcepit illi viſitatori vt ſtatim de pulpito deſcenderet, & ſileret ſub pœna indignationis excellentiſſimæ dominationis Venetiarum. Ille igitur coactus deſcēdere, valde indignatus, miſit quaſdā cōcluſiones fratri illi noſtro prædicatori, iactans ſe eas velle contra eum diſputare. Quas ille frater aſpiciens inuenit in tribus locis falſas in grammatica, vnde illi reſpondit quòd prius iret ad ſcholam puerorum, & poſtea poſſet ire ad diſputationem theologorum, & quod prius curaret caput Priſciani quod ipſe fregerat, quam præſumeret impugnare argumenta Scoti. Beata tamen virgo temeritatem ſuam confundere etiam aliter voluit. Nam infra paucos dies, poſt ipſum exceſſum dictus viſitator ſuis fratribus omnibus in ſeditionem concitatis contra eū conuerſis, neceſſe habuit effugere latenter de monaſterio ſuo timens incarcerari, vel forte etiam peius tractari ab eis. [illegible] ad monaſterium [illegible] ſtrum ſupplex veniens rogauit fratres [illegible] occultatum tenere dignarentur [illegible] donec nauigium ſecurum [illegible] ret. Cuius protectionem non [illegible] fratres, ſed bonum pro malo [illegible] li conſilium ad Rom. 12. reddentes, eum in monaſterio ſuo charitatiue quoad voluit [illegible]. In Firmana etiam ciuitate dum quidam [illegible] tor contra beatæ virginis conceptionem prædicare cœpiſſet, ſubito ſanguis cum magna [illegible] de ore eius effluere cœpit, ita quod nunquam inceptum ſermonem proſequi potuit. Sed forte aliquis contra me indignabitur, quia talia ad immaculatæ virginis defenſionem miracula facta conſcripſi. Cui ego reſpondeo quod dum beata virgo illa fecit, toti mundo laudabiliter intimanda monſtrauit. Ego tamen in hoc opere neminem ſpecialiter nominaui. Vnde ſi quis mihi iraſci voluerit, & recalcitrare, verificabitur de eo illud quod inquit B. Hieron. ad Nepotianum dicens: *Neminem ſpecialiter ſermo meus pulſauit: generaliter de vitijs diſputatio eſt. Qui igitur mihi iraſci voluerit, prius ipſe de ſe quod talis ſit confitebitur.* hæc ille. Talis nanque murmurator oſtendet ſe eſſe de illis aduerſarijs beatæ virginis, de quorum obſtinatione hæc tractātur. Inquit enim moral. Cato in ſuis documentis: *Conſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici.* Talis quoque facit, ſicut equus, qui habet clauum fixum in carne, qui ſubito vt tangitur in illo recalcitrat. Ego tamen eorum murmurationem parui pendo. Nam ſi omnes impugnatores beatiſſimæ virginis contra me verbis, ac factis inſurgerent, confiderem in illo, qui defenſoribus ſuæ matris inquit illud. 2. Paral. 20. *Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem. Non enim eſt veſtra pugna, ſed Dei.* Et propterea ipſorum detractionem, atque ſuſurrationem non timeo, nec curo de eorum ſcriptis me impugnantibus, quia nec curabat ſaluator noſter de murmurationibus, aut ſcādalis Phariſæorum. Et ideo aliqui prædicatores falluntur, qui dimittunt prædicare de conceptione beatæ virginis, maxime in die ſuæ ſolemnitatis: timentes aliquos prædictæ conceptionis aduerſarios aduerſum ſe concitari. Bonus namque ac fidelis ſeruus non debet à laudibus domini, ac dominæ, ſuæ deſiſtere: licet aliquos videat de prædictis laudibus indignationem habere. Ideo, vt intellexi, cum ſupraſcriptus pater, frater Bernardinus Feltrinus præfato reſpectu non ſoleret prædicare de conceptione virginis benedictæ: quadam vigilia conceptionis interrogauit eum venerandus pater frater Sixtus de Mediolano ordinis

Digitized by Google

Tibi ago gratias Chriſte, quia de ſancta Virgine matre tua niſi quod pium eſt, ac dignum viſum eſt ſentire non potui. Vt enim dicit Petrus Aureoli vbi ſupra, eadem dici poſſunt in præſenti quæſtione, immo omnia argumenta quæ fecit Augu. ad probandũ quod inconuenientius fuiſſet beatæ virginis corpus in putredinem verti, multo magis concludũt inconuenientiſſimum, eius animam peccati ſtercoribus ſordidari, & putrefieri. Inter alia autem fundamenta poteſt adduci illud quod idem Auguſt. vbi ſupra inquit, dum ait: *De Maria credendum non videtur nec æſtimabile illud, cuius æſtimationem procul pellit inæſtimabile munus quod accepit.* Super quibus verbis arguit Petrus Aureoli vbi ſupra di. *Sed certum eſt quòd maternitas Dei cauſalitas omnis gratiæ, principatio diuinæ pacis charitatis, & amicitiæ repellit æſtimationem omnis peccati. Inæſtimabile enim eſt principium amicitiæ eſſe filiam odij, principium charitatis, & pacis eſſe filiam iræ, matrem Dei eſſe ſeruam peccati. Ergo hoc omnino eſſe non debuit ſecundum verba Auguſt.* hæc ille. Non enim congruum fuit Deo redemptionem humani generis malo inchoare principio, quæ tam bono debebat peragi exitu. Ad quod facit c. principatus 1. quæſt. 1. & quod notat glo. in aut. vt iudi. ſine quoquo ſuf. §. cogitatio. col. 2. per textum ibi. Facit etiã ad prædicta quod initium eſt ſpectandum. l. 3. §. Scio. ff. de mino. l. ſi procuratorem in prin. ff. & man. & l. ſi id quod. §. ſi filius. ff. pro ſocio. & l. Pomponius. la. 2. ff. de nego. geſt. Multum enim valet bonum initium, & bona fides in principio. l. quid ergo. in princi. ff. de his qui no. infa. l. 1. & 2. C. de longi tẽpo. præſcrip. & §. ſi quis à non domino. inſti. de rerum diui. & c. ſi de præſcrip. Ex quibus omnibus patet, quòd inconueniẽs fuiſſet, matrem Dei habere malum initium. In prædicto etiam loco prædictus doctor arguit ſic: *Si, vt ait Hierony. ad Euſtochium, omnis honor impenſus matri redundat in filium ergo ſimiliter dicendum eſt de vituperio. Quia ad quem ſpectat commodum: ſpectat, & incommodum l. ſecundum naturam ff. de re iur. & l. ſi non fuerint §. ita cotri. ff. pro ſocio. Cum igitur turpitudo originalis peccati ſumme repugnet filio, non videtur bene honorare Chriſtum in matre, qui dicit in ea originale peccatum fuiſſe.* hæc ille. Et maxime cum ipſa Dei mater, vt ſupra patuit, fuerit fabricata à filio ſuo qui fabricat mundiſſima, & puriſſima. Sicut ergo ignis nũquam fuit ſine calore, nec aqua aliquando fuit ſine humore, ita & B. Dei genitrix nunquam fuit ſine innocentia, & puritate, ſuiq; filij gratia, & amore. Matrẽ igitur Dei infamari, & vituperari nemo debet ſupportare, nam etiã fideles, ac boni canes contra auferentes bona dominorũ ſuorum ſolent latrare rabidi vero canes etiã dominũ, ac dominam ſuam quærunt mordere. Cũ ergo ſecũdum iura licitum ſit defendere vaſallum & ſeruũ. l. ſed ſi vnus. §. ſeruus meus. ff de iniu. Itẽ famuliũ conductũ l. 2. de vſu & habi. Itẽ filio ſpurio defendere patrem ſuum. ſecundum Bal. in l. cũ acutiſſimi. C. de fidei com. immo etiam licitũ eſt defendere inimicum, ſi ei vis inferatur. ſecundum Bal. in l. vt vim. ff de iuſti. & iu. Item animal propriũ. iuxta notata in l. 1. § vim. ff. de vi & vbi ar. immo etiam inter animalia bruta licita eſt defenſio. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi qua. pau. fe. di. Erubeſcere profecto debent B. virginis impugnatores, quod ſint ſpurijs, & animalibus brutis deteriores, cum non ſolum eam non defendant, ſed vituperare conẽtur. quod ſi eam defendere nolunt, ſaltem ori ſuo ſilentium imponãt. vt ea quæ legunt, & nõ recte intelligunt, alijs contra matrẽ Dei exponere non præſumant. Ipſi. n. ſcripta tantũ diſcurrunt, eorũ autẽ contẽta propter frigiditatẽ ſtomachi nõ bene digerũt, vt de quibuſdã ſimilibus inquit Cynus in l. imperiũ. ff. de iuriſ. om. iu. Ego vero vt præſentẽ ſermonẽ concludã, & detrahentiũ machinationis obuiare quçã, quia laudantes B. virginis conceptionem appellant ſomniatores, vel ſomnia recitantes: ac deprauantes ſcripturas diuinas, ſeu falſificantes ſanctorũ dicta, vel eorũ auctoritatibus abutẽtes, vel mendacia fingẽtes: dico quod ipſi alijs imponũt quod forte ipſi facere cõſueuerunt. Sicut quidam ſcholaris ſtrabo erat tempore, quo ego legali ſtudio operam dabam in ciuitate Papienſi, qui cum videbat aliquem ſibi contumelias dicere volentem, timens ne ei improperaret quod eſſet ſtrabo, ſtatim ei dicebat: Tu es vnus ſtrabo: quamuis iſ rectos, & pulchros haberet oculos. De talibus autem verificatur illud quod ponit Salomon Eccleſiaſt. 10. di. *Stultus in via ſua ambulans, cum ipſe ſit inſipiens omnes ſtultos exiſtimat.* Et Seneca in li. de moribus dicit: *Hoc habet omnis affectus, vt in quo ipſe inſanit cæteros putet inſanire.* Et Auguſti. ſuper Pſal. 118. ſermone 12. ait: *Homo malus ſuſpicatur in alio quod ſentit in ſe ipſo.* Sciant ergo omnes, quod ea quæ in hoc opere ſcripſi, aut ipſe ex originalibus libris extraxi, aut ab alijs auctoribus ſic allegata tranſcripſi. Miracula vero hic poſita aut ipſe oculis proprijs vidi, aut à fide dignis narrata, vel deſcripta recitaui, quæ quidem vera miracula non potuerunt per diabolicam artem fieri, vt patuit ſupra ſermone ſeptima, parte ſecunda, vnde apparet error impugnantium innocentiã genitricis

Dei:

Dei: qui dicunt prædicta miracula, & prodigia feciſſe diabolum. O inſipientia a...rum! Quis enim ſapiens credere poteſt, quod diabolus miracula facere ad virginis gloriam, quam ſemper habuit in capitalem inimicam. Non enim præſumendum eſt quem debere extolli, ac laudari à capitali inimico, immo potius deprimi, & vituperari. Et propterea leges reprobant teſtimonium ſimilium. l. teſtium. ff. de teſtibus. Tales obſtinati in vituperatione virginis, nec auctoritatibus nec rationibus, nec quibuſuis miraculis credunt. Vnde licet de bonis Chriſtianis credentibus, miraculis factis pro conceptione immaculatæ virginis, verificentur illa verba Pſalmiſt. quibus inquit Deo, *Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis:* de ipſis tamen non verificatur. Sed hoc pro dixerat idem pſal qui etiam ait Deo: *Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua: & iuſtitia tua in terra obliuionis?* quaſi dicat non. Iſti enim ſunt ſimiles Phariſæis qui de Chriſto male dicebant, licet cũ viderent miracula facientem, & dæmonia eijciẽtem vnde & dicebant: *In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia.* Matt. 12. & Marci. 3. Similiter cæco nato dicenti ei de Chriſto quod eum illuminauerat, ipſi reſponderunt vt habetur Ioan. 9. *Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt.* Et ſic ex obſtinatione ſua nolebant credere miraculis Chriſti, iſti vero neſcio vtrum peiores ſint, nolunt credere nec Chriſti prodigijs, nec immaculatæ matris eius, immo vt obſtinationem ſuam defendant, dicunt quòd beata virgo non indiget noſtris laudibus, & ideo non curat quod à nobis de innocentia laudetur. O mala locutio, qua induci poſſunt homines ad blaſphemandam Dei genitricem. Et hoc enim arguent dicentes: Si noſtræ laudes non ſunt ei gratæ, ergo nec blaſphemiæ ei multum diſplicent. O verſuta dæmonis fallacia, quæ hos in tanta mentis obduratione perduxit, vt nec hominum verbis, nec diuinis credant: nec iudicia Dei formident: ex quo demonſtrant, quod ſapientes non ſunt. Si enim ſaperent, verificaretur de ipſis illud poeticum: *Caſus dementis correctio fit ſapientis.* Cognoſcerent namque quam diſſimo multum diſpliceret Deo, & beatæ virgini impugnatio innocentiæ ſuæ, tam magnas vindictas, & visiones contra eam perſequẽtes non feciſſent. Talibus ex obſtinatione ignorantibus dicitur Deut. 32. *Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia, vtinam ſaperent, ac nouiſsima prouiderent.* Horum autem calamitati valde compatior. Dubito enim quod ſi millia millium, & decies centena millea miracula plus quam facta ſunt, ad declarationem innocentiæ virginalis fierent, forte aliquis eorum credere nollet dicturaui, & ſtatui cuſtodire opinionem obſtinationis meæ. Et ideo de ipſis tantummodo in omnibus præcedentibus ſermonibus intellexi, quando impugnantes puriſſimæ virginis conceptionem, vt eos ad ſanam ſententiam reuocarem, exprobrationis flagello percuſſi, ſciens quod per Salom. dicitur Prouer. 29. *Virga atque correctio tribuit intellectum, & ſapientiam.* Non igitur dico quod aliquis hactenus peccauerit: qui licet errauerit, beatam tamen virginem in originali peccato conceptam non ex pertinacia, ſed ex quadam ſolum ignorantia, & falſa opinione putauit. Illos vero dico peccaſſe, & peccare grauiter, qui obſtinatione & pertinacia atque malignitate puriſſimæ virginis matris Dei conantur innocentiam impugnare: quos tamen moneo, vt à malo propoſito ſuo reſiliant. quia melius eſt deſiſtere, quam male cœpta perficere l. Pomponius. §. meminiſſe ff. de inoffi. te. & l. quis ſit fugitiuus ff. de edil. edic. & per bal. & doc. in l. ſi quis non dicam. C. de epi. & cler. & per glo. in l. quia ea mente ff. de inti. Item quia licitũ eſt ſeipſum corrigere, ſicut etiã fecit iuriſcõſultus in l. diuus ff. de iu. pa. & in l. labeo. vbi glo. ff. de ſer. ruſti. prędi. Ego aũt licet vt arbitror, nihil niſi ſecũdũ catholicã veritatẽ ſcripſerim, tamẽ more boni, & fidelis Chriſtiani omnia in hoc opere poſita, & etiam in omnibus alijs ſcriptis meis præſentibus, & futuris ſanctiſſimæ ſedis Apoſtolicæ iudicio & determinationi humiliter ſubmitto. ſciens quod ſecundum iura, maxime vt habetur in ca. hæc eſt fides 24. q. 1. & in c. damnamus. de ſum. tri. & fi. ca. nemo inculpari debet, qui ſua ſcripta ſubijcit ſedi Apoſtolicæ. Quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus cum paſtore ſuo protegat, & glorificet meritis innocentiſſimæ matris ſuæ, Cui ſit honor & ſempiterna gloria per infinita ſecula ſeculorum Amen.

***

SERMO.

Digitized by Google

SERMONVM MARIALIS

PARS SECVNDA PRINCIPALIS QVAE PECVLIARI NOMINE LIBER vitæ nuncupatur.

DE SACRATISSIMA VIRG. Mariæ Natiuitate

SERMO PRIMVS.

IN QVO EIVS NECESSITAS, NOBILITAS, ac iucunditas oſtenditur.

EGredietur virga de radice Ieſſe : & flos de radice eius aſcendet. Eſa. 11.c. Recitant hiſtoriographi, quod antiqui magnorũ principum natalia celebrabãt. Ipſi quoq; principés diem natalis ſui cum ſolemnitate, & iucũditate deducebant. Vnde Mar. 6. dicitur, quòd Herodes rex in die natalis ſui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ. Subditi etiã in diebus natalitijs dominorũ ſuorũ trepudia, & choreas atq; feſtiuos ludos in eorũ aſpectibus faciebant. Vnde Mat. 14. dicitur: *Die autem natalis Herodis ſaltauit filia Herodiadis in medio*, ſ. aliorum corizantium, *& placuit Herodi*. Et talia natalitia regum appellabantur feriæ ſolemnes. l. fi. C de feri. Et in ſimilibus diebus omne ius prætorium ceſſabat, vt habetur in dicta. l. fi. glo. vero in rubrica. C. eo. ti. appellat ferias repentinas, quando infra annũ naſcitur repentine filius principi. Sancta quoque mater Eccleſia beati Ioan. Baptiſtæ natiuitatem ſolenniter iubet celebrari, quia ſanctificatus fuit in matris vtero, præcurſorque fuit Saluatoris. Quapropter in die natalis eiuſdem per vniuerſum orbem ab omnibus fidelibus chriſticolis ſingulis annis feſtiua gaudia celebrantur. Quanto ergo maiori deuotione, ac reuerentia ſanctiſſimæ virginis genitricis Dei debent ſacratiſſima natalitia celebrari? profecto in iſto ſanctiſſimo die debet humana mens magnam in lætitiam proſilire. Vnde beatus Auguſt. in ſermone hodierno inquit: *Adeſt nobis dilectiſſimi, optatus dies beatæ ac venerabilis ſemperque virginis Mariæ. Ideo cum ſumma exultatione gaudeat terra noſtra tantæ virginis illuſtrata natali. Hæc eſt enim flos campi, de qua ortum eſt pretioſum lilium conuallium, per cuius partum natura mutatur protoplaſtorum, quo deletur & culpa*. Et beatus Iohan. Chryſoſt. etiam ipſe in ſermone hodierno inquit: *Hodie fit mundo ſalutis initium, Iubilate Deo omnis terra, cantate & exultate, pſallite. Exaltate vocem veſtram, exaltate. nolite timere, edita eſt, nobis in lucem ſponſa Dei, de qua naſciturus eſt agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Exultate montes & colles, & ſicut cera defluite. Lætare humanum genus: Cantate cæleſtes ſpiritus, lapides nolite tacere, quoniam hodie nata eſt illa virga, quæ pertulit miri odoris fragantiam.* hæc ille. Cuius virginis glorioſæ natiuitatem præuidens in ſpiritu propheta, deſcripſit eam ſub nomine virgæ, dicens verba thematis noſtri: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*, hic autem flos fuit Ieſus Chriſtus eius filius, qui de ſeipſo inquit Can. 1. *Ego flos campi.*

Diet natales principũ celebrentur antiquitus.

Dicitur autem flos campi, & non horti, triplici de cauſa.

Cur Chriſtus dicatur flos campi & nõ horti.

Primo quia flos horti, vt naſcatur terra, aperitur. flos autem campi ſine terræ apertione naſcitur: ſic etiam Chriſtus natus eſt de virgine ſine virginitatis eius violatione.

Secundo dicitur flos campi, & non horti: quia flos horti eſt clauſus, flos vero campi omnibus eſt apertus. & ſic etiam hortus pietatis Chriſti nulli clauditur, ſed omnes ad ipſum poſſunt accedere, & miſericordiam inuenire.

Tertio dicitur flos campi: quia in partibus vltramarinis naſcitur quidam flos, qui vocatur flos campi, haberque ſtipitem aſperum, & quinque folia rubea. & ſignificat Chriſtum qui pertulit aſperitatem crucis, & habuit quinq; vulnera paſſionis. Recte ergo beata virgo nomine virgæ deſignatur, quia ex ea prodijt flos florum, fructus fructuum benedictus Ieſus filius eius, & Dei. Et quod ſupradicta prophetia de nullo alio in[...]ligatur, quam de beata Maria virgine, [...] de CHRISTO eius filio, patet per tranſlatio[...]em Chaldaicam, quæ in hoc loco ſic habet: *Exurget rex de filijs Iſrael, & Meſsias de filijs filiorum eius.* dicitur autem in præfata prophetia: *Egredietur virga de radice Ieſſe*: quia licet beata virgo orta ſit de radice Iudæorum; tamen eſt egreſſa naturam radicis. Radix .n. ad ima, virga ad alta tendit: radix in terra, virga in aere proficit: radix terræ humore, virga cœli rore, & ſolis calore creſcit. Iudæi enim petebant ima vitiorum: illa autem alta virtutum: illi erant fixi in terra, per cupiditatem terrenorum, illa vero nunquam incuruata eſt ad tranſitoria bona, ſed in cœlo habitabat per cupiditatem ſupernorum; illi paſcebantur amore carnali, hæc nutriebatur amore ſpirituali: illi frigeſcebant

Digitized by Google

bant amore infidelitatis, iſta virgo nobiliſſima fouebatur calore charitatis. De cuius procreatione tria myſteria contemplabimur.

Primum appellabitur neceſſitatis.

Secundum nobilitatis.

Tertium iucunditatis.

PARS PRIMA HVIVS SERmonis, in qua deducitur neceſſitas Natiuitatis B. V. ex fundamento legali.

NAtiuitatem virginis glorioſæ humano generi fuiſſe neceſſariam, probatur tribus rationibus.

1. Ratio. Prima quarum dicitur reædificationis: Fundamentum cuius eſt ciuile. Si enim tibi locaui aream eo pacto, vt in ea domum ædificares in qua me reciperes, quandocunque ad te declinarem. Tu ædificaſti, & in ea me recepiſti, poſtea vero labe ædificij, vel alia culpa, tua domus corruit. Conuenio te vt iterum reædifices: Quæritur an poſſum in hoc te conuenire: & clarum eſt quod ſic l. ſi. ff. loca. quia in hoc mecum conueniſti, vt quamdiu locatio duraret, ibi eſſet conſtructa domus in qua reciperes locatorem. Argumentum ad hoc in l. eum de hære. ff. de ſerui. vr. præ. Nam non ædificatum cenſetur, quod diruptum eſt. ff. de leg. 3. l. qui concubinam. Et factum non dicitur quod non durat. l. ſi quis aliam. ff. de ſolu. l. item ſi quæritur. §. ſi gemma. & l. ſi ff. de act. em. facit in arg. l. ſi. cui. §. affinitates. ff. de poſtu. Non ergo ſufficit ſemel recipere locatorem, niſi iterū ipſum recipiat quouſque locatio durat. Arg. in l. ſi ſeruitus ff. de ſeruit. vr. præ. & C. ſi ſeruus expor. ve. l. 1. ſic ergo in noſtro propoſito. Nam cum omnipotens Deus locauerit paradiſum Adam primo homini, vt ex illius coſtu. ædificaretur vna mulier, in qua ipſe habitaret, & ex illa naſceretur: hæc domus ſuggeſtione diaboli, & mandati præuaricatione per ipſum Adam facta corruit: debuit ergo ille homo ex ſua ſtirpe producere aliam mulierem, quæ eſſet ſtabilis domus, & non corrueret durante ſemper locatione Dei ad humanum genus. Naturali igitur iure, & ciuili neceſſe fuit, vt illa virgo naſceretur, in qua filius Dei habitaret, qui dixerat per prophetam Pſal. 131. *Hic habitabo, quoniam elegi eam.* Et hoc figuratum fuit Heſter. 1. & 2. c. vbi Vaſthi prior regina depellitur per inobedientiam Aſſueri regis, & Heſter Hebræa loco eius ſubrogatur, quæ regis placuit oculis.

2. Ratio. Secunda ratio dicitur Succeſſionis. Fundamētum cuius habetur in aut. licet C. de na. li. vbi dicitur, quòd filij naturales exiſtentibus legitimis ſuccedere non poſſunt ab inteſtato: poteſt tamen dari vna vncia naturalibus, & concubinæ vel ſoli concubinæ, ſemiuncia. l. patre C. eo ti. Eſt autē vna vncia duodecima pars hæreditatis. vt habetur inſti. de hære. inſti. §. hæreditas. Hoc autem non ſe extendit ad ſpurios, vt in dicta aut. licet C. de natu. lib. *Vnica legalis.* Nos ergo qui non ſumus legitimi ob priorem fornicationem Euæ, qua tota humana natura corrupta eſt, de qua nati ſumus, quæ fuit ancilla non libera, iuxta illud Pſal. 115. *Ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ, non poteramus ſuccedere in tota hæreditate.* Quia igitur votum parentum eſt tranſmittere bona ſua filijs. l. ſcripto. ff. vnde li. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffi. teſta. l. de emancipatis. C. de legi. hæredi & l. penultima ff. de bonis li. Ideo vt cæleſtis patris non deſiderium impleretur, qui ſua nobis bona æternæ felicitatis dare affectat, oportuit quòd per ſequens matrimoniū fieremus legitimi: de qua legitimatione habetur in aut. qui. mo. na. effi. le. col. 6. circa principium. & in ca. conqueſtus. &c. tanta extra qui filij ſint le. Vt ergo Deus pater legitimos nos faceret, deſpōſauit ſibi ancillam ſ. humanam naturam accipiendo in matrem filij ſui virginē pudicam, virginem ſanctam, virginem omni laude digniſſimam Mariam Hebræam, quam naſci neceſſe fuit, vt fieret mater Dei. Ideo lætabundi dicere poſſumus illud Pauli ad Gal. 4. non ſumus ancillæ filij, ſed libere qua libertate Chriſtus nos liberauit.

3. Ratio. Tertia ratio dicitur ſubuentionis. Fundamentum cuius ponit iuriſconſultus in l. 1. ff. de inte. reſti. & in l. 2. §. verba ff. ad velle. vbi inquit quòd deceptis & fraudatis debet ſubueniri. Cum ergo diabolus decepit humanum genus, mendacijs ſeducendo primam mulierem: Ideo oportuit decepto homini prouideri de remedio opportuno. quia igitur vt inquit philoſophus 1. poſteriorum. Si vnum eſt cauſa alicuius effectus, oppoſitum eſt cauſa oppoſiti, ad quod eſt tex in l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. vbi dicitur, quòd *ſi conſenſus eſt cauſa contractus, diſſenſus eſt cauſa diſtractus.* ſicut per mulierem peccatricē à diabolo deceptā, & deuictam, fuit humanum genus deperditum, & à ſtatu ſuo deiectum: ita econtrario debuit per mulierem innocentem, & puram, atque ſanctiſſimam, diaboliquè ſuperatricem in integrum reſtitui, & reparari, alter ipſe mendacij pater diabolus de mendacio ſuo emolimentū cōſequeretur:

quod

Digitized by Google

quod eſſe non debet. nullus enim de mendacio facto debet commodum obtinere, iuxta notata in l. 1 ff. de nata. teſti. & in l. 3. §. 2. digeſt. ſi ex noxa. cau. agatur, & in ca. ſedes de reſcript. immo propter mendacium debet puniri. l. ſi dubitet. § ita demum ff. de fideiuſſori. & aut. contra qui propriam. C. de non numerata pecunia, & §. ſed furti. Inſti. de actio. Neceſſe ergo fuit putiſſimam Dei genitricem naſci, quæ contrita diaboli deceptoris poteſtate, hominem de ſeruitute illius eriperet: & quem ille per matrem culpæ Euam à ſe fraudatam maledictioni ſubiecerat; ipſa mater gratiæ ſuo interuentu, ac patrocinio benedictionibus adimpleret, quod factũ eſſe teſtatur. Hiero. in ſermone ad Eſtochium dicens: *Quicquid maledictionis infuſum eſt per Euam: totum abſtulit benedictio Mariæ. Inſuper, & gratiam infudit Chriſti ortus, quam prius non habuerat totus mundus*, hæc ille.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis de Nobilitate B. Virginis.

Licet, vt inquit iuriſconſultus in l. 1. ff. de inte. teſti. qui per ſeipſum ſe commendat, non indigeat commendatione. quod etiam habetur in l. 2. C. quando & quibus quar. pars Licet enim dicatur in l. 1. in fi. ff. de dote præle. quòd ſatis demonſtrati fruſtra fit demonſtratio, & quod patet expreſſe, non eſt probare neceſſe e. euidentia. de acu. & l. ea quidem. C. eo ti. Item quòd expreſſio eorum quæ tacite inſunt nihil operatur. l. 3. ff. de le. 1 ex quo videtur non eſſe neceſſarium beatæ virginis Mariæ nobilitatem, quæ per ſe ipsã eſt euidenter, & clariſſime demõſtrata, manifeſtare, tamen ad maiorem ipſius virginis deuotorum conſolationem aliqua dubia circa nobilitatem eius declarabimus.

1. Dub. Vtrũ Chriſtus debuerit de matre nobili procreari. Primum eſt, vtrum Chriſtus debuerit de matre nobili procreari Et primo argui poteſt quòd non, inquit enim Paulus primo ad Corinth 1. *Non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi nobiles, ſed ignobiliora mundi, & contemptibilia, & ea quæ non ſunt elegit Deus.* ſed beatam virginem elegit Deus, & præelegit. Ergo non debuit eſſe nobilis, ſed ignobilis. Itẽ glo. ſuper prædicta verba Apoſtoli ait: *Venit enim humilis Deus, quærens humiles, non altos.* & ibidem etiam dicit: *Non elegit reges, vel ſenatores, vel philoſophos, vel oratores, ſed plebeios, pauperes, indoctoſque piſcatores.* Ergo cum beatiſſima virgo ſit præ omnibus iſtis electa, præ omnibus iſtis videtur debuiſſe eſſe plebeia, & paupercula: Nam verbum humilis proprie verificatur in plebeia, in ancilla, vel ancillæ filia. l. humilem §. 1. C. de inter. matri. Deus autem quærit humiles, vt patuit ſupra. Item maior humiliatio videtur ex parte Dei de ignobili, quam de nobili incarnari.

Sed his non obſtantibus in contrarium *Veritas probatur.* eſt veritas, vt declarat Albertus Magnus ſuper *Miſſus eſt*. Et poſſumus ipſam virgineæ nobilitatis congruentiam ſic probare: Quanto aliquis plus eſt eleuatus in ſummum, tanto magis debet deprimi deorſum. quanto enim mons eſt altior, tanto eius vallis profundior; ergo quanto magis aliquis eleuatus eſt ſurſum per nobilitatem, & dignitatem, tanto plus poteſt deſcendere per humilitatem, & conſequenter magis mereri, & magis gratus eſſe Deo, iuxta illud Eccleſia. 3. *Quanto maiores, tanto magis te humilia in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.* vnde Bernard. in quodam ſermone inquit: *In alto non altum ſapere, ſed humilibus conſentire maxima virtus eſt.* Sed beata virgo fuit humilitatis profundiſſimæ, ergo debuit eſſe nobilitatis, & dignitatis excellentiſſimæ. Ideo Auguſt. in quodam ſermone inquit: quòd ipſa beatiſſima virgo nunquam fuiſſet ſuper omnes choros Angelorum exaltata, niſi fuiſſet ſuper omnes homines humiliata. Quia ergo tanto humilitas maior eſt, & magis laudatur, quanto quis magis nobilis, & magnus exiſtens humiliatur: Ideo debuit Dei genetrix in altum per nobilitatem, & dignitatem eleuari, vt eius humilitas profundior, & gratiæ capacior, poſſet magis ab omnibus laudari, & à Deo in cæleſti gloria altius *Solutio contrariorum.* ſublimari. Non obſtant modo argumenta in contrarium adducta: Quia reſpondeo illud dictum Apoſtoli loqui de prædicatoribus primis per quos mundus erat conuertendus ad fidem, quos congruebat eſſe plebeios, & indoctos, ne eorum ſapientiæ & potentiæ, vel dignitati aſcriberetur id, quod Deus per gratiam ſuam illorum miniſterio operabatur; & ſic crux Chriſti euacuaretur. Vnde congruebat quòd nõ in doctis humanæ ſapientiæ verbis, nec in potentia dignitatis homines ad fidem deciperentur, vel cogerentur, ſed ſimplicibus ſimplicium verbis exterius, diuina virtute coop[illegible]ate interius, humiles per humiles vocarentur, & ſic Deus humilis exaltaretur, & diabolus qui per ſuperbiam vicerat, per humilitatem vinceretur. Vnde glo. ſuper præfatum dictum Apoſtoli ait: Niſi fideliter præcederet piſcator, humiliter non ſequeretur orator.

Digitized by Google

Sed aliud eſt in beata virgine, quam decebat filium quantum poterat, & ipſa capax erat exaltare, nobilitare, & magnificare. nec decuit Chriſtum, vt maiorem ſuæ humilitatis iudicium demonſtraret, genitricem ſuam ignobilitatis vituperio ſubdere. Ad legem autem humilem ſupra allegatam: Reſpondetur, quod Imperator ibi capit humilem non pro habente virtutem humilitatis: ſed pro ignobili ac infami, ac vituperabili. vt patet ibi in textu, dum dictum ſuum declarat in meretrice & ſcenica. Tertio quæritur in quo conſiſtat nobilitas ipſius virginis, & cum dicat quidã ſapiens, quod nobilitas nihil aliud eſt quam inueteratæ diuitiæ: & in communi prouerbio dicitur, quod ille reputatur nobilis, qui multas habet opes: Vnde Iuuẽ. ſatyra. 1. ait: *Vincant diuitiæ, ſacro nec cedat honori. Nuper in hanc vrbem pedibus quæ venerat albis* Refert quoque Barto in l. 2. in 6. columna. C. de digni. li. 12. quòd quidam Imperator dicebat, quod nobilitas eſt antiqua æris, & diuitiarum poſſeſſio, cum pulchris regiminibus, & virtutibus; Videtur ergo quòd iſtam nobilitatem non habuerit beata virgo quæ fuit paupercula, & coniunx carpentarij. Non etiam videtur quòd nobilitas eius ſit attendenda circa complexionem corporis, quia in complexione non æſtimatur nobilitas, vt inquit Albertus vbi ſupra; nam multi reges, & principes qui nobiles appellantur, ſunt complexionis melancholicæ, & phlegmaticæ, & econtrario quàm plures ruſtici, & viles homines ſunt ſanguinei, & cholerici: & conſequenter dignioris complexionis corporalis. Non videtur etiam attendi debere nobilitas alicuius quo ad animam genitorum ſuorum, cum ipſa anima nõ ſit ex traduce, vt theologi probãt in 2. di. 18. maximè S. Bonauent. ibidem ar. 2. q 3. & Alex. de Ales in 2 par ſum. in tract. de anima. & Tho. in 1. parte ſum. q. 90. art. 3. & in ſumma contra gentiles li. 2. ca 86. ergo anima filij nihil accipit nobilitatis ab anima patris, vel aliorum prædeceſſorum. Non videtur quoque attendendam eſſe nobilitatem alicuius eo, quod ſit ex nobili, & antiqua atque generoſa progenie procreatus. Ait enim Sen. ad Lucillum, quòd non facit nobilitatem atrium plenum fumoſis imaginibus, quia quod ante nos eſt, noſtrum non eſt: non enim ad noſtram vixerunt gloriam Et idem in li. tragœdiarum inquit: *Qui genus laudat ſuum, aliena laudat.* & Ouid in 13. Meta. canit: *Nam genus, & proauos; & quæ non fecimus ipſi: Vix ea noſtra voco.* Et fuerunt verba Vlyſſis in oratione contra Aiacem, pro habendis armis Achillis. Idem quoque Ouid. in 1. de ponto ait: *Non cenſus, nec clarum nomen auorum: Sed probitas magnos, ingenioſque facit.* glo. etiam in l. ſi quid bello ff. de capti. & poſtli. reuer. dicit: *Magis eſt meum quod per meam probitatem quæro, quã id quod per anteceſſores.* facit. l. 3. ff. de inter. & rele. Et Cicero in inuectiua contra Saluſtium ait: *Sanctius eſt me meis fulgere moribus, quam maiorum opinione niti, vt ſim meis poſteris nobilitatis initium.* Ad hoc quoque adduci poteſt illud quod inquit Cinus in l. quiſquis. C. de poſtu. dicens: quòd ſcientia præfertur nobilitati generis. & l. ſed & reprobari § amplius ff. de excu. tu. probat quòd tantũ non debet attendi nobilitas generis, quantum nobilitas morum. Ideo Iuuenalis contra quendam, qui cum eſſet vilis moribus gloriabatur, de generis ſui nobilitate exclamat l. 3. ſatyra. 2. dicens. *Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo Sanguine cenſeri, & pictos oſtendere vultus Maiorum, ſtantes in curribus Aemilianos. Tota licet veteres exornent vndique ceræ Atria nobilitas, ſola eſt atque vnica virtus Vſque adeo miſerum eſt alienæ incumbere famæ. Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis Aeacidæ ſimilis, vulcaniaque arma capeſſas Quam te Therſitæ ſimilem producat Achilles.* Nemo ergo de ſanguinis ſui generoſitate debet gloriari, quæ ex ſuis non prouenit meritis, maxime cum omnes ab eodem principio trahamus originem, & ſit vera ſententia Boetij in 3. de conſo. c. 12. dicentis: *Omne hominum genus in terris ſimili conſurgit ab ortu. Quid genus, aut prauos ſtrepitis; ſi primordia noſtra; autoremque Deum ſpectes nullus degener extat: Ni vitijs peiora fouens proprium deferat ortum.* Sed quid dicemus de quibuſdam, qui cum ſint ignobilis generis, tamen de nobilitate gloriantur? profecto talium vana gloria poſſet tolli, ſi eis diceretur illud Iuuenalis, vbi ſup. ſcilicet, *Maiorum primus quiſquis fuit ille tuorum; Aut paſtor fuit, aut aliud, quod dicere nolo.* Quid etiam dicemus de multis, qui cum ſint nobiles genere, ignobiles ſe reddunt vitioſa conuerſatione? Quanto enim maiores alicuius fuerunt nobiliores, tanto maius eſt vituperium ei, qui ab illis deſcendens per vitium ſe viliſſimum facit, vt inquit Saluſtius in Iugurtino. Vnde Claudianus canit: *Degenerant homines vitijs, ſiuntque minores.* Ex prædictis ergo videtur, quòd beatæ virginis nobilitas non ſi conſideranda, quoad carnalem propagationem, ſed ſolum quoad nobilitatem virtuoſæ vitæ. Omnes enim homines dici poſſunt nobiles, dummodo ſint virtuoſi: & tãto ſunt nobiliores quanto ſunt virtuoſiores. Ait enim Caſſiodo. in epiſtolis *hæc eſt indubitata nobilitas, quæ moribus comprobatur.* Et Hiero. ad Celantiam inquit: *Vera nobilitas eſt clarum eſſe virtutibus.* in c. venerabilis. de præben. & digni. dicitur: *Non generis*

3 Dubium: In quo conſiſtat nobilitas Mariæ.

Nota pulchra de nobilitate.

Digitized by Google

generis, ſed virtutum nobilitas gratum Deo facit, & idoneum ſeruitorem, & Gualterus de Caſtilione. l. 1. canit:

Nobilitas ſola eſt animam quæ moribus ornat. & Ouid. in l. de vetula dicit.

Nobilitas hominis mens, & deitatis imago:
Nobilitas hominis virtutum clara propago:
Nobilitas hominis humilem releuare iacentem:
Nobilitas hominis mentem refrenare furentem:
Nobilitas hominis naturæ iura tenere:
Nobilitas hominis, niſi turpia nulla timere:
Nobilitas hominis terrenas temnere doteſ:
Nobilitas hominis cæleſtia carpere regna.

Et Ariſto. 1 polic. cap. 4. inquit, quòd nihil aliud, quam virtus, & malitia determinat liberum, & ſeruum: nobilem & ignobilem. & in c. nunquã 56. diſt. dicitur quod virtus animam nobilitat, & decorat. E contrario vero de carentibns virtute ait quidam verſificator: *Virtute remota Migrat in exilium nobilitatis honor*. vitioſi enim nõ debent ad honores, & dignitates promoueri. l. 2. C. de dig. libro. 12. Pro determinatione huius dubij dico ſecundum Albertum, vbi ſupra quòd beatiſſima virgo ſecundum omnem modum nobilitatis, & dignitatis eſſe debuit, vt fuit nobiliſſima, & digniſſima in ſummo. Vnde dico quòd ſi aliqua nobilitas eſt attendenda in prædictis, maxime fuit in ipſa Dei genitrice. Si ergo ex diuitijs aliqua reputatur nobilitas contrahi, ſicut videtur innuere Bart. in l. capitalium §. ſerui. ff. de pœnis: dicens quòd populares diuites, & honeſtiores gaudent priuilegio nobilium, & profectò ipſa B. virgo fuit nobilis, quæ ex altiſſimis parentibus regibus, & ducibus originem traxit, vt infra patebit. Item ipſius pater Ioachim erat diues, & ipſa vnica eius filia, ſed amore paupertatis omnia ſua pauperibus erogauit, vt infra Deo dante declarabitur, parte 4. huius operis. quibus diuitijs ſuis comparauit, regnum cælorum, dicente Domino Mat. 5. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum* Item Magi magna ſuo filio munera, & valde precioſa attulerũt; quę omnia etiã pauperibus dedit Quod quidem fecit, vt temporalibus diuitijs contemptis cæleſtium theſaurorum opes infinitas, & indeficientes cumularet: de quibus Gre. in quadam homil. inquit: Si vere diuites eſſe cupitis, veras diuitias amate. Et in hoc iſta prudentiſſima virgo fecit more philoſophantium, qui virtutis amore, pecuniam contemnunt. l. in honoribus §. philoſophus ff. de vaca. mune. l. pri. in ſi principij. ff. de vari. & extra co egit etiam more fortis athletæ: qui pugnat etiam ſine mercede.

Maria eſſe debuit, & fuit nobiliſſima in ſummo ſecundũ omnẽ modũ nobilitatis.

B. V. erat diues. ſed omnia pauperibus erogabat.

vt ait glo. in rub. & in l. 1. C. de athletis. libro 12. Si vero circa complexionem corporis attenditur nobilitas, ipſa virgo benedicta nobiliſſima fuit, quæ ab optime complexionatis viris, & mulieribus propagata fuit. Item ipſa optimæ complexionis ſuper omnes homines, & mulieres, quæ vnquam fuerunt, vel erunt, extitit: excepto eius filio Domino noſtro Ieſu Chriſto, vt infra declarabitur ſermo. 4. huius partis. Si autem aliquid nobilitatis dicatur cõtrahi ex eo, quòd prædeceſſores alicuius fuerint ſapientes, vel animæ nobiliſſimæ, ac prudentiſſimæ & intellectus ſpeculatiui, & huiuſmodi. vel fuerint de antiqua, ac potenti ſtirpe cum cauſa quod nobilitas generis attenditur l. ſi furioſi. C. de nup. vnde dicitur, ſi nobilis es lauda parentes, quod probatur in cap. nunquam 56. diſt. nam filius ſequitur dignitatem patris l. ſenator. C. de digni. libro. 12. profectò hæc omnia nobilitatis inſignia fuerunt in beata virgine. vt infra patebit. Vnde ſciendum eſt ſecundum Albertum, vbi ſupra, quòd *Nobilitas ſecundum carnem eſt traductio carnalis originis à parentibus ſecundum ſeculum in diuitijs, vel potentia, vel dominio conſtitutis. Ex quibus quantum ex parte naturæ eſt, cauſatur in filijs ſimilitudo complexionis & conformitas morum. & imitatio operationis homo enim pauper, & ignobilis. ſi diuitijs cæperit affluere, incipiet delitijs magis vacare, cibis delicatoribus ſe nutrire, & ſic complexionem nobilitare. exercitijs honeſtioribus occupari, parua damna minus curare, paruis lucris minus inhiare, dona minus curare, alienum dominium minus timere, libertatem magis appetere, maiorum conſortia contrahere, & eorum opera & mores imitari, & ſic natura primo ſeruilis, & ignobilis victa per conſuetudinem, in contrarium tranſmutatur Et quanto hæc à remotiori, & diuturniori radice ad ramos tranſmittitur, tanto magis naturæ inclinatio induratur, & inſeparabilior efficitur, vt in filijs quantum ex parte naturæ eſt, ad conſimilia patribus inueniatur inclinatio naturalis Vnde in communi prouerbio dicitur:* Sæpe ſolet eſſe ſimilis filius patri *Et fuit originaliter dictum auctoris libri, qui dicitur Pamphilus. cap. 19. l. quiſquis. C. ad le. iul. maie. & in aut de reſe. § pri. col. 2. & notatur in c. tranſmiſſæ extra qui fi. ſint le. & in cap Michael de fi. presby Et hæc appellatur nobilitas carnis, licet autem anima non ſit ex traduce, tamen exiſtens in carne operatur plus, vel frequentius ſecundum quod à carne amplius ad aliquid inclinatur.* Hæc Albertus vbi ſupra Anima enim cõiuncta corpori, imitatur paſſiones corporis: vt inquit autor in li. ſex principiorum. Dicunt autem aliqui doctores, quòd nobilitas iſta ſecundũ carnẽ non ſolum prodeſt quo ad gloriam mundi

Digitized by Google

ſed etiam multum adiuuat ad virtutes animi, & ad bonum incitat; quamuis ipſa ſola non cogat ad bonum, vel ad malum. Vnde inquit Albertus vbi ſupra quod licet quando quis operatur contraria nobilitati originis, tanto vitioſior, & deteſtabilior ſit, quanto magis agit contra naturalem inclinationē originis, & ſic magis culpabilis eſt nobilis vitioſus, quam ignobilis. Ideo leges plerumque magis puniunt nobiles, quam ruſticos, quia ruſticis parcendum eſt. l. t. ff. ſi quis in ius vo. non ie. l. id quod §. doli. ff de iuriſ. om. iu. Itē quanto quis eſt dignior, tanto eius eſt culpa grauior, iuxta illud Iuuenalis libro 4. ſatyra 2. *Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur*. quæ ſententia etiā ponitur in capit. quia tua l. di. & in cap. nulli fas. 25. quæſtio. prima & cap. præcipue. 11. q. 3. Tamen vbi nobilitas originis perficitur, & ornatur nobilitate morum, & operis: vtraque alteri præſtat incrementum laudis: & ambæ merito laudantur: quia vbi ſunt æqualia merita iu duobus, nobilitas addit gradui. leg. quod ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edic. & ponit Panor. in cap. cum venerabilis. de præben. Similiter ſcientia, & virtus addit gradui, in tantum quod ſcholaris virtuoſus, & ſapiens præfertur in gradu doctori ignaro. vt ait gl. in l. pri. C. de decurio. & eorum fi.

Eſt autem ſciendum, quòd licet nobilitas carnis ſine nobilitate mentis non laudetur, ſed vituperetur: econtra vero nobilitas mentis ſine nobilitate carnis tanto amplius laudatur, quanto magis propriam vincens naturam, laudabiliter operatur, vt imminuit tex in cap. nunquam. 56. di. tamen nobilitas carnis eſt quaſi radix, & innatū fundamentū virtuoſę operationis, ita vt illud habens difficilius à virtute moueatur. Et ſi virtus mentis forſitan tepuerit, ipſa carnis nobilitas eā ad nobilia excitat. Beata igitur virgo Maria fuit nobiliſſima nobilitate ſanguinis, & generis, adeo quod excepto filio ſuo fuit nobilius indiuiduum omnibus indiuiduis, quæ in humana natura fuerunt Nam vt patet Matth. primo, ipſa beata virgo deſcendit de ſemine patriarchali ſcilicet à quatuordecim patriarchis; quorum præcipuus fuit Abraham à quo quadrageſima, & vna generatio deſcendit. In quo Abraham Deus populum peculiarem elegit ſibi, & diſtinxit ab aliis. Cui etiam dictum fuit Geneſ. 23. capit. *Princeps Dei es tu apud nos*. Cui facta eſt repromiſſio de Chriſto naſcituro, Gene. 22. capit vbi dixit ei Deus: *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes*. Ab hoc nobiliſſimo patriarcha denominantur Hebræi, quaſi ex Abraham geniti, vt dicunt quidam: quamuis alij dicant quòd denominantur Hebræi; quia ab Heber deſcenderunt. Hic fuit primus qui confeſſus eſt fidem vnius Dei inter idololatras Chaldæos adorantes ignem pro Deo, in quem iniectus ab eis, vt experiretur virtutem eius, illæſus exiuit, & hoc tangitur Neemiæ nono capite. Quia ergo ab hoc nobili principe deſcendit beatiſſima virgo Maria, ideo illi dicitur Canticorū ſeptimo. *Quam pulchri greſſus tui in calceamentis, filia principis*: quod exponit glo. dicens: *Id eſt, opera tua in exemplis ſanctorum quos imitaris & omnes excedis*. Deſcendit quoque ipſa mater Dei benedicta, vt patet in eodem primo Matth. capit. à quatuordecim ducibus, & à quatuordecim regibus. Ideo de illa canit Eccleſia in officio hodiernæ feſtiuitatis: *Regali ex progenie Maria exorta refulget*.

Exp. illud Cant 7. quā pulchri greſſus tui &c.

Item deſcendit ex ſemine prophetali, maxime ex Dauid, qui fuit eximius prophetarum. vt dicunt Theologi in 1. ſentent. diſtinctione ſecunda Ideo canit Eccleſia vbi ſupra: Natiuitas glorioſæ virginis Mariæ ex ſemine Abrahæ: orta de tribu Iuda: clara ex ſtirpe Dauid. Fuit etiam exorta ex ſemine ſacerdotali, ſcilicet de tribu Leui, vt declarat Albertus vbi ſup. quia ſolum tribus regia. ſ. Iuda, & ſacerdotalis, ſcilicet Leuitica iungebant ſimul matrimonia. Vnde beata virgo etiam deſcendit de ſemine Aaron ſummi ſacerdotis, quia de ſtirpe eius fuit Anna mater eius. vt inquit Ioannes Damaſcenus, libro 4. & Beda ſuper Luc. Et Gregorius vigeſimo ſecundo moraliū. Beatus quoque Lucas tertio, ſui Euangelij capit. deſcribens nobilitatem originis ſuæ, genealogiam ſuam vſque ad Adam protrahit.

Mariæ Origo.

Vnde vt probat magiſter Bartholomæus Piſanus in ſuo Mariali fructu quarto Beata virgo orta eſt primo de multis partibus veteris teſtamenti, maxime à decimo nono incipiendo ab Adam vſque ad Thare: ſecundo de patriarchis: tertio de principibus: quarto de iudicibus: quinto de regibus: ſexto de ducibus: ſeptimo de prophetis: octauo de doctoribus: nono de viris ſtrenuis, & fortibus: decimo de ſacerdotibus. & ſummis pontificibus: vndecimo de populi rectoribus: duodecimo de cultoribus Dei, & iuſtis parentibus, vt ipſe ibi latius declarat. Et ideo dicere non immerito poſſumus beatæ virgini, illud Virgilij in primo Aeneidos. *Quæ te tam læta tulerunt Sæcula? quā tanti talem genuere parentes*: Ex ſupradictis autem colligitur, quod Chriſtus Dominus noſter, qui ſine matre genitus eſt ſecundum diuinitatem, & ſine patre ſecundum humanitatem, totam ipſam huma-

Digitized by Google

humanitatem, & dignitates, quæ ad ipſam ſequuntur ſcilicet cognationis, & conſanguinitatis ab ipſa matre ſua benedicta ſuſcepit. Corpus enim eius formatum fuit ex puriſſimis ipſius virginis ſanguinibus virtute ſpiritus ſancti. vt declarant Theologi in 3 diſtinctione ſecũda. Quia ergo omnes nobilitates conceſſæ humano generi in Adam principaliter à Deo datæ ſunt, vt deſcenderent per multas generationes, & per virginem matrem terminarentur in Chriſtum, qui eſſet vltimus dux, vltimus rex, & vltimus patriarcha populi Dei. de quo Apocalipſis ſecundo dicitur: *Hæc dicit primus, & nouiſſimus*: primus quoad diuinitatem: & nouiſſimus quoad humanitatem, Ideo apparet quanta ſit ipſius virginis nobilitas, quæ ipſum Dei filium quoad humanitatem nobilitauit Et conſequenter ex eius nobilitate omnis creatura nobilitata eſt. Quapropter ipſa benedicta virgo, poteſt dicere illud Eccleſiaſtici, vigeſimo quarto. *Ego ſicut nebula texi omnem carnem*, id eſt Chriſtum, per quem omnis caro id eſt tota humana natura eſt nobilitatis veſte induta.

Expo. Apoc. 2. Hæc dicit primus, & nouiſſimus.

Ea propter Ambroſ. in libro 2. de virginitate ait: *Quid nobilius Dei matre?* quaſi dicat nihil in rebus creatis, Omnes enim præclaritates, ingenuitates, dignitates, & nobilitates, quę poſſent eſſe in aliquo indiuiduo humano, poſuit Deus in hac egregia puella, quæ omnes principes, duces, reges, & Imperatores, & quoſcunque nobiliſſimos viros, & fœminas nobilitate tranſcendit. De nobilitate autem virtutis eius, infra dicetur parte. 4. huius operis, vbi de virtuoſa eius conuerſatione tractabitur: pro nunc autem ſufficiat ſacræ ſcripturæ teſtimonium, quæ in eius perſona, Eccleſ. 24. inquit: *In me omnes ſpes vitæ, & virtutis*. Et ideo conſiderans Salomon nobilitatem virtutum, & ſanguinis debere in beata virgine relucere, exclamauit Sap. quarto, *O quam pulchra eſt caſta generatio, cum claritate.*

Quia ergo beata virgo de ſtirpe regali progenita eſt, regiam habuit dignitatem ſecundum carnem; nam filia quæ de regali progenie naſcitur, regalis dicitur l. 1. C. de digni. libro duodecimo, Quia vero Deo deſponſata fuit, qui eſt rex regum & dominus dominantium, clarum eſt quòd omnes creaturas nobilitate tranſcendit. Nam fœminis clariſſimam dignitatem mariti tribuunt. l. fęminæ. ff. de ſena. fœminæ enim coruſcant radijs maritorum. §. hoc itaque in aut. de conſue. Vnigenitus etiam Dei filius, qui ab æterno decreuerat ex ea naſci, & in eius vtero habitare, illam omni nobilitate decorauit, & clarificauit: nam parentes efficiuntur nobiliores per filios nobiles: vt ait glo. in § generaliter. in aut. de digni. & matres dignificantur dignitatibus filiorum ſecundum Bartholum leg. prima. ff. de ſena. & probatur per §. hoc itaque in aut. de conſu Ideo de ipſa Domini matre dici poteſt illud Apocalypſis vigeſimo primo. *Claritas Dei illuminauit eam*. nos quoque dicere debemus illud 2. Eſdræ octauo. *Benedictus Deus patrum noſtrorum qui dedit voluntatem in cor regis*. ſcilicet filij ſui *clarificare domum ſuam* i. matrē benedictam.

Feminæ nobilitantur à maritis.

PARS TERTIA HVIVS ſermonis, in qua oſtenditur quam iucunda fuerit omnibus hæc Natiuitas.

IVcundiſſimam fuiſſe virginis glorioſæ natiuitatem manifeſtum eſt, Si enim Iudæorum gens gauiſa fuit, dum per Heſter liberata fuit. Heſter. 8. & Tobia illuminato magnum gaudium factum eſt. Tob. duodecimo, & Holoferne ſuperato lætata fuit Iudith cum populo Iudaico, Iudith. decimoquarto. Si Abraham gauiſus eſt in ortu Iſaac. Gene. 20 & Anna in natiuitate Samuelis. 1. Reg 2. & parentes Ioannis Baptiſtæ in eius ortu, ſimul cum cognatis, & amicis ſuis, ſicut prædixerat Angelus Lucæ primo di. *Et multi in natiuitate eius gaudebunt*, Multo magis in natiuitate huius virginis, cuius partus victoriam mundo, atque ſalutem attulit, & immenſæ lætitiæ cauſa extitit Ideo canit eccleſia: *Natiuitas tua, Dei genitrix virgo, gaudium annunciauit in vniuerſo mundo* &c. Primo igitur natiuitas matris Dei iucunda fuit eius parentibus: vt enim in eius legenda habetur, beata virgo ex parentibus honeſtiſſimis, ac timentibus Deum exorta eſt, Ioachim ſcilicet & Anna Ioachim namque pater illius ex Galilæa de ciuitate Nazareth. ſanctam Annam ex Bethleem duxit vxorem. Amboque iuſti erant, & ſine reprehenſione in mandatis Domini incedebant, omnemque ſuam ſubſtantiam trifarie diuidebant, vnam partem templo, & templi ſeruitoribus impendebant: aliam peregrinis, & pauperibus erogabāt: tertiam vero ſuis vſibus, & pro ſua familia reſeruabant. Et ita per annos viginti prolem non habentes, vouerunt Domino; quòd ſi eis ſobolem concederet, eam ſeruitio eius perpetuo manciparent. Cuius rei gratia cum ſingulis annis in tribus feſtis præcipuis HIERVSALEM frequentarent, in feſto Encæniorum cum ſuis

ipſe

Digitized by Google

ipſe Ioachim aſcendit, & cum cæteris ad altare accedens oblationem ſuam offerre voluit, quem videns ſacerdos, cum indignatione nimia repulit & quod ad altare accedere præſumeret, increpauit, aſſerens, non eſſe conueniens maledicto legis obnoxium, oblationem Domino legis offerre: nec inter fœcundos infœcundum, & qui populū Dei non auxit, aſtare. Ioachim ergo ſic confuſum ſe videns, præ pudore domum redire noluit, ne ſimiliter à contribulibus ſuis, qui hoc audierant, tantum opprobrium ſuſtineret: itaque ad ſuos paſtores ſeceſſit. Cumque ibi aliquandiu moram traxiſſet, quadam die ſoli Angelus cum ingenti claritate apparuit, & de eius viſione turbatum, ne timeret, admonuit dicens. Ego ſum Angelus Domini miſſus ad te, vt annunciem tibi preces tuas exauditas, & eleemoſynas tuas in conſpectu Domini aſcendiſſe. Vidi enim pudorem tuum & audiui ſterilitatis opprobrium, non rectè tibi obiectum: peccati quippe, non naturæ vltor eſt Deus. Et ideo cum alicuius vterū claudit ad hoc facit, vt mirabilius denuo aperiat: & non libidinis eſſe quod naſcitur, ſed diuini ſotc muneris cognoſcatur. Prima gentis veſtræ mater Sara, nōne vſq; ad nonageſimum annum ſterilitatis opprobrium pertulit? & tamen Iſaac, cui repromiſſa erat omnium gentium beatitudo, generauit: Rachel etiam nonne diu ſterilis fuit; & tamen Ioſeph genuit, qui totius Aegypti dominium habuit. Quis fortior Samſone: vel ſanctior Samuele? & tamen hi ambo matres ſteriles habuerunt. Rationi igitur, & exemplis crede dilatos diu conceptus, & ſteriles partus mirabiliores eſſe ſolere. Proinde Anna vxor tua pariet tibi filiā, & vocabis nomen eius Mariam: hæc, vt vouiſtis, erit ab infantia ſua Domino conſecrata, & adhuc ex vtero matris ſuæ ſpiritu ſancto plena: nec forinſecus inter populares, ſed in templo Domini morabitur. Et ſicut ex ſterili matre ipſa naſcetur, ita mirabiliter ex ea filius altiſſimi generabitur: Cuius nomen Ieſus, & per eum omnibus gētibus erit ſalus, & tibi hoc erit ſignum quòd hæc omnia fient: Cum perueneris ad auream Hieroſolymæ portam, Annam vxorem tuam obuiam habebis, quæ de tua tardatione modo ſollicita, tunc in tuo conſpectu gaudebit. his dictis Angelus ab eo diſceſſit, ipſumque lætitia plenum reliquit. Anna autem cum amare fleret, quia, vbi vir ſuus eſſet, ignorabat, idem Angelus ſibi apparuit, & eadem quæ viro ſuo annunciauerat patefecit. Et vt viro ſuo ad auream portam obuiaret imperauit. Igitur iuxta Angeli præceptum, ambo ſibi inuicem obuiantes de mutua viſione lætati, & de prole promiſſa ſecuri, adorato Domino domum redierunt, diuinum promiſſum hilariter expectantes. Anna ergo concepit, & ſuo tempore filiam peperit, quæ vocata eſt Maria, cuius natiuitate non ſolum pater eius, & mater, ſed etiam tota illorum cognatio fuit lætabunda, & miro gaudio reſperſa. Sed de hac iucunditate, & ſequēti, iterum dicetur infra ſermone 3. huius partis parte vltima.

Auctoris pia meditatio.

Puto autem hanc gratioſiſſimam puellam nō ſecundum morem aliorum naſcentium gemitū emiſiſſe; ſed cum maxima iucunditate inter multa agmina angelorum dulciſſima cantica decantantium, atque pro natiuitate reginæ ſuæ exultantium de vtero matris exiſſe, magnāque lætitiam cum facie, ac manibus demonſtraſſe, in faciem his qui aderant arridendo: circunſtanteſque Angelos aſpiciendo, & mirando, ac cum eis pariter exultando. Accurrebant autem vndique gentes, vt puellam tam pulchram, tamque ſpecioſam cernere poſſent, à cuius ſacratiſſima carne miri odoris fragrantia emanabat, eiuſque formoſiſſima facies tam lucidi ſplendoris radios emittebat, vt omnes in ſtuporem conuerteret, nullusque vultus illius elegantiam fixis valeret oculis intueri.

Iucunda cæleſti curiæ.

Secundo natiuitas huius ſanctiſſimæ puellæ fuit celeſti curiæ iucunda, Non ſolum enim illo die, quo nata eſt, facta fuit in cœlo ſpecialis ſupernorum ciuium exultatio; ſed etiam omni anno in hac die particulari feſtiuitate recolitur memoria natiuitatis eius. Vnde vt refert Ioan. Beleth, Poſtquam virgo glorioſa in cœlum aſſumpta fuit, dies natiuitatis eius aliquanto tempore fideles latuit. Contigit autem quod quidam vir ſanctus ſedulæ contemplationi inſiſtens ſingulis annis 6. Decembris in oratione poſitus iucundiſſimam angelorum feſtiuitatem audiret in cœlo. Qui cum Deum deuotiſſime deprecaretur, vt ſibi reuelaret, cur quolibet anno illa tantum die, & non alia hoc audiret, diuinum accepit reſponſum, quod virgo glorioſa Dei genitrix Maria, tali die mundo fuiſſet nata: & præceptum fuit illi, vt hoc fidelibus chriſtianis manifeſtaret, vt concordes fierent in hac celebritate cæleſti curiæ. Cum ergo hoc ſummo pontifici, & alijs intimaſſet, hunc diem in honorem natiuitatis ipſius virginis celebrandum vniuerſaliter ſtatuere.

Iucunda toti Trinitati.

Tertio, & principalius gauiſa eſt Trinitas beatiſſima de virginis huius natiuitate: gauiſus eſt enim Deus pater de nobiliſſimæ, ac iucundiſſimæ ſponſæ ſuæ ortu: gauiſus eſt filius Dei de matris ſuæ dilectiſſimæ natiuitate: gauiſus eſt ſpiritus ſanctus puellam illam mundo editam,

Digitized by Google

ditam, quæ dignum ſibi eſſet habitaculũ, & quæ ſua ſancta obumbratione fœcundata, illum à quo ipſe procedit vnigenitum Dei filium parturiret. Quarto gauiſi ſunt ſancti patres, qui erant in limbo, qui vt inquit magiſter Bartholomæus Piſanus in lib. beatæ virginis, fructu 10. cognouerunt ab Angelis natiuitatem ipſius virginis: tum quia deſcenſus erat angelorum ad ipſos deferendo animas iuſtorum in eodem loco: tũ quia cum eſſent in ſtatu gratiæ, & conciues eorum futuri, ad eos viſitandos, & conſolandos deſcendebant. Inſuper quia illam naſcituram figuris & prophetijs prædixerant ipſi ſancti patres: & de ortu Chriſti in generali, & ſpeciali quoad tempus fuerant certificati. vt patet de Abraham, de quo inquit Dominus Ioan. 8. *Abraham pater veſter exultauit, vt videret Deum meum; vidit & gauiſus eſt.* & Iacob Gen. 49, de ipſo prædixit. & Dan. 9. c. ſui libri de tempore eius prophetauit: non aſt putandum tale lumen poſt mortem ab eis eſſe amotũ; cum anima exuta à corpore recordetur eorum, quæ in corpore geſſit, quia in parte intellectiua eſt memoria: vt patet per doc. in primo ſententiarum diſt. 3. vnde diuiti dictum fuit ab Abraham, *Recordare fili*, &c. Luc. 16 & quod recordaretur affirmat Auguſt. 9 confeſſionum. & Gregor. 4. moralium. & Tho. in 4. diſt. 44. & 45. Cognoſcentes ergo ſancti patres non ſolum ſpiritu prophetico, & reuelatione; ſed etiam aliqua inſolita illuſtratione ortum virginis benedictæ, gratias immenſas, & laudes Deo dederunt, cernentes adimplendas eorum prophetias, & figuras in parte, & in breui expectantes in totum complendas: vnde lætabantur, & iucũdabantur, atque tripudium magnum faciebant, & Deum de tanto beneficio benedicentes pulchrum canticum cecinerunt, ſicut Zacharias fecit in ortu Ioannis Lucæ 1. & Anna in ortu Samuelis. 1. Regum 2. Exultabat Adam videndo lignum vitæ ſcilicet Mariam diſponi ad fructum producendum vitæ æternæ in medio paradiſi Gene. 2 Eua lætabatur ærumnam ſuam aboleri, & maledictionem à MARIA remoueri, de qua Gen. 3. habetur, & loco maledictionis benedictionem conferri. Gaudebat Noe, cernens arcam componi ad genus humanum liberandum. Gen. 6. & arcum in nube poni ad fœdus perpetuum ſtabiliendum Gen. 9. Iubilabat Abraham promiſſum ſuum impleri. Gen 22. Iacob ſcalam ad cælum pertingentem erigi. Gene. 28. Sicque omnes alij indicibili lætitia gratulabantur.

Iucunda patribus in limbo.

Anima corpore exuta recordatur eorum quæ in corpore geſſit.

Quapropter, & nos debemus in hac die exultare, & lætari, ſicut admonet ſancta mater Eccleſia, quæ in officio huius diei canit dicens; *Cum iucunditate natiuitatem virginis Mariæ celebremus, vt ipſa pro nobis intercedat ad Dominum Ieſum Chriſtum.* Et iterum: *Corde, & animo Chriſto canamus gloriam in hac ſacra ſolemnitate præcelſæ genetricis Dei Mariæ. Ipſa enim eſt feneſtra cæli, per quam Deus oculo ſuo miſericordiæ nos reſpicit.* Vnde canitur in officio eiuſdem virginis: *Intrent vt aſtra flebiles, cæli feneſtra facta es.* & Can. 2. dicitur: *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum.* id eſt, poſt naturam humanam *reſpiciens per feneſtram*, ſcilicet matrem ſuam. Dicere autem poteſt virgo benedicta, quæ eſt oſtiaria paradiſi illud Ioan. 10. *Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit ſaluabitur.* Ideo ô peccatores à patria cæleſti exules, intrate per portam iſtam. Ite ô infirmi ad medicum. Accedite ô orphani ad parentem: pergite ô cæci ad lumen: Properate ô afflicti ad conſolationem: Ambulate virgines poſt ſpeculum pudicitiæ: Feſtinate ô matres ad matrẽ Dei. Currite ô viduæ ad nutricem veri ſponſi. Proficiſcimini ô pauperes ad theſauratricem bonorũ cæleſtium. Egredimini, ô incarcerati per ianuam perfectæ libertatis. Noſque omnes in hac miſeriarum valle laborantes rogemus eam cum beato Auguſtino in ſermone hodierno dicentes: *Sancta Maria ſuccurre miſeris: iuua puſillanimes; refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero intercede pro deuoto fœmineo ſexu ſentiant omnes tuum leuamen quicunque celebrant tuam ſanctam natiuitatem. Aſſiſte paratа votis poſcentium: & rependе omnibus optatum effectum. Sit tibi ſtudium aſſidue orare pro populo Dei, quæ meruiſti benedicta precium proferre mundi.* Qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Iucunda ergo ſit & nobilis.

Auguſt.

DE EADEM SANCTISSIMA VIRGINIS NATIVITATE.

SERMO SECVNDVS.

VIrgam vigilantem ego video. Hieremiæ 1. Virga dicitur beata virgo Maria, Primo aurea, quæ ſignificatur per virgam auream de qua dicitur Heſter. 5. *Extendit rex contra reginam virgam auream quam tenebat in manu.* Cum enim rex ille nomine Aſuerus eſſet iratus, extenſio illius virga ipſum placauit, & reginam Heſter in palatium introduxit, & omnia impetrauit. Ipſa quippe virgo beata Deum iratum placat; quia eſt noſtra aduocata. Cum enim Deus percutit cor peccatoris virga aurea, id eſt deuotione virginis; ſtatim placatur, & illi æternam pœnam remittit: & ideo poſſumus dicere Deo illud Prouer 23 *Si percuſſeris eum virga, non morietur. Tu virga percute eum & animam eius ab inferno liberabis* Hæc ibi. Et Eſa. 11. dicitur de Chriſto *Percutiet terram* i. terrena corda, *virga oris ſui* i. deuotione virginis, quæ ex ore altiſſimi prodijſſe primogenita, dicitur, Eccle. 24. Sicut enim prætores ſolebant virga percutere ſeruos ſuper capita, quando volebant eis dare libertatem, ſeruando modum, quem refert glo. in §. multi & in verbo vindicta. Inſti. de libertinis per legem 2. C. ſi aduer. liber. Sic & Chriſtus cum nos percutit virga id eſt, deuotione virginali, nos facit liberos à ſeruitute diaboli. Hæc quoque beata virgo figurata per virgam auream, in palatium cæleſte nos introducit, quia eſt ianua paradiſi: Vnde canit Eccleſia in officio beatæ virginis: *Tu regis alti ianua, & porta lucis fulgida.* Omnia etiam nobis impetrat iſta virga aurea: quia eſt mater Dei veneranda. Dicit enim ei filius eius illud 3. Reg. 2. *Pete mater mea: neque enim fas eſt vt auertam faciem meam à te.* Secundo B. virgo appellatur virgo aromatica: de qua dicitur Cant. 3. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij* Ipſa quippe fuit virgula propter humilitatem, & fuit virgula fumi; quia concremata fuit per charitatem, & dicitur ex aromatibus myrrhæ, quia fugauit diabolicas tentationes. Et thuris quia reſtringit fluidas cogitationes; & vniuerſi pulueris pigmentarij, quia in ſe habuit omnes gratias, & virtutes. Tertio dicitur virga decora, de qua Zach. 5. ait propheta: *Aſſumpſi mihi duas virgas, vnam vocaui decoram, aliam funiculum.* virga quæ vocatur funiculus, fuit Eua: quæ nos conſtrinxit vinculis peccatorum, virga vero quæ vocatur decora, eſt virgo Maria. Tunc enim virgo eſt decora; quando eſt floribus, folijs & fructibus bene ornata. Beata igitur virgo habuit flores .i. redolentes cogitationes quoad Deum Vnde Eccleſi 24. ipſa inquit: *Flores mei fructus honoris, & honeſtatis* Habuit etiã folia, i. verba ſanatiua quoad proximum, de quibus Ezechiel. 47. *Folia eius ad medicinam.* Et Apocal. 22. c. *Folia ligni ad ſanitatem gentium.* Habuit quoque fructus, i. opera pura & munda quoad ſeipſam. De quibus Prouer. 3. dicitur: *Primi & purisſimi fructus eius.* Quarto appellatur beata Dei genitrix, virga vigilans ab Hiere. propheta in verbis propoſitis. Ipſa enim vigilat ſuper deuotos ſuos, vt cuſtodiat eos Vnde ipſa dicit illud Can. 5. *Ego dormio cor meum vigilat* Ergo etiam nos debemus vigilantes eſſe, & feruidi in deuotione eius. Nam ſi imperator noctes ducit inſomnes, & noctibus vtitur ſub æqualitate dierum pro ſubditorum quiete, vt in aut. & iudi. ſine quoquo ſuffragio, in prin. col. 2 & idem facit Papa, vt in prooemio 6. multo magis nos vigilare oportet circa virginis deuotionem. Vigilantibus enim, & non dormientibus iura ſubueniunt l. pupillus. in fi. ff. quæ in frau. cred. l. in ſumma. ff de pecu. & in prooemio inſtitutionum. Item in mane, & poſt ſomnum reperitur perfectæ meditationis ſtudium, vt inquit glo. in ſimili, & l. vnica. C. de iuſti. codi. confirman. in verbo indefeſſo: & ideo ad hoc nos hortando ipſa benedicta virgo, inquit Prouer. 8. *Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. beatus qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie. Qui me inuenerit inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino.* Et Eccleſiaſt. 4. c. dicitur: *Qui illam diligit, diligit vitam, & qui vigilauerint ad illam complectentur placorem eius. qui tenuerint illam, vitam hæreditabunt, & qui ſeruierint ei, obſequentes erunt ſancto, & eos qui diligunt illam, diligit Deus.*

Maria dicitur virga aurea.

Virga aromatica. Cant 3.

Virga decora. Zach. 5.

Virga vigilans. Hieremi.

De cuius virginis natiuitate tertium tres conſiderationes faciemus.

Prima dicetur deſcriptionis.

Secunda contrariationis.

Tertia vero appellabitur expoſitionis.

PARS

Digitized by Google

PARS PRIMA HVIVS SERmonis: in qua ſoluuntur obiecta contra deſcriptionem genealogiæ Chriſti & B. V.

Firmum genealogia Mariæ ſit bene deſcripta. Math 1. & Luc. 3.

QVia vt ſupra dictum eſt, Matthæus primo ſui euang. ca. & Lu. 3. deſcripſit genealogiam Chriſti, & per conſequens etiam B. virginis, quæri poteſt vtrum congrue, & bene deſcribi potuit. Et primo videtur quod non, quia Eſa. 53. dicitur, *Generationem eius quis enarrabit*? q. d. nullus. Inſuper vt ex Ioſephi dictis colligimus in 7. li. antiquitatum, & Beda etiam idem refert in ſua chronica. Cum omnes generationes Hebræorū in arcanis templi ſecretioribus ſeruarentur: Herodes alienigena omnes iuſſit incendi, vt ſic ſua ignobilitas Iudæis minus cōtemptibilis eſſet. Quo modo igitur Matthæus elapſis annis iam ferme quadraginta à deletione librorum huiuſmodi euangelium ſcribens potuit hanc genealogiam agnoſcere.

Reſp. ad obiecta.

Ad primum obiectum reſpondet Hiero. ſuper Matth. dicens: *In Eſa. legimus, Generationem eius quis enarrabit? Non ergo putemus euangeliſtam prophetæ eſſe contrarium, vt quod ille impoſsibile dixit affatu, hic enarrare incipiat, quia ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnationis eſt dictum.* Hæc ille. Veruntamen contra iſtam reſponſionem plerique inducunt ſententiam Leonis Papæ in ſer. none de natiuitate Chriſti, vbi ait: *In Domino noſtro Ieſu Chriſto non ſolum ad diuinam, ſed etiam ad humanam ſpectat naturam quid dictum eſt per prophetam, generationem eius quis enarrabit?* Igitur nec generatio temporalis Chriſti ſecundū carnē eſt explicabilis.

Ad quod reſpondetur ex doctrina B. Thomæ in 3. par. ſum. q. 31. quod verba iſta intelliguntur de modo incarnationis quo ineffabilis eſt, quod ex verbis ſequentibus ipſius Leonis Papæ concluditur. Inquit nanq;: *Vtramq enim naturam in vnā conueniſſe perſonam, niſi fides credat ſermo nō explicat*

Ad aliud vero quod obiectum eſt de combuſtione librorum in quibus deſcripta erat origo nobilis Iudæorum: reſpondet Nico. de Lyra ſuper Matth. quod Matthæus habuit per reuelationem quod non habuit per ſcripturam. Vnde Apoſtoli, & euangeliſtæ non minus fuerunt illuminati, imo magis de myſterij Chriſti, quā patriarchæ, & antiqui prophetæ. Quidā tamen dicunt, quod non omnes illi libri combuſti fuerunt: cum & domi conſeruarentur à multis. Alij quoque memoriæ mandauerant quæ de huiuſmodi nobilitate didicerant à proauis. Nam Eſdras ſcriba vt refert Iſid. in l. 6. Ety. Incenſam legem à Chaldæis, dum Iudæi regreſſi fuiſſent in Hieruſalē, diuino afflatus ſpiritu reparauit, cuncta legis & prophetarum volumina, quæ fuerant à gentibus corrupta correxit: quanto magis Chriſti generationem retexere potuerunt Matt. & Luc. qui ſpiritum ſanctū cum alijs apoſtolis in linguis igneis deſcendentem acceperunt.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis, in qua quædam alia dubia explicantur circa eandem genealogiam.

COntra hanc deſcriptionem natiuitatis Chriſti, & beatæ virginis poteſt opponi dupliciter, primam oppoſitionem, & contrariationem refert, & ſoluit Hiero. ſuper Matth. di *Quærat diligens lector, & dicat cum Ioſeph non ſit pater Domini Saluatoris, quid pertinet ad Dominum ordo deductus vſque ad Ioſeph? Cui reſpondebimus primum non eſſe conſuetudinis ſcripturarum, vt mulierum in generationibus ordo texatur. Deinde ex vna tribu fuiſſe Ioſeph, & Mariam Vnde & ex lege eam accipere cogebatur, vt propinquam.* hæc ille. Mulier enim non poterat nubere cum viro alterius tribus, quando ad ipsā pertinebat hæreditas paterna, vt patet Num. 36. Beata autem virgo Maria fuit vnica Ioachim patri ſuo, & ideo cogebatur ex lege viro ſuæ tribus nubere. Et propter hoc etiam iuit cum Ioſeph in Bethleem ciuitatem Dauid, vt profiteretur cum eo: vt ſcribitur Luc. 2. Et ideo Hiero. vbi ſupra hoc confirmans addit: *Propter hoc ſimul cenſentur in Bethlehem, vt de vna videlicet ſtirpe generati, ideo eos ſimul oportebat imperialē cenſum profiteri in Bethlehem ciuitate eorum.* Hæc ille. Et idem Damaſcenus inquit dicens: *Ioſeph enim iuſtus exiſtens, & ex Dauid ſtirpe deſcendens non deſponſaſſet B. virginem, niſi fuiſſet de tribu Iuda, & de familia Dauid.*

Quare ſcriptura non genealogizat fœminas ſicut viros.

Si autē quæratur quare, vt dicit Hier. & Damaſ. ſacra ſcriptura non conſueuit genealogizare mulieres, ſicut viros? Reſpondet Albertus Magnus in lib. ſuper Miſſus eſt, q; propter plures cauſas.

Prima quia ſexus fœminæ eſt indignior, & virilis dignior. l. 1. ff. de ſena. & hoc eſt propter principalitatem generandi, quia virilis generat in fœmineo.

Secunda quia ſexus fœminæ eſt natura poſterior. prius enim formatus eſt Adam, poſtea Eua, & ipſa de coſta eius: & ideo qui prior eſt tempore, potior eſt in iure l. potior. ff. qui potiores in pignore habebantur l. diuerſis temporibus. C. eo. tit. & l. quoties. ff. de vſufruct.

Digitized by Google

Tertia cauſa eſt, quia culpa prior fuit in fœmina, quam in maſculo, vir enim cecidit per fœminam, & non fœmina per virum, ca. Adam 33. q. 5.

Quarta quia mulier eſt infirmior, & ad opera infirmitatis, & fragilitatis procliuior eſt enim ſexus fœmineæ debilioris rationis, & virtutis corporalis quàm virilis, & iſta notantur in l. ſi fuerit §. ſ. & in l. qui duos § ſi maritus vbi glo ff. de rebus dub & l. qui teſtamento § mulier. vbi glo. ait quod mulier eſt fragilis, & corruptibilis ff. de teſta. Et quod mulier ſit indignior, & infirmior viro eſt tex. as in l. in multis. cum glo. ibi. ff. de ſta. ho. & in l. fœminæ cum glo. ff. de reg. iu. Et propter iſtas cauſas mulier eſt ſubdita viro, & inferior eo. c. Adam & c. mulierem, & ca. mulier. 33 q. 5 Item mulier nupta efficitur de familia, & domicilio viri. l. fi. § item reſcripſerunt ff ad muni. Item dicitur eſſe in poteſtate viri. vt ait glo. in §. fi. Inſti. ad ſena. con. tertu. Item mulier debet defendi à viro, & non vir à muliere, & hoc propter fragilitatem, & debilitatem. §. contra autem. Inſti. de Iniurijs. Ideo Apoſtolus 1. ad Timo h. 2. inquit: *Mulier cum ſilentio* diſcat cum omni ſubiectione: docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio. Quia autem beata virgo exempta fuit ab omni defectu, & maledictione muliebri, ideo ipſa genealogizatur ſed per ſponſum ſuum eius genealogia deſcribitur, ad demonſtrationem dignitatis, & eminentiæ eius, & profundæ humilitatis, vt ait Albertus vbi ſupra: dignitas enim eius declaratur, dum ipſa ſola inter omnes fœminas in ſacra ſcriptura genealogizatur, dicitur etiã quòd omne ſingulare, & rarum precioſum eſt. § quantacu… ie vbi glo. etiam notat in aut. de conſu. col. 4. humilitas vero eius oſtenditur dum per alium eius genealogia demonſtratur.

Conciliatur Math. & Luc. de patre Ioſeph.

Secunda contrarietas eſt in hac deſcriptione. Nam Matthæus dicit, quòd Iacob genuit Ioſeph virum Mariæ. Lucas autem dicit Ioſeph fuiſſe filium Heli. Verum quia promptum eſt iura iuribus concordare. l. 1. C. de inoffi. do. & §. fi. in aut. de exhi. re. Item quia in iure vna concordia, atque conſonantia eſt aduerſario, nemine conſtituto. l. 1. §. nulla itaque C. de vete. iur. enucle. & §. quibus in 1. conſti. eo. & nullum in iure contrarium reperitur, ſi quis diuerſitatis rationes ſubtili animo excutiant: ſed eſt aliquid noui inuentũ, vel occulte poſitum, quod diſſonantiæ querelã d ſſolait, & aliam naturam inducit diſcordiæ fines effugientem. l. 2. §. contrarium. C. de vete. iu. enu. Ideo huic contrarietati reſpondet Aug. in l. de conſenſu euangeliſtarum, dicens: *Tres cauſæ occurrunt, quarum aliquam euangeliſta ſecutus eſt. Vnus enim euangeliſta patrem Ioſeph à quo genitus eſt nominauit. Alter vero vel auum maternum, vel aliquem de cognatis maioribus poſuit, aut vnus erat Ioſeph naturalis pater. Alter vero eum adoptauerat in filium. Aut more Iudæorum cum ſine filijs vnus deceſſiſſet, eius vxorem propinquus accipiens filium, quem genuit propinquo mortuo deputauit.* Hæc ille. Et hęc cauſa vltima eſt verior ſecundum beatum Thom. in 3. parte ſum. q. 31 & Hiero. ſuper Mat. hanc cauſam aſſignans dicit ſuper illa verba: *Iacob autem genuit Ioſeph.*

Aug.

Hoc loco obijcit nobis Iulianus Auguſtus diſſonantiam euangeliſtarum: Cur euangeliſta Matthæus Ioſeph filium dixerit Iacob. & Lucas eum filium appellauerit Heli: non intelligens conſuetudinem ſcripturarũ, quod alter ſecundum naturam, alter ſecundum legem ei pater ſit. ſcimus enim hoc per Moyſen Domino iubente præceptum, vt ſi frater, aut propinquus abſque liberis mortuus fuerit, alius eius accipiat vxorem ad ſuſcitandum ſemen fratris, vel propinqui ſui. Super hoc Africanus temporum ſcriptor, & Euſebius Cæſarienſis in libris diaphoniarum euangeliorum plenius diſputarunt. Hæc ille.

Africanus Euſeb.

Dicit ergo Africanus & Euſebius Cæſarienſis in eccleſiaſtica hiſtoria: quòd Mathan, & Mathath deſcenderunt à Dauid, ſed diuerſimodè. nam Mathan deſcendit per lineam Salomonis, vt deſcribit Matt. Mathath vero per lineam Nathan qui fuit etiam filius Dauid, vt deſcribit Lucas. Iſti autem duo diuerſis temporibus ſucceſſiue de vna eademque vxore Eſta nomine, filios procrearunt: de Mathath natus eſt Iacob, vt dicit Matthæus, de Mathan autem Heli, vt inquit Lucas. Heli ergo, & Iacob fuerunt fratres vterini à diuerſis patribus geniti. Heli autem accepta vxore mortuus eſt ſine ſemine: & ideo Iacob frater eius accepit vxorem fratris ſui, vt ei ſuſcitaret ſemen, ſicut præceptum erat à Domino per Moyſen. Deut. 25. Ex qua vxore genuit Ioſeph, ita quod Ioſeph fuit filius naturalis ipſius Iacob, & ſic accepit eum in genealogia Matthæus: & fuit legalis filius Heli, & ſic accepit eum Lucas. nam filius qui modo prædicto naſcebatur ſecundum naturam, erat filius generantis, ſecundum autem legem erat filius defuncti: & hoc etiam dicit Damaſcenus l. 4. c. 6. Quare non eſt mirandũ, ſi aliter Chriſti genealogiam ſcribit Matthæus, quàm Lucas, cũ vterq; proferat veritatem: nã & ſi multa nomina, vel alia dicat Lucas, quæ tacet Matthæus, illud eſt ſecundum Aug. vbi ſupra, quia Matthæus in Chriſto regiã inſtituerat inſinuare perſonam. Lucas autem ſacerdotalem. Quare

Matthæus

Digitized by Google

Matthæus explicat illos, qui regia corona fuerunt decorati: Lucas autem illos, quibus dignitas ſacerdotalis fuit conceſſa. Matthæus poſuit carnales patres, Lucas verò ſpirituales. Matthæus deſcribit genealogiam Chriſti deſcendendo ab Abraham, & Dauid vſque ad Ioſeph, ex eo quod declarare intendebat aſſumptionem noſtræ humanitatis à Deo: Lucas autem progreſſus eſt aſcendendo à Ioſeph vſque ad Deum: quia deſcribit redemptionem noſtram in Deum, quæ fit per gratiam adoptionis, & ſic diſtingue tempora, cauſas & perſonas, & concordabis ſcripturas c. non debet, de conſang. & affini. c. ſi. de tranſla. c. ſuper eo. de homi. & l. apud antiquos, vbi glo. C. de furtis.

Si autem quæratur cum omnes aſcendentes alicuius appellentur parentes eius, vt dicitur in l. liberorum. ff. de verborum ſigni. & l. quique litigandi. ff. de in ius voc. vt etiam inquit Hiero. ſuper Danielem: multique fuerunt patriarchæ, & reges à quibus deſcendit Chriſtus, quare tantum filius Dauid, & Abraham nuncupatur? Reſpondet Hieronymus ſuper Matthæum dicens: *Ideo autem cæteris prætermiſſis horum filium nuncupauit: quia ad hos tantum facta eſt de Chriſto repromiſſio. Ad Abraham inquit: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Ad Dauid: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* Hæc ille. Dauid ergo fuit principalior inter reges: & Abraham inter patriarchas, & ideo quia à priori & digniori debet fieri denominatio. §. ſi quoties, iuncto. §. fi. Inſti. de iu. na. gen. & ciui. denominatus fuit filius Abraham, quia prior fuit in ordine patriarcharum, facit l. quoties. ff. de vſuf. Item quia erat antiquior. ar. in l. ſemper ff. de iure immu. filius quoque Dauid appellatur, quia cæteris fuit dignior, & ſanctior, arg. in d. §. ſed quoties.

Quare Chriſtus filius Dauid & Abraham dicitur.

Præponitur autem Dauid ipſi Abrahæ, licet fuerit tempore poſterior, propter eminentiam regiæ dignitatis. Non enim eſt abſurdum iuniores ſenioribus anteferri in præſulatu, & dignitatibus, ob eorum virtutes. § ordinatione, in aut. de mona. col. 1. & ibi glo. in verbo tempus, & glo. in l. 1. C. de decu. lib. 10. facit glo. in l. Gallus. ff. de libe. & poſthu. in prin. ibi quanto iuniores tanto perſpicaciores.

Cur Dauid præponitur Abrahæ.

PARS TERTIA HVIVS ſermonis, in qua explicatur quare B. V. dicatur liber.

QVo ad tertiam partem huius ſermonis, quia inquit Matthæus. 1. ſui Euangelij. c. quod legitur in Miſſa natiuitatis virginis. ſ. Liber generationis Ieſu Chriſti. Exponendum videtur, quare ipſa Dei genitrix dicatur, liber. Et reſpondeo quòd triplici de cauſa, ſcilicet ratione materiæ, ſcripturæ, & clauſuræ.

Primo ratione materiæ, libri enim notabiles fiunt de pergameno quoad materiam, ſeu chartam. Hæc autem charta, vt ſit bona, debet eſſe ſine carnoſitate, & abſque aquoſitate, ſeu humiditate, & abſque ſuperfluitate, ſeu piloſitate. Sic itaque fuit hæc charta nitidiſſima B. virginis, quæ non habuit carnoſitatem peccati originalis; nec aquoſitatem, ſeu humiditatem peccati actualis mortalis: nec piloſitatem, ſeu ſuperfluitatem peccati venialis, vt diffuſe probatum eſt ſupra in prima parte huius operis. Poſſumus etiam exponere ſecundum quoſdam doctores quod B. virgo non habuit carnoſitatem luxuriæ, nec aquoſitatem ſuperbiæ, humiditas enim nimia facit inflare, & hydropiſim generat, non etiam habuit ſuperfluitatem auaritiæ, quæ ſuperflua congregat, & retinet. Antiquitus autem materia librorum fiebat de cortice arboris ſubtiliori, qui eſt medius inter corticem groſſum exteriorem, & lignum: Qui cortex medius, & ſubtilis dicitur liber. vnde à tali materia liber eſt dictus, & ego oculis proprijs vidi ſcripturas antiquiſſimas in tali materia factas, quæ materia bene congruit beatæ Mariæ, quia facta eſt media ſeu mediatrix inter Deum, & homines: propter quod canit Eccleſia, *Mediatrix hominum, ablutrixque criminum, peccatorum venia.* Et ideo peccatores diſcordes, & inimici Dei facti propter offenſam, vt reconcilientur ei, debent ad iſtum librum, & ad mediatricem hanc recurrere. Nam ſicut ipſa mediante ſedata eſt lis, quæ erat inter Deum, & homines: ita etiam per ipſam terminantur quæſtiones inter homines & diabolum. Patet exemplo quod legitur in miraculis beatæ virginis de illo peccatore magno, qui in viſione ductus eſt ad iudiciũ Dei: vbi per multas allegationes diabolus probabat eum eſſe ſuum, ſed ſemper per B. virginem ſapienter reſpondentem fuit ſuperatus: nouiſſime autem allegauit diabolus contra eum, quòd plura erant illius mala, quàm bona. Cum ergo ad præceptum iudicis appenderetur in ſtatera bona & mala eius: &

Digitized by Google

magis certa, ipſum eſſe ſuum filium quam pater l. quia ſemper ff. de in ius vo. propter maiorem ergo benignitatem matris, paruulus magis recurrit ad ipſam, pro his quę vult, quam ad patrem facit textus in authent. vt ſine prohibi ma. debiti, coll. 7 §. quia vero. ek. primo, qui dicit, quod amor matris erga filios naturaliter eſt pius: quanta ergo eſt huius matris noſtræ erga nos filios ſuos benignitas: quæ omnes, vt ad ipſam currant in neceſſitatibus ſuis inuitat, dicens illud Eccleſiaſt. 24. *Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini.* Et ibidem etiam inquit: *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei* Hæc eſt mater cunctorum viuentium figurata per Euam Gene. ſecundo. Ideo ſi vis illam eſſe tibi bonam matrem, eſto illi bonus filius, ſeruans conſilium ſapientis, Prouerb primo, vbi ait: *Ne dimittas legem matris tuæ, honora illam ſi vis ab ipſa honorari, & in bonis ditari*, quia vt inquit ſapiens Eccleſiaſt. tertio cap. *Sicut qui theſaurizat, ita qui honorificat matrem ſuam.* Econtra vero de malis, qui inhonorant, & vili pendunt beatam virginem, eam blaſphemantes, dici poteſt illud Eccle. 3. *Maledictus eſt à Deo qui exaſperat matrem*, & Prouerb decimo quinto ſcriptum eſt: *Stultus homo deſpicit matrem ſuam* O gens perdita, & ſceleratiſſima, quæ hanc tam piam, tamque gratioſam matrem virginem ſcilicet benedictam, à qua continue tot reſpicit beneficia, maledicit & blaſphemijs vituperat. Profecto ipſa de iſtis maledictis, & iniquiſſimis filijs conqueritur per Pſal dicens: *Retribuebant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* Nos vero boni filij erga ipſam piiſſimam virginem, rogemus illam cantantes dulciter illud, quod canit Eccleſia in officio eiuſdem virginis dicens: *Monſtra te eſſe matrem, ſumat per te preces, qui pro nobis natus tulit eſſe tuus. Virgo ſingularis inter omnes mitis, nos culpis ſolutos, mites fac & caſtos, Vitam præſta puram, iter para tutum, vt videntes Ieſum, ſemper collætemur.* Amen.

DE EADEM CELEBERRIMA VIRGINIS NATIVITATE.

SERMO TERTIVS.

IN QVO NONNVLLA IN FIGVRA, de B. V. & de eius prænunciatione, ac angelorum & parentum gaudeo in eius ortu dicuntur.

Conſurget virga de Iſrael. Numeri. 24. In verbis propoſitis inſpirante Deo, Balaam prophetauit de virgine benedicta, quam naſcituram viderat de ſemine Iſrael: & ideo ſubiungit de poteſtate eius, & qualiter deſtruere debebat regnum diaboli dicens: *Et percutiet duces Moab, vaſtabitque omnes filios Seth, & erit Idumea poſſeſſio eius.* De hac etiã beatæ virginis dominatione ſuper malignos ſpiritus prophetauit Dauid, Pſal. 109. loquens filio Dei, & dicens: *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum* Fuit quoque beata virgo figurata per virgam, in qua Moyſes fecit prodigia magna. Exod. 4. & per quam demergi fecit Pharaonem cum exercitu ſuo in mari rubro, Exo. 14. ideo vnicuique noſtrũ inquit Deus illud Exod. 4. *Sume virgam in manu tua.* i. deuotionem beatæ virginis habeas ſemper in corde. Hæc autem virga diuina, ſcilicet virgo benedicta, recta fuit per intentionis puritatem, vnde Pſal. 44. inquit Dauid: *Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi, virga directionis virga regni tui.* Ipſa enim fuit ſedes Dei: quia in ea ſemper requieuit, vnde ipſa inquit Eccle. 24. *Quia creauit me requieuit in tabernaculo meo* Fuit etiam virga directionis, quia opera ſua ſemper in Deum direxit: fuit quoque regni Dei, quia per ipſam Deus regnum ſuum, quod diabolus vſurpauerat, acquiſiuit. Ipſa autem virga quamuis fuerit recta quantum ad Deum per rectam intentionẽ, fuit tamen, & eſt flexibilis, quantũ ad nos per cõpaſſionẽ. Nã modo flectitur ad iuſtos, impetrãdo eis gratiã, modo flectitur ad morientes expellẽdo ab eis hoſtis fallaciã. Modo flectitur ad iã mortuos, animas eorũ deducẽdo ad gloriã. Modo flectitur ad tribulatos exhibẽdo eis conſolationẽ ſuã, vnde figurata fuit

per

per virgam Ionathæ, in cuius ſummitate guſtauit mel, & illuminati ſunt oculi eius. 1. Regum 14.

De hac virga in figuram ſcriptum eſt Numeri 17. *Germinauit virga Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperunt flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati ſunt.* De quo Amb. in ſermone de natiuitate virginis inquit: *Acceptæ ſunt à Moyſe ſancto ſingulæ virgæ de ſingulis tribubus Iſrael, nominibus eorum inſcriptæ iubente Domino & poſitæ in tabernaculo eius, inter quas vna, quæ fuerat Aaron ſequenti die germinaſſe, floruiſſe, fronduiſſe, ac peperiſſe amygdalas reperitur, Sciens ergo Dominus hoc opus ſuum eſſe magni myſterij, iuſſit ſeruari virgam ad monumentum: monebantur enim filij Iſrael præſentia virgæ quærere ſollicite quid ſignificaret tam mirabile factum. Sicut enim illa virga, ſine quolibet naturæ adminiculo fructificauit, ita virgo Maria ſine coniugali opere filium procreauit Filium ſane per florem deſignatum, propter ſpeciem, & per fructum propter vtilitatem. Eſt enim ſpecioſus forma præ filijs hominum, & vitalis refectio non ſolum hominum, ſed etiam angelorum*, hæc ille. Fructus autem huius virgę fuit amygdala, qui ſecundum Auguſtinum ſignificat Chriſtum: quia ſicut in amygdala ſunt tria, ſcilicet exterior pellis fragilis, & intus nucleus dulcis, in medio vero teſta fortis: ita in Chriſto tres ſunt ſubſtantiæ, ſcilicet caro exterior, quæ habuit infirmitatem; Diuinitas interior in ſe habens omnem dulcedinem: Et anima ſancta, quæ circa omnes paſſiones habuit fortitudinem. quamuis autem virga hæc fuerit multum gracilis, tamen fructum portauit, qui totum genus humanum ſatiauit: imo qui totum mundum ſuo robore ſuſtentauit. In paſſione enim Chriſti fractæ fuerunt columnæ mundi: & iſta virga totum ſuſtentauit mundum. Hæc eſt illa virga habens in ſummitate ſua ſtimulum, quo dæmones tanquam boues vrgentur, & effugantur. Ideo poteſt dici de ipſa illud Eccle. 38. *Stimulo boues agitat*, habet quoque hamum, quo diabolus tanquam piſcis deceptus, & captus fuit ab ea, vnde illi conuenire poteſt illud quod ſcriptũ eſt Iob quarto cap. *In oculis eius quaſi hamo capies eum: extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius, & pones circulum in naribus eius*, habet quoque in ſummitate ſua hæc virga laqueum ad capiendum dæmones tanquam aues, vnde illi poteſt dici illud Iob 18. *Miſit in rete pedes ſuos: & tenebitur planta eius laqueo*. Notandum quoque quod ſicut vſus virgæ eſt ad dominij oſtenſionẽ? quia ea vtuntur reges, & principes, ac prælati. vnde in ſacra ſcriptura ponitur quandoque virga pro imperio. c. calice. de conſe. di. 2. Ita beata virgo data eſt nobis tanquam domina, & regina, vnde illi canit Eccleſia: *O glorioſa Domina &c.* Itẽ ſicut virga vtimur ad defenſionem, & percuſſionem c. diſciplina 45. di. ſicut faciũt bellatores: Ita B. V. data eſt nobis à Deo ad defenſionem noſtrã & percuſſionem dæmonum. Vnde dicitur Eſa. 30 *A voce Domini pauebit Aſſur virga percuſſus*. Sicut etiam vtimur virga ad directionem, ſicut faciunt paſtores ad dirigendum greges ſuos, & ſacerdotes ad regulandum ſubditos ſuos. c. in calice de conſe. di. 2. Ita data nobis eſt B. virgo, vt nos in præſenti vita regat, & ad paſcua æterna deducat. Ideo Deus pater inquit filio illud Michez 5. *Paſce populum tuum virga tua*. Et Pſal. 2. iterum inquit: *Reges eos in virga ferrea:* eſt enim virga ferrea dæmonibus effugandis. Ideo ſubditur, *& tanquam vas figuli confringes eos*. Sicut etiam virga vtimur ad ſuſtentationem, ſicut faciunt debiles, & infirmi: ita nobis data eſt B. virgo, vt noſtram infirmitatem ſuſtentet. Ideo quilibet afflictus ad auxilium eius recurrens, & conſolationem recipiens, poteſt dicere Deo illud Pſal. 22. *Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt*, tranſſumptiue in c. diſciplina 45. di. De cuius digniſſimæ virginis ortu tres conſiderationes iterum faciemus.

Prima dicetur creationis.

Secunda prænunciationis.

Tertia vero appellabitur exultationis.

PRIMA PARS HVIVS SERMONIS in qua ſub figura creationis mundi oſtenditur creatio B. V. & eius parentum.

IN creatione mundi oſtendit Deus creationẽ B. virginis, ac parentum eius. Ideo ipſa dicere poteſt illud Eccle. 24. *Memoria mea in generatione ſeculorum*, & illud Gen. 1. *Iſtæ ſunt generationes cæli, & terræ*, poteſt exponi. ſ. parentum meorum. Dũ ergo inquit Moyſes Gen. 1. *In principio creauit Deus cælum, & terram*, figuraliter exponendum eſt. ſ. Ioachim patrẽ virginis, & Annam matrem eius. omnia enim in figura cõtingebant illis, vt ait Apoſtolus. 1. ad Cor. 10. Sicut ergo in cœlum nobilius eſt terra, ita perfectior eſt pater, quia eſt principium actiuum, quàm mater, quæ eſt principiũ paſſiuum. Et ideo deſcribitur prius cælum factũ, & poſtea terra, cælum autem dicitur Ioachim pater eius, quia cæleſtem .i. virtuoſam habuit conuerſationem. Sicut enim cæleſtium eſt lumino- *Quomodo parentes Mariæ dicantur cælum & terra.*
ſum, ita & ipſe fuit illuminatus lumine gratiæ & doctrinæ legis diuinæ. Et ſicut cælũ eſt purum, & liberum ab omni corruptione, vt dicitur in primo de cælo, & mundo. ita Ioachim caſtus, & mundus fuit: ſeruans fidem vxori, ac non miſcens ſecum

Digitized by Google

cum alia muliere, vt filios haberet, cum vxor eſſet ſterilis Cælum quoque dat pluuiam abundanter ſempore ſuo, & Ioachim, vt viſum eſt ſermone. 1. huius partis parte vltima, dabat abundanter eleemoſynas pauperibus. Terra autem ſignificat Annam, nam ſicut terra eſt infimum elementorum, & ſubijcitur influentiæ cæli, ita ipſa humilis erat, & ſubiecta in gubernatione domus viro ſuo, ſicut eſſe debebat, ſecundum diſpoſitionem iuris, vt in c. mulierem 33. q. 5. Terra ſtabilis eſt in æternum, vt ait Salomon Eccle. 1. Et Anna ſtabilis conſtans & fortis fuit in ſua ſterilitate, & non turbulenta; vel murmurans contra Deum, eo quod filios ei non daret, ſicut multæ mulieres faciunt murmurantes, quod non habeant quod eis nociuum eſſet. Vnde Valerius Maximus ait: *Plerumque id votis expoſcimus, quod non obtinuiſſe melius foret*, oratur importune à mulieribus infæcundis pro filijs habendis, qui habiti aliquando ſunt cauſa perditionis parentum. Sicut etiam terra atteritur multis modis, & ſcinditur ad fructificandum, ita & Anna ieiunijs, vigilijs, & alijs modis caſtigabat corpus ſuum, vt ſubditum eſſet rationi *Terra* ergo vt ſubditur, in eodem 1. Gen. cap. *erat inanis, & vacua*, quia Anna erat ſterilis, & infęcunda, vt maius inde appareret miraculum, & magnificentia ex fœcunditate ei collata. *Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*. id eſt, tenebræ afflictionis, & confuſionis erant ſuper faciem ipſius Annæ, & mariti ſui, quia tanquam maledicti reputabantur ſteriles, fructum generationis non facientes, & pudor eſt fœminis nuptiarum præmium non habere, propter quod primo inſtitutum eſt matrimoniũ c. pudor. 32. q. 2. vnde Iuuenalis ſatyra 3. inquit: *Præterea tormentum ingens nubentibus hæret, Quod nequeunt parere, & partu retinere maritos*: priuantur enim ſteriles maximo munere mulierum, quod eſt parere, & partum conſeruare. l. quæritur, in principio. ff. de ædili. edicto. Quia ergo, vt in ſermone prædicto patuit, Ioachim ad offerendum Deo in templum accedens cum magno improperio eſt reiectus, vnde domum pro confuſione redire noluit: propter quod Anna viri ſui ſolatio deſtituta cum lachrymis Deum exorabat pro reuerſione viri ſui, & remotione huius opprobrij Ideo ſubditur & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. ſ. lachrymarum eius ad conſolandum eam, & exaudiendum votum eius, vnde ſequitur: *Dixit vero Deus, fiat lux*. id eſt virgo benedicta, cuius vita glorioſa lucem dedit ſeculo, vt canit Eccleſia: Et facta eſt lux. id eſt, Maria tota lucida ac ſine originali peccato. Ideo ſubditur: & diuiſit lucem à tenebris. Et hæc facta fuit prima die. id eſt in prima gratiæ tempore. Et ſicut illius lucis creatio ſolis creationem præceſſit, & ſecundum ſententiã Petri Lombardi in 2. ſententiarum, diſ. 13 ex ipſa corpus veri ſolis formatum eſt. Sic ortus beatæ virginis veri Solis, id eſt, Chriſti formationem præceſſit, & ex ipſa ipſe ſol iuſtitiæ formatus eſt; ideo ipſa inquit Eccle. 24. *Ego feci in cælis, vt oriretur lumen indeficiens*.

Qua ratione B. V. dicitur cælum & terra, dicitur cælum ſydereum.

Poteſt etiam aliter exponi quod ſupradictum eſt de cælo, & terra creata, vt per vtrumque figuretur virgo Maria diuerſis reſpectibus.

Primo enim dicitur cælum ſydereum triplici de cauſa, ſcilicet propter ornatum, motum, & effectum. Primo ratione ornatus. Sicut enim cœlũ ſydereum eſt ornatum varietate ſtellarum, ſic Maria diuerſitate virtutum, Ideo dicitur Eccle. 43 *ſpecies cæli*, id eſt virginis Mariæ, *gloria ſtellarum*, id eſt glorioſa varietas virtutum.

Secundo dicitur cælum ſydereum ratione motus, quia ſicut cælum ſydereum omnes inferiores cœlos ſecum quotidie circunducit, ſic Maria omnes ſanctos ad intercedendum pro nobis ſecum adducit, motor iſtius cœli eſt Deus, qui inquit Aggæi. 2. *Mouebo cælum, & terram, & veniet deſideratus cunctis gentibus*. Ipſa ergo beata virgo tali motu agitata mouetur ad Deum per feruentem amorem, eſt enim rota Dei, de qua dicitur Ezech. 1. *Quocunque ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu, & rotæ pariter eleuabantur ſequentes eum, ſpiritus enim Domini erat in rotis*. Mouetur etiam ad nos per cõpaſſionem. Vnde canit Eccleſia: *Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte*, mouetur quoque ad filium ipſum pro nobis exorando: mouetur ad Angelos ipſos ad noſtrum miniſterium dirigendo: mouetur ad beatos illos, vt pro nobis orent exhortando. Et ideo de ipſa dici poteſt illud Sapien 7. *Omnibus enim mobilibus mobilior eſt*.

Maria cælũ ſydereum.

Tertio dicitur cœlum ſydereum ratione effectus. Nam ſicut mediante cœlo iſto ſydereo, & ſuis luminaribus terra fœcundatur, & in fructibus multiplicatur, atque in auro & argento ac lapidibus precioſis: ita virgo Maria totam Eccleſiã illuſtrat ſuis exemplis, & fæcundat ſpiritus ſancti donis, & fructificare facit operibus bonis, & locupletat virtutibus precioſis, & ideo ipſi tanquam ſydereo cœlo dici poteſt illud Pſal. 64. *Viſitaſti terram, & inebriaſti eam, multiplicaſti locupletare eã*

Maria cælũ cryſtallinũ.

Secundo beata virgo dicitur cœlum cryſtallinũ, quod factum eſt de aquis, quæ ſuper cœlos ſunt in modum cryſtalli ſolidatæ, aquæ enim ſunt cogitationes, & affectiones humanæ, quæ in nobis ſunt fluxibiles, ſed in beata virgine fuerunt ſolidæ id eſt, in bono confirmatæ. Vnde Bernardus

dus in ſermone de natiuitate virginis inquit: Neque enim feſtiuis laudibus natiuitas eius celebraretur, ſi non ſancta naſceretur, id eſt, in bono cōfirmata. Iſtæ etiam aquæ fuerunt tranſparentes, & lucidæ, quia per illas Dei gloriam intuebatur, & contemplabatur, iuxta illud 2. ad Cor. 3. *Nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes.*

Maria cælū Empyreum. Tertio dicitur cœlum empyreum triplici de cauſa. Primo propter ineffabilem claritatem: ſicut enim illud cælum eſt lucidiſſimum, ita ipſa tota lucet, & ſplendoribus plena eſt. Vnde Apoc 12. dicitur *Signum magnum apparuit in cælo mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius. & in capite eius corona ſtellarum duodecim.* Quia ergo eſt lucida à parte inferiori, ideo dicitur quòd Luna eſt ſub pedibus eius, & quia eſt clara à parte ſuperiori, ideo dicitur quòd in capite eius erat corona ſtellarum duodecim, & quia erat reſplendens à parte medij, ideo dicitur amicta ſole.

Expō. Apoc. 12. Mulier amicta ſole &c.

Secūdo dicitur cælum empyreum propter capacitatem, ſicut enim non poteſt excogitari aliquis locus maioris capacitatis, quam cælum empyreum, ſic nec aliqua creatura poteſt inueniri maioris charitatis, quam Maria, quæ fuit tantæ capacitatis, vt habitatio Dei facta ſit, & Deum in vtero ſuo portauerit. Vnde canit Eccleſia: *Tu quem cæli capere non poterant tuo gremio contuliſti.*

Tertio dicitur cęlum empyreum propter ſublimitatem, ſicut enim illud cælum eſt ſublimius omnibus alijs, ſic ipſa eſt ſublimior omnibus creaturis, vnde de ipſa poteſt dici illud Pſal. 81. *Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos* ſi non ſolum materiales, ſed etiam rationales, & intellectuales. ſ. ſanctos omnes, & Angelos: virgo igitur benedicta eſt illud cœlum, de quo inquit Deus Eſa. 66. *Cælum mihi ſedes eſt.* Et Iob. 41. *Omnia quæ ſub cælo ſunt, mea ſunt,* de hoc cœlo pulcherrimo egreſſus eſt Deus. Vnde canit Dauid Pſal. 18. *A ſummo cælo egreſſio eius,* & hoc eſt quod inquit Apoſtolus 1. ad Cor. 15. *Primus homo de terra terrenus: Secundus homo de cælo cæleſtis.* Altitudinem autem huius cæli, & eius excellentiam non poteſt humanus animus perſcrutari. Vnde Sapien. 9. ait Salomon: *Quæ in cælis ſunt quis inueſtigabit;* quaſi dicat, nullus.

Maria terra. Dicitur etiam terra ipſa virgo benedicta. Primo, quia licet terra omnium elementorum ſit infima, eſt tamen præ omnibus elementis magis ornata; ſic beata virgo præ omnibus ſanctis fuit magis infima per humilitatem, ſed tamen magis ornata per virtutum varietatē, infimā ſe vocabat. Luc. 1. dicens: *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* ſed virtutibus ornatum ſe oſtendebat dicens Eccle. 24. *In me gratia omnis vitæ & virtutis.* Hæc eſt illa terra, quam viſitauit Deus, & omnibus virtutibus ornauit. Cui inquit Pſal. *Viſitaſti terram & inebriaſti eam, &c.*

Secundo dicitur terra, quia licet terra videatur in ſuperficie deſpecta, intus tamen continet precioſa, aurum, ſcilicet & argentum, ac lapides precioſos: ſic beata virgo videbatur, exterius deſpecta, & tamen intus continebat cæleſtem theſaurum, ſcilicet Dei filium. ideo de ipſa inquit Dauid Pſalm. 32 *Omnis gloria eius, filiæ regis abintus.*

Tertio dicitur terra, quia licet terra ſit multipliciter attrita, eſt tamen firmiter ſtabilita. Sic B. virgo licet fuerit attrita in Chriſti paſſione per dolorem, ſicut ei prædictum fuerat. Luc. 2. per Simeonem dicentem, *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius,* tamen fuit fortis per conſtantem fidē. Ideo Eccle. 1. dicitur: *Generatio præterit, & generatio aduenit, terra vero in æternum ſtat:* nam generatio multorum præterijt à fide Chriſti, generatio autem latronis, & centurionis venit ad fidem, terra vero. i. virgo Maria in æternum ſtetit, quia fidem ſemper ſeruauit. Ipſa ergo benedicta mater Dei eſt terra bona, bono ſemine ſeminata, fæcūda, & ad germinandum apta.

Terra bona. Primo eſt terra bona. Bona enim terra cognoſcitur ſecundum Virgil. 2. Georgi. Primò per colorem, quia nigredo atteſtatur bonitati terræ. Ipſa autem virgo habuit nigredinem humilitatis, vnde ipſa inquit Can. 1. *Nigra ſum, ſed formoſa.* Homo qui diutius ſtat ad feruorem ſolis, efficitur niger, & decoloratur. Cum igitur Chriſtus, qui eſt verus ſol nouem menſibus in vtero virginis fuerit, non eſt mirum ſi ipſam nigram, & humilem fecit, & ipſam ab omni colore mundano decolorauit. Ideo ipſa dicit Can. 1. *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim: quia decolorauit me ſol.*

Pulchrè expon de B. V. illud Can. 1. Nigra ſum, & illud ibidem: Nolite me conſid. quod fuſca ſim, q. dec. me ſol.

Secundo cognoſcitur bona terra per ſaporē, quia ſi gleba terræ aqua ſpargatur, & ad guſtū ponatur, ſi eſt dulcis eſt bona, ſi eſt ſalſa, eſt mala. Vnde Virgilius vbi ſupra ait *Salſa autem tellus, & quæ perhibetur amara: Frugibus infelix.* Beata autem virgo fuit dulcis, & ſuauis. Vnde Can. 6. ait illi cœleſtis ſponſus: *Pulchra es amica mea, ſuauis & decora.* Et Ber. in quodam ſermone inquit: *Quid ad Mariam accedere trepidat humana fragilitas? nihil auſterum in ea reperies, nihil terribile, tota ſuauis eſt, & omnibus omnia facta eſt, & omnibus miſericordiæ ſinum aperit, vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi.*

Terra ſeminata bono ſemine. Secundo principaliter dico, quod B. virgo fuit terra bono ſemine ſeminata. Nā Deus in agro vteri ſui ſeminauit ſemen æternum, antiquum, & nouum. i. diuinitatem ſuam, quæ eſt æterna, carnem

Digitized by Google

aem filij ſui, quæ eſt antiqua. i. ab Adam producta, & animam eius, quæ de nouo fuit creata. De his tribus ſeminibus, tanquam ex tribus farinis factus eſt ille panis cæleſtis, qui inquit Ioh. 6. *Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi.* Illud ſignificatum eſt Gen. 18. vbi Abraham. i. Deus pater, dixit Saræ. i. virgini Mariæ. *Accelerata tria ſata farinæ, cõmiſce, & fac ſubcinericios panes.* Tunc. n. Sara. i. virgo Maria tria ſata farinæ commiſcuit, quoniam Chriſtum exiſtentem in his tribus ſubſtantijs de ſuis viſceribus generauit.

Tertio dico quod iſta terra fuit fœcunda, bona enim terra generat fructum trigeſimum meliorſexageſimum, optima centeſimum, vt habetur Mat. 13. & Mar. 4. Iſtum autẽ triplicem fructũ terra virginalis protulit, ipſa. n. fuit nupta, & ſic protulit fructum ſexageſimum, fuitq; virgo virginũ, & ſic protulit fructum centeſimũ, de quo dicitur Gen. 26. *Seminauit Iſaac* . i. Deus *in terra illa*. i. in virgine Maria, *& inuenit centuplum*, hæc igitur benedicta virgo figurata fuit in illa terra optima, & fructifera, fluente lacte, & melle, quã promiſit Deus populo ſuo. Exo. 3. Hæc eſt illa terra bona habens irriguum ſuperius, & inferius, quam Caleb. E. i Deus dedit filiæ ſuæ. i. eccleſiæ in dotem pro peculiari poſſeſſione. Ioſue 15.

Terra ad germinãdum apta.

Quarto dico, quod iſta terra eſt ad germinandum apta, de qua Eſa. 45. dicitur: Aperiatur terra, & germinet ſaluatorem. Hæc eſt illa terra, de qua dixit Deus Gen. 1 *Germinet terra herbam virentẽ, & facientẽ ſemen, & lignũ pomiferum faciẽs fructũ iuxta genus ſuum. Cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram*, ipſa enim B. virgo germinauit herbam virentem ſanctarum cogitationum, & meditationum, & flores feruentium deſideriorum, & fructus perfectarum operationũ, & lignum vitæ in medio paradiſi, eius quoq; ſemen remanſit ſuper terram. ſ. exteriorem exemplorũ, iuxta quæ alij poſſint fructificare per imitationem. Hæc eſt illa terra, de qua inquit Dauid, Pſal. 83. *Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum* ſ. ſaluatorem mundi. Et hoc eſt quod prædictum fuit Eſai. 4. vbi dicitur, *fructus terræ ſublimis*. De hac etiam terra intellexit idem Pſal. dum de Deo ait, *Operatus eſt ſalutem in medio terræ*. i. virginis glorioſæ. Hæc eſt illa terra in qua debemus operari per deuotionem, quia vt inquit Sapiens Prouer. 12 *Qui operatur terram ſuam ſaturabitur panibus*, id eſt conſolationibus ſpiritualibus. Ideo vnicuique noſtrum inquit Moyſes Deut 8 *Benedicas Domino Deo tuo pro terra optima, quam dedit tibi.* Hæc inquam eſt illa terra benedicta, qua Deus omniũ gratiarũ ſuarũ profluuio irrigauit, de qua intelligi poteſt illud ad Ro. 6 *Terra ſuper ſe venientem bibens imbrem, accipit benedictionem à Deo.* Hæc eſt illa terra, quam Deus ſua habitatione illuſtrauit de qua Eſa 6. dicitur. *Et plena erat omnis terra, maieſtate eius* Hæc eſt illa terra, de qua Sapiens Prouer. 3. inquit: *Dominus ſapientia fundauit terram.* Hæc eſt illa terra quæ peperit æternam, & ineffabilem veritatem, ſecundum illud Pſal. 84. *Veritas de terra orta eſt.* Hæc eſt illa terra, quam benedixit Deus. Cui inquit Dauid in prædicto Pſalm. *Benedixiſti Domine terram tuam.* Poteſt etiam exponi illud. In principio creauit Deus cœlum, & terrã, vt per cœlum quod incorruptibile eſt, intelligatur anima virginis, quæ à Deo creata ab omni peccato fuit incorrupta, & per terram intelligatur eius corpus mortale à parentibus propagatũ, & ſecundum hoc exponi poteſt illud Prouer. 25. *Cælum ſurſum, & terra deorſum.* Quia vero vtrunque horum excellentiori modo DEVS condidit, quam vnquam aliquam creaturam, & quàm primum cœlum, & primam terram. Ideo hoc in ſpiritu videns Iohan. Euangeliſta, inquit Apoc. 21. *Vidi cælum nouum, & terram nouam.* Et quia beata virgo non ſolum in anima, ſed etiam in corpore fuit beatificata, & gratia Dei plena. Ideo inquit Deus. Hie. 22. *Cælũ, & terrã ego impleo.*

Expon. etiã per cælum animæ virg. & pro terra corpus.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis quòd ortus. B. virg. fuerit prænunciatus.

INquit Bernardus in epiſtola ad Lugdunenſes. *Quod paucis mortalium eſt conceſſum, fas non eſt credere tantæ virgini fuiſſe denegatum*: quo præſuppoſito quod natiuitas beatæ virginis debuerit prænunciari, patet, ſi attendatur præeminentia ipſius virginis ad illos qui fuerunt prænunciati. Nam per angelum fuit nunciatus matri Hiſmael, vt habetur Gen. 16. Et Iſaac patri, & matri Gen. 18. & Samſon. vtrique parenti. Primo matri cui dixit Angelus Iudi. 13. *Sterilis es, & abſq; liberis, ſed concipies, & paries filium, &c.* Secundo fuit annunciatus patri ſuo Manue. Iudi. 14. Ioſias quoque per prophetam fuit prænunciatus. 3. Reg. 13. Iacob quoque & Eſau fuerunt prænunciati, diuino oraculo Gen. 25 & Iohan. patri ſuo Luc. 1. Si ergo iſti fuerunt prænunciati, non eſt dubitandum quin etiam beata virgo fuerit prænunciata, quæ fortior eſſe debebat Sambſone in proſternendo hoſtes inferiores: Sublimior Iſaac in meditatione, & contemplatione: Hiſmaele fœcundior: quia etſi ille duodecim principes generauit Geneſi, decimo octauo. MARIA per filium totum mundum ad vitam gratiæ

B. V. prænunciata.

 perduxit.

Digitized by Google

perduxit. Feruentior in obſeruatione mandatorũ Ioſia, & immunior Iacob ab omni peccato, ac Iohanne ſanctior, & omni virtute fœcundior. Debuit ergo, vt inquit Anſelmus in libro de conceptio. virginis, capit. ſecundo, prænunciari per Angelum, ſicut & factum fuit: vt dicitur libro de infantia Saluatoris: Si enim Deus conſueuit mittere Angelum pro minoribus negotijs, ſicut Tobię Raphaelem ad curationem infirmitatis, Tobiæ duodecimo: Et Gabrielem ad liberationem captiuorum, Daniel. nono. & Michaelem ad expugnandum inimicos, Apocalyp. duodecimo: Multo magis congruum fuit prænunciari natiuitatem virginis benedictæ, quæ conceptura erat illum, qui veniebat curare infirmitates, liberare captiuos, & hoſtes expugnare, qui dixit Eſai. 61. Spiritus Domini ſuper me, vt mederer contritos corde, prædicarem captiuis indulgentiam, & diē vltionis Deo noſtro. Si autem quæratur, quis Angelus fuerit iſte, qui patri, & matri beatæ virginis annunciauit eius natiuitatem: Reſpondit magiſter Bartholomæus Piſanus in libro beatæ virginis fructu. 6. quod licet ſcriptura ſacra de hoc expreſſam non faciat mentionem, tamen communiter tenetur, quod fuit Gabriel Angelus, vel alius ei æqualis, quia ſi ipſe Gabriel ortum Iohannis nunciauit Lucæ primo, à fortiori credendum eſt eum annunciaſſe ortum Mariæ. Non ſolum autem Deus fecit nunciari natiuitatem virginis patri, & matri eius; ſed etiam per multa tempora ante fecit illius ortum prædici etiam à gentibus, vt fuerunt Sibillæ, & alij de quibus plene ſatis dixi in prima parte Roſarij Sermonum, ſermone 14. parte vltima. Prædixit etiam de illa magnus inter aſtrologos Albumaſar, libro octauo introductorij in aſtrologia. cuius dicta pertranſeo cauſa breuitatis. Voluit quoque Deus ſuæ matris natiuitatem per ſuos prophetas prænunciari. Si enim vt ſcriptum eſt, Amos tertio, Non faciet Dominus verbum, niſi prius reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas: profecto credendum eſt, quod non fecerit hanc virginem naſci, quin prius excellentiam eius annunciauerit prophetis ſuis. Ideo Iob vigeſimo ſeptimo dicitur: In manibus abſcondit lucem, & de ea annunciauit amico ſuo. Qua ex re conſiderandum eſt quantũ exultauerint ſancti prophetæ, cum intellexerunt virginem debere naſci, per cuius partum erant ab æterna damnatione liberandi. De ipſa ergo omnes prophetæ prædixerunt. Et primo quòd deberet deſcendere de ſemine Dauid, quia Chriſtus ab ea natus fuit de ſemine Dauid, ſecundum carnem, vt ait apoſtolus ad Romanorum primo,

Per quem angelũ fuerit prænunciata.

Quomodo à prophetis prenũciata.

Prophetauit Eſai. vndecimo ſui lib. capitu. di. Egredietur virga de radice Ieſſe &c.

Secundo, quod appellaretur Maria: prædixit Moyſes Gene. primo di. Congregationes quoque aquarum appellauit Maria. Congregatis enim omnibus gratijs ſanctorum in vnum locum, ſcilicet in animam virginis appellauit, eam Mariam id eſt mare gratiarum. Omnia enim flumina intrant mare, & mare non redundat. Eccleſiaſt. primo, id eſt omnes gratiæ intrant in Mariam, & tamen ipſa non redundat in ſuperbiam: & dicitur Maria media producta, non correpta, quia ſemper aucta eſt in virtutibus, & hæc dixit ſanctus Bernardinus in ſermone ſecundo, de nomine virginis addens: Redundat tamen in nos mare largitatis diuinæ, quia de plenitudine eius accepimus omnes, in præſenti gratiam, & in futuro gloriam.

Tertio, quod deberet concipi ſine originali peccato: prophetauit Dauid Pſal. 45. di. Adiuuabit eam Deus mane diluculo, id eſt in primo inſtanti conceptionis; ne per peccatum corrumpatur.

Quarto, quod deberet impleri ſpiritu ſancto, & ſanctificari: prophetauit Dauid Pſalmus 45. dicens: fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.

Quinto, quòd de natiuitate eius lætari deberet pater eius iuſtus, & timens Deum: & alij quàmplures maxime fideles, & deuoti: prophetauit idem Dauid Pſalmo 96 dicens: Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia.

Sexto, quod deberet in templo preſentari, prophetatum fuit per figuram. 2. Paralip. 5. vbi dicitur: Intulerunt arcam fœderis Domini in locum ſuum, id eſt, ad oraculum templi in ſancta ſanctorum.

Septimo, quod ibi debebat cibari, habetur Eſa. 58. vbi dicitur: Suſtollam te ſuper altitudinem terræ: & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Vnde ipſa poterat dicere illud Tob 14 Ego cibo, & potu inuiſibili, qui ab hominibus videri non poteſt vtor.

Octauo, quod debebat diſponſari: habetur in figura Tob. 8. vbi patri beatæ virginis dixit Angelus: Noli timere dare illam iſti: huic enim. ſcilicet Ioſeph timenti Deum debetur coniunx filia tua.

Nono, quod de ſpiritu ſancto debebat concipere, & parere filium Dei: habetur Eſa. ſeptimo: Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus.

Decimo

Digitized by Google

Decimo quod debebat eſſe virgo in æternum, prophetatum eſt Ezech. 44. vbi inquit propheta: *Vidi portam in domo Domini clauſam: & dixit Dominus ad me porta hæc clauſa erit in æternum &c.*

Vndecimo quod de ſuis ſanguinibus veſtiret Deum hominem factum, habetur Hiere. 31. vbi dicitur: Nouum faciet Dominus ſuper terram: fœmina circundabit virum.

Duodecimo quòd amari debebat à cœleſti ſpōſo propter humilitatem: habetur in figura Gene. 29. vbi Lya vxor Iacob dixit: *Vidit Deus humilitatem meā, nunc amabit me vir meus.* Ipſa autem benedicta virgo inquit Lucæ 1. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ &c.*

Terriodecimo quod viſitaret Eliſabeth, & Zachariam virum eius ſacerdotem, in figura habetur, 4. Reg. 4. vbi dicitur: *Mulier Sunamitis profecta venit ad Heliſeum*

Decimoquarto, quod cantare debebat canticū per figuram prophetatum eſt Exod. 15. vbi Maria ſoror Aaron cecinit dicens: *Cantemus Domino glorioſe &c.*

Decimoquinto, quod debebat mundo edere paruulum, qui eſſet verus Meſſias, habetur Eſai. 9 vbi dicitur: *Paruulus natus eſt nobis, et filius datus eſt nobis: & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis.* Secundum autem tranſlationem Chaldaicam habetur: & vocabitur, Permanens in ſecula Meſſias.

Decimo ſexto quod concipiendo, & parturiendo ipſum, non amitteret virginitatem, habetur Eſa. vltimo, vbi dicitur: *Antequam parturiet, peperit &c.* & Can. 4 *Hortus concluſus fons ſignatus, emiſſiones tuæ paradiſus.*

Decimoſeptimo, quòd à Magis gentilibus debebat viſitari, & eius filius ab eis adorari, habetur Tob. 14. vbi dicitur: *Gaudebunt in ea omnes reges terræ, adorantes Dominum Deum Iſrael.*

Decimooctauo quod à paſtoribus debebat viſitari, habetur Hiere. 6. vbi dicitur: *Venient ad paſtores &c.*

Decimo nono de filij ſui ad templum deductione, habetur in figura 1. Reg 1 vbi dicitur: *Adduxit puerum in domum Domini.* Vigeſimo de filij amiſſione. Tob. 10. *cœpit contriſtari valde ipſe, & vxor eius: & cæperunt ambo ſimul flere, eo quod ſtatuto tempore non reuerteretur filius.*

Vigeſimo primo de eius inuentione. Tob. 11. *vidit mater à longe, & cognouit filium &c.* Vigeſimo ſecundo de diaboli proſtratione Gene. 3. inquit Deus diabolo, *Ipſa conteret caput tuum.* Vigeſimo tertio de vitæ commendatione Iudith. 15. *Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri* Vnde ipſa dicere poterat illud Iob. 27. *Non reprehendit me cor meum in omni vita mea.*

Vigeſimoquarto de eius generoſitate Gen. 15. c, inquit Deus: *Suſpice cælum, & numera ſtellas, ſi potes.* Quod exponit magiſter Bartholomæus Piſanus, vbi ſupra, fructu 2. *Suſpice cælum*, id eſt, Mariam, *& numera ſtellas*, id eſt, gratias, & dona eius. Vnde ipſi dici poteſt illud Heſter 15 *Amabilis es tu: & facies tua plena gratiarum.* Vigeſimoquinto de eius exaltatione ſuper choros angelorum, habetur Pſal. 44. *Aſtitit regina à dextris tuis, in veſtitu deaurato, circundata varietate* Vnde de illa dici poteſt illud 2. Paral. 17 *Factæ ſunt ei infinitæ diuitiæ, & multa gloria.*

PARS TERTIA HVIVS ſermonis: de gaudio angelorum in Natiuitate B. V. ac eius parentum.

VLtra ea quæ dicta ſunt in primo ſermone huius partis in parte tertia, poſſumus conſiderare quantum gaudium fuerit in cœlo de ortu huius ſanctiſſimæ puellæ. Et primo quantum gauiſus fuerit Gabriel Angelus, quando Deus hoc ſecretum ei reuelauit, & miſit eum nuncium patri, & matri eius. Quis enarrare valeat quantas gratias egit, quod eum ad tam mirabile opus prælegerit: quàm celeriter, & cum quanta lætitia ad parentes virginis peruenit: quam iucunde fuit viſus per agmina angelorum tranſire, atq; alijs Angelis reuelare, poſtea vero quam virginis ipſius natiuitatem nunciauit, rediens ad cæleſtia, quam magnum gaudium, & tripudium factum eſt ab omnibus Angelis, cum intellexiſſent Mariam naſcituram, ipſorum Dominam futuram: cuius fructu eorum reparanda erat ruina, hoſtiumque capita conterenda. Sed quid dicemus de lætitia, quam in die natiuitatis huius puellę Angeli fecerunt. Indubie enim, vt inquit magiſter Bartholomæus Piſanus, vbi ſupra fructu. 10. credendum eſt Angelos natiuitati beatæ virginis interfuiſſe quia omne ſimile appetit ſibi ſimile, & ei coniungitur & ſociatur Eccle. 13. Quia ergo totum quod in Maria erat ad eorum redundabat gratiam, & lætitiam, ideo arbitror de omnibus beatorum Angelorum ordinibus copioſam multitudinem de cœlo deſcendiſſe, qui ſponſæ æterni regis naſcenti omnis generis muſicorum dulciſſimum ſonitum faciebant: ſuauiſſimaque carmina cum mellifluis, & ineffabilibus melodijs decantabant. Quę ipſa benedicta puella audiens, & intelligens, magnam dulcedinem, & conſolationem ſentiebat.

Digitized by Google

bat. Quid dicemus autem de conſolatione, quam habuerunt parentes eius? profecto humanis non poteſt exprimi verbis. Gaudebant enim primo, quia cernebant adimpletum, quod per angelum eis fuerat nunciatum. ſecundo quia de opprobrio ſterilitatis erant liberati. tertio quia accedere poterant ad templum, & ſua munera cum alijs offerre. quarto quia tam mirabili dono fuerant ditati. Si enim vnum paruum munuſculum tribuit gaudium accipienti. cap. t. §. beneficium, in quibus cau. ſeu. amit. in vſibus ſeu. quanto magis tam ſingulare donum filiationis. Nihil namque habent parentes gratius filijs, quos magis diligunt, quàm ſeipſos. l. iſti quidē, in fi. & ibi glo. ff. quod me. cauſa. l. liberorum, in fi. ff. de ver. ſig & ratio eſt, quia inter patrem & filium non eſt differentia niſi in ſolo nomine l. id ſuis. ff de libe. & poſth. O igitur beata Anna, quæ hanc benedictam puellam peperiſti: dic quæſo quantum dulcedinis in eius parturitione percepiſti & ſenſiſti. Si enim tāta, in matre Iohannis fecit Dominus: profecto plura in matre matris ſuæ peregit. Nonne Maria plena gratia te amplius gratificauit, ſanctificata te ſanctificauit, illuminata te illuminauit, in gratia confirmata te in bono roborauit, ad bonum inclinata, te ad virtutes inclinauit, tot angelorum agminibus vallata te delectauit: diuina dulcedine recreata conſolationibus repleuit: & mentem tuam ad cœleſtia eleuauit, ſi Maria ſuo aduentu, & filij exultare fecit Iohannem; quanto magis tuam animam gaudio repleuit. O quantum intellectus tuus illuminatus fuit, atque inflammatus affectus, non ſolum cum illam in vtero geſtabas: ſed etiam poſt eius ortum, cum illam in brachijs geſtabas, amplexibuſque fouebas, atque lacte tuo nutriebas ſi Sara de Iſaac, Lia de filijs, Annaque de Samuele, gaudebant, profecto excellentiori iubilatione tu exultabis de filia tua meliore, ac ſanctiore, & inter omnes puellas benedicta, à patribus figurata, & à prophetis prænunciata: quę ſpiritu ſancto repleta, te quoque matrem ſuam repleuit, ſicut IOHANNES ſuam genetricem: Lucæ primo. Sed quid dicemus de patre eius Ioachim, profecto inexcogitabili gaudio lætabatur atque infinitas Deo gratias exhibebat, quia tam nobilis filia ei eſſet donata. Et quia quod patribus antiquis erat promiſſum, in ſe videbat adimpletum. Gaude igitur pater Ioachim, cum filiam habeas, qua domus Dauid honoratur, perficitur, & exaltatur. Tu ergo cum filia tua omnium facta Imperatrice ſecure conuoca cælū, & terram, & omnes creaturas, vt tecum Deum laudent. Decanta igitur ſpiritu ſancto plenus, cū eadem filia tua, illud dulciſſimum canticum Lu. primo deſcriptum dicens: *Magnificat anima mea Dominum &c.* Quia fecit mihi magna qui potens eſt. Si enim merito filij ſui Zacharias repletus fuit ſpiritu ſancto, vt habetur Luc. primo, profecto & filio tuo Iohanne generoſior, & ſpiritu ſancto magis repleta, te diuino ſpiritu repleuit, & iubilare fecit. Et tunc verificatum fuit in te illud Prouer. 14. *Exultat gaudio pater iuſti: & qui ſapientem genuit lætabitur in eo.* Beatæ quoque virgini dici poterat illud, quod in prædicto c. ſequitur, ſcilicet, *Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet qui genuit te.* Ad hoc etiam applicari poteſt illud Pſal. 96. *Lux orta eſt iuſto.* ſ. Ioachim, *& rectis corde lætitia,* ſcilicet vtriſque parentibus beatæ virginis: qui mirum in modum de eius natiuitate lætati ſunt. Quæ omnia conſiderans magiſter Bartholomæus Piſanus, inquit vbi ſupra: *Et nos ergo gaudere in tanta ſolemnitate debemus.* Ipſa enim oriente, lux orta eſt nobis cæcis, infirmis medicina, ignorantibus doctrina, aberrantibus via peccatoribus venia, propitiatio deſperatis, deſolatis confidentia, rectis corde lætitia, Angelis Domina, exulibus patria, portus naufragantibus, ſanctis & iuſtis vt cælum aſcendant, ianua, porta, & ſcala. Quare nos, quos delictorum catena conſtringit, terrenorum obumbrat nebula, ſua arte diabolus illudit, mundus blandicijs allicit, & carnalis ſemper titillat libido, in huius almæ exordio decet gaudere, non ſolum angelorum, & iuſtorum exemplo: ſed & noſtra vtilitate, vt eius, cuius gaudioſe ortum celebramus intercedentibus meritis triplici hoſte ſubacto, à peccatis purgati, gratia, & virtutibus adornati, ad eius fœlicem gloriam tranſeamus, Amen.

DE EA-

Digitized by Google

DE EADEM VIRGINIS NATIVITATE.

SERMO QVARTVS.

IN quo in genere, & in particulari agitur, de eius pulchritudine corporali.

IVDAEIS *noua lux oriri viſa eſt, gaudium, honor & tripudium apud omnes populos, vrbes, atque prouincias*. Heſter octauo. Licet omnes, qui ſunt in gratia Dei nomine lucis nuncupentur: quibus inquit Dominus Matth. quinto. *Vos eſtis lux mundi.* Vnde Prouerb. 4. dicitur: *Iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem*. Et Apoſtolus 1. ad Theſ. quinto, omnibus bonis Chriſtianis dicit: *Omnes filij lucis eſtis.* Tamen B. V. Maria excellentiori modo lucis nomine demonſtratur, quæ oẽs ſanctos claritate præcellit. Verba enim generaliter prolata debent verificari in excellentiori, & ſublimiori ſignificatione, l. 15. qui in perpetuum. ff. ſi ager vecti. vel emphy. pe. cum ibi no. Et ita intelligi poteſt illud Eccleſiaſt. 33. *Lux lucem ſuperat, & dies diem*. De ipſa enim dicitur Sap. 7. *Candor eſt lucis æternæ & ſpeculum ſine macula.* Splendor enim dicitur quantum ad puritatem mentis; ſpeculum ſine macula quantum ad honeſtatem carnis. Tanta enim erat honeſtas iſtius ſpeculi luminoſi, quod ab omnibus inſpicientibus expellebat omnes motus inhoneſtos. Vnde ipſa virgo dicere poteſt illud Iob 29. Lux vultus mei non cadebat in terram.

Maria lux, & quare. Recte autem ipſa glorioſa Dei mater lux vocatur multiplici ex cauſa. Primo quia ſicut lux habet in ſubſtantia ſua puritatem: ſic ipſa claruit ſemper omnimoda puritate. Vnde in eodem 7. Sap ca. ſubditur: Vapor eſt enim virtutis Dei, & emanatio quædam claritatis eius ſincera, Et iam nihil inquinatum in eam incurrit. Secundo, quia ſicut lux omnia corpora excellit ſua dignitate, dicente Auguſtino in quodam ſermone, quod inter omnia corpora lux primum locum tenet: ſic beata virgo omnia creata excedit ſua nobilitate. Ideo Sapient. ſeptimo dicitur de ea. *Super omnem diſpoſitionem ſtellarum, id eſt,* Angelorum, & ſanctorũ, *luci comparata inuenitur prior*. Tertio quia ſicut lux omnibus ſe cõmunicat; & mox vt oritur per orbẽ diffunditur: ſic B. Virgo omnibus beneficia ſua impartitur, & ſe ad ſubueniendũ eis sẽper exhibet paratam. Vnde Sap. 6. dicitur, *Præoccupat eos qui ſe concupiſcunt vt ſe prior illis oſtendat* & Eccleſi. 21. de implorãti auxiliũ eius ſcriptum eſt. *Obuiauit illi quaſi mater honorificata*, Quarto quia ſicut lux omnia clarificat ſua pulchritudine, dicente Ambroſio in quodã ſermone, *quod Lux facit, vt cætera viſibilia appareãt pulchra, & laude digna.* Nihil enim videtur niſi in lumine. vt dicitur 2. de anima: Sic B. virgo ſua illuſtratione, & illuminatione facit opera noſtra in conſpectu Dei eſſe gratioſa, & gloria digna. Ideo de ipſa dici poteſt illud Luc. 2. Lumen ad reuelationem gentium: & gloriam plebis tuæ Iſrael. Et ad hoc etiam applicari poteſt illud quod ait apoſtolus ad Eph. 5. *Omne quod manifeſtatur in lumine eſt.*

Quinto: quia ſicut mediante luce cernimus per quam viam incedere debeamus, ſic mediante virgine benedicta cognoſcimus, quo itinere ad cæleſtem patriam peruenire valeamus. Ideo ipſi dicere poſſumus illud pſalmo. 35. *in lumine tuo videbimus lumen.* In natiuitate enim ipſius verificatũ fuit illud Eſa. 9 *Populus qui ſedebat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis* Deus namque ipſi virgini naſcenti dixit illud Eſa. 42. *Dedi te in lucem gentium, vt aperias oculos cæcorum.* Sexto appellatur lux: quia ſicut lux eſt delectabilis ad videndum, & lætum hominem reddit, iuxta illud Prouer. 15. *Lux oculorum lætificat animam.* Et Eccleſiaſt. 6. *Dulce eſt lumen, & delectabile oculis videre ſolem.* Et alibi dicitur, quòd lucis claritas maximam, & delectabilẽ commoditatem præbet inhabitantibus domos. vt probatur per l. primum. in fi. ff. ſi vſu fru. pe. & in leg. ſi is qui binas. digeſtis de ſerui. Econtrario vero ſubtractio lucis maximum dat incommodum incarceratis. lege prima Codice de cuſtod. re. Ita iſta virgo pulcherrima: quæ vt figuratiue [illegible] eſt Sap 7 fuit lux ſpecioſior ſole, fortunate ſua non ſolum homines, & angelos, ſed etiam ipſum Deum lætificauit. Et ſubtractio ſuæ claritatis, & gratiæ nobis in hac valle miſeriæ incarceratis maximum diſpendium facit. Ideo non ſolum nos eius claritatem intueri deſideramus, ſed etiam cæleſtis ſuus ſponſus hoc affectans inquit illi Canticorum ſecundo capite. *Oſtende mihi faciem tuã; ſonet vox tua in auribus meis. vox enim tua dulcis, et facies tua decora nimis* & cã. 4. iterũ ait

Quam

Digitized by Google

ſtatura procera, vultu venerabilis: quem intuentes poſſent diligere, & formidare Capillos habens coloris nucis auellanæ, & prematuræ, & planos fere vſque ad aures: ab auribus vero cincinnos criſpos, & aliquanto caruliores, & fulgentiores ab humeris ventilantes, diſcrimen habens in medio capitis iuxta morem Nazareorum. frontem planam, & ſereniſſimam cum facie ſua ſine ruga & macula aliqua, quam rubor moderatus venuſtat: naſi, & oris nulla eſt prorſus reprehenſio: Barbam habens copioſam, & impuberem capillis concolorem, & non longam, ſed biſurcatam. Aſpectum habens maturum, oculis glaucis varijs, & claris exiſtentibus In increpatione horribilis: in admonitione blandus, & amabilis, hilaris ſeruata grauitate, nūquam viſus eſt ridere: flere autem ſic. In ſtatura corporis propagatus, & erectus manus habens, & brachia in viſu delectabilia, & totus ſpecioſus forma præ filijs hominum hæc ibi Ex quibus concluditur matrem ipſius fuiſſe pulcherrimam. Ideo illi dicere poſſumus illud Heſter 15. *Facies tua plena eſt gratiarum.*

Cur in Euāgelio nihil habeatur de pulchritudine. B.V.

Quod autem euangelium nihil ſcribit ſ. per eo, poſſunt eſſe plures cauſæ ſecundum Albert. vbi ſup. Vna quod cum domina noſtra nobis poſita ſit in ſpeculum, & exemplum ſaluos fiendi, non eam voluit Euangelium laudare de talibus, quorū appetitus inordinatus, vel abuſus eſt multis cauſa pereundi. Alia cauſa eſt quòd ſcripturæ ſufficit hoc per locū à minori inferre: quòd quicquid bonitatis, vel pulchritudinis in aliquo ſanctorum fuit, hoc ipſi minime dubitemus defuiſſe. vnde ſcriptura magis laudat eam, hoc tacite ſupponendo, quam verbo tenus explicando. Tacendo enim pro reuerentia regulam nobis tradidit infallibilem: quòd quicquid boni, vel laudis in alijs fuit, hæc de ipſa non oporteat dubitari, nec in quæſtionem venire debeat, quod nefas eſt dubitare vt probat tex. in l. Dominus Labeo. ff de teſta. & ibi glo. vbi enim nulla eſt dubitatio, ibi ſuperuacua eſt ſcriptura. l. ſi in fiu ff. ad muni. facit. ff. de capti & poſtli. re. l. poſtliminium §. ſi. & de condi. inſti. l. hæc verba & de vſuris l. ſi ſtipulatus. & de l. i. l. ſi quando quis. & l. ſi credito ri. & de Carbo. edic. l. quod Labeo. & de mino. l. in cauſæ. i reſponſo. & de ve bo. ob. l. d. lt & l ſi ſic ſtipulatus. & l ſi dari. & C. de iur. de l... & de theſau. l. 1. & a b tutu l cum interdict. Item ſicut Angeli ſummi à d. nis melioribus laudantur, & denominantur, & non ab inferioribus, quæ tamen in ipſis eſſe non dubitantur It..., & beata virgo donis nobiliſſimis ſpiritualibus, gratuitis præciſſima, ita occupat, & implet animas laudātium Euangeliſtarum, quòd obliuiſc ſitui bonorū corporalium, atque illa prætereunt. Item euāgelium magis reſpicit ſpiritualia, lex autem vetus plus corporalia proprium eſt ergo euangelij de gratuitis laudare, veteris autem teſtamenti corporalia commendare Ideoque Domina noſtra in veteri teſtamento de pulchritudine corporali commendatur per figuras. In teſtamento autem nouo de ſpirituali perfectione per Angelos, & Euangeliſtas. Raro enim vel nuſquam in nouo teſtamento inuenitur quòd aliquis de corporali pulchritudine commendetur, hæc Alber. vbi ſup.

Solutio argumentorū

Non obſtat modo quod obiectum fuit de vanitate pulchritudinis corporalis, quia in ea authoritate Salomon non appellauit pulchritudinem vanam, quia ſit mala de ſe, ſed quia caduca eſt, & parum durabilis, ſicut & alia tranſitoria. iuxta illud Saluſtij in Catilinario: *Natura diuitiarum, & forma gloria fluxa, atque fragilis eſt.* Vnde Sen. in Hippolyto inquit: *Res eſt forma fugax:* & Ouidi. 15. metamor. *Nec ſpecies ſua cuique manet* &c & 4. de Triſtibus: *Iſta decens facies longis vitiabitur annis: Rugaque in antiqua fronte ſenilis erit Cumque aliquis dicet. fuit hæc formoſa, dolebis: Et ſpeculum mendax eſſe quireretuum* Et Calphurnius in Bucolicis dicit: *Non hac ſemper eris. perdunt & gramina flores* &c. Et ideo Virgilius in bucolicis ait: *O formoſe puer nimium ne crede colori: Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.*

Pulchritudo caduca.

Omnia ergo temporalia, caduca ſunt, & vana. de quibus idem Salomon inquit Eccleſiaſtic. 1. *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Ipſa enim pulchritudo amittitur: iuxta illud Ouid. in libro de medicamine faciei: *Formam populabitur ætas, Et placidus rugis vultus aratus erit.* Et idem in 2. de arte amandi ait: *Forma bonum fragile eſt, quantumque accedit ad annos; Fit minor, & ſpacio carpitur ipſa ſuo.* Non ſequitur ergo ex prædictis, quin formoſitas corporalis, quia in ſtatu viæ non erat permanens, non debuerit eſſe in beata virgine, ſicut fuerunt alia bona corporalia; vt fortitudo, & huiuſmodi; quæ tamen cum tempore deficiunt, iuxta illud Ouid. 2. de Ponto. *Omnia deficiunt: animus tamen omnia vincit.* Non obſtat etiam, quod obiectum fuit de mali occaſione. Quia reſpondetur, quòd pulchritudo corporalis ſimpliciter in ſuo genere eſt bona, & nobis poteſt eſſe vtilis. Omnia enim pulchra creauit Deus ad vtilitatem noſtram. vnde Pſal. 91 *Delectaſti me Domine in factura tua.* nam à magnitudine ſpeciei poterit creator cognoſci. vt ait Salomon Sap 13. Bonus ergo & pulcher Deus in mūdo creauit bona, & pulchra. Vnde Boe. lib 3. de conſo. ait: *Pul-*

Digitized by Google

Pulchrum pulcherrimus ipſe Mundum mente gerens &c. Nihil autem bonum eſt, in quo non contingat malos ſcandalizari qui non tantum in Chriſto homine ſcandalizabantur, ſicut ſcriptum eſt Matth. 6. Vnde Matth. 10 & Lu 7. dicebat ſaluator: *Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me.* Immo in ipſo Deo ſcandalizabantur. Vnde ſuper illud Pſal. 72. *Quàm bonus Iſrael Deus his, qui recto ſunt corde* gloſſ. inquit, *Peruerſis autem peruerſus eſſe videtur.* Talis autem occaſio mali, ſiue ſcandali paſſiui, non eſt vitium bonam naturam habentis; ſed culpam patientis. Sicut & ipſi dæmones in pulcherrima Dei iuſtitia ſcandalizantur. vnde Pſal 73. ait Deo, *Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.* Nec propter hæc in Deo debet eſſe iniuſtitia, quia mali, vel dæmones ſcandalizentur eius iuſtitia; maxime cum boni in ea ædificentur, vnde mali ſcandalizantur. Ideo inquit Aug. in c. de occidendis 23 q 5. *Abſit, vt ea quæ propter licitum, & bonum facimus, ſi quid propter hoc cuiquam mali præter nostram voluntatem acciderit, nobis imputetur: quod enim eſt in vſu hominum bono & licito, vnde non poſſit pernicies irrogari* Hæc ille Alioquin nõ eſſent in domibus fiendæ feneſtræ: quia quis poſſet ſe inde præcipitare, nec plãtandæ arbores, quia quis poſſet ſe in eis ſuſpendere, nec ferrandi equi, quia poſſent alicui nocere. nec debuiſſet Deus cornua bobus facere, quia his poſſent ferire. Aduerſam ergo fortunam, maloſque euentus ſpectati neque ciuile neque naturale eſt. l. inter ſtipulantem § ſacram ff. de verb. obl. Similiter licet in cõſequentiam aliquod malum eueniret ex pulchritudine, illud non debet attendi, ſed bonum principale, ad quod creata eſt. regula enim eſt quod illud attenditur, quod principaliter agitur l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cer. pe. & l. 1. ff. de auto. tuto.

Pulchritudo cõuenit Mariæ tripliciter.

Congrua ergo fuit pulchritudo beatiſſimæ virginis ad ſui commendationem, vt naturâ perficeretur, & gratiam augmentaret: quia vt inquit Virgil. in 5 Æneid. *Gratior, & pulchro veniens in corpore virtus Adiuuat* & Ouid. *Forma pudicitiæ rara ſed apta comes.* Non debuit igitur beatiſſima virgo illo bono priuari, quod ab omnibus naturaliter deſideratur. ſ. quòd ſint pulchri vnde Ouidius 1. de arte amandi ait: *Delectant etiam caſtas praconia forma.* Ad noſtram quoq; ædificationẽ, & deuotionem, atque conſolationem, cõgruum fuit beatam virginem eſſe pulchram. pulchra enim eſt caſta generatio cum claritate. Sapient. 4. Eius namq; aſpectus nulli vnquam libidinoſum deſiderium commouit, ſed ad deuotionẽ potius maximam oẽs inducebat, vt dicetur diffuſe in ſermone ſequenti. part. 7. & aliquid dicetur in 4. parte huius operis ſermone. 10. parte. 1. Item ad corporis Dominici cõmendationem, conueniens fuit pulchritudo in corpore virginis. Non poteſt enim arbor bona, & nobilis, fructum malum, & ignobilem facere Matth 7.

Non obſtat etiam dum dicebatur quod pulchritudo eſt cauſa ſuperbiæ, luxuriæ, & inuidiæ: quia verum eſt in malis, qui male ipſa vtuntur, atque bonum conuertunt in malum: bonis autem eſt adiumẽtum virtutis, ſicut & de diuitijs inquit Ambroſ. in homilia ſuper Lucam: *Diuitiæ ſicut ſunt impedimenta improbis: ita probis ſunt adiumẽta virtutis.* ad hoc facit illud quod dicitur Eccleſiaſt. 39 *Hæc omnia ſanctis in bona, impijs vero & peccatoribus in mala conuertentur.* Nec eſt verum quòd deformitas ſit cauſa humilitatis, vel caſtitatis, aut charitatis: cum multos deformes videamus ſuperbos, luxurioſos, & ſine charitate; immo plures quàm pulchros.

Nam incõpoſitio corporis, & deformitas denotat incompoſitionem, & deformitatem mentis 41. di c. vlt in fi. Facies enim ſæpe indicat, quale eſt cor. l. obſeruandum. ff de offi. præſi. l. 3 ff. de teſti.

Pulchritudo non eſt cauſa prima ſuperbiæ, et aliorũ vitiorũ.

Non obſtant autẽ prædictis auctoritates poetarum, quæ in iure ſunt allegabiles. l. ſi pater ff. de ſolu. l. antiqui. ff. ſi pars hære pe. & § item pretium Inſti de emp. & ven. & ibi glo. notat allegando multas concordantias: quia reſpondetur quòd formoſitas non eſt cauſa proxima, & immediata illorum defectuum, licet poſſit eſſe cauſa remota, quæ non attenditur, ſcilicet proxima. vt ait glo. in l. 3 § ex pluribus ff de acqui. poſſ. & in l. in omnibus cauſ. ff. de regu. iur. text. eſt in l. cum de lanionis § aſinam molendinariam. ff de fun. inſtruct. Quod autem formoſitas nõ ſit cauſa immediata ſuperbiæ, & cæterorum vitiorum, probatur: nam ſi ita eſſet, ceſſante ipſa ceſſarent ipſa vitia per locum à ratione ceſſante. 2. Phyc. & l. adigere. § quamuis. ff de iure patr. cum ſimilibus. hoc autem eſt falſum Item ſi deformitas eſſet cauſa humilitatis, & cæterarum virtutum; ceſſante ipſa ceſſarent prædictæ virtutes per eandem rationem. quod manifeſte apparet eſſe falſum ergo &c.

Nec etiam fuiſſet maior humilitas, quod Deus incarnatus eſſet de deformi, quam de pulchra: humilitas enim eſt gratiæ collectiua, & augmentatiua, & nunquam diminutiua. Non eſſet ergo filij humiliatio maior, qui humilitatem, & dignitatem matris in ſua nobilitate diminueret, & laudem ſuæ caſtitatis auferret. Nam non mirum

neque

Digitized by Google

neq; laude dignum hominum opinio iudicaret, ſi virgo, quia eſſet deformis, & quaſi deſpecta viro, humilis, & virgo permaneret. e conuerſo autẽ quanto virgo beatiſſima profundior fuit humilitate, & quanto ab altiori inferius in ſeipſam deſcendit, tanto maior fuit filij Dei humiliatio, qui ſe à ſummo cælo post ipſam inclinauit. Et quanto ipſa virgo benedicta fuit pulchrior, & formoſior, tanto eius perpetua virginitas mundo extitit mirabilior, & maiori laude digna: quia circa difficilia conſiſtit virtus. 2. Eth & is gradus cæteros antecellit, quem labor prolixior fecerit anteire. l. 2. C. de of. magiſtri offi.

PARS SECVNDA, IN qua auctoritate, & rationibus confirmatur prædicta concluſio, de pulchritudine Beatæ Virg.

Prædictam concluſionem, videlicet beatiſſimam virginẽ Mariam fuiſſe, & eſſe pulcherrimam, confirmare poſſumus multipliciter. *Alexan. de Ales.* Primo auctoritate Alexand. de Ales in 3. parte ſummæ. q. 9 membro 4. ar. 1. vbi ait hoc confiteri *Bonauen.* etiam ab infidelibus. Et S. Bonauẽ. in 3. diſt ar 2. q. 1. dicit de hoc eſſe teſtimonium Iudæorum: quod nec vili pendendum eſt. Multis etiam rationibus idem comprobare valemus.

1. ratio. Et primo ratione figurationis, quam ponit Albertus vbi ſup. dicens: *Figura ſiue ſignum ſimilitudinem habere debet cum ſignato: ſicut relatum debet eſſe conforme cum referente.* l. aſſe toto. ff. de hære. inſti. Sed omnes mulieres beatiſſimam virginem figurantes, teſte ſcriptura fuerunt pulcherrimæ. ergo & beata virgo. Minor patet. *Quatuor mulieres figurãtes Mariam.* Quatuor enim inueniuntur mulieres inter alias beat ſimã virginem expreſſiſſime figurantes, videlicet Heſter, Iudith, Rachel, & Rebecca.

De Heſter ſcriptum eſt 2. eius. c. *Erat autem Heſter pulchra valde, & incredibili pulchritudine: gratioſa omnium oculis, & amabilis videbatur.*

Similiter de Iudith legitur eius 8. c. *Erat autem eleganti aſpectu nimis.* Et ibidem: *Conſiderabant faciem eius, & erat ſtuper in oculis eorum: quoniam eius pulchritudinem mirabantur nimis.* Et iterum: *Nõ eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, & pulchritudine, & ſenſu verborum.*

Simili modo de Rebecca legitur, Geneſ. 24 quod erat puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro.

De Rachel etiam ſcriptum eſt Gene 29. quod erat decora facie, & venuſta aſpectu. Et ſic ſcriptura oẽs mulieres beatam virginem figurantes laudat de pulchritudine. ergo concluditur beatam virginem per ipſas figuratam fuiſſe pulchram.

Item corpus ordinatur ad animam: ita quòd animæ nobiliori debetur corpus nobilius, vnde pulchritudo corporis debet correſpondere pulchritudini animæ, quia locus debet eſſe conformis, & proportionatꝰ locato. 4. phyſi, & 2 de anima. & l. quoniam & aut. nouo iure ibi ſequenti. C. de cuſto. reo. c c 2 de cuſto. eucha. & c. ſane. de cel e. miſſa. Et nobilitas corporis attenditur ſecũdum nobilitatem animæ, ad quam ordinatur. *2. ratio.* Forma enim, & materia debent eſſe proportionabilia. Et hinc eſt quòd corpus humanum eſt nobilius omnib. corporibus brutorum propter vnionem & animam rationalem. Vnde homo dicitur res digniſſima omnium creaturarum. l. iuſtiſſime. & ibi glo. ff. de ædil. edic & §. fi. vbi allegat Ouidium Inſti. de iure natu. gen. & ciui. ergo vbi fuit perfectiſſima pulchritudo animæ, ibi etiam perfectiſſima pulchritudo corporis debuit eſſe. Sed anima beatiſſimæ virginis fuit nobiliſſima, & perfectiſſima: atq; pulcherrima. ergo & corpus eius fuit nobiliſſimum, atque pulcherrimum.

Item per pulchritudinem exteriorem ducitur intellectus ad interiorem. ergo in beata virgine debuit eſſe pulchritudo exteriorum, vt per ipſam magis duceretur intellectus eius, & aliorum ipſam inſpicientium ad contemplendam pulchritudinem interiorem. *3. ratio.*

Præterea pulchrum, & bonum additum pulchro, & bono facit magis pulchrum, & bonum. *4. ratio.* quia tale additum tali facit magis tale. vt ait Philoſophus. 1. Metap & 6 topicorum. & notatur in l. baliſta ff ad Tre. & in l. iuris gentium. §. quinimmo ff. de pac. vbi moderni dicunt quod nudum pactum additum pacto nudo, facit oriri actionẽ. & ſic tale additum &c ergo pulchritudini, & bonitati interiori facit magis pulchrum, & bonum exterius. Sed beatiſſima virgo inter omnes puras creaturas optima, & pulcherrima fuit: ergo habuit pulchritudinem exteriorem. Ideo in quadam proſa, quam allegat Alber. vbi ſup dicitur: caſtiſſima corpore, ſanctiſſima moribus, omnium pulcherrima virgo virginum.

Item corpus vnitum diuinitati perfectiſſimũ eſt in pulchritudine: ita vt etiam angeli deſiderent in ipſum proſpicere 1. Pet. 1. ergo corpus *5. r.*

Digitized by Google

immediate ordinatum ad ipſum, fuit ſecundo loco pulcherrimū. Sed illud fuit corpus matris. ex quo formatum fuit illud, quod diuinitati vnitum eſt: ergo.

Inſuper ſecundum philoſophum in 2. de anima & 2. phyſ. à natura inſitum eſt omnibus animantibus ſimile ſibi procreare, niſi impedimentum adueniat. Si ergo natura nō impediatur, vel erret, filius eſt ſimilis patri, vel matri: ergo qui naſcitur de matre, & non de patre: & tali operante, qui non poteſt impediri, vel errare, neceſſario erit ſimilis matri, & e conuerſo. Et conſequenter ipſe beatæ virginis filius taliter procreatus fuit ſimilis matri. Cum ergo ipſe fuerit pulcherrimus, inconuincibiliter concluditur matrem eius fuiſſe pulcherrimam.

Item ordo eſt in rebus naturalibus & in corporibus humanis, vt ait philoſophus 8. metaph. bonum enim vniuerſi conſiſtit in ordine. 10. metap. Cum ergo natura aliquid pulchrius: ergo, & aliquid pulchri⁹. ergo, & aliquid debet eſſe pulcherrimum, ſecundum quod omnia alia pulchra diſtinguuntur. vt ait Dionyſ. in lib. de diuinis nominibus. Natura enim habet aliquem terminum, ad quem poteſt, & non vltra. Aut ergo illum terminum alicubi contingeret reperire, aut nuſquam. Si nuſquam: ergo deficeret reſpectu ſuarum operationum. Hoc autem eſt falſum, quia natura non abundat ſuperfluis, nec deficit in neceſſarijs: vt dicit philoſophus 3. de anima, & 2. phyſ. ergo natura ſuum ſummum alicubi habet in pulchritudine. Nam in vnoquoque genere eſt dare ſuum primum 10. meta. Corpus autem naturale quandoque formatur à corpore naturali, ipſa natura operante naturaliter: aliquando Deo operante ſpiritualiter. ergo alicubi eſt ſummum pulchritudinis in corpore humano Deo operante, & alicubi eſt ſummum pulchritudinis in corpore ipſa natura operante. Et ſic natura operans eſt immediate ſub Deo operante. Sicut ergo corpus CHRISTI, quod Deus per ſeipſum formauit, eſt perfectiſſimum, & pulcherrimum in natura, quod Deus potuit facere ſecundum ſtatum viæ.

Vnde qui viderunt Veronicam, dicunt, quod pulcherrimam, & glorioſiſſimam repræſentat faciem. Ita corpus beatæ virginis ad hoc immediate ordinatum fuit pulcherrimum ſecundum ſtatum viæ, quod natura potuit facere ſe operante. Ideo Damaſcenus inquit, quod ipſa a nulla illuſtrium ſuperatur. Si ergo aliæ virgines laudantur de pulchritudine corporali, & ſpirituali; Vnde canit eccleſia: *Pulchra facie ſed pulchrior fide* &c. ergo beata virgo omni laude digniſſima debuit de vtraque pulchritudine laudari.

Quod fuerit pulchra B. V. ex parte Dei fabricantis probatur.

Alio quoque fundamēto, quod dicitur formationis, ſeu operationis idem probatur. Si enim conſideretur fabrica corporis ipſius virginis: eius profecto pulchritudo demonſtratur, Pro cuius declaratione eſt præmittendum, quod ad hoc vt artifex pulchram faciat imaginem tria requirit ſcire, poſſe, & velle. Et idem eſt in omni alia operatione ſecundum philoſophum. 2. Ethico. Tunc ſic: Deus eſt creator omnium, & autor primarius omnis generationis. Vnde Imperator in. l. 1. in princ. C. de vete. iu. enu. dicit: *Omnem ſpem noſtram ad ſolam ſummæ prouidentiam Trinitatis habentes, vnde & mundi totius elementa proceſſerunt.* Et ſecundum hoc exponi poteſt illud Ioan. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Pater autem, & mater cum virtute ſolis ſunt operatores ſecundarij. Et ita intelligitur illud philoſoph. 2. de generatione. & 2. phyſic. ſcilicet. *Sol & homo generant hominem.* Nihil enim poteſt operari ſol, vel homo ſine virtute primi agentis i. Dei. Vnde Imperator in l. 1. C. de vete. iu. enu. dicit quod nihil poteſt operari ſine Dei adiutorio Atque eam philoſophus 8 phyſ. *Omne agens agit in virtute primi actus:* & in centum 1. phyſ. dicit: *Motus prima cauſa eſt cauſa motus ſecunda.* Et autor lib. de cauſis inquit: *Prima cauſa plus influit in effectum, quàm ſecunda.* Ideo Hierony. in c. niſi 54. di. inquit: *Inter illas ſecreti ventris anguſtias manus omnipotentis Dei operatur idem plaſmator corporis, & animæ.* Si ergo omnium generationum, & hominum etiam infidelium Deus eſt autor, & illorum procreationi auxilium præbet, multo magis credendum eſt, quòd omni ſtudio, & virtute operatus ſit in generatione matris ſuæ: per illam regulam 2. Topicorum. *Si de quo minus* &c.

Hic autem artifex, & plaſmator virginis Deus primo eſt ſapientiſſimus. de quo Eccleſiaſt. 1. dicitur: *Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum.*

Secundo eſt omnipotens. Vnde ipſe inquit Geneſ. 17. *Ego Dominus omnipotens.* Et iſta habentur in c. firmiter, in princ. de ſum. Trin. & fide ca. Cum ergo vnumquodq; ſicut ſe habet ad entitatem, ita ſe habeat ad operationem, vt inquit Cōmentator. 9. meta. Et notatur in l. 1. ff de ven. inſp. & in § præterea, per alluuionem Inſti. de rerum diui. & vniuſcuiuſq; natura agat quod propriū eſt ei diffinite. vt ait Boetius. 4. de conſo. proſa. 4. Cumq; vnumquodq; dirigat opera ſua ſecundū optimum eorum, quæ ſunt in ipſo, vt dicitur 4.

Digitized by Google

Ethicorũ, & notatur in l. item quæritur. §. ſi gemma. & l. maritus, vbi glo. ff. loca. & l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi calicem ff. ad legem Aqui. & facit ad hoc lex inter artifices. ff. de ſolu.

Concluditur quòd Deus cum infinita ſapientia, & omnipotentia ſua corpus beatæ virginis generari pulcherrimum fecit. Et hoc eſt quod dicitur Prouerb. 9. *Sapientia ædificauit ſibi domum.* & Pſalm. 86. *Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus.*

Quod autem Chriſtus voluerit matrem ſuam eſſe formoſiſſimam, quis dubitet? Si eam potuiſſet homo facere ad libitum ſuum illam, de qua eſſet naſciturus, nonne ipſam pulcherrimam feciſſet? Cum igitur Chriſtus ab æterno elegerit virginem benedictam, vt de illa carnem aſſumeret, ſicut manifeſte fuit prædictum in perſona virginis, Prouerb. 8. & Eccleſia. 24. Cumque ipſe Chriſtus eſſet ſapientiſſimus, & omnipotentiſſimus, non eſt dubitandum quin etiam voluerit ſacratiſſimum corpus matris ſuæ omni pulchritudine decorare. Hoc autem videns in ſpiritu ſapiens Eccleſiaſticus inquit ſui lib. 43. c. *Vas admirabile opus excelſi.* Quis autem niſi ſtultus, vel infidelis aliter credat? Dicite mihi O deuoti Chriſtiani. Si quis ex vobis poſſet formare illam, quã ſibi vellet eligere in ſponſam, nonne ipſam omni decore, ac formoſitate relucentem facere conaretur? Deus ergo qui iſtam ſanctiſſimam puellam ante ſecula ſibi in ſponſam elegit: profectò omni ſpecioſitate fulgentiſſimam fecit. Et ideo illi inquit ipſe cœleſtis ſponſus Can. 1. *O pulcherrima inter mulieres, pulchræ ſunt genæ tuæ: collum tuum ſicut monilia* & Cant. 5. iterum illi dicitur: *Quo abijt dilectus tuus pulcherrima mulierum?* Et 6. c. etiam ait idem ſpõſus: *Pulchra es amica mea, ſuauis & decora.*

Veniant ergo poetæ antiqui, ac oratores; & cum multis fictionibus atque ornatu verborum

Pulchri viri à poetis laudati. extollant pulchritudinem Polydori, Hippolyti, Narciſci, Deiphœbi, & Paridis: Quos pulcherrimos iuuenes inter omnes mundi homines fuiſſe dixerunt. Laudent etiam decorem Europæ, Meduſæ, Iolæ, Deianiræ, Argiæ, Panteſileæ, Polyxenæ, Helenæ, Didonis, Lauiniæ, Caſſandræ, Creuſæ, Proſerpinæ, Cleopatræ, & Lucretiæ, inter omnes Romanas mulieres pulcherrimæ. Accedant etiam Hebræi, & laudent ſuos iuuenes formoſiſſimos, qui in ſacra ſcriptura de formoſitate commendantur. Inter quos fuit Ioſeph, Saul & Ionathas, Daniel, & Abſalon. Magnificent etiam ſuas mulieres, de quibus eadem ſcriptura inquit, quòd erant formoſæ; videlicet domina Eua, Sara, Rachel, Dina, Thamar. Noemi, Heſter, Iudith, Abigail, Berſabea, Abiſach, & Suſanna. profectò in comparatione matris DEI omnes turpiſſimæ, & abſq; vlla pulchritudine videbuntur.

Pulchræ mulieres.

Pulchri, et pulchræ Hebræorũ.

Vnde legitur de ſancto Dionyſio Areopagita philoſopho Athenienſi, quod cum eſſet conuerſus ad fidem per beatum Paulum, motus fama beatæ virginis, deſiderio videndi ipſam peruenit Hieruſalem. Cumque à beato Ioanne euangeliſta fuiſſe ductus ante illam, atque in eius vultu aſpicere voluiſſet: ſtatim ac ſi in luminibus oculorum eſſet percuſſus ſolaribus radijs, ex ſplendore emanante de pulcherrima facie beatæ virginis remanſit attonitus. Poſtmodum vero aliquantulum ad ſe reuerſus dixit: *Niſi crederem in filium tuum, de quo mihi per Paulum prædicatum eſt, nunc plantis tuis prouolutus, vnum te diuinæ maieſtatis inſigne adorarem. Et niſi fides adeſſet, haud mihi perſuadere poſſem Deum orbis autorem te eſſe pulchriorem. Sed noui quòd is incomprehenſibile lumen inhabitat: à quo tu ad nos radius es deſtinatus, vt illuminares eos, quos prima mulier cæcos parturiuit.* *Dictum Dionyſij ad B. Virg.*

Similem etiam hiſtoriã refert beatus Epiphanius de pulchritudine virginis glorioſæ. Cuius ſpecioſiſſimæ virginis pulchritudinem intuens, ſupernus ſponſus inquit, Can. 4. ca. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Eius quoq; pulchritudinem conſiderans deuotus Anſelmus in li. orationum exclamat dicens: *O pulchra ad videndum, O admirabilis ad contemplandum, O deſiderabilis ad amandum, quomodo effugies capacitatem cordis mei? O virgo mirabiliter ſingularis, & ſingulariter mirabilis, per te elementa renouantur, homines ſaluantur, dæmones conculcantur, & Angeli redintegrantur.* Hæc ille. Ex quibus patet pulchritudo beatæ virginis in generali, à qua incipere debuimus. Nam à generalibus ſemper eſt inchoandum: vt dicitur 1. phyſi. Verum quia à generalibus ad particularia deſcendere iubet Plato, vt ait Prophyrius in ſuis vniuerſalibus: immo ad tertiam partem de particulari eius formoſitate loquentem tranſeamus. Nam ad perfectam cognitionem non ſufficit notitia ſolum in generali, & in confuſo: ſed requiritur nõtitia in particulari ſecundum philoſophi ſententiam 7. Ethicorum.

Digitized by Google

PARS TERTIA, IN qua declaratur in particulari pulchritudo corporalis B. Virg.

QVia particulariter dicta ſunt maioris efficaciæ, quam deſcripta generaliter. l. ſed ſi quis §. quæſitum. ff. ſi quis cautio. l. 1. in fin. ff. ſi quis in ius vo. non ie. l. non ſolum. & l. Pomponius ff. de procu Ideo vt ad particularem virginis pulchritudinem deſcendamus, eſt ſciendū, quod vt dicit Albert. vbi ſup corporalis pulchritudo conſiſtit in tribus: ſcilicet in debita corporis quantitate, & qualitate, in eleganti membrorum diſpoſitione, & proportione & in coloris venuſtate In quibus omnibus beata virgo Maria elegantiſſima fuit.

Primo conueniens quantitas corporis eius poteſt probari à quantitate corporis filij ſui, quod tanquam perfectiſſimum in ſuis naturalibus debitam habuit quantitatem. Corpus enim filij generaturà corpore generantis: ita quod de tali tale generatur, de tanto tantum, niſi error, aut impotentia impediat, vel per viam accidentis aliter fiat vnde naturaliter magnus magnum, aut paruus paruum procreat. Paruus enim non generat magnum naturaliter; quia nemo dat quod non habet. 1. Elenchorum & c. ventum 1 q 1. l. traditio ff de acquiren. rerum domi. l nemo. ff. de regul. iu. l ſi libertam. C quod cum eo cum ergo filius virginis habuerit in ſummo debitam quantitatem, concluditur quod etiam beata Virgo mater eius habuit debitam quantitatem conuenientem fœminæ: & ita credimus, vt etiam inquit Albertus vbi ſup.

Corpus autem Chriſti fuit magnæ ſtaturæ, & longitudinis, vt patet intuenti ſudarium eius, in quo fuit inuolutum poſt mortem: in i, ſo eorum remanſit impreſſum ſignum ſtaturæ, & longitudinis eius: ſicut ego oculis propriis aſpexi. Corpus autem beatæ virginis, vt legitur in quodam lib. de miraculis eius, fuit longitudinis triū brachiorum. Ideo dicit ei ſponſus eius cœleſtis. Ca. 8 *Statura tua aſſimilata eſt palma.* quod exponit Nico de Lyra dicens: ſcilicet propter rectitudinem, & altitudinem. Erat enim ſecundum quoſdam de ſtirpe gigantea, ſicut eius filius: iuxta illud Pſal 18. *Exultauit vt gigas ad currēdam viā.*

In qualitate etiam complexionis fuit B virgo pulchritudine decorata: non enim fuit nimis pinguis, nec nimis macra; ſed habuit complexionē, quæ prouenit ex omnium humorum æqualitate. ita quod corpus eius erat eucrati cum. i. optimè complexionatum, vt dicit Alber. vbi ſup. Diſpoſitio quoque, & proportio membrorum eius ſecundū Alber. it idem fuit cōgruentiſſima quod probatur ex parte generati. In formatione enim corporis à generante ſic formatur totum à toto, quod à qualibet parte generātis ſit formatio partis generati ſibi correſpondens, & ad hoc applicari poteſt illa regula ciuilis dicens: *Sicut ſe habet totum ad totum: ita ſe habet pars ad partem.* l. quæ de tota ff. de rei vend. c leg an pars. ff pro dereli. l. qui ſcit, in princip ff de vſur. l. in ratione § prorſus ff. ad l. Fal. & de admi. tu. l ſi duo. in fi. & de acqui. hære l. ſi ſeruus e. ns. & de pac. l. iuris gentium §. adeo. inter generantem, ergo & genitum, naturaliter, & regulariter eſt ſingulorum membrorum ad inuicē ſimilatio in forma & figura, niſi per viam accidētis impediatur. Cum igitur in corpore Domini eo formādo nullum potuerit accidere impedimentum, cuius formator extitit ſpiritus ſanctus Eſa. 63. vbi dicitur: *ſpiritus ſanctus ductor eius fuit.* Ideo membra illius corporis fuerunt elegantiſſimæ diſpoſitionis & congruentiſſimæ proportionis: ita quod oculi non fuerunt nimis grandes, vel parui reſpectu aliorum membrorum. ſimiliter aures, genæ, os, brachia, manus, tibiæ & huiuſmodi alia; ſed ſingula erant omnibus aliis correſpondentia. ergo & de diſpoſitione, & proportione membrorum beatæ virginis idem eſt dicendum Legitur autē in prædicto lib. miraculorum eius, quod ipſa benedicta virgo erat recti aſpectus, & decora facie, ac ſine aliqua ruga. De formoſitate etiā eius Can. 1. loquens ipſius ſponſus ait: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.* De ipſius quoq; pulchritudine dicitur eiuſdem li 6. c. *Pulchra vt luna*, & c. Et ipſa inquit Eccle. 24 *Ego quaſi oliua ſpecioſa in campis* Quod exponens Damaſcen. li 4. ait: *Maria in domo Domini plantata & impinguata ſpiritu, vt oliua fructifera omnis virtutis habitaculum facta eſt ſpecioſum.* Ipſi quoque virgini iterum dicit ei ſponſus cœleſtis Can. 7. *Quā pulchra es, & quam decora chariſſima in delicijs?*

De ipſius etiam virginis pulchritudine dici poteſt illud, quod ego poſui in epiſtola ad ſummū pontificem, Sixtum 4 dicens ipſi virgini. *Candidior niuibus, rutilans regina decore Et radijs cedit clara Diana tuis. Luna ſuum perdit tecū ſociata nitorem: Atq; comes nullum ſol tibi lumen habet.*

De colore autem cutis eius eſt ſciendum, ſecundum Albert vbi ſup. quòd fuit mixtus ex albo & rubeo. Nam vt ait Ioannicius: iſte color procedit ex æqualitate humorum: alii vero omnes colo-

colores procedunt ex inæqualitate ipſorum humorum; vnde prædictus color ex albo, & rubeo eſt nobiliſſimus,& corpori eucratico determinatus, & à Galeno in temperata complexione poſitus. Nam dicit in 2. techni. quod corpus eucraticum eſt ex albo,& rubeo mixtum. Conſtantinus in l.b. pantechni idem ait.

Non ſolum autem corpus B. virginis fuit huius coloris,ſed etiam corpus Chriſti. Vnde de ipſo ait ipſa beata virgo Can.5. *Dilectus meus candidus eſt,& rubicundus, pulcher, & decorus, electus ex millibus.* Iſte autem color corporis ſignificat interiorem pulchritudinem animæ. nam color candidus denotat puritatem Et ideo Eccle. 9. inquit Sapiens: *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida.* & Apoc.3 dicitur: *Veſtimentis albis induaris.* Color vero rubeus ſignificat charitatẽ. Ideo Cant.3 de ferculo Salomonis dicitur: *Aſcenſum purpureum media charitate conſtrauit* Quæ virtutes, id eſt puritas,& charitas fuerunt in beata virgine in ſummo.

Tanta enim puritate nituit, qua ſub Deo nequit maior intelligi, ſecundum Anſel. in lib. de conceptu virginali.

De ipſius autem charitate inquit Hiero. in in ſermone aſſumptionis: *Totam incanduerat diuinus amor.* De hoc ergo mixto colore virginis dicit, Cant 4 *Sicut vitta coccinea labia tua: & eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici: ſic gena tua.*

De colore capillorum Mariæ. Quantum ad colorem capillorum, eſt ſciendum ſecundum Conſtantinum in lib pantegni. quod capilli caput cuſtodiunt, & defendunt, ac honeſtant: quibus ſi careat homo, maxima eſt inhoneſtas,& præcipue in mulierib. & iuxta hoc fecit natura corpori iuuamenta, & ornamenta. Dicunt autem quidam B virginem habuiſſe capillos candidiſſimos,ſicut & capilli filii ſui deſcribuntur fuiſſe candidiſſimi, dum vidit illum Io. Euangeliſta,qui inquit Apoc.1 *Caput eius,& capilli erant candidi tanquam lana alba,& tãquam nix* Galenus autem 2. techni dicit: quod cerebrũ eucraticum,id eſt,bene diſpoſitum, debet habere capillos rubeos: & allegat quaſdam rationes, quas breuitatis cauſa pertranſeo.& tales videntur quibuſdam fuiſſe capilli B. virginis. cui dicitur Cant.7 *Coma capitis tui, ſicut purpura regis iũcta canalibus.* Cõſtantinus autem vbi ſup. dicit: Cerebrum eucraticum habere capillos nigros: & multas rationes allegat, quare in capite bene cõplexionato ſunt pulchriores,& meliores, capilli nigri, Et ita dicunt quidam fuiſſe capillos beatæ virginis: ſicut etiam fuiſſe dicuntur nigri capilli ſui filii: de quo ipſa inquit Cant 5 *Coma eius ſicut elata palmarum, nigra quaſi coruus.*

Vnde Veronica prætendit nigram barbam, & nigros capillos Dominum habuiſſe. ergo & mater eius eiuſdem coloris videtur capillos habuiſſe, maxime cum multis appareat mulier ſpecioſior,cum capillos habet nigros iuxta illud Horatij in poetica: *Spectandum nigris oculis, nigroſq; capillo.*

Opinio tamẽ alia mihi videtur verior ſcilicet quod Domina noſtra habuit capillos aurei coloris iuxta illud poeticum: *Fœmineum ſi vis caput efformare decorum: Crinibus irrutilet: nitido ſplendeſcat ab auro,*&c. Et iſte color auctoritate Iſaac in libellis ſuis,& Gordonii in libello de vrinis eſt ſublimior inter alios colores: qui ſunt decem,& nouem ſecundum medicos. Non obſtat modo quod Chriſtus poſt reſurrectionem oſtendit ſe beato Ioann. Euangeliſtæ cum capite,& capillis candidis: quia fuit ad demonſtrandam impaſſibilitatem,& puritatẽ corporis glorioſi. Vel dicendum quod Ioan. non apparuit Chriſtus,ſed Angelus repræſentans Chriſtum. Ideo in eodem c. ait ipſe Ioan. *Vidi ſimilem filio hominis,* id eſt, Chriſto, qui in Euangelio appellatur filius hominis: vt patet Matt.16. Quia vt ait Nicolaus de Lyra ibidem, ipſe Angelus apparuit Ioanni in forma ſacerdotis: vt oſtenderet Chriſtum fuiſſe verũ ſacerdotem. Ideo aſſumpſit capillorum caniciem, vt ſignificaret maturitatem,& grauitatem, quæ debet eſſe in ſacerdotib. Non obſtat etiam quod obijcitur de nigredine capillorum Chriſti: quia reſpondetur, quod diuerſitas complexionũ facit alium eſſe colorẽ capillorum in mulierib. quam in viris. quia n. viri ſunt fortiores naturaliter quã mulieres, ideo communiter habent capillos nigros: qui fortiores ſunt quam rubei, vel alii capilli. Quia etiam viri naturaliter magis ſunt calidi quã mulieres, magis abundant cholerico humore incenſo, & ſanguine aduſto, quam fœminæ: quorum fumoſa ſuperfluitas expulſa per capillos eos denigrat. ideo non eſt mirum ſi communiter capilli virorum magis tendunt ad nigredinem, quam mulierum, quas capillus aurei coloris, atque aliquantulum criſpus maxime ornat, & venuſtat Quidam vero dicunt quod Chriſtus naturaliter non habuit capillos nigros: ſed aurei coloris: verum cum tempore paulatim nigri facti ſunt, quia ab inſtanti conceptionis, vſque ad mortem ſemper habuit ante oculos mentis repræſentationem omnium pœnarum quas ſuſtinere debebat. Vnde dixit Matth. vigeſimo ſexto. *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.*

Quia

Digitized by Google

Quia vero ex melancholia hominis capillis nigreſcunt, vt inquit Galenus in 2. techni Ideo nimirum ſic capilli Chriſti nigri facti ſunt. Nam etiam propter talem continuam teprætatationem videbatur factus ætatis quaſi quinquaginta annorum Sicut patet per dictum Iudæorum Ioã. 8 dicentium. *Quinquaginta annos nondum habes*, &c Beatam autem virginem voluit Deus ornari omni pulchritudine, quæ vnquam in aliqua muliere reperta eſt, nec accidentaliter facti ſunt nigri eius capilli Ideo creduntur fuiſſe tanquam fili aurei, & aliquantulum criſpi. Oculos quoq; habuit pulcherrimos, & lucidiſſimos. Vnde de ipſis dicere poſſumus illud poeticum: *Radiant vtriq; gemelli Luce ſmaragdina, vel ſyderis inſtar ocelli.* Dicit autem Albertus vbi ſup quod oculi eius erant nigri temperate. Tales enim oculi ſecundũ eum ſunt nobiliores, & clariores ad videndum, & etiam pulchriores. Ideo Can 4 ait illi ſponſus eius cœleſtis: *Oculi tui columbarum. Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa in vno oculorum tuorum: & in vno crine colli tui.* & Cant 7 iterum inquit: *Oculi tui ſicut piſcina in Eſebon.* Ideo autem oculi beatæ virginis piſcinæ comparantur, quia ſicut piſcina habet abundantiam aquarum, ita eius oculi pietate pleni in tribulatorum afflictionibus effundebant lachrymas compaſſionis. Eſebon vero, computatio interpretatur, per quod ſignificatur, quod oculi beatæ virginis erant magnæ reputationis propter eorum pulchritudinem, vt exponit Nico. de Ly ſuper ipſo 7 c. Cant. De ipſis quoque verificata eſt prophetia Iacob Geneſ. 49. dicentis de Iuda, à quo deſcendit beata virgo: *Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.*

De oculis Mariæ.

Oculi B. V. comparantur piſcinæ Can. 7

Vltra pulchritudinem autem oculorum, & omnium membrorum, eam maxime decorat indumentum togale de quo Pſal. 44. inquit Dauid Domino noſtro Ieſu Chriſto filio eius: *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circũdata varietate.* Hæc tamen varietas circumdans ipſam cœlorum reginam, non ſolum eſt diuerſarum pulchritudinum corporis, ſed etiam omnium formoſitatum animæ ſanctiſſima quippe eius anima omnibus fuit virtutibus decorata, quibus beatiſſima Dei genitrix ſuper omnes puras creaturas ſemper ſtuduit ſe ornare, ſciens veram eſſe illam poeticam ſententiam, quæ ait: *Corporis offuſcat mentis caligo nitorem: Eſt cum virtute pulchrior omnis homo.* Ideo Hier in ſermone ad Euſtochium ait: *Circumdant eam flores roſarum, & lilia conuallium, vt virtutes virtutibus fulciantur, & decore formoſitas augeatur.* Pulcherrima ergo fuit virgo corpore, & pulcherrima mente. Cuius non ſolum formoſiſſimum corpus cum eius ſpecioſiſſima anima fuit Domino conſecratum, ſed etiam omnes eius actus, ſenſus, cogitatus, & affectus Dei fuerunt ſemper ſeruitus mancipati de quibus dici poteſt illud Thren 4. Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores. Aſſimilantur enim niui propter refrigerium caſtitatis, lacti propter mundiciam puritatis ebori antiquo, & rubicundo, propter feruorem charitatis: & ſapphiro propter pulchritudinem cœleſtis contemplationis.

Sciendum eſt autem ſecundum ſententiam philoſoph in lib. perſpectiuorum, quod quatuor ſunt inter alia, ex quibus cauſatur pulchritudo.

Quatuor cauſantia pulchritudinem in B Virg.

Primum eſt magnitudo vnde ſecundum philoſo 4 eth licet parui poſſint dici formoſi, quando ſcilicet habent debitam diſpoſitionem, & proportionem membrorum: non tamen poſſunt dici pulchri, quia pulchritudo requirit debitam perfectionem quantitatis. Res igitur quanto maiorem habet perfectionem quantitatis, tanto pulchrior reputatur. Et ideo luna pulchrior ſtellis apparet; & ſtellæ magnæ paruis ſtellis pulchriores. Ratione ergo magnitudinis pulcherrima fuit beata virgo. Vnde ipſa inquit Eccleſiaſt 20. *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & magnitudinis, & ſanctæ ſpei.* De illa quoque dici poteſt illud Ezec. 31. *Quaſi cedrus in Libano pulcher ramis, & frondibus: excelſuſq; altitudine ſuper omnia ligna regionis, & ſub vmbraculo illius habitat cœtus gentium plurimarum, eſtq; pulcherrimus in magnitudine ſua. Omne lignum paradiſi non eſt aſſimilatum ei, & pulchritudini eius, & æmulata ſunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiſo Dei.* hæc ibi. Ipſa etenim beata virgo de hac pulchritudine magnitudinis gloriari poteſt, dicens illud Eccle. 24 *Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano.*

Magnitudo.

Secundum autem quod facit aliquid videri pulchrum, eſt numerus. Vnde ponit exemplum Ariſto. vbi ſup. dicens quod cœlum ſtellatum eſt pulchrius in ea parte: in qua ſunt plurimæ ſtellæ, quã in ea in qua ſunt pauciores. Ratione autẽ numeroſitatis fuit pulcherrima virgo benedicta: quæ quoad corpus in omni parte, & in ſingulis membris ſingularem habuit pulchritudinem, & quoad animam fuit decorata omnium virtutum varietate. iuxta illud Pſal. quadrageſimo quarto. *Aſti-*

Num.

Digitized by Google

Aſtitit regina à dextris tuis, &c. Vnde illi dici poteſt illud Ezech. 28. *Omnis lapis precioſus operimentum tuum.*

Color. Tertium vero quod pulchritudinem generat eſt color: vnde panni tincti, & colorati ſunt aliis pulchriores. Et ideo optime veſtito dicitur Ezec. 27. *Hyacinthus, & purpura de inſulis eliſa facta ſunt operimentum tuum.* Et ſimiliter beatiſſima virgo ratione coloris fuit pulcherrima vt ſup. viſum eſt. Fuit etiam tincta colore humilitatis, albo puritatis, & rubeo charitatis de quo Can. 1. ipſa inquit: *Nigra ſum, ſed formoſa filia Hieruſalem ſicut pelles Salomonis.* Vnde in eius figuram dicitur Heſter 15. *Ipſa autem roſeo colore vultum perfuſa: & gratis, ac nitentibus oculis ingreſſa eſt ad regem.* De ipſa quoque dicitur Prouerb. 31. *Byſſus & purpura indumentum eius.* Eſt autem purpura veſtis regalis, quam nulli licet portare niſi regi, vt habetur. C. de veſtibus oloberis. l. purpureis lib. 11.

Lux. Quartum autẽ quod facit aliquid videri pulchrum, eſt lux. vt ſup. dictum eſt. Multa enim quæ videntur in tenebris fœda, & nigra, aduenĩente luce pulchra apparent. Et hoc etiam reſpectu B. virgo tota lucida fuit pulcherrima, de qua dicitur Can. 6. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol?* &c.

Vnde Bernard. in quodam ſermone ait: *Beata virgo Maria, cuius vita inclyta cunctas illuſtrat eccleſias, eſt lucerna quæ cõtra omnes tenebras illuminatur mundi machina. Et lumen, quo Deus mundum illuminat, & tenebras animarum noſtrarum fugat: & ignis corda hominum inflammans, & ſuis innumeris beneficijs mundum clarificans. Tolle hunc ſplendorem, quid erit mundus niſi obſcuritate plenus? Et mundi machina, quid valeret ſi hunc ſplendorem non haberet? Tolle hoc lumen ſolare; vbi dies, vbi claritas, vbi ſerenitas? Certe non niſi caligo inuoluens, & umbra mortis: ac denſiſſimæ tenebræ relinquuntur. Quicunque ergo ſemitas huius luminis inſecutus fuerit, non ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.* hæc ille. Gloſſa vero ſuper illud Matt. 1. *& non cognouit eam*, dicit: *Glorioſa virgo Maria dicitur aurora noctem horribilis obſcuritatis, & feritatis expellens.* Dicitur etiam luna plena lumine, æternique ſolis receptiua, cuius radij plenitudine tanquam lucerna lucens, & præfulgida tanta claritas de vultu ipſius coruſcabat, quod in faciem eius Ioſeph ſponſus illius aſpicere non audebat. Pulcherrimam etiam fuiſſe virginem benedictam teſtatur ſancta mater Eccleſia: quæ in officio aſſumptionis canit: *Vidi ſpecioſam ſicut columbam,* &c. Et iterum: *Quæ eſt iſta quæ proceſſit ſicut ſol, & formoſa tanquam Hieruſalem?* Et rurſum ei canit: *Pulchra es, & decora filia Hieruſalem.* Et in officio quotidiano: *Specioſa facta es, & ſuauis in delicijs tuis ſancta Dei genitrix.* Et iterum: *Specie tua & pulchritudine tua, &c.*

Quintam quoq; rationem addere poſſumus, quare beata virgo pulchra fuit, ſcilicet propter nouitatem. *Nouitas.* Nam omnia noua ſunt pulchritudine decorata. § in 2. in procemio. ff. Deus autem ſponſam ſuam ornauit quodam ſingulari decore, & ſpeciali: ac noua claritatis formoſitate, iuxta illud Heſter ca. 8. *Iudæis noua lux oriri viſa eſt,* *Pulchritudo Mariæ probatur magna ex omni genere cauſæ.* &c. quæ fuerunt verba Thematis noſtri. ergo pulcherrima fuit. Poſſumus autem eius pulchritudinem fuiſſe magnam, probare ex omni genere cauſatum. quæ ſecundum philoſophum. 2. phyſi. ſunt quatuor ſcilicet materialis, efficiens, formalis & finalis.

Ex materia. Prima ratio ſumitur à cauſa materiali, quæ dicitur ratio propagationis per lumen electum ab Adam vſque ad illam. Solent enim nobiles genere eo quòd delicate ſunt geniti, & nutriti, ſpecioſi eſſe corpore, vt experientia docet. Vnde Senec. in lib. tragœdiarum ait: *Generoſa in hortus ſemina exurgunt ſuos:* Et facit ad hoc illud poeticum: *Et placidus ſanguis nobile corpus alit.* Fuit autem beatiſſima virgo nobiliſſima genere inter omnes puras creaturas, vt probatũ eſt in ſermone 1. huius partis. parte 2. Nam omnipotens Deus, ſecundum quod exponit Nico. de Lyra ſuper Gen. ab initio mundi de tempore in tempus ſeparauit in humano genere bonos à malis, & meliores a bonis, vt tandem eſſet in orbe populus ei peculiaris, & acceptiſſimus, atque omni nobilitate præfulgens. de quo eius filius naſceretur, iuxta illud Deutero. 32. *Quando diuidebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam.* *Qui filij Dei, & qui filij hominum dicuntur in G* Nam ante diluuium ſeparauit filios Cain à filiis Seth, ita vt filij Cain dicerentur filii hominum, eo quòd vitioſi erant & carnales. Filii vero Seth dicerentur filij Dei, quia boni & ſpirituales erant, ſecundum illud Gen. 6. *Videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ,* &c. & quia generatio Seth ex maxima parte poſtea declinauit ad laſciuiam, vt patet ibidem: iterum Deus ſeparauit extinguendo per diluuium vtrumque genus, reſeruatis tantum paucis de genere Seth, qui boni erant, ſcilicet Noe, & filij eius cum vxoribus. Poſt diluuium vero iterum ſeparauit eligendo genus Sem, qui fuit primogenitus Noe. deinde quia filij Sem, ex maxima parte facti fuerunt idololatræ, iterum

Digitized by Google

ſeparauit, & elegit Heber à quo dicti ſunt Hebræi, qui populus Dei peculiaris dicebantur. vt declarat Nic. de Ly. ſuper Gene. Deinde elegit Abraam: vt habetur Geneſ. 12. ſeparando eum à cultoribus idolorum. & poſtea Iſaac, & non Iſmaelem. Gen. 20. Deinde Iacob, & non Eſau. Gen. 27. & conſequenter de filiis Iacob elegit Iudam, & tribum eius, & ſic ſemper hoc ordine proceſſit ſeparando bonos à malis & taliter deduxit generationem virginis benedictæ per propagationem nobilioris, & dignioris, & magis Deo grati ſanguinis qui vnquam fuerit in mundo. Et ideo cum ipſa deſcenderit per tot nobiliſſimas, & per optimas ſtirpes, & delicatiſſimas generationes, non eſt dubitandum quòd fuit corpore ſpecioſiſſima, & moribus vltra quam dici poſſit nobiliſſima, Non enim parum affert ad morum claritatem & corporis ſpecioſitatem parentum nobilitas. Vnde Amb. ſuper Lucam loquens de parentibus Beati Ioan. Baptiſtæ inquit: *Docet autem nos ſcriptura diuina non ſolum mores in his, qui prædicabiles ſunt: ſed etiam parentes oportere laudari, veluti transmiſſa immaculata puritatis hæreditas in his, quos volumus laudare præcellat. Voluit ergo Deus habere populum ſuo cultui dedicatum, ſanctiorem, & nobiliorem inter omnes populos mundi, qui ab alijs diſtinctus erat diſtinctione veſtimentorum, circumciſionis, & legis ſcriptæ, vt ex eo naſceretur mater filij ſui omnium ſanctiſſima, excellentiſſima & ſpecioſiſſima.*

Ex efficiente. Secunda ratio probans benedictæ virginis pulchritudinem ſumitur à cauſa efficiente, quæ fuit virtus diuina: nam vt communiter tenetur, Ioachim, & Anna proceſſerant in diebus multis, & nunquam filios genuerant, cum eſſet Anna ſterilis. vt ſupra dictum eſt in 3. parte primi ſermonis huius 2. partis: miraculosè ergo ſublatum eſt ab ea impedimentum ſterilitatis, & virtus generatiua in Ioachim roborata, vt hanc glorioſiſſimam filiam generarent. Certum eſt autem quod opera producta virtute diuina, perfectiora ſunt operibus, quæ ſunt pure naturalia: quia multo potentior eſt gratia quam natura, vt probat multipliciter Ambroſius in c. vetera. de conſe. di. 2. originaliter autem in lib. de ſacramentis. & patuit etiam in vino quod Dominus fecit ex aqua. vt habetur Ioan. 2. Vnde Chryſoſt. ibi inquit: *Non ſimpliciter vinum, ſed vinum optimum fecit.* Talia enim ſunt Chriſti miracula, vt multo his, quæ per naturam fiunt, ſpecioſiora, & vtiliora ſint. Cum ergo beatæ virginis corpus virtute diuina principaliter, & particulari modo conceptum ſit, ſicut etiam probatum, & declaratum eſt in parte præcedenti huius ſermonis: non eſt dubitandū, quod fuit pulcherrimum.

Et poteſt confirmari prædicta ratio ſic: Beata virgo fuit primum opus mirabile productum à Deo in nouo teſtamento, cum fuerit quaſi aurora in oriente, id eſt, in confinio noui, & Veteris Teſtamenti. Solent autem artifices nouiter incipientes alicuius operam, egregium aliquod opus primo producere, vt patet maxime in pictoribus, & hoc vt in arte ſua commendentur. §. ſancimus. in aut. de mona. col. 1. Tenendum eſt ergo quod omnipotens DEVS artifex ſummus omnium: omnem habens virtutem. Sapient. ſeptimo, opus iſtud primum, id eſt, beatam virginem, quantum ad corpus & animam virginem, produxit mirabiliſſimum. Et hæc ratio confirmatur per ſententiam venerabilis Bedæ. qui ſuper Lucam ſic ait: *Nec mirum ſi Dominus redempturus mundū, operationem ſuam inchoauit à matre, vt per quam ſalus omnibus operabatur, eadem prima fructum ſalutis hauriret ex pignore.* hæc ille.

Tertia autem ratio ſumitur ex cauſa formali, quæ eſt anima ipſius virginis benedictæ: de qua ratione tactum eſt ſupra in parte præcedenti huius ſermonis, & poſſumus arguere, ſic: Certū eſt quod anima beatiſſima virginis poſt animam Chriſti fuit, & eſt inter omnes, immo ſuper omnes nobiliſſima: Anima vero, & corpus ſe habent vt materia, & forma, ſecundum philoſophum in 2. de anima qui ait: *Anima eſt actus, & perfectio corporis phyſici organici in potentia vitam habentis.* Ergo ſicut anima, quæ eſt forma, requirit corpus digniſſimum, & ſpecioſiſſimum: nobiliſſimo ergo ſpiritui oportuit nobiliſſimum corpus præparari. & corpus optime diſpoſitum excellētiſſimo ſpiritui coaptari: vt proportio ſit debita inter materiam, & formam. & ideo corpus glorioſæ virginis debuit eſſe optime complexionatum, & per conſequens venuſtiſſime coloratum. Item optime organizatum, & conſequenter ordinatiſſime figuratum. Et poteſt hæc ratio cōfirmari. quia, vt habetur in compendio Theologiæ lib. 4 dum beata virgo filium geſtabat in vtero, mira claritas, & ſpecioſitas in corpus eius redūdabat: non ſolum enim in eius anima, ſed etiam in corpore reſplendebat lumen diuinitatis. Et poſſumus exemplificare de lumine in lucerna exiſtente à qua fulgor emanat. Et ſic forma diuinalis taliter informauit corpus, & animam glorioſæ virginis, quod ex omni parte ſpecioſiſſima fuit. *Ex forma.*

Ex fine. Quarta ratio ſumitur ex cauſa fin. Nam beata vir-

Digitized by Google

ta virgo ideo venit in mundum, vt ex ea naſceretur filius Dei: vnde firmiter credendum eſt, quod non ſolum ſecundum animam, ſed etiam ſecundum corpus fuit ſuo benedicto filio ſimillima. Videmus enim quod ſæpe filij ſuis parentibus tanta ſimilitudine configurantur, vt eis videatur formari, tanquam exemplati ab exemplari. Et ideo dicitur Eccl. 30 *Mortuus eſt pater eius, et quaſi non eſt mortuus. Similem enim ſibi reliquit poſt ſe.* Quod ſi hoc verificatur in filijs naturali modo genitis, multo magis verificatum eſt in Domino Ieſu Chriſto, & matre eius: quæ eum diuini ſpiritus operatione concepit. & quorum caro ſecũdum Auguſti. eadẽ caro fuit. & ideo inter filium, & ipſam fuit in pulchritudine ſimilitudo vt probatum eſt in 1. parte huius ſermonis. Cum igitur Chriſtus fuerit pulcherrimus: vt ibidem oſtẽſum eſt: Vnde ſuper Pſal. 94. ſecundum translationem Chaldaicam dicitur Chriſto: *Pulchritudo tua rex Meſſia maior eſt, quam omnium filiorum hominũ*: ſequitur quod etiã eius ſanctiſſima genitrix fuit ſuper omnes humanas creaturas ſpecioſiſſima. Hanc enim corporalem pulchritudinem recepit Chriſtus non à patre: quia ſicut inquantum Deus non habet matrem, ſed tantum patrem: ſic inquantum homo habet matrem, ſed non patrem. Illam ergo corporalem pulchritudinem, quam alij filij recipiunt ab vtriſque parentibus, totam habuit Chriſtus à ſola matre ſua benedicta: quæ ſecundum Damaſcenum de ſuis puriſſimis ſanguinibus ipſum generauit & ideo inconuincibiliter concluditur, ipſam fuiſſe ſpecioſiſſimam, per illam regulam philoſo. in 2. metaphy. *Quod eſt cauſa alterum vt ſint talia, illud etiam eſt tale.* Facit ad hoc quod dicunt Iuriſtæ. ſcilicet quod illud quod eſt in effectu, eſt etiam in ſua cauſa. vt notatur in l. 3. ff. de pœn. & de pœnit. di. 2 ca. poteſt diſcurſus & §. his itaque. & §. ficta & de præſump. c. ex ſtudiis, & c. literis in fine. & de ſtatu. reg. c. quod Dei, & de noui oper. nunci c 2 in fin. cauſatum enim ſequitur naturam ſuæ cauſæ, & eiuſdem rationis eſt cauſa. & cauſatum. l. manumiſſiones. vbi Bald. ff. de iuſti. & iur. Et qualis eſt cauſa talis producitur effectus c ferrur. & c vulnerato, 1. qu. & l. de pupillo. ff. de noui ope. nun. & ca. tuæ d ſpon. & c. ceeſſit. & ca. ex literis de de ſpon impu & c. cum clerici. cum ibi no. extra de cenſibus. Vnde dicit autor in lib de cauſis. quod omnis effectus habet ſimilitudinem ſuæ cauſæ.

Ex fructu ergo pulcherrimo ab ipſa beatiſſima virgine producto, Domino noſtro Ieſu Chriſto, in quem propter eius ſpecioſitatẽ deſiderant Angeli proſpicere. 1. Petr. 1. cognoſcitur ſpecioſitas eiuſdem pulcherrimæ virginis. De cuius formoſitate animæ, & corporis loquens beatus Epiphanius in quadam epiſtola inquit. *Mores eius erant huiuſmodi. Honeſta erat per omnia: parum loquens: velocis obedientiæ: affabilis, libere ſeruiens omnibus. ſine riſu, abſque turbatione: ſine ira: libenter ſe inclinans, honorabilis ad omnes: & admirabantur omnes in loquela ipſius: ſtatura erat magna, capillos habens flauos, ac bonos oculos, & tota erat ſpecioſitate plena.*

Bernardus quoque ſuper *Miſſus eſt*, homil. 2. ait: *Virgo regia gemmis ornata virtutum: gemmis mentis pariter, & corporis decore præfulgida: ſpecie ſua, & pulchritudine in cœleſtibus cognita: cœli ciuium in ſe prouocauit aſpectum, ita vt cœleſtis regis animum ad ſui concupiſcentiam inclinaret: & cœleſtem nuncium ad ſe de ſupernis adduceret.*

Euſebius etiam ſuper Lucam exponens illud: *Diſceſſit Angelus ab illa*, inquit; *Diſceſſit ab illa Angelus non ſolum impetrans quod optabat: ſed ſtupens in virginea forma, & virtutis plenitudine.* hæc ille. Quas benedictæ virginis pulchritudines nobis concedere dignetur omnipotens Deus in æterna felicitate poſſe contemplari per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

DE EADEM ELECTISSIMAE Sponſæ Dei Natiuitate.

SERMO QVINTVS.

In quo diuinæ ſponſæ conditiones enarrantur.

A*B æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret.* Prouerbio. 8. ca. In ſacra ſcriptura aliquando dicitur ſponſa Dei quælibet fidelis anima, iuxta illud Oſeæ ſecundo: *Deſponſabo te mihi in fide.* tranſumptiue in ca. fertur & ca. ſicut vnguenti. & § opponitur. prima

ſeparauit, & elegit Heber à quo dicti ſunt Hebræi, qui populus Dei peculiaris dicebantur. vt declarat Nico. de Ly. ſuper Gene. Deinde elegit Abraam: vt habetur Geneſ. 12. ſeparando eum à cultoribus idolorum. & poſtea Iſaac, & non Hiſmaelem. Gen. 20. Deinde Iacob, & non Eſau. Geneſ. 27. & conſequenter de filiis Iacob elegit Iudam, & tribum eius, & ſic ſemper hoc ordine proceſſit ſeparando bonos à malis & taliter deduxit generationem virginis benedictæ per propagationem nobilioris, & dignioris, & magis Deo grati ſanguinis qui vnquam fuerit in mundo. Et ideo cum ipſa deſcenderit per tot nobiliſſimas, & peroptimas ſtirpes, & delicatiſſimas generationes, non eſt dubitandum quòd fuit corpore ſpecioſiſſima, & moribus vltra quam dici poſſit nobiliſſima. Non enim parum affert ad morum claritatem & corporis ſpecioſitatem parentum nobilitas. Vnde Amb. ſuper Lucam loquens de parentibus Beati Ioan. Baptiſtæ inquit: *Docet autem nos ſcriptura diuina non ſolum mores in his, qui prædicabiles ſunt: ſed etiam parentes oportere laudari, velut transmiſſa immaculata puritatis hereditas in his, quos volumus laudare præcellat. Voluit ergo Deus habere populum ſuo cultui dedicatum, ſanctiorem, & nobiliorem inter omnes populos mundi, qui ab alijs diſtinctus erat diſtinctione veſtimentorum, circumciſionis, & legis ſcriptæ; vt ex eo naſceretur mater filij ſui omnium ſanctiſſima, excellentiſſima, & ſpecioſiſſima.*

Ex efficiente. Secunda ratio probans benedictæ virginis pulchritudinem ſumitur à cauſa efficiente, quæ fuit virtus diuina: nam vt communiter tenetur, Ioachim, & Anna proceſſerant in diebus multis, & nunquam filios genuerant, cum eſſet Anna ſterilis. vt ſupra dictum eſt in 3. parte primi ſermonis huius 2. partis: miraculosè ergo ſublatum eſt ab ea impedimentum ſterilitatis, & virtus generatiua in Ioachim roborata, vt hanc glorioſiſſimam filiam generarent. Certum eſt autem quod opera producta virtute diuina, perfectiora ſunt operibus, quæ ſunt pure naturalia: quia multo potentior eſt gratia quam natura, vt probat multipliciter Ambroſius in c. reuera. de conſe. di. 2. originaliter autem in lib. de ſacramentis. & patuit etiam in vino quod Dominus fecit ex aqua. vt habetur Ioan. 2. Vnde Chryſoſt. ibi inquit: *Non ſimpliciter vinum, ſed vinum optimum fecit.* Talia enim ſunt Chriſti miracula, vt multo his, quæ per naturam fiunt, ſpecioſiora, & vtiliora ſint. Cum ergo beatæ virginis corpus virtute diuina principaliter, & particulari modo conceptum ſit, ſicut etiam probatum, & declaratum eſt in parte præcedenti huius ſermonis: non eſt dubitandũ, quod fuit pulcherrimum.

Et poteſt confirmari prædicta ratio ſic: Beata virgo fuit primum opus mirabile productum à Deo in nouo teſtamento, cum fuerit quaſi aurora in oriẽte, id eſt, in confinio noui, & Veteris Teſtamenti. Solent autem artifices communiter incipientes alicuius operari, egregium aliquod opus primo producere, vt patet maxime in pictoribus, & hoc vt in arte ſua commendentur. §. ſancimus. in aut. de mona. col. 1. Tenendum eſt ergo quod omnipotens DEVS artifex ſummus omnium: omnem habens virtutem. Sapient. ſeptimo, opus iſtud primum, id eſt, beatam virginem, quantum ad corpus & animam virginem, produxit mirabiliſſimum. Et hæc ratio confirmatur per ſententiam venerabilis Bedæ. qui ſuper Lucam ſic ait: *Nec mirum ſi Dominus redempturus mundũ, operationem ſuam inchoauit à matre, vt per quam ſalus omnibus operabatur, eadem prima fructum ſalutis hauriret ex pignore.* hæc ille.

Tertia autem ratio ſumitur ex cauſa formali, quæ eſt anima ipſius virginis benedictæ: de qua ratione tactum eſt ſupra in parte præcedenti huius ſermonis, & poſſumus arguere, ſic: Certũ eſt quod anima beatiſſima virginis poſt animam Chriſti fuit, & eſt inter omnes; immo ſuper omnes nobiliſſima: Anima vero, & corpus ſe habent vt materia, & forma, ſecundum philoſophum in 2. de anima qui ait: *Anima eſt actus, & perfectio corporis phyſici organici in potentia vitam habentis.* Ergo ſicut anima, quæ eſt forma, requirit corpus digniſſimum, & ſpecioſiſſimum: nobiliſſimo ergo ſpiritui oportuit nobiliſſimum corpus præparari. & corpus optime diſpoſitum excellẽtiſſimo ſpiritui coaptari: vt proportio ſit debita inter materiam, & formam. & ideo corpus glorioſæ virginis debuit eſſe optime complexionatum, & per conſequens venuſtiſſime coloratum. Item optime organizatum, & conſequenter ordinatiſſime figuratum. Et poteſt hæc ratio cõfirmari. quia, vt habetur in compendio Theologiæ libr. 4. dum beata virgo filium geſtabat in vtero, mira claritas, & ſpecioſitas in corpus eius redũdabat: non ſolum enim in eius anima, ſed etiam in corpore reſplendebat lumen diuinitatis. Et poſſumus exemplificare de lumine in lucerna exiſtente à qua fulgor emanat. Et ſic forma diuinalis taliter informauit corpus, & animam glorioſæ virginis, quod ex omni parte ſpecioſiſſima fuit. *Ex forma.*

Quarto ratio ſumitur ex cauſa fin. Nam bea- *Ex fine*

Digitized by Google

ta virgo ideo venit in mundum, vt ex ea naſceretur filius Dei: vnde firmiter credendum eſt, quod non ſolum ſecundum animam, ſed etiam ſecundum corpus fuit ſuo benedicto filio ſimillima. Videmus enim quod ſæpe filij ſuis parentibus tanta ſimilitudine configurantur, vt eis videātur formati, tanquam exemplati ab exemplari. Et ideo dicitur Eccl. 30 *Mortuus eſt pater eius, et quaſi non eſt mortuus. Similem enim ſibi reliquit poſt ſe.* Quod ſi hoc verificatur in filijs naturali modo genitis, multo magis verificatum eſt in Domino Ieſu Chriſto, & matre eius: quæ eum diuini ſpiritus operatione concepit. & quorum caro ſecūdum Auguſt. eadē caro fuit. & ideo inter filium, & ipſam fuit in pulchritudine ſimilitudo vt probatum eſt in 1. parte huius ſermonis. Cum igitur Chriſtus fuerit pulcherrimus: vt ibidem oſtēſum eſt: Vnde ſuper Pſal. 94. ſecundum tranſlationem Chaldaicam dicitur Chriſto: *Pulchritudo tua rex Meſſia maior eſt, quam omnium filiorum hominū*: ſequitur quod etiā eius ſanctiſſima genitrix fuit ſuper omnes humanas creaturas ſpecioſiſſima. Hanc enim corporalem pulchritudinem recepit Chriſtus non à patre: quia ſicut inquantum Deus non habet matrem, ſed tantum patrem: ſic inquantum homo habet matrem, ſed non patrem. Illam ergo corporalem pulchritudinem, quam alij filij recipiunt ab vtriſque parentibus, totam habuit Chriſtus à ſola matre ſua benedicta: quæ ſecundum Damaſcenum de ſuis puriſſimis ſanguinibus ipſum generauit & ideo inconuincibiliter concluditur, ipſam fuiſſe ſpecioſiſſimam, per illam regulam philoſo. in 2. metaphy. *Quod eſt cauſa alterum vt ſint talia, illud etiam eſt tale.* Facit ad hoc quod dicunt Iuriſtæ. ſcilicet quod illud quod eſt in effectu, eſt etiam in ſua cauſa. vt notatur in l. 3. ff. de pecu. & de pœnit. di. 2 ca. poteſt diſcurſus & §. his itaque. & §. ficta & de præſump. c. ex ſtudijs, & c. literis in fine. & de ſtatu. reg. c. quod Dei, & de noui oper. nunci c. 2 in fin. cauſatum enim ſequitur naturam ſuæ cauſæ, & eiuſdem rationis eſt cauſa, & cauſatum. l. manumiſſiones. vbi Bald. ff. de iuſti. & iur. Et qualis eſt cauſa talis producitur effectus e ſertur. & c. vulneraro, 1. qu. & l. de pupillo. ff. de noui ope. nun. & ca. tuæ de ſpon. & c. acceſſit. & ca. ex literis de deſpon impu & c. cum clerici. cum ibi no. extra de cenſibus. Vnde dicit autor in lib de cauſis. quod omnis effectus habet ſimilitudinem ſuæ cauſæ.

Ex fructu ergo pulcherrimo ab ipſa beatiſſima virgine producto, Domino noſtro Ieſu Chriſto, in quem propter eius ſpecioſitatē deſiderant Angeli proſpicere. 1. Petr. 1. cognoſcitur ſpecioſitas eiuſdem pulcherrimæ virginis. De cuius formoſitate animæ, & corporis loquens beatus Epiphanius in quadam epiſtola inquit. *Mores eius erant huiuſmodi. Honeſta erat per omnia: parum loquens: velocis obedientiæ: affabilis, libere ſeruiens omnibus. ſine riſu, abſque turbatione: ſine ira: libenter ſe inclinans, honorabilis ad omnes: & admirabantur omnes in loquela ipſius: ſtatura erat magna, capillos habens flauos, ac bonos oculos, & tota erat ſpecioſitate plena.*

Bernardus quoque ſuper *Miſſus eſt*, homil. 2. ait: *Virgo regia gemmis ornata virtutum: gemmis, mentis pariter, & corporis decore præfulgida: ſpecie ſua, & pulchritudine in cœleſtibus cognita: cœli ciuium in ſe prouocauit aſpectum, ita vt cœleſtis regis animum ad ſui concupiſcentiam inclinaret: & cæleſtem nuncium ad ſe de ſupernis adduceret.*

Euſebius etiam ſuper Lucam exponens illud: *Diſceſſit Angelus ab illa*, inquit: *Diſceſſit ab illa Angelus non ſolum impetrans quod optabat: ſed ſtupens in virgineam forma, & virtutis plenitudine.* hæc ille. Quas benedictæ virginis pulchritudines nobis concedere dignetur omnipotens Deus in æterna felicitate poſſe contemplari: per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

DE EADEM ELECTISSIMAE Sponſæ Dei Natiuitate.

SERMO QVINTVS.

In quo diuinæ ſponſæ conditiones enarrantur.

A*B æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret.* Prouerbio. 8. ca. In ſacra ſcriptura aliquando dicitur ſponſa Dei quælibet fidelis anima, iuxta illud Oſeæ ſecundo: *Deſponſabo te mihi in fide.* tranſumptiue in ca. fertur & ca. ſicut vnguenti. & § opponitur. prima.

Digitized by Google

q.1 & de pœni. di. 1. c. ſi enim. & diſ. 3 §. illud & de ſacra vnctione c. vnico. §. quia vero. Hæc autem Dei ſponſa ſcil icet anima fornicatur per peccatum, iuxta illud Hiere. 3. *Tu autem fornicata es cũ amatoribus multis.* Vnde de malis hominibus, qui per vitia fecerunt adulteras animas ſuas, quæ prius erant Dei ſponſæ, exponi poteſt ſpiritualiter illud Oſeæ 4 ſcilicet, *Sponſæ veſtræ adulteræ erunt.*

Aliquando ſponſæ nomine intelligitur Eccleſia triumphans, de qua exponi poteſt illud quod dixit Angelus beato Ioanni Apocal. 16 dum ait: *Veni oſtendam tibi ſponſam, vxorem agni.* De hac etiam ſponſa exponi poteſt illud Apoc. 21 *Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cœlo, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* Aliquando vero ſponſæ nomine intelligitur Eccleſia militās: vt in c. omnibus, & c. lector, 24. q. 4. & notatur in c. ſponſus. 46. di. Et de hac ſponſa exponi poteſt illud Ioan. 3. *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt.* Chriſtus enim Deus noſter eam ſibi deſponſauit. Vnde omnes Chriſtiani dicuntur filij ſtius ſponſæ, & huius ſponſi, de quibus intellexit Chriſtus, quando inquit Matt. 9. *Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus,* & Marc. 2. *Nunquid poſſunt filij nuptiarum, quamdiu ſponſus eſt cum illis, ieiunare,* & Luc. 5 eandem ſententiam dixit. De hac deſponſatione Eccleſiæ inquit Paulus 2 ad Cor. 11. *Deſpondi vos vni viro virginẽ caſtam exhibere Chriſto.* Virgo enim Eccleſię in die iudicij eſt ad ſui cœleſtis ſponſi nuptias perducẽda, quando media nocte clamor fiet: *Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei.* Matt. 25. Ipſe igitur ſponſus noſter Ieſus Chriſtus concedat nobis eſſe de illis ſponſæ ſuæ Eccleſiæ filiis, de quibus in prædicto Matt. dicitur, quòd ornauerunt lampades ſuas, & exierunt obuiam ſponſo.

Maria ſpõſa. Specialiter autem, & ſingulariſſimo modo in ſcripturis diuinis, nomine ſponſæ intelligitur glorioſa virgo Maria: quam omnipotens Deus ſibi ab æterno ſponſam elegit, vt eius vnigenitus filius tanquam ſponſus procederet de thalamo ſuo Pſal. 18 Vnde cum ipſa Dei ſponſa concepiſſet Saluatorem mundi, canebant beati Angeli in cælo, & ſancti patres in limbo, deſiderantes natiuitatem Chriſti, & dicebant illud Ioel. 2. *Egrediatur ſponſus de cubili ſuo.* De hac etiam ſponſa exponi poteſt illud, Sap. 8 ſcilicet: *Hanc amaui, et quæſiui mihi ſponſam aſſumere, & amator factus ſum formæ illius.* Deus enim rex cæleſtis adamauit eam ſuper omnes puras creaturas, & ideo eam elegit ſibi in ſponſam. Quod prophetatum fuit Eſa. 62. vbi de lætiua deſponſatione beatam virgi-

De qua exponitur, illud Sap. 8. Hanc amaui, &c.

nem inquit propheta: *Gaudebit ſponſus ſuper ſponſam.* Non ſolum autem Deus gauiſus eſt in deſponſatione virginali, ſed etiam tota cæleſtis curia, & vniuerſus mundus. Quod in figuram prænunciatum fuit Heſter 2. vbi de ipſa Heſter, quæ figurauit beatam virginem dicitur: *Ducta eſt itaque ad cubiculum regis, & adamauit eam rex plus quam omnes mulieres, & poſuit diadema regni in capite eius, fecitq; eam regnare pro Vaſthi,* id eſt, pro Eua, quæ humanum genus ſuo peccato deuaſtauit. *Et iuſſit conuiuium præparari permagnificum cunctis principibus, & ſeruis ſuis pro coniunctione, & nuptijs Heſter. & dedit requiem vniuerſis prouincijs, ac dona largitus eſt, iuxta magnificentiam principalem,* hæc ibi. Iſtam autem ſponſam, virginem ſcilicet immaculatam quantum dilexerit Deus, oſtendit ipſe, qui Can. 4 eam ſuauiter inuitat ad ſuum connubium dicens: *Veni de Libano ſponſa mea: veni de Libano veni coronaberis.* Et iterum ibidem inquit: *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum:* quæ verba replicat ad demonſtrandam immenſitatem amoris: Et rurſum ait: *Quam pulchra ſunt mammæ tuæ ſoror mea, ſponſa mea, pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Fauus diſtillans labia tua ſponſa: mel, & lac ſub lingua tua, & odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus: fons ſignatus: emiſſiones tuæ paradiſus.* Quia vero electionem huius ſponſæ fecit Deus ante ſecula, ideo ipſa merito dicere poteſt verba thematis noſtri, ſcilicet: *Ab æterno ordinata ſum,* ſcilicet ſponſa Dei, & mater filii eius: *& ex antiquis antequam terra fieret,* id eſt, ante omnem corporalẽ creaturam: *nec dum erãt abyſſi,* id eſt, Angeli, qui abyſſi nuncupari poſſunt propter eorum intelligentiam profunditatem, & naturæ ſuæ excellentiam: *& ego iam concepta eram:* ſcilicet in mente creatoris mei: & nata, ac eius coniugio præparata. Super quibus verbis videbimus decem conditiones, quas habuit hæc admirabilis Dei ſponſa, quas habere debent omnes idoneæ ſponſæ cuiuſlibet magni Imperatoris. prima dicetur integritatis. ſecunda virtuoſitatis. tertia generoſitatis. quarta formoſitatis. quinta gratioſitatis. ſexta fœcunditatis ſiue fertilitatis ſeptima copioſitatis octaua timoroſitatis. nona pudoroſitatis. decima & vltima appellabitur honeſtatis.

Ab æterno hæc ſponſa eligitur.

PARS

Digitized by Google

PARS PRIMA DE ſponſæ Dei integritate.

VT diffuſe probatū eſt in prima parte principali huius operis, integerrimo, ac immaculato Dei filio oportuit eligi matrem per omnia integerrimam, & immaculatam, & puriſſimo Deo puriſſimam ſponſam. Et ideo Deus pater dixit filio ſuo & ſpiritui ſancto: Ego volo mihi creare, & facere vnam ſponſam egregiam meo modo: ita vt ſit digna maieſtatis meæ connubio. Reſpondit filius: Et ego volo mihi fabricare vnam virginem puriſſimam, quæ idonea ſit me concipere, & portare in vtero ſuo. Dixit vero ſpiritus ſanctus: Et ego volo mihi conſtruere vnum templum ſacratiſſimum, in quo facere poſſim meum habitaculum. Tunc igitur tota Trinitas hanc immaculatam virginem concipi, & naſci fecit: quam ſemper ab omni macula illibatam præſeruauit. Non enim fuiſſet beata virgo idonea Dei ſponſa, vel mater, ſi aliquando fuiſſet per peccatum diaboli adultera, & ſerua, vt clariſſime probauimus vbi ſupra. Beata ergo Maria integritatem ſemper perfectiſſimam habuit tam mentis, quàm corporis. Vnde verificatum fuit de ea illud, 1. ad Theſſa 5. *Integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.* Ipſa namque integerrima Dei ſponſa ſeruauit illud, ad Titum. 2. *In omnibus præbe teipſum exemplum bonorum operum in integritate.* Et illud Iacob. 1. *Sitis perfecti, & integri: in nullo deficientes.* Vt autem eſſet talis, fuit à Deo præparata per gratiam præuenientem, quæ eam præſeruauit ab originali peccato, & ab omnibus immunditijs. Et hoc eſt quod dicitur Gene. 24. *Ipſa eſt mulier, quam præparauit Dominus filio Domini mei.* De hoc vero nullus niſi vel inſipiens, vel obſtinatus dubitare modernis temporibus poteſt, quibus eſt beatæ virginis integritas luce clarius declarata.

B. virgo integerrima mente & corpore.

Quis enim ciuis, ingenuus, ac nobilis: quis ſtrenuus miles: quis ſapiens doctor: quis magnificus comes: quis excellens marchio: quis princeps, vel dux inclytus: quis ſereniſſimus rex, vel Imperator meretricem, & contaminatam mulierem eligeret in ſponſam: valens ſibi eligere integerrimam virginem, & ex omni parte puriſſimā? Omnes enim naturaliter appetunt, & quærunt habere vxorem intactā. c. ſi dicturi. 22 q 6. Quid ergo mirum, ſi imperator cæli & terræ Deus, rex regum, & Dominus dominantium: qui eſt ſanctus, innocens, & impollutus ad Hebr. 7. voluit ſibi ſanctum, & impollutum habitaculum præparare; innocentem, ac immaculatam, atq; omni puritate repletiſſimam ſponſam aſſumere? Ipſe.n. eſt ille cui dicitur. 1 Paral 29. *Tua eſt Domine magnificentia, & poteſtas, atque victoria, & tibi laus. Cūcta enim quæ in cælo ſunt, & in terra, tua ſunt. Tuum Domine regnum: & tu ſuper omnes principes. Tuæ diuitiæ, & tua eſt gloria. Tu dominaris omnium: & in manu tua virtus & potentia: magnitudo, & imperium omnium.* Debuit ergo iſta ſponſa Dei inclyta, beatiſſima virgo Maria, eſſe ſuper omnes mundi creaturas integerrima, & mundiſſima: quia neque homini præparabatur habitatio, ſed Deo. 1. Paral. 29.

Vnde S. Bona in 3 ſententiarum. di 3. ar 2. q. 1. dicit, quòd de nulla alia pura creatura rationali poteſt dici illud Can. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te:* ſicut de virgine glorioſa. Et in eadem di etiam inquit: quòd congruum fuit, vt aduocata humani generis nullum haberet peccatum, quod eius conſcientiam remorderet: & quòd ipſa beata virgo, per quam auferebatur opprobrium noſtrum, vinceret diabolum: nec ei vel modicum ſuccumberet, & quòd immaculata eſſet mente, ſicut fuit intemerata corpore ipſa virgo benedicta, quæ placuit altiſſimo, vt mater eius fieret. Ibidem etiā ait ſic ad litteram, prędictus doctor: *Quoniam igitur beata virgo aduocata eſt peccatorum: gloria, & corona iuſtorum: Dei & totius Trinitatis triclinium: & ſpecialiſſimum filij Dei reclinatorium: hinc eſt quòd ſpeciali gratia nullum in ea peccatum habuit locum,* hæc ille. Quia autem res dicitur integra antequam poſſideatur, vt in l. pro parte ff. de ſerui. Ideo beatiſſima virgo à nullo diabolo vnquam poſſeſſa; ſponſo ſuo ſemper fuit integerrima. Vnde ipſa ſola inter omnes puros homines, dicere potuit illud Prouerb. 8. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum.* Et illud Pſal. Deo dicere valuit, ſcilicet: *Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti, & cōfirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.*

Inter puras creaturas rationales ſoli B. V. cō uenit illud Can. 4. Tota pulchra es, &c.

PARS SECVNDA, de moribus, & virtutibus ſponſæ Dei.

VOlentes ſponſam dignam accipere, primo, & ante omnia, ſatagunt illam bonis moribus, & virtutibus ornatam inuenire. Virtutes enim ſunt animæ tegumentum, & veſtimentum eius, de pœn. di. 2. c. ſapiens. cum duobus capitulis

Digitized by Google

pitulis ſequentibus Item ſunt quaſi picturæ quędam ad animæ ornamentum, quia illa anima cō pingitur à Deo, quę habet in ſe virtutum gratiam renitentem e illa anima eadem di. Item ſunt ornamenta ipſius animæ, quibus valde decoratur, vt probatur per c. princeps. de pœ. diſt. 2. Iſtis autem virtutibus ſuper omnes creaturas renituit, & ornata fuit æterni regis ſponſa glorioſa virgo benedicta: in vtero ædificauit ſibi domum Chriſtus, qui eſt Dei virtus, & ſapientia. c. naſci. 56. di. Quia vero virtus eſt veſtimentum ſaluare faciens animam, & mundale, atque decoramentum animæ, de ipſa ornatiſſima Dei ſponſa dicere poteſt illud Eſa. 61 *Induit me* ſcilicet ſponſus meus, *veſtimento ſalutis: tanquam ſponſam ornatam monilibus ſuis.*

De virtuoſitate autem ipſius ſacratiſſimæ virginis breuiter hic pertranſeo, quia de illa diffuſe tractare intendo in 4 parte principali huius operis. Sciendum eſt autem quòd tanta fuit relucentia, & fragrantia veſtimentorum beatiſſimæ huius ſponſæ, quòd non poſſet humana intelligentia perſcrutari. Vnde ſancta mater Eccleſia in feſto aſſumptionis eiuſdem virginis ait de illa: *Cuius inæſtimabilis odor erat nimis in veſtimentis eius,* ſcilicet omnium virtutum. Et hæc cauſa deſcribitur à propheta Dauid Pſal. 44. *In veſtitu deaurato circumdata varietate.* Ipſa enim beatiſſima virgo ſeruauit illud Proſperi in lib. epigrammatum dicentis: *Ad patriā vitæ de noſtra valle vocati: Virtutum gradibus ſcandite lucis iter.* Licet autem aliæ ſponſę traducantur ad habitandum in domo viri ſui: de qua traductione tractatur in c. nec vxorem 33 q. 4 tamē hæc delicatiſſima, & digniſſima Dei ſpoſa ſic ſe virtutibus omnibus adornauit, quòd taliter ſuum cæleſtem ſponſum captiuauit, vt traduci ſe permitteret ad habitandum in domo ſponſæ ſuæ. Vnde ipſa inquit Eccleſ. 24. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo* Hoc enim tabernaculum tantis delicijs adimpleuit, vt diceret ipſe ſupernus ſponſus, cum ſic adornatam vidiſſet ſponſam ſuam: *Hæc requies mea in ſeculū ſeculi: hic habitabo quoniam elegi eam* Pſalm 131. Ideo ſalutat beatam virginem ſancta mater Eccleſia di. *Salue mater pietatis, & totius Trinitatis nobile triclinium. Verbi tamen incarnati ſpeciale maieſtati, tra... eius hoſpitium.*

Odor veſtimentorum Mariæ.

Traducit ſponſus ad domum ſponſæ.

PARS TERTIA,

de eiuſdem generis nobilitate.

QVia de nobilitate, ac generoſitate glorioſæ virginis Mariæ ſatis dixi in primo ſermone huius partis. parte. 2. ideo ad præſens circa hanc tertiam conditionem breuius inſiſtam. Clarum eſt enim omnibus quòd nobiliſſima, & generoſitate præclariſſima eſſe debuit illa virgo, quæ ab æterno fuit præparata, vt eſſet ſponſa nō regis Franciæ, non regis Hiſpaniæ, non Imperatoris terreni: ſed regis Angelorum, & Imperatoris vniuerſorum, illius qui per antonomaſiam ſolus dicitur Dominus: cui omnes principes, & omnes creaturæ elementares, & cæleſtes ſubijciūtur, & cuius imperium à nullo dependet: cuius poteſtas eſt æterna, & cuius regnum ſtabit in æternum Dan. 2. Fuit ergo omnium creaturarum digniſſima, & nobiliſſima: cuius tanta eſt dignitas, quòd à nemine exprimi poteſt: licet enim quis haberet Demoſthenis, Hortenſij, Tullij, atq; Lactantij facundiam: deficerent ei accommodata vocabula, & appropriati termini: nec attingere poſſet vel minimum gradum dignitatis ſuæ, aut centeſimam excellentiæ eius partem enarrare. Muteſcit enim omnis lingua: offuſcatur omnis intellectus ad eius conſiderationem.

Vnde Aug. in quodam ſermone inquit: *Quid nos tantilli: quid actione puſilli in laudibus Mariæ efferemus? cum etiam ſi omnium noſtrum membra vertentur in linguas, eam laudare ſufficeret nullus. Altior enim cælo eſt de qua loquimur: abyſſo profundior eſt, cuius laudes dicere conamur. Si ô virgo cælum te vocem, altior es, ſi matrem gentium, præcedis. Si formam Dei te appellem, digna exiſtis. Si dominam angelorum, prouida eſſe probaris: quid igitur dignè de te dicam?* q. d. neſcio. Poteſt autem Mariæ dignitas, ac nobilitas probari per verba thematis noſtri: in quibus ab æterno dicitur fuiſſe electa, & ordinata tanto myſterio. Vnde notandum, quòd vt poteſt trahi ex dictis S. Bonau. in 2. ſen. dt. 2 & beati Tho. in 1 parte ſum. q. 10 ar. 5. Tres ſunt menſuræ omnium entium, ſicut etiam tria ſunt genera entium.

Auguſt.

Probatur nobilitas Mariæ ex æterna Dei electione.

Sunt enim quædam entia, quæ non habent principium, nec finem, vt entia diuina, & eius attributa, ſeu perfectiones, ipſęque perſonæ beatiſſimæ Trinitatis, quæ menſurantur æternitate, quæ carent principio, & fine, vt ait gloſſ. in c. 1. de ſum. Trin. & fi. ca. lib 6. Quædam autem ſunt, quæ habent principium, ſed non finem, vt Angeli, & animæ rationales: quorum menſura dicitur æuum,

Digitized by Google

æuum, ſiue æuiternitas. quæ habent principium, ſed non finem. Sunt vero quædam entia, quæ habent principium, & finē, vt animalia bruta, plantæ, & huiuſmodi transmutabilia: & iſtorum menſura dicitur tempus, quod habet principium, & finem. Tempus namque incipit a primo inſtanti motus primi mobilis, & durabit vſque ad diem iudicij. Iurauit enim Angelus per viuentem in ſecula ſeculorum, quòd amplius tempus non erit Apocal. 10. Tunc enim ceſſabit motus primi mobilis: & conſequenter tempus habebit finem. Sicut ergo res æternæ digniores ſunt æuiternis: & æuiternæ temporalibus, ita & menſura æternorum. ſ. æternitas dignior eſt æuo. Æuum autem dignius eſt tempore. Ex quo apparet dignitas, & excellentia beatæ virginis; quæ non electa fuit, & ordinata diuino connubio, & maternitati Dei ex tempore, vel æuo, ſed æterno. Eius quoque nobilitas apparet ratione finis. Nam cum finis ſit melior omnibus quæ ordinantur ad finem 2. Phys. Et quanto aliquid eſt ordinatum ad nobiliorem finem, tanto ſit dignius, concluditur quòd ſi omnes creaturæ ſimul eſſent congregatæ, & ab vno latere poſitæ, & ſola glorioſiſſima virgo ex alio; nobilior, & excellentior ipſa ſola reputabitur, quam omnes aliæ ſimul, quia ad nobiliorem effectum, & finem à Deo eſt electa nihil enim nobilius cogitari poteſt ipſa matre Dei, & propter hoc, vt dicit ſanctus Bonau. 1 di. 44 Si omnes creaturæ quantumcunque aſcenderent in gradibus nobilitatis, eſſent præſentes, omnes deberent reuerentiam matri Dei: & concordat beatus Tho. in 1. par. ſum. q. 25 art. vlti De hac etiam nobilitate glorioſæ virginis exponi poteſt illud Sap. 8. *Generoſitatem eius glorificat contubernium Dei.* Nobilis enim vir nobilitat vxorem l. mulieres. C. de digni. l. 10. licet autem beata virgo fuerit nobilis genere, & digniſſima ſanguine: fuit tamen dignior moribus, & nobilior virtutib. quæ nobilitas eſt excellentior. Vnde dicitur quod nobilitas morum plus ornat, quàm genitorum. c. nos qui 40. di. Et alibi dicitur quòd non loci, nec generis nobilitate; ſed virtute gratia Dei acquitur, ca. illud 40. diſt. Fuit ergo ſponſa Dei nobilius indiuiduum, tam quoad corpus, quàm quoad animam, quod vnquam fuerit in mundo, excepto filio ſuo, quia vt ſupra viſum eſt ſermone præcedenti, parte vlt. deſcendit à nobiliori, digniori, & ſanctiori populo mundi. Hebraicus enim populus, & Hebraica lingua, vt inquit Iſidorus. 1. Etymol & Nico. de Lyra. ſuper prologo epiſtolæ ad Hebræ. fuit prior, & antiquior inter omnes: & Deo gratior, & melior. Vnde fœlix Dei populus dicebatur iuxta illud Pſal. 32. *Beata cuius Dominus Deus eius; populus quem elegit in hæreditatem ſibi.* Et Pſalm. 147. dicit idem propheta. *Non fecit taliter omni nationi. & iudicia ſua non manifeſtauit eis*: Quia igitur ſecundum philoſophum. 1. rheto maior eſt nobilitas, & generoſitas à longe facta, quàm prope: apparet generoſitas Dominæ noſtræ, quæ ab exordio mundi vſque ad ſuos parentes ſemper de nobiliſſima ſtirpe traxit originem: quam Deus ſemper conſeruauit ob amorem ipſius virginis, quod tamē non fecit de alijs parentelis, & genealogijs. Nam ſi legimus chronicas, & hiſtoriographos, inueniemus, quòd nulla fuit domus tam ſublimis, quæ aliquando tādem nō ſit finita, & ad nihilum redacta. Mutata namque ſunt dominia ab vno ſanguine in alium; & regnum ab vna ſtirpe in aliam: proſapia vero beatæ virginis à principio humani generis vſque ad ſuum filium, nunquam eſt finita; ſed ſemper à Deo cuſtodita Et ſi quando populus ille propter aliqua peccata eiectus eſt de regno, vt ſic correctus reuerteretur ad Dominum: tamen Deus ſemper reſeruabat lineam illam per quam debebat ipſa virgo concipi; & tandem reducebat in regnum populum ſuum; & ſanguinem illum ſemper ab omnibus periculis præſeruauit. Et ex quadam ſpeciali appropriatione ipſe Deus appellabat ſe, Deum Abram, Iſaac, & Iacob, & Deum Dauid. à quibus deſcendit ipſa virgo benedicta. Quæ quia generata eſt ex illuſtriſſimo ſanguine, ideo generauit filium illuſtriſſimum, & nobiliſſimum Licet enim ſecundum leges filius in nobilitate, & dignitate ſequatur patrem: Vnde filij Imperatoris dicuntur Auguſti 63. di. c. Adrianus: nō aūt ſequatur matrē, vt ait Bal. in l. filio C. de decu. li. 10. & in l. filios. C. de muni & origina. eod. lib. tamen quia Chriſtus inquantū homo nō habet patrem, totā humanitatis nobilitatem, & generoſitatem habuit à matre; quæ eam in filium ſuum tranſmittere non potuiſſet, niſi nobiliſſima fuiſſet. Hic autem filius virginis dicitur primus, & nouiſſimus Apocalyp. 2. quia fuit primum nobile indiuiduum, quod Deus ab æterno ſtatuit producere: nouiſſimus autem dicitur, quia in ipſum omnis nobilitas, & generoſitas terminata eſt. O igitur virgo beatiſſima: cum filius tuus fuerit nobiliſſimus, illuſtriſſimus, generoſiſſimus, clariſſimus, & ſuper omnes digniſſimus patriarcha, propheta, dux, & imperator, ſummuſq; rex regū, & Dominus domiātiū. Apoca. 19. profecto tu quæ tantam nobilitatem ei tribuiſti, es nobiliſſima, illuſtriſſima, generoſiſſima, & clariſſima duciſſa, regina, & imperatrix mundi,

Item ratione finis

De hac nobilitate expō. Sapiē 8. Generoſitatē eius glorificat contubernium Dei.

Generoſitas Mariæ.

Digitized by Google

mundi, & Domina vniuerſorum, quo totius generoſitatis autorem tuo nobiliſſimo, ac ſacratiſſimo vtero concepiſt, eumq; qui tam homines, quàm Angelos, & orbem vniuerſum natiuitate ſua nobilitauit, pepeririſti. Et ideo ad te omnes cõfugere debent in ſuis neceſſitatibus te obſecrantes, & dicentes: *Salue vera parens Christi, reginaq; diuum: Vnica ſollicitiſpeſque ſaluſque gregis. Tu miſeris atro iactatis turbine nautis Lenius aſpirans aura vocata venis Tu preſſos triſti populos belloque fameque Aſpicis & pacis munera læta refers. Tu feſſis tranquilla quies, gratumq; dolenti Solamen, teq; eſt auſpice triſten hil Per ſacros vteri fructus, caſtumq; cubilis: Per tibi commiſſi nuncia verba Dei Per dulces nati vultus, atque oſcula, perque Vbera, quæ ſacro ſuxerat ille ſinu Per te quæ ſolita es vota exaudire precantum, Te rogo per natum caſta puella tuum Aſpicias regina precor gratamque merenti Affer opē & precibus annue diua pijs.* Huius autem generoſæ virginis nobilitatem, integritatem, & virtuoſitatem poſſumus etiam probare triplici ratione. Quarum prima dicitur finalitatis, nam omne agens ratione agit propter finem 2. Phyſi & 2. de anima. Deus ergo ad hunc finem concipi fecit, & naſci beatam virginem, vt vnigenitum filium ſuum, quem æterno, & infinito amore diligit, in vtero ſuo virginali conciperet, & 9. menſibus portaret, & de ſuo puriſſimo ſanguine carneam veſtem ei fabricaret. Cum igitur dicat philoſophus 11 Metaph. quòd origo agentium, & eorum quæ ſunt ad finem, debet eſſe proportionata fini, inconuincibiliter concluditur quòd integerrimo, nobiliſſimo, virtuoſiſſimo, & formoſiſſimo filio ſuo Deus ipſe fabricauit matrem, quæ eum carne tegeret, integerrimam, nobiliſſimam, virtuoſiſſimam, & formoſiſſimam. Quis enim potentiſſimus rex volens ſuo vnigenito filio camiſiam qua induatur præparare, illam nõ faciat ornatiſſimam, & pulcherrimam?

Nobilitas virginis probat ex finalitate.

Secunda autem ratio huic ſimilis, dicitur localitatis. Nã locus debet eſſe cõſimilis & proportionatus, ac connaturalis locato. 4. Phyſi & 2. de anima, & 4 de cælo & mundo. Cum igitur Deus, & homo Ieſus Chriſtus tanquam locatum deberet requieſcere, & locari in vtero virginis, qui eſt ſuper omnes creaturas puriſſimus, ſanctiſſimus, nobiſſimus, &c. neceſſe fuit ipſam Dei genitricẽ eſſe puriſſimam, ſanctiſſimam, ac nobiliſſimam: vt idoneus eſſet locus, & habitatio tanti locati.

Ex proportione loci ad locatũ.

Tertio ratio dicitur legalitatis. Sicut enim Deus primis parentibus, & populo Iudaico tantam nobilitatem contulit, quia deſcendere debebat de eis hæc nobiliſſima puella, quæ exhaurire debebat omnem illam nobilitatem, & eam in ſuum filium terminare, vt ſupra dictum eſt ſermone præcedenti; ſic etiam in lege ſua præcepit eadem ratione ipſi populo tantam munditiam, non tantum in humanis corporibus, ſed etiam in vaſis, domibus, & caſtris; & in cibis. vnde prohibuit ei comedere carnes porcinas, & alia multa immunda, Leuit 11. & præcepit quod leproſi mitterentur extra caſtra; & cum eis non conuerſarentur. Leuit. 13. & quod nullus vir ſub pœna mortis accederet ad mulierem menſtruatam. Leuit. 20 quæ omnia, & multa alia ſimilia præcepit ad conſeruandam nobilitatem, & munditiam virginis, quæ ex lumbis eorum procreari debebat, ne immunditiam aliquam ad illam tranſmitterent, ſed omnimodam munditiam, & nobilitatem &c. vt dicunt doc. quod patet, quia habito fine, ceſſauerunt ea, quæ ordinata erant ad iſtum finem Nam generata ipſa mundiſſima, nobiliſſima, & digniſſima puella, & filio eius, gens Iudaica, quæ prius erat mundiſſima, & nobiliſſima, facta eſt omnium gentium viliſſima, & abiectiſſima Et quamuis ſæpe herbis odoriferis, & aquis cum aromatibus conditis ſe balneaſſent Iudæi, tamen vt per experientiam patet, fœtent vt canes, & abominabiles ſunt. Reges eorum depoſuere diademata, duces inſulas, ſacerdotes paſtoralia, tacuere prophetæ, ceſſauerunt patriarchæ, & omnis eorum nobilitas, & dignitas in hac excellentiſſima puella, & filio eius finita eſt, & ab eis exhauſta.

Ex figura legalis.

PARS QVARTA, De forma, & ſpecie ſponſæ.

Magnanimi principes in ſponſis ſuis non ſolum requirunt integritatem, virtuoſitatem, & generoſitatem, ſed etiam formoſitatem. Speciositas enim conuenit regibus, & reginis. Vnde apud Græcos dicitur: *Species Priami digna eſt imperio.* Æternus igitur rex volens ſibi idoneam ſponſam copulare, voluit eam eſſe formoſiſſimam, & omni pulchritudine renitentem. De qua formoſitate ſpecioſiſſimæ virginis ſatis diximus in ſermone præcedenti. Tanta autem fuit pulchritudo beatiſſimæ virginis, vt eius cæleſtis ſponſus de ipſa mirari videretur. Vnde Can 4 dicebat: *Quam pulchra es amica mea, quã pulchra es?* Sanctus vero Bernard. de eius formoſitate.

Species conuenit regibus & reginis.

Bernard.

Digitized by Google

ſitate ſtupefactus, in quodam ſermone inquit: *Quid dicemus de te ô pulcherrima mulierum? Si ſolem dixerim, ſplendidior es Si cinnamomum, & balſamum aromatizans, omnes aromaticas ſpecies odore præcedis.* Hæc ille. Ideo de ipſa benedicta Dei matre, quæ non tantum fuit integerrima; ſed etiam virtuoſiſſima: & non tantum virtuoſiſſima, ſed etiam generoſiſſima: & non tantum generoſiſſima, & nobiliſſima, ſed etiam formoſiſſima, poſſumus dicere illud Ouidij in 4. de faſtis: *Nec facies impar nobilitate fuit* Nec immerito hoc eſſe debuit. Vt enim inquit idem poeta: *Facies exornat amorem.* Pulchritudo etiam maxime conuenit cum optimis moribus, ſicut econtrario vitia diſconueniunt cum formoſitate, iuxta illam eiuſdem poetæ ſententiam: *Non facit ad mores tam bona forma malos.* Poſſumus igitur dicere beatiſſimæ virgini æterni Imperatoris ſponſæ poeticum illud:

Te clari exornant mores: te viuida virtus:
Te decor, atque alta nobilitatis honos.
Et tibi frons læta eſt, & amica virentibus annis:
Ingenuſque tuo ſplendor in ore ſedet.
Tu noſtrum ſidus, tu gloria noſtra perennis:
Omnia tu noſtra iura ſalutis habes.

De illa etiam dicere valemus illud 2 Reg. 21. *Erat mulier pulchra nimis* Quod etiam habetur 3 Re. 1. illi quoq; dicit ſponſus ſuus cæleſtis illud Can. 7. *Quam pulchra es, & quàm decora chariſſima in delicijs?* Quoniam autem Deus elegit Dominam noſtram in ſuam ſponſam, verificatum eſt illud Iudi. *Pulcherrima fœminarum eligitur ei.* De Angelis vero videntibus ipſam pulcherrimam Dei ſponſam, verificatum eſt illud Iudith. 10. *Cum vidiſſent eam, ſtupentes mirati ſunt nimis pulchritudinem eius.* Et iterum illud quod ibidem dicitur. *Conſiderabant faciem eius & erat in oculis eorum ſtupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.* Non ſolum autem habuit beatiſſima Dei ſponſa pulchritudinem naturalem, ſed etiam ſupernaturalem infuſam ſibi ſupernaturaliter a ſuo dilectiſſimo ſponſo. Vnde verificatum fuit de illa illud quod in eodem ca. legitur, ſcilicet: *Contulit illi Dominus ſplendorem, & pulchritudinem eius ampliauit.* De qua exponi poteſt illud Eccle 43 *Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus* vnde ſi quis eam videret, poſſet dicere illud Gen 33. *Vidi faciem tuam quaſi vultum Dei.* Et illud Gen. 46. *Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam.* Sed heu quia ſi eam rogauero, dicens illud Exod. 33 *Oſtende mihi faciem tuam* Timeo ne mihi reſpondeat illud, quod in eodem. c. habetur. *Faciem meam videre non poteris. Non enim videbit me homo. & viuet.* Tanta enim eſt gloria vultus eius, vt mortalibus oculis ſicuti eſt, cerni non poſſit. Sed ô pulcherrima virgo, ſi non vis mihi oſtendere faciem tuam in ea pulchritudine, qua ſanctus in patria cæleſti cooſolaris: ſaltem ne auertas faciem tuam à puero tuo. Pſa. 73. illam ſcilicet quam aliquando in hac miſeriarũ valle deuotis tuis demonſtras. *Cur enim faciem tuam abſcondis?* Iob 23 *Quare faciem auertis?* Pſalm. 43. *Vſquequo auertis faciem tuam?* Pſal. 12. *Oſtende ergo nobis faciem tuam, & salui erimus,* Pſalm. 79. *Illumina faciem tuam ſuper ſeruũ tuum,* Pſal. 118. *Oſtende mihi faciem tuam: ſonet vox tua in aurib. meis* Can. 2. Quod ſi non vis vt videam te in hac vita; ſaltem concede mihi vt te in æternum contemplari poſſim in alia; vt adimpleatur in me illud Iob. 33. *Videbis faciem eius in iubilo.* Vos autẽ deuoti Beatæ Virginis ſeruate illud, ad quod nos exhortatur Dauid Pſal. 104 dicens *Quærite faciem eius ſemper* Faciem inquam pulchram, faciem decoram, faciem omni formoſitate repletiſſimam.

B. V. habuit pulchritudinem ſupernaturaliter infuſam.

De qua exponi. illud Eccleſ. 43. Pulchritudinem candoris eius &c.

PARS QVINTA, DE ſponſæ cæleſtis gratia, & venuſtate.

SI omnibus ſponſis expedit ſponſam habere gratioſam: multo magis magnis principibus: non enim ſufficeret quòd eſſet pulchra, ſi non eſſet gratioſa. Nam ſcriptum eſt Eccle. 40. *Gratiam, & ſpeciem deſiderabit oculus:* & ſic gratia, id eſt gratioſitas præfertur ſpeciei, & pulchritudini. Et Prouerb 11. dicitur: *Mulier gratioſa inuenit gloriam.* Talis autem fuit ſponſa regis cæleſtis, quæ non ſolum ipſi, ſed omnium oculis fuit gratioſa. ſicut per figuram dictum fuit de ea Heſter 2 De gratioſitate autem quam habuit erga ſpõſum ſuum, exponi poteſt illud Eccle. 26. *Gratia mulieris ſedula delectabit virum ſuum.* Ipſa enim perfectiſſime ſeruauit illud, quod gratioſa mulier erga virum ſuum facere tenetur, quæ inter alias obligationes tenetur ſequi virum ſuum, quocunque perrexerit, ſecundum Cynum in l. libertę. C. de oper liber & Guilel. de Cu in l obſeruare. § proficiſci ff de of proecon. & leg. & Bartol. in l. Męuia. § 1. ff de annu le. & doc. in c. de illis, extra de ſpon & gloſſ in c. vnaquæque 13. q. 2. & in c. 1 de coniu lepro & 24 q. 1. c. ſi quis neceſſitate. Semper namque ſponſum ſuum ſecuta eſt quocunque pergebat, quantum humanę creaturæ poſſibile erat, imo ita eius dilectione languebar,

Gra. fert. chri.

Digitized by Google

bat, quòd rogabat eum, ne vnquam ipſam relinqueret ſine eo, dicens Cant. 1. *Trahe me poſt te: in odorem curremus vnguentorum tuorum.* Taliter autem eum amauit, quòd eius dilectioni nihil addi poterat pro ſtatu viæ. Vnde dicere poterat illud Virgilij in Bucolicis: *Me tamen vrit amor, & quis modus adſit amori?* Quia vero eius ſponſus ſeruauit legem veri amoris, qui debet eſſe reciprocus 9. Eth. ideo & ipſe ei gratioſiſſimus fuit. Quod prophetatum fuerat, Zachar. 4 vbi de ei lo dicitur: *Exæquabit gratiam gratia eius* Vnde taliter eius gratioſitate fuit attractus, quod ipſam ſequebatur quocunque pertexiſſet, & in domicilio eius ſemper manere deſiderabat, dicens, Can. 5. *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea*, &c. Item continue eius amplexus deſiderabat, & brachijs ſuis eam dulciter fouebat vnde ipſa inquit Can 2. *Læua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me* O gratioſiſſima ſponſa, tu adeo ſuauiter ſponſum tuum amplexata es, vt ipſum creatorem Dominium tuum ad amorem tuum taliter captiuaſti: quod licet dicat Ouid. in 2. Metam *Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur Maieſtas, & amor, ſceptri grauitate relicta* Ipſe tuo ſe ex dilectione nimia ſubiecit imperio, & claudi ſe permiſit in tuo ſanctiſſimo vtero: quod bene in tui perſona prædixerat Salomon Can. 3 di *Quæſiui illũ, quem diligit anima mea. Inueni eum, & tenui: nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ: & in cubiculum genitricis meæ.* Domus enim matris meæ, & cubiculum genitricis tuæ, fuit corpus tuum quod ipſa mater tua tibi de ſua ſubſtantia fabricauit O virgo ſanctiſſima, & placidiſſima, atq; humaniſſima, propter ſuam gratioſitatem dixit tibi ſponſus tuus illud Exod. 33. *Inueniſti gratiam coram me.* Vnde verificatum in te fuit illud Pſal. 44. *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.* Et non ſolum dedit tibi gratiam ſuam, ſed etiam gloriam, ſicut prædixerat Dauid, Pſal. 83. dicens: *Gratiam, & gloriam dabit Dominus.* Ille ergo qui manſuetis dat gratiam. Prouerb. 3. te mãſuetiſſimam gratia repleuit. Et cum ſcriptum ſit Prouer. 12. quod *ille qui bonus eſt, hauriſt ſibi gratiã* Et 22. eiuſdem lib. c. quod *ſuper iuſtos morabitur gratia*, & Eccle. 3 quod *qui ſe humiliauerit inueniet gratiam.* Et eiuſdem lib. 31. c quod *verecundia præibit gratiam, & pro reuerentia dabitur bona gratia.* Profectò tu optima, iuſtiſſima, humillima, verecundiſſima, & reuerendiſſima, omni gratia fuiſti repletiſſima, & omni gratioſitate ornatiſſima.

PARS SEXTA, DE ſponſæ cæleſtis fœcunditate.

INclyti principes requirunt vxorem quæ non ſit ſterilis ſed fœcunda. Si enim aliquam eſſe ſterilem ſcirent, cum ea matrimonium non contraherent, quod principaliter pro liberis procreandis inſtitutum eſt, vt inquit Amb. ſuper. Lu. trãſſumptiue in c pudor 32. q 2. vbi etiam dicitur quòd pudor eſt fœminis filios non procreare. E contra vero magna gratia, & dignitiſſimum mun⁹ fœminarum eſt filios concipere l. quæritur. §. ſi mulier. ff de æd. edic. & C. de indic. vidui. tol. l. 2. Similiter & patrib. accreſcit dignitas ratione filiorũ. vnde dicit gl. in. l in albo. C. de decu l. b. 10. quod ille qui habet filios, præferendus eſt in concilio, & congregatione, & ſeſſione illis qui filios non habent. Vtile eſt ergo omnibus coniugatis, maxime regibus, & magnis dominis habere vxorem fœcundam, quæ eis pariat filios, quibus domus regiæ, & nobiles ſtirpes conſeruentur, & ipſorum parẽtum memoria in longa tempora producatur. Vnde iuriſcõſultus in l libe orum. ff de ver. ſig. inquit: *Ideo filios, filiaſq; concipimus, & procreamus, vt ex eorum prole diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.* Beatiſſima igitur Dei ſponſa non fuit infœcunda, licet vnũ ſolum filium genuerit. Dicitur n. in l non eſt ſine liberis ff. de verb. ſig. Nõ eſt ſine liberis qui vnicũ filium habet Imo ipſa fuit fœcundiſſima ſuper oẽs mulieres, quæ vnquam fuerunt, aut erunt. Virtus. n. fœcunditatis alicuius mulieris non cõſiſtit in pariendo multos filios, ſed in pariendo virtuoſos, fortes, ingenioſos, & ſufficientes. Non. n. eſt vtile reipublicæ, nec parentibus habere multos filios malos, aut ad malum inclinatos, imo eſt damnoſum Vnde dicitur quod meli⁹ eſt habere paucos bonos, quàm multos malos. c. cùm ſit de æta. & qua l. vbi gl. allegat cõcordantias. Tu ergo ô virgo glorioſiſſima tuo ſponſo cæleſti fuiſti fertiliſſima, quia vnigenitũ eius filium peperiſti, qui ſolus oẽs filios, & filias qui vnquã fuerant, & erunt, meritis, & virtutib. anteceſſit, & humanæ reipublicæ vtilior fuit. Si enim oẽs mundi homines ſimul eſſent. non poſſent vel ad minimum gradum excellẽtię, & valoris filij tui benedicti pertingere. O incõpatabilis fœcunditas ſponſæ cæleſtis, quæ filium illum protulit, qui vniuerſum orbem redemit, quod oẽs mundi homines, & cunctæ ſimul creaturæ facere non potuiſſent, vt probant doc. in 3 ſen. di. 20. quia emenda & ſolutio pro peccato *Fructus infinitus fœcunditatis Mariæ.*

primi

Digitized by Google

primi parentis debebat eſſe proportionata peccato, & debito quod fuit infinitum non ratione actus in ſe, ſed quia cõtra Deũ qui eſt infinitus, commiſſum eſt. Item quia priuauit humanum genus fœlicitate infinita, & quia corrupit & perdidit humanam naturam, quæ multiplicabilis erat quaſi in infinitum. Cum ergo finiti ad infinitum nulla ſit proportio 2 Metaph. & 1. de cælo & mundo, & 3 ac 8. Phyſ. clarũ eſt quod omnes homines ſimul cum creaturis vniuerſis, quæ ſunt finitæ potentiæ, non potuiſſent hanc vtilitatẽ humano generi facere. ſ. eum de manu diaboli liberare, & ianuam paradiſi per peccatum cauſam illi aperire, atq; eum ad ęternam fœlicitatem ſatiſfactione facta pro eius peccato perducere, ſicut fecit benedictus filius virginis huius glorioſę. De cuius fœcundiſſimo vtero inquit Bernar. *O venter capacior cælis, latior elementis, qui illum continere valuit, quem totus mundus capere non potuit.* Illum. n. filium genuit, qui eſt Deus ante ſecula, qui ex ea carnem aſſumens habet naturam diuinam, & humanam in vna perſona c. ſiquis epiſcopus 23. di & de ſum. Tri & fi. ca c. t. vnde hæc virgo fœcundiſſima fuit genitrix non ſolũ Ieſu Chriſti hominis, ſed etiam Dei, cuius contrarium aſſerens Theodotus, condemnatus fuit in concil. Cõſtantinopolitano, vt habetur. 16. di. c. ſexta. § quinta. Et hæc ſufficiant pro 6 parte huius ſermonis. Nunc vero tranſeamus ad 7. partem quæ erit ꝓlixior. Quia enim deliberaui in numero prędicationum huius operis non præterire numerũ annorum, quibus vixit beata virgo in hac vita mortali. ſ. 63 Ideo neceſſe erit aliquando longos facere ſermones: quod tamen erit vtile prædicatoribus, quia quaſi de ſingulis partibus prædicationum iſtarum poterunt ſuo modo texere vnum ſermonem: habentes motiua. Facile enim eſt inuentis addere, vt notant doc. ſuper glo. in l. Gallus circa principium ff. de libe & poſth. Vnde credo quòd prædicatores cũ hoc ſermonario poterunt per totum annũ quotidie prædicare de glorioſa virgine Maria, & ſemper tractare de virtutibus, ac vitijs atque de pertinentibus ad ſalutem.

Cur prolixior ſit in ſermonibus

PARS SEPTIMA,
De ſponſæ cæleſtis dote, ac dotatione.

Licet dos non debeat principaliter attendi in contrahendo matrimonio, iuxta illud Catonis poetæ in ſuis documentis: *Vxorem caue ne ducas ſub nomine dotis.* Item licet dos non ſit de eſſentia matrimonij, ꝙ ſine ipſa contrahi poteſt. c. ſi quis diuinis 30. q. 5. & § illud quoque. in aut. quib mo. nat. ef. leg. col. 6. & c. con conſanguineorũ 4. q 3. & l ſi. C. de dona ante nup. & per doctor. in l. 2. C. de nup. & per gl. & Archid. in c. nullũ 30. 5. & Io. An. in c. acceſſoriũ. de reg. iu. lib. 6. & per gl. in c. noſtrates. 30. q. 5 & in c. & ſi neceſſariæ, de dona. inter virũ & vxorẽ. & per Inno. in c per veſtras eo. ti. in gl. fi. Tamen decens eſt in omni matrimonio dotem dari. d. c. nullum. & e aliter & ibi gl. 30. q. 5 quæ dos debet dari ſecundum facultatem, & dignitatem perſonarum. l. quæro. & l. ſiue generalis. ff. de iure dotium. & aut. ſi quamuis. C. de rei vxori. actio. & l. ſi quis ſepulchrum §. fina. ff. de religioſ. & ſump. fu. & l. penult. C. de epiſcopali audi. & c. nullum. vbi gl. 30. q 5. & c 1. vbi glo. extra de adulte. Magnis ergo principibus magnæ ab vxoribus dari debent dotes. Quanto autẽ maiorem habet mulier dotem, tanto libentius cum ea contrahitur matrimonium. Et ideo Deus libenter benedictam virginem deſponſauit, & eam ſibi copulauit, quæ ſibi maximam dotem portauit. Licet enim dicatur quòd fœminarum genus auariſſimum eſt l. ſed ſi ego. in fin. ff. ad Veli. & de dona inter virum & vxorem. l. ſi ſtipulata. §. 1 & notatur in l ſi à ſponſo. C. de dona. ante nup. Ipſa tamen beatiſſima virgo liberaliſſima fuit. Nam ſponſo ſuo cæleſti dotem copioſiſſimã de bonis optimis dedit. Sciens. n. quod bonum quãto permanẽtius, tanto eſt melius, vt habetur 3. Phy noluit Deo dare dotẽ de reb. temporalibus, tranſitorijs, momentaneis, & caducis: quæ diu permanere nõ poſſunt, ſed de theſauris omnium virtutũ, quæ ſtabiles diuitię ſunt. Vnde in quadã epiſtola B. Baſilius ait: *Sola virtus, & viuenti, & mortuo ſtabilis, & firma poſſeſſio eſt.* Et Tullius in paradoxis inquit: Nulla poſſeſſio, nulla vis auri, vel argẽti pluris quam virtus æſtimanda eſt. Nouerat. n. veram eſſe illam ſentẽtiã Scipionis in epiſtolarũ. lib. 5. dicentis: *Humana ſubſtantia rectius mente, quàm mole cenſenda eſt.* Vnde Tullius vbi ſup. ait: *Nihil meum, vel cuiuſquã alterius eſt, quod auferrĩ vel amitti poteſt.* Et Varro in ſentẽtijs ſuis inquit: *Nemo ſuum putet quod extra ipſum eſt.* Qua ex re vt inquit Ambr. in quodam ſermone: *Nihil ex temporalibus rebus noſtrum dici poteſt, ſola autem virtutes noſtræ ſunt, quæ à nobis auferri nõ poſſunt. quæ intra nos ſunt.* Et ideo Proſper in lib. epigrã. dicit:

Des B. V. quæ fuerit.

Terrenis opibus cum diues gaudet iniquus,
Veris ſe miſerum neſcit egere bonis.
Cum licet aduerſis ceſſantibus omnia parcant,
Lege tamen mortis ſit faciendus inops.

At bona iuſtorum nullis obnoxia damnis,
Hoſtes, furta, ignes, & mare non metuunt.
Omnis virtutum ſemper ſubſtantia ſalua eſt,
Inuitis Chriſti munera nemo capit.

Hæc igitur ſciens virgo prudentiſſima, tam diligenter ſtuduit virtutes omnes acquirere, quod eſt facta eſt armarium plenum omnium virtutum, & bonorum morum. Vnde de illa poteſt dici illud Prou.31. *Multæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias, tu vero ſupergreſſa es vniuerſas.* Quapropter B. Anſel. in li. de conceptu virginali ipſam alloquens ait: *Nulla te ſublimior in humano genere reperitur. Quod.n. in alijs partitum eſt, in te vnitum totum reperitur.* Hæc ille. Iſtas omnium virtutum dotes beatiſſima virgo tradidit Deo: propter quas ipſe cæleſtis Imperator fecit eā ſponſam ſuam, & filius matrem, ſpiritus ſanctus ſuum ſacrarium. Et ideo Cant.4 dicitur, *Hortus concluſus.* Quod exponens B. Hiero. in ſerm de Aſſumption. inquit: *Verè hortus deliciarum in quo ſunt conſita vniuerſa florum genera, & odoramenta virtutum.* Maximam ergo dotē dedit iſta nobilis ſpōſa ſpōſo ſuo cæleſti, cum omnium virtutum, & optimorū morum ornamentum ei donauit. Magnum.n. eſt *mores cōpoſuiſſe bones*, vt ait Ouid. 3. de arte amandi. Sed eſt notandum quod licet regulariter mulier dotet maritum, tamen apud Hiſpanos ſit ſecus: quia dotant pulchras puellas, vt ait Bartho Brixien. in ſuo repertorio in verbo, dos: & poteſt ei⁹ dictum. ſ. quod aliquando vir dotat vxorē, probari per c. quidā 27 q.2 & per c. & ſi neceſſe. de donatione inter virum & vxo. l. cet gl. ibi exponat dotē. i. donationē propter nuptias. Mulier enim dat viro dotē, & maritus vxori facit donationē propter nuptias, vt inquit tex. in c. nuper. in fi. extra de donatione inter virum & vxo. de qua donatione etiā habetur in. §. eſt & aliud. Inſti. de dona. & in l. cum veterum. C. de dona. ante nup. vbi etiam tractatur de ſponſalitijs, quæ donat ſponſus ſponſæ. Sponſus igitur beatiſſimæ virginis Deus, non ſolum donauit ei ſponſalitia munera, & donationē propter nuptias illi fecit; ſed etiam illius dotem accreuit, & noua dote ipſam ditauit. Primo nāq; volens eam ſemper perſeuerare in ſuo connubio & nunquā ab eo ſeparari per peccatum, ſed ſemper eſſe ſibi coniunctam per charitatem: dedit ei quinque diſpoſitiua interius, & quinque perfectiua exterius quaſi decem munera ſponſalitia. ſ. quinque intrinſeca. & quinque extrinſeca.

Can.

Bart. Brix. de more Hiſpanorum circa dotes

Decem munera ſponſalitia Mariæ donauit Deus.

Quinq; intrinſeca munera.

Primum munus intrinſecum fuit ardor diuini amoris. Nam ipſe ſponſus cæleſtis ſe eius menti mirabiliter immittebat, & eam igne ſui amoris ita incendebat, vt ipſum quantum in præſenti vita poſſibile erat amaret. Vnde dicebat cum Pſal. *Inflammatum eſt cor meum Deus, inflammatum eſt cor meum &c.*

Secundum munus fuit mortificatio ſenſualitatis, virtus enim altiſſimi, quæ obumbrauit ipſam benedictam virginem: Lu.1. omnem ſenſualitatem, quæ poſſet inclinare ad malum, in ea repreſſit: ita vt omnes potētiæ inferiores eſſent ſemper ſubditæ imperio rationis, & in appetitu eius ſenſuali eſſet perfecta modificatio: ita vt caro eius cum ſpiritu optime concordaret, & ei per omnia pareret. Vnde dicere poterat illi cum Pſal. *Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.*

Tertium munus fuit mirabilis deguſtationis. Dedit namque ei actualem, & experimentalem ſenſum, & guſtum maternitatis Dei, vt cognoſceret quanti filij eſſet mater, & eam in ſponſam, & matrem ſuam præ cæteris elegiſſet. Vnde cōtemplatione tanti myſterij intellectus eius habebat actualem relationem ad tantam maieſtatem diuinam, & ad ſuam nihilitatem, & ſic humiliatus in ſummo cum eodem Pſal. decantabat: *Ad nihilum redactus ſum.* ſ. in tam digniſſimi ſponſi conſideratione.

Quartum munus fuit obiectum diuinitatis. Eius namque cor ita Deus ad ſe traxit, vt ipſum ſemper præ oculis ſuis haberet, & omnes eius effectus ſemper ad ipſum tenderent, & in illum dirigerentur. Vnde dicebat cum eodem propheta, Pſalm.15. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear.* Et in eo totam ſpem ſuam ponens, illi continue adhærebat, dicēs cū prophe. Pſ. 72. *Mihi aūt adhærere Deo bonū eſt: ponere in Domino Deo ſpē meā.*

Quintū munus fuit ſuauis repletionis: tātis.n. ſponſā ſuā repleuit Deus cōſolationib. ſpualib. vt exclamaret cū eodē propheta Pſ 30. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine: quā abſcōdiſti timentib. te.* Et iterū Pſ 72. *Quàm bonus Iſrael De⁹, his qui recto ſunt corde.* Et iſta quinq; munera fuerūt intrinſeca. Alia vero quinq; sūt extrinſeca.

Quinq; extrinſeca.

Quorum primum quod eſt ſextum in ordine fuit angelicæ cuſtoditionis. Miſit nāq; ei ſponſus eius cæleſtis multitudinē magnā angelorum, qui ſibi tanquā Dominæ deſeruirent, & eam cuſtodirēt. Vnde ipſi attribui poteſt illud Pſ 90. *Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.* Credendum eſt enim vt ait ſanctus Bernardinus in quodam ſermone, quòd beata virgo plurimas legiones angelorum habuerit ad ſui cuſtodiam, & protectionem, cum etiam Heliſeus; vt legitur. 3. Reg 4. Angelorum multitudinē habuerit ad ſuam defenſionem.

Secun-

Digitized by Google

Secundum munus extrinſecum, & ſeptimum in ordine fuit dæmonum expulſionis: dedit enim ei virtutem expellendi dæmones. Ita vt ſicut per virtutem, & calorem magni ignis effugantur muſcæ, ſic à ſua ardentiſſima mente, & inflammatiſſima charitate dæmonia pellerentur, & ei per tentationem appropinquare non auderent, & ſi aliquando voluerunt ad eam accedere, verificatum eſt de illis illud Hierem 46. *Fugerunt consiti, nec reſpexerunt.* Et ibidem: *Fugerunt ſimul omnes, nec ſtare potuerunt.*

Tertium munus extrinſecum quod eſt octauũ in ordine, fuit omnium accidentium in bonum conuerſio. Nam omnia quæ ei adueniebant, in eius vtilitatem Deus conuertebat. Si enim vt inquit Apoſtolus ad Roma 8 Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: tranſſumptiue in c. talibus de pœni. diſt. 2. ſcilicet proſpera & aduerſa multo magis ipſi virgini quæ illum ſuper omnia diligebat, conuertit eius ſponſus cœleſtis omnia in bonum.

Quartum munus extrinſecum, & in ordine nonum fuit peccatorum abominationis. Chriſtus enim filius eius, qui eſt ſapientia patris: quæ non habitat in corpore ſubdito peccatis, Sap. 1. fecit illi ita perfectè cognoſcere malignitatem peccati, quo nihil eſt abominabilius, vt inquit Auguſtin. in lib. meditationum, nec pernicioſius, iuxta illud Goffredi in poetica. *Peſſima res vitium, nihil æquè pernicioſum.* quod illud in tãta abominatione habuit, quod perfectè ſemper ſeruauit illud Eccle 21 *Quaſi à facie colubri fuge peccatum.*

Quintum munus extrinſecum, & in ordine decimum fuit mundialium deſpectionis. Dedit enim ei ſponſus eius tantum affectum ad cœleſtia bona: & tantam ſupernorum delectationem, quod omnia mundialia ſolatia ei diſplicebant in comparatione cœleſtium, Nouerat enim veram eſſe ſententiam Salomonis dicentis de rebus humanis: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas* Eccleſiaſt. 1. Et tranſſumptiue in c. fin. de pœn. di. 2. Et ideo dicebat cum Apoſtolo ad Phil. 2. Omnia arbitratus ſum vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifacerem. Vnde & de mundo dicebat illud. 1. Mach. 2. *Omnis gloria eius ſtercus, & vermis.* Et quid mirum ſi beatiſſima virgo mundialia deſpexit, cum dicat Bernardus: *Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro, & affectanti cœleſtia, terrena non ſapiũt, æternis q; inhianti faſtidio ſunt tranſitoria* Profectò igitur ipſa beata virgo, quæ ſpiritu ſanctũ ſuper omnes puras creaturas degu[ſt]abat, & terrenas delicias ſuper omnes deſpexit, quæ ſatiare appetitum noſtrum non poſſunt, iuxta illud Gualteri poetæ in Alexandriade lib 8. dicentis:

Quid tibi diuitijs opus eſt, quæ ſemper auaris
Eſuriem pariunt? quanto tibi plura paraſti,
Tanto plura petis: & habendis acrius ardet.
Sicq; famem faciens defectum copia nutrit.

Et ideo perfectè ſeruauit illud Aratoris poetæ dicentis:

Auri ceſſet amor, qui pectora ſemper adurit:
Quæ capitur mortale genus, quo pullulat omne
De radice malum, cuius violentius ardet
Ambitio creſcente modo, ſtimulante rapinis
Addita lucra famem.

Item ſeruauit illud Catonis conſilium, qui ait:
Deſpice diuitias qui vis animo eſſe beatus:
Quas qui ſuſpiciunt mendicant ſemper auari.

Et hæc de munerib. ſponſalitiis quæ Deus ſponſæ ſuæ donauit, dicta ſufficiant. Fecit quoque illi donationem propter nuptias, quia repleuit eam gratia à planta pedis, vſque ad verticem capitis. Et ideo ei apparens Angelus detulit ipſam donationem di. *Aue gratia plena.* Faciem itaque ſponſæ ſuæ, licet naturaliter pulchram, & gratioſam. ipſe cœleſtis ſponſus fecit pulchriorem, & omnibus gratioſiſſimam. Vnde illud ei poterat illud Heſter. 15 *Facies tua plena eſt gratiarum.* Et notanter dicitur *gratiarum* ad innuendum, quod cum hac pulchritudine corporali habebat vnam aliam ſingularem prærogatiuam præ aliis virginibus, & ſanctis. Vultus enim formoſus mulieris ſolet inclinare ad concupiſcentiam. Et ideo dicitur Eccle. 9. *Auerte faciem tuam à muliere compta: quia propter faciem mulieris multi perierunt. & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit* Ad hoc etiam adduci poteſt illud Ouid 2. de remedio amoris dicentis: *Non facile eſt viſa taurum retinere iuuenca. Fortis equus viſa ſemper adhinnit equa,* &c. ideo multi qui volentes videre pulchritudinem mulierum, in peccatum concupiſcentiæ ceciderunt: dicere poſſunt illud eiuſdem poetæ in ſecundo de Triſtibus, ſcilicet: *Heu mihi, cur vidi, cur noxia lumina feci.*

Licet enim mulier ſit ſancta, tamen pulchritudo, & formoſitas eius animas inſpicientium ad libidinem inclinat. Patet de Iudith: propter cuius pulchritudinem ſtatim Holofernus captus eſt. Iudith. 10. Vnde Theodolus poeta inquit:

Femineas vires expauit dux Holofernis: Inſignis vidua veſano captus amore. Et ſimul te capti fuerunt iudices ſenes in formoſitate Suſannæ. Daniel. 13 Alij quoque tyranni capti ſunt in pulchritudine virginum; licet ſanctæ fuerint, vt p-

tet de ſancta Agnete, Agatha, Petronilla, Catharina: & multis alus. Sed ex formoſitate ſponſæ cœleſtis nullus vnquam occaſionem concupiſcentiæ accepit, ſed potius ſi quis luxurioſus eam inſpexiſſet, remordebatur de peccato ſuo, & reprimebatur eius concupiſcentia, ſecundum quoſdã Theologos in 3 ſententiarum, diſt. in 3 & propter hoc illi canit Eccleſia; *Specioſa facta es, & ſuauis ſancta Dei genitrix*. quia tanta fuit ſanctitas eius, vt ad alios ipſius virtus extenderetur, & extingueret in eis omnem concupiſcentiam carnalem. Vnde dicunt prædicti Theologi, quod Ioſeph eius ſponſus quanto amplius loquebatur, & cõuerſabatur cum ea, tanto magis confirmabatur in propoſito virginitatis, quã Deo vouerat ſimul cum ea vt dicetur in 4. parte principali huius operis ſermone vltim. Et propter hoc beata virgo myrrhæ aſſimilatur Eccle. 24. Quia ſicut myrrha odore ſuo occidit vermes, ita ſanctitas ipſius in alios radiabat, & in eis extinguebat vermes concupiſcentiæ carnalis, & omnes inhoneſtos motus libidinis. Hoc autem ex quatuor cauſis procedere potuit, vel aliqua earum ſecundum ſanctam Bernar. in ſuo quadrageſimali de euãgelio æterno, in ſermone ſecundæ feriæ, poſt Dominicam Oliuarum.

Et primo propter impreſſionem, quia omnib. qui inclinati erant ad concupiſcentiam, vt carnaliter concupiſcibilis non apparebat. Nam ſi mulier etiam valde pulchra propter aliquod factum, quod viro diſpliceat, non poteſt ei vt concupiſcibilis apparere: Sicut patuit de Thamar filia *David* ſpecioſiſſima, & de *Amon* fratre ſuo 2. Reg. 13. quam ex magno odio fecit poſtea eijci de domo: multo magis ex parte gratiæ potuit hoc in bonum operari, vt formoſa virgo non concupiſceretur ab aliquo eam vidente.

Secundo autem potuit hoc procedere propter eius conuerſationem, quæ maximam, & admirabilem honeſtatem, & morum, & geſtuũ grauitatem in facie, & in toto corpore eam intuentibus oſtendebat, ſeruans illud 1. ad Theſſ. 4. vt honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt. & illud. 1. ad Cor. 14. *Omnia ad ædificationem fiant*. Et iterum, *omnia honeſte, & ſecundum ordinem fiant in vobis*. Conuerſatio igitur beatiſſimæ virginis fuit honeſtiſſima, intantum quod per extrinſeca ſigna apparebat apertius quod nullatenus poſſet ad fœdum aliquod inclinari, imo quod erat tota Deo dedicata, & ſingulariſſimum ſpiritus ſancti habitaculum facta. Sicut contingeret de ſanctiſſima muliere, quæ eſſet quaſi continue rapta.

Tertio hoc proceſſit propter occultationem ſuæ pulchritudinis, quia eam quantum poterat celabat, & non ornabat ſe ſicut faciunt multæ mulieres, quarũ ornatus magis incitat ad luxuriam, quam ipſarum pulchritudo. iuxta illud Ouid. in 1 de remedio amoris: *Decipimur cultu, gemmis, auroq; teguntur Omnia, pars minima eſt ipſa puella ſui*. Item beatiſſima virgo cooperiebat optime membra ſua, & ſic occultabat formoſitatẽ ſuam. Ad hoc autem adduci poteſt ſimilitudo corporis Chriſti, cuius claritas poſt reſurrectionem diſcipulis celabatur, & ſimiliter, vltra quod beata virgo celabat quantum poterat ſuam formoſitatem, potuit Deus eam miraculoſe celare ex malo animo aſpicientib. vel aſpicere volentibus in eam.

Quarto propter radiorum ex vultu ſuo emiſſionem hoc proceſſit: ita vt nullus eam faciem fixe intueri poſſet, ſecundum quod ſupra dictum eſt ſermone præcedenti.

Quinto dicere poſſumus quod hoc proueniebat ex ſua puritate, Ad quod melius intelligendũ eſt notandum quod vt habetur Matt. 21. & Ioan. 2. Chriſtus eiecit de templo omnes vendentes, & ementes in eo, & nedum verbis eos redarguit, ſed etiam factis: quia flagello, quod de funiculis fecerat eos percutiebat, & nemo fuit auſus ei reſiſtere, quamuis inter Iudæos nullum primatum gereret: imo Samaritanus ab eis reputabatur: & ei in omnibus contradicere nitebantur. Cauſa autem quare ei omnes obedirent recedendo de templo, aſſignatur à doctoribus, maxime à beato Hieronymo, quod à facie, & ore Chriſti tunc exibant quidam radij ſuæ diuinitatis, quib. territi obedientes fuerunt Deo, quem intelligebant ſub illa carne latere. Ita igitur dico ad propoſitũ, quod à facie virginis exibant radij honeſtatis, & puritatis, qui etiam ad alios reſultabant, & hoc propter intrinſecam integritatem.

Et ad hoc confirmandum adduci poteſt quod vt dicunt ſapientes, & experti, ſi adſint duæ mulieres æquè pulchræ, quarum vna ſit virgo pudica, altera virgo corrupta, maiorem dabit tentationem aſpicienti ſine Dei timore, & magis inclinabit ad concupiſcentiam illa corrupta, quã pudica. Et [...]io eſt. quia corrupta habet vim inficiendi, & [...]tam ſi ex dupl[...]ci corruptione ſcilicet naturæ, & [...]ſonæ Naturæ quidem, quæ corrupta eſt gen[...]liter in tota natura humana ex peccato prin[...]m parentum, & perſonæ ſuæ particularis, qu[...] eſt corrupta. Altera vero ſcilicet virgo pudica [...]n habet corruptionem perſonæ: ſed tantum n[...]ræ: & ideo minus inficit: duo enim vincula d[...]s partibus magis ligant, quam vnum ſolum.

Digitized by Google

ſolum §. penult. in aut. de con. & vte. fra. & notatur in §. ſi vero inſti. de adop. Cum ergo, vt probatum eſt in 1. parte principali huius operis, beata virgo fuerit præſeruata à communi corruptione naturæ humanæ, & in perſona ſua nullam penitus vnquam habuerit corruptionem, non eſt mirum ſi aſpectus eius neminem vnquam infecit: imo ratione ſuæ inuiolabilitatis, & illius beatiſſimæ, atque incontaminatiſſimæ virginitatis, & integerrimæ puritatis, ad caſtitatis, & honeſtatis amorem omnes inducebat. Quare merito dici poteſt gratia plena in facie nõ ſolum rationc formoſitatis, ſed etiã honeſtatis. Secundo eius ſponſus repleuit eam gratia in ore. Ille enim dicitur habere os gratioſum, qui nullum cũ eo peccatum committit. De quo dicitur Iac. 3. *Si quis in verbo non offenderit, hic perfectus eſt vir.* Sed quis eſt hic, & laudabimus eum? Eccleſia. 21. Profecto ſi quis hoc ſeruaret, beatus dici poſſet. iuxta illud Eccle. 14. & 25. *Beatus vir qui non eſt lapſus in verbo.* De hac autem virtute commendatur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Eſai. 53 & 1. Per. 2. vbi dicitur: *Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* Eius quoque beatiſſima mater poteſt de hac virtute commendari, à cuius ore nunquam exiuit verbum incompoſitum, aut ocioſum, ſeu inutile. Sciebat enim veram eſſe illam moralis Catonis ſententiam, qui ait:

Virtutem primam eſſe puta compeſcere linguam:
Proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione tacere.

Et ideo ipſa quæ fuit proxima, optime, vbi opus erat ſilentio, ſciebat tacere. Nouerat namque etiam veram eſſe illam Ouidij ſententiam, in ſecundo de arte amandi, dicentis:

Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus.
At contra grauis eſt culpa, tacenda loqui.

Et ideo omnia eius verba fuerunt bona, atq; morigeratiſſima, & ædificatione plena, & cõſequenter gratioſa iuxta illud Richardi poetæ in lib de nuptiis: *Nil ſermone bono gratius eſſe ſolet.* Vnde de ipſa benedicta virgine dici poterat illud Iudit. 11. *Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, & in pulchritudine, & in ſenſu verborum.* Hoc autẽ eſſe verum probatur. Nam in toto textu euangelico non inuenitur quod locuta fuerit niſi ſeptem vicibus, & omnia eius verba fuerunt ſancta & ædificatoria. Vnde eam loqui audientes, poterant ei dicere illud, quod poſtea filio eius dictum eſt Io. 6. ſcilicet: *verba vitæ æternæ habes.* Horum autem verborum tria dixit Deo, duo Angelo, & duo homini. Vnde plura locuta eſt Deo, quam Angelo, vel homini: ad innuendum quod plus Deo loqui debemus in oratione, & deuotione, quam cuiliber creaturæ. Primum autem verbum quod ſic dixit fuit gratiarum actionis: quod habetur Luc. 1. Quando enim ſe extolli audiuit ab Elizabeth, dixit: *Magnificat anima mea Dominum.* In quo cantico ipſa virgo glorioſa Deo gratias agit pro tot: & tantis laudibus, quas ei attribuebat Elizabeth omnia ipſi Deo accepta referens. Et in hoc dedit nobis exemplum, quod quotidie debemus Deo gratias pro receptis ab eo beneficiis referre. Secundum verbum eius fuit lamentationis, quando amiſit filium iam duodenarium, & tandem eo inuento dixit Luc. 2. *Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* Ex quibus verbis nobis dedit exemplum, quod ſi propter peccata noſtra perdidimus Chriſtum, debemus eum quærere cum dolore, & contritione: & ſic inueniemus. Tertium verbum fuit cõpaſſionis: quando in nuptiis deficiente vino, vt habetur Ioan. 2. dixit: *Vinum non habent.* Ex compaſſione enim mota fuit hoc dicere, ne illi qui faciebant nuptias, eſſent confuſi. Hanc autem compaſſionem etiam nunc oſtẽdit erga nos: quia quotidie orat pro nobis peccatoribus, dicens: *Vinum non habent.* Vinum namque quod humanum cor lætificat, ſignificat gratiam Dei, quam orat nobis concedi à Deo. & in hoc nobis dedit exemplum pietatis. Quartum verbum quod eſt primum dictum Angelo, fuit verbum honeſtatis, ſcilicet: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* id eſt non cognoſcere propono. Luc. 1. Et in hoc nobis dedit exemplum cauendi ab impudicis verbis: quia *corrumpunt bonos mores colloquia mala.* 1. ad Cor. 15 Vnde Montanarius in Luna celeſtea. 16. inquit: *Turpia ſinceros corrumpunt famina mores.* Quintum verbum fuit humilitatis, quando reſpondit Angelo: *Ecce ancilla Domini: Fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Luc. 1. In quibus verbis cum ſe vocauerit ancillam ipſa, quæ erat ſponſa Dei patris, atque electa mater filij Dei, & ſacrarium ſpiritus ſancti, ac reclinatorium totius Trinitatis: & conſequenter regina cælorum, Domina Angelorum, & totius mundi imperatrix, dedit nobis exẽplum humiliationis. Sextum verbum quod fuit primum dictum homini, fuit verbum charitatis, & dilectionis, quando intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Elizabeth. Lucæ 1. In hoc etiam dans exemplum quod nemini ex odio verbum referare debemus. Septimum verbum fuit veritatis, & inſtructionis, quando vt habetur Ioan. 2. dixit miniſtris nuptiarum: *Quodcũque dixerit vobis, ſeruate, & facite.* O quam fructifera doctrina eſt iſta. Fœlices nos ſi obſeruabimus eam. In quib. verbis nos inſtruxit quod proximis noſtris debemus tradere bona documẽta.

Cum

Digitized by Google

Cum igitur in omnibus euangeliis non inueniatur quod dixerit plura verba quam ſeptem ædificatiua, ac exemplis plena, valdeque vtilia: merito dici poteſt plena gratia in ore ſuo dulciſſimo. Quam gratioſitatem ſibi infudit ſponſus eius cœleſtis, iuxta illud Pſal. 44. *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis*, &c. Ipſa enim beatiſſima virgo perfectiſſimè ſeruauit illud documentum B. Bernardi, in quadam epiſtola dicentis: *Cum aliquid dicis, verba tua ſint rara, vera, ponderoſa, & de DEO.* Quaſi nobis ex hac ſua morigeratiſſima locutione diceret illud, quod inquit Imper. tot in l. fin. C. de dona, ſcilicet verba ſuperflua reſpuenda eſſe cenſemus, & in §. illud vero in proœmio. ff. Oportet primum animas, poſtea linguas fieri eruditas. Et illud quod inquit Iuriſconſultus in leg. Libro. § fin ff de ſupel. le ſcilicet: *nemo dicat niſi quod prius mente agitauerit. Qui enim cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam. Qui autem inconſi-*

Maria gratioſa in auribus. *derate loquitur, ſentiet mala.* Prouerb. 13. & tranſſumptuem §. ſed aliud 5 q 5. Tertio repleuit eam ſponſus eius cœleſtis gratia in auribus, quando miſit ad eam Gabrielem Angelum, qui dulciſſimum, ac gratioſiſſimum cantum in ſuis auribus ex parte ſui decantauit dicens: *Aue gratia plena*, ſcilicet non ſolũ in anima; ſed etiam in toto corpore, plena gratia in facie; in ore, & in aure. *Dominus tecum*, qui vt inquit Auguſt. ex ſinu patris in vterum deſcendere dignatus eſt matris. *benedicta tu in mulieribus*, quæ vt inquit Origen. ſola diuini germinis parens effici meruiſti. O gratioſiſſimum canticum, quod æternus ſponſus in gratioſiſſimis ſponſæ ſuæ auribus fecit reſonari, atque eam indicibili conſolatione repleri.

Gratioſa eſt in pectore Quarto repleuit eam gratia in pectore, & in mamillis ſuis benedictis: quod oſtenditur Lucæ 10. vbi dicitur quod loquente Ieſu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: *Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti*: hæc autẽ mulier fuit Marcella, pediſſequa ſanctæ Marthæ, quæ ſpiritu ſancto edocta, & inflammata deuotione Chriſti, & intemeratæ matris eius, ideo appellauit beata vbera illa ſanctiſſima, quia fuerunt plena dulciſſimo lacte, quo lactatus eſt filius Dei dulciſſimus, quod quidem lac non venit ad pectus virginis per eam viam, & modum quo venit ad vbera cæterarum mulierum ad quæ aſcendit de ſanguine menſtruo ipſarum mulierum, & ibi generatur lac ſecundum Auicen. de formatione embryonis. Ad vbera enim beatæ virginis miſit eius ſponſus cœleſtis de cœlo lac precioſiſſimum in tãta quantitate, quanta potuit ſufficere ad nutriendum ſuum benedictum filium. O igitur beatiſſima virgo profecto tu fuiſti gratia plena in pectore, quia tuæ ſacratiſſimæ mamillæ fuerunt plenæ ſacratiſſimo lacte de cœlo miſſo. Vnde canit Eccleſia: *Saluatorem ſæculorum, ipſum regem angelorum ſola virgo lactabat vbere de cœlo pleno.* Tuum quoque O beatarum beatiſſima vterum gratia repleuit ſponſus tuus benedictus, & ideo prædicta deuota mulier eum beatum prædicauit. *In vtero* Tunc enim vterus mulieris dicitur beatus, quando concipit, & parit filios nobiles, pulchros, magnos, doctos, & excellentes. Fœlix ergo vterus ſacratiſſimæ virginis, & gratia repletus, qui tam magnum *Dominũ* concepit, & peperit, quod totus mundus capere eius excellentiam nequit, qui ſolus plus valet quam omnes qui vnquam in mundo fuerunt geniti. Vnde canit Eccleſia: *Quem terra, pontus, æthera, Colunt, adorant, prædicant, Trinam regentem machinam, Clauſtrum Mariæ baiulat.* Et iterum: *Beata viſcera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filium.* Eius quoque pedes ſanctiſſimi repleti fuerunt gratia, quia & eundo & ſtando ſemper fuerunt in ſponſi ſui ſeruitio exercitati. Semper enim eis vſa eſt virtuoſe, & ſancte. Nam ſecundum quod in Euangelio reperitur, ad tria opera pedes ſuos mouit, dans nobis exemplum, quod ad hæc tria curramus. *In pedibus mouẽdo eos ad opus obedientiæ*

Primo ad opus obedientiæ, & humiliationis, quando vt habetur *Lucæ.* 2. iuit cum Ioſeph in Bethleem, vbi deſcriberetur ſecundum edictum Cæſaris. Hoc enim iter tantum ſponſo ſuo cæleſti placuit, quod tunc fecit ex ea naſci filium ſuum. Tu igitur O anima deuota facias, quæ tibi ex obedientia iniunguntur, & valde merebeberis, quia magna eſt virtus obedientia, vt ait gloſſ. in l. deſertorem §. in bello, ff. de re mili. & eſt maximi meriti apud Deum c. nulla 93. di & c. ſciendum. 8 qu. Licet autem Octauianus Imperator eſſet infidelis, tamen voluit beatiſſima virgo illius obtemperare mandatis, dans nobis exemplũ, quod etiam prælatis malis debemus obedire in licitis, & honeſtis. 1. Pet. 2. & c. Iulianus. & c. qui reſiſtit. & c. ſi dominus, & c. Imperatores. & cap. quid ergo 11. qu. 3. Ad quod adduci poteſt illud quod inquit Virgilius in 4. Georgi. dicens: *Eſt legum ſeruanda fides, ſuprema poteſtas, Quod mandat, fierique iubet, parere neceſſe eſt.*

Ad opus charitatis Secundo exercuit beata virgo ſuos pedes ſacratiſſimos in opere charitatis, & dilectionis, quando vt habetur *Luc.* 1. iuit cum feſtinatione in montana ad viſitandum Elizabeth: & vt ei ſeruiret, vt dicit Ambroſ. ſuper Luc. Ad hoc etiam opus pietatis mouit pedes ſuos, quando portauit

filium

filium ſuum in Ægyptum, ne occideretur ab Herode, vt habetur Matth 2. & tunc de ipſa verificata fuit illa ſententia, quæ ponitur in 6. Æneid. ſcilicet: *Vicit iter durum pietas, datur ora tueri, Nate tua i.* timere enim tam duro, & aſpero conſolabatur aſpectu, & amplexibus dulciſſimi filij ſui, & pietate materna Et in his motibus dedit nobis exemplum exercendi libenter opera pietatis. De qua excellenti virtute inquit Petronius poeta: *O maxima rerum, Et merito pietas homini tutiſſima virtus.* Quæ tertio mouit pedes ſuos benedictos ad opus latriæ, & deuotionis; quando vt habetur Luc. 2. iuit ad templum ad offerendum, & præſentandum filium ſuum. Item quando vt in eodem. c. habetur. in die feſto iam filio ſuo facto duodenario, aſcendit Hieruſalem ad adorandum Dominum in templo, in quo motu dedit nobis exemplum eundi libenter ad eccleſias, & ibi adorare, & deprecari Dominum. iuxta illud Pſal 67. *In eccleſijs benedicite Deo domino.* Eccleſia enim eſt domus Dei, & locus orationis; dicente Domino. Matt. 21. *Domus mea, domus orationis vocabitur.* facit e oratorium & c. in oratorio 47. di: Manus quoque ſponſæ ſuæ repleuit Deus gratia in tantum; quod dedit ei poteſtatem extendendi manus ſuas ſuper quoſcunq; peccatores ad ſe recurrentes, & co um animas Vnde de illa dicere poſſumus illud, li b ta. *In manu eius eſt anima omnis viuentis* Et ideo ipſa, quæ eſt gratioſiſſima extendit manum ſuam in tetribuendo. ſcil cet ſu s ſeruitorib. Pſal 54. *Item adiuuat manu ſua benedicta ſuos deuotos* Vnde ipſa dicit illud Pſal. 88 *Manus mea auxiliabitur ei, & brachium meum conf. rtabit eum* ſcilicet qui ad meum confugerit patrocinium. Dedit quoque ſponſus cœleſtis benedictæ virgini virtutem extendendi manum ſuam ſupra mare id eſt, ſupra amaritudines, & eos conſolandi. iuxta illud Pſalm. 68. *Ponam in mari manum eius* &c. Et ideo O gratioſiſſima virgo, vnuſquiſq; tribulatus debet ad te recurrere, & dicere cum propheta Pſalm 107 *Fiat manus tua, vt ſaluet me* & Pſal. 143. *Emitte manum tuam de alto, eripe me, vt non infigar* &c. Et protinus liberatus dicere poterit cum eodem propheta. Pſ. 136. *Poſuiſti ſuper me manum tuam: & altum me fecit dextera tua.* O manus beatiſſimæ, ſanctiſſimæ virginis, quibus ſpero duci ad locum æternæ fœlicitatis. Vnde de eius benignitate confiſus dicam ei cũ propheta Pſal. 138. *Illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua* O manus benedicta ſponſæ cœleſtis, de qua dici poteſt illud quod inquit Dauid de manu Dei. Pſ. 144. *Aperis tu manum tuã, & imples omne anim. l benedictione.*

Adopus latria.

Gratioſa in manib.

O igitur peccator, bonum nouũ, O peccatrix optimum nouum, non diffidas, non deſperes, etiam ſi commiſiſti omnia peccata enormia, ſed confidenter, & ſecure ad iſtam glorioſiſſimam Dominam recurras: Inuenies enim eam in manibus plenam caritate, pietate, miſericordia; gratioſitate & largitate, plus enim deſiderat ipſa facere tibi bonum, & largiri aliquam gratiam, quã tu accipere concupiſcas. Vnde illi inquit Bern. *Aue gratia plena. In ventre gratia diuinitatis: in ore gratia affabilitatis: in corde gratia charitatis: in manibus gratia miſericordia, & largitatis.* hæc ille. Propter has igitur prærogatiuas quas cœleſtis ſponſus beatæ virgini donauit, inquit deuotus Anſel. loquens Deo: *Quomodo veniam ad te niſi per Mariam, per quam veniſte ad me?* Qui enim per aliam viam vadit: potius deuiat, qua vadat. Sanctus quoq; Ber. ipſam benedictam virginem alloquens ait. *Sancta Maria, virgo beata, tu via es, per quam homo venit ad Deum, & peccator ad veniam; & per quam venit ad peccatorem venia: nõ enim venit ad veniam, qui neſciat amare Mariam.* hæc ille. Ecce ergo quomodo ſponſus cæleſtis magnificam donationem propter nuptias fecit ſponſæ ſuę gratia eam replendo in toto corpore & in omnibus ſenſibus corporalibus, & in tota anima: Ipſam etiam ſponſam ſuam benedictam non ſolum gratia repleuit: ſed ſibi totaliter conſecrauit, iuxta illud Pſal. 45. *Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.*

Dotem quoq; ſponſæ ſuæ accreuit. Vnde poſſumus deuote meditari quòd videns Deus ſanctitatem B. Virginis & dotem magnam, quã habebat, ſcilicet omnium virtutum: dicere potuit parentibus eius illud Gen. 34. *Augete dotem, & munera poſtulate, libens tribuam quod petieritis, tantum date mihi vxorem hanc puellam* Accepta igitur ea in ſponſam, augmentauit eius dotẽ: qui de virtute in vi tutem illam creſcere mirabiliter fecit, ita vt de ipſa dici poſſet illud, quod de filio eius poſtea ſcriptum eſt Lu 2. ſcilicet: *creſcebat ſapientia, ætate, & gratia apud Deum, & homines.* Sed non contentus rex cæleſtis ſupradictis muneribus ſpõſalitijs, & donatione propter nuptias, atque augmento dotis dilectiſſimæ ſponſæ ſuæ ei maximam dotem dedit. Nam omnes animæ eius potentias excellentiſſime dotauit.

Primo igitur intellectum ipſius dotauit dono ſapientiæ, & intelligentia. Tam præclarum autẽ eſt donum ſcientiæ quod ſecundum philoſophum 8 Phyſicorum, homo dicitur æquiuoce de docto, & indocto: nam tanta eſt differentia inter virum doctum, & indoctum, quanta eſt inter viuum,

Digitized by Google

viuum,& depictum Homo enim viuus habet o-culos,& cum eis videt: aures & cum eis audit: cęteraque ſenſuum organa ſeu inſtrumēta,& cum eis operatur operationes vitales. Mortuus autem ſeu depictus licet habeat talia inſtrumenta: cum eis tamen nihil operatur, quia cum oculis, quos habet non videt,& cum auribus non audit: & ſic de ſingulis: quia caret anima corpus viuificante: dicit enim philoſop. 2. de anima. quod anima eſt principium viuendi, ſentiendi, & intelligendi. Cū igitur perfectio intellectus ſit ſcire, vt inquit commentator Auerrois in 2. de anima. ideo doctus,& ſcientificus dicitur vere homo, tanquam ſua perfectione dotatus,& perfectus. Indoctus autem tanquam priuatus ſua perfectione non dicitur proprie homo Sponſus igitur cæleſtis hanc dotem intelligentiæ dedit ſponſæ ſuæ tam excellentiſſimo modo, quod licet natura humana habuerit plurimos viros doctos in diuerſis ſcientiis: nemo tamen vnquam ea doctior fuit: immo ipſa fuit ſuper omnes doctiſſima. Sciuit enim plus quam omnes grammatici, rhetorici, logici, muſici, geometræ, arithmetici, aſtrologi, phyſici, metaphyſici, legiſtæ, canoniſtæ,& Theologi: & quicunque alij periti in quauis arte liberali, vel mechanica. Quę concluſio probatur per illam regulam Bernard. in epiſtola ad Canonicos Lugdunenſes dicentis: *Quicquid alijs, licet pauciſſimis eſt conceſſum: non eſt credendum glorioſæ virgini fuiſſe denegatum.* Si ergo prædictæ ſcientiæ aliquibus fuerunt conceſſæ, non eſt dubitandum quòd multo excellentius conceſſit illas ſponſus cœleſtis ſuæ ſponſæ benedictiſſimæ. Præterea Gene. 2. habetur quòd Adam poſuit omnibus animantibus nomen eis conueniens ſecundū ſuas proprietates Nomina enim debent proprietatibus rerum correſpondere § eſt & aliud inſtit. de dona cum ſi. hoc autem Adam facere neſciuiſſet, niſi omnes eorum proprietates intrinſecas cognouiſſet: vt concludit Nico. de Lyra ſuper hoc paſſu. vbi etiam dicit quod Deus formauit hominem perfectum, non ſolum quantum ad corpus, vt ſtatim poſſet generare: ſed etiam quātum ad animam in ſcientia, ad quam poteſt quis naturaliter attingere: vt ſtatim poſſet docere. De ſupernaturalibus autem habuit cognitionē tantam, quantum pertinet ad ſtatum ſuum. Dicit quoque idem Nico. ſuper 5. c eiuſdem libri Geneſi. quod Adam cognouit virtutes herbarum,& lapidum, quæ faciunt ad conſeruandam ſanitatem, & vitam prolongandam. & ideo vixit diu, ſcilicet 930 annis ſecundum communem tranſlationem Bibliæ; ſed ſecundum tranſlationem Methodij vixit, 1030. Cognouit ergo Adam res, & proprietates earum: ita quod non inconuenienter dici poteſt quod illæ vltimæ differentiæ rerum, ſeu ſpecierum quæ ſecūdum philoſophum, in poſteriorum nobis ſunt occultæ, ei fuerunt notæ,& claræ Et ideo optime nouit eis imponere nomen, concordans earum proprietatibus. Vnde inquit Nico de *Lyra* ſuper Gene Cum omnia denominantur à proprietates rerum cognoſcuntur: & nullus bene regit ea, quorum naturam ignorat. Sed omnia commiſſa fuerunt regimini,& gubernationi Adæ ſecundum illud Pſal 8. *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius*,&c. ergo à primaria conditione habuit Adam rerum omnium cognitionē. Et hæc ſententia eſt ſancti Bona. in 2. diſt 23 art. 3 qu. 1. quam ſimiliter tenet Hugo de ſancto Victore lib de ſacramentis dicens: *Rerum omnium quæ cum homine, & propter hominem factæ ſunt, Adæ dedit Deus cognitionē* hæc ille. Qui iterum ibidem ait: *Cognouit homo creatorem ſuum, non ea cognitione, quæ modo à credentibus abſens quæritur: ſed ea, quæ tunc per contemplationis præſentiam cernebatur*: & idem ponit ſanctus Bona. vbi ſupra qu 3. Et ſic non cognouit per ſpeculum in ænigmate, quod ſecundū *Aug.* 14. de Trini. eſt ſimilitudo obſcura; ſed per ſpeculum clarum contemplationis, quæ cognitio in ſtatu innocentiæ præcipue vigebat tum propter animæ puritatē, tum propter carnis, & virium inferiorum ſubiectionem ipſi animæ: vt ait B. Bon. vbi ſup. Si ergo primus homo *Dei* præuaricator futurus, talem habuit cognitionem, multo magis eſt credēdum Dei genitricem innocentiſſimam, & puriſſimam,& nunquam peccaturam: & cuius animæ caro cum omnibus viribus ſuis ſemper fuit ſubiectiſſima, creatorem, & creaturas excellentiſſime cognouiſſe. Beatus etiam Tho. in 1 par. ſum, q 94 art 3. dicit quod Adam ita eſt à Deo inſtitutus, vt haberet omnium ſcientiam, in quibus homo aptus natus eſt inſtrui, & conſequenter habuit omnem ſcientiam poſſibilem in hac vita haberi. O glorioſiſſima virgo, nonne tu meruiſti eſſe perfectior Adam? Certè ſic. Quia ab æterno electa fuiſti ad opus excellentius, quam ipſe Adam. Adam enim fuit electus, vt eſſet pater omnium hominum: tu autem vt eſſes mater Dei; & conſequēter debuiſti eſſe in omni ſcientia perfectior ipſo,& cunctis eius poſteris. Et hoc teſtatur beatus Anſelmus dicens: *Omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ in Maria* Notanter autem dixit ſapientiæ,& ſcientiæ: quia ſcientia eſt cognitio rerum infimarum, ſapientia vero eſt rerum altiſſimarum ſecundum philoſophum. 9. eth. &

1. me-

Digitized by Google

1. metaphy. vbi ait: quod ſapiens eſt ille, qui ſcit omnia difficilia per certitudinem, & cauſas altiſſimas. vt igitur innueret Anſelm quod beata virgo habuit perfectam cognitionem de infimis, & altiſſimis rebus, vtrumque terminum poſuit: dixit theſauros ſcientiæ, & ſapientiæ eam habere, quia maximus theſaurus eſt ſapientia, & ſcientia. iuxta illud Sapientię 7. *Infinitus eſt theſaurus hominibus &c* & Eccleſiaſtici 1. dicitur: *In theſauris ſapientiæ intellectus, & ſcientia.* Vnde inquit Iuriſconſultus in l. 1 §. proinde. ver eſt enim. ff. de vari. & extra. co. quod *ciuilis ſapientia eſt theſaurus qui non poteſt precio numario comparari.* Philoſophus vero dicit in lib. de bona fortuna cap ſecundo. *Nihil melius eſt ſcientia, & intellectu niſi DEVS.* Ex quibus apparet quam precioſam dotem dedit Deus ſuæ ſponſæ, qui ei donauit omnes theſauros ſapientiæ & ſcientiæ.

Et notandum quod licet magnum ſit, ſcire creata: maius tamen eſt ſcire, & intelligere creatorem: quia nobilius ſubiectum eſt creator quã creatura, & penes nobilitatem ſubiecti attenditur nobilitas ſcientiæ. vt dicit philoſophus, & commentator in procemio libri de anima O igitur glorioſiſſima virgo habuiſti tu cognitionem Dei? Certè ſic & plus quam alia rationalis creatura. Nam licet Moyſes in veteri Teſtamento, & Paulus in nouo hanc ſingularem dotem habuerint, quod ante mortem ſuam viderunt diuinam eſſentiam, non ſolum in ænigmate, ſicut cæteri viatores: ſed etiam ſecundum modum comprehenſorum. vt declarat Beatus Thom. 2. 2. qu. 175. arti 3. & Rich noſter in 4 diſt 49 ar. 2. q. 6. & Auguſt. in lib de videndo Deum. & 12. ſuper Geneſ. ad litteram. & glo. 2. ad Cor. 12. Idem tamen priuilegium conceſſum fuit excellentius ipſi virgini tanquam excellentiori perſonæ: quod teſtatur Ber in quodam ſermone, qui incipit. *Signum magnum*, dicens: *Maria ſole perhibebatur amicta, quia profundiſſimam diuinæ ſapientiæ, vltra quam credi valeat, penetrauit abyſſum, vt quantum ſine perſonali vnione, vt creatura conditio patitur, luci illi inacceſſibili videatur immerſa* hæc ille. O benedicta virgo, ego credo quod ſicut Ioan. Euangeliſta, quando recubuit ſupra ſacratiſſimum pectus Domini Ieſu, hauſit fluenta euangelii. ca. legimus 93. di. qui poſtea eructauit dicens ſui Euangelii. 1. ca. *In principio erat verbum*, &c. quæ philoſophi ignorauerunt: ita & tu, quando tenebas inter brachia tua infantem illum dulciſſimum Ieſum filium tuum, hauriebas fontem ſapientiæ diuinę. Ipſe enim dilectiſſimus filius tuus emittebat radios ſuæ diuinitatis ſub illa carne innocentiſſima vſque ad intellectum tuum. Maxime autem hoc faciebat, cum in tuo ſacratiſſimo vtero recumbebat. Similiter quando in te deſcendit Spiritus ſanctus, & virtus altiſſimi obumbrauit tibi *Lucæ* 1. tantis radiis intelligentiæ, & ſcientiæ te illuſtrauit, quod clare vidiſti diuinã eſſentiam: & conſequenter doctiſſima omnium effecta es: quia meliores erant ſcholæ illæ, quam Athenienſes, vel Piſienſes, ſeu Bononienſes, & quæcunque alia mundi gymnaſia: Et confirmantur prædicta, quia vt inquit Hieron in ſermone de aſſumptione; Apoſtoli per ſpiritum ſanctum omnia cognouerunt, & in omnem edocti fuerũt veritatem. ergo virgo glorioſiſſima non minus, immo magis quam Apoſtoli fuit edocta Quod confirmat Hieronym. vbi ſup. dicens: *Beata virgo inter Apoſtolos intrans, & exiens, familiarius cum eis conſuluit de Chriſti incarnatione: tanto ſiquidem verius, quanto ab initio per ſpiritum ſanctum plenius cuncta didicerat, & perſpexerat plenius vniuerſa.* hæc ille. Ex quibus omnibus patet, quomodo ſponſus cæleſtis dotauit primam potentiam beatæ virginis, ſcilicet intellectum, theſauro ſapientiæ.

Secunda potẽtia animæ dicitur voluntas, quę tunc eſt plena gratia, quando ordinate amat creatorem, & creaturas. Hic autem amor, ſeu charitas ſecundum Aug 15. de Trini. c. 18. eſt excellentiſſimum Dei donum, quod ſolum diuidit inter filios regni æterni, & perditionis. Hoc autem ordinatiſſimo amore repleuit Deus animã ſponſæ ſuæ, & conſequenter dotauit ſecundam eius potentiam, ſcilicet voluntatem theſauro charitatis. Ipſa etenim virgo benedicta perfectiſſimè amauit creatorem, & creaturas ea menſura, qua amare debebat, vt declarabitur in 4. parte prin. huius operis ſer. 2 parte 3. Deum namq; amauit feruẽtiſſime ex toto corde ſuo, & ex tota anima ſua, & ex tota mente ſua, & omnibus viribus ſuis, ſecundum diuinum præceptum, Deuter. 6. Matth. 22. Mar. 12 & *Luc.* 10. & de pœni di. 2. ca. charitas. §. ergo charitatem, & de ſacra vncti. c. vncti. c. vnic. § hoc vnguento. Vnde Proſper in lib. Epigrammatum inquit: *Tota mente Deus, tota vi cordis ametur.* Et quidam alius poeta dixit: *Quo melior cunctis Deus eſt: plus vnus ametur.* Cato quoq; in ſuis documentis ait: *Si Deus eſt animus nobis vt carmina dicunt; Hic tibi præcipue ſit pura mente colendus.*

Quod autem beatiſſima virgo ſuper omnes creaturas feruenter Deum amauerit, immo

Digitized by Google

quod ipſa ſola plus eum dilexerit, quam omnes Angeli, & ſancti ſimul, probatur ſic: Non eſt dubitandum quod virgo glorioſa fuit grata erga Deum nã ſi quilibet creditur gratus, niſi expreſſe doceatur ingratus. l. omnimodo. & l. liberi. C. de inoffi. teſta & l. fin. § C. de ſecun. nup & in aut. vt cum de appel. co § fi. & l. ſeruos. ff. de manu. teſt. multo magis hoc credendum eſt de matre DEI ſanctiſſima. Item certum eſt quod benedicta virgo fecit omne illud, ad quod tenebatur. Si enim oppoſitum feciſſet, non fuiſſet ſancta. ſed ipſa obligabatur plus amare Deum, quam omnes Angeli, & ſancti ſimul: ergo ita amauit. Et ſi quæratur, quare ſic erat obligata? Reſpondetur quod hoc ideo, quia ipſa ſola plura, & maiora beneficia à Deo recepit, quam omnes Angeli, & ſancti, omneſque creaturæ ſimul. Maius enim beneficium fuit ipſam effici matrem Dei, quam quicquid collatum eſt omnib. creaturis ſimul. Quia igitur vt ait Grego in quadam homi lia: *Cum augentur dona, rationes etiam creſcunt donorũ*: quod etiam notari poteſt in l. presbyteri. C. de epiſcopis & clericis & in l. ſi vt certo § nunc videndum. ff. de peri. & commo. rei ven. & in l. ſi quis in grau. ff. ad Syllanianũ. Sequitur quod ipſa magis obligata erat amare Deum, quam omnes Angeli, & ſancti. Vnde inquit Hieronym. in ſermone Aſſumptionis: *Et ſi Chriſtus ab omnibus ſit amãdus, & ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute quærendus, maximè tamen ab ea ardentius, cuius erat filius. Et ideo totam eam incanduerat diuinus amor: ita vt nihil eſſet mundanum, quod eius violaret affectum, ſed ardor cõtinuus, & ebrietas perfuſi amoris.* hæc ille. Aliqui etiam doctores dicũt, quòd licet de communi lege creatura viatrix non poſſit amare Deum actualiter, & continue: ſed interrupte, quia dum vertitur ad alia, hec de Deo cogitat, nec conſequenter ipſum actualiter amat: ſaltem quãdo dormit: tamen ipſa glorioſiſſima virgo de priuilegio ſingulari cõtinue, & ſemper Deum amabat actualiter: non ſolum dum vigilabat, ſed & quando dormiebat, ſemper de Deo cogitabat, & ipſum amabat. quia licet eius corpus dormiret; animus tamen, & cor ipſius vigilabat. Hieronym. autem vbi ſup. addit: *Nouis quotidie inflammabatur deſideriorum affectibus, tanto ſiquidem validius, quanto diuinus animus illius trahebatur intus incitamentis.* Augu. quoque eam alloquens in quodam ſermone inquit: *Teipſo rex regum, & matrem veram, & decoram ſponſam præ omnibus dil gens amoris amplexu ſibi ſociauit: quia tu eum præ omnibus dilexiſti.*

Nota hoc dictum.

hæc ille. Ex quibus apparet, qualiter à Deo dotata fuit voluntas virginis benedictæ.

Tertia potentia animæ eſt memoria, ad quam pertinet ſpecies ſenſibiles ab exterioribus, & interioribus ſenſibus perceptas conſeruare. Vnde propter hoc ipſa memoria in 3 de anima. appellatur arca omnium ſpecierum; ſcilicet, omnium viſibilium, audibilium, odotabilium, guſtabiliũ, & tangibilium: & etiam inſenſatorum, quæ elicuntur a ſenſibus per virtutẽ æſtimatiuam. vt eſt ſpecies amicitiæ, vel inimicitiæ, quam elicit agnus ex viſione matris, vel lupi. Hæc igitur memoria tunc dici poteſt plena, quando viſa, audita, & lecta ſalubria, ſeu ſalutifera conſeruat, & meminit: vt puta Dei beneficia, & mandata, Chriſti myſteria, & cætera huiuſmodi. O virgo benedicta habuiſti tu memoriam gratia plenam? Certe ſic. De te enim ſcriptum eſt Luc 2. Maria conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo, verba ſcilicet quæ de Chriſto dicebantur: vt exponit Hieron. quæ omnia erant ſalubria. O miſeri mortales. O cæci homines, vos quid meminiſtis? heu quia potius mala quam bona: iuxta illud Horatij in epiſt. dicentis:

Diſcit enim citius meminitq; libentius illud,
Quod quis deridet: quam quod probat, & veneratur:

Et ideo vos abutimini potentia memoratiua. Nõ ſic autem faciebat prudentiſſima virgo Et cauſa quare in memoria ſemper habebat diuina beneficia, & alia ſalutifera, poteſt aſſignari illa, quæ ponitur in eleni vnic. § huius memorial s. de reli. & ve. & ſanctorum. vbi dicitur *memoria deſtri. & retinetur, cuius bonum aſſpicitur.* Vnde Tullius in rhetori ait: *Memoria nil perdit niſi id, ad quod non ſæpe reſpicit.* Virgo enim beatiſſima continue reſpiciebat toto mentis affectu diuina mandata, & eius beneficia cæteraque ſalubria: & ideo eorũ nunquam obliuiſcebatur. vnde in ipſa verificata eſt illa ſententia, quæ ponitur in l. 2. § ſed quia diuinæ. & alias allegatur. § ſi quid autem. C. de veteri iu. enucle. ſcilicet: *omnium habere memoriã, & nullius obliuiſci, diuinitatis potius quã humanitatis eſt.* quod etiam notat glo. in c. cum adeo de reſcriptis, & in c. porrecta de cõfit. vti. vel inuti. & in c. illud Dominus. de cle. excom. mini. Licet enim memoria ſit res infirma l. peregre. ff. de acquir. poſſ. & arg ff de adimend s le. l. filio & quãuis ſit res labilis. l ſi arbiter. ff. de probatio & l. iubemus C. de teſt. Vnde dicitur quod etiã Papam quandoque fallit obliuio c. præterea vbi glo. 23. di. quod etiam notat glo. in d. c. Dominus. de cle.

excom

Digitized by Google

excom.mi. Tamen in beata virgine nunquam eſt infirmata, ſicut communiter fit in ſenibus: ſed ſemper fuit ſtab.l.s, & firmiſſima. Et ideo memoria naturalis Senecæ, & ſancti Antonij Paduani, qui memoria pro codicibus vtebantur: Item memoria artificalis Tullij, & cũctorum hominum, nihil erat in cõparatione memoriæ virginis glorioſæ. Vnde licet dicatur, quod ſcripturæ ſunt inuentæ cauſa memoriæ, vt in aut. vt prępo. no Imper. col. 5. & l. contrahitur. ff. de pigno. tamẽ quoad ipſam virginem, non erant neceſſariæ aliquæ ſcripturæ, pro cõſeruatione memoriæ ſuæ. Cum igitur dicat Seneca in proœmio libri declamationum: *Memoria eſt res ex omnibus animi partibus maxime delicata.* & Goffredus Anglicus in poetica ſua canat: Cellula quæ meminit, eſt cellula delitiarum &c. Vnde Tullius in 3. Rhetori. appellat memoriam theſaurariam inuentorum. Appa ret quam precioſam dotem dedit ſponſus cæleſtis ſuæ dilectiſſimæ ſponſæ: quam tam inſigni memoria illuſtrauit, & cuius memoriam omnibus bonorum intelligibilium ſpeciebus repleuit.

Quarta animæ potentia dicitur: concupiſcibilis. Per experientiam namque videmus, quod nos multa deſideramus, ego vnum, tu aliud, ille aliud. Sicut ergo non poſſemus aliquid videre, niſi haberemus potentiam viſiuam: nec audire ſine potentia auditiua, & ſic de alijs: ita non poſſumus aliquid deſiderare, niſi in nobis haberemus aliquam potentiam, qua hunc affectum deſiderandi facere poſſimus: & iſta potentia dicitur concupiſcibilis, vel deſideratiua: & poteſt concupiſcere bonum, & malum. Vnde quia caro & ſenſualitas deſiderat carnalia, & ſenſualia: & ex peccato primorum parentum eſt inclinata ad appetendum noxia. Ideo dicitur ad Gal. 5. quod caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: res contrarias ſpiritui, animæ ſaluti ſecundum vnam expoſitionem. Hanc autem potentiam concupiſcibilem male polluti qui dant, qui ea illa appetunt, & deſiderant vana, & nociua, iuxta illud Prouerb. 21. *Anima impij deſiderat malum*: vel temporalia appetunt cum nimio affectu, contra illud documentum Auiani poetæ dicentis: *Nemo nimis cupidè ſibi rem deſiueret vllam.* Hanc autem potentiam in beata ſponſa ſua Deus dotauit deſiderio perpetuo æternorum, ita vt nunquã concupiſceret niſi bonum, dicens cum propheta Psal. 118. *Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore*, & iterum ibidem, *& mandata tua deſiderabam.* Vnde de hac concupiſcentia bonorum gratias agebat Deo Pſalm. 102. dicens: *Benedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me ſunt, nomini ſancto eius.* & poſtea aſſignat rationem dicens: *Qui replet in bonis deſiderium tuum.* Semper quoque deſiderabat virgo benedicta adipiſci gaudia patriæ cæleſtis, quæ ſunt immutabilia. De quibus Proſper in lib. o epigrãmatum inquit:

Semper erunt, quod erant æterna gaudia vitæ,
Gaudendi quoniam cauſa erit ipſe Deus.
Nec varies pariet motus diuerſa voluntas,
Vnum erit in cunctis lumen, & vnus amor.
Iamque bonis ſummis poſita ex; ertentia fœlix,
Nec volet augeri, nec metuet minui.

Hæc ille. Qui ibidem vnumquemque noſtrum ad concupiſcendum bona cæleſtia cum ipſa Dei matre exhortatur, dicens:

Delectat iam nunc promiſſi concipe regni,
Virtute, atque fide quod cupis eſſe, tene.
Exulta agnoſcens te verbi carne renatum,
Cuius ſi pars es pars tua Chriſtus erit.
Quin te damnandi ligeres mala gaudia mundi,
Promiſſum ad regnum ſe tibi fecit iter.

Quinta animæ potentia dicitur iraſcibilis: & eſt illa, qua iraſcimur contra irrogantes nobis, vel proximo iniurias, & damna. Et poteſt bene, & male exerceri. Male quando quis ex ira mouetur ad vindictam: appetẽs vlciſci de inimico ſuo. Et tunc hæc potentia male exercetur adeo quod quidam ſapiens, vt legitur in prouerbijs philoſophorum dixit: *Homo extra corpus ſuum eſt cum iraſcitur*: Facit. n. ira amittere iudicium rationis, dicente Catone, *Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.* Vnde Tullius in Tuſcu quæſt. li. ait: *Iracundia conſilio inimica eſt.* Perturbatio autem animi per iram facta, demõſtratur per ſigna corporis exteriora. Nam de irato inquit Ouid 3. de arte amandi:

Ora tument ira: nigreſcunt ſanguine venæ & 8. Metam idem ait:

Sæpe ſuum feruens oculis fert ira furorem.

Et Gualterius in Alexandreide, lib. 5. dicit:

Comes indiuiſa furoris.
Præcipites capit ira gradus, & fellea torquet
Lumina: contemnitq; humiles rationis habenas. Et Virgilius 2. Æneid inquit:

Furor, iraque mentem Præcipitant. Et talem iram nunquam habuit beata virgo: quæ cum ſapientiſſima eſſet, verificatum fuit in ea illud, quod inquit Tullius in Tuſ. u. quæſtio. ſ. quod *ſapiens nunquam iraſcitur.* Bene autem potentiam iraſcibilis potentia exerceri, & cum merito: quando quis ex zelo iuſtitiæ iraſcitur contra peccata, iuxta illud prophetæ Pſal. 4. *Iraſcimini, & nolite peccare.* & hoc modo excellentiſſime exercuit beata virgo hanc

Dotauit Deus concupiſcibilẽ deſiderio perpetuo æternorum

Dotauit iraſcibilem zelo iuſtitiæ, ac virtute patientiæ.

Digitized by Google

ſo hanc potentiam, quæ peccata ſummæ deteſtata eſt,& odio habuit. Vnde illi inquit propheta Pſal.44. *Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem* &c. Bene etiam exercetur hæc potentia, quando quis refrænat iracundiam per patientiam ſeruādo illud Ouidij in epiſtolis: *Vince animos,iramq; tuam,qui cætera vincis.*

Hoc autem perfectiſſime egit beatiſſima virgo,quæ cum eſſet optima: nunquam in aduerſis conturbata eſt Sed de illa verificata eſt illa Senecæ ad Lucillum ſententia,dicētis: *Vir bonus,quicquid ei acciderit,æquo animo ſuſtinebit. Sciet enim id ſibi accidiſſe lege diuina,qua vniuerſa procedūt.* Cum igitur beatiſſima virgo ſuper omnes ſcientiſſima fuerit: profectò omnia aduerſa ſibi à bono Deo ſalubriter permiſſa cognoſcens patientiſſime tolerauit. Et cum omnes virtutes habuerit, non eſt dubitandum quòd etiam patientiam in ſummo poſſedit. de qua inquit Prudentius poeta:

Omnibus vna comes virtutibus aſſociatur,
Auxiliumque ſuum fortis patientia miſcet.
Virtus nam vidua eſt,quam non patientia firmat.

Non ſolum autem patienter tolerauit aduerſa, ſed in ipſa tolerantia valde gaudebat. Vnde de eius patientia dici poterat illud Lucani in 9. *Gaudet patientia duris.* & illud Prudentij in libro de conflictu vitiorum,& virtutum:

Ecce modeſta graui ſtabat patientia vultu,
Per medias immota acies,variaſque tumultus,
Spectabat defixa oculis,& læta manebat.

Cum igitur dicat moralis Cato: *Magna etenim morum ſemper patientia virtus.* Apparet quam excellenter dotauit ſponſus cæleſtis potentiam iraſcibilem ſponſæ ſuæ tam mirabili patientia,& manſuetudine De qua loquens Bernard.in quodam ſermone inquit: *Reuolue diligentius euangelica hiſtoria ſeriem vniuerſam: & ſi quid forte increpatorium,& ſi quid durum,ſi quod deniq; ſignū tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cætero ſuſpectam habeas, & ad eam accedere verearis: quod ſi plenam magis omnis pietatis,& gratia,plenamque manſuetudinis, & miſericordia inueneris, quæ ad eam pertinent, gratias age ei,qui talem tibi mediatricem ſua benigniſſima miſeratione prouidit: in qua nihil poteſt eſſe ſuſpectum* hæc ille.

Chriſtus et Maria differenter ſunt pleni gratia. Sed vt paucis multa concludam, dico, quod tam excellentem dotem dedit Deus ſponſæ ſuæ, conferendo ei gratias ſuas quod inquit Hieronymus in ſermone Aſſumptionis: *Omnis plenitudo gratia qua in Chriſto fuit , venit in Mariam: quanquam aliter,& bene. Nam plenitudo gratia venit in Chriſto,ſicut in homine perſonaliter deificato: & in Maria ſicut in templo Dei verbi ſingulariter dedicato. In Chriſto vt in capite influente In Maria vt in collo corpori Eccleſia transfundente. In Chriſto vt in ſuppoſito ſubſiſtente : ac ex vniuerſali fonte omnis boni lumen gratia influente:in Maria ſicut fœliciter hac omnia tam mente, quam carne recipiente.* Non ſolum autem cæleſtis ſponſus repleuit ſponſam ſuam gratia,& ſanctitate : ſed etiam in ipſa gratia,& ſanctitate eam confirmauit,& in perpetuum ſtabiliuit in celebratione harum nuptiarum.ſ.in conceptione filij ſui, vt dixi in 1.parte principali huius operis ſermone 1. parte 3. Tam ampla autem fuit dos ipſius benedictæ virginis,vt ſoli Deo cognoſcenda ſeruetur Et ad hoc applicari poteſt illud Eccleſiaſt.1. *Ipſe creauit illam in ſpiritu ſancto: vidit,& dinumerauit,& dimenſus eſt* ſ.ipſe ſolus. Sed quid vltra me extendam in exprimenda magnitudine dotis virginalis,cum ipſe Deus in dotem,& præmium harum nuptiarum ſeipſum ſponſæ ſuæ dederit. dicens ei illud Geneſ.15. *Ego ſum merces tua magna nimis.* Cuius tam amplæ dotis inſtrumentum tradidit Angelus Gabriel dicens,& ſcribens: *Aue gratia plena, Dominus tec.*&c. Quia vero glorioſæ pompæ, & ſolennitates in matrimonijs illuſtrium perſonarum debent interuenire. vt notatur in aut. quibus mo.na.eff. lgi §.hoc ergo col 6 ideo non eſt dubitandum in tota cæleſti curia indicibilia gaudia,& exultationes ineffabiles: atque lætitiæ maximæ indicia, ſolemnitateſq; magnificas in his ſacratiſſimis nuptijs interueniſſe.

PARS OCTAVA, DE ſponſæ cæleſtis caſto erga Deum timore.

MAgnum ornamentum mulierum eſt timoroſitas: non quidem timoris,qui ex cauſa mala, veluti ex puſillanimitate procedit De quo Lucanus lib.6 inquit: *Degeneres trepidant animi , peioraque verſant.* & lib.7. *Multos in ſumma pericula miſit Venturi timor ipſe mali.* Et Virgilius. Aneid inquit: *Degeneres animos timor arguit.* Hunc enim timorem non appetunt viri eſſe in vxoribus ſuis,ſed timorem , qui procedit ex amore: quando ſ. vxor timet offendere virum ſuum: & ad hoc propoſitum poſſet exponi illud Ouid.in epiſtolis: *Res eſt ſolliciti plena timoris amor.* licet ipſe in alio ſenſu dixerit De hoc ornamento loquens Apoſtolus ad Epheſ.5. ait: *Vxor timeat virum ſuum.* Iſte autem timor ppteſt dici caſtus:de quo habetur 23.q.5.§.vltim.

Digitized by Google

vbi ſcriptum eſt: *Timor caſtus de quo hæc dicitur, eſt quo timemus ne tardet, ne diſcedat, ne eo careamus.* Hoc autem ornamentum timoroſitatis habuit ſponſa regis cæleſtis. Et ideo de ipſa in figura ſcriptum eſt Iudith, 8. *Hæc erat mulier famoſiſſima, quæ timebat Dominum valde.* Debent quoq; ſemper mulieres timere ne in aliquo offendant pudicitiam. Et ideo euitare debent colloquia, conuerſationes, & aſpectus virorum: cum hæc occaſio eis eſſe poſſint ruinæ: nam conuerſatio mutua prouocat luxuriam, Iuxta illud Ouid. 2. de arte amandi: *Mora ſemper amantes Incitat* &c. & propter hoc dicit Bernardus ſuper *Miſſus eſt: Virgines quæ vere virgines ſunt, ſemper ſolent eſſe pauidæ & nunquam ſecuræ. Et vt caueant timenda, etiam ſecura pertimeſcunt; ſcientes ſe in vaſis fictilibus theſaurum portare; & nimis arduum eſſe inter homines, vt Angelum viuere: & in terris more cæleſtium conuerſari, & cælibem agere vitam.* hæc ille. Cognoſcens igitur beatiſſima virgo, veram eſſe ſententiam Hieronymi ad Euſtochium dicentis: *Raro cogitatur in mente, quod exteriores ſenſus non nutriunt. Hæ enim ſunt feneſtræ: hæc oſtia, quæ ſi non clauſa fuerint, morti patet introitus, & nil niſi funeſte ingreditur. In ſilentio autem, & clauſura, ac quiete cogitationes peruerſæ vitantur.* Seruauit ſemper illud quod Hierony. eidem Euſto. ſcribit dicens: *Caue ne domum exeas, ſcilicet ſine magna neceſſitate, vel vtilitate: & ne velis videre filias regionis alienæ: quamuis fratres habeas patriarchas & Iſrael parente læteris. Nam Dina domum egreſſa corrumpitur. Nolo igitur te ſponſum quærere per plateas: nolo te circumire angulos ciuitatis. Sponſus enim in plateis inueniri non poteſt.* hæc ille. Ipſa namque virgo benedicta à tertio anno ætatis ſuæ vſque ad tempus, quo nupta fuit, ſemper in templo ſtetit, & inde non diſcedebat. Vnde Ambroſius ſuper Lucam exhortatur dicens: *Diſce virginem moribus, diſce virginem verecundia, diſce virginem oraculo ſolam in penetralibus: quam nemo virorum viderat. Angelus reperit ſolam ſine comite, ſolam ſine teſte* &c. Quæ omnia faciebat inter alias cauſas, vt ſuam perpetuam virginitatem illibatam per omnia conſeruaret. Quod autem hoc timorationis ornamentum excellenter fuerit in beata virgine, patet Lu. 1 vbi dicitur, quòd cum eſſet ab Angelo ſalutata, turbata eſt, turbatione quidem non furoris, ſed pauoris. Et ratio fuit, quia vt dicunt doctores in 3. diſt 3. apparuit ei in ſpecie humana: virginum autem eſt trepidare, & ad omnes viri ingreſſus pauere, omneſque virorum affatus vereri: vt dicit gloſſ. ſuper prædicto Lucæ. cap. De hoc autem

B. V. à tertio ſuæ ætatis anno, vſque ad tempus nuptiarum in templo ſtetit.

ornamento ſponſæ cæleſtis inquit Ambroſius ſuper Lucam: *Diſcite virgines ſacræ, non circumcurſare per alienas ædes, non demorari in plateis, nō aliquos in publico miſcere ſermones. Maria in domo ſera feſtina in publico, manſit apud cognatam ſuam etiam tribus menſibus: non quòd domus eam delectaret alienæ: ſed quia frequentius videri in publico diſplicebat.*

PARS NONA, DE huius diuinæ ſponſæ ſancto pudore.

NOnum ornamentum, quod habere debet ſponſa, dicitur pudoroſitatis. non enim debet eſſe de illis de quibus Iuuenalis inquit: *Hic nullus verbis pudor, aut reuerentia menſæ* ſed debet eſſe verecunda. Vnde Apoſtolus pri. ad Ti 2. ait: *Mulieres ſint cum verecundia, & ſobrietate ſe ornantes* Debent enim verecundari, facere aliquid inhoneſt. tā in ſecreto, quàm in publico. Vnde Hieronym. ad Demetriadem de virginitate ſeruanda inquit: *Quicquid pudet dicere, pudeat cogitare*: Licet autem dicat Pamphilus poeta: *Nam venit à ſola ruſticitate pudor.* hoc eſt, falſum de pudore verecundiæ, quæ eſt virtus. De qua Valerius maximus libro 4. inquit: *Verecundia parens eſt omnis honeſti, magiſtra innocentiæ, chara proximis, accepta alienis, omni loco, omni tēpore fauorabilem preferens vultum.* hæc ille. Maxime autem hæc virtus conuenit iuuenibus. Ait enim Seneca ad Lucillum epiſtola 11. *Verecundia in adoleſcente bonum ſignum eſt.* Et idem epiſtola 26 dicit: *Nutriendus igitur pudor, qui quamdiu in animo durauerit, aliquis bonæ ſpei locus erit.*

Diuus quoque Ambroſius in 1 de officiis inquit: *In adoleſcentibus verecundia velut quædam naturæ dos commendatur, & eſt prima diſciplina: hæc in ipſo corporis motu, geſtu, & inceſſu tenenda eſt: Habitus enim mentis cernitur in ſtatu corporis: & vox quædam eſt animi corporis geſtus, vel motus. In ipſo quoque corporis decore verecundia plus eminet:* hæc ille. Qui etiam ibidem ait: *Verecundia eſt, verba fœda, ſuperfluaq; reprimere* Et Quintilianus libro 7 de oratoria inſti. dicit: *Nihil eſt ad conciliandum animos gratius verecundia.* Et ideo Seneca in 2. declamationum inquit: *Efferat matrona oculos iacentes in terram* &c. Quod quidem faciebat matrona noſtra virgo benedicta omni verecundia, & pudore ſancto repleta. Vnde fuit illa mulier de qua Eccleſiaſtici 26. dicitur: *Gratia*

Ambroſ.

ſuper

Digitized by Google

ſuper gratiam, mulier ſancta, & pudorata. Ipſa enim adeo pudorata, & ſancta fuit, quod nũquam aliquid vel minimum, quod ſancto pudori non conueniret, peregit: immo nec vnquam cogitauit, aut dixit. Seruauit nanque illud Ambroſij in 1. de officijs dicentis: *Pulchra virtus eſt verecundia, & gratia ſuauis, quæ non ſolum in factis, ſed etiam in ipſis ſpectatur ſermonibus: vt ne modum, prætergrediatur in loquendo, nec quicquam indecorum reſonet in ſermone: ſpeculum namque mentis plerumque in verbis refulget.* hæc ille. O igitur verecundiſſima Dei ſponſa: tu non feciſti ſicut multæ noſtri temporis virgines nuncupatæ, quæ in portis manentes, vel per terras vagantes, vultus hominum inuerecundè aſpiciunt: iuuenes libenter alloquuntur, cũ eis rident, triumphant, ludunt tactibus, & geſtis diſſolutis multa inhoneſta faciunt. Vnde poſtea nocte cogitant, quæ in die viderunt, vel egerunt. Sed tu virgo honeſtiſſima demiſſis in terram oculis incedebas, & adeo eras verecunda, vt non ſolum in viſione hominum ſed etiam angelorum erubeſceres, quando tibi non humana ſpecie apparebant. Seruaſti quoque illud Hierony. ad Euſtochium dicentis: *Propterea charissimæ, hec hortor, hec moneo, hec mando vobis, vt quæ Chriſti deſponſatæ eſtis connubio, cui omnem caſtitatis veſtræ fidem vouiſtis: cui nullum præter ipſum amatorem cognoſcere ſub iureiurando eſtis pollicitæ: viri cuiuſcunque ſtatus, etſi eum ſanctitas exornet, etiam ſi Ioannis Baptiſtæ æquaretur in meritis, quæratis effugere faciem: nec liceat ſecum dilectione ferventi aſtringi. Credatis experto. Nihil omnino eſt periculoſius viro quàm mulier, & mulieri quam vir: Vterque palea: vterq; ignis. Deceam audacter, proh dolor, Dei templa, ſpiritus ſancti vaſa, & Deo dicata ædificia, niſi diligẽtiſſima ſeruentur cuſtodia, proſtibula fiunt, & aufertur tam nobile depoſitum, tam precioſus theſaurus, irrecuperabile decus caſtitatis. Omni igitur cuſtodia ſeruetur cor. Super muros Hieruſalem ponantur cuſtodes, tota die, ac nocte non dormiant, ne fur introeat, ne ſpolia auferat, quæ penitus recuperari non poſſunt,* hæc ille.

Hiero. verſus notanda:

PARS DECIMA
De ſponſæ cæleſtis honeſtate.

Decimum ornamentum quod in ſponſa requirunt magni principes, dicitur honeſtas ſcilicet interioris, & exterioris. Non enim ſufficit quod aliqua ſit honeſta in animo, quantum ad voluntatem, ſed etiam requiritur honeſtas quantum ad euidentiam exteriorem. Honeſtas autem extrinſeca hominis conſiſtit in cuſtodia ſenſuum, & circunſpectione, & grauitate geſtuum, & actuum exteriorum: per quam exteriorem grauitatem, & honeſtatem poteſt fieri cõiectura de honeſtate interiori: quia habitus cognoſcuntur per actus 2. de anima. & 2. polit. Vnde Ariſtot. inquit in 4. metaphyſic. *Opus bonum, & malum ab extra, indicat, quale ſit in anima* & 1. de anima idem philoſophus ait: *Anima ſimplex, & intellectualis cognoſcitur per motum, ac ſenſum: & per operationem ſui corporis:* & ibidem: Accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt & 12. Metaph. Actus ſpecificant habitus. gloſſa quoque in cap. nec aliqua 27 quæſt. 1 dicit: *per exteriora interior voluntas dignoſcitur.* Facit ad hoc illa vulgaris ſententia iuris, quæ ait: *per exteriora cognoſcuntur interiora* § ceruos. inſti. de rerum diui l. naturalem §. in his. ff de acquiren. re. do l ſu ciuius §. illud ſciendum. ff ex quibus cau in poſ. ea. Ariſtot. quoque in 2. priorum ait: *Per ſigna corporis nobis nota ſyllogizamus diſpoſitiones animæ nobis ignotas* Et Ambroſius in libro de offi. di. *Habitus mentis per ſtatum corporis cognoſcitur.* Proſper etiam in lib. epi. epigrammate 22 inquit: *Ex operum ſpecie clareſcunt intima cordis* De actibus enim exterioribus habent homines iudicare Clemen exiui de paradiſo §. cupientes de verbo. ſignifi. Et ideo quando quis hincinde reſpicit mulieres. & quando mulier nutibus oculorum aliqua ſigna facit viris: vel eos reſpicit impudicè, ſignum eſt quòd eius animus eſt impudicus: de quo vitio Auguſtinus in cap. Nec ſolo 32. quæſt. 5. ait: *Non dicatis vos animos habere pudicos, ſi habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius.* Hoc autem ornamentum honeſtatis habuit excellentiſſima virgo benedicta, quæ in omnibus actibus, & geſtis ſuis circunſpectiſſima, & honeſtiſſima fuit. Vnde Ambroſ. in 2. de virginibus ait: *Nihil torvum in oculis Mariæ: nihil in verbis procax, nihil quæ in actu inuerecundum fuit* Ipſa enim perfectiſſime adimpleuit illud conſilium Goffredi in poetica dicentis: *Seruemus honeſta & mala vitemus:* Vnde de ipſa poteſt dici illud Sapient 7. *& innumerabilis honeſtas per manus illius* Et in l. de ſe dici poteſt illud Eccleſiaſt. 24 *Fructus mei fructus honoris, & honeſtatis.* Quia autem extrinſeca honeſtas ſine intrinſeca parum valet: immo ſeruantes honeſtatem exteriorem, & habentes inhoneſtam mentem.

B. V. honeſtas exterior.

Digitized by Google

tem, ſunt ſimiles ſepulcris dealbatis, & ab extra depictis, quæ intus plena ſunt cadaueribus mortuorum, & omni ſpurcitia, licet à foris appareant hominibus ſpecioſa: vt inquit ſaluator Math. 24 de Phariſæis. Ideo oportet quòd mulier non ſolum ſit honeſta, & incontaminata in operibus, verbis, & omnibus actibus exterioribus: ſed etiam in cogitationibus & deſiderijs intrinſecis Sciendum eſt autem, quòd ſecundum leges ciuiles maior honeſtas requiritur in mulieribus quam in maſculis: & ideo ex inhoneſtate punitur quãdoque mulier, & non vir, vt notat gloſſ. in l. palam § qui in adulterio. ff. de ritu nup. Hanc autem intrinſecam, & extrinſecam honeſtatem, habuiſſe virginem benedictam, patet reſponſione eius facta Angelo, quando ei dixit Luc. 1. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum nõ cognoſco.* quod gloſſa exponit. i. *in virginitate manere diſpoſui, & virum non cognoſcere propoſui*: & ibidem ait gl. *Vide quanta eſt Mariæ conſtantia, quæ licet ſalutata, licet confortata, licet commendata, potius tamen videtur nolle habere prolem, quam perdere virginitatem: & ideo de modo quærit: dicens Quomodo fiet iſtud?* Bernard quoque in quodam ſermõne inquit: *O virgo prudens: O virgo deuota: quis te docuit Deo placere virginitate? Quæ lex, quæ iuſtitia, quæ pagina veteris teſtamenti hoc præcepit? Nos legimus Apoſtolum dicentem: De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do: Tu vero nec præceptum, nec conſilium, nec exemplum habuiſti* Hæc ille. Tanta autem fuit honeſtas beatæ virginis, quòd nunquam motum aliquem, vel rebellionem carnis habuit: nec modicam incontinentiæ cogitationem: immo eius honeſtas ab omnibus in eam aſpicientibus extinguebat, vt ſupra diximus, omnem libidinem, quia vſq; ad medullas cordis ipſorum penetrabat.

> *Expen Lu. 1. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cogn.*

Pro concluſione vero noſtri ſermonis dico, quod B. virgo in hoc ſeculo poſt Chriſtũ fuit exemplum, & ſpeculum omnis honeſtatis, & bene viuendi. Vnde illud Geneſ. 1 *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius*, ſcilicet ſolem, *& luminare minus*, id eſt lunam. exponi poteſt de Chriſto, qui eſt ſol iuſtitiæ, & de virgine benedicta, quæ dicitur luna; quia ſicut luna à ſole recipit lumen: ita beata virgo ſplendorem lucis, & gratiæ, ac normam recte viuendi ſuſcepit à Chriſto. Et maxime in illo tempore, quo cum eo conuerſata eſt Vnde doctor quidam Græcus ſuper illud Lucæ 2. *Mater eius conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo*, ait: *Conſidera prudentiſſimam mulierum Mariam, veræ ſapientiæ matrem, qualiter ſcholaris ſit pueri. Non enim vt puero, neque vt viro, ſed vt Deo vacabat, & illius voces, & opera reputabat Idcirco nihil ex dictis, aut factis ab eo incaſſum illi patebat: ſed ſicut ipſum verbum prius in viſceribus, ita nunc eiuſdem modos & dicta concipiebat: & in corde ſuo fouebat, & hoc in præſenti contemplabatur, quod expectabat in futuro clarius reuelandum. Et hac quidem tanquã regula, & lege per totam vitam vtebatur.* Hæc ille. Erat autem virgo Maria exemplar omnium virtutum. Vnde dicitur in ſermone omnium ſanctorum: *Virgo Maria Dei populum faciendo, monebat ſpernere perituri luxus ſeculi, à lenocinio mortalis vitæ declinare, carnis pudicitiam cum virginitatis honore intra cordis hoſpitia obſeruare, eamque omnium virtutum reginam fructum ſalutis perpetuæ ſociam eſſe Angelorum, ſuis affirmabat exemplis*: Sicut autem virginitatis, & pudicitiæ, ita & omnium aliarum virtutum norma fuit. Vnde Ambroſ. in lib. de virgi inquit: *Talis fuit Maria, vt eius vnius vita omnium ſit diſciplina*

> *Honeſtas Mariæ interior.*

Et Hiero. in ſermone ad Paulam, & Euſto. ait: *Si placeat vobis, chariſſimæ, talis, ac tanta virgo, placeat & opus virtutis eius, cuius vita omnium diſciplina eſt. cuius meritis inſtituta ſunt eccleſiarũ: quæ præcellit cunctis, & ſupereminet vniuerſis.* & infra: *Tanta erat claritas virtutis eius, vt aliorum vitam quodammodo obſcuraret* Et hoc eſt veriſſimum. Nam ſi beatus Ioannes Baptiſta tantæ fuit ſanctitatis, ſicut dicit Chryſ. vt omnium aliorum vitam redderet culpabilem: quid ſentiendum eſt de matre altiſſimi? Et ideo Hieronym inquit: *Sicut in comparatione Dei nemo bonus: ita & in comparatione matris Domini nulla inuenitur perfecta creatura, quamuis virtutibus eximia comprobetur, Vnus eſt enim pater noſter, qui eſt in cælis: & vna eſt mater noſtra: Vna & eſt forma virtutum Maria. Et idcirco hanc imitemini moribus, ſequimini caſtitatem eius, & implorate auxilium*: hæc ille, & merito.

Nam cum Terentius dicat in Adelphis: *Inſpicere tanquam in ſpeculo vitam hominum iubeo: atque ex alijs ſumere tibi exemplum.* Et Seneca ad Lucillum ſcribens, conſulit dicens: *Elige tibi cuius tibi placeat vita. Opus eſt aliquo, ad quem mores noſtri ſe erigant Niſi enim alicuius regulam prauiam aſpicias, mores erigere non valebis.* Et Cato in ſuis documentis: *Multorum exemplo diſcas quæ facta ſequaris, Quæ fugias: nobis vita eſt aliena, magiſtra.*

Profecto omnes Chriſtiani debent ſibi præponere ante oculos mentis, vitam huius ſacratiſſimæ ſponſæ cæleſtis tanquam irreprehenſibile exemplar omnis perfectionis: quod Deus fecit in hu-

in humana ſpecie, vt ipſa cum filio ſuo eſſet metrum, & menſura omnium aliorum: ſicut fecit & in omnibus alijs generum ſpeciebus, ſecūdum ſententiam Philoſophi 10. Metaphyſi. Ideo Ambroſ. vbi ſupra ait: *Sit nobis tanquam in imagine deſcripta virginitas Mariæ, in qua velut è ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis. hinc ſumatis exempla viuendi: vbi tanquam in exemplari magiſteria ſunt expreſſa probitatis: quæ quid corrigere, quid fugere, quid tenere debeatis oſtendunt.* Hæc ille. Et ideo omnes debemus obſeruare illud, quod inquit Deus Exod. 25 dicens: *Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt*, id eſt in altitudine vitæ glorioſæ virginis, quam ego ab æterno ordinaui; & præparaui vt eſſet mihi ſponſa, filijque mei mater, & ſpiritus vtriuſque habitatio digna, angelorum regina: atque omnium hominum regula, & magiſtra. Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

SERMONVM MARIALIS

PARS TERTIA PRINCIPALIS, in qua tractatur de Glorioſæ Matris Dei Nominatione

ET PROPRIO VOCABVLO, Mare Magnum B.V. nuncupatum.

SERMO PRIMVS.

In quo ex quinque litteris nominis, Maria, quinque proprietates, totidem figuræ, ac quinque eius in nos beneficia explicantur.

NOMEN *virginis Maria* Lucæ 1. Licet propria nomina ponãtur, & mutentur pro libito propriæ voluntatis C. de muta. nomi. l. 1. & ideo de his non curatur l. ſi quis in fundo vocabulo. ff de legat 1. Vnde dicitur, quod diſputatio de proprio nomine eſt relinquenda pertinacibus. vt inquit gloſſ. in l. acceptiria in verbo vocabula C. de conſti pecu. nam de nomine proprio, quia facti eſt, non poteſt reddi ratio. vt ait Bart in l. fi. §. penulti. ff. ad muni. Tamen alibi dicitur, quod expreſſio proprij nominis multum operatur. l. ſi ſeruus communis ff. de ſtipu. ſeruo l fi. C. per quas perſonas no acqui. & l. ſi cui balneum ff qui. mo. vſufruct. amit. Item ſolet dici, quod magnum eſt priuilegium vocari bono nomine l. 1. cuncta glo. in verbo hanc. C de ſumma Trinit & ſi Ca. & nihil mali eſt, honeſti hominis nomen aſſumere. l. facta §. ſi mandata ff ad Trebell. Dicitur etiam quod ex qualitate nominis proprij oſtenditur, & arguitur qualitas perſonæ. vt ait gloſſ. in rubric. ff. veteris. in verbo Iuſtinianus: & gloſſa in procemio. 6. vbi ex nomine Bonifacij arguitur, quòd erat bona faciens propter hoc etiam Accurſius Florentinus gloſſator eximius, multum gloriatur de nomine ſuo in d. l. facta. §. ſi in danda ff. ad Trebel. in verbo conditio. dicens ſe habere honeſtum, & pulchrum nomen: & quod vocatur Accurſius, quia accurrit, & ſuccurrit contra tenebras iuris ciuilis. Eapropter beatiſſima virgo Maria merito gloriari poteſt de ſuo excellentiſſimo nomine. Pro cuius declaratione eſt ſciendum, quod vt inquit beatus Thomas in 3. parte ſummæ quæſt 37. ar. 2. nomina debent proprietatibus rerum correſpondere: vt patet in nominibus generum, & ſpecierum. 4. Metaphyſicæ. Ideo dicitur communiter quod nomina debent rebus eſſe conſona 21. diſt. c cleros. 12. q 1. c. clericus 16. q. 1 c. ſi cupis 24. q. 1. ca. pudenda. de præben & digni. c cum ſecundum Apoſtolum & inſti de dona §. eſt & aliud & in aut de conſu § ſed ſi quis. & C. de epiſc & clericis. l. decernimus. & de offic. præ. vr. l. 1. & de defen ciui. l. defenſores. & ff. de tutel l. 1 & in auten. de defen. ciui. in principio collat 2. facit ea. pœnitentia el. ſecun o. & ibi gloſſ de pœn. diſtinct 3. & l à nullo. C. de feri & l ita vulneratus in principio. ff ad legem Aquil. Quod ſi hæc regula locum habet in nominibus quarumcunque rerum: multo magis ſortietur effectum in nominib. à Deo impoſitis, quæ ſignificant aliquod gratuitũ donum tali nominato diuinitus datũ: ſicut Geneſ. 17. dixit Deus Abrahæ: *vocaberis Abraam: quia patrem multarum gentium conſtitui te.* Ante quippe vocabatur Abram per vnum a tantum. & Matth. 16. inquit Chriſtus Simoni: *Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Dixit quoque Angelus Ioſeph ſponſo virginis de nomine filij Dei

Nomina diuinitus impoſita ſignificant aliquod donũ gratuitum diuinitus datum.

Digitized by Google

Dei Matth. 1 *Vocabis nomen eius Ieſum à peccatis eorum.* Quia ergo nomen matris Chriſti impoſitũ eſt à Deo: vt inquit Hieronymus ſuper Matth, & Ambr. in ſermone de natiuitate virginis. & Ber. ſuper *Miſſus eſt.* Anſelmus in lib. de conceptu virginal. c. 2. & Bartholomæus de Piſis in lib. beatæ virginis, fructu. 8. ita quod dici poterat virgini naſcenti illud Eſa. 62. *vocabitur tibi nomen nouũ, quod os Domini nominauit.* & Eſa 63. *A ſeculo nomen tuum.* Dixit quoque illi Deus illud Eſa 45. *Ego Dominus qui voco nomen tuum:* Nomen etiam ſuum expreſſit Angelus, dum dixit illi: Lucæ 1 *Ne timeas Maria* &c. Vnde dicere poterat ipſe Angelus illud Eſa 43. *vocaui te nomine tuo, quod os Domini nominauit.* Profecto non eſt dub tandum maximam eſſe nominis eius excellentiam, & proprietatem; quia emanauit ab illo, qui opus imperfectionis non nouit. c maiores. ver licet adhuc. extra, de baptiſ. item quia nomen dicitur excellens, & elegans, quando eſt verificabile in quacunque eius parte vt dicit gloſſ. in. l iuris gentium. in principio. in gloſſ. magna. ff de pact. & gloſſ. in rubrica. C. de rerum permutatione. Non immerito beatæ virginis nomen, quod in qualibet littera verificabile eſt, ac multas denotat prærogatiuas, excellentiſſimum dici debet. Vnde ipſi virgini dicere poſſumus illud Pſalm 8. *Admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.* Ipſi quoque dicere poteſt illud Malachiæ, 1. *Ab ortu ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco.* Nos ergo de nomine eius dicamus illud Pſalm. 71. *Sit nomen eius benedictum in ſecula : ante ſolem permanet nomen eius:* ſcilicet in Dei prædeſtinatione. Ipſi quoque virgini dicere poſſumus illud Virgilij in prim. Bucol. *Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt.* De quo nomine matris Dei, quod, vt refert Euangeliſta in verbis propoſitis, dicitur Maria, loqui volentes, quia diuiſio animum incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificioſe reformat: vt probatur. ff de doli excep l. 1. in principio. vbi Albericus de Roſate & in procemio Inſtit. §. igitur poſt quinquaginta annos. & ibi gloſſ. & per Senecam in libro epiſtolarum 16 epiſtola prim quæ eſt 89. quoad totum librum. Ideo diuidẽdo hunc ſermonem, tres conſiderationes faciemus.

Prima appellabitur appropriationis.

Secunda figurationis

Tertia vero ſignificationis.

PRIMA PARS HVIVS ſermonis, in qua explicatur nomen Mariæ ex proprietate quinque lapidum precioſorum.

BEata Dei mater appellatur Maria, quia in ſe habet perfectionem, & proprietatẽ quinque lapidum precioſorum: quorum nomina incipiunt ab vna illarum quinq; litterarum, ex quibus nomen virginis componitur. Per M. autem denotatur, quod ipſa dici poteſt margarita, quæ eſt lapis precioſus, pulcher, candidus, & clarus: qui vt dicitur in lib. de proprietatibus rerum, habet virtutem abſterſiuam, quia membra à ſuperfluis humoribus abſtergit: & virtutem reſtrictiuam, quia fluxum ſanguinis, & ventris reſtringit: & virtutem confortatiuam, quia cor debile confortat, & fortificat, maxime in periculis. Beata enim virgo Maria per gratiam, quam nobis infundit, habet virtutem abſterſiuam, in quantum abſtergit peccata præterita: habet virtutem reſtrictiuam, in quantum animum reſtringit, ne fluat ad peccata futura: habet quoque virtutem confortatiuam, in quantum confortat, & fortificat cor contra mala præſentia. Iſta namque tria à Deo, & ab ipſa petere debemus. Vnde ſuper illud Matth. 26. *Orauit tertio eundem ſermonem, dicens.* dicit gloſſ. tribus vicibus orauit, vt nobis & à præteritis peccatis veniam, & à præſentibus malis tutelam, & à futuris periculis cautelam impetraret. Non ſolum autem per M. denotatur, quòd beata virgo fuit margarita: ſed etiam quod ipſa precioſam generauit margaritam Vnde ſciendum eſt quòd, vt inquit Iſidor. in libro etymolog 16. Margarita generatur in conchulis marinis. & ideo appellatur margarita à mari. Certo enim tempore anni ipſæ conchulæ ad littus maris ſe transferunt; & ibi ſe aperiunt, & rorem cæleſtem inter ſua viſcera recipiunt, ex cuius coagulatione margarita generatur. Iſta cochlea, ſiue conchula fuit virgo Maria, quæ ſe aperuit, vt rorem cæleſtem reciperet, & margaritam, id eſt, Chriſtum inter ſua viſcera conciperet: nam ſe aperuit quando angelico nuncio conſenſum præbuit: vt ſuper eam ros ſpiritus ſancti deſcenderet, ac illam fœcundaret: cum dixit Lucæ prim. *Ecce ancilla Domini* &c & tunc generata eſt precioſa margarita, ſcilicet filius Dei De hac autem ſpiritus ſancti roratione, beatæ virginis apertione, prædictum fue-

Ratione 1. littera Maria dicitur margarita: & cet.

Digitized by Google

rat Eſa 45. vbi dicitur: *Rorate cæli de ... er: & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra & germinet ſaluatorem.* Ergo igitur deuoti Chriſtiani cū margarita non ſit mittenda ante porcos i. immundos c. nolite. 10. q. & c. in mandatis 43 di. & c. nonnullis de pœni. diſt. 1 fugite peccati immundiciam, & per innocentiam mundi eſto e ſicut ille bonus negociator: de quo inquit ſaluator Matth. 13 dicens: quod inuenta vna precioſa margarita vendidit vniuerſa, quæ habuit & emit eam. Debemus ergo omnia quæ habemus Deo vendere, vt poſſimus iſtam precioſam Margaritam nobis emere. Vendamus itaq; corpus noſtrum per macerationem, animam noſtram per purificationem, & res mundiales, per eleemoſynarum largitionem, & temporalium contemptionem. Ipſa etenim Margarita inquit Prouerb 8. *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino.*

Ratione A dicitur Adamas, & cur. Secunda littera huius benedicti nominis Mariæ eſt A. & denotat quod ipſa eſt adamas, qui vt dicitur in prędicto li. de proprietatibus rer. dicitur gemma reconciliationis, & amoris: ſecundū Dioſcori quia inter alias proprietates habet virtutem reconciliatiuam, & ad amorem inductiuam. ipſa. n. beata virgo reconciliauit humanum genus cum Deo, & amicitiam inter eos induxit. vnde ipſa inquit Eccleſiaſt. 24. *Ego mater pulchræ dilectionis,* &c. De hoc autem lapide precioſo, qui adamas appellatur, & de alijs lapidibus precioſis tractatur in l. r §. ſpecies. ff. de publica.

Ratione, R. dicitur Rubin⁹, et cur Tertia littera eſt R per quam denotatur quòd ipſa eſt rubinus, ſiue carbunculus, qui eſt valde ſplendidus, & habet virtutem lætificatiuam: vt dicitur in libro de proprietatibus rerum. Ipſa enim gratioſa virgo lætos facit viuere deuotos ſuos: vnde illi dicere poſſumus illud Cant prim. *Exultabimus, & lætabimur in te.* vel poteſt dici ſecundum quoſdam doctores: quòd per R. denotatur quòd ipſa generauit rubinum, ſiue carbunculum, qui naſcitur in viſceribus ſapphiri habentis ſplendorem, & colorem cæleſtem. vt dicitur in prædicto li. de propriet. re. Iſte enim Sapphirus figurat beatam virginem, in cuius viſceribus operatione ſpiritus ſancti generatus eſt rubinus, ſcilicet, Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Sed forte aliquis dicet, quod & ego in hoc opere pono multa, quæ alij ſcriptores in ſuis operibus poſuerunt. & quod facile eſt inuentis addere: vt inquit philoſophus. 2. Elenchorum. Cui ego reſpondeo quod inquit Boet. in 2. lib. de diſciplina ſcholarium: miſerrimi ingenij eſt ſemper inuentis vti, & nunquam inueniēdis. Ideo in hoc opuſculo multa ſtudui non noua dicere: quia nihil dictum, quin prius dictum. Nihil enim eſt nouum ſub ſole, nec valet quiſquā dicere, hoc eſt recens, iam enim præceſſit in ſæculis, quæ fuerunt ante nos, ſed priorum non eſt memoria, vt inquit Salomon Eccleſiaſt. 1. ſed aliter quam à prædeceſſoribus dicta ſunt, curaui componere: ſeruans documentum Senecæ ad Lucillum lib 6. epiſtolarum epiſtola 7. dicētis: *Apes debemus imitari, quæ vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt. Deinde quicquid attulere, diſponunt, ac per fauos dirigunt. Celemus enim quæcunque ex diuerſa lectione congeſſimus, ſeparare. Deinde adhibita ingenij noſtri cura, & facultate in vnum ſaporem varia illa libamina confundere.* Hæc ille. Præterea ad obiectionem ſuper us factam, poſſem reſpondere illud, quod ponit Helinandus in chronicis ſuis. libro 26 dicens, quòd Virgilius, cum ei obijceretur ab æmulis, & inuidis quòd alienos verſus ſuo operi inſerebat: reſpondit magnarum eſſe virium clauā extorquere de manu Herculis. Item ad confirmationem prędictorum dico quòd imitatus ſum dictum philoſophi. 2. Metaphyſic. dicentis quòd non ſolum tenemur agere gratias illis, quorum opinionibus aliquis communicauerit: ſed & his, qui adhuc ſuperficialibus enunciauerunt. Quod declarans commentator dicit, quod *Non tantum oportet reddere gratias eis qui docuerunt nos veras opiniones: vt ſunt illi, qui conueniunt nobiſcum in opinionibus: ſed etiam illis, cum quibus non conuenimus. Iſti enim cum hoc quod dixerunt, exercitauerunt noſtrum intellectum, & fecerunt nos perquirere per hoc virtutem ad comprehendendum veritatem. Et quod dicit philoſophus in hoc. cap manifeſtum eſt. nullus, enim poteſt per ſe inuenire artes operatiuas, aut conſideratiuas in maiori parte quia non complentur niſi per iuuamentum prioris ad ſequentem, & niſi prior fuiſſet, non eſſet ſequens* hæc commentator. Ad propoſitum autem noſtrum reuertendo, dico quòd per quartam virginei nominis litteram ſ. I. denotatur quod ipſa eſt iaſpis. qui vt dicitur in lib. 18. de proprietatibus rerum, reddit hominem ipſum ferentem tutum ſine timore Sic beata virgo facit nos ſecuros ab omnibus malis, & periculis Ideo ille qui habet adiutorium beatæ virginis ei dicere poteſt il ud Pſalm. 22. *Non timebo mala, quoniam tu mecum es* *Per. I. dicitur Iaſpis & cur.*

Per quintam vero litterā, ſ. A. denotatur quòd ipſa eſſe alectorius, qui vt dicitur ſup. ad bonam fortunā habendā; & conſequendos honores prodeſt. Sic beata virgo contribuit nobis maximos honores. Vnde Bernard. in quodam ſermone inquit: *Si Mariam diligenter inſpicias, nihil eſt virtutis,* *Per, A, dicitur Alectorius & quare.*

Digitized by Google

tutis nihil ſplendoris, nihil gloriæ, quod ex ipſa non reſplendeat. Non ſolum autem horum quinque lapidum precioſorũ, ſed etiam omnium aliorum in ſe continet virtutem: Ipſi enim dici poteſt illud Ezech. c. 28. *Omnis lapis precioſus operimentum tuum.* Topaſius, Iaſpis, Chryſolithus, Onyx, Beryllus, Sapphirus, Carbunculus, & Smaragdus: tranſumptiue in c. princi. § omnis. de pœni di. 1. Sciendum quoque quòd beata virgo comparatur lapidibus precioſis, non autem lapidib. ſimpliciter: quia appellatione lapidum non cõpræhenditur margarita, ſeu lapides precioſi, ſecundum Barr. in l. n. § ſpecies ff. de Publ. & fac. et l. ex & ſ. non ſunt. § peruentamus. ff. de auro & argen. lega.

PARS SECVNDA HVius ſermonis, in qua ex nomine Mariæ quinque de ipſa figuræ explicantur.

NOmen beatæ virginis cõponitur ex quinque litteris: quia ipſa eſt figurata per quinque dominas veteris teſtamenti: quarum nomina incipiunt ab aliqua litterarum huius nominis: per M. denotatur quod figurata fuit per Michol: quæ fuit vxor Dauid regis, & prophetæ; & in tantum placuit Dauid, quod cum diu fuiſſet extra regnum Iſrael, noluit coniungere amicitiam cum Abner principe militiæ populi Iſrael: niſi prius ſibi præſentaſſet eam, vt dicitur. 2. Regum 3. Sic beata virgo in tantum placuit altiſſimo, quòd filius Dei per ſubtractionem gratiæ exiſtens extra regnum mundi, noluit illud ingredi per incarnationem, nec per amicitiam coniungere cum primo homine, & eius deſcendentibus, niſi prius ipſa virgo naſceretur in mundo. Michol n. interpretatur pietas: & ipſa fuit pietate pleniſſima Per A. ſignificatur q. fuit figurata per Abigail: quæ etiam fuit vxor Dauid, cum enim Nabal Carmelus vir eius eſſet ruſticus, & male reſpondiſſet nuncijs Dauid p. op. fuit Dauid ipſum occidere, & omnes de domo eius. At vbi intellexit hoc Abigail, obuiauit Dauid cum multis muneribus, & humilibus verbis ipſum placauit, vt habetur. 1 Reg 25. Sic beata virgo cognoſcens Deum eſſe iratum contra genus humanum, obuiauit, & multis virtutibus ornata, & humilitate ſua ipſum placauit Per R. denotatur quòd ipſa figurata fuit per Rachel, quæ fuit vxor Iacob, & genuit Ioſeph, qui interpretatur Saluator, vt habetur Geneſ 33. Sic beata virgo genuit Chriſtum ſaluatorem mundi. Per I. denotatur quod ipſa figurata fuit per Iudith, quæ virtute caſtitatis occidit Holofernem, vt habetur Iudith 13. Sic B. virgo merito ſuæ humilis virginitatis interfecit Luciferum principem dæmonum, conterendo eius poteſtatem. per A denotatur quod ipſa figurata fuit per Abiſach Sunamitem, quæ fuit electa ſuper omnes filias Iſrael tanquam pulchrior, & delectabilior ad miniſtrandum, & ſeruiendum regi Dauid, vt habetur 3 Reg. 1. Sic B. virgo fuit electa ſuper omnes mulieres ad miniſtrandum regi cœleſti. Vnde ipſa inquit Eccle. 14. *In habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui.* Sciebat enim Deus ipſam futuram eſſe bonam miniſtrã, ſcilicet non quærentem gloriam propriam, ſed eius, cui miniſtraret, ſicut faciunt boni miniſtri. c. ſi fuerit, de conſec. diſt 4. Ipſa autem virgo fuit miniſtra reſpectu filij Dei, cui ſedulò miniſtrauit. Vnde Auguſt. in ſermone de aſſumptione inquit. *Mariam ſiquidem, & operis exhibitione, & fidei veritate miniſtram Chriſti fuiſſe intelligit omnis, qui ſane ſapit. Opere certe miniſtrauit, quia hũc in vtero geſſit, partumq; profuſum aluit, & fouit, ac in præſepio reclinauit, in Aegyptum quoque fugiens abſcondit, & omnem eius infantiam proſecuta eſt, pro matris affectu: ita vt vſque ad crucem, in qua iam virum perfectum vidit eum pendentem, ab eius non receſſit conſectatu.* Hæc ille. *De* hoc etiam inquit Bernard in quodam ſermone: *Omnia opera miſericordiæ erga filium beata virgo miniſtrauit. Nam ipſum virginea carne veſtiuit, cum lacte de cœlo miniſtrato potauit, & pauit. Ipſum nouem menſibus in ſuo vtero hoſpitata fuit, eumq; per infantiam infirmum non ſolum viſitauit; ſed etiam omnia officia humilitatis illi exhibuit. Ab ipſo in crucis carcere ligno non receſſit, eius quoque ſepulturæ intereſſe voluit.* Dicitur quoque beata virgo Maria miniſtra Dei reſpectu noſtri. Et ideo honoranda eſt à nobis reſpectu eius, qui illam fecit miniſtram, cuius eſt miniſtra. c. baptiſmus. de conſe. di. 4. adminiſtrator enim bene adminiſtrans habetur loco domini. l. qui fundum § ſi tutor. ff. pro empto. Sciendum ergo eſt quod Deus ipſi miniſtræ ſuæ commiſit officium miniſtrandi & diſpenſandi omnes eleemoſynas, & gratias, quas de cœlo in terram nos mittit. Vnde Bernar. inquit in quodam ſermone: *Quia tu dignus non eras, cui daretur filius, datus eſt Maria, vt per eam accipias quicquid habes.* In tantum enim eam Deus dilexit, vt nihil nos habere voluerit, quod per manus eius non tranſiret. Ipſa autem

Digitized by Google

non eſt auara, ſed liberalis, & larga. Vnde Prouer. vltim. dicitur de illa: *Manum ſuam aperuit inopi: & palmas ſuas extendit ad pauperes, deditq; prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis*; ipſa enim habet adminiſtrationem plenam, & liberam, quæ idem importat, ſecundum Bart. in l. inter bonorum. ff. de admi. tu. Et ideo ſciens quod adminiſtrator negligens punitur iuxta no. per gl. & Bart. in lege mancipia. C. de ſeruis fu. ſolicitè circa nos officium ſuæ plenariæ adminiſtrationis exercet. Non ſolum autem fecit eam Deus eleemoſynariam ſuam: per quam nobis pauperibus, & eſurientibus dedit panem illum cœleſtem, qui de ſeipſo inquit Ioan. 6. *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi*. Sed etiam fecit ipſam cellariam ſuam. habet enim Deus cellam vinariam, id eſt, ſpiritus ſancti abundantiam; in quã introduxit beatam virginem, & fecit eam ſuam diſpenſatricem. Vnde ipſa ait Can. 2. *Introduxit me in cellam vinariam*. De iſta autem cella propinat hæc ſancta miniſtra vinum dulciſſimum illis, qui ſunt in via ad aliqualem ſatietatem: illis vero qui ſunt in patria ad plenam ebrietatem. Ideo ipſa inquit eis illud commune prouerbium: *Bibite læti dum vina fluunt*, & illud Can. 5. *Bibite amici, & inebriamini chariſſimi*. Sancti qui ſunt in via, ſunt amici ſui, ſed illi qui ſunt in patria, ſunt chariſſimi. Amici ergo bibũt; ſed chariſſimi inebriantur; quia ſanctis qui in mundo ſunt, dat gratiam ſpiritus ſancti ad iuſtificationem. Illis vero qui ſunt in cœlo, dat ad perfectam fruitionem, de quibus inquit Pſal. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos*. vel poteſt dici, quod Dei amici ſunt Angeli, qui ſunt ſibi intimo amore coniuncti. Sancti vero, qui ſunt in patria, ſunt Deo chari: quia etiam illi ſunt ei per amorem coniuncti, ſicut Angeli: & ſunt chariores, quia naturæ conformitate propinqui: & ſunt chariſſimi, quia cariſſimo precio ſunt empti. Quibus inquit Apoſtolus, 1. ad Cor. 6. *Empti enim eſtis precio magno, glorificate, & portate Deum in corpore veſtro*. Angeli ergo qui ſunt amici, bibunt, quia ex viſione diuinitatis ſuas delectationes hauriunt. Homines vero qui ſunt chariſſimi, ebrij ſunt. Nam bibunt quando ſuas delectationes hauriunt ex viſione diuinitatis, & rebibunt quando delectationes ſuas hauriunt ex viſione humanitatis. Ebrietas enim non cauſatur ex vno hauſtu, ſed ex frequenti actu bibendi, quia ibi ſancti bibunt, & rebibũt. ideo ex contemplatione diuinitatis, & humanitatis Chriſti, ebrij dicuntur. Beata igitur Maria deſpicientibus amorem mundi, & inelicantibus, atq; deſiderantibus amorem Dei, dat poculum ſcilicet vinum ſpiritus ſancti, quod generat internã iucunditatem, iuxta illud Pſal. quod no. glo. in l. 1. ff. de peri. & com. rei ven. *vinum cor lætificat cor hominis*. Item generat mundiciam, & puritatem, vnde Zach. 9. dicitur, *Germinans virgines, generat quoque peccati amaritudinem*. Ideo Can. 8. inquit ipſa virgo: *Dabo tibi poculum ex myrrha conditũ*. Expellit quoque curas, & afflictiones. Vnde de iſto vino poſſumus moraliter exponere illud Tibulli poetæ, dicentis: *Sæpe ego tentaui curas expellere vino*. Et illud Ouidii. 1. de arte amandi: *Cura fugit multo, diluiturq; mero*. Et illud Horatii in Odis lib. 1. *Nunc vino pellite curas*. Iſtud autem vinum ſpiritus ſancti hæc diuina cellaria abundanter, & copioſe propinat, & effundit. Ideo ipſi dicitur Cant. 7. *vmbilicus tuus ſicut crater tornatilis, nunquam indigens poculis*. Ipſa enim eſt crater tornatilis in quantum circumcirca ſemper vadit, vt inueniat cui infundat. Quia enim aduerſarius noſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. 1. Pet. 5. & c. nulli. 3. q. 1. ideo ipſa ſemper circuit quærens, quem ſaluet, more bonorum medicorum, qui circumeunt ciuitatem curando ægros: ex quo appellantur circuitores. l. ſi duas. § grammatici, cum ibi no. ff. de excu. tu. Item eſt nunquam indigens poculis, quòd nunquam euacuatur, ſed ſemper plena inuenitur. Iſta autem cellaria eodem cibo nos paſcit, quo & ſe: & eodem potu nos reficit, quo & ſeipſam. vnde ipſa inquit de ſuo cibo, & potu Cant. 5. *Comedi fauum cum melle meo: & bibi vinum meum cum lacte meo*. Tũc enim fauum cum melle comedit, quando Chriſtum in ſuo vtero geſtauit, in quo fuit cera carnis, & mel diuinitatis: tunc etiam vinum cum lacte bibit, quando ſpiritus ſanctus eius animam impleuit vino cœleſtis gratiæ, & eius carnem perfudit lacte virginalis pudicitiæ, & eodem modo ipſa nos paſcit fauo mellis, quando facit nos delectari in Chriſto in cera ſuæ humanitatis, & in melle ſuæ diuinitatis. Similiter potat nos vino, & lacte, quando dat nobis ſpiritualem lætitiam in mente, & munditiam in carne.

PARS

Digitized by Google

PARS TERTIA HVius ſermonis: de quinque beneficiis ſignificatis per quinque litteras prædictas.

SEcundum deuotos doctores nomen virginis componitur ex quinque litteris, propter quinque beneficia quæ contulit mūdo, quæ incipiunt ab vna ipſarum litterarum. Per M. enim ſignificatur quòd ipſa eſt mediatrix noſtra, ſcilicet inter nos, & Deum. Quia enim per media ſedantur diſcordiæ, & lites diriminuntur l. anti-qui. ff. ſi pars hæred. pe. Ideo homines à Deo diſcordantes debēt beatam virginem mediatricem interponere, vt pacem cum creatore ſuo poſſit reformare. Ipſa namque nata eſt mundo, vt per filium ſuum, humanum genus reconciliaret Deo. Ante enim quam virgo Maria eſſet in mundo, tanta erat diſcordia inter Deum, & hominem, propter peccatum primorum parētum, quòd nullus quantumcunque ſanctus, & iuſtus, audebat accedere ad Deum pro gloria impetrāda. Sed omnes ex hac vita decedentes ad infernum deſcendebant, boni ad limbum, mali vero ad æternam pœnam infernalem. Beata autem virgo ſua mediatione nobis miſericordiam impetrauit; & gratiam atque gloriam, iuxta illud Pſalm. 47. *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui*, id eſt, beatæ virginis, quæ multipliciter dicitur medium, ſiue mediatrix. Vnde Bernard. in quodam ſermone inquit: *Mediatrix eſt Maria inter Solem, & Lunam, id eſt, Chriſtum, & Eccleſiam*. primo ergo eſt mediatrix noſtræ ſaluationis, iuxta illud Pſ. 73. *Deus autem rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terræ*: quod exponens Bernard. in ſermone Pentecoſtes inquit: *Operatus eſt Ieſus ſalutem in medio terræ, id eſt, in vtero virginis Mariæ, ad quam ſicut ad medium, & ſicut ad cauſam rerum, & ad negocium ſingulorum reſpiciunt, & qui habitant in cælo, & qui habitant in terra, & qui in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos qui nunc ſumus, & qui nos ſequentur, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis. Qui in cœlo ſunt, vt reſtaurentur. Qui ſunt in inferno, vt eripiantur. Qui nos præceſſerunt vt prophetæ, fideles inueniantur. Qui ſequentur, vt glorificentur. Idcirco beatam te dicent omnes generationes genitrix Dei, regina cœli, Domina mundi, quæ generationibus cunctis vitam, & gloriam genuiſti. In te repererunt Angeli lætitiam, iuſti gratiā, peccatores veniam. In te oculi totius creaturæ merito reſpiciunt: quoniam de te, & in te benigna manus omnipotentis Dei, quos creauerat, recreauit.*

Secundo eſt mediatrix noſtræ coniunctionis & vnionis, quia nos diſiunctos & diuiſos à Deo illi coniungit & vnit. Et ſic beata virgo ſuſcipit vim copulæ: de cuius natura eſt coniungere, & copulare diuerſa l. i. vbi notatur. ff. de iuſtit. & iu. l. ro con iuncti. ff. de le. 3. & ponitur media inter diuerſa vt notatur in rubrica. ff. de iuris & fac. ig. Vnde Bernar. in ſermone aſſumptionis dicit: *Precioſum munus terra noſtra direxit in cælum, vt dando, & accipiēdo amicitiarum fœlici fœdere copulentur humana diuinis, & terrena cæleſtibus*: hæc ille. Et quātum ad hoc beata virgo appellatur ſol. Can. 6. Sicut enim ſol ſupra ſe habet tres planetas ſuperiores, & infra ſe inferiores, & ipſe in medio eſt conſtitutus, ſic beata virgo non habet ſupra ſe niſi tres in Trinitate perſonas. Sed infra ſe habet tres ſtatus ſaluandorum, ſcilicet virgines, continentes, & coniugatos, & ipſa eſt in medio conſtituta, coniungens, & vniens illos tres ſtatus beatiſſimæ Trinitati.

Tertio eſt mediatrix noſtræ iuſtificationis: dæmones enim noſtram iuſtificationem impediunt, vel ſuis tentationibus nos infeſtando, vel in bonis operibus nos impediendo, vel à finali perſeuerantia nos retrahendo. Sed virgo Maria omnia iſta impedimenta expellit, & ideo noſtram iuſtificationem perficit. De dæmonibus autem inquit Pſal. 103. loquens Deo. *Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ: Catuli leonum rugientes, &c.* deinde ſubditur mediatio virginis: *Ortus eſt ſol*, id eſt virgo Maria, cuius ortus tria bona fecit, primo enim expellit omnem tentationem dæmonum, & ideo ſubditur, *& congregati ſunt*, ſcilicet, leones, id eſt, dæmones ad fugiendum, *& in cubilibus ſuis collocabuntur*, id eſt in inferno abſconduntur. ſecundo hominem reddidit expeditum ad bonam operationem, ideo ſubditur; *Exibit homo ad opus ſuum*, id eſt libere, & expedite faciet opera meritoria. tertio dedit virtutem perſeuerandi vſque in finem. Et ideo ſubditur, *& ad operationem ſuam vſque ad veſperam.*

Quarto eſt mediatrix noſtræ reconciliationis. Peccator enim efficitur inimicus Dei propter peccatum carnalis concupiſcentiæ, vel ſuperbiæ, aut auaritiæ. Iſta autem Dei mediatrix hos inimicos Dei ſæpe reconciliat, dum eos ad pœnitentiā reuocat. Ideo vocatur Luna Can. 6. Luna namque mutat aerem; eſt vicina terræ, & dominatur ſupra mare. Sic & virgo Maria aerem immutat, quādo ſuperbos, & elatos ad humilitatem reuocat. Eſt vicina terræ, quia parata eſt auaris extinguere auari-

auaritiam cupiditatis terrenæ. Dominatur ſupra mare, quia extinguit, & exſiccat aquas carnalis concupiſcentiæ. Aqua enim maris eſt lucida ſed amara. Sic & carnalis concupiſcentia videtur habere iucunditatem; ſed generat amaritudinem. Vnde Ouid. in 2. de arte amandi, inquit: *Quod iuuat exiguum, plus eſt quod lædit amantes; Proponantq́; animo multa ferenda ſuo.* Sed ad propoſitum noſtrum melius per Salomonem Prouerb. 5. dicitur: *Fauus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius:* ecce aqua clara, ſequitur, *nouiſſima autem eius amara quaſi abſinthium*, ecce aqua amara. propter iſta tria inquit beata virgo Eccle. 24. Primo quòd ſupra mare ambulat, dum ait: *In fluctibus maris ambulaui.* Secundo quòd colla ſuperborum calcat, dicens; *& omnium excellentium, & ſublimium colla propria virtute calcaui.* Et tertio quòd ipſa inferiores partes terræ penetrat, dicens *Penetrabo inferiores partes terræ.* Tunc enim ſupra mare ambulat, quando carnalem concupiſcentiā m... bis ſuppeditat. Tunc vero ſuperborum colla calcat, & domat, quando ſuperbos ad humilitatem inclinat. Tunc autem inferiores partes terræ penetrat, quando profundatos in amore terrenorum, gratia ſuæ mutationis ab omni terrena cupiditate immutat.

Quinto eſt mediatrix noſtræ interceſſionis. Ipſa enim pro nobis quotidie intercedit. Ideo Bernard. in ſermone de Annunciatione ait: *Si ad Deum patrem vereris accedere, ad filium fuge, quia hunc tibi fratrem Maria dedit. Sed ſi ſerte in ipſo maieſtatem vereris diuinam, ad Mariam recurre, in qua eſt humanitas pura, & ipſa exaudietur pro ſua reuerentia.*

Sextò ipſa eſt mediatrix communicationis, quia cum adhuc eſſet in mundo, communicabat cum ſanctis, qui erant in via, & cum illis qui erant in patria, & quantum ad hoc poteſt appellari firmamentum, quod eſt in medio aquarum, quæ ſunt ſuper cœlos, & quæ infra Geneſ. 1. vbi dicitur: *Fecit Deus firmamentum in medio aquarum*, id eſt, ſanctorum, qui ſunt in via, & qui ſunt in patria ipſa enim tanquā media communicauit cum vtriſque. Nam cum ſuperioribus qui ſunt in patria habuit omnimodam virtutum perfectionem: cum inferioribus vero qui ſunt in hoc mūdo, habuit merendi conditionem; cum ſuperioribus habuit ſecuritatem contra caſum; cum inferioribus vero habuit poſſibilitatem ad meritum: cum ſuperioribus exultationem, cum inferioribus vero cordis compaſſionem.

Secunda littera nominis beatæ virginis eſt A. per quam ſignificatur quòd ipſa eſt auxiliatrix noſtra. ideo Auguſt. in quodam ſermone inquit: *Domina noſtra, auxiliatrix noſtra, tuo filio nos reconcilia, tuo nato nos recommenda, tuo filio nos repreſenta: fac benedicta per gratiam quam inueniſti, per prærogatiuam quam meruiſti, per miſericordiam quam peperiſti, vt ſicut te mediante filius tuus dignatus eſt particeps fieri infirmitatis & miſeriæ noſtræ, ſic quoque te intercedente participes nos faciat gloriæ, & beatitudinis ſuæ.* Hæc ille. Beata igitur virgo fuit adiutrix, ſiue auxiliatrix noſtræ redemptionis: & eſt auxiliatrix noſtræ iuſtificationis. Primo enim fuit auxiliatrix noſtræ redemptionis quantum ad quatuor genera cauſarum: de quibus tractat philoſophus in 2. Phyſ. Primo quantum ad cauſam efficientem, quia illum genuit, qui noſtram ſalutem operatus fuit. Dicunt enim iuriſtæ quòd idem iudicatur de eo, qui eſt cauſa alicuius actus, ſicut de ipſo actu. l. quod ſeruus. ff. de condi. cau. da. & l. qui occidit. § in hac. ff. ad legem Aqui. l. antep. nuit §. ſi conſeruum. ff. vi bono. rap. l. ſi ſeruus ſeruum §. inſulam. ff. ſi ſeru. ven. & l. videamus. §. h. ff locа. Secundo quantum ad cauſam materialem, quia de ſuis viſceribus noſtræ redemptoris materiam miniſtrauit in generatione eius ſecundum. Iſid. 9. Etymo. & Arch. in cap. iuuet. 27. q. 2. Tertio quantum ad cauſam formalem, quia per ſuam ſanctam conuerſationem nobis exemplum bene viuendi præbuit. Quarto quantum ad cauſam finalem: quia ad beatitudinem conſequendam nobis a Deo data fuit. Vnde dicitur Apoc. 12. quòd in capite eius eſt corona duodecim ſtellarum: quia omnes ſancti per ipſam ſunt coronati. Secundo ipſa eſt auxiliatrix noſtræ iuſtificationis. Circa cuius adiutorium tria ſunt videnda, ſcilicet quàm efficaciter adiuuat, qualiter, & propter quæ nos adiuuat. Primo quam efficaciter adiuuat: multi enim ſunt qui adiuuat, ſed non efficaciter, aut quia nō poſſunt, aut quia neſciunt, aut quia non luat. Et itotum vanum eſt auxilium, quia non dicitur factum, niſi efficaciter duret, l. ſi a ia. ff. de ſolu. & alibi dicitur, quod verba debent intelligi cum effectu l. 1. ff. ne quis eum, qui in ius vo. non. te. Ipſa autem habet, adiuuandi poſſe: quia eſt mater omnis potentiæ Eccleſiaſt 24. *In Hieruſalem poteſtas mea*: habet adiuuandi noſſe, quia eſt mater ſapientiæ. Prouerb. 24 *Sapiens mulier ædificat domum ſuam.* habet adiuuandi velle: quia eſt mater miſericordiæ. Ideo dicitur Eccle. 24. *Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei.* Ipſa enim eſt tantæ poten

tiæ, quod

Digitized by Google

diæ, quòd dæmonibus eſt ad terrorem. Ideo dicitur mater timoris: Eſt tantæ ſapientiæ quod errantibus eſt ad directionem. ideo dicitur mater agnitionis. Eſt tantæ miſericordiæ quòd deſperantibus eſt ad ſpem: ideo dicitur mater ſanctæ ſpei. Item quia auxilium beatæ virginis eſt neceſſarium frigidis, & tepidis: ideo quia eos ad Dei amorem inflammat, dicitur mater pulchræ dilectionis: & quia eſt neceſſarium ignaris: ideo quia ſua ſapientia eos illuſtrat, dicit mater agnitionis: & quia eſt neceſſarium puſillanimis ideo quia eos ad ſpem veniæ reducit, dicitur mater ſanctæ ſpei. Secundo videndum eſt qualiter adiuuat. Ipſa quidem adiuuat hominem in omni ſtatu, ſcilicet in vita, in morte, & poſt mortem Vnde canit Eccleſia: *Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ.* Adiuuat enim in vita tam bonos quam malos, bonos ſcilicet in gratia conſeruando. ideo dicitur: *Maria mater gratiæ*; malos verò ad miſericordiam Dei per pœnitentiam reducendo. Ideo dicitur, *Mater miſericordiæ*. Adiuuat etiam in morte ab omnibus inſidiis diaboli protegendo. Ideo ſubditur: *Tu nos ab hoſte protege.* Adiuuat poſt mortem animas, ſcilicet in ſuis manibus ſuſcipiendo; & eas in cœlum deducendo: ideo ſubditur: *Et hora mortis ſuſcipe.* Liberati autem ab ipſa regratiantur ei, dicentes illud Eccle. 51 vbi quilibet eorum ait: *Liberaſti me ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ: à rugientibus præparatis ad eſcam.* &c. Tertio videndum eſt propter quæ adiuuat. Circa quod notandum eſt, quod plura ſunt propter quæ nos adiuuare tenetur. Et primo propter abundantiæ ſuæ cumulum. Si quis enim diues fuerit, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit ab eo viſcera miſericordiæ, non eſt in eo charitas Dei. 1. Io. 3. Quanto etiam aliquis eſt ditior, tanto abundantius debet bona ſua indigentibus communicare, iuxta illud Tob. 4. *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, &c.* Sed beatæ virgini dicitur Prouerb. vltimo: *Multæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias, tu vero ſupergreſſa es vniuerſas.* Ergo nobis indigentibus, pauperculis, & famelicis tenetur de ſuis abundantiis ſubuenire. Vnde illi dicere poſſumus: *Paſce fame morientem. ſi non paueris, occidiſti.* capitulo paſce 86 diſtinct. Necare enim dicitur, qui alimenta denegat l. necare, ff. de liber agno. Et illud quod ait Ambr. in ca ſicut hi. 47 diſt. *Non minoris eſt criminis, quam habenti tollere, ſi cum poſſis, & abundans ſis indigentibus denegare, &c.* Secundo nos adiuuare tenetur propter debitum. Ipſa enim hominib. mutuum tenetur; quia propter eos habet quicquid habet: quia vt ipſos redimeret, & plene beatificaret, Chriſtus de ea incarnatus eſt. Et ideo ſumus in caſu, quem ponit glo. in l. metum. la. 2. § ſed licet, in verbo. operæ meæ. ff. quod me cau dic. *Aequum eſt, vt ſi habes bonum propter me: & ego habeam propter te.* Nos igitur illi tenemur; quia per ipſam ſumus reconciliati. ipſa vero nobis tenetur, quia propter nos effecta eſt mater Dei: & per conſequens obligatio eſt ad antidota, vt benefacienti benefaciamus l. Aquilius Regulus ff. de dona & l ſed & ſi leg. §. conſuluit. vbi glo. ff. de peti. hære & eſt obligatio naturalis, vt inquit glo. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iu. & nos illi tenemur, ſicut libertus exemptus ſeruitute, tenetur patrono naturaliter exhibere operas. l. ſi non ſortem § libertus ff de condi. inde. Et hanc rationem tangit Aug. in quodã ſermone di. *O Maria multum gaudeo, multũ audeo, multumq; gaudium, multaque mihi audacia eſt. Maria loquar hæc: ſic vere eſt. Nec enim tibi, teque nobis mira viciſſitudo confœderat. Vt ſcilicet pro nobis habeas id eſſe quod es, nos vero pro te id eſſe, quod ſumus. Si enim nulla præceſſiſſet noſtra tranſgreſſio, non eſſet ſecuta noſtra redemptio Et ſi neceſſarium non eſſet redimi peccatores, non eſſet neceſſarium parere redemptorem. Vt quid enim fieres mater Saluatoris, ſi nulla eſſet indigentia ſalutis?* Tertio nos adiuuare tenetur propter cõmiſſum officium. Electi enim ad officium tenentur illud petentibus impartiri. l. prouidendum. § 1. C de poſtu. Sicut in ſimili dicitur in prætoribus, l. 4 §. edictum ff. de damno infecto. imo etiam ſi non petatur, tenentur defendere. l. ſi non defendatur ff. de pœnis. Sed quod maius eſt etiam in caſu, quo oppreſſus eſſet contentus ſponte pœnam pati, adhuc debet defendi. l. non tantum. ff de appel Et hoc ex quadam naturali pietate prouenit, vt ibi in tex. & in glo Ponimus autem beatam virginem appellare auxilium ordinarium, quo militante ceſſat extraordinarium ſcilicet aliorum ſanctorum. Facit ad hoc l. in cauſæ la 2. ff. de mino. Et ideo omnes debent in neceſſitatibus ſuis ad eam recurrere tanquam ad matrem: quia ſicut mater ſubuenit neceſſitatib. filij, & eum alere tenetur, & educare, ſi indiget l. ſi quis §. partes. ff de lib. agno & l ius naturale. de iuſti. & iu. ita ipſa cui commiſit Deus officiũ maternum erga nos, tenetur nobis ſuccurrere Vnde illi dicere debemus illud, quod canit Eccleſia di. *Monſtra te eſſe matrem*, &c. Nemo ergo ſe reputet pauperem, nec in miſeria permaneat, cũ ſit amicus, & filius Dominæ tam diuitis, & potentis, ſed confidenter ad poſtulandum ipſius adiutorium pergat. Deus enim de ea confidens om-

nes gratias faciendas ſibi commiſit: & ipſa officium ſuum diligenter facit, & abundanter gratias diſtribuit, ſciens quòd maledictus dicitur diſpenſatos auarus, cuius dominus eſt largus. Item omnibus ſuccurrit, nam adiuuat tribulatos, dans eis patientiam, de quo Prouerb. vlt. dicitur: *Confidit in ea cor viri ſui.* Et ſequitur, *de nocte ſurrexit*, vt ſcil. cet tribulatis ſubueniat. Adiuuat etiam tentatos dans eis victoriam, vnde ſubdit ibidem; *dedit prædam domeſticis ſuis.* Adiuuat quoque in Dei amore famelicos: dando eis refectionem internam, ideo ſubditur, *& cibaria ancillis ſuis* Ex quibus verbis colligitur, quòd beata virgo habet quoſdã famulos, & ancillas, & iſti ſunt boni laici, qui præcepta Dei cuſtodiunt, quibus dat cibaria: quia cibo diuinæ gratiæ eos paſcit. habet etiam quoſdam domeſticos, & iſti ſunt boni religioſi, & viri perfecti, & beatæ virginis deuoti illam, qui in caſtitate viuunt; & iſtis domeſticis ſuis dat prædam, tum quia magnis diuitiis ſpiritualibus eos ditat, tum quia de hoſtibus ſuis victoriam eis præſtat: tum quia mundum, carnem, & diabolum in prædam eis donat. De talibus quoque domeſticis beatæ virginis, ſubditur in prædicto c. *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus*, quia animas eorum veſtit multiplici virtute, & corpora candore innocentiæ. Quarto ipſa benedicta virgo nos adiuuat propter ſuum animum viſcerorum. Quia enim fuit de regali ſtirpe progenita, & ideo fuit pietatis operibus dedita. Nam inquit Ouid. de Ponto. *Regia crede mihi res eſt; ſuccurrere laſſis: Conueniens homini eſt hominem ſeruare voluptas.* Nõ ceſſat ergo nos adiuuare hæc regina pietate, & amore charitatis plena, nec noſtras miſerias faſtidio habet, quia vt ait Gualterus in Alexandriade: *Verus amor miſerum nunquam faſtidit amicum.* Quod vero ſit pietate plena, manifeſtum eſt. Nam diuina pietas nouem menſibus in eius vtero habitauit, & ideo ipſam tota pietate repleuit. Vnde Bernard. in quodam ſermone inquit: *Quid mirum ſi pietatem exhibent viſcera pietatis? Nonne qui pomum in manu ſua tenuerit dimidia die, reliqua diei parte pomi ſeruabit odorem? Quantum ergo viſcera illa virtus pietatis affecit, in quibus nouem menſibus diuina pietas requieuit? nam & ante mentem, quàm ventrem repleuit: & cum ex vtero proceſſit, ab eius animo non receſſit*, hæc ille. Mores enim à coniuncto formantur, & ideo dicitur: *Si cum bono, bonus eris.* l. ædiles. § quio ergo, vbi glo. ff. de ædil. edic. & § cogitandum. in fi. in aut. de mona. collat. 1. Quinto nos adiuuare tenetur propter diuinæ liberalitatis impenſum illi beneficium. Si enim Deus in tantum illi fuit liberalis, non debet nobis ipſa eſſe auara, ſed de plenitudine nobis effundere, quam accepit, de qua ipſa inquit Eccle. 24. *In plenitudine ſanctorum detentio mea.* & ſeruare debet illud Apoſtoli Petri: ſuæ 1 canonicæ ca. 4. *ſicut accepiſtis gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei* Simile namque etiam facit imperator in l. quas gratias, poſt prin. C. de offic. præfect. præ. Afri. vbi deſiderat im pattiri ſubditis de illa miſericordia, quam ſibi fecit Deus. In figura autem, quòd beata virgo libenter effundit, & communicat gratias, quas accepit, legitur. 3. Reg 1. quod Berſabee filio ſuo Salomoni regnum ſuis precibus impetrauit. Berſabee interpretatur puteus ſatietatis. Puteus autem noſter, id eſt animus, aut eſt ſiccus, aut ſemiplenus, puteus vero beatæ virginis fuit plenus, & ſuperplenus. Ideo de ſua plenitudine nobis debet effundere, & nobis filiis ſuis tanquam bona mater cœleſte regnum ſuis precibus impetrare. Poſſumus quoque aliam rationem aſſignare, quæ dicitur inuentionis. Ipſa enim gratiam Dei, quam humanum genus amiſerat, inuenit. Vnde illi dictum fuit Luc. 1 Inueniſti gratiam apud Deum: & ideo tenetur illam nobis reſtituere quia dicitur in c. ſi quid inueniſti 14. q. 5 *Si quid inueniſti, & non reddidiſti, rapuiſti* & in c. multi ea. q & cauſa ſcriptum eſt: *Multi ſine peccato eſſe putant, ſi alienum quod inuenerint teneant, & dicunt: Deus mihi dedit: cui habeo reddere? diſcant hoc peccatum ſimile eſſe rapinæ, ſi quis inuenta non reddit*, & ad idem facit. l. falſus §. qui alienum ff. de fur. vbi Bart. dicit quòd inueniens alienum falconem, tenetur illum portare in propatulo, & non ſub mantello, alias reputabitur fur: & ideo beata virgo non debet gratiam, quam inuenit, occultam tenere, ſed nobis propalare, & reddere. Vnde Alex. de Ales, ſuper Luc. inquit ipſi: *Gratiam quam perdidimus inueniſti, non ſibi ſoli retinendam, ſed nobis reſtituendam.* Tertia littera ſui nominis eſt R. per quam ſignificatur, quod ipſa eſt reſtauratrix, & reparatrix, ac reconciliatrix noſtra, quæ ita reparauit genus humanum, vt nunc ſit fortius quam eſſet ante, quia lapſa, reparata communiter ſunt fortiora. ca. fidelior. 1 di. & de pœni. di. 3. c. rerum Reparari autem dicitur quod eſt totaliter deperditum, vel diminutum; vt in aut. de man. princ. in princ. col. 4. De hoc autem beneficio a matre Dei recepto loquẽs Augu. in ſermone de Natiuitate virginis inquit: *Mater generis noſtri pœnam intulit mundo, genitrix Domini noſtri ſalutem attulit mundo, auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria: Eua occidendo obfuit;*

fuit: *Maria viuificando profuit; percuſſit illa, ſanauit iſta*, hæc ille. & Bernard. in quodam ſermone ait: *Hæc eſt beata illa Maria, quæ totius orbis reparationem & liberationem obtinuit: ſalutemq; hominum impetrauit, cui dictum eſt: Ne timeas Maria, inueniſti etiam quam quærebas.* Quarta littera nominis eius eſt I. per quam ſignificatur quod ipſa eſt illuminatrix noſtra, ſecundum enim Hieronym. Maria interpretatur illuminata, vel illuminata. vt de ipſa dici poteſt illud Eſa. 24. *Lux auroræ oriente ſole, mane abſq; nubibus rutilat.* Habuit ergo intellectum magis eleuatum, & illuminatum, quàm aliqua vnquam habuerit pura creatura; ſuper Neronem, qui habuit peritiam omnium artium liberalium, & mechanicarum; ſuper Ariſtot qui omnium elementorum, ac naturalium rerum notitiam habuit: quapropter regula naturæ nuncupatur. vnde commentator Auerrois ſuper 3 de anima, de ipſo inquit: *Creditur quod iſte homo fuit regula in natura, quem natura inuenit ad demonſtrandam vltimam perfectionem in ſcientia totius naturæ*, hæc ille. Item illuminata fuit ſuper Platonem, qui ſubſtantiarū ſeparatarum cognitionem habuit: ſuper Ptolomæum Regem Ægypti, qui aſtrorum omnium notitiam acquiſiuit: ſuper Moyſen, qui creaturarum nouit originem, quam Ariſt. ignorauit, vt volunt Theologi in 2. di t viditque Deum facie ad faciem, vt dicitur Nume. 12 ſuper Stephanū, qui vidit cœlos apertos. Act. 7. ſuper Paulum, qui raptus fuit vſque ad tertium cœlum, & audiuit arcana, quæ non licet homini loqui. 2. ad Corin. 12 ſuper Dauid, qui fuit ſecundum The. Lin. ſen. di 2 eximius prophetarum, eo quod altiora prophetauit: ſuper Ioannem Baptiſtam, qui fuit plus quàm propheta, vt ait Saluator Matth. ſuper Ioannem Euangeliſtam, de quo Auguſt. inquit: *Si paulo altius intonaſſet; totus mundus eum capere non potuiſſet, quando dixit: In principio erat verbū.* Et breuiter concludēdo, virgo benedicta habuit omnem ſcientiam, atque cognitionem, quam vnquam aliquis hominum habuerit, vel habebit. Habuit enim tantam cognitionem creatoris, vt in ipſa cognitione omnia alia cognoſceret, vt verificaretur in illa illud Pſal. 35. *In lumine tuo videbimus lumen.* Ait enim Greg. in 4. dialog. *Quid eſt quod neſciat ille, qui ſcit ſcientem omnia.* Facit ad hoc dictum Ariſtot in 3. de anima, in prin. vbi ait, quod potētia ſenſibilis percepto obiecto excellenti impeditur poſtea in actu ſuo circa obiectum minimum, vt patet de his, qui poſtquam viderunt ſolem, non poſſunt videre minima. Potentia autem intellectualis eſt è contrario. nam poſtquam intellexit ſublimia, facilius intelligit infima. Et ideo beata virgo, quæ ad tantam cognitionem Dei fuit ſublimata, quod à nullo intellectu creato comprehendi poteſt, non ſolum exceſſit in lumine intellectus omnes homines; ſed etiam ſecundum aliquos; vt refert Sanct. Bern. in quadrageſimali de euangelio æterno, in ſermone 2. feriæ poſt Dominicam Oliuarum; dum erat in ventre matris, fuit in maiori, & ſublimiori ſtatu contemplationis, quàm vnquam aliqua pura creatura fuerit in ætate perfecta. & licet in vtero ſicut & cæteri communiter, dormiret, attamen ſomnus, qui ſepelit in nobis liberi arbitrii vſum, non fuit in ipſa: vnde dicere poterat illud Can. 5 *Ego dormio & cor meum vigilat*; ſcilicet in contemplatione: nec mirandum ſi hoc ante debitam ætatem habuit. Nam beatus Nicolaus in infantia lactens. 2. 4 & 6. feria lac ſumere nolebat: ſanctus vero benedictus in pueritia cœpit miraculis coruſcare. Ioannes quoque Baptiſta, vt inquit Ambro. ſuper Lucam, vere cognouit Chriſtum in vtero matris, non natura, ſed gratia, qui etiam in ætate 5. annorum fugit mundum, & intrauit deſertum. Si igitur iſti habuerunt vſum rationis ante debitam ætatem, quæ eſt communiter 6 annorum, vt habetur in c. 1. de de. ſpe. puer & per doc in c. omnis. de pœni. & remiſ. & in ca. Iuuenis de ſpon. multo magis de beata virgine altiori, & excellentiori modo iſta credenda ſunt per illam ſententiam Ber in epiſt. ad Lugdun. Quod alijs licet pauciſſimis eſt conceſſum, &c Secūdo ipſa eſt illuminatrix noſtra, quos in fide, & in omni virtute illuminat: & ideo nomen Maria, quod ſignificat idem quod illuminatrix noſtra, cum ſit nomen amicitiæ, & beneficentiæ, debet vnumquemque ad illius amorem attrahere. Si enim vt ait Ouid. in l b. de Ponto, *Nomen amicitiæ barbara corda mouet*; quantum debet corda noſtra attrahere hoc nomen amicabile illuminatricis noſtræ, virginis glorioſæ? De ipſa enim dici poteſt illud Lu. 2. *Lumen ad reuelationem gentium: & gloriam plebis tuæ Iſrael.* Cui naſcenti dixit Deus illud Eſa. 49. *Dedi te in lucem gentium, & ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ.* Ideo ipſe inquit Eccl. 24. *Illuminabo omnes ſperantes in Domino.* Quinta littera nominis beatæ virginis eſt A per quam ſignificatur quod ipſa eſt aduocata noſtra: quando autem homo habens aliquam cauſam, habet ſapientem, & bonum aduocatum, poteſt ſperare quod de ſua cauſa victoriam reportabit, & conſequenter cito ius ſuum obtinebit, vt innuit. text. in leg. prouidendum in princip. Codic. de p ſtulan. Hanc ergo digniſſimam

Digitized by Google

aduocatam habentes lætari debemus,& exultare:quia ipſa cauſas noſtras coram Deo aſſumens ipſas ſapienter incipit, inceptaſque mu[illegible] allegationibus defendit, & defenſas ad proprium finem deducit. Primo enim ſapienter incipit captando beneuolentiam,ſcilicet in exordio; quod eſt proprium boni aduocati,quia quilibet bonus orator debet in exordio reddere auditorem attẽtum,& beneuolum , vt ait Tullius in rhetorica veteri. Vitioſum autem eſt in aduocato ſine vlla beneuola præfatione iudici cauſam exponere.l. 1.ff.de o[illegible] iuris.Secundo inſinuat noſtram miſeriam.& vlt.petit Dei miſericordiam,ideo figurata eſt per illam mulierem ſapientiſſimã, quæ dixit ad Dauid 2.Reg 14 *Sicut Angelus Domini:ſic & Dominus meus rex*,vt nec maledictione, nec benedictione moueatur. Deus. n.eſt tantæ bonitatis, quod nec noſtris benedictionibus extollitur,nec noſtris peccatis,&maledictionibus mouetur. Deinde ſubdit: *Omnes morimur,& quaſi aqua dilabimur, quæ non reuertuntur*. Ecce inſinuatio noſtræ miſeriæ:hominis enim ſpiritus eſt vadens,& non rediens:vt inquit Pſal.iuxta illud Sapien.16 *Cum exierit ſpiritus,non reuertetur*. Deinde ſubdit: *Reduc abiectum tuũ*,id eſt, peccatorẽ; quem abiecisti per culpam; *reduc per tuam miſericordiam*: Ecce imploratio miſericordiæ. Secundo cauſas noſtras multis allegationib. defendit, primo ſapientiæ verbo non nimis prolixo; ſicut ſolent facere aduocati dicentes iudici;dicam vnum verbum pro cauſa mea, & poſtea multa dicunt,vt ait gio.in l antiquitas in ſi C.de vſufruc. Tales autem nimis longi, & verboſi,ſolent aſſeſſoribus eſſe odioſi,vt ait Bar in l proxime. ff.de his quæ in teſt delen. Dicit enim Iacobus Beneuentanus ſui lib.c.57. *Inuidiam generat, & lõgus tædia ſermo*. Breuitas vero eſt amica iuris. §.quibus,ibi.& breui ſermone conſcripta.in t.conſtituti.ne Cedicis,&omnes moderni breuitate delectantur,vt ait gio in rubri ff quod me.cã & idem probatur per l fi.C de prec[illegible] Imper.of.& in l. ampliorem § in refutatoriis C.de appel.Ipſa ergo aduocata noſtra compendioſis, & ſenſu plenis ſermonibus animum iudicis cæleſtis ad ſuũ votum inclinat.Ideo ſignificata eſt per Augail, cui dixit Dauid.1.Reg. 25. *Benedictum eloquium tuum & benedicta tu,quæ prohibuiſti me,ne vlciſcerer me manu mea. Ecce audiui vocem tuam , & honoraui faciem tuam.* Secundo aduocat pietatis ſigno:Vnde Ber ſuper Can.ait: *O homo,ſecurum acceſſum habes ad Deũ,vbi habes matrem ante filium,filium ante patrem. Filius oſtendit patri vulnera,& latus. Mater oſtendit filio pectus & vbera.* *Nulla ergo ibi poterit eſſe repulſa,vbi tot ſunt charitatis inſignia.* Tertio aduocat ſanctitatis merito. ſi enim merita aliorum ſanctorum pro nobis apud Deum intercedunt,multo fortius merita illius,quæ plenitudinem obtinuit meritorum, & gratiarum,vt habetur Luc. poterunt nobis diuinam gratiam impetrare. Quarto aduocat ardenti deſiderio Deſideria enim ſanctorum ſunt intercesſiones pro nobis ad Deum.Ideo Danieli dixit Angelus.9 ſu[illegible] b c. *Vir deſideriorũ es*. Et ipſa virgo dicit Can 1 *Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis*. Nardus eſt herba calida, & multum odorifera: & ſignificat eius deſideria inflammata,quæ ad Deum aſcendunt,ac gratum ſibi odorem faciunt.Tertio principaliter ipſa virgo cauſas ad proſperum finẽ perducit. Tunc autem aduocatus cauſam ſuam ad debitum finem perducit,quando eſt ſollicitus,& penitus abſque incuria gratioſus. primo ſollicitus,quia vigilantibus,& non dormientibus, iura ſubueniunt.l.ſi pupillus ff.de his quæ in frau.cre. Secundo peritus eſſe debet, quia aduocatus illiteratus non admittitur ad aduocandum.l.nemini.C de aduo.diu[illegible] iud facit.l.2.C.de poſtu.Tertio requiritur in eo gratioſitas,quæ reddit iudicẽ fauorabilem,quam bonum eſt habere.l. denunciaſſe,alias in e.pit qui[illegible] §.ſi. ff ad l.Iuliã de adul in[illegible] ẽta l [illegible]pertiſſimi.C de iudi. Debet ergo aduocatus eſſe diligens,& ſollicitus , iuxta illud Ouid.1 de arte amandi: *Is qui profitebitur , adſit: Facundus cauſam ſæpe clientis agat*, quia ſi ex negligentia ſua ſuccumbit in cauſa,tenetur ſatisfacere clientulo ſuo damnum paſſo ſecundũ ſententiam doctorum,maxime Hoſti in ſumma.in tit.de poſtu §.quis poſtulare. ver.dixit tamen Azo & § quod per[illegible] et ver.item ad officium & in ti de pœnis § cui cõnſitendum.ver.aduocatus.& § quibus.ver.quid de aduocatis.Debet etiam eſſe ſapiens inuenire iura,quæ faciunt pro ſua cauſa,quia ſi eam perdat ex ſua ignorantia,& impetitia,ac imprudentia,ad reſtitutionem tenetur, ſecundum ſententiam doctorum maxime Hoſt. vbi ſupra,facit l idem iuris ff.ad legem Aquiliã. & e[illegible] dautes,de ætate & qu.li & l 1 & 1b gl.quod qui que iuris. Debet etiam eſſe gratioſus coram rege,&familiaris regis,quia ſi odioſus eſſet,nil proficeret. Vt enim ait Gregor. in paſto c 2. *Difficile eſt vt quantumlibet recta denuntiatis,qui non diligitur,libenter audiatur* Et Sen in li 10 declamationum ir quit: *Magna debet eſſe eloquentia quæ inuitis placeat.* Quando autem aduocatus has habens conditiones,officiũ ſuũ bene peragit,valde eſt cõmendãdus,& remuneratione dignus.vnde dici-

Digitized by Google

dicitur in l. laudabile C. de aduoc. diuer. iudicû. *laudabile, vitaque hominum neceſſarium, aduocationis officium præmijs oportet remunerari:* & ſunt verba imperatoris qui etiam in l. aduocati. C. de aduo. diuer. iud. ait: *Aduocati qui dirimunt ambigua facta cauſarum, ſuaque defenſionis viribus in rebus ſæpe publicis, ac priuatis lapſa erigunt, & fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quam ſi prælijs & vulneribus patriam, parentoſque ſeruarent. Nec enim ſolos noſtro imperio militare credimus illos qui gladijs, clypeis, & thoracibus vtuntur, ſed etiam aduocates. Militant namque patroni cauſarum, qui glorioſo vocis cõfiſi, munimine laborantium ſpem, vitam, & poſteros defendunt,* hæc ille. Fuit autem, & eſt talis aduocata virgo Maria, de qua Pſalm. 44. loquens Dauid Deo inquit: *Aſtitit regina à dextris tuis:* ecce quãtæ ſolicitudinis eſt, & diligentiæ. Non enim vel ad horam recedit, ſed à dextris Dei ſemper ſtat, & pro peccatoribus orat: ſequitur: *In veſtitu deaurato.* Ecce quantæ ſapientiæ eſt. per aurum enim in ſacra ſcriptura intelligitur ſapientia diuina: de qua dicitur Sapient. 7. *Infinitus eſt theſaurus hominibus.* Alij enim ſancti habuerunt aurum, id eſt, diuinam ſapientiam, ſed nullus fuit veſtitus auro, niſi beata virgo Maria. Tunc enim diuina ſapientia auro ipſam veſtiuit: quando nouem menſibus in eius vtero habitauit. ſequitur: *Circundata varietate.* Ecce quantæ gratiæ, nam coram rege, & eius familia intantum eſt gratioſa, quod omnes eam circundant, aſſociant, & honorant. In cælo enim tot ſunt varietates, quot ſunt ſanctorum ordines, qui tanquam domicelli, & domicellæ reginam ſuam aſſociant, matremque Domini ſui venerantur. De qua Bernard. in quodam ſermone inquit: *Aduocatam præmiſit peregrinatio noſtra, quæ tanquam iudicis mater ſupplicíter, & efficaciter negocia noſtra pertractabit.* propterea canit Eccleſia in illa antiphona, quam dicitur compoſuiſſe Ioannes Damaſcenus di. *Eia ergo aduocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte,* ſcilicet in præſenti nobis impetrans gratiam filij tui: & in futuro vitam æternam. Amen.

Expon. de B. V. illud Pſ. 44 Aſtitit regina &c.

DE EADEM BEATISSIMAE VIRginis Nominatione.

SERMO SECVNDVS.

In quo nominis Mariæ ratio, deriuatio, & interpretatio aſsignatur.

HOc *eſt nomen meum.* Exo. 3. Inquit magiſter Barth. Piſanus in lib. beatæ virginis fructu. 8. loquens de nomine matris Dei: *Non ſolum ex nominis interpretatione, ſed etiam ex compoſitione literarum apparet huius nominis excellentia: Vt enim in nomine Ieſu filij ſui quinque litteræ continentur: ſic in hoc nomine Maria totidem ſunt litteræ eius perfectionem oſtendentes. Prima littera M. miſericordiam oſtendit, & pietatem eius: qua plena eſt omnis terra. A. altitudinem contemplationis, qua continue in Deum fertur. R religioſitatem in cultu, habitu, & in omni eius motu. I. innocentiam eius, & puritatem ſed A affluentiam exprimit gratiarum. Vel aliter comprehendendo curſum vitæ ſuæ. M dicit mirabilitatem conceptionis, & natiuitatis eius. A acceptionem eius in Dei matrem. R rectitudinem quoad omnes vitæ actus. I imitationem perfectiſſimam & conformitatem ad Chriſtum. A. altitudinem gradus, qua ſuper omnes eſt in gloria ſublimata. Et non ſolum litteræ, ſed etiam ſyllabæ declarant eius magnitudinem. Sunt enim duæ ſyllabæ, & vna littera: prima ſyllaba, ma, dicit maternum affectum Mariæ ad fideles. ſecunda, ri, demonſtrat rigorem eius ad dæmones. a vero littera acceptionem precum noſtrarum à Deo ipſius interuentione oſtendit,* hæc ille. Et ideo beata virgo merito poteſt dicere verba thematis noſtri, hoc eſt nomẽ meum, ſcilicet excellentiſſimum, & iucundiſſimum, atq; ſuauiſſimum. Non enim eſt de illis, de quibus dicitur in epiſtolis Ouid. *Nomina ſunt ipſo penè timenda ſono.* Nec eſt terribile ſicut fuit nomen Hectoris: de quo idẽ poeta vbi ſupra inquit in perſona Penelope: *Nomine in Hectoreo pallida ſemper eram* ſed eius nomen eſt amoroſum, & dulciſſimum. Vnde Ber. inquit: *O nomen glorioſæ virginis ſuauiſſimum, nomenque iucundiſſimum, certe non ſum dignus te nominare: ſed ſi non ſum dignus pro-*

Littera, ac ſyllaba nominis Mariæ eius perfectionem oſtendunt.

Digitized by Google

Vnde dicitur Geneſ. 1. Congregationes aquarum vocauit maria: locus ergo omniū gratiarum vocatur Maria, hæc ille. Secundum ergò quòd in mari tria poſſunt conſiderari: ſcilicet primo origo fontiū: ſecundo plenitudo aquarum: tertio amaritudo ſaporum. Primo igitur mare eſt origo omniū fontium & fluuiorū; & ab ipſo fluunt diuerſæ aquæ. Sic à Maria, quæ eſt principium omnium gratiarum, fluunt, & emanant diuerſæ gratiæ. A mari quidem fluunt aquæ puteales, & fluuiales: & ſimiliter à Maria, de qua Can. 4 dicitur: *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* Per iſtas tres differentias aquarum intelliguntur tres gradus gratiarum, quæ omnes à Maria in nos fluunt, quæ ſunt gratia incipiens ſiue præueniens; gratia proficiens; & gratia perfecta. Gratia incipiens, ſiue præueniens ſignificatur per aquam putealem, quia ſicut puteus habet aquam occultam, ita gratia præueniens peccatori non datur propter ſua merita, ſed quadam occulta Dei inſpiratione infunditur; & dicitur aqua viua ex eo quòd peccatorem, qui erat mortuus, per culpam viuificat: & omnia eius opera quæ erant mortificata per peccatum, reuiuiſcere facit per gratiam: hoc autem facit beata virgo: de qua poteſt exponi illud quod ſcriptum eſt Ezech. 45. vbi dixit Angelus: *Aquæ iſtæ*, ſcilicet diuinæ, *intrabunt mare*, id eſt beatam virginem, *& exibunt, & ſanabuntur aquæ, & omnia ad quæ venerint aquæ iſtæ, ſanabuntur & viuent.* Per aquam fontalem intelligitur gratia proficiens: de qua dicitur in prædicta auctoritate Cant. *Fons hortorum.* Hortus enim Dei, ſunt ipſi proficientes: in quibus ſunt herbæ, & plantæ diuerſarum virtutum, ſed nec ipſæ herbæ, nec plantæ poſſunt germinare, nec creſcere, aut proficere: niſi ſint ab ipſa aqua gratiæ irrigatæ. ideo dicitur Gen. 2. c. *Fons aſcendebat de terra*, id eſt de virgine Maria, *irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.* Per aquam vero fluuialem, quę fluit cum impetu, intelligitur gratia perfecta, quæ facit fluere cū impetu: quia illos, quos replet, facit ſollicitos, & feruentes: propter quod dicitur Ezech. 1. *Vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur.* Impetus enim ibi accipitur in bona ſignificatione, ſcilicet pro bono deſiderio, & feruore. Talis enim impetus aquarum, id eſt feruor, & deſiderium à diuina gratia cauſatum, facit magnam lætitiam animarum, & ideo dicitur Pſ. 45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Sunt autem quædam aquæ ſtantiuæ, quædam lentæ, & quædā impetuoſæ: aquæ ſtantiuæ putreſcunt, & ſignificant peccatores, qui ſtant, & requieſcūt in fecibus peccatorum. Vnde Hiere. 48. dicitur:

Expon. de B. V. illud Ezech. 45. *Aquæ iſtæ intrabunt in mare.*

Requieuit in fecibus ſuis, & Iohel. 1. *Computruerūt iumenta in ſtercore ſuo.* Aquæ verò lentæ, quæ fluunt, ſignificant tepidos, qui lente operantur, de quibus dicitur Apocal 3. *Vtinam frigidus eſſes, aut calidus: ſed quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo.* Aquæ impetuoſæ, quæ fluunt cum impetu, ſignificant viros perfectos, qui ſunt ſpiritu feruentes, & ſolicite operantes, iuxta illud Apoſtoli ad Ro. 12. *Spiritu feruentes, Domino ſeruientes.* Ab iſto ergo mari, id eſt à virgine Maria fluūt omnia iſta flumina: quia per eius gratiam feruentes efficimur, & diuinis conſolationibus irrigamur. Et ideo de ipſa dici poteſt illud Gene. 2. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigādum paradiſum.*

Secundo principaliter conſideratur in mari magna plenitudo aquarum. Et ſic in beata virgine maxima eſt plenitudo gratiarum. De qua Ber. ſuper *Miſſus eſt*, ait. *Ipſa quidem eſt plena in ore gratia affabilitatis, in ventre gratia diuinitatis, in corde gratia miſericordiæ, & largitatis*, hæc ille. Vnde ipſa inquit Eccleſ. 24. *In me omnis gratia viæ, & veritatis, in me omnis ſpes vitæ, & virtutis:* in ipſa quippe fuit gratia vitæ, quia illum, qui eſt vera vita, geſtauit in ventre. in ipſa quoque fuit gratia veritatis: quia veritatem, & affabilitatem habuit in ore: in ipſa etiam fuit gratia virtutis, quia charitatem, & omnes virtutes habuit in corde.

Tertio in mari eſt amaritudo aquarum, & ſaporum: & ſic in beata virgine fuit maxima amaritudo, ſcilicet in filii amiſſione, & paſſione. vnde Maria interpretatur amarum mare. Et ideo illi dicit Hiere. Thren. 2. c. *Cui comparabo te: vel cui aſſimilabo te filia Hieruſalem, cui adæquabo te, & conſolabor te virgo filia Sion: Magna eſt enim velut mare, contritio tua.* Et ideo ipſa virgo benedicta in paſſione filij ſui poterat dicere illud Ruth, 1. capit. *Non vocetis me Noemi*, i. pulchram, *ſed vocate me Maram*, hoc eſt amaram, *quia amaritudine valde repleuit me omnipotens.* Quia vero tantas amaritudines perpeſſa, & experta eſt: ideo amaricatis magis compatitur, iuxta illud Mantuani poetæ in 1. Æneid. *Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco* Breuiter ergo concludendo hanc partē dico, quòd hęc virgo glorioſa eſt illud mare, de quo Pſalm. 103. ait: *hoc mare magnum, & ſpacioſum* &c. in ipſa enim confluxerunt, & reductæ ſunt omnes aquæ, id eſt gratiæ, & chariſmata omnium Angelorum, Archangelorum, principatuum, poteſtatum, virtutum, thronorum, dominationum, Cherubin, & Seraphin, patriarcharum, prophetarum, apoſtolorum, & marty-

Quā rectè applicētur Mariæ quæ in ſcript. de mari dicuntur.

Digitized by Google

dominatur bonis,eos in gratia conſeruando:dominatur tepidis,illos feruenter proficere faciendo.dominatur quidem malis, id eſt hominibus terrenis:ideo dicit,*in omni terra ſteti*:ſuper peccatores enim non ſedet,nec iacet,ſed ſtat ipſos adiuuando.& à malo retrahendo Dominatur etiam bonis,ideo ſubdit,in omni populo: populus enim dicitur à polis, quod eſt ciuitas;vt dicit gl.in l.1.in prin.ff.de leg 1. Ciuitas vero interpretatur ciuium vnitas;& ſignificat bonos, in quibus eſt vnitas voluntatum, qui dicunt cum propheta: *Vnam petij à Domino: hanc requiram* &c. Pſal. 26 In iſtis talibus virgo primatum tenet,dum eos in gratia Dei fouet. Dominatur etiam tepidis, ideo ſubdit *& in omni gente primatum tenui* Gentes enim dicuntur quaſi gentiles: quando ergo homo ad fidem Chriſti conuertitur, tunc ſpiritualiter generatur,iuxta illud 1.ad Cor.4 *In Chriſto enim Ieſu per euangelium ego vos genui.* Quidam igitur ſunt tales,quales ſunt genti, ſcilicet per baptiſmum, quia in nullum bonum proficiunt,nullamque virtutem apprehendunt: in quibus ipſa primatum tenet, quia eos ad feruenter operandum prouoceat,& inducit. Secundo principaliter dicitur domina, propter ius dominij acquiſitum. Acquiritur enim quis dominium alicuius rei,aut ratione emptionis ſoluto precio l.procuratores §. penult.ff.de tributo. & § vendit. Inſti.de rerum di.aut ratione operationis, quando aliquis rem operatus eſt,& eam in eſſe produxit.§ ſi quis à domino.inſti de re.di & l.dominus horreo §.1 ff.locati, operæ enim dicuntur quaſi ſimiles pecunijs l à duobus.ff.de ope l be aut ratione electionis iuxta notata per Bart in l.abſenti ff.de donatione, & per doctores in c.noſti. de elec.Faciunt notata per gloſſ in aut de manda. princ §.cos.col 3 quæ tamen intelliguntur ſecuta conſummatione phuſe lectionis,quando ad aliquem ſuperiorem pertinet confirmatio, iuxta notata per inno c.in ea. ex parte. de albi & in c. cum veniſſent.de reſti.ſpo. Virgo igitur beata habet ius dominandi, primo ratione emptionis, quia cum filius ſuus emerit, & redemerit humanum genus: ipſa ad hanc redemptionem faciendam eſt multipliciter operata, precium ſcilicet redemptionis miniſtrando: & ipſum redemptorem nutriendo. Secundo ratione operationis, quia ipſa eſt mater Dei,qui cuncta in eſſe produxit. Vnde ad Hebr 3.inquit Paulus, *Qui fabricauit omnia Deus eſt* & Imperator.l 1.in prin.C de veteri iu.enu.dicit: *A ſumma prouidentia Trinitatis totius mundi elementa proceſſerunt.* Omnia autem bona filij facta ſunt matris,cui ſine liberis morienti in omnib bonis ſucceſſit per l.primam & l.mater.C.ad ſenatuſc. Tertij & inſti eod.§ Tertio ratione electionis,quia Deus ab æterno ipſam elegit Vnde propheta Pſal.131.inquit,*Elegit eam in habitationem ſibi.*

Tertio principaliter dicitur,Domina,propter multitudinem ſubditorum, ipſa enim habet ſeruos,amicos,filios,& inimicos. Serui ſunt de nouo conuerſi,amici ſunt eius fideles, & deuoti,filij ſunt in cælo beati,hoſtes eius ſunt dæmones, & damnati Iſtis quatuor generibus ſubditorum diuerſimode dominatur,quod innuitur Cant.6. vbi dicitur: *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens,pulchra vt Luna,electa vt Sol,terribilis vt caſtrorum acies ordinata?* Seruis enim, id eſt de nouo conuerſis dominatur tanquam aurora,quia ab eis expellit tenebras culpæ, & dat lucem gratiæ. Amicis,id eſt deuotis, & fidelibus dominatur tanquam Luna, quia dat eis lucem diuinæ ſapientiæ,& rorem cæleſtis gratiæ. Filijs, id eſt beatis dominatur tanquam Sol: quia repleteos clariſſima Dei viſione, & ferventiſſimo eius amore. Inimicis, id eſt dæmonibus, dominatur tanquam acies militum ordinata,quia eos terret, & expellit, & in fugam conuertit. vnde de eius dominio exponi poteſt illud quod dicitur Geneſ 1. *Dominatur in piſcibus maris*,id eſt dæmonibus qui ſunt ſemper in amaritudine pœnæ,& volucribus cæli, id eſt Angelis, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram,id eſt hominibus Poteſt etiam de hoc exponi illud quod dicitur Geneſ.27. *Seruiant tibi populi, eſto dominus fratrum tuorum; & incuruentur ante te filij matris tuæ*,id eſt omnes Angeli, qui ſunt filij eccleſiæ triumphantis.

Sciendum ergo quòd iſti glorioſæ Dominæ, id eſt virgini benedictæ omnes creaturæ reuerentiam exhibent, & faciunt illud, quod de filio ſuo præcipit Apoſtolus ad Philip.2.dicens: *In nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium,& infernorum.* In nomine igitur virginis Mariæ dicuntur flectere genua agmina cæleſtia: Angeli etenim nomen eius maxime venerantur, & eam reuerenter adorant,& ipſe filius Dei matrem ſuam veneratur,& laudat, & hoc eſt quod dicitur Prouer.vlt. *Surrexerunt filij eius* id eſt omnes Angeli,& beati, *& beatiſſimam prædicauerunt; vir eius*,id eſt Chriſtus, *laudauit eam.* Quia ergo Chriſtus vt ſcriptum eſt Luc.2. c. erat ſubditus beatæ virgini: ideo ſecundum ſanctum Bernardinum in ſermone.3. de nomine virginis,hæc eſt vera locutio: *Beatæ virgini ſubdita eſt omnis creatura,& Deus*:vnde Ber.ſuper Miſſus eſt homil.1.

Omnia venerantur Mariam.

minibus deſignamus. & nunc lucem, nunc ſolem, & huiuſmodi nominare ſolemus. vt ſic ad ſublimitatem eius cognoſcendam aliquantulum pertingamus: immenſitas quippe gloriæ eius omnis humani ſermonis excedit inopiam: proinde forte non nominauit eam Angelus, volens potius venerari ſilentio, quod non potuit exprimi eloquio hæc ille. Si enim terrenus, ac temporalis Imperator multis nominibus nuncupatur, vt eius magnanimitas, & excellentia demonſtretur: vt patet in procemio Inſti. & ff. Multo magis regina, & imperatrix cæleſtis diuerſis debet nuncupari nominibus. Sed de vno tantum, breuitatis cauſa, hic pertractabim⁹. Sciendum eſt ergo quòd huius tam præclariſſimæ virginis nomen, quod Maria nuncupatur, inter alias, quinq; demonſtrat eius excellentias. quarum Prima dicitur maternalis.
Secunda arcadialis.
Tertia regalis.
Quarta imperialis.
Quinta & vltima appellatur, auguſtalis.

DE PRIMA EXcellentia nominis Mariæ, quatenus per litteram, M. ſignificatur, Mater vniuerſorum.

HOc nomen Maria quinque alias excellentias demonſtrat ipſius beatiſſimę Dominę noſtræ, quę incipiunt ab vna literarũ ſuarum. Per M. enim ſignificatur quod ipſa eſt mater vniuerſorum. iuxta illud Sap 7 *omnium. n. bonorũ mater eſt.* Quod Albertus, ſuper *Miſſus eſt*, exponit de beata virgine dicens, quòd ipſa eſt mater omnium. quia vnum hominem genuit. ſ. Chriſtum: & omnes regenerauit: peperit enim filium ſuum primogenitum corporaliter, alios autem omnes ſanctos ſpiritualiter. Ipſe enim Ieſus non confunditur electos ſuos vocare fratres per Pſalmiſtam dicens: *Narrabo nomen tuum fratrib. meis*: quam autoritatem allegat Paulus ad Hebrę. 2. nam per conceptum eius, & partum ex ipſa virgine poſſumus de illo dicere illud Gen. 37 *Caro, & frater noſter eſt*: vt ſit ipſe primogenitus ſ. dignitate, & ſanctitate in multis fratribus i. in omnibus ſanctis, vt ait Apoſt. ad Ro. 8 Omnium igitur ſanctorum, quos per ſpiritualem gratiam mediante virgine regenerauit Deus, dicitur mater ipſa virgo: immo etiam Angelorum dicitur mater ſecũdum Albertum vbi ſupra, qua mediante eorum reſtaurata eſt ruina. Sed de hac excellẽtia maternitatis hic pertranſeo quia ſupra in 2. parte huius operis ſer. 2. part. vlt ſatis copioſe declaraui, quomodo virgo benedicta eſt mater noſtra: quæ veritas poteſt probari per illud Eſa vlt *Nunquid parturiet terra in vna die: aut parietur gens ſimul?* Cõſtat enim quòd nõ quærit de terra ſecundum literam, quia ſtulta eſſet quæſtio. ergo intelligitur de terra ſecundum figurã. ſ. de beata virgine, quæ terra appellatur. vt patuit ſupra parte 2. huius operis ſermo 3. part. 1 Ipſa enim ſimul peperit omnem gentem, modo prædicto: immo etiam omnis creaturę mater dicit̃: vt probat Albertus ibidẽ. quia quicquid eſt cauſa cauſę, eſt cauſa cauſati. vt ait philoſophus in lib de cauſis. ſed virgo Maria fuit origo, & cauſa productiua filij Dei, qui in quantum Deus, eſt cauſa & origo omnium creaturarum tam rationalium, quam irrationalium, & inſenſibilium iuxta illud Deut. 32 *Ipſe enim eſt pater tuus qui poſſedit, & fecit & creauit te.* ergo ipſa mater Dei eſt mater omnium creaturarum. & non ſolum ratione creationis, ſed etiam ratione innouationis, quam expectant fieri per filium eius, iuxta illud ad Rom 8. *Omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc, expectans reuelationem filiorum Dei: quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* O igitur mater noſtra veneranda: cum maxima ſit affectio matris erga filium l. videamus. vbi gloſſ. ff. de in litem iuran. propterea credendum eſt quod tu nos filios tuos intime diligis. Et cum mater non poſſit, nec debeat obliuiſci filij ſui, vt inquit Seuerinus Papa in cap. ad Romanam Eccleſiam 2 q. 6. vbi dicit gloſſ. quod non præſumitur aliqua eſſe mater niſi diligat filium cap. afferte. de præſump Profecto tu dilectorum filiorum tuorum, qui ſumus nos, obliuiſci non potes: ſed de nobis continuam memoriam habens neceſſitatibus noſtris ſubuenire non ceſſas Si enim vt inquit Statius 10. Thebai. *Prolis amor crudelis vicit Pectora*: non eſt dubitandum quòd pectus tuum pijſſimum ad prolem tuam diligendam tua viſceroſa pietas conſtringit.

DE SECVNDA EXcellentia B. V. prout per litteram A, ſignificatur arca theſaurorum Dei.

PEr A. quæ eſt ſecunda littera nominis virginei, ſignificat̃ quòd beata virgo eſt arca theſaurorum Dei, quæ figurata eſt in arca tabernaculi, de qua dixit Dominus ad Moyſen Exo. 25

Applicat. B.V. illud Exod. 25. Fac tibi arcam &c.

cap. *Fac tibi arcam de lignis* Sethim, quæ arca deaurata erat intus, & foris & erat in ea manna, tabulæ legis, & virga Aaron, quæ fronduerat. Ligna Sethim, de quibus fabricata erat arca, ſunt ligna imputribilia: & ſignificat theſaurum virginitatis in ſummo, quia fuit in Maria. Caſtitas eſt enim ille theſaurus, de quo ait Apoſtolus 2. ad Cor. 4. Habemus theſaurũ in vaſis iſtis fictilibus. i. corporibus: nam in Angelis, qui non habent corpus, virginitas non eſt proprie virtus: quia hoc habent à natura, non à pugna cum gratia. facit ad hoc gloſſa in l. 1. ff. de ea & poſt li. re dicens: quòd firmior virtus eſt quæ venit à pugna. Eſt autem tanti valoris iſte theſaurus, vt dicat Sapiens Eccleſiaſtic. 26. *Non eſt digna ponderatio animæ continentis*. Tantum autem ponderat virginitas, vt ſola ſit potens repræſentare animas Deo, vt inquit Imperator in aut. de leno. § ſancimus. hic autem virginitatis theſaurus, ſi ſemel amittitur, nunquam recuperatur, quoad præmium aureolæ. 32. q. 5. c. ſi Paulus & hoc etiam inquit Iſido. in lib. de ſum bo. & beatus Thom. 2. 2. qu. 152. & in quodlibeto ſuo quodl. bet qu. 3. Iſta autem arca eſt aurata intus & foris, quia plena eſt charitate, aurum enim quia precioſius eſt alijs metallis, ſignificat charitatem, quæ eſt maxima virtutum, qua erat Maria circundata in conuerſatione exteriori, & actione interiori. Vnde de ipſa dici poteſt illud 3. Regum 6. *Nihil erat in templo quod non auro tegeretur*. Ad opera autem ipſius charitatis Chriſtus hortabatur diſcipulos Matth. 5. capit. dicens: *Theſaurizate vobis theſauros in cælis*, faciendo ſ opera charitatis.

In hac arca eſt theſaurus ſuauiſſimæ miſericordiæ deſignatæ per manna: quem theſaurum poſtulabat Moyſes populo ſuo dicens Numer. 20. *Aperi ei Domine theſaurum tuum fontem aquæ viuæ*, ſcilicet miſericordiæ, & gratiæ. vnde & mater miſericordiæ, virgo Maria dicitur. Eſt etiam in ea theſaurus ſapientiæ, ſignificatus per legem in arca poſitam: de quo dicitur Sapient. 7. *Infinitus theſaurus eſt hominibus ſcilicet ſapientia*: de qua etiam inquit Iuriſconſultus in l. 1. p. inc. ff. de vari. & extraor. cog. quòd non poteſt precio nummario æſtimari: cuius verba licet referantur ad ſapientiam iuris ciuilis, tamen etiam intelligi debent de ſapientia diuinarum rerum, immo multo magis. Si ergo ſcientia ciuilis non permittit aliquem in paupertate viuere, nec in neceſſitate mori, vt ait Imperator in aut. de hære. & fal. § vlt. col. 1. multo minus theſaurus diuinæ ſapientiæ. E contra vero de nõ habentibus hunc theſaurum dicit Auguſtin. in epigrammatibus Proſperi, epigrammate 74. *In magna egeſtate ſunt diuites, ſapientiæ theſauros non habentes*. His autem theſauris in ſummo plena fuit beatiſſima virgo Maria. Nam nulla creatura pura habuit tantam cognitionem de diuinis rebus, & pertinentibus ad ſalutem, ſicut ipſa, quæ fuit magiſtra Apoſtolorum, & Euangeliſtarum ad docendum eos de myſterijs Chriſti, vt inquit Hieronymus in ſermone ad Euſtochium. Nec mirum ſi theſaurum immenſum ſapientiæ habuit, cum in ea Chriſtus requieuerit, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei ſecundum Apoſtolum ad Col. 2. & qui Chriſtum nouit, theſaurum ſapientiæ, & ſcientiæ nouit: vt ait Ambroſ. cuius ſententia ponitur in c. Legimus. in fin. 37. diſtin. Eſt etiam virga in arca deſignans poteſtatem, & dominium eius, de quo ſup. diximus in ſermone præcedenti parte vlt. Arca autem iſta ſeruabatur in tabernaculo, vt res precioſiſſima: & ita beata virgo in tabernaculo Eccleſiæ, ſiue cordis noſtri eſt venerabiliter, & cum deuotione maxima recolenda, & conſeruanda. In iſta etenim arca Deus non ſolum poſuit theſauros ſapientiæ ſuæ, vt etiam ſcriptum eſt Prouerb. 9. vbi dicitur. *Sapiens mulier ædificat domum ſuam*, id eſt gubernat ſanctam Eccleſiam: & theſaurum pietatis, & bonitatis. Vnde iſta inquit Eccleſiaſt. *Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me: & à generationibus meis adimplebimini*: ſed etiam in ea collocauit theſaurum potentiæ ſuæ, ideo ipſa Eccleſiaſiaſt. 24. ait: *In Hieruſalem poteſtas mea*: & certe potentiam magnam in ciuitate ſuperna habet beata virgo.

Conſueuit autem quis penes aliquem regem habere magnum poſſe: aut ratione parentelæ, aut ratione gratiæ inuentæ, aut ratione beneficientiæ. & ita triplici de cauſa beata virgo apud cæleſtem regem obtinet magnum poſſe. Primo ratione parentelæ, quia ſ. eſt mater regis. Vnde Bernard. in quodam ſermone ait: *Non deeſt poteſtas: quia eſt mater omnipotentis: nec voluntas, quia eſt mater miſericordiæ, nec induſtria, quia eſt mater ſapientiæ*. De hac autem cauſa potentiæ virginis habetur figura 3. Regum 2. vbi dicit Salomon Bethſabeæ matri ſuæ: *Pete mater mea: neque enim fas eſt, vt auertam faciem meam à te*. Secũdo habet poſſe ratione inuentæ gratiæ, quia inuenit gratiam apud Deum, vt ei dicit Angelus Luc. 1. Vnde Bern. ſuper Miſſus eſt, ait: *Maria dicitur gratia plena, quia Deo, Angelis, & hominibus eſt grata. Deo per humilitatem, Angelis per virginitatẽ, hominibus per fœcunditatem*. Tanti autem gratiam apud Deum inuenit, quod ipſam ab æterno amauit,

Triplici de cauſa Maria apud Deum multũ poteſt.

Digitized by Google

amauit, & à principio mundi per omnes ætates quæſiuit, & tandem ſibi deſponſauit. De his tribus dicitur. Sap. 8. *Hanc amaui, & exquiſiui à iuuentute mea: & quæſiui eam mihi ſponſam aſſumere.* Tantam quoque gratiam apud Deum inuenit, quod ipſam pro Eua regnare fecit. De quo in figura dicitur Heſter 2. *Adamauit eam rex ſuper omnes mulieres, habuitq; gratiam, & miſericordiã cum rege, & impoſuit diadema regni in capite eius: fecitque eam regnare pro Vaſthi,* id eſt, pro Eua. Tantumque eius amorem concepit, quod omnes eius petitiones exaudiuit: vnde vbi ſup. dicitur: *Si inueni gratiam in oculis tuis, O rex: da mihi animam meam pro quo obſecro. Et rex ſibi omnia conceſſit.* Tertio habet magnum poſſe ratione beneficentiæ, id eſt, obſequiorum, quæ ſibi exhibuit. De quibus ſanctus Odilo in quodam ſermone inquit: *Ipſa Dei genitrix omne tempus dominicæ infantiæ, pueritiæ & adoleſcentiæ cum illo peregit, & obſequio maternæ dilectionis, vt vera mater vere filio miniſtrauit* & Auguſt. in ſermone de annunciatione ait: *Lacta Maria creatorem tuum, panem cœli, precium mundi: præbe lambenti mãmillam, vt ille pro te percutienti præbeat maxillam. Tu illi temporalem miniſtra ſubſtantiam, vt ipſe nobis, & tibi vitam tribuat ſempiternam. Lacta qui fecit te, vt ipſe fieret in te.* Quia ergo beata virgo talia obſequia Chriſto præſtitit: adeo apud ipſum potentiam magnam promeruit. Quamobrem merito arca Teſtamenti appellari debuit, in qua omnes theſauros ſuos omnipotens Deus collocauit.

DE TERTIA EXCELLENTIA NOMINIS VIRGINALIS; PROUT PER LITTERAM R, SIGNIFICATUR REGINA.

Tertia littera huius nominis eſt R. per quã ſignificatur, quod ipſa eſt Regina cœlorum, & totius orbis: de qua propheta inquit Pſalm 44. *Aſtitit regina à dextris tuis,* &c. vbi commendat hanc reginam de ſex prærogatiuis. Primo à prærogatiua excellentis pulchritudinis, cum in eodem Pſalmo inquit: *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus.* Non enim multum curauit de pulchritudine faciei exterioris, licet vt ſup diximus in parte præcedenti huius operis ſermone 4 & etiam ſermone vltimo, fuerit pulcherrima. Sciebat enim quod vt dicitur Prouerb vltimo, *Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo:* ſed curauit de pulchritudine faciei interioris. Ideo dicit: *Omnis gloria eius,* &c. pulchritudo autem faciei, ſicut dicit Auguſt in li. de Trini. eſt quando ipſa facies eſt decenter colorata; hilariter affecta, & bene proportionata. Charitas autem fecit animam virginis coloratam, quæ ſignificatur per aurum, quo induta eſt ipſa regina. Finalis vero perſeuerantia fecit ipſam bene lætam, vt cum magna lætitia anima eius de mundo recederet, quæ in bonis operibus vſque in finem perſeuerauit. Vnde de perſeuerantibus dici poteſt illud Eſa 55 *In lætitia egrediemini.* Diuerſitas autem virtutum fecit animum eius bene proportionatam: Iſta ergo tria, quæ fuerunt in beata virgine, fecerunt animam eius valde pulchram: ideo ſubditur; *in fimbrijs aureis.* Ipſa enim habuit finalem perſeuerantiam, qu[o]d notatur per fimbriam, quæ eſt finis veſtimenti habuit etiam charitatem, quæ notatur per hoc, quod illa fimbria dicitur fuiſſe aurea. habuit etiam proportionalitatem, quod ſignificatur per hoc, quod dicitur: circumamicta varietate, id eſt, virtutum diuerſitate: nam magnitudini fidei correſpondebat magnitudo ſpei: & magnitudini ſpei correſpondebat magnitudo charitatis, & magnitudini charitatis correſpondebat magnitudo operis. Habuit ergo magnam fidem, de qua Luc. 1, dicitur illi: *Beata quæ credidiſti* &c, habuit magnam ſpem, vnde Eccleſiaſt 24 appelletur mater ſanctæ ſpei. magnam quoque charitatem habuit, in tantum quod præ nimia charitate languebat Vnde Cant. 5 c. dicebat: *Nunciate dilecto: quia amore langueo* Magna quoque, & fortia opera fecit, & ideo de ipſa dicitur Prou. vltim. *Manum ſuam miſit ad fortia*

Secundo commendatur iſta regina de veſtium precioſitate: cum dicitur: *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate* quæ veſtimenta intelliguntur, aut prout habuit in mundo, aut prout habet in cœlo. Nam in mundo exiſtens habuit veſtimentum deauratum, id eſt, corpus incorruptum, & illibatum: animam vero habuit circundatam varietate, id eſt, omniũ virtutum diuerſitate, vt ipſa teſtatur Eccleſia[ſtici] 24 Vel poſſunt etiam intelligi veſtimenta illius, prout nunc habet in cœlo: habet enim veſtimentum deauratum, id eſt, corpus gloria immortalitatis indutum, *& circundata varietate,* id eſt, omnium ſanctorum numeroſitate, qui ipſam circundant, venerantur, & laudant.

Tertio commendatur iſta regina de ſponſi nobilitate, cum dicitur: *Concupiſcet rex decorẽ tuum,*

 vbi

eſt, virgines coniugia contemnentes. vel pro patribus tuis, id eſt prophetis, qui Chriſtum venturum prædixerunt nati ſunt tibi filij, id eſt, Apoſtoli, qui Chriſtum incarnatum viderunt, & eius Euangelium prædicauerunt. vel pro patrib. tuis id eſt pro Iudæis infidelibus, qui Chriſtum perſequuntur, nati ſunt tibi filij, id eſt boni Chriſtiani, qui Chriſtum vera fide confitentur. Sequitur; *Conſtitues eos principes ſuper omnem terram* Conſtituuntur autem primi filij, id eſt, virgines ſuper omnem terram, quando ſuper omnes ſenſus ſui corporis dominantur. Secund. filij id eſt Apoſtoli ſuper omnem terram conſtituuntur, quando conculcant terrena, & ſe ad cœleſtia ſubleuant appetenda. Tales enim omnia poſſident, vnde quidam ſapiens inquit; *Qui omnia contemnit, omnia poſſidet*, quia omnia ſub pedibus habet, & omnibus præeſt, omnibuſque dominatur ideo Apoſtolus 2. ad Corinth. 6. inquit; *Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes* Tertij autem filij, id eſt, boni Chriſtiani ſuper omnem terram conſtituuntur, quando terrena omnia delectamenta, quæ de terrenis percipiunt, ad Dei gloriam referũt. ſicut faciebat Imperator Iuſtinian. vt in l. in nomine Domini. C. de offi. præ. Af. & in l. 1. C. de ve. iu enu. & in aut. de armis. in princip coll. 6. & ſimiliter agebat beatus Franciſcus, de quo canit Eccleſia in officio eius; *Quicquid in rebus repperit delectamenti, regerit in gloriam factoris* Tales boni Chriſtiani dicunt Deo illud Pſal. 17. *Super omnem terram gloria tua.*

DE QVARTA EXCELLENTIA virginalis nominis, ſecundum quam ratione litteræ I. B. V. dicitur Imperatrix

PEr quartam litteram ſcilicet. I. denotatur, quod beata virgo eſt imperatrix cœli, & terræ. & hoc primo, quia ipſa genuit cœleſtem Imperatorem, & ideo poteſt ab eo petere quicquid vult, & obtinere. quod figuratum fuit. 3. Reg. 2. vbi mater Salomonis dixit ei: *Petitionem vnam peto à te, ne confundas faciem meam.* tunc enim faciem ſuam confunderet, quando illud, quod peteret, denegaret. Si ergo imperat filio ratione maternalis iuriſdictionis, qui fuit ſubditus illi, vt habetur Luc. 2. Multo magis imperat omnibus creaturis filio ſubiectis, facit. l. de acceſſionibus. ff. de diuer. & temp. p.. imperatrix, quia eſt filia cœleſtis Imperato... deo illi inquit propheta Pſalm. quadrageſimo quarto. *Audi filia, & vide*, &c. eſt etiam imperatrix, quia æterni imperatoris eſt ſponſa de quo dicitur Ioan. 3. cap. *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt.* Quando vero Deus illi tradidit imperium orbis, & omnium contentorum in eo, dixit ei illud quod habetur 1. Æneid. *His ego nec metas rerum, nec tempora pono: Imperium ſine fine dedi.* & ideo iſtam tam excellentem imperatricem debemus omnes diligere, & venerari propter rationem, quam ponit Vegetius in 2. lib. de re militari ca. 5. dicens; *Maieſtas imperatoris ſecundum Deum humana diligentia eſt excolenda, & ei, cum Auguſti nomen accepit, tanquam præſenti, & corporali Deo fidelis eſt præſtanda deuotio, impendendusque peruigil famulatus. Deo enim vel priuatus, vel militaris ſeruit, cum Imperatori fideliter ſeruit, cum fideliter eum diligit, qui Deo regnat autore.* Hæc ille. Cuiuſmodi eſt imperatrix noſtra, quæ à Deo ſuum recepit imperium. Huius autem imperatricis dignitas oſtenditur Pſalm quadrageſimo quarto, dum dicitur; *Aſtitit regina a dextris tuis*, &cæt. Et primo quantum ad locum, quia ſedet à dextris filij. quod figuratum fuit 3. Reg. 2. vbi Salomon fecit poni thronum matris ad dexteram ſuam, fecitque eam in eo ſedere.

Huius Imper. dignitas ter...

Secundo eius dignitas oſtenditur quoad habitum, cum dicitur in veſtitu deaurato. & de hoc habetur Apocal. 19. vbi dicitur; *venerunt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit ſe, & datum eſt illi vt cooperiret ſe veſtimento byſſino ſplendente, & candido.* & Prouerb. vlt dicitur; *Byſſus, & purpura indumentum eius.*

Tertio quantum ad obſequium famulorum cum dicitur; *circumdata varietate*, ſcilicet angelorum & ſanctorum, qui omnes beatæ virgini, tanquam ſuæ imperatrici famulantur, ipſamque continuè magnificant. De famulatu autem Angelorum dicit Sanctus Gerardus epiſcopus in quodam ſermone; *Dominus noſter Ieſus Chriſtus matrem ſuam magnificat, quæ Angelicis eſt ſtipata choris, Archangelicis vallata turmis, thronorum hinc inde poſſeſſa iubilationibus, dominationum circumcincta tripudijs, principatuum circumſepta obſequijs, poteſtatum amplexata plauſibus, virtutum gyrata honoribus, Cherubim circumſtantiata hymnificationibus, Seraphim vndiq; poſſeſſa ineffabilibus cantationibus.*

Qualiter aũt cæteri ſancti eidem famulentur, decla-

Idem dictus ſanctus in eodem ſermone dicens: *Apoſtolorum ſplendidiſſimus ordo ineffabili laude illam extollit, Martyrum exercitus ſupplicat Dominæ ſuæ. Confeſſorum multitudo innumerabilis continuum ſibi perſonat canticum, virginum candidiſſima concio virginem choream ad ſuam celebrat gloriam.* Hæc autem ſereniſſima Imperatrix mittit Angelos in miniſterium, & eis ſecreta palatij committit. Vnde B. Ildephonſus in quodam ſermone inquit: *Perſuadet, immo compellit nos celſitudo tua credere, quod in regno filij tui O beata virgo Maria, ita imperioſè principaris, vt per angelorum miniſteria tuis ſemper deuotis ſubuenias. Si enim Angelus Angelum mittit, confidenter debet credere Chriſtiana deuotio, quod imperatrix Angelorum tanto magis habet Angelos ad obſequium, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Si enim Ioſue dux populi Iſrael iuſſit ſolem ſtare, quomodo non omnia ſydera ad nutum imperatricis obediant? Si Cherubin & Seraphin de fonte Dei bibentes, inferioribus Angelis quædam arcana reuelant, quanto magis glorioſa virgo de occultis filij ſui, amplexu eius degustata myſteria Angelis copioſius effundit?* Hæc ille.

Tantæ autem auctoritatis in cæleſti palatio eſt iſta imperatrix, quod omnibus alijs ſanctis intermedijs omiſſis ad ipſam liceat ab omni grauamine appellare. Licet enim ſecundum iura ciuilia debitum mediũ ſeruetur in appellationib. l. imperatores ff. de appel. reci. tamen in ipſa ſeruatur ſtylus iuris canonici, in quo omiſſo quolibet medio appellatur ad ſummum Pontificem cap. ſi duobus. extra de appel. Quilibet ergo poteſt ad eam appellare. Vnde de ipſa dicere poſſumus illud, quod ſcriptum eſt in c. ad Romanam 2. qu. 6. vbi dicitur: *Ad eam ab omnibus oppreſſis eſt appellandum, & concurrendum quaſi ad matrem, vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à ſuis oppreſſoribus releuentur, quia non poteſt, nec debet mater obliuiſci filij ſui.* Confidenter igitur quiſque appellet ad ipſam, ſiue grauetur à diabolo, ſiue ab aliquo tyranno, ſiue à corpore proprio, aut à diuina iuſtitia. Primo licet appellare à diabolo, ſicut fecit Theophylus quidam, qui, vt ſcribitur in miraculis eiuſdem virginis, ab epiſcopo ſuo à vicedominatu depoſitus, in tantam deſperationem cecidit, quod diaboli ſe ſeruum fecit; & de ſua ſeruitute chirographum manu propria conſcripſit, & diabolo tradidit. Poſtmodum vero ad cor ſuum rediens, & pœnitens ad imperatricem iſtam appellauit: ipſa totum irritum fecit, & diabolo, vt Theophilo chirographum redderet, præcepit. & ſic ipſum in ſtatum priſtinum reſtituit, & gratiam, ac veniam ſibi impetrauit.

Secundo licet appellare ad ipſam, ſi quis grauatur à tyranno, quod patet in beato Baſilio, cui cum Iulianus apoſtata ad prælium contra Perſas vadens, minatus fuiſſet quod in ſuo reditu ciuitatem ſuam deſtrueret; ſanctus Baſilius ad imperatricem iſtam appellauit, quæ militem quendam nomine Mercurium iam defunctum ſuſcitauit, qui ſuper equum conſcendens, atque ad Iulianum pergens, ac lanceam fortiter vibrans, ipſum occidit. Ideo dicit ſanctus Philibertus in quodam ſermone; Veniant ad beatam Mariam iuſti cum Baſilio effectum celerem percepturi. veniant & peccatores cum Theophilo deſideratam gratiam adepturi.

Tertio licet ad ipſam appellare: ſi quis grauatur à corpore proprio, ſicut patet de Maria Ægyptiaca; quæ vt habetur in vitis patrum, cum multo tempore carnali concupiſcentiæ deſeruiſſet, tandem ad imperatricem iſtam confugiens, & appellans, concupiſcentiam vicit, & caſtitatem conſeruauit.

Quarto licet ad ipſam appellare, ſi quis à Dei iuſtitia ſe grauari ſentit. Quod ſignificatum fuit Heſter 5. vbi dicitur quod cum rex Aſſuerus Iudæis eſſet iratus, regina Heſter ad ipſum placandum acceſſit. Cui rex ait: *Etiam ſi dimidiam partem regni mei petieris, dabitur tibi.* Iſta ergo imperatrix figurauit Imperatricem cælorum, cũ qua Deus regnum ſuum diuiſit. Cum enim DEVS habeat iuſtitiam, & miſericordiam: iuſtitiam ſibi in hoc mundo exercendam retinuit, & miſericordiam matri conceſſit, & ideo ſi quis ſentit ſe grauari in foro iuſtitiæ Dei, appellet ad forũ miſericordiæ matris eius.

DE QVINTA EXCELLENTIA nominis virginalis, ſecundum quam B. V. ratione litteræ, A, dicitur Auguſta.

Qvinta littera huius ſacratiſſimi nominis, quæ eſt A. ſignificat beatam virginem eſſe auguſtam totius orbis. Sicut enim Imperator Auguſtus dicitur ab augendo, quia quantum poteſt, debet ſuum imperium augere. vt dicit gloſſ. ſuper rubricam digeſtorum, & Inſtitutio-

ctionum. Ita virgo glorioſa appellari poteſt Auguſta. Sicut enim vxor terreni Imperatoris appellatur Auguſta l. ſi fiſcus in fi. ff. de iure fiſ. & l. fin. §. 2. C. de quadri. præ. & l. princeps ff. de legi. multo magis deſponſata, ac coniuncta cœleſti Imperatori benedicta virgo appellari debet Auguſta. Maxime quia ipſa augmentauit imperium diuinum ſuper humanum genus deperditum, atque ipſa mediante auctus eſt fidelis populus colens Deum. Ideo de ipſa dici poteſt illud Pſalm. 104. *& auxit populum ſuum vehementer.* Ad iſtam igitur Auguſtam debent omnes tribulati recurrere; quia ipſa neminem ſpernit, ſed benigniſſime recipit, & ſemper reſidet, & expectat ad ſe venientes: vnde thronus Dei appellatur. Ideo Apoſtolus Hebr. 4. *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in tempore opportuno* Hic eſt ille thronus de quo. 3. Regum 10. dicitur: *Fecit rex Salomon thronum de ebore grandem, & veſtiuit eum auro fuluo nimis.* Fuit ergo beata virgo thronus Salomonis, id eſt Chriſti, quia in eo nouem menſibus ſedit, & eum omni pietate repleuit: de quo dici poteſt illud Prouerbiorum 25. *Roborabitur clementia thronus eius.* Vt enim inquit Gualterius in Alexandriade lib. 1. *Inſtabile eſt regnum quod non clementia firmat.* Felicitas autem regnantis eſt famulantes amare, vt ait Caſſiodorus lib. 3 epiſtolarum. ca. 1. Eſt quoque thronus terribilis contra dæmones eius deuotos impugnantes. de quo dicitur Apocal 4. *De throno procedunt fulgura, & voces, & tonitrua.* Rogemus ergo iſtam sereniſſimam Auguſtam, vt nos ab hoſtium inſidiis, & impugnationibus protegens, atque populo Dei annumerari faciens, in bonis operibus perſeuerantes vſq; ad finem ad contemplandam, poſt huius vitæ tranſitum, eius glorioſam Maieſtatem in cœleſti faciat patria ſublimari, Amen.

DE EIVSDEM SANCTISSIMAE Virginis Nominatione.

SERMO QVARTVS.

In quo ex eodem Mariæ nomine quinq; eius prærogatiuæ deſumptæ explicantur.

OLEVM *effuſum nomen tuum.* Cant. 1 Inquit glorioſus Sanctus Bernardinus in ſermone. 2. de nomine virginis: *Non eſt facultatis humanæ dilectiſſimi fratres, quamdiu in hoc mortali corpore viuitur, plene pertingere ad laudem glorioſæ virginis matris Dei, quæ omnium hominum & voces excellit, & ſuperat intellectum. Quis enim mortalium niſi diuino illuſtratus oraculo, de vnica Dei, & hominis genitrice quicquam modicum, vel grande præſumat edicere? immo non timeat hanc pollutis labijs nominare: quam pater miſericordiarum & ante ſecula Deus perpetuam deſtinauit, in virginem digniſſimam; Filius prælegit in matrem, ſpiritus ſanctus noua gratia domicilium præparauit: quibus laudibus ſeruitutis hominum reginam referret Angelorum, quæ præconia dilatet mortalis anguſtia vel officia ſubminiſtret, cui cœleſtiũ parent, & famulantur obſequia. qui dignam honoribus plauſus hominum terris accumulabit, quam ſpirituum agmina beatorum iugiter venerantur in cœlis. Sed quia illam, vt meretur, non poſſumus laudare: ſaltem nomen eius extollere procuremus.* Hæc ille. de quo nomine benedicto quinq; alias conſiderationes faciemus, contemplando eiuſdem virginis quinque prærogatiuas, ab vna litterarum ipſius nominis incipientes.

(∴)

Digitized by Google

DE PRIMA PRAEROgatiua incipiente ab M. ſcilicet, quod virgo Maria dicitur, manus Dei.

BEata Dei genitrix virgo in ſacra ſcriptura appellatur manus Dei. de qua exponi poteſt illud Deuteron. 33. *Omnes ſancti in manus eius ſunt* Et illud Iob 12. *In cuius manu eſt anima omnis viuentis.* Per iſtam manum Deus nobis tribuit bona paradiſi: & iuxta illud Pſal. 74. *Extendit manum ſuam in retribuendo.* Per ipſam etiam electo ſuo ſuccurrit. Vnde inquit pſalmiſta Pſalm. 68. *Manus mea auxiliabitur ei* de qua etiam dicit Pſal. 108. *Sciant quia manus tua hæc.* Et Pſal 23. *In manu eius omnes fines terræ.* Et ideo rogabat idem propheta, di. Pſalm. 118. *Fiat manus tua vt ſaluet me.* & Pſal 143 iterum dicebat: *Emitte manum tuam de alto*, &c. Gratias igitur tibi ago Domino Ieſu Chriſte; quia poſuiſti ſuper me manum tuam. Pſal. 237. De qua dicitur Pſal. 144. *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione* Spero autem quòd ad regnum cœleſte me perducet, iuxta illud Pſal. 138. *Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Hæc eſt illa manus de qua exponi poteſt illud Sap 3. *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.* Iſta eſt illa manus Dei fortiſſima, quę dæmones proſtrauit: propter quod omnes Angeli eam benedixerunt, iuxta illud Sap 10. *Victricem manũ tuam laudauerunt pariter.* Hæc eſt manus Dei, quæ protegit vnumquemque deuotum. Cui inquit Dominus Eſa. 51. *Sub vmbra manus meæ protexi te.* De qua etiam ſcriptum eſt eiuſdem li. c. *Non eſt abbreuiata manus Domini*, ſcilicet ad ſubueniendum nobis Immo de ipſa dici poteſt illud Eſai. 5. *Et adhuc manus eius extenta.* Et ideo dicitur Cant 5 *Manus tornatiles aureæ plenæ hyacinthis.*

Primo enim beata virgo dicitur manus, quia ſicut in manu ſunt quinque diſtinctiones digitorum, ſic in ipſa ſunt quinque effectus gratiarum. Primus namque digitus manus dicitur pollex à polendo, eò quod præ cæteris polet virtute, & poteſtate. Secundus dicitur index: quia per ipſum omnia indicamus. inſt. t. de publ. iudi §. ſi. vbi gl. Tertius dicitur medius: quia eſt medius hinc inde. Quartus dicitur medicinalis: quia eo à medicis certa collyria colliguntur. Quintus dicitur auricularis: quia per eum aures ſcalpimus. vt dicit Iſido. in lib. Etymo Beata igitur Maria eſt nobis tanquam pollex: quia potenter nos in ciuitatem cœleſtem introducit. Eſt tanquam index, quia ſapienter viam, quæ ducit ad patriam ſupernam nobis oſtendit, & per illam nos deducit, iuxta illud Prouerb 4. *Ducam te per ſemitas æquitatis* &c. Eſt tanquam digitus medius: quia tanquam mediatrix nos Deo reconciliat. iuxta illud Eccleſiaſt. 26 *Mulier fortis oblectat virum ſuum*: ipſa enim virum ſuum oblectat, quando eius inimicos ad pacem cum eo reducit Eſt etiam tanquam digitus medicinalis: quando vulnera peccatorum noſtrorum ſanat. iuxta illud Eccleſiaſt. 43. *Medicina omnium in feſtinatione nebulæ* id eſt, in feſtina ſubuentione Manæ: quæ dicitur nebula, quia fuit à terrenis ſubleuata. Eſt quoque tanquam digitus auricularis. quia autem noſtri cordis aperit, vt verba Dei audiamus: dicens illud Eccleſiaſt 39. *Obaudite me diuini fructus.* Et etiã Eccleſiaſt. 24. *Qui audit me, non confundetur.*

Secundo iſta manus fuit tornatilis. Vas autem tornatile habet rotunditatem, & mobilitatem, atque velocitatem, quæ cauſatur ex ipſa rotunditate Vas enim quadrum ad mouendũ eſt tardum, ſed res rotunda ad mouendum eſt apta, & velox ſic & manus B virginis leui motu ad nobis ſuccurrendum ſe erigit. Vnde de ipſa dici poteſt illud Sap. 6 *Praeoccupat, qui ſe concupiſcunt, vt eis ſe prior oſtendat* De illa quoque dici poteſt illud Sap 7. *Omnibus mobilibus mobilior eſt.* Ipſa quoque beata virgo dicere poteſt illud Eſa 65. *Antequam clament ego exaudiam, & ad huc illis loquentibus ego audiam.*

Tertio iſta manus fuit aurea Aurum enim eſt pulchrum & clarũ. ſic & ipſa fuit pulchra in mente per puritatem & clara in conuerſatione per honeſtatem, & caſtitatem. Ideo de ipſa poteſt dici illud Sap. 4 *O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate.*

Quarto iſta manus fuit hyacinthina. Aſſimilatur autem B. virgo hyacintho ratione nominis, coloris, & virtutis Primo ratione nominis. quia hyacinthus dicitur quidam flos colorem habens purpureum. Dicitur etiam eſſe lapis precioſus. Fuit etiam nomen cuiuſdam pueri formoſi: qui inter illos flores mortuus eſt inuentus. & ab eius nomine flores illi vocati ſunt hyacinthi, ſecundũ fabulas poetarum, maxime Ouid. in lib. 10. meta. fabula 7. Vnde verſus: Tu flos, tu lapis es, necnon Hyacinthe, puellus: Cum ſit vterque bonus, præſtat vterque puer. Per quod datur intelligi quod ipſa virgo fuit tanquam flos, id eſt, florida

per

Digitized by Google

per virtutum amœnitatem. Vnde canit eccleſia: *Sicut dies verni circundabant eam flores roſarum, & lilia conuallium.* Ipſa quoque fuit ſicut lapis precioſus, propter Dei, & proximi charitatē. De quo Eſa. 28. dicitur: *Ponam in Sion* id eſt, eccleſia militante *lapidem precioſum*, id eſt, beatam virginem De hoc lapide precioſo inquit Auguſtin in lib. de doctrina Chriſtiana. *Si piger es ad perſcrutandum theſaurum Dei, non ſis piger vnam margaritam ferre ſub lingua: & quo vis ſecurus ambula.* Ipſa quoque fuit, ſicut vir fortis per conſtātiam, & magnanimitatem. Vnde de ipſa dicitur Prou. vltim. *Accinxit fortitudine lumbos ſuos, roborauit brachium ſuum.* Secundo dicitur hyacinthus ratione coloris. Nam ſicut dicit Iſido. vbi ſup Hyacinthus non habet colorem nimis clarum, nec nimis obſcurum: ſed ex vtroque temperatum. Cum igitur Deus habeat infinitam claritatem: homo vero reſpectu Dei quandam obſcuritatē: beata virgo in medio conſtituta, nec fuit clara, ſicut diuina natura, nec obſcura ſicut humana: & fuit quidem minor quam diuina: & maior quam angelica, & humana. ideo aſſimilatur Lunæ Cant. 6 Sicut enim claritas lunæ eſt minor quam claritas ſolis: ſed maior quam claritas ſtellarum: ſic claritas beatæ virginis eſt minor claritate Dei: & maior claritate ſanctorum, & Angelorum. Tertio dicitur hyacinthus ratione virtutis. Vt enim dicitur in lib de propr. et. rerum: hyacinthus habet cor confortare, triſtitiam expellere, & inter inimicos tutum ſeruare. Sic ipſa confortat cor, dans cibum gratiæ, iuxta illud Eccleſiaſt. 15. *Cibauit illum pane vitæ, & intellectus.* Expellit et ā triſtitiam, dans ei lætitiam iucunditatis in cruce. Vnde in eodem c. dicitur: *Iucunditatem, & exultationem theſaurizauit ſuper eum.* Cuſtodit quoque ab inſidiis fraudis diabolicæ. Vnde Sap. 10. dicitur: *Cuſtodiuit eum ab inimicis, & a ſeductoribus tutauit illum.*

DE SECVNDA PRAEROgatiua incipiente ab A. ſcilicet quod Beata Virgo dicitur, apis Dei.

APis in ſacra ſcriptura dicitur beata virgo, quia fuit breuis per humilitatem, volatilis per ſupernorum contemplationem, mellificans per cœleſtis fructus productionem. De qua dicitur Eccleſiaſt. 11. *Breuis in volatilibus eſt apis, & initium dulcoris habet fructus eius.* De iſta dicit Ambroſ. in lib. de virginibus: *Apis rore paſcitur, concubitus neſcit, mella componit.* Sic B. virgo rore cœleſti. i. gratia ſpiritus ſancti paſta fuit, virgo permanſit, & Paradiſi dulcedinem generauit.

Notandum autem quod apes, vt dicitur in li. de propric. rerū. quatuor diligunt. Primo aërem ſerenum, quia tunc plus de rore inuenitur, & tempore pluuioſo à volatu impediuntur. Secundo abundantiam florum. Tertio ſuauem ſonū. Nam ſicut dicit Ariſtot. in lib. de animalibus: per cantilenas, & ſonum ſuauem attrahuntur. Quarto dulce vinum, quia deficiente melle, dulci vino paſcuntur. Iſta autem quatuor B. virgo dilexit, & in ſe habuit. Primo ſerenitatem interioræ conſcientiæ, iuxta illud Pſ. 44. *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus* Et ideo ſereniſſima appellari debet: ſicut ſolent appellari vxores Imper. totum l. 1. C. ne mihi liceret in comparatione ſpecierum libr. 10. Super omnes enim ſerenitatem animi dilexit, quæ verbum Dei ſcribere in charta ventri ſui & illud ſuauiſſimum carmen; ſcilicet *Magnificat*; Domino decantare debebat. Sciebat enim quod inquit Ouid. in 1 de Triſti. *Carmina proueniūt animo deducta ſereno* Item nouerat quod dicit Boe. in 1. de conſol 1. *Nubibus atris Condita nullum Fundere poſſunt Sydera lumen.* Quia igitur vt dicitur in cap. de apibus 7, quæſt 1. *Apes habent vnum regē, cuius ducatum ſequuntur:* Ideo nos debemus iſtam apem diuinam, tanquam reginam noſtram in omnibus imitari licet enim aliarum apum ſera natura ſit § apum I. ſt. de rerum diui. & l. naturalem. § apum ſiue apium. ff. de acqu. rerū do. Hæc tamen apis cæleſtis non eſt fera, ſed humaniſſima, quæ nobis oſtēdit viam bonorum morum, & maxime ad ſerenitatem conſcientiæ, & mundiciam cordis nos hortatur, dicēs illud Proſperi in l b epigram. *Cor mundum, & ſapiens, verbo virtutis alatur: Et Chriſti in noſtra pectora regnet amor* Secundo hæc apis diuina dilexit flores virtutum, & omnis gratiæ, vnde ſequitur; *Circundata varietate* ſcilicet virtutum. Tertio locū allocutionis diuinæ; de quo dicitur ibidem; *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam* & c. & Can. 5. *Vox dilecti mei pulſantis, Aperi mihi ſoror mea* & c. Quarto vinum iucunditatis ſupernæ: iuxta illud Can 7. *Guttur tuum ſicut vinum optimum, dignū dilecto meo ad potandum, labyſq;, & dentibus eius ad ruminandum.* De his quatuor dicitur Cant. 2. *En dilectus meus loquitur mihi* ecce diuina locutio: *Surge propera amica mea & veni: Iam enim*

hyems ... *imber abijt, & receſſit*. Ecce ſeteni-tas conſe... & ſubdit: *Flores apparuerunt in terra noſtra*. ... diuerſitas virtutum, & gratiæ. ſequitur; *vinea florentes dederunt odorem ſuum*. Ecce vinum iucunditatis ſupernæ. Tunc enim anima beatæ virginis dedit odorem, tanquam florens vinea, quando repleta ſuperna iucunditate te exultauit in Deo ſalutari ſuo, vt ipſa inquit Luc. 1. De iſta igitur ape diuina poſſumus dicere illud quod ait Vrbanus Papa loquens Deo de B. Cæcilia, d cēdo: *Maria famula tua Domine, quaſi apis tibi argumentoſa deſeruit*.

DE TERTIA PRAEROGAtiua virginis incipiente ab R. ſcilicet quod B. virgo fuit regula omnium viuentium.

PEr tertiam litteram nominis virginei, quæ eſt R. ſignificatur quod ipſa mater Dei fuit regula omnium viuentium. & ideo ſicut in-hærendum eſt regulæ iuris, ſicut Bononienſes inhærent carocio ſecundum gl. in l. omnis bona diffinitio. ff. de reg iur. ita & beatæ virg ni eſt inſiſtendum, & adhærendum. Vnde quilibet deuotus debet illi dicere illud Pſalm. 62. *Adhæſit anima mea poſt te*. Ipſa enim virgo ſanctiſſima ſuis exemplis totum mundum in viam ſalutis illuminauit, atque omnibus hominibus normam viuendi ded t. Vnde canit Eccleſia in officio natiuitatis eiuſdem de ipſa virgine di. *Cuius vita inclyta cunctas illuſtrat eccleſias*. Et Ambroſ. inquit in li. de virginibus: *Habetis in ea exemplum probitatis, vt ſciatis quid eligere & quid reprobare debeatis*. Cū igitur ſit triplex ſtatus in Eccleſia militante, ſcilicet virginum, coniugatorum, & viduarum, ipſa in omni ſtatu repetit, vt omnibus regulam daret. Primo virginibus, manens virgo ante partum, in partu, & poſt partum: docens virgines ſuo exemplo ſuam Domino virginitatem dedicare. Deinde ſpiritu ſancto edocta ante conceptum fili deſpo: ſati acquieuit Ioſeph antiquo, pauperi, & carpentario: ſecundum Chryſoſtom. tum ipſa eſſet de ſtirpe regali, iuuenculaque pulcherrima; & nobiliſſima, non dedignans illum accipere: ſed eum in reuerentia habens Vnde cum filium inuenit in templo, ait, vt habetur Lucæ 2. *Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te*: præponens ſponſum ſibi: in quo regulam dedit coniugatis, vt diſcant vxores ſubditæ eſſe viris: & non dedignari ſi ſunt pauperes, & vilis conditio-nis. Vidua quoque facta ex morte ſponſi, non alium ſponſum duxit: licet non prohibeatur ſecundum matrimonium poſt mortem primi viri. ca. Deus. & cap aperiant. 31. quæſt. 1. Status tamen vidualis poſt primum matrimonium magis col laudatur, & maioris eſt merit e nuptiarum. 27. q. 1. & §. cum igitur. aut. de non el gen. ſe. nu Exercitium autem viduarum eſt ieiuniis, & vigiliis, ac orationibus intendere. Nam vt ait Apoſtolus 1. ad Tit. 5. *vidua in delicijs viuens, mortua eſt* Beata autem virgo, vt ait Ambro. in lib. de virginibus, hoc faciebat, de domo non exiens, niſi cum ad templum accederet ad orandum; vel cum ſequeretur eius filium, audiendo eius prædicationem, & miracula intuendo, cum maxima cordis iucunditate.

DE QVARTA PRAEROgatiua beatæ virginis incipiente ab I, ſcilicet quod beata virgo dicitur Idria Dei.

LIcet aliqui dixerint quod per quartam litteram virginei nominis ſignificatur quod B. virgo eſt iaculum inimicorum noſtrorum id eſt, dæmonum: tamen quia ſup. ſæpius declarauimus, & etiam infra dicemus, quomodo beata virgo debellat dæmones, & eorum potentiā contetit, ad præſens dicemus quod per I ſignificatur quod eſt Idria Dei Quamuis enim Hydria dicatur vas aquaticum; tamen ad tria officia inuenitur deputatum. Primo Hydria deputatur ad aquā hauriendam. Vnde Gen. 24 dicitur quod cū nuncius Abrahæ dixiſſet ad Rebeccā: *Da mihi paululum bibere* Illa feſtinans depoſuit Hydriam de humero, & dixit *Et tu bibe, & camelis tuis potum tribuam*. Secundum autem expoſitionem Bern. nuncius ille, quem miſit Abraam, vt filio ſuo vxorem quæreret, ſignificat Angelum Gabr. quem Deus pater miſit ad Mariam vt ipſam filio ſuo in vxorē acciperet. Per Rebeccam igitur ſignificatur Maria; cuius Hydria. i. anima fuit plena aqua. i. gratia. In hac igitur Hydria bibit ille nuncius Abrahæ. biberunt & camel i In hac etia H... ... architriclinus, vt habetur Io. 2. Per nunciū ſignificatur Abrahæ, vt dictum eſt ſignificatur Angelus: Angeli enim in Hydria Mariæ biberunt, quia in eius virginitate delectati ſunt. Semper enim eſt Angelis cognata virginitas & ... vt ait Hiero. in ſermone aſſumptionis Bibetunt quoq; cameli in hac Hydria. i. pœnitētes, quia ſicut cameli dū grauia pondera

dera ſuſcipiunt, ſe humiliando genua flectunt; ſic veri pœnitentes grauem pœnitentiam humiliter, & libenter portant. Iſti ergo in hydria Mariæ bibunt, cum de eius miſericordia, & pietate delectantur. Vnde Ber. in quodam ſermone ait: *Nos quidem tui ſerui ſibi congaudemus in virtutibus cæteris. nam laudamus virginitatem, miramur humilitatē, ſed miſericordia miſeris ſapit dulcius: hanc amplectimur charius, recordamur ſæpius, & crebrius inuocamus.* Bibit quoque in hac hydria architriclinus, i. Deus trinus delectatus in eius humilitate. Vnde Ber. in quodam ſermone ait: *Superbiam Euæ Deus deſpexit, ſed humilitatem, & deſpectionem Mariæ reſpexit, humilem remunerans, & humiliatam exaltans.* In vtroque ergo ſe à Deo reſpectam eſſe teſtatur, quoniam apud Deum eius humilitas eſt acceptata, & apud homines eius humiliatio eſt in gloriam commutata. ſed dicitur quod illæ hydriæ de quibus bibit architriclinus, capiebant ſingulæ metretas binas, vel ternas. Idria enim Mariæ capiebat binas metretas, quia geminam dilectionem ſcilicet Dei, & proximi continebat, vel duo teſtamenta, quorum cognitionem, & ſcientiam habebat. Capiebat quoque tres metretas, quia in eius vtero fuit Chriſtus, in quo fuerunt tres metretæ, id eſt tres ſubiectæ res ſ. caro, anima, & diuinitas.

Secundo hydria deputata eſt ad conſeruādam farinam, vnde 3. Reg. 17. dixit vidua: Viuit Dominus quia non habeo panem, niſi quantum pugillus poteſt capere farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho. Cui Helias ait: *Fac mihi de ipſa farinula ſubcinericium panem paruulum, & affer ad me.* Hæc autem dicit Dominus: *Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur.* De iſta igitur hydria iuſſit Helias fieri panem ſubcinericium paruulum, quia de eius puriſſima carne præcepit Deus generari filium ſuum, qui fuit panis ſubcinericius propter mortalitatem Id. o in figura dicitur. 3 Regum 19. *Ecce ad caput eius ſubcinericius panis.* Caput Chriſti eſt Deus. Tunc autem ad caput ſuum Deus panem ſubcinericium poſuit, quando naturam noſtram mortalem ſuæ diuinitati vniuit. Fuit etiam iſte panis paruulus ratione maximæ humilitatis. vnde Eſa. 9 dicitur: *Paruulus natus eſt nobis.* Et bene coniunxit Helias oleum cum farina di *Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur*, quia ſicut Maria habuit perpetuam virginitatem, quæ per candorem farinæ deſignatur; ſic & indeſicientem pietatem, quæ per oleum demonſtratur. Vnde ipſa inquit Eccleſiaſt. 24. *Vſque ad futurum ſæculum non deſinam.*

Illud Reg. 19 de pane ſubcinericio expō. in figura de Chriſto.

Tertio hydria eſt deputata ad conſeruanda luminaria. vnde dicitur Iud. 7 *Cumque per gyrum caſtrorum in tribus perſonarent locis, & hydrias confregiſſent, tenuerunt in ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas.* Iſta hydria conſeruans lumina fuit virgo Maria, in qua tria lumina conſeruata ſunt: primum lumen fuit eius corpus virgineum, de cuius claritate dicitur Eccleſiaſti 24. *Vas admirabile opus excelſi, in conſpectu eius quis poterit ſuſtinere?* Secundum fuit, eius anima luminoſa: quæ tota fuit diuinæ gratiæ ſplendoribus plena. Vnde Eſa. 58 dicitur beatæ virgini: *Implebit Dominus ſplendoribus animam tuam.* Tertium fuit, ſplendor meritorum eius, & operum. De quo Sapient. 3 dicitur: *Bonorum laborum glorioſus eſt fructus.* Iſta tamen tria lumina erant in illa hydria occultata, ita vt poſſet dici de ea illud Ezec. 32. *Solem nube tegam.* Nam ei⁹ corpus virgineum fuit tectum nube mortalitatis: eius anima luminoſa fuit occultata nube paſſibilitatis: eius merita glorioſa ipſa occultabat nube humilitatis. Sed quando iſta hydria fuit fracta, id eſt eius anima in morte à corpore ſeparata: tunc apparuerunt illa lumina, & poteſt dici de ea, quod ſcriptum eſt 2. Mach. 1. *Tunc ſol refulſit, qui prius erat ſub nubilo*, nam refulſit eius corpus, quia veſtitum fuit dote immortalitatis: refulſit eius anima, quia fuit veſtita gloria impaſſibilitatis: refulſerunt eius merita; quæ modo parent omnibus per opera pietatis. Ipſa enim eſt illa mulier de qua dicitur Apocal. 12. quòd erat amicta ſole, & luna ſub pedibus eius. Tunc enim eius anima fuit veſtita ſole, quando veſtita fuit impaſſibilitate, & omnimoda claritate. Tunc habuit lunam ſub pedibus, quando omnem mutabilitatem, & corruptibilitatem corporis ſubiugauit: Habet etiam ſtellas in capite: qui a eius virtutes, & merita diffunduntur, & coruſcant in vniuerſo orbe.

DE QVINTA PRAEROgatiua virginei nominis, incipiente ab A. ſcilicet quod beata virgo dicitur, Amygdalus & arbor cæleſtis.

Beata virgo in ſacra ſcriptura appellatur Amygdalus ratione arboris, floris, & fructus. Primo ratione arboris. Vt enim inquit Iſid. in lib. etym. 17. quando radix amygdali eſt ama-

Maria Amygdalus & cur.

 ra, dul-

Digitized by Google

ra, dulcoratur per ſurculum arboris piceæ. Iſte ſurculus eſt Dei verbum. de quo Iacob 1 dicitur: *Suſcipite inſitum verbum* Iſtum ſurculũ in corde hab bat beata virgo: de qua dicitur Luc 2. *Maria autem conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo*: Et ideo ipſa tota fuit dulcedine repleta. Si enim verbum Dei mundat ab amaritudine peccati; iuxta illud Ioan. 15 capite: *Vos mundi eſtis, propter ſermonem quem locutus ſum vobis.* Multo magis potuit dulcedine replere virginem benedictam matrem ſuam, & eam ab omni amaritudine præſeruare: quia magis eſt facile præſeruare, ne quid inducatur, quàm inductum tollere. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. & § apum in I. ſti. fin. de rerum di. Dicit quoque Palladius & Ariſtot in lib. de vege. & plantis, quòd amygdalus à ſua amaritudine liberatur per immiſſionem cunei in radicem. Iſte cuneus eſt ſpiritus ſanctus, qui notam omnis peccati, quam ex radice amara Iudæorum contrahere poterat: ab ea elongauit, & expulit. Philoſophus quoque vbi ſupra dicit, quòd ſi amygdalus vetuſta clauis perforetur, emitret guttam gummi & amplius fructificabit: quia humor in medulla impinguatur. Per iſtud foramen intelligitur occulta inſpiratio Dei: de qua ipſa virgo inquit Cant 5. *Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intumuit ad tactum eius*, quia beata virgo in bonis operibus per cõtactum diuinæ inſpirationis excreuit.

Secundo, beata virgo dicitur amygdalus ratione floris: Sicut enim amygdalus ante omnes arbores flores producit, vt inquit Iſido. vbi ſupra: ſic & ipſa ante omnes mulieres votum virginitatis emiſit: & poſt eam multæ aliæ. De quibus dicitur Pſalm. 44. *Adducentur regi virgines poſt eam.* Et ad hoc propoſitum poſſet moraliter exponi illud quod inquit Virgilius in Bucol cis: *Et nunc omnis ager; nunc omnis parturit arbos, Nunc frondent ſyluæ, nunc formoſiſſimus annus* &c. Ex ipſa autem virginitatis promiſſione, & votatione, ſecuta eſt conuerſio gentium, & reprobatio Iudæorum. de qua Eccleſiaſt. vlt. dicitur: *Florebit amygdalus, & impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis.* Tunc enim amygdalus floruit, quando virgo beata votum virginitatis emiſit. & tunc locuſta, id eſt gentilitas inſtabilis & vaga ſpiritus ſancti gratia impinguata fuit. Capparis autem, id eſt populus Iudæorum in diſſipationem fuit. Capparis enim eſt frutex ſpinoſus ſuper terram extenſus vt dicitur in libro de proprie te & ſignificat populum Iudaicum durum, & rebellẽ, & terrenis adhærentem.

Tertio dicitur amygdalus ratione fructus: nam fructus enim ſunt nuces longæ. Dicit autem Auguſtinus in ſermone de natiuitate Domini, vbi loquitur de virga Aaron quæ protulit nuces, quòd in nuce ſunt tria, ſcilicet corium, teſta, & nucleus. Vt autem ſupra diximus parte ſecunda huius operis, ſermone tertio in exordio; per corium, ſiue corticem nucis ſignificatur Chriſti caro, quæ habuit aſperitatem, & amaritudinem paſſionis: per nucleum vero eius diuinitas intelligitur: quæ habet dulcedinem, & dedit illuminationem. per teſtam autem, quæ eſt firma, & inter nucleum, & corium ſiue corticem media, ſignificatur eius anima, quæ fuit firma contra omnia aduerſa, & quæ eſt media inter naturam diuinam, & carnem, quia mediante anima Chriſti diuinitas eius fuit carni vnita. Ipſa igitur virgo benedicta non ſolum amygdalus: ſed etiam arbor cæleſtis appellatur, quæ protulit folia, flores, & fructus.

De folijs autem eius dicitur Apocal. vltimo: *Folia virginis ad ſanitatem gentium.* Iſta autem folia fuerunt eius ſalubria eloquia. Vnum folium valet ad ſanitatem carnalis concupiſcentiæ: cum dixit Luc. 1. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Aliud ad ſanitatem ſuperbiæ, cum ait vbi ſupra: *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ* Tertium vero ad ſanitatem auaritiæ; cum dixit ibidem: *Eſurientes impleuit bonis,* &c. Flores iſtius arboris fuerunt virtutes excellentiſſimæ, quæ fuerunt in ea. de quibus Cant. ſecundo dicitur: *Flores apparuerunt in terra noſtra*, id eſt in virgine Maria: quæ dicitur terra, iuxta illud Eſai. quadrageſimoquinto, *Aperiatur terra, & germinet ſaluatorem* Iſtos flores odoriferos virtutum debent chriſtiani quærere in hac humo, id eſt in humili matre Dei, iuxta illud Virgil vbi ſupra: *Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga:* ſi moraliter exponatur; innumeris etenim fragrantiſſimis floribus circundata fuit, & fulcita beata virgo, quæ dixit Cant ſecundo. *Fulcite me floribus* &c. Fructus vero huius arboris fuerunt opera eius, de quibus Cant. ſeptimo dicitur: *Videamus ſi flores fructus parturiunt.* Maximus autem fructus huius arboris fuit ille, de quo dictum fuit ipſi virgini Luc. primo: *Benedictus fructus ventris tui.* Iſte enim fructus vere fuit benedictus in odore; quia ſuauis ad odorandum. Vnde Eccleſiaſtici vigeſimoquarto, ipſa virgo inquit: *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris.* Fuit etiam venuſtus, & honorabilis ad intuendum: vnde ſequitur: *Et flores mei fructus honoris & honeſtatis.* Fuit etiam dulcis ad guſtandum.

Digitized by Google

dom, ideo Cant. ſecundo dicitur: *Fructus eius dulcis gutturi meo.* Vnde de beata virgine verificata fuit illa poetica ſententia: *Arbore de dulci dulcia poma cadunt.* Et Dominus noſter Ieſus Chriſtus, fructus fuit arboris pulcherrimæ. Leuit. vigeſimotertio: de qua arbore dicitur omnibus deuotis chriſtianis Geneſ. decimooctauo: *Requieſcite ſub arbore* O igitur beata virgo, profecto tu es arbor illa cæleſtis, lignumque vitæ, quod Deus poſuit in medio paradiſi. vt figuratum fuit Geneſ. ſecundo, quod affert 12. fructus per menſes ſingulos, vt dicitur Apocalyp. vltimo. Tu es illa arbor, de qua dicitur Danielis quarto: *Ecce arbor in medio terræ*, id eſt in medio omnis creaturæ: *cuius altitudo nimia*: quia incomprehenſibilis eſt omni puræ creaturæ, vt exponit ſanctus Bernardinus in quodam ſermone. Cuius virginis excellentiam conſiderans idem ſanctus Bernardinus, inquit, in ſermone vltim. de nomine eius: *Oremus igitur dilectiſſimi fratres, Dominam noſtram virginem benedictam, vt quæ mater meruit eſſe iudicis ſæculorum, pro reatibus noſtris ſatisfaciat aduocata. Quid enim in cauſa poteſt eſſe periculi, vbi cauſas hominum illa perorat, quæ habet vnde apud Deum pro filijs orare præſumat; quia mater eſt Dei? Habet & ille vnde homini clementer ignoſcat; quia filius hominis eſt. Ambo certatim cauſas miſerantur humanas. Mater excuſando mortales ne pereant, filius ignoſcendo peccatoribus, vt reſurgant.* Omnes ergo genitrici eius deuotiſſime ſupplicantes vitam noſtram emendemus & mores, communi voto, pari deſiderio, ardenti affectu poſtulantes, vt Eccleſiam ſuam exaltet: noſtrum miniſterium acceptet: patriam tueatur & protegat: fideles multiplicet, abigat hoſtes, domeſticos foueat, & omnes qui triumphale nomen Ieſu, ac matris eius Mariæ inuocant, & adorant, dirigat ſemper, & conſeruet qui cum patre, & ſpiritu ſancto in æternum benedicibilis, laudabilis, & glorioſus viuit, & regnat per infinita ſæcula ſæculorum.

Amen.

DE EIVSDEM PIISSIMAE VIRginis Nominatione.

SERMO QVINTVS.

In quo quinque prærogatiuæ B. V. ex eius nominis litteris ſignificatæ explicantur.

QVR *quæris nomen meum quod eſt mirabile?* Geneſ. 32. & Iud. c. 13 Inquit beatus Bernardinus in ſermone 3. de nomine virginis: *Teſtis conſcientiæ eſt Dominus, quòd ſi quando cæleſti gratia largiente exterioribus curis exemptus, laudibus virginis valeo totus vel per horam occupari, tanta mentis lætitia ſaucior, tantaq; internæ ſuauitate perfundor, vt cunctis mundi vanitatibus, & concupiſcentijs conculcatis, nil aliud aut appetam, quàm cum ipſo lætitiæ ſpiritu, ſi daretur ſtatim exilire ad Dominum, antequam illud gaudij ſpiritualis curis iterum redeuntibus auferatur: & ſtimulante memoria delictorum cithara conuertatur in luctum, & iubilus, proh dolor, in lamentum. Vide igitur quantæ ſit fœlicitatis, & gloriæ, in illa patria Dei genitricem virginem benedictam ſtipatam ordinibus Angelorum, choris virginum comitatam, vultu pleniſſimo gratiarum in ſuo dignitatis ſolio præſidentem, reuelata iam facie contemplari: quandoquidem in ſordibus carnis adhuc & mundi luto degentibus læta contingit in eius nominis contemplatione ſentire. Ad ipſum itaque Mariæ nomen iterum cõtemplandum, iterum, atq; iterum deſcendere libet*, hæc ille. Cuius glorioſi patris veſtigia ſequi deſiderans; ſicut & nominis eius appellationem recepi: Vnde ad ipſum orationem quandam in exordio meæ conuerſionis feci di. *Bernardine tuum ſumpſi ſanctiſſime nomen. Fac mea ſit geſtis conſona vita tuis.* Poſſum non immerito timere, ſi ſerutatir elim nominis virginei dignitatem: ne ipſa virgo mihi dicat verba thematis noſtri. *Quid quæris nomen meum* &c. tamen etſi non poſſum de illo prædicare ſicut meretur: aliquid dicere conabor, prout quiſque eiuſdem virginis ſeruulus tenetur. Nam bona voluntas ſupplebit defectum vitium. l alia. C. de his quibus vt indi.

Digitized by Google

indi & ipſa bona voluntas pro facto reputabitur. l. reprehendenda. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac.

Sciendum eſt ergo quòd propter multas alias prærogatiuas, nomen virginis ex quinque litteris componitur. Omittendo ergo breuitatis cauſa multa, quæ poſſent in hac materia dici: maxime quia multitudo onerosa nihil habet honeſti. §. fi. in aut. de reſe col. 1. & l. tanta §. contrarium. C. de vete. iu. enucle. ſuccinctè tãgam illud, quod ait magiſter Ambr. Seruita in ſuo quadrageſimali ſermone 39. vbi inquit quòd nomen Mariæ cõpoſitum ex quinque litteris oſtendit quinq; virtutes in ea præcipue fuiſſe. Per M enim oſtẽditur virtus fidei: nam hæc littera ex tribus I. inuicem colligatis componitur, vt oſtendatur quòd virgo perfectiſſimam Trinitatis notitiam, & fidem habuit. Sicut enim tres I. inuicem colligati vnam litteram faciunt: ita tres perſonę diuinæ inuicem per generationem, & proceſſionem colligatæ vnum Deum conſtituunt: cuius veri Dei beata virgo perfectiſſimam fidem ſeruauit. Per ſecundam litteram ſ. A. ſignificatur virtus ſpei. Nam ſicut hæc littera eſt à ſiniſtris aperta, & capite curuo, & à dextris clauſa: ſic ſancta ſpes eſt, qua animus à ſiniſtris, id eſt à tribulationum parte exiſtens læto vultu, & capite cliuo, ac humiliato, totum ſe apertum oſtendit ad omnia ſupplicia pro amore Dei perferenda: & a dextris clauditur, quia nullis Dei gratiarum donis extollitur. Vnde Grego. in moral. ait: Spes in æternitate animum erigit, & idcirco nulla mala, quæ exterius tolerat, ſentit.

Quinq; virtutes Mariæ ex eius nomine depta Ambr. notam.

Tertia littera eſt R. quæ ſignificat virtutẽ charitatis; quoniam ſicut R. duas portiones habet: ita charitas vera ad Dei, & proximi dilectionem ſe extendit, quoniam in his duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ, vt dicitur Matt. 22. Quarta littera eſt I. & ſignificat veram humilitatem, & non fictam; quia humilitas rectum hominem facit, ſicut ſuperbia eum reddit obliquum. Vnde Greg. in moralib. ait: *Tanto ſit vnuſquiſq; vilior Deo, quãto eſt precioſior ſibi: & tanto precioſior Deo, quanto vilior ſibi.* De Mariæ autem humilitate inquit Ber. in quodam ſermone: *O vera humilitas quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalib. edidit, cælos innouauit, mundum purificauit, paradiſum aperuit, & hominum animas liberauit. Facta eſt Mariæ humilitas ſcala cæleſtis, per quam Deus deſcendit ad terras.* hæc ille. Quinta & vltima littera eſt A. quæ virtutem largitatis oſtẽdit: quia ſicut A. littera aperta eſt, manum quaſi porrigens à ſiniſtris, ſic & virgo omnibus volentibus eam ſe præbet abundanter, vt inquit Bernard. in quodam ſermone. Sed de his hic breuiter pertranſiui, quia in parte ſequenti huius operis declarabimus, quantum illæ virtutes, fides, ſpes, charitas, humilitas, & largitas, excellentiſſimæ fuerunt in beata virgine: & ſolum in hoc ſermone de quinque alijs prærogatiuis diſſeremus.

DE PRIMA PRAEROGATIua incipiente ab M. ſcilicet quòd beata virgo eſt mater miſericordiæ.

SIcut in officio & dignitate nulla creatura eſt maior matre Dei, ſic decens eſt, vt nullum ſit in creaturis puris excellentius nomen nomine Mariæ. Per primam autẽ huius nominis litteram, ſcilicet M. ſignificatur quòd ipſa eſt mater miſericordiæ. Miſericordia enim eius eſt omnibus miſericordijs aliorum ſanctorum omniũ excellentior, generalior, communior, & maior. Primo eſt excellentior, quia omnes alios excellit. Sicut enim oleum ſupereminet omnibus liquoribus, ita ipſa ſupereminet omnibus ſanctorum miſerationibus. Et ideo Can. 6. aſſimilatur auroræ, Lunæ, Soli, & armatæ aciei. Aſſimilatur quoque ſtellæ maris. Auroræ quidem aſſimilatur, quia eius miſericordia præ omnibus alijs eſt vtilior. Nam ſicut aurora expellens noctem introducit diem, ſic ipſa à nobis expellit tenebras peccati, & introducit diuinæ gratiæ lucem. Aſſimilatur autem Lunæ, quia ſicut Luna omnibus planetis eſt magis terræ vicina, ſic eius miſericordia præ omnibus alijs eſt nobis intimior. Aſſimilatur etiam Soli; quia ſicut Sol omnibus planetis copioſius, & clarius lumen ſuum diffundit, ita miſericordia virginis præ omnibus alijs eſt communior, quæ vt inquit Bernard. in quodam ſermone, omnibus ſe diffundit, nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Scit enim verã eſſe illam Ouidij ſententiam in lib. ſine titulo di. *Crede mihi res eſt ingenioſa dare.* Et illam Martialis poetæ dicentis: *Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes.* Et illã Matthæi poetæ in lib. de Tobia di. *Eſt ancilla Dei ſimplex eleemoſyna, mortis Antidotum, veniæ porta, ſalutis iter: Liberat à mortis laqueis eleemoſyna, ſordes Abluit, æterni dulce perorat opus, Vitam perpetuat venturam, præſtat honorem Perpetuum, præſtat ſpirituale decus.* Et ideo ſemper opera miſericordiæ voluit exercere, vt ſibi gloriam acquireret, & alios à morte æterna, & à peccatorũ ſordibus merito pietatis liberaret. Aſſimilatur etiam armatæ aciei, quia eius potentia cæteris eſt potentior:

B. V. aſſimilat. Cant. 6. auroræ, Lunæ, Soli, armatæ aciei, & ſtellæ maris.

Digitized by Google

tentior: quia hoſtes conterit, & in fugam conuertit. Nec eſt aliquod nomen terribilius dæmonibus, quod ſit alicuius puræ creaturæ, quam nomen beatæ virginis. De quo decete poſſumus illud Pſalm. 90. *Sanctum & terribile nomen eius.* Aſſimilatur nihilominus ſtellæ maris: quia eius miſericordia præ cæteris eſt diuturnior. Sicut enim ſtellis cæteris occidentibus ipſa non occidit: ſic cæteris non exaudientibus Maria non deſerit.

Secundo eius miſericordia eſt omnibus generalior: quia vbique generaliter inuenitur. ſcilicet in mundo, in iudicio, & in cælo. Sicut autem genus perire non poteſt l. in ratione § incertæ. ff. ad Trebelli. ſic nec generalis miſericordia beatæ virginis vnquam peribit. Inuenitur autem eius miſericordia primo in mundo: quia miſericordia eius plena eſt omnis terra. Nec mirum: quia ipſa habet miſerendi potentiam, ſapientiam, & voluntatem promptam. Vnde Prou. 21. dicitur: *Theſaurus deſiderabilis, & oleum in habitaculo iuſti.* Poteſt ergo misereri, & ſubuenire: quia habet oleum pietatis affectum. Scit autem ſubuenire: quia fuit ſpeciale habitaculum iuſti, id eſt Chriſti, qui eſt ſapientia Dei patris. Secundo ſubuenit in iudicio. Vnde Prouer. vlt. dicitur: *Laudent eam*, ſcilicet omnes electi: *in portis*, id eſt in iudicio, quia olim iudicia in portis tenebantur: *opera eius*, ſcilicet quæ tunc faciet. Ipſa enim virgo beata cũ filio ad iudicium veniet, & ibi erit cum magno honore quantum ad ſe, & in magna vtilitate, quantum ad nos. De honore autem quem in iudicio habebit, dicitur Pſalm. 44. *Aſtitit regina à dextris* &c. Honorabitur enim quantum ad locum: quia à dextris filij ſedebit. Ideo dicitur: *Aſtitit regina à dextris tuis* Honorabitur quantum ad habitum, quia corpore glorioſo induta erit. Ideo ſubditur: *In veſtitu deaurato.* Honorabitur quoq; quantũ ad conſortium, quia omnes angeli, & ſancti circa eam, tanquam circa ſuam reginam aſſiſtent. ideo additur: *Circumdata varietate*, ſcilicet omnium ſanctorum diuerſitate. Secundo ibi erit ad magnam vtilitatem quoad nos. Vnde dicitur de ea Prouer. vlt. *De nocte ſurrexit, & dedit prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis* Et ibidem: *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus*: Ancillæ eius ſunt animæ, quæ ſibi humiliter ſeruierunt. Domeſtici autem eius ſunt illi, qui ex intima deuotione cum ipſa quaſi quandam familiaritatem contraxerunt. Ipſa igitur tunc de nocte ſurget: quia ſecũdum quoſdam iudicium de nocte fiet. iuxta illud Matth. 25. *Media autem nocte clamor factus eſt* &c. & tunc ancillis, & domeſticis ſuis dabit prædam, id eſt dæmonum, & reproborum victorum: quia quilibet ſanctus ſub pedib. eos tenebit iuxta illud Malach. 4. *Calcabimus impios cum fuerint quaſi cinis ſub planta pedum noſtrorũ.* Dabit etiam eis cibaria: quia cum filius eius ſit verus Deus, & verus homo, eos cibabit, & reficiet in viſione humilitatis, & contemplatione diuinitatis eius. Illos etiam veſtiet duplicibus, id eſt duplici ſtola gloriæ, & beatitudinis, ſcilicet animæ, & corporis. Tertio eius miſericordia apparet in cælo: quia eius claritas in beatis eſt cauſa gloriæ, & lætitiæ, & honorificentiæ. Gloriæ quidem: quia eius claritas beatos illuſtrat: vnde Bern. in quodam ſermone inquit: *Mariæ præſentia totus illuminatur orbis, adeo, vt ipſa ſuperna ciuitas clarius rutilet virgineæ lampadis illuſtrata fulgorib.* Eſt etiam cauſa lætitiæ: quia ſancti non ſine magna lętitia videre poſſunt matrem, & ſororem ſuam ſuper omnes angelos exaltatam. Eſt etiam cauſa honorificentiæ. quia magnus honor eſt ſanctis habere Chriſtum fratrem ſuum, & beatam virginem matrem, & ſororem ſuam: quorum vnus eſt rex, altera eſt regina totius regni cæleſtis. De his tribus dicitur Iudith. 15. *Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri.*

Tertio eius miſericordia eſt alijs ſanctorũ miſericordijs copioſior, & communior. vnde aſſimilatur oliuæ campi. Eccleſi. 24. vbi ipſa inquit: *Quaſi oliua ſpecioſa in campis.* Miſericordiæ enim aliorum ſanctorum ſunt ſępè, ſicut oliuæ hortorum, quæ nobis clauſæ ſunt, eo quòd digni non ſumus. Miſericordia autem virginis eſt oliua campi: quia omnib. eſt communis. Vnde Ber. in quodam ſermone ait: *Virgo beata copioſiſſima charitate ſapientibus, & inſipientibus debitricem ſe fecit; & omnibus miſericordiæ ſinum aperuit* &c. Et ſicut Eccleſia nemini claudit gremium: epiſtola inter claras. C. de ſum. Tri. & fi. Ca. Ita ipſa quæ eſt templum Dei viuum, nemini claudit gremium pietatis.

Quarto eius miſericordia eſt omnib. alijs maior quadruplici dimenſione, ſ. longitudine, latitudine, ſublimitate, & profunditate. De quo loquẽs Ber. in quodam ſermone ait: *Quis benedicta miſericordiæ tuæ longitudinem, latitudinem, & profundum inueſtigare poſſit? Longitudo enim eius vſq; in diem nouiſſimum ſubuenit vniuerſis eam inuocantibus. Latitudo eius replet orbẽ terrarum, quia eius miſericordia plena eſt omnis terra. Sublimitas eius ciuitatis ſupernæ ruinas inſtaurauit. Profunditas ſedentib. in tenebris, & vmbra mortis ſe communicauit, & gratiã obtinuit. Sit ergo tuæ pietatis ipſam,*

Digitized by Google

quam inueniſti apud Deum, gratiam notam facere mundo: precibus tuis obtinendi reis veniam, egenis medelam, puſillis corde robur, afflictis conſolationē, periclitantibus adiutorium, & liberationem, hæc ille. Ex quibus patet quòd merito beata virgo mater miſericordiæ appellatur. Licet enim diuerſis nominibus nuncupetur: tamen nullum eſt præ aliis nomen, eique conuenientius, quàm mater miſericordiæ: nam ſi illam imperatricem nomines, hoc aliquantulum rigoris, & timoris ingerit de hac puella, quę mitiſſima eſt, & omnibus grata. Si reginam dicas, ipſa ſe ancillam humilem vocat. Similiter ſi dominam dominantiū, hoc importat ſolum quandam excellentiam, & non benignitatem. Si deam dearum eam appelles, non videbitur eſſe dea, vel domina peccatorum. Non etiam videtur eſſe appellanda regina gloriæ, quia gloria eſt tantum in cælo, & non in terra, nec in inferno, nec in purgatorio, ſed miſericordia in quolibet horum eſt: ergo maximum regnum eſt miſericordia: & conſequenter maxima regina, ſcilicet virgo Maria debet appellari regina, & mater miſericordiæ. Nam à digniori debet fieri denominatio §. ſed quoniam Inſti. de iure natu. gen. & ciui. Inſuper quicquid eſt ſuperius ſuperiore, eſt ſuperius inferiore, per illam regulam: *Si vinco vincentem te: multo fortius vincam te* l. de acceſſionib ff. de diuer. & tempo. præſcrip. ſed miſericordia eſt ſuper omnia opera Dei vt dicitur Pſ 144, ergo regnū miſericordiæ eſt ſuper omnia regna: & conſequēter proprie cōuenit matri Dei, quæ omnium regnorū Dei eſt regina.

Nullū B.V. conuenientius nomē, quàm Mater miſericordia.

Præterea ipſa virgo ſupra patrimoniū, & proprietatem filij ſui eſt regina, ſed hoc patrimonium eſt miſericordiæ, quia Dei proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, vt inquit Grego. in quadam collecta: ergo beata virgo proprie miſericordię eſt regina. Nam locus proprius regis dicitur regnum eius: ſicut ille dicitur rex Franciæ, cuius regnum eſt Francia: ſed locus Dei eſt miſericordia. Vnde ſuper illud Eſa. 18 *Dicit Dominus: ego conſiderabo in loco meo.* inquit glo. *Quis locus eſt miſericordia.* Si ergo locus, & regnum Chriſti eſt miſericordia: profecto conſtat quod mater eius eſt miſericordię mater & regina. Ideo illi canit Eccleſia, *Salue regina miſericordia.* Et iterum, *Maria mater gratia, mater miſericordia.* Tantæ enim dignitatis, & excellentiæ eſt miſericordia, & clementia: quòd ipſa ſola dicitur nos reddere pares Deo. l. fi. C. de dona. inter vi. & vxo. Vnde Claudianus inquit: *Sis pius inprimis: nam ſi vincamur in omni Munere, ſola Deos aquat clementia nobis.*

Maria regina miſericordia.

DE SECVNDA PRAEROGAtiua virginei nominis incipiente ab A. ſcilicet quòd beata virgo dicitur Aquæductus.

AQuæductus appellatur mater Dei, quæ Eccleſia 24. inquit: *Ego quaſi aqua ductus exiui de paradiſo*, id eſt de deliciis miſericordiarum Dei. Per iſtum autem aquæductum fluunt aquæ gratiarum de cælo in mundum. Vnde ſequitur: *Rigabo hortum plantationum mearum.* Sicut ergo aquæductus appellatur ſeruitus. l. & in prouinc. ſi. C. de ſerui. & aqua. quia prædijs irrigandis ſeruit, ſic & ipſa virgo nobis ſeruiendo gratiam ſui filij miniſtrat. Et ſicut aquæductus eſt indiuiduus, & totalis: quia non poteſt diuidi, nec conſtitui pro parte. l. via. ff. de ſerui ſic & Marię deuotionem integre, & totaliter habere oportet. Vnde quia iſte aquęductus nobis valde eſt neceſſarius, ideo diabolus ipſum frangere conat. Quod ſignificatum eſt Iudith 7 vbi dicitur, quòd Holofernes præcepit incidi aquæductum, quia per illum fluebat fons in ciuitatem. Tunc autem diabolus iſtum aquę ductū incidit, quando nos à deuotione virginis retrahit. Sicut enim vſus aquæductus ſpacio temporis amittitur l. ſi ſibi ſeruitute. C. de ſerui & aqua ſic beata virgo ceſſantibus nobis à bonis operibus deſtituitur.

Maria aquæductus

Iſte aquæductus commendabilis eſt ex parte ſui: ex parte noſtri, ex parte modi, & ex parte aquæ. Primo ex parte ſui: quia habet effluere, & refluere, nam gratiarum aquæ per ipſum aquæductum nobis de cælo effluunt, iuxta illud Sapient 7. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius.* Ipſæ etiam aquæ refluunt: dum ipſa ad referendum Deo gratias nos inducit, iuxta illud Eccleſiaſt. 1. *Ad loca vnde exeunt, flumina reuertuntur, vt iterum fluant.* Eſt etiam iſte aquæductus commendabilis ex parte ſui: quia habet magnam longitudinem, latitudinem, & ſublimitatem. Eius autē longitudo tanta eſt, quòd attingit à cælo vſque ad terram. Vnde Bernard. in quodam ſermone ait: *Aquaductus eſt Maria, cuius nimirum ſummitas inſtar ſcala Iacob calos tangit. imo etiam tranſcendit: vt illum fontem aquarum qui ſuper calos ſunt, contingere poſſet.* Latitudo autem iſtius aquæductus tanta fuit, quòd totum diuinum fontē capere potuit. Vnde Ber. vbi ſupra ait: *Natus eſt fons, & vſque ad nos peruenit: quia deſcendit illa caleſtis*

Quadrupliciter cōmendatur hic aquæductus

vena

Digitized by Google

vena per aquæductum; non tamen fontis copiam nobis exhibens: ſed ſtillicidia gratia cordibus noſtris arentibus infundens; alij quidem plus, alij minus accipiunt, hæc ille. Et ibidem etiam ait. *Iſte aquæductus eſt Maria, quæ plenitudinem fontis de corde patris accepit, & nobis illud, prout capere poteramus, edidit* Altitudo vero iſtius aquæductus tanta fuit, quòd vſque ad fontem totius diuinitatis ſe erexit, & illũ tetigit. Vnde Bern vbi ſupra ait: *Quomodo noſter hic aquæductus fontem illum attingit ſublimem? Quomodo putes, niſi vehementia deſiderij, et feruore deuotionis, ac puritate orationis? Quomodo igitur maieſtatem attigit inacceſſibilem, niſi pulſando, & quærendo?*

Secundo iſte aquæductus commendabilis eſt ex parte noſtri. Nos aquas gratiarum de cęlo habere non poteramus propter nimiam altitudinẽ ſuam, & noſtram nimiam depreſſionem: & ideo oportuit quod eſſet in medio aquæductus: vnde Ber. vbi ſupra, inquit: *Propterea humano generi tanto tempore fluenta gratiæ defuerunt: quia nondum interceſſerat aquæductus* Et iterum: *Quæramus gratiam, ſed per inuentricem gratiæ Mariam*: neq; omnipotens Deus ſine hoc aquæductu gratiam vult infundere: ſed tibi voluit vehiculũ prouidere, quia forte manus tuæ plenæ ſunt ſanguine; & ideo quicquid Deo offerre deſideras, gratiſſimis illis, & omni acceptione digniſſimis Mariæ manibus offerendum trade, ſi non vis repulſam ſuſtinere.

Maria diuerſimode ſe diffundit

Tertio iſte aquæductus commendabilis eſt ex parte modi. Iſte autem modus eſt triplex. Primus eſt, quia diuerſimode diffundit; nam quibuſdam ſe defundit in modum aquæ putei, quibuſdam in modum aquæ fontis, quibuſdam vero in modum aquæ fluminis. Puteus habet aquas occultas, quæ cum labore educuntur, & quantum ad hoc ipſa ſe diffundit peccatorib. quia aqua gratiæ eſt eis occulta, ſed tamen per laborem pœnitentiæ poteſt hauriri. Aqua vero fontis ſine labore hauritur, & continue emanat. quantum ad hoc diffundit ſe bonis, & ſibi deuotis, quia continue gratiam ſuam eis tribuit, & ſine multo labore eis communicat. Aquæ vero fluminis in magna abundantia emanant; & quantum ad hoc ſe diffundit beatis, quibus largiter, & abundanter, quam ſpiritus ſancti tribuit. & iſta triplex differentia aquarum tangitur Cant 4. vbi de B. Virgine dicitur, *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.*

Secundus modus eſt, quia abundanter, & largiter ſe diffundit Vnde de ipſo dici poteſt illud Num 20. *egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ, ita vt populus biberet, & iumenta*, id eſt deuoti, & indeuoti de ipſo aquæductu bibere poſſunt. Aqua quidem largiter ſe diffundere conſueuit multis de cauſis. Primo ex nimia repletione: ſicut patet in flumine repleto, quod per loca vicina ſe diffundit. Beata igitur virgo gratijs plena de ſua plenitudine in corda per deuotionem ſibi vicina ſe diffundit. Vnde ipſa inquit Eccleſ. 24. *In plenitudine ſanctorum detentio mea.* Secundo violenta ventorũ impulſione, ſicut patet in mari; quod quando ventorũ violentia impellitur, intumeſcit, atque diffunditur: & idem fit in fluminibus. Auſter autem ſpiritus ſancti ſic mentem virginis afflauit, quòd ipſam ad diffundendum impellit. Ideo Can. 3 dicitur: *Surge Aquilo, & veni Auſter: perfla hortũ meum, & fluant aromata illius.* Tertio ex nimia, & vehementi ebullitione: quando. n. vas nimis ebullit, tunc aquam extra proijcit. Ignis quidem ſpiritus ſancti ſic mentem virginis ebullire facit, quod ad ſpargendum nobis aquam ſuæ gratiæ ipſam impellit, vt non ſit qui à calore ſuo ſe abſcondere poſſit. Vnde Pſalm. 18 ait: *Non eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* Quarto ex vaſis concuſſione. Si enim vas plenum aqua concutitur, mox aqua effunditur. Ipſa igitur virgo, quæ eſt ſitula gratia Dei repleta, ſi ab aliquo cũ deuotione tangatur, mox gratiam ſuam effundit Vnde Num. 24. dicitur: *Fluet aqua de ſitula eius*, id eſt de virgine Maria matre eius. Quinto ex vallium depreſſione. Nam aqua valde ſe diffundit in valles, & in loca depreſſa. Vnde dicit text. in l. 1 §. penul. & fi. ff. de aqua plu ar. quòd ideo loci inferiores ſunt pinguiores, quia omnis pinguedo terræ ad illos per aquam defluit: & ſic. b. Virgo aquam gratiæ ſuæ immittit in corda humilia, iuxta illud Pſal. 103. *Qui emittis fontes in conuallibus.*

Quarto principaliter iſte aquæductus commendabilis eſt ex parte aquæ: quia habet aquas puriſſimas: tunc autem ſecundum Ariſtot. aqua eſt puriſſima, quando nullum habet proprium colorem, nullumque odorem, nec ſaporem. Aqua igitur B. Mariæ eſt puriſſima, quia aufert à nobis colorem, id eſt mundanam conuerſationem, iuxta illud Roman. 12. *Nolite conformari huic ſæculo* &c Aufert etiam odorem. i. prętentorum peccatorum vanam recordationem, quem odorem habebant illi qui dicebant Nu. 11 *Recordamur piſcium quos comedebamus in Ægypto gratis* &c. Aufert quoq; ſaporẽ, ſ. mundi amorem, vt amor mũdi ſibi deſipiat: & ſolus amor Dei ſibi ſapiat. Quia ſicut dicit Chryſ. in quodam ſermone: *Vere non habet ſuper terram quod amet, qui donum cæleſte in veritate guſtauerit* Quia vero puritati

Aqua B. Mariæ quid efficiat.

iſtius aquæ ductus quidam contradicentes, ipſum ſordidatum originali peccato fuiſſe aſſerūt: Ideo merito dicere poſſumus de beata virgine illud Nu.20. *Hæc eſt aqua contradictionis, vbi iurgati ſunt filij Iſrael contra Dominum*, id eſt Chriſtum filium ipſius virginis matrem ſuam maculatam prædicantes. Quia autem ille cognoſcitur eſſe deuotus Chriſti, & matris eius: qui cauilloſis argumentationibus contradicentium non monetur à veneranda conceptione eius: Ideo ipſe Chriſtus inquit tali deuoto illud Pſal 75. *Probaui te apud aquam contradictionis*. Hæc eſt illa aqua ſaniſſima, de qua figuraliter dicitur Prouer. 5 *Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui*. Hæc eſt illa aqua nitidiſſima in aqua re ſplendet vultus proſpicientium. Prouerb.27. Hæc eſt illa aqua ſalutaris quæ ignem extinguit ardentem. Eccleſ.3. Hæc eſt illa aqua, de qua moraliter exponi poteſt illud Eccleſ.29.ca. *Initium vitæ hominis aqua, & panis*. Per aquam enim intelligitur virgo Maria, per panem vero Chriſtus, qui de ſeipſo ait Ioan 6. *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi*: tranſſumptiue in c.charitas, de pœni.di.2. de conſe.di.2 c.forte & c.omnia & c. in calice.33 q 4 c.ſciatis Hæc etiam eſt illa aqua, de qua exponi poteſt illud Ezec.38 vbi ait Deus: *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris*. De ipſa quoque exponi poteſt illud Ioan. 4. *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam*. Dicere quoque poſſumus eam figurari per aquam cœlicam, de qua tractatur in l.apud Trebatium §.1.ff.de aqua plu ar. Et quòd eſt aqua profluens, id eſt de cælo cadens, vt exponitur Inſti. de rerum d. §.1. Idem quòd figuratur per aquam viuam. de qua tractatur in l.ſi is, qui in puteum, in prin.ff.quod vi aut clam. & in l.1.ff de fonte. Item quòd eſt aqua benedicta: de qua in c aquam de conſe.di.5. & etiam dicere valemus de deuotis ipſius benedictæ virginis: *Beati qui ſeminant ſuper aquas* c. cum Marthæ § verum de cele.miſ Sicut autem piſces viuere non poſſunt ſine aqua c. placuit.16. q.1. Ita nos male haberemus ſine virginis beatiſſimæ gratia. Iſta enim aqua nos ſanctificans, eſt nobis neceſſaria, de qua exponi poteſt illud Numer 19. Peribit qui aqua expiationis non fuerit aſperſus: Nec mirum ſi non habens hanc aquam moritur: Ipſa enim virgo dicere poteſt de illis, qui eius deuotionem derelinquunt, illud Hiere. 2. *Me derelinquunt fontem aquæ viuæ* E contra vero de eius deuoto dicitur Eccleſ.15 *Aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum, & firmabitur in illo, & non flectetur*. Hæc eſt illa aqua ſaluberrima, quæ nos omnibus virtutibus fructificare facit: iuxta illud Eccleſiaſt 1. *Quaſi tilia in tranſitu aquæ* De qua aqua nos bibere hortatur Dominus Ieſus Apocal. vlt. dicens: *Qui ſitit, veniat, & qui vult accipiat aquam vitæ gratis*.

DE TERTIA PRAEROGATIua virginei nominis, incipiente ab R. ſ. quòd ipſa virgo rore ſpiritus ſancti multipliciter fuit reſperſa.

SIcut terra cæleſti rore perfuſa, generat viridem herbam. Vnde Deuter.32. dicit Moyſes: *Maria rore perfuſa.* *Fluat vt ros eloquium meum, quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtellæ ſuper gramina*. Sic beata virgo inſtar terræ ſpiritus ſancti rore fœcundata generauit filium ſuum, de quo canit Eccleſia: *Deſcendit in vterum virginis ſicut ros ſuper germen*. Iſta ergo terra rore illo diuino madefacta, genuit lilium paradiſi. Vnde Exod.14 inquit Deus: *Ero quaſi ros, Iſrael germinabit lilium*. Iſrael enim interpretatur videns Deum: & ſignificat beatam virginem, quæ videns Deum in contemplatione, germinauit lilium, id eſt Chriſtum cādidum per innocentiam, & odoriferum per virtutum fragrantiam. De qua germinatione prædictum fuerat Eſa quadrageſimoquinto, vbi dicitur: *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet ſaluatorem* *Hæc roratio figurata in vellere Gedeon. Iud.6* Fuit etiam hæc roratio præmonſtrata figuraliter Iudic.ſexto, in vellere Gedeonis, quod rore plenum rorauit aream, & impleuit concham. Iſtud enim vellus figurabat vterum virginis in quo fuit plenitudo roris, id eſt totius dignitatis: ex qua plenitudine area, id eſt Eccleſia: & concha, id eſt omnium fidelium corda ſuit repleta. Vnde Bernard. in quodam ſermone ait: *Rigaturus Dominus aream cæleſti rore: totum vellus prius infudit* *Redempturus enim genus humanum, vniuerſum precium* [illegible] *it in Maria* Hæc ille.

Hæc [illegible] em roris diuini infuſio beatam virginem multiplici vtilitate repleuit. *Hic ros repleuit Mariā multip. vtilitate.* Primo enim dedit ei reſ[illegible]rationem contra æſtum carnalis concupiſcentiæ, iuxta illud Eccleſiaſt.c. 43. *Ros obuians ar*[illegible] *venienti humilem efficit eum*. Ideo dixit illi A[illegible]lus Luc. primo: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi*, id eſt ab omni æſtu cōcupiſcentię refrigerabit.

Digitized by Google

rabit. Secundo dedit ei ſpiritualis dulcedinis prægustationem, de qua Numer. vndecimo, dicitur: *Cum deſcenderet ſuper caſtra ros; deſcendebat pariter & manna*. Castrum Dei fuit animus virginis: quia ſic fuit vallatus, & munitus, quod nūquam potuit ingredi inimicus. Cum igitur ſuper illud castrum deſcendebat ros, ſcilicet ſpiritus ſancti roratio, deſcendebat pariter & manna, id eſt cœleſtium prægustatio. Iſtam autem prægustationem habere meruit propter munditiam, & puritatem, quam ſeruauit. Sicut enim dicit gloſſ ſuper illud Pſalm. 146. *Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantib. eum.* Quamdiu pulli coruorum habent pilos albos, à parentibus deſeruntur: & tunc cœleſti rore paſcuntur. Quia igitur virgo beata fuit ſemper alba, id eſt, puriſſima, ideo cœleſti refectione ſemper fuit paſta. Tertio fecit in ea ſpiritualem exultationē. de qua Prouerb. nono, dicitur: *Sicut ros ſuper herbam, ſic & hilaritas regina*. Rex enim, id eſt Christus ſibi areſcit, quando animum ſuum inenarrabili exultatione perfudit, de qua ipſe inquit Luc. I. *Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*. Et iſta exultatio fuit ſicut ros ſuper herbam: quia magnam fecit in ea fœcundationem operum. Quarto dedit ſibi vitæ æternæ meſſionem. Dicitur enim ad Gal. 6 *Qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam*. Quia ergo B. virgo in ſpiritu ſeminauit, ideo vitam æternam meſſuit. Iſtā autem meſſionem non habuit a ſe, ſed à cœleſti rore. Vnde poterat dicere illud Iob 29. *Ros morabitur in meſſione mea*.

DE QVARTA PRAEROgatiua virginis incipiente ab I. ſcilicet quod Beata Virgo eſt Ianua cæli.

Maria porta cœli.

Beata virgo dicitur ianua, & porta paradiſi. Ante enim aduentum ſuum non erat in cœlo aliqua porta, per quam poſſemus intrare, nec aliqua feneſtra per quam Deus ad nos oculo miſericordiæ reſpiceret. Ideo beata virgo facta eſt in cœleſti palatio porta cæli, & portinari Dei, feneſtra Dei, & paradiſi. Primo quidem facta eſt porta cœli. Sicut enim per portam intus inferimus, & extra efferimus: & propter hoc dicitur porta à portando intus, & extra, vt ait Ioan. An. in c Infamibus, de reg. iur. lib 6. in Mercu. ſic & ipſa per merita ſua nos portat ad cælum, & ad nos reportat dona gratiarum. Vocatur autem ab Eccleſia porta regia, porta fulgida, fœlix, & beata. Primo vocatur porta regia reſpectu Christi, cum dicitur: *Tu regis alti ianua*. Sicut enim homo per portam exit, & intrat: ſic etiam ipſe intrauit, & exiuit per illam: & tamen ipſa porta ſemper clauſa permanſit, iuxta illud Ezech. 44. *Porta hæc clauſa erit, & non aperietur: & vir non tranſibit per eam. quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam.* *Porta regia*

Secundo vocatur porta fulgida reſpectu ſui. Vnde dicitur in officio eius; *& porta lucis fulgida*; Deus quidē ſemper ſtat ad oſtium cordis noſtri. Apoc. 3. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo*: volens lucem gratiæ ſuæ infundere, ſed mali tenent oſtium ſuum clauſum, & nolunt recipere lumen diuinum. Vnde Iob 24 dicitur: *Ipſi fuerunt rebelles lumini*. Maria autem Christo pulſanti, & dicenti illud Can. 5. *Aperi mihi ſoror mea*, aperuit, dicens ibidem *Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo*: ideo lucem recepit, & tota lucida facta eſt Vnde Apocal 21 dicitur: *ciuitas*, id eſt virgo Maria quæ eſt omnium virtutum ciuitas, *non indiget Sole* id eſt illuminatione angelica, *neque Luna*, id eſt, illuſtratione humana, quia ipſam illuminat claritas diuina, & Christi claritas humana Ideo ſubditur: *ſed claritas Dei illuminabit illam, & lucerna eius erat agnus.* *Porta fulgida.*

Tertio vocatur porta fœlix, quia per ipſam ad fœlicitatem æternam intramus. Vnde Gene. 28. videns Iacob cælum apertum, & ſcalam ſuper terram: cuius cacumen cælos tangebat, & Angelos aſcendentes, & deſcendentes: & Deum inuixum ſcalæ, admirando dixit: *Hæc eſt domus Dei, & porta cæli*. Per quod datur intelligi, quod ipſa eſt porta cœleſtis, quia nobis cœlum aperuit: & eſt ſcala cœli, per quam ad nos Deus deſcendit, quæ licet eſſet in terra corpore, tamen cacumen mentis eius tangebat cœlum dilectione, & feruore, ac contēplatione: qua angelos pro nobis mittit ad Deum, & ad nos venire fecit, cui Dominus fuit innixus, quia in eius vtero fuit incorporatus. Iſtam portam cœleſtem Eua nobis clauſit, ſed Maria aperuit. Vnde canit eccleſia: *Paradiſi porta per Euam clauſa eſt: per Mariam virginem iterū eſt patefacta*. Porta enim paradiſi terreſtris triplicite erat clauſa, ſcilicet angelica cuſtodia, flamma appoſita, & romphæa biſacuta, vt habetur Gene. 3. per quæ ſignificabatur clauſura paradiſi cœleſtis; per angelicam enim cuſtodiam ſignificabatur inimicitia, quę per peccatum facta erat inter hominem, & Deum, ac Angelum: per flammam appoſitam ſignificabatur obligatio ad pœnam æternam: per romphæam vero biſacutam denotaba- *Porta fœlix.*

DE QVINTA PRAEROgatiua virginis incipiente, ab A. ſcilicet quod beata virgo eſt atrium Dei.

Maria atrium.

PEr quintam litteram huius virginei nominis denotatur, quod ipſa eſt omnipotentis Dei atrium, & habitatio: & ideo eius claritatem contemplans Dauid dicebat: Pſal. 83. *Concupiſcit & deficit anima mea in atrio Domini.* Nec mirũ, ſi hoc atriũ fuit ſplendidũ, & excellentiſſimum, cum in eo nouem menſib. habitauerit Deus. De quo dicitur Eſai. 62. *Habitabit iuuenis cum virgine, & gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus* De hac quoque habitatione ipſa ait Eccleſ. 24. *In habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui.* Iſta autem habitatio ſancta poteſt intelligi ſecundum triplicem ſignificationem huius nominis, ſanctum. Nam ſanctum idem eſt quod mundum, vel firmum, aut ſanguine tinctũ. l. ſanctum iuncta. l. ſacra loca. §. proprie ff. de ret. di. Ipſa enim fuit ſancta, id eſt pura, & munda, vt inquit Anſel. in libr. de conceptu virginali: tanta puritate, qua maior ſub Deo nequit intelligi. Secundo fuit ſancta, id eſt firma: quia ſuper altitudinem diuinitatis fuit fundata. iuxta illud Pſ. 86. *Fundamenta eius in montibus ſanctis.* Tertio fuit ſancta, id eſt ſanguine tincta: quia memoria ſanguinis, & paſſionis filij ſui ſemper fuit iugiter in eius mente affixa. vt poſſit dicere illud Exod. 4. *Sponſus ſanguinum tu mihi es.* In iſta habitatione ſic ſancta, id eſt in ſeipſa, quæ fuit Dei habitatio, B. virgo coram Deo miniſtrauit. Nam primo miniſtrauit ſibi exiſtenti in vtero ſubſtantiam ſuæ carnis. Vnde Cant. 3. dicitur: *Egredimini filiæ Hieruſalem,* id eſt fideles animæ, & videte regem Salomonem, id eſt Chriſtum pacificum in diademate, id eſt in humana carne: qua coronauit eũ mater ſua. Et dicitur caro Chriſti diadema: quia cæteræ figuræ diuerſis lineis perficiuntur, ſola autẽ figura ſphærica vna tantum linea clauditur. Nam cætera corpora aliorum hominum facta ſunt ſaltem duabus lineis, id eſt commixtione vtriuſque parentis, Corpus autem Chriſti compoſitũ fuit vna tantum linea, id eſt carne virginea.

Expon. de B. V. illud Eccl. 24. In habitatione ſancta co. ip. min.

Secundo miniſtrauit ſibi egreſſo ex vtero nutrimentum lactis virginei. Vnde canit Eccleſia; *Ipſum regem angelorum ſola virgo lactabat vbere de cælo pleno.* Vbi tria notantur. Primo quia lactabat, & paſcebat illum, qui paſcit omnia. Ideo alibi canitur; *paruoq; lacte paſtus eſt, per quem nec ales eſurit.* Secundo quod non dedit ipſum ad nutriendum, ſed ipſa ſolo aenim nutriuit. Ideo dicitur, *Sola virgo lactabat,* vt bona obſeruatrix legum, quibus cauetur quod mater debeat filium lactare l. ſi competenti. ibi glo. C. de alen. liberis. Tertio quod illud lac non fuit à natura productum, ſed de cœlo miniſtratum; quia virgines lac naturaliter non habent. Ideo ſubditur, *vbere de cælo pleno.*

Tertio ſibi miniſtrauit viuenti in mundo neceſſaria vitæ corporalis; quia cum Chriſtus pauper eſſet, iuxta illud Pſal. 39. *Ego autem mendicus ſum, & pauper.* Mater eius ſicut dicit Hieronym. acu, & colo acquirebat, vnde ſibi, & filio neceſſaria procuraret. Ideo de ipſa dicitur Prouerb. vltimo; *Quæſiuit lanam, & linum; Et operata eſt in eis.* Et infra. *Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum.* Licet enim ſit officium patris, poſtquam ablactatus eſt puer, alere ipſum filium, & non matris. l. nec filium. C. de patria poteſt. tamen quia Ioſeph non eſt verus pater Chriſti; ſed ipſa virgo totam ſubſtantiam corporalem ei miniſtrauerat, quam alij filij recipiunt à patre, & à matre: ideo ad eã pertinebat eum nutrire, & alere Sed licet propter inopiam excuſata eſſet ab hoc onere l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens ff. de liberis agnoſcendis, ſicut etiam eadẽ de cauſa excuſatur pater, vt inquit Bal. in d. l. nec filium. tamen immenſa pietas ipſam virginem impellebat ad eum cum ingenti ſolicitudine alendum.

Iſtam autem habitationem tam dignam, & perutilem ipſe Deus ſibi ædificauit, de qua dicitur Prou. 9. *Sapientia ædificauit ſibi domum; & ædificatam inhabitauit.* Vnde ipſa inquit Eccle. 24. c. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Et de hoc etiam dicitur Pſal. 86. *Homo natus eſt in ea; & ipſe fundauit eam altiſſimus.* Circa perfectionem autem domus, ſiue atrij tria ſecundum Amb. poſſunt conſiderari. Bonus enim artifex primo fundamentum bonum ponit; quia facto malo fundamento, omne, quod ſuperædificatur corruit. c. cum Paulus. 1. q. 1. Secundo poſito fundamento, ædificij membra diſtinguit. Tertio adiungit ornatum. Primo ergo Deus fundamenta virginis poſuit; de quibus dicitur Pſal. 76 *Fundamenta eius in montibus ſanctis* Per montes autem ſanctos altitudo Trinitatis intelligitur Ipſa enim fuit fundata ſuper altitudinem potentiæ patris, qui eam in bono cõfirmauit. Super altitudinẽ ſapiẽtiæ filij, qui eã omni ſapiẽtia illuſtrauit. Super altitudinẽ Sp. S. qui eã in gratia ſtabiliuit. Hom-

Digitized by Google

enim de facili cadit, tum quia habet corpus luteum, tum quia habet fundamentum terrenum. De quibus dicitur Iob 4. *Qui habitant domos luteas, & terrenum habent fundamentum.* Homo quidem habet domum luteam. i. corpus, quod eſt domus animę, & de luto eſt formatum. Habet etiam fundamentum terrenum, quando ſpem ſuam ponit ſuper mundum. Talis enim ſicut dicitur Mat. 6. *Ædificauit domum ſuam ſuper arenā.* Cadit etiam homo, quia habet cor cinereum, de quo Sap. 15. dicitur: *Cinis eſt cor eius, & luto vilior vita illius.* Non ſic aūt fuit B. virginis ædificatio: quia primo habuit corpus cōſolidatum. Quāuis enim corpus eius fuerit luteum: tamen in fornace diuini amoris fuit ſic concrematum, & conſolidatum, quod nunquam cadere potuit, quia in eo nihil de carnalitate remanſit iuxta illud Eccl. 38. *Vapor illius exurit carnes eius,* & Eſa 1. *Excoquam ad purum ſcoriam tuam.* Vnde Hieronym. in ſermo. de aſſumptione ait: *Puto quod quicquid cordis eſt: quicquid mentis humanæ, ſi totum adhibeas, non ſufficeret, vt cogitare valeas, quando virgo beata indeſinenter cremabatur ardore pij amoris.* Secundo habuit animum cœleſtem, qui totus erat in Dei amore conuerſus. Vnde Hiero. vbi ſupra, ait: *Totam eam repleuerat ſpiritus ſancti gratia, & totam eam incanduerat diuinus amor, ita vt nihil in ea eſſet quod mundanus violaret affectus; ſed ardor continuus, & ſobrietas ſuperfuſi amoris.* Tertio pro fundamento habuit Deum. Vnde dicitur Cant. 8. *Innixa ſuper dilectum ſuum.* Innixa ergo fuit ſuper montem: de quo Pſal. 124. dicitur: *Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion* &c. Innixa fuit ſuper fortiſſimam turrim. De qua Prouer. 18. dicitur: *Turris fortiſſima nomen Domini.* Fuit igitur illa domus, quæ cadere nō potuit; quia fundata erat ſupra firmam petram, vt dicitur Mat. 6.

Secundo cęleſtis artifex, poſtquam ſtabile fundamentum poſuit, ædificium pulchrum erexit, iuxta illud, 1. ad Cor. 3. *Si quis autem ſuperædificat ſupra fundamentum hoc aurum, argentum, & lapides precioſos.* Per argētum, intelligitur eius corpus lucidum, atque virgineum. Per aurum eius animus diuino amore auratus. Per lapides vero precioſos intelliguntur eius virtutes quibus ornata fuit.

Tertio poſtquam cœleſtis artifex tam ſtabile fundamentum poſuit, & tam pulchrum ædificiū erexit, ipſum ædificium ornauit, atque depinxit, triplicem ſ colorem imponendo, ſcilicet album colorē puritatis, nigrum humilitatis, & rubeum charitatis. Ideo ipſa inquit Can. 1. *Nigra ſum.* ecce color niger humilitatis, *ſed formoſa* ecce color albus puritatis: *ſicut pelles Salomonis,* ecce color rubeus charitatis. Dicit n. ibi gl. quod Salomō fecit ſibi tabernaculum de pellib. rubricatis. Pulchra ergo eſt permixtio, ſcilicet color albus, niger, & rubens; quia pulchra con iunctio, eſt puritas cum humilitate, & charitate.

Non ſolum autem B. virgo dicitur atrium, & habitatio ſiue domus Dei: ſed etiam appellatur tabernaculum ſpiritus S. omni ſanctitate repletum. De quo Pſal. 45. inquit Dauid: *Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.* Tabernaculum n. dicitur domus Deo dedicata ca. 1. & ibi Arch. de ſen. & re iudi. Et propter hoc Eccleſia dicitur tabernaculum Chriſti. c. ne forſitan de pœ. di. 1. Et ideo multo magis ſic debet nominari beata virgo, quæ etiam denominatur thalamus Chriſti. Dicitur autem thalamus à Thalamone duce Romanorum, qui cum quādam virginem Sabinam nomine rapuiſſet; dictum fuit ei per oraculum, quod illa virgo ipſi coniugio tradenda eſſet. Et quoniā illæ nuptiæ Thalamonis fœliciter ſucceſſerunt; ordinatum fuit, vt cubiculum ſponſi, & ſponſæ thalamus diceretur. Quia igitur Deus in vtero virginis nuptias celebrauit, quando ſcilicet naturam humanam ſibi copulauit: ideo ipſius vterus recte thalamus dici poteſt: de quo Pſal. 18. dicitur: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquā ſponſus procedens de thalamo ſuo.*

Maria tabernaculū Spir. S.

Thalam. Chriſti.

Conſueuerunt autem thalami regis precioſis pannis adornari, & variis coloribus depingi, & diuerſis floribus aſpergi. Thalamus autem virginis adornatus fuit pannis precioſis purpureis, aureis, & gemmatis. De quibus dicitur Can. 3. *Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani.* Ferculum n. dicitur vas eſcarum, & ſignificat virginis vterū, in quo fuit poſitus ille, qui eſt eſca omnium angelorum, & ſanctorū, & fuit de lignis Libani; quia eius vterus fuit odoriferus, & incorruptibilis, & ſerpentum infernalium expulſiuus. Poſtea ſubditur; *Reclinatorium fecit aureum, aſcenſum purpureum media charitate conſtrauit.* Eius n. vterus, in quo Chriſtus ſe reclinauit, fuit adornatus panno aureo. i. pudore virgineo. Sicut n. aurum eſt incorruptum, fulgidum, & precioſum, ſic eius virginitas reddidit eius vterum incorruptum quoad ſe; fulgidum per exemplum quoad proximū, & precioſum quoad nos. Aſcenſum quoq; eius purpureum. i. animam inflāmauit diuino amore, & aſcendentē in cælum per contemplationem media charitate conſtrauit. Charitas n. eſt gemma lucida, quæ oēs virtutes facit fulgidas eſſe. De qua dicitur Eccl. 9. *Gēmula carbunculi in ornamento auri.* Tunc enim charitas eſt perfecta; quādo habet

ſecum

Digitized by Google

ſecum annexam humilitatem, & puritatem. Ideo in beata virgine fuit gemmula humilitatis, & carbunculus feruentis charitatis, & aurum incorruptibilis virginitatis. Ecce ergo quod iſte thalamus Chriſti pannis valde precioſis fuit ornatus. Fuit quoque varijs coloribus depictus, id eſt diuerſis virtutibus. Sicut enim color niger iuxta album poſitus, ipſum album magis commẽdat, ſecundum ſententiam philoſophi 2. de cœlo, & mundo, & 1. Elenchorum, ſic humilitas beatæ virginis ſimul cum virginitate, & alijs virtutibus coniuncta ipſam virginitatem, & alias virtutes magis exornat. Si enim beata Maria fuiſſet virgo, ſed ſuperba: nec Deo placuiſſet, nec filius Dei de ea carnem ſumpſiſſet.

Diuerſis quoque floribus fuit iſte diuinus Thalamus aſperſus ſcilicet roſa patientiæ. Vnde Eccleſiaſt. 24. ipſa inquit: *Quaſi plantatio roſæ in Hiericho* Item viola humilitatis profundæ, & lilio puritatis, & munditiæ. De quibus Cant. ipſa ait: *Ego flos campi, & lilium conuallium.*

Maria templum Dei. Eſt quoque beata virgo templum Dei iuxta Pſal. 47. *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui.* De quo templo figuratiue dicitur 3. Reg. 6. *Nihil erat in templo quod non auro tegeretur*, id eſt charitate veſtiretur. Sicut autem ad Eccleſiam confugientes ſunt ſecuri; & non poſſunt de illa per violentiam extrahi. l. præſenti. C. de his qui ad Eccleſiam confugiunt & c. rerum. 17. quæſt. 4. & c. inter alia. de immuni. eccle. Sed ad beatam virginem confugientes ſunt ſecuri à dæmonibus: & non poſſunt ad eorum ſeruitia violenter trahi, nec ab eis in profundum inferni proijci. Ecce ergo quanti priuilegij eſt hoc templum virginale. Forma autem huius templi valde eſt ampla, vnde dicitur templum quaſi tectum amplum. Sic enim interpretatur hoc nomen, templum, ſecundum Archi. in c. & hoc 16. quæſt. 6. & ſumpſit ab Iſid. in 5. lin. etym. cap. 4.

In ipſa autem virgine glorioſa fuerunt tecta valde ampla. Primo quidem habuit amplum vterum ad Deum ſuſcipiendum. Cui canit Eccleſia: *Tu, quem cæli capere non poterant, tuo gremio contuliſti.* Petrus quoque Rauen. in quodam ſermone ait: *Quod erat in principio apud Deum, intra ſe virgo peperit verbum.* Et iterum: *Ipſa virgo fuit maior cælo, fortior terra, latior orbe.* Nam Deum quem mundus non capit ſola cæpit, & portauit & ſupportat orbem. Et iterum. *Quantus ſit Deus, ... qui non miratur huius virginis vterum, cælum pauet; tremunt angeli, creatura non ſuſtinet, natura non ſufficit, quod vna puella ſic Deum in ſui pectoris hoſpitio cepit, reſpicit, & oblectatur, terris pacem, cælis gloriam, ſalutem perditis, vitam mortuis dederit.* Sicut enim totum manna in vrna, & tota vrna erat in arca, & tota claudebatur in templo: ſic & diuinitas tanquam manna dulciſſimum tota erat in vrna, id eſt in Chriſto anima, totaque erat in arca, id eſt in Chriſti carne deificata, & hæc omnia claudebantur in templo, id eſt in virginis vtero glorioſo.

Secundo habuit amplum intellectum ad diuinum lumen ſuſcipiendum. Intellectus enim virginis non indigebat radijs, quia habebat intra ſe præſentiam ſolis, iuxta illud Eccle 26. *Sicut ſol oriens mundo in altiſsimis Dei* &c. Nec indigebat lucerna, id eſt manuductione alicuius hominis, quia in ſuo vtero habebat diuinam lucernam fulgentem. Ideo ibidem ſubditur, *Lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum.* Nec indigebat, ſicut filij Iſrael, columna ignis, vel nubis, id eſt manuductione alicuius Angeli, quia habebat ignem diuinitatis, & nubem humanitatis Chriſti: ideo ibidem ſubditur, columnæ aureæ ſuper baſes argenteas, & pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris.

Tertium habet amplum affectum ad cõpatiendum, nam intra ſinum ſuæ miſericordiæ, & pietatis omnes recipit. Recipit enim iuſtos, quibus impetrat Dei gratiam, ideo dicitur: *Maria mater gratiæ* Recipit peccatores impetrando eis miſericordiam diuinam, ideo dicitur; *mater miſericordiæ.* Recipit tentatos à diabolo. ideo ſubditur: *tu nos ab hoſte protege* Recipit animas de hoc mundo exeuntes, ideo dicitur. *& hora mortis ſuſcipe.* Quod & animabus noſtris facere dignetur ipſa virgo piiſſima per infinita ſæcula ſeculorum benedicta. Amen.

DE EIVS-EM INTIGER-IMAE VIRGINIS NOMINATIONE.

SERMO SEXTVS.

IN QVO OSTENDITVR QVOMODO vocetur ſtella B.V. & hac ratione quomodo nonnulla ei attributa applicentur.

Angeli dicũtur ſtellæ. Apoc.12. Item omnes ſancti Gen 22. Exo.32.

ORient ſtella ex Iacob. Num.24. In ſacra ſcriptura omnes angelici ſpiritus ſtellæ nuncupantur. vt de Apocal. 12. dicitur. Et draco cauda ſua trahebat magnam partem ſtellarũ. Item omnes ſancti ſtellæ vocantur. Vnde Gen. 27. & Exo 32. dicitur: *Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellæ cæli.* Et 1. ad Cor. 15. ait apoſtolus. *Stella à ſtella differt in claritate*, id eſt ſanctitate. Item ſtella dicitur Eccleſia. Vnde Apoc. 2. ſcriptum eſt:

Eccleſia dicitur ſtella.

Hęc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua, id eſt ſanctam Eccleſiam ſeptiformis Dei radijs prælucentem. Illi etiam homines, qui ſunt in gratia Dei, dicuntur ſtellæ, quæ tunc dicũtur cadere, quando à Dei gratia cadunt, iuxta illud Apoc. 8. *Cecidit de cælo ſtella magna ardens tanquam facula.*

B.V. ſtella appell. Nu. 24.

Et Matt. 24. ait ſaluator: *Stellæ cadent de cælo.* Sed beata virgo Maria ſingulari modo ſtella appellatur, vt patet in verbis propoſitis. Super quibus quinque conſiderationes faciemus.

In prima videbimus, quare virgo Maria dicatur ſtella cæli.

In ſecunda, quare appellatur ſtella poli.

In tertia, quare ſtella maris.

In quarta, quare ſtella matutina nuncupatur.

In quinta vero, quare ſtella regia nominatur

PARS PRIMA. QVARE beata vrigo dicitur ſtella cæli.

SEcundum beatum Bernardum in ſermone 5. de nomine virginis: ipſa mater Dei poteſt ſtellæ tripliciter comparari: videlicet ſtellæ cæli: poli, & maris. Stellæ autem cæli comparatur multiplici de cauſa. Primo propter ſuam denominationem. Stella quippe à ſtando denominatur: quia in cœlo ſtat fixa. Vnde inquit Ptolomæus in ſuo centiloquio; quòd ſtella eſt denſior pars ſui orbis. Et propter hanc ſtellarum firmitatem dicitur Gene. 1. quod Deus poſuit ſtellas in firmamento cæli. Beata autem virgo in cælo ſuo, hoc eſt filio, immobiliter ſtetit. Primo in conceptione ſua: quia non cecidit per originale peccatum. Vnde de ipſa ſub nomine terræ dicitur Eccle. 1. *Terra autem in æternum ſtat.* De ipſa quoque poteſt exponi illud Pſalm. dicen. Deo: *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſeculum ſeculi.* Secundo ſtetit in eo in vita per omnium virtutum irradiationem. De qua ſtatione dicitur Pſal. 44 *Aſtitit regina à dextris tuis, in veſtitu deaurato, circundata varietate.* Tertio ſtetit in morte eius per mentis compaſſionem. De qua ſtatione dicitur Iohan. 19. *Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius* ſcilicet, immobiliter: quia alijs ſtellis, id eſt diſcipulis cadentibus de cœlo, id eſt à fide, ipſa ſola ſtetit iuxta illud Abacuc 3. *Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo*: vel ſecundum aliam tranſlationem, eleuatus eſt ſol, id eſt Chriſtus in cruce: & luna, id eſt virgo Maria ſtetit in habitaculo ſuo. Sed hæc ſtatio fuit lugubris, & dolore plena. Propterea Auguſt. in quodam ſermone inducit humanum genus ad Chriſtum loquentem, & dicentem: *Mihi ridens congaudet Eua; tibi plorans compatitur Maria.* Filius quoq; Dei inquit Eſa. 63. *Torcular calcaui ſolus: & de gentibus non eſt vir mecum:* quaſi dicat, ſolum mater mea mihi vere compaſſa eſt.

Comparatur B.V. ſtellæ cæli propter ſuam denominationem

2. Propter eius effectus. 1. effectus ſtellæ eſt ornare.

Secundo nominatur ſtella, & comparata eſt propter ſuam operationem. Stella enim primo ornat cælum. Vnde Eccleſiaſt. 43. dicitur, *Species cæli gloria ſtellarum* Et Gene. 1. inquit Moyſes: *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præeſſet diei, luminare minus vt præeſſet nocti, & ſtellas quæ lucerent in firmamento cæli.* Beata autem virgo facta eſt, vt ornaret cœlum empyteum. Proinde de ipſa dici poteſt illud Eccleſiaſt. vigeſimo ſexto cap. *Sicut ſol oriens mundo in altiſsimis Dei, ſic bonæ mulieris ſpecies eſt ornamentum domus eius.* & Eſai. 60. inquit: *Deus gloria Libani.* id eſt virgo Maria candida, & lucida ad te veniet ad ornandum locum, ſanctificationis ſuæ.

2 Eſt denotare diſtinctionem temporum.

Secundo ſtella denotat diſtinctionem, & permu-

Digitized by Google

permutationem temporum, annorum, menſium, & dicrum: vt dicitur in libro de proprietatibus elementorum; & ſimiliter Maria eſt temporum, annorum, menſium, & dierum, reſeratiua, quia in ea incepit tempus gratiæ per filium, annus remiſſionis, dies lætitiæ, & menſis omnis noſtræ conſolationis. vt ait magiſter Bartholomæus Piſanus in libro de beata virgine Maria. fructu. 8. & propter hanc operationem diſtinctionis temporis dicitur quòd ſtella ſignificatur. Vnde de ſtellis Geneſis primo cap. inquit Deus: *ſint in ſigna*. Proinde Albumaſar in principio ſui libri inquit: *Laus Deo, qui creauit ſtellas, & poſuit ornamentum, & lucernas in ſignificatione, vt præberent ductum rationabilibus*. Et ratione huius operationis conuenit Mariæ nomen ſtellæ. quia fuit in ſignum, iuxta illud Eſa. 11. *O radix Ieſſe qui ſtas in ſignum populorum*. Signum quippe eſt, quod ſe offert ſenſu, & aliquid relinquit intellectui. ca. ſignum de conſe. diſtinct. 2. & fuit dictum Augu. in 2. lib. de doctrina chriſtiana. Maria autem incarnatum Deum ſenſui præſentauit: qui in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt: vt dicitur Baruch, 3. Sed aliud intellectui dereliquit: & quia per hoc quòd Dei filium in carne viſibilem exhibuit: Deitatem per fidem intellectui patefecit. Ex quo vere fuit ſignum. ideo Eſa. 7. Achaz petenti ſignum à Domino reſponſum eſt: *Propterea dabit vobis Dominus ſignum: Ecce virgo concipiet & pariet filium*. &c. De hoc quoque ſigno Apoc. 12. dictum eſt: *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta ſole* &c. Et infra: *Et in vtero habens*.

Merito quippe in vtero habere dicitur: quia ab extra in vterũ virile ſemen non traxit.

.Eſt illuminare.

Tertio ſtella illuminat noctis profunditatem: & ſic beata virgo illuminat mentis cæcitatem. Ante aduentum enim ſuum peccati nebula totum mundum occupauerat, vt non eſſet, qui verum lumen videre poſſet. Erant enim omnes gentes quaſi nebulæ turbinibus agitatæ. Vnde 2. Per. 2. dicitur: *Eratis enim tenebræ; nunc autem lux in Domino*. Proinde in tenebris morabuntur. Vnde de ipſis dici poterat illud Naum. primo c. *Inimicos eius perſequentur tenebræ*. Tandem proceſſit beata virgo, quaſi fulgida ſtella effugans tenebras. ita vt de illa dici poſſit illud Eccleſiaſt. 1. *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ*. Vnde Bernard. ſuper *Miſſus eſt*, inquit: *Ipſa eſt nobis ſtella ex Iacob orta cuius radius vniuerſum mundum illuſtrat; cuius ſplendor in ſupernis fulget, & inferos penetrat*. Proinde in perſona eius dicitur Eccleſi. 24. *Penetrabo inferiores partes terræ, & aſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino*.

Quarto ſtella noctem purificat. Siquidem per radios ſuos nocturni frigoris: denſitatem ſerenat, & rarificando purificat: & ſimiliter facit Maria, In terra enim ante aduentum huius ſtellæ tenebræ erant, ſicut Eſa. 60. ſcriptum eſt: *Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos*. In huius quoque myſterium dicitur Exodi. 10 *Factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Aegypti*. Tandem orta eſt ſtella ex Iaco. ſcilicet Maria, quę has tenebras purificauit, & ſerenauit. Quippe ipſa eſt emanatio quædam ſincera omnipotentis Dei. vt habetur Sap. 7. Vnde Bernard. ſuper *Miſſus eſt*; ait de ea: *Tolle hoc corpus ſolare, quod illuminat mundum: vbi dies: Tolle Mariam maris ſtellam, maris vtique magni, & ſpacioſi, quid niſi caligo inuoluent, & vmbra mortis, atque denſiſſimæ tenebræ relinquentur?* 4. Noctem purificare.

Quinto ſtella viuificat: ſicut philoſophus atteſtatur: propterea orbis primus plures habet ſtellas; quia ipſe pręcipue eſt cauſa vitæ in iſtis inferioribus. Et hac quoque ratione Maria ſtella vocatur, ſiquidem mors regnabat ab Adam, ſecũdum Apoſtolum ad Roman 5. adeo quod non ſolum de morte corporali, ſed etiã de ſpirituali verificabatur illud 2. Regum 14. *Omnes morimur*. Et illud quod dicitur in §. deinceps in authen. de nupt. ſcilicet *mors omnia ſoluit*. Et illud Pſalm. *Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem*; Veniente autem hac ſtella, omnia mortua ſunt vitæ reſtituta. Quippe ipſa eſt lignum vitæ proferens benedictum fructum, Gene. 2. de quo guſtans, mortem non guſtabit in æternum, ſed æternaliter viuet, vt dicitur Io 6. 5. Eſt viuificare.

Sexto ſtella temperat, ſeu modificat gelidum frigus noctis: & ſic terræ naſcentia fouet, & modificat; & propter hoc MARIA etiam appellatur ſtella. Malitia quippe huius mundi frigida eſt: Vnde Hierem. 6 ait Dominus, Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam, ſic & frigidam facit malitia animam. Tempore igitur, quo proceſſit beata virgo Maria, humani generis malitia quaſi completa fuit, iuxta illud Eſai. quarto. *Completa eſt malitia eius*. Propterea in mundo magnum frigus erat. Vnde Ioan. decimo octauo dicitur quòd frigus erat; & Petrus calefaciebat ſe: & de hoc prædictum erat Zachar. decimo quarto, vbi dicitur. In illa die non erit lux, ſed frigus & gelu. Et Eccle. quadrageſimo quarto ſcriptũ eſt: 6. Eſt temperare frigus.

Ventus aquilo .diabolus *flauit & congelauit cryſtallum ab aqua.* Proceſſit autem Maria quaſi ſtella coruſcans, *calefaciens*, & præfulgens; & per ſconſequens, fouens. Proinde Ber. ſuper *Miſſus eſt*: homil. 1. ait. *Ipſa eſt nobis ſtella, terras perluſtrans, & calefaciens magis mentes, quam corpora. Fouet virtutes, excoquit vitia.* Ipſa eſt mulier fortis de qua Prouer. vl. dicitur: *Non timebit ſibi in die frigoris*: omnes enim domeſtici ſeius veſtiti ſunt duplicibus. ſ. Dei & proximi charitate: vel quia promiſſionem habet vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Hæc ſunt veſtimenta valde bona, quibus Rebecca induit filium ſuum Iacob; vt patris benedictionem obtinere poſſet. Gen. 27.

Eſt ordinare & conciliare. Septimo ſtella ordinat & conciliat. ſ. orbem: nam orbem inferiorem ſublimat, & virtuti ſuperiori pro ſui poſſibilitate aſſimilatur: & ſic quodammodo reconciliat. Sic etiam hæc ſtella fulgida, & mundi Domina, & regina Eccleſiam militantem tanquam inferiorem orbem, Eccleſiæ triumphanti tanquam orbē ſuperiori reconciliauit, nuncians pacem his, qui prope, & his qui lōge. i. Eccleſiæ militanti & triumphanti. Vnde profecto ipſa eſt arcus fœderis ſempiterni, poſitus in nubibus cæli, ne interficiatur omnis caro. Gen. 9 Nam ipſa illum nobis genuit, qui fecit vtraque vnum, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore ad Epheſ. 2.

3. comparatur B. V. ſtellæ ob eius ſublimitatem. Tertio principaliter beata virgo appellatur ſtella propter ſuam ſublimationem, ſeu ſituationem. Nam ſtella locatione eſt alta, eo quòd in firmamento poſita eſt: quod eſt altum. vnde Eccleſiaſt. 43. dicitur, *Altitudinis firmamentum, pulchritudo eius eſt.* Sic beata virgo altiſſima eſt, eo quod poſt filium omnibus alijs celſior ſit. Profecto Lucæ 18. dicitur. *Qui ſe humiliat exaltabitur.* Cum ergo Maria fuerit humillima: ergo & altiſſima, Proinde Eccleſiaſt. 24. ipſa inquit: *Ego in altiſſimis habito.*

4. ob filij emiſſionem. Quarto dicitur ſtella propter filij emiſſionem. Quam rationem tangens Bernard. ſuper *miſſus eſt*; ait: *Loquamur pauca ſuper hoc nomine Maria: quod interpretatum maris ſtella, dicitur; & matri virgini valde conuenienter aptatur. Ipſa namque ſyderi aptiſſimè comparatur quia ſicut ſine ſui corruptione ſydus emittit radium; ſic abſque ſui læſione virgo parturit filium; nec ſyderi radius ſuam minuit claritatem: nec virgini filius ſuam integritatem* hæc ille. Vnde Eccleſia canit. *Sicut ſydus radium profert: virgo filium pari forma: neque ſydus radio, neque mater filio fit corrupta.*

5. ob conſolationem. Quinto dicitur ſtella propter conſolationem, de qua Hugo de ſancto Victore in quodam ſermone inquit: *Maria ſtella: Chriſtus vero ſol appellatur. Ideo peccatores velut in nocte à Maria conſolantur, iuſti autem tanquam in die à Chriſto illuminantur: ideo ſi pertimeſcis ad Chriſtum accedere, ad Mariam reſpice, genus tuum conſpicis, nihil illic, quod timeas inuenis.*

6 Ob puritatem ſuam. Sexto propter ſuam puritatem: Sicut enim ſtella nullam habet impuritatem, ſic & beata virgo Maria nullam vnquam in ſe habuit immundiciam. Sed de illa verificatum fuit illud 1 ad Theſſa. 5 *Integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.* Habuit enim corpus puriſſimum ſine vlla contagione. Vnde Chriſtus dicere poteſt de ſua incarnatione illud Sap. 8. *Veni ad corpus incoinquinatum.* Habuit etiam animam puriſſimam. Vnde ipſa dicere poteſt illud Sap. 8. *Sortita ſum animam bonam.* Habuit quoque ſpiritum puriſſimum: nam fuit ſemper cum puriſſimo Deo coniuncta per amorem. quia ſicut dicit Paulus 1. Cor. 6. *Qui adhæret Deo vnus ſpiritus eſt cum eo.*

7. Propter velocitatem Septimo dicitur ſtella propter velocitatem Licet enim, vt ſuper dictum eſt, ſtella de ſe ſit immobilis, quia eſt in cælo fixa: tamen motu firmamēti mouetur citiſſime: quia quotidie luſtra omnia in circuitu: ſicut etiam lapis precioſus fixus in annulo de ſe non mouetur; ſed ad motum, & reuolutionem annuli reuoluitur: ſic quoque beata virgo: licet vera ſit ſententia Pauli. 3. ad Cor. 3. ſcilicet quod non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis: vt etiam inquit imperator in l. 1. in principio. C. de vete. iure enucle. tamen ſpiritu ſancto ducta in obſeruandis diuinis mandatis erat velociſſima. Vnde ipſa dicere poteſt illud Pſal. 18 *Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meum.*

8. Propter dignitatem. Octauo dicitur ſtella propter dignitatem. Stella enim inter cætera corporalia habet magnam dignitatem, quia vt ait philoſophus lib. de cœlo, & mundo, in ſtellis non eſt corruptio, neque caſus, nec error: quæ etiam nunquam fuerunt in virgine, quæ ſemper fuit incorrupta, nec vnquā cecidit in aliquod peccatum, vel errorem. Vnde dicere poteſt cum Pſal. ſuo cæleſti ſponſo: *Tenuiſti manum dexteram meam; & in voluntate tua deduxiſti me, & in gloria tua ſuſcepiſti me.* Multas alias rationes, propter quas beata virgo Maria ſtella dicitur, hic pertranſeo cauſa breuitatis, de quibus tractat magiſter Bartholomæus Piſanus in libro de beata virgine: fructu. 7.

CVR

CVR BEATA VIRGO Maria dicitur ſtella poli. Pars Secunda.

Maria ſtella poli. Primo quia vicina polo.

PRopter tria mater Dei ſtella poli appellatur. Primo quia ipſa ſtella polo, ſiue cardini eſt viciniſſima. Ad dicendorum autem intelligentiam eſt aduertendum, quòd duplex eſt polus in hoc mundo. Vnus eſt inuiſibilis, ſcilicet meridionalis, & reliquus vero eſt viſibilis, ſcilicet aquilonaris, & vterque immobilis eſt. Super quorum immobilitatem innititur totus mundus in ſua circulari mora. Merito igitur per vtrumque polum intelligitur ipſe filius Dei, & verbum, qui eſt principium omnium quoad vnum, & finis omnium quoad reliquum: qui in meridie, id eſt, in ſuę Deitatis maieſtate, nobis omnino inuiſibilis eſt: ſed in aquilone noſtræ humanitatis viſibilis factus eſt. Vnde Apoc. 1. ipſe ait: *Ego ſum alpha & omega, principium & finis.* De illo qui eſt in meridie dicitur Cant. 1. *Indica mihi, vbi cubes in meridie.* De Aquilonari vero Iob. 27. ſcriptum eſt: *Ab Aquilone aurum venit.* quia ex Chriſto incarnato ſplendor patris proceſſit. Ipſe quoque immobilis eſt. Super cuius immobilitatē innituntur omnia in ſuo motu: immobiliſque manens dat cuncta moueri, vt ait Boet. 3. de conſolatione. Huic ſiquidem polo fuit hæc ſtella, ſcilicet virgo Maria viciniſſima: maxime in quatuor.

Maria ſtella vicina polo. 1 Chriſto maxime in quatuor.

Primo in incarnatione, ſcilicet per carnis identitatem, quia eadem caro, quæ fuit virginis matris, facta eſt caro filij Dei patris, iuxta illud ad Gal. 4. *Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere*, &c. Partus enim eſt pars viſcerum l. 1. in prin. ff. de ven. inſpi. Quam quidem carnem filius Dei in vnitate perſonæ ſuſcepit. Et propter hanc vicinitatem dixit Angelus ipſi virgini Luc. 1. *Dominus tecum* Secundo fuit Chriſto viciniſſima in conuerſatione per adminiſtrationem. Vnde hoc eſt Ruth. c. vltimo figuratum, vbi myſtice dicitur de Noemi, quòd natum puerum ſuſcepit, & poſuit in ſinu ſuo, & nutricis, ac gerulæ fungebatur officio, hinc eſt quod abſentiam eius ſcilicet Chriſti ferre non potuit, nam dolens eum in templo quæſiuit Luc. 2. c. Tertio fuit ſibi viciniſſima in paſſione, quia ſimul cum eo doloris gladio confoſſa eſt, ſicut Luc. 2. prædictum fuerat ei per Simeonem dicentem: *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Quarto fuit ei viciniſſima in aſſumptione per gloriæ ſuſceptionem. Quod enim ſit ad dexteram filij ſublimata per dictum Ber. in quodam ſermone, nefas eſt dubitare. Si enim incorruptio Deo proximum facit, vt dicitur Sap. 6. cum hæc virgo fuerit incorruptiſſima, quia mater incorruptionis; profecto ipſi poli. i. filio ſuo eſt viciniſſima. Vnde Aug. ſermone 4. de natiuitate virginis ait: *Tu vero glorioſa virgo Maria, beata es inter omnes mulieres. Tu prælata cunctis virginum cateruis. Tu ſequeris agnū quocunque perrexerit. Tu virgineos choros, & incentiuæ carnis illecebris alienos, per lilia roſaſque vernantes ad fontem perennis vitæ potandos inuitas. Tu in illa beatorum beatifica regione primi ordinis dignitatem tenes*: hæc ille. Nec immerito beata virgo eſt filio viciniſſima. Omnium enim, quorum eadem eſt natura, idem locus eſſe debet, iuxta illud Eccleſiaſt 3. & 6. *Omnia pergunt ad locum ſuum.*

Parentis autem, & filij eadem eſt natura, cum non differant niſi ſolo nomine. l. in ſuis. ff. de libe & poſth.

Secundo dicitur ſtella poli, quia ipſa ſtella eſt poli deſcriptiua, cum ſit breuiſſimi circuli circa ipſum, ſed conſideremus hoc qualiter eſſe poteſt. Totus ſiquidem mundus deſcribit quandam intelligibilem ſphæram, cuius centrum eſt ipſe filius Dei, quoniam ipſe eſt ſicut centrum in circulo, à quo exeunt omnes lineæ, i. vniuerſæ creaturæ. ſicut dicit Dionyſius c. 4. de diuinis nominibus, & Paulus Triſmegiſtus, quem refert Alexan. de Ales. in 3. parte ſum. in tractatu de conuenientia incarnationis Chriſti q. 2. Sed hæc ſphæra multos circulos habet intra ſeinuicem ordinatos: vnde tanto circulus eo breuior, quanto centro vicinior. Maximi vero circuli circa hoc centrum intelligibiles, ſunt ipſa corpora cæleſtia, vel terreſtria. & omnia circulum complent, ſecundū maiorem, vel minorem diſtantiam, & participationem primi. Conſequenter alium circulum complent vitam vegatatiuam habētia. Et alium, habentia vitam ſenſitiuam. Alium vero habentia vitam intellectiuam. Et inter hæc omnia breuiſſimum circulum facit beata virgo Maria, quę per maternitatis propinquitatem arctius eum conſtrinxit, & intra beata viſcera clauſit & portauit, ita vt ipſa fuerit facta quaſi orbis, propheta atteſtante, qui ait: Pſal. 76. Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ. i. virgini Mariæ: quæ facta eſt orbis filij Dei. Vnde ipſa inquit Eccleſiaſt. 24. *Gyrum cæli circumiui ſola*: ſcilicet circulo, & motu amoris. Dicit enim Bernardus quod amat vehementius, currit velocius, & peruenit citius. Ipſa autem præ omnibus ſanctis Deum plenius, & feruentius dilexit: vnde mater pulchræ dilectionis appellatur. Eccleſiaſt. 24. Fuit autem amor eius per modum cuiuſdam circulationis, quia motus

circularis eſt ab eodem in idem. Ipſa vero ſic Deum filium ſuum amabat, quod omnia alia non niſi propter ipſum diligebat. Et ſic omnis amor eius ab ipſo incipiebat, & in ipſum Deum redibat.

Tertio appellatur ſtella poli; quia ſtella hęc eſt ſtellarum omnium primaria; ſiue ſint ſtellæ æternæ apparitionis, vt ſunt, quæ circunſtant polum aquilonarem; ſiue ſint ſempiternæ occultationis: vt ſunt illæ, quæ ſunt circunſtantes in interioribus auſtri: ſiue ſint viciſſæ apparitionis, ſiue viciſſæ occultationis: vt quæ ſunt in medio ſitæ. Sic beata virgo primaria eſt quoad gloriæ magnitudinem, & dignitatis celſitudinem inter omnia corporalia, quæ ſunt viſibilia: & omnia intellectualia, quæ ſunt inuiſibilia: & omnia cæleſtia luminaria, quæ ſunt quædam media, quia cum primis participant corporalitatem, & cum alijs perpetuitatem. Quod autem reſpectu priorum ſit primitiua; patet per illud Sap. 7. vbi dicitur. *Nec cõparaui illi lapidẽ precioſum*: quoniã omne aurũ comparatione illius arena eſt exigua: & tanquam lutum æſtimabitur argentum in comparatione illius. Hæc autem ſunt precioſiora inter viſibilia. Eſt etiam primitiua omnium intelligibilium, & viſibilium: quia omnium ſpirituum tranſcendit excellentiam. Vnde ipſa inquit Eccleſiaſt. 24. *Omnium excellentium, & ſublimium colla propria virtute calcaui* Quod autem omnium cæleſtium luminarium ſit primitiua, patet, quia luci comparata inuenitur prior, vt dicitur Sap. 7. Poſſet etiam hoc aliter diſtingui: vt ſtellæ ſempiternæ occultationis, ſint contemplatiui; qui ſemper Deo aſſiſtunt. Stellæ ſempiternæ apparitionis, ſint actiui, qui ſemper actionibus intendunt: viciſſim vero apparentes, & viciſſim occultantes ſint medij mixti: qui aliquando operantur, aliquandoq́; contemplãtur. Reſpectu enim iſtorum omnium beata virgo eſt primaria. Vnde Eccleſiaſt. 24. ipſa inquit: In omni populo, & in omni gente primatum tenui. Admiranda eſt igitur hæc ſtella. Vndeq́; merito Sap. 7. de illa inquit ſpiritus ſanctus. Eſt enim hęc ſpecioſior ſole: & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum inuenitur prior.

PARS TERTIA QVAre beata virgo dicatur ſtella maris.

TErtio principaliter comparatur virgo Maria ſtellæ Maris.

Secundum enim Hiero. Maria interpretatur maris ſtella: quod etiam inquit venerabilis Beda ſuper Luc. dicens, Maria Hebraicè: ſtella maris Latine: Syriace vero, Domina vocatur; & merito, quia hæc totius mundi Dominum lucem ſeculis meruit generare perennem. Ideo canit Eccleſia: *Aue maris ſtella.* Hæc etenim ſtella, quæ vulgariter appellatur, latramõtana, ſiue vrſa maior, multas habet proprietates, quæ beatæ virgini conuenire probantur.

Maria ſtella illuminationis.

Prima dicitur illuminationis: eſt enim nauigantium in periculis directiua. Per ipſam quippe ſciunt nautæ, quo velificent, aut ad aquilonem, vel ad meridiem, aut ad orientem, vel occidentem. Ipſa autem ſtella in aquilone ſituata eſt. Sic etiam per Mariam omnia pericula, & diſcrimina huius mundi euitantur; & omnia itinera certificantur. Tot autem ſunt pericula huius vitæ, quod nec cor poteſt illa cogitare, nec lingua enarrare. Quia ſicut dicitur 1. Ioh. 2 *Totus mundus poſitus eſt in maligno*: quaſi dicat, vbicunque eſt homo ſemper eſt in periculo. Et ideo dicit Apoſto. 2. ad Cor. 10 *Periculis fluminum, periculis latronum* &c. & ad idẽ eſt tex. in ſenatus. §. mortis cauſa ff. de l. dona. cau. mor. vbi glo. allegat hoc dictum Pauli. Incipit autem à periculis fluminum, quia ipſa ſunt magis periculoſa Et propter hoc dicitur Eccleſiaſt. 23 *Qui nauigat mare, enarrat pericula eius* Quia ergo nos ſumus in mari magno, huius mundi, ideo inquit Grego. in mora. *Semper timere debemus, quia ſemper in periculo ſumus.* Debemus quoque ad iſtam ſtellam Mariam reſpicere. Vnde Ber. ſuper Miſſus, & homil 4. inquit: *Iſta inquam, eſt preclara, & eximia ſtella ſuper hoc mare magnum, & ſpacioſum neceſſario ſubleuata, micans meritis, & illuſtrans exemplis. O quiſquis te intelligis huius ſeculi profluuio magis inter procellas, & tempeſtates fluctuare, quam per terram ambulare, ne auertas oculos tuos à fulgore huius ſyderis, ſi non vis obrui procellis Si inſurgunt venti tentationum, ſi incurras ſcopulos tribulationum; reſpice ſtellam, voca Mariam: ſi iactaris ſuperbiæ vndis, ſi ambitionis, ſi detractionis, ſi æmulationis: reſpice ſtellã, voca Mariam ſi iracundia, ſi auaritia, aut carnis illecebra naniculam concuſſerit mentis, reſpice Mariam. ſi criminum immanitate turbatus, conſcientiæ fœditate confuſus, iudicij horrore perterritus, baratro incipias abſorberi triſtitiæ & deſperationis abyſſo: cogita Mariam, & illam inuoca.* hæc ille.

*Situs eius ***tur in Aquilone.*

Conuenienter autem ſitus ſtellæ maris cũ ſit in Aquilone deſignat proprietatem Mariæ. Per Aquilonem enim tribulatio, ſeu perſecutio ſignificari ſolet, propter ventorum, & procellarũ vehementiam. Ideo locus Mariæ in Aquilone eſſe dicitur, vt per eam auſteritas tribulationis, & perſe-

cutionis inflictæ humanius temperetur & mitigetur, maxime ex consideratione patientiæ eius, quæ valde in hoc mundo afflicta, omnia aduerſa patientiſſimè tolerauit. Quis enim fidelis de paupertate audeat conqueri, cum videat matrem Domini colo, & actu victum quærere? Quis de iniurijs, aut alijs aduerſitatibus poterit deſperare, ſi deuote conſideret reginam cœli multo peiora, atque aſperiora tolleraſſe? Solet etiam per aquilonē peccator ſignificari. Vnde Hier. 1. dicitur. Ab Aquilone pandetur omne malum. Conuenienter ergo locus aquilonaris ei appropriatur, eo quod ipſa inter peccatores, & filium ſuum constituatur, vt ex vna parte iram eius mitiget, & ex altera peccatum exterminet. Quapropter ſecundum Alex. de Ales ſuper pſalterium: beata virgo iuxta crucem depingi debet ad ſiniſtram Chriſti: quia ſtans ad crucem, faciem tendebat ad orientem: & ſic ad ſiniſtram, id eſt ad aquilonem ſtabat; vt oraret pro peccatoribus, qui ſunt ex parte ſiniſtra Chriſti. Vnde propheta in perſona Chriſti pendentis in cruce ait, Pſal. 141. *Conſiderabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognoſceret me*. quia non erat ibi beata virgo, ſed in ſiniſtra parte perfectiſſimè cognoſcens Chriſtum. Proinde dicitur à peccatore Cant. 4. *Surge aquilo, & veni auſter perfla hortum meum, vt fluant aromata illius.* Cū enim ſurgit Maria per piam intercesſionem, tunc venit auſter. i. ſpiritus ſanctus per gratiæ immiſſionem, & perflatur hortus animæ per dulcedinis ſpiritualis ſuſceptionem, & fluunt aromata per multiplicem virtutum operationē. De hoc aquilone, & auſtro dicitur Eſa. 43. *Dico aquiloni, da, & auſtro noli prohibere* i. rogabo Mariam, vt de gratia ſua tribuat, & auſtro. i. ſpiritui ſancto ſupplicet, vt non prohibeat; quia potius abundantius per ipſam de ſuis charisſmatibus immittat. Hæc eſt virga Moyſi, qua vnda maris rubri percutitur, & diuiditur, vt inter fluctus Dei populus tranſeat, quò ad terram promiſſionis valet peruenire Exo. 4.

Expo. Hier. 1. Ab Aquilone pandetur omne malum.

Maria dicitur ſtella maris: quia introducit in portum.

Secundo dicitur ſtella maris ratione introductionis. Illa enim ſtella eſt in portum introductiua: & ſimiliter virgo Maria ad terram promiſſionis ducatum præſtat. vnde Ber. ſuper *Miſſus eſt*: ait: *Ipſam ſequens non deuias, ipſam rogans non deſperas, ipſam cogitans non erras, ipſa protegente non metuis, ipſa duce non fatigaris, ipſa propitia ad portum peruenis, & ſic in temetipſo experiris, quòd merito dictum ſit, Et nomen virginis Maria* hæc ille: qui etiam inquit ibidē. *In periculis, in anguſtijs, in neceſſitatibus, in rebus dubijs Mariam ſemper cogita, ipſamq; inuoca non recedat ab ore, non diſcedat à corde: & vt impetres eius orationis ſuffragiū, ne deſeras conuerſationis exemplum*: hæc ille. Et ipſa ſtella fulgentiſſima te faciet curſum vitæ bene dirigere, & non iactari vento vanę gloriæ, nec frangi ſcopulis aduerſitatū, nec abſorberi Scyllæ, vel Charybdis voragine. i. voluptatū ſenſualitate, ſed proſpere peruenire ad æternæ fælicitatis portum.

Tertio dicitur ſtella maris ratione inflammationis, quia ipſa ſtella eſt maximè frigoris temperatiua: reſpectus enim eius ſemper eſt ſuper mare per radiorum directionem, & per cōſequens per caloris immiſſionem. Sicut etiā reſpectus B. virginis Mariæ ſemper eſt ſuper mundum per æterni ſplendoris. ſ. filij ſui illuſtrationem, & per conſequens per caloris ſpiritus S. communicationem. Quippe ipſa eſt via, per quam ſpargitur lux: & diuiditur æſtus ſuper terram. Iob. 38. Lux enim æterna eſt ſuper tenebroſum mundum per ipſam ſparſa, & manifeſtata, & ad hoc applicari poteſt illud quod ſcriptum eſt Heſter. 8 *Iudæis noua lux oriri viſa eſt, gaudium, honor, & tripudium: & ideo æſtus diuiſus eſt ſuper terram.* i. calor charitatis ſpiritus S. partitus eſt, vt non ſit qui iam ſe abſcondat à calore eius, immo non eſt adeo durū, vel lapideum cor, quod iſtius ſtellæ calorem non diſſoluatur. vnde Iob. 26. ſcriptum eſt: *Lapis ſolutus calore in æs vertitur* id eſt qui durus, & obſtinatus antea fuit, per Mariæ dulcedinem emollitur. Merito ergo marinæ ſtellæ nomine nuncupatur.

Quarto dicitur ſtella maris ratione immobilitatis, & firmitatis, nam ſtella maris nauigantibus immobilis eſſet, recte ad portū dirigere non poſſet. Vnde dicit Fran. de May. in ſermone qui incipit: *Orietur ſtella*. quod hęc ſtella dicitur cardo, qui ſtat immobilis rota cæli reuoluta, ſicut cardo in oſtio. Et ſimili modo B. virgo tam hic in via, quā in patria ſemper fuit firma. In via quidem, quia nunquam per peccatum declinauit nec ad occaſum tetendit. Vnde dicit glo. in ca. 2 de conſe. di. 4. quod virgo Maria non potuit peccare etiā venialiter. Et ratio eſt, quia ſemper fuit in charitate, qui autem manet in charitate, non poteſt peccare. c. charitas. de pœ diſt. 2. De alijs autem ſtellis. i. ſanctis dicitur Iohelis 2. *Stellæ retraxerunt ſplendorem ſuum.* Ipſa vero inquit Eccleſiaſt. 24. *Vſque ad futurum ſeculum non deſinam.* Quod non ſolum de permanentia in bono intelligi poteſt, ſed etiam de permanentia ad benefaciendum nobis, quia alijs ſanctis ſubtrahentibus lumen ſuorum beneficiorum, ipſa nobis nunquam deeſt: ſed ſemper firma, & perſeuerans nos expectat, & ſui auxilij nobis radium præſtat. Sicut ergo ſtella marina à ſuo loco nunquam diſcedit: ſic beata virgo à ſuo filio nec ad punctum

vnquam

vnquam diſceſſit, & continue nos cuſtodit. Sic ei dicitur de filio ſuo per Pſal 120. *Ecce non dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſrael.* Ita de ipſa dicere poſſumus, quod non dormit, ſed ſemper pro nobis vigilat. Vnde ipſa poteſt dicere illud Eſa 21. *Super ſpeculam Domini ego ſum, ſtans iugiter per diem & noctem.* In patria quoque dicitur firma ſtare, quia licet animæ aliorum ſanctorum moueantur per appetitionem coniunctionis cum ſuis corporibus, vt inquit magiſter ſententiarum in 4. di.49.c. fi. ipſa virgo glorioſa tam mente, quam corpore in cæleſti ſede quieſcẽs veluti fulgentiſſimum ſydus emicat.

Quinto dicitur ſtella maris ratione attractationis. Sicut enim illa ſtella habens virtutem attractiuam, ferrum ad ſe trahit, ſic Maria ferreas mẽtes ſæpe conuertit. Ferrum quippe eſt durum, frigidum & ponderoſum: nam de terra tollitur Iob 28. & c. ferrum. l. di. Terra autẽ eſt dura, frigida, & ponderoſa, & ſignificat peccatores, qui frigidi ſunt ad amandum Deum, duri ad conuertendum, & ponderoſi per amorem terrenorum. & ideo nunquam ad cæleſtia eleuantur, quos beata virgo inflammat, conuertit, & ad cæleſtia ſubleuat. vt etiam infra dicetur. Vnde quilibet attractus ab iſta ſtella diuina, dicere poteſt illud Pſal 83. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum meum.*

Sexto dicitur ſtella maris, ratione directionis. Sicut enim ſtella maris ita dirigit nauem, quod ipſa non dirigitur à naui. Ita beata virgo nauem Eccleſiæ ita dirigebat ſuis meritis, & exemplis, quòd ipſa non indigebat dirigi aliquorũ aliorum meritis, quia in ipſa erat plenitudo omnium meritorum. Apoſtoli autem & alij ſancti ita dirigebant Eccleſiam ſuis doctrinis, quod nihilominus ipſi indigebant dirigi ab Eccleſia ſanctorum meritis, & interceſſionibus. Vt enim inquit tex. in l. principio. C. de iuſti. codi. confir. alter alterius auxilio ſemper eguit. Vnde & Apoſtolus Paulus rogabat pro ſe, vt patet ad Ro. 15. & 1. ad Theſ. vlt.

Septimo dicitur ſtella maris ratione apparitionis. Licet enim hæc ſtella ſit valde magna, tamen in apparentia habent magnam paruitatem. Sic beata virgo licet eſſe maxima meritis, & virtutibus, tamen de ſe ſentiebat humillima, maxime autem in animo, in verbo, facto, & ſigno Humilia de ſe oſtendit primo in animo, quia nulli ſe præponebat. iuxta dictum Apoſtoli ad Pphilip. 2. faciens, qui inquit. *Superiores inuicem arbitrantes* Ipſa enim Ioſeph ſibi præpoſuit Luc. 2. di. *Pater tuus, & ego* &c. nunquam etiam ſe ingerebat, ſed omnibus locum dabat, qui ad filium ſuum ire volebant, quod notatur Matt. 12. vbi dicitur: *Et ait quidam, mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te.* Quod exponens Ber. in quodam ſermone ait: *Vbi Maria aliquando præſumptuoſa fuiſſe inuenitur? foris ſtabat quærens loqui filio, nec autoritate materna aut ſermonem interrupit, aut habitationem in qua filius loquebatur intrauit.* Secundo habuit humilitatem in verbo: quando ſe ancillam vocauit Luc. 1. Tertio habuit humilitatem in ſigno. Magnum quippe ſignum humilitatis ſuæ fuit, quando filio ſuo iam cœlum aſcendente, & ipſa in hoc mundo loco filij remanente: in nouiſſimo tamen loco poni voluit: volens ſeruare illud Luc 14. ſcilicet, *Recumbe in nouiſsimo loco.* Dicitur enim Act. 2. vbi enumeratis omnibus Apoſtolis, ſubditur: *Hi omnes erant vnanimiter perſeuerantes in oratione cum mulieribus & Maria matre Ieſu* Sicut enim abſente ſole inter cætera ſydera, luna magis illuminat mundum, & tamen infimum tenet locum: ſic ſole iuſtitiæ abſente, & in cœlo regnante Maria, inter cætera mundi luminaria mundum magis illuminabat, & tamen nouiſſimum locum tenebat. Quarto habuit humilitatem in facto: quia poſtquam fuit mater Dei effecta, ancillam Eliſabeth ſe fecit. Vnde Bernard. in quodam ſermone ait: *In montana cum feſtinatione virgo abijt, & Eliſabeth ſalutauit: & in eius miniſterio quaſi tribus menſibus humiliter ſtetit.* Multas alias cauſas, propter quas beata virgo appellatur ſtella maris, cauſa breuitatis hic pertranſeo: quas ponit Albertus ſuper *Miſſus eſt* c. 85. & magiſter Bartho. Piſanus in li. beatæ virginis. fructu. 8. & magiſter Fran. de Mayro. vbi ſupra, qui inquit, quòd hæc ſtella habet decem præclaras proprietates virgini matri decentiſſime conuenientes: & inter alia dicit, quòd iſta ſtella habet ſublimitatem in exceſſu, quia eſt ſuper omnes alias ſtellas: vnde & ſol quãto magis ad ipſam appropinquat, tanto magis dicitur aſcendere: mater autem Domini ſecundũ quòd ait Hieronym. non ſolum eſt ſuper omnes ſanctos; ſed etiam ſuper omnes Angelos in cœlo ſanctorum. Item ſicut ſeptem ſtellæ notabiles voluuntur in circuitu huius ſtellæ: & ideo eius regio dicitur ſeptentrionalis: ita mater Domini habet ſeptem ſpiritus notabiles, qui aſſiſtunt eius throno. iuxta illud Apoc. 1. *Gratia vobis* &c. ſequitur: *& à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt:* & per conſequens in conſpectu throni matris, quæ ſedet à dextris eius. Item ſicut ſecundum quoſdam aſtrologos ſtellæ ſuſtinent terram in medio mundi, vt adamantes ipſam attrahentes ne cadat, & ſubmergatur: ita *mater*

Digitized by Google

ter Domini ſecundum Ber: *ſuſtinet ſuis precibus mũdum*, inclinatum multis ſceleribus ad cadendum in abyſſum. Item iſta ſtella ſicut ſuper omnes alias habet proprietatem attrahendi, ſiue ſuſtinendi terram: ſic ferrum de ſui natura inclinatum ad tendendum deorſum attrahit, & conuertit ad tendẽdum ſurſum ſicut calamita: & ſimiliter mater Domini corda ferrea durorum hominum inclinata ad infernum conuertit ad paradiſum influendo contritionem. hæc ille. Vnde de animabus & corporibus deuotorum ipſius beatiſſimæ virginis finaliter verificabitur illud Act. 11. *Recepta ſunt omnia ſurſum in cælum.*

PARS QVARTA QVOMOdo beata virgo Maria dicatur ſtella matutina.

POteſt beata virgo dicere illud Apo. vlt. *Ego ſum genus, & radix Dauid, ſtella ſplẽdida, & matutina.* De ipſa quoq; dici poteſt illud Eccleſia. l. c. *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ.* In iſto enim mundo erat triplex nebula: ſ. ſuperbiæ, auaritiæ, & carnalis immundiciæ. Virgo autem Maria fulſit in medio nebulæ, ſuperbiæ, propter humilitatem; in medio nebulæ auaritię, propter paupertatem, in medio nebulæ carnalis immunditię, propter virginitatem. Aſſimulatur autem virgo iſti ſtellæ propter tria. Primo propter denominationem. Hæc enim ſtella habet multa nomina. Primo enim dicitur Venus, non quòd ſit dea amoris, ſicut poetarum fabulæ fingunt: ſed quia illos, in quibus dominatur, diſponit ad amandum. B. autem virgo poteſt dici Venus in quantum homines inflammat ad Dei amorem: & ideo vocatur mater pulchræ dilectionis Eccle. 24. Secũdo hæc ſtella matutina ex eo quòd mane ſequens denunciat, & idem inchoat: & propter hoc etiam appellatur Diana. Beata autem virgo eſt principium nouę vitę, ſ. legis Chriſti: ſicut ſtella matutina eſt principium diei ſequentis. & quantum ad hoc dicitur Eccleſiaſt. 24. mater timoris. Timor enim eſt principium gratiæ, & nouæ vitæ iuxta illud Eccleſiaſt. 1. ac Prouer. 9. & Pſal. 110. *Initium ſapientiæ timor Domini.* Tertio hæc ſtella dicitur Lucifer: quia maiorem habet vim ad illuminandum, quam aliæ ſtellæ. Beata autem virgo habet maiorem vim ad illuſtrandum mẽtes hominum quam alij ſancti: & ideo quantum ad hoc appellatur mater agnitionis. Eccle. vbi. ſu. Quarto iſta ſtella appellatur heſperus, quia noctem ſequẽtem reſpicit ad illuſtrandum. Beata autem virgo hoc nomine appellatur: quia reſpicit, & illuminat

B. V. aſſimilatur ſtellæ matutinæ ob tria.

peccatores, qui ſunt in tenebris culpæ: & quantum ad hoc dicitur mater ſanctæ ſpei. Eccleſiaſt. 24.

Secundo beata virgo appellatur ſtella matutina propter appropriationẽ. Hæc enim ſtella multas habet proprietates: nam cauſat caliditatem, & refrenat Martis malitiam, temperat motum appetitionis indiſcretæ, atque humiditatem cauſat, & iucunditatem. Eodem modo B. virgo Maria in nobis habet iſtos effectus. Dat enim calorem dilectionis diuinæ, refrænat feruorem iracundiæ: dat temperamentum diſcretionis maturæ; dat etiam humidum ductibilitatis obedientię: quia verus obediens non debet duci ſenſu proprio, ſed alieno: dat quoque iucunditatem conſcientiæ. Et iſta notantur Iaco. 3 vbi dicitur: *Sapientia quæ deſurſum eſt, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuaſibilis, bonis cõſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis.* Beata enim virgo vere ſapiens dicitur pudica, quia facit animum pudicum, cum dat calorem diuini amoris. Amor enim Dei omnem amorem illicitum extinguit: & omnem carnalitatem reſtringit. In quantum vero ipſa refrenat feruorem iracundiæ dicitur pacifica, quia facit animum pacificum. Sed in quantum dat tẽperamentum diſcretionis materię dicitur modeſta: quia facit animum modeſtum, & maturum: in quantum autem fecit cor humidum per veram obedientiam dicitur ſuaſibilis, & bonis conſentiens; quia veri obedientes ſunt ſuaſibiles, & bonis conſentientes, c. ſciendum 8. q. 1. in quantum vero dat iocunditatem conſcientiæ dicitur plena miſericordia, & fructibus bonis: quia conſcientia quæ bonis operibus eſt bona multum eſt iucunda: iuxta illud Pſal. 11. *Iucundus homo qui miſeretur, & commodat.*

Tertio dicitur ſtella matutina propter ipſius ſtellæ operationem, hæc enim ſtella habet terrere fures, fugare lupos, releuare infirmos, excitare ad cantandum aues, & lætificare viatores. Similiter officium virginis eſt terrere dæmones, iuxta illud Iob. 24 *Si ſubito apparuerit aurora, arbitrãtur vmbram mortis.* Et Pſal. 103. ait: *Ortus eſt ſol.* i. lux ſolaris. ſ. virgo Maria, *& congregati ſunt* &c.

Secundo fugat hæreticos. vnde Aug. in quodam ſermone inquit. *Gaude Maria virgo, cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo.* Tertio conſolatur puſillanimes. Ideo ait Aug. vbi ſupra: *Sancta Maria ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles.* vnde poteſt eſſe vox ſua, illud quod dicitur Baruch. 4. ſ. *Animæ quiores eſtote filij, & clamate ad Deum* Quarto excitat Angelos, & ſanctos ad Deum laudandum: quod ſignificatum eſt

Digitized by Google

Exo.15. vbi dicitur quòd Maria ſumpſit tympanū &c. Quinto lætificat omnes viatores, qui tendunt ad patriam, quod figuratum eſt Matth. 2. vbi de Magis qui ibant ad Chriſtum, dicitur: *Videntes autem ſtellam gauiſi ſunt gau magno valde* Ex prędictis igitur omnibus patet quòd bene denominata fuit beata virgo Maria in verbis thematis noſtri, ſcilicet: *Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga Iſrael.* Fuit enim ſtella: quia ſemper erat in cœlo mente: virga verò, quia in terra habitabat corpore: ſtella; quia radios ſuos dirigit in mūdum: virga; quia fructum protulit angelorū: ſtella: quia emiſit radium, in quo eſt maieſtas diuinitatis: virga; quia protulit florē, in quo eſt caro humanitatis: ſtella; quia nos ſtabiles facit in Dei gratia: virga: quæ nos dirigit ad æterna gaudia Magiſter autem Franci. de Mayro. vbi ſupra. approbans dicta in ſuperioribus, ait: Mater Domini. ſtella matutina dicitur, propter quinque proprietates iſtius ſtellæ, quæ ei conueniunt: quarū prima eſt, quod ſicut ortus iſtius ſtellæ in aurora diei præcedit ortum ſolis, ſic ortus virginis præceſſit ortum Chriſti in aurora noui teſtamenti, quæ dicitur fuiſſe in natiuitate beatæ virginis. Et ſicut illa hora incipiunt timere beſtiæ ſilueſtres, & homines eſſe ſecuri ſic orta virgine cœperunt hoſtes timere, & ſancti confidere. Secunda quia ſicut ſtella iſta dicitur lucifer, eo quòd excedit pulchritudinem omnium aliarum: ſicut excedebat ille decorem omnium Angelorum: Ita beata virgo eſt pulchrior omnium ſanctorum. Tertia quia ſicut illa ſtella illuminat terram nocte: ita mater Domini in huius ſeculi nocte præ ceteris ſanctis illuminat Eccleſiam virtute ſuę ſapientię. Quarta: quia ſicut iſta ſtella habet virtutem, & influentiam ad generandam beneuolentiam, & amicitiam ſecundum aſtronomos: ſic beata virgo ad concordiam faciendam inter Deum, & hominem, & veram amicitiam, valet gratia. Quinta: quia ſicut ſtella iſta dicitur regnare in die veneris; vnde dicitur venus; ita mater Domini in illa die ſuum regnum accepit, quando Angelo nūciante ſuum benedictum filium concepit: & tunc facta fuit regina mundi. Et ideo de iſta virgine glorioſa exponi poſſunt illa Domini verba Apoca. 2. vbi ait: *Qui vicerit, & cuſtodierit opera mea vſq; in finem, dabo illi ſtellam matutinā*: quia poſt tentationum victoriam, & diuinorum mandatorum obſeruantiam, in cœlo ſublimabimur ad contemplandam hanc ſtellam fulgentiſſimam.

PARS QVINTA HVIVS SERMONIS, quare beata virgo ſtella regia nominatur.

Maria ſtella regia ob ſex rationes.

SEcundum magiſtrum Fran. de May. in ſer. de natiuitate virginis glorioſæ: ipſa benedicta Dei mater dicitur ſtella regia, quadruplici ratione: ſed nos addemus quintam, & ſextam. Primo dicitur ſtella regia: quia ſicut ſtella illa, de qua habetur Mat. 2. direxit Magos in ſua itineratione, ne errarent, & perduxit ipſos reges ad Chriſtum; ſic mater Domini dirigit fideles per peregrinationē huius mundi, ne errent à tramite virtutis. Vnde ipſi virgini dici poteſt illud Pſal. 76 *Gentes in terra dirigis.* Et ipſa cuilibet deuoto ſuo inquit illud Prouer. 4 *Ducam te per ſemitas æquitatis.* Sicut etiā illa ſtella Magos duxit & reduxit ad patriam ſuā incolumes: ita beata virgo nos per viam huius ſeculi rectam ducit, & finaliter reducit ad patriam cæleſtem, ad Deum qui creauit nos. Vnde ipſa dicere poteſt de ſpiritu cuiuſlibet deuoti ſui illud Tob. 5. Ego eum ducam ſanum, & reducam.

Secūdo nominatur ſtella regia: quia ſicut illa ſtella, quæ apparuit Magis, & eos duxit, erat multū vicina hominibus: & erat in aere, ſecundum quod dicit gl. ſup. Mat. 2. Ita B. virgo eſt nobis propinquior, & vicinior omnibus ſanctis ad ſuccurrendum in omnibus neceſſitatibus noſtris, ſicut inquit Ber. Vnde ipſa dicere poteſt illud Hier. 33 *A vicino ego ſum.* De illa quoque dici poteſt illud, quod de Deo dicitur per Pſal. 144. *Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate.* Non ergo eſt de illis qui dicuntur vicini, eo quod ſunt ſolum diſtantes per centum miliaria. vt ff. de damn. infec. l. 4. §. ſi & de ſerui. vr prædio. l. ſi ædes. cum l. ſequenti. & ff. communia prædi. l. ſi quis duas. Non etiam eſt de illis, qui dicuntur vicini: quia non diſtant ab inuicem vltra duas dietas legales. vt extra de præben, c. 2. li. 6. de quo per Iohannem Andreæ in cap. fælicis. de pœnis l. 6. in verbo vicinarum. Sed eſt de illis qui dicūtur vicini, eo quod vocem clamantis audire poſſunt. l. 1. §. eo autē. & §. potuiſſe ff. ad ſilleianum. & ibi Iaco. de are. & Bar. in l. ſi terſius, in princi ff. de aqua plu ar. & l. ſi is qui vicinas. ff. de dam. infec. Ipſa enim virgo benedicta ita eſt nobis vicina, quod quemcumq; clamorem noſtrum audit, & exaudit, ſi ad eā cordis deuotione clamemus. Eſt etiam illis, qui dicuntur vicini: qui ſunt in eodem territorio vt. C. de omni agro deſerto. l. quicunq; l. 2. licet enim ſit in cœlo corpore, & anima: eſt tamen nobiſcum ſemper per continuam ſui

Digitized by Google

ſui patrocinij præſentiam. Item eſt de illis qui dicuntur vicini: quia ſunt conſortes alicuius rei. vt ff communi diui. l. ſi meo. & de aqua plu arcen. l. vicinus. Ipſa enim eſt conſors naturæ noſtræ. & faciet nos conſortes fælicitatis ſuæ. O igitur viſcina noſtra chariſſima: cum vicinus præſumatur ſcire facta vicini ſui, l. 1. vbi Bar. ff. ſi cer. pe. & l. ſi ita. in fi. ff. de fun. inſtruc. l. filium. & ibi Bar. ff. de his qui ſunt ſui, vel alienī iuris. & no. in c. quorūdam. de præſum. & per Bar. in l. de ætate. ff. ad ſil. lea. Profecto tu, quæ es nobis intima, & viciniſſima, ſcis optimè facta noſtra. Vnde de te poteſt dici illud Sap. 9 *Scit omnia, & intelligit* Et ideo virgo benigna, quando aliquis tuus deuotus ad te recurrit, & tibi vult tribulationes ſuas intimare: tu ei dicere potes illud Gen. 48 *Scio fili mi, ſcio*: & ſtatim ſalutare ei auxilium affers.

Tertio appellatur ſtella regia, quia ſicut illa ſtella ſe occultauit; vt dicit Chryſo. ſuper Matth. quando fuit prope ciuitatem Hieruſalem, quod inter alias cauſas egit: quia Herodes crudel. & ſcribæ, ac Phariſæi quærentes occidere Chriſtū non merebantur illam videre; ſic beata virgo illis ſolis ſe occultat, & auxilium miſericordiæ ſuæ denegat, qui ſunt crudeles & impij. quia vt ſcriptum eſt Ia. 2. *Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui nõ fecerit miſericordiam.* e contra vero pijs, & iuſtis, atque eam deuote quærentibus, ſicut faciebant Magi, libenter ſe oſtēdit. Vnde de illa dicitur Eccleſiaſt. 6. *Inueſtiga illam, & manifeſtabitur tibi.*

Quarto dicitur ſtella regia; quia ſicut ſtella orta eſt in oriente, ſicut dicit Chryſ. ita B. virgo orta eſt in oriente iuſtitiæ originalis, & innocentię: & non in occidente originalis culpæ. Et hoc ſpiritualiter ſignificauerunt Magi, quando Herodi crudeli, & impijs Iudæis dixerunt Mat. 2 *Vidimus ſtellam eius in oriente.* Et nos igitur cum iſtis deuotis Magis dicamus perſequentibus innocētiam virginalem, & hanc regiam ſtellam offuſcare quærentibus: Vidimus ſtellam eius in oriente gratiæ. & nunquam in occaſu indignationis diuinæ. Et ideo Fran. de May. vbi ſupra dicit *B. virgo appellatur ſtella ſplendida. Quia ſicut corpus ſplendidum, ſicut aurū, de ſe opacum eſt, niſi illuminetur à corpore luminoſo; ſic mater Domini de ſe quando fuit creata, eius anima obſcuritatem peccati originalis contraxiſſet, niſi lumine ſpiritus S. præuenta fuiſſet. Item quia ſicut ſtellæ quam cito fuerunt creatæ, tam cito fuerunt à ſole illuminatæ; ſic anima virginis in primo inſtanti ſuæ conceptionis fuit illuminata & iuſtificata. Itē quia ſicut ſplendor ſtellæ in ſe nunquam variatur, aut obſcuratur; ſic virginis ſanctificatio nunquam fuit obſcurata aliqua macula obſcuritatis.* hæc ille.

Quinto dicitur ſtella regia; quia ſicut illa ſtella, licet aliquantulum ſe abſconderit Magis; quod inter alias cauſas egit, vt ipſi Magi ardentiori deſiderio accēderentur videndi eam; tamen poſtea cito eis apparuit, & illos vſque ad Chriſtum vidēdum perduxit. Vnde dicitur Mat. 2. *Et ecce ſtella, quam viderant Magi in oriente, antecedebat eos quouſque dum veniens ſtaret ſupra vbi puer erat* Sic B. virgo licet aliquando ſe abſcondat ad modicum tēpus deuotis ſuis ſubtrahendo illis ſolitas conſolationes, quas de illa habent, vt magis eos incitet ad quærendam eam; tamen poſtea eis ſe demonſtrat, & conſolationibus replet; ac finaliter ad videndum, & perpetuo contemplandum filiū ſuum in cæleſti palatio perducit. Vnde ipſa dicere poteſt ſuo deuoto illud Eſa 54. *In modico dereliqui te, & in magnis miſerationibus congregabo te. Abſcondi faciem meam pauliſper; & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui.* Ideo ſancta mater Eccleſia rogat hanc ſtellam regiam dicens: *Et Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende.*

Sexto dicitur ſtella regia: quia ſicut quando Magi viderunt illam ſtellā, lætitia ineffabili repleti ſunt: Vnde dicitur Mat. 2. *Videntes ſtellā gauiſi ſunt gaudio magno valde:* Ita quando in morte deuotorum ſuorum apparet eis B. virgo, quam tantis deſiderijs affectauerant in vita videre; illos indicibili exultatione perfundens facit gaudere gaudio magno valde, id eſt tota anima, toto corde, tota mente, & totis viribus ſuis ſpiritualibus, & corporalibus. Fac igitur ô ſtella fulgentiſſima, vt ea quæ nunc legimus, & audimus de tua formoſitate, & gratioſitate, oculo ad oculum intueri valeamus saltē poſt hāc vitā, vt cātare valeam⁹ cū propheta Pſal. 47. *Sicut audiuimus & vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri; Deus fundauit eā in æternū.* Fac vt verificetur de me illud Eſa. 60. Tunc videbis, ſcilicet iſtā ſtellā clariſſimam, & afflues, ſcilicet conſolationibus, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. quod tuis meritis mihi concedere dignetur piiſſimus filius tuus qui eſt benedictus in ſæcula.

Amen.

SERMONVM MARIALIS

PARS QVARTA PRINCIPALIS, IN QVA AGITVR DE VITA, ET CONVERSATIONE BEATAE virginis,

ET DE EIVS VIRTVTIbus, ac gratijs: & peculiari nomine nuncupatur.

VIRIDARIVM REGINAE CAELI.

SERMO PRIMVS.

IN QVO DE MARIAE PRAESENTAtione in templo ad eius quindecim gradus aſſenſione, ad eiuſdem conuerſatione, tractatur.

N*ON habet amaritudinem conuerſatio eius: nec tædium conuictus illius, ſed lætitiam & gaudium.* Sap. 8. Quanta mentis dulcedine, & quanta ſpiritus conſolatione: quanta veneritudine, ac ſuauitate beata Anna lactauerit dilectiſſimā filiam ſuam virginem benedictam, quanta etiam diligentia, & ſolicitudine, non ſolum ipſa mater virginis: ſed etiam pater eius Ioachim ipſam ſtudioſè ſtuduerit educare, humanis non poſſet eloquijs recenſeri. Cum enim quorumcunque filiorum parentes habeant pietatis affectum erga illos l. cum furioſus in prin. C. de cura. furio. & l. cum filium, vbi glo. ff. de hære. inſti. adeo quod dicūtur magis diligere filios, quam ſeipſos. l. iſti quidem in fi. ff. quod me. cā. iuncta. l. videamus. ff. de in litem iuran. Et naturali inſtinctu moueantur ad educationem illorum. l. ius naturale. ff. de iuſti. & iu. l. vnica. § 5. C. de rei. vxo. acti. l. ſi quis §. patres. ff. de libe. ag. profecto credendum eſt, parentes huius puellæ omnium pulcherrimę, ſanctiſſimæ, ſapientiſſimæ, humaniſſimæ, benigniſſimæ, elegantiſſimæ, & gratioſiſſimæ, eam indicibili pietatis affectu dilexiſſe, & enutriſſe, atque cum illa conuerſatos fuiſſe. Omne enim agens fortius operatur in patiente nobiliori, ſiue ſubiecto virtuoſiore. c. innotuit de elec. de multa. de præben. & l. ſed & reprobari. §. fi. vbi Bal. ff. de exuc. tuto. Maxime aūt cū illa dulciter cōuerſabantur, quia vt dicunt verba propoſita; *Non habet amaritudinem conuerſatio eius* &c. Super quibus verbis tres conſiderationes faciemus.

Prima dicetur præſentationis.

Secunda graduationis.

Tertia vero appellabitur conuerſationis.

PARS PRIMA DE VIRginis præſentatione in templo.

SIcut dicitur in libro de infantia Saluatoris: *Erat Maria in admiratione omni populo Iſrael: quæ cum trium eſſet annorum tam maturo greſſu ambulabat; tamque perfectiſſime loquebatur in Dei laudibus; vt omnes ſtupore, & admiratione ei ſubiacerent. quia non infantula putabatur eſſe; ſed vt magna quaſi triginta annorum; ita orationi inſtabat, & etiam facies eius, vt nix reſplendebat: ſic vt vix aliquis in eius vultum intendere poſſet.* Hæc ibi. Vbi etiam ſcriptum eſt: virgo Maria tertio anno cū ablactata eſſet, abierunt cum ea Ioachim pater eius ſimul, & Anna vxor eius ad templum Domini hoſtias Deo oblaturi: quæ cum ante fores templi poſita eſſet: quindecim gradus templi ita velociter aſcendit, vt penitus retrorſum non aſpiceret, nec vel ſolitum eſt parentes requireret. vnde eius parentes pariter ambo obſtupuerunt, & templi pontifices mirati ſunt.

Conſiderate ergo, ô deuoti chriſtiani, quam reuerenter, & deuote Ioachim, & Anna hanc vnicam filiam ſuam Deo in templo præſentauerunt: quantaque lætitia perfuſi ſunt, dum illam tam hilariter aſcendere per illos gradus conſpexere, & Dei ſeruitijs ſe libenter mancipauere.

Hæc autem lætitia figurata fuit. 1. Regum. 6. in filijs Iſrael: qui videntes arcam gauiſi ſunt in lætitia: & in dedicatione templi. 1. Mach. 2. c. Scitote etiam, quòd ineffabili gaudio Deus ſponſam ſuam ſe illi offerentem impleuit: quia nullus vnquam Deo grauior vſque ad illud tempus templum aſcendit.

Cum enim Anna mater Samuelis aſcenderit templum Domini, vt filium dedicaret. 1. Reg. 2. *Nullus Maria Deo gratior ante eam ingreſſus eſt templum.*

Et Salomon, vt hoſtias immolaret. 3. Reg. 3.

Et Ezechias rex Iuda; vt gratias pro ſanitate rependeret. 4. Reg. 20.

Et Iudith pro victoria obtenta, Iudith, 15.

Digitized by Google

Maria tamen magis obtulit in templo, quam omnes prædicti: quę ſeipſam perpetuis Dei obſequijs obtulit, & dedicauit. Plus enim eſt dedicare ſe Deo, quam ſua. auth. ingreſſi. & ibi doc. C. de ſacroſan. ec. quia perſona eſt dignior rebus. §. fi. inſti. de iur. natu. gen. & ciui. Quod autem beata virgo deberet aſcendere in templum, & in illo habitare, figuratum erat Gen. 32. vbi dicitur: *aſcende Bethel, & habita ibi.* Eius quoque collocatio in tēplo figurata fuit in arca, locata in ciuitate Dauid. 2. Regum 6. & in ſancta ſanctorum 3. Reg. 8. Vnde 5. Paral. dicitur: *Intulerunt arcam fœderis in locum ſuum.* id eſt ad oraculum templi in ſancta ſanctorum. Magnam quoque feſtiuitatem fecit Deus cum Angelis in deductione ſuæ ſponſæ ad templum: quæ quia deducta fuit per ſpiritus ſancti inſtigationem, & angelorum aſſociationem; ideo 2. Reg. 6. in figura dicitur, quod Dauid, id eſt Deus, cum cantoribus, id eſt Angelis, deducebat arcam fœderis cum iubilo.

Præſentatio B. V. in templo figurata in ſcrip.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis de B. V. aſcenſione ad quindecim templi gradus, & eius rei ſignificatione.

INquit magiſter Bartho. Piſanus in lib. beatæ virginis fructu. 11 quod quia beata virgo calcabat, & deſpiciebat terreſtria, & appetebat cæleſtia, ideo aſcēdit quindecim gradus templi; quos ſic velociter aſcendit propter quindecem contēplationes, quas faciebat; ſingulam pro quolibet gradu. Primo contemplabatur Deum eſſe admirabilem, & conſequenter omnipotentiſſimum in efficienda creatura: & maxime in præſeruando ipſam ab omni peccato. Secundo ipſum affabilē, & gratioſum eſſe contemplabatur: dona naturalia quæ cunctis indidit largiendo: & maxime ipſam ad perfectionem deducendo & ſanctificando. Tertio amabilem, beneuolum, & placidum eum videbat cōuerſando cum patribus antiquis, vt amicum cum amico; ſicut cum Abraham, Moyſe, & reliquis: & maxime omnia, quæ ad malū inducunt ab ipſa amouendo: & cum ea ſua dulcia eloquia commiſcendo, & Angelorum familiaritatem ei tribuendo. Quarto placabilem, & miſericordēm noſtris facinoribus indulgentiam largiendo: & maxime ipſam mirabiliori modo ſuper omnes redimendo. Quinto prudentiſſimū cuncta certis ritibus, motibus & legibus gubernādo & maxime mentem ſuam ab omnibus exterioribus curis reuocando. Sexto commendabilē & eligendo ſemen Abrahæ ad ſuum cultum; & carnem de eo ſumendo: & præcipuę ipſam in matrem ſuam deputando. Septimo terribilem contra hoſtes populi ſui, vt patet in Pharaone, & alijs. Et maxime hoſtes ſuos. i. dæmones & peccata ſibi ſubijciendo: & peccati fomitem reprimēdo, & extinguendo Octauo honorabilem, & diſcretiſſimum in mandatis ſuis, vires nobis tribuendo illa obſeruādi: & præcipue gratiam ſuper omnes alios plenam ipſi conferendo. Nono venerabilē ob beneficia impenſa, & maxime ſacrificia ad cultum ſuum ordinata: ſed præcipue ipſam ad ſuum perpetuum ſeruitium aſſumendo. Decimo exorabilem, & inclinabilem ad preces noſtras, & maxime ſuas petitiones exaudiendo. Vndecimo inſcrutabilem in ſuis iudicijs, ſed illa ſibi declarando, & demonſtrando. Duodecimo formidabilem malignis ſpiritibus, & iuſtiſſimum in puniendis obſtinatis peccatorib᷒, ſed ſibi dulciſſimū & amœniſſimum ipſam ſpiritualibus conſolationibus replēdo. Tredecimo diligibilem ſuper omnia à cunctis, & præcipue mentem ſuam igne ſui amoris inflammando. Decimoquarto veraciſſimum in promiſſis, & maxime quod prophetis, & patriarchis de incarnatione ſua promiſerat, in ea opere complendo. Decimoquinto appetibilem præ omnibus, quia eſt bonum ineffabile, & optimum ac æternum, ſed præcipue ſibi ipſam ſui regni reginam, & dominam conſtituendo. Quia autem beata virgo in his quindecim contemplationibus erat mente eleuata in Deum, ideo eius corpus ſine incommoditate celerrime aſcendit illos quindecim gradus.

Aſcenſus Mariæ, ſuper quindecim gradus propter 15. contemplationes.

Per hunc autem aſcenſum corporalem ſignificabat beata virgo noſtrū aſcenſum ſpiritualem à mundo ad Deum, & à vitijs ad virtutes. vt inquit magiſter Bartho. Piſanus vbi ſup. Primus gradus eſt linguæ ordinatio, & ſanctificatio vt diuinas laudes perſoluat. Et ideo dicitur Pſal. 119. ſ. *Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Domine libera animam meam à laquijs iniquis, & à lingua doloſa.* Secundus gradus eſt oculorum internorum, & vitium noſtrarum ad Deum ſubleuatio diuinum auxilium depoſcentium, & ideo dicitur Pſ. 120. ſ. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram.* &c. Tertius gradus eſt affectionum noſtrarum omnium in Deum directio. & quia ille qui totam ſpem poſuit in Domino, expectans ab eo remunerationem ſuorum operū, gaudet & lætatur, ideo dicitur Pſal. 121. ſ. *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini*

ibimus &c. Quartus gradus eſt omnium peccatorum deteſtatio, & purgatio, & quia hoc non poteſt homo ſua virtute perficere, ideo dicitur Pſal. 122 *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum* &c. Quintus gradus eſt ab omni culpa Dei gratia præſeruatio. quam vt obtinere poſſimus, debemus decantare Pſal. 123. ſ. *Niſi quia Dominus erat in nobis; dicat nunc Iſrael: niſi quia Dominus erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos, forte viuos degluttiſſent nos. Cum iraſceretur furor eorum in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos*, &c. Sextus gradus eſt cordis noſtri in bono ſtabilitio Dei gratia mediãte; pro quo obtinendo decantamus Pſal. 124. ſ. *Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem. Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & vſque in ſeculũ.* &c. Septimus gradus eſt ab omnis vanitatis contuitũ oculorum auerſio, ne per feneſtras has ad animam mors peccati ingrediatur; & propter hoc decantamus Pſal. 125. ſ. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion; facti ſumus ſicut conſolati* &c. Octauus gradus eſt continua in bonis operibus exercitatio; quam quia ſine Dei præſidio efficere non valemus, ideo Pſal. 126 decantamus dicentes: *Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem* &c. Nonus gradus eſt incentiuorum carnalium, & omnium voluptatum ſuppreſſio, & virtutum apprehenſio. ideo decantamus Pſal. 127 dicentes: *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum quia manducabis; beatus es, & bene tibi erit*, &c. Decimus gradus eſt diabolicarum inſidiarũ detectio ideo cantamus Pſal. 128. ſ. *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Iſrael. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem ſuam. Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum: confundantur, & conuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion* &c. Vndecimus gradus eſt mentis à terrenis ad cæleſtia eleuatio. ideo decantamus Pſal. 129. ſ. *De profundis clamaui ad te Domine; Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.* &c. Duodecimus eſt propriæ modicitatis, & vilitatis cognitio, & ſui ipſius vilificatio. & ideo cãtamus Pſ. 130 ſ. *Domine nõ eſt exaltatũ cor meũ, neq; elati ſũt oculi mei. Neq; ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus ſuper me* &c. Tredecim⁹ gradus eſt quando diabolus nos ad deſperationẽ inducere vult: noſtrorum bonorum operum ad mentẽ reductio. ideo cantamus Pſal. 131. ſ. *Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius* &c. Decimus quartus eſt omnis diſſenſionis, & diſcordiæ dimiſſio; & ideo cantamus Pſal. 132 *Ecce quam bonum, & quam iucundũ habitare fratres in vnum* &c. Decimuſquintus eſt in Dei ſeruitijs, & mandatis obſeruandis noſtra emancipatio ideo cantamus Pſal. 133 *Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſerui Domini Qui ſtatis in domo Domini; in atrijs domus Dei noſtri* &c.

Quindecim gradus noſtri aſcenſus ad vitã perfectam.

At quoque poſſunt dicti gradus pro noſtra ædificatione ſpirituali exponi, de aſcenſu noſtro ad vitam perfectam, vt inquit magiſter Bartho. prædictus vbi ſupra. Primus enim gradus eſt humanæ miſericordiæ debita inſpectio, & tribulationum mundialium conſideratio, quibus diligenter inſpectis cogimur exclamare: *Ad Dominũ cum tribularer clamaui* &c. Secundus eſt diuinæ clementiæ attentio, & imploratio, quæ conſurgit ex primo. & ideo dicimus *Leuaui oculos meos in montes* &c. Tertius eſt de diuina bonitate confidentia, & aſſecutio, qua lætificati decantamus: *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi* &c. Quartus eſt confidentiæ propriæ à ſe abdicatio, & in Deum iactatio. ideo dicimus. *Ad te leuaui oculos meos* &c. Quintus eſt beneficiorum Dei recognitio, & commendatio, qui nos defendit ab omni malo. ideo dicimus: *Niſi quia Dominus erat in nobis* &c. Sextus eſt victoriæ contra dæmones obtentio ex diuina gratia. ideo dicimus: *Qui confidunt in Domino* &c. Septimus eſt plagarum Dei ſupportatio; & peccatorum noſtrorum per pœnitentiam punitio. ideo dicimus: *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion.* & infra: *Qui ſeminant in lachrymis in exultatione metent. Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.* Octauus gradus eſt humanæ ſpei totalis abiectio: & in ſolo Deo ipſius poſitio; ideo cantamus: *Niſi Dominus ædificauerit domũ* &c. Nonus eſt ſuijpſius ad ea quæ præcipit Deus implenda recollectio. ideo cantamus: *Beati omnes qui timent Dominum* &c. Decimus eſt diuinæ protectionis, ne in peccatis corruamus, imploratio, & de præſeruatione eius regratiatio. ideo dicimus: *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea* &c. Vndecimus eſt præteritorũ peccatorũ recordatione veniæ cũ lachrymis efflagitatio ideo dicimus: *De profundis clamaui ad te Domine* &c. Duodecim⁹ eſt ex gratijs à Deo acceptis maior humiliatio: ideo decantamus, *Domine non eſt exaltatũ cor meum*, &c. Tredecimus eſt eorũ, quę in baptiſmo Deo promiſimus obſeruatio. ideo decantamus: *Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob.* Decimuſ-

Digitized by Google

cimuſquartus eſt Dei, & proximi charitatiua dilectio. ideo decantamus: *Ecce quam bonum, & quā iucundum habitare fratres in vnum* &c & infra: *Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem & vitam vſque in ſæculum* &c. Decimuſquintus gradus eſt, ſicut Deus nunquam ceſſat à beneficijs nobis exhibendis: ſic in eius laudibus continua perſeueratio, ideo decantamus: *Ecce nunc benedicite Dominum, omnes ſerui Domini.*

PARS TERTIA HVIVS ſermonis: debitæ virginis Mariæ conuerſatione.

Vita & conuerſatio beatæ virginis fuit valde ſancta, valde famoſa, & valde honeſta, & ordinata.

Mariæ conuerſatio ſancta.

Primo fuit valde ſancta, quia mente non habitabat in terris, ſed in cælis; vnde ipſa inquit Eccleſiaſt. 24. *Ego in altiſſimis habitaui, & gyrum cæli circuiui ſola,* & ideo poterat dicere cum Apoſtolo ad Phil. 3. *Noſtra conuerſatio in cælis eſt.*

Conuerſatio autem dicit totam vitam hominis, ſcilicet cogitationis, cordis, locutionis, oris, & effectus operis. Illis enim tribus modis conuerſabatur in cœlis, ideo dicitur de muliere forti, Prou. vlt. *Guſtauit & vidit, quia bona eſt negotitatio eius.* Ecce quia in corde habuit deſideria ſaporoſa. ſequitur: *os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius.* Ecce quia in ore habuit gratioſa verba. ſequitur: *accinxit fortitudine lumbos ſuos: & roborauit brachium ſuum.* Ecce quia habuit opera virtuoſa.

Secundo eius conuerſatio fuit famoſa, ſcilicet Deo per humilitatem, Angelis per virginitatem, & hominibus per fœcunditatem: & ideo illi dici poteſt illud Iudith. 15. *Tu gloria Hieruſalem,* id eſt Dei, in quo eſt viſio pacis, & hoc propter tuam humilitatem. ſequitur: *Tu lætitia Iſrael,* id eſt Angelorum, qui facie ad faciem ſemper Deum vident. & hoc propter tuam virginitatem. ſequitur: *Tu ideo honorificentia populi noſtri,* id eſt generis humani, & hoc propter tuam fœcunditatem, quam nobis protuliſti. Et ideo ſequitur. *quia feciſti viriliter,* ſcilicet, Deum per tuam humilitatem ad terram trahendo. ſequitur, *& confortatum eſt cor tuum,* ſcilicet per tuam fœcunditatem, noſtram ſalutem operando. ſequitur. *eo quòd caſtitatem amaueris,* ſcilicet, te per virginitatem Angelis ſociando.

De his tribus ait Bernard. ſuper *Miſſus eſt: Singularis fuit Mariæ virginitas, quam non temerauit, ſed honorificauit fœcunditas, ſed nihilominus ſpecialis humilitas, quam non abſtulit incomparabilis prorſus fœcunditas, quam virginitas ſimul comitatur, & humilitas.*

Vel dici poteſt, quòd aliquis dicitur famoſus quatuor de cauſis. Primo propter magnam ſapientiam, ſicut fuit Salomon, vt habetur 3. Reg. 10. Propter cuius ſapientiæ famam regina Saba venit ab oriente, vt audiret eius doctrinam. Secundo quis eſt famoſus propter magnam potētiam, vnde Gen. 6. dicitur: *Gigantes erant ſuper terram: iſti ſicut potentes à ſæculo, viri famoſi.* Tertio propter magnam ſanctitatem: vnde Iudith. 8 de ipſa dicitur: *Hæc erat omnibus famoſiſſima: quoniam timebat Deum valde.* Quarto propter magnam pulchritudinem: vnde Heſter. 2. dicitur de ea: *Erat enim Heſter famoſa valde, & incredibili pulchritudine: omnium oculis gratioſa, & amabilis videbatur.* Iſta quatuor B. Maria excellenter habuit; & ideo fuit famoſa.

Primo enim habuit magnam ſapientiam. Diuina enim ſapientia nouem menſibus in ea habitauit. Quapropter ipſa tota Dei ſapientia plena fuit, ideo Apoſtoli ad ipſam tanquam ad arcam ſapientiæ recurrebant, & ipſam de omnibus dubijs interrogabant. Vnde dicit Beda in quadam homil. *Omnia quæ de Domino, vel à Domino dicta, vel acta cognouerat mater virgo in corde retinebat: & ſolicite cuncta memoriæ commendabat: vt cum tempus prædicandæ, vel ſcribendæ incarnationis eius adueniret, ſufficienter vniuerſa, prout eſſent geſta quærentibus explicare poſſet.*

Secundo habuit magnam potentiam vnde Eccle. 24. ipſa inquit: *In Hieruſalem poteſtas mea.* Tā potens fuit, quod diabolum contriuit Gen. 3. *Ipſa conteret, caput tuum.* Tam potens fuit quòd cœlum aperuit, & Deum attraxit ad terram, quòd vitia confregit, quòd virtutes plantauit. ideo in ſermone ad Euſto. Hiero. ait: *Hæc eſt quæ cælis dedit gloriam, terris Deum, gentibus fidem, vitijs finem, vitæ ordinem, montibus diſciplinam.*

Tertio habuit magnā ſanctitatē. Nam ante fuit ſancta, quàm nata. Vnde Ber. in quodam ſer. inquit. Eſt itaq; virgo regia, veris honoris titulis cumulata, quæ procul dubio ſancta fuit, antequam nata. & quoniam ſanctū idē eſt, quod purum ſiue mundū, ipſa in tantum ſancta fuit, quòd eius puritas fuit ſupra puritatē angelicā, & humanam, de qua in lib. de conceptu virginali dicit Anſel. *Decebat ſiquidem vt virgo beata ea puritate niteret, qua ſub Deo maior nequit intelligi.*

Quarto habuit magnā pulchritudinē De cuius pulchritudine dicitur in Pſ. 44. *Omnis gloria eius* &c.

Sunt

Sunt eñi quidam,qui non curāt niſi de pulchritudine e: riori,Ipſa autem curabat de interiori, ideo dici r:*Omnis gloria eius filiæ regis abintus*. Alij ſunt q aetſi aliquando habent pulchritudinē interiorem,tamen eam cito perdunt. Ipſa autem eam ſeruauit vſque in finem,ideo dicitur:*In Fimbrijs*.Fimbria enim eſt finis veſtis. Alij ſunt, qui etſi diligunt Deum;tamen adhuc aliquando inclinantur ad mundum,tales poſſunt dici deaurati,non aurei.Nam in re deaurata & eſt aurum,& res alia præter aurum. Sic & ſerui Dei quamuis diligant Deum tamen adhuc omnino non abſtrahuntur à mundo.Res autem aurea in totum eſt aurum,ideo beata virgo Maria non fuit fimbria deaurata,ſed aurea,quia eius cor totum verſum erat in aurum,id eſt in amorem diuinum.Alij ſunt,qui contenti ſunt vna pulchritudine, id eſt vna virtute.Beata autem virgo habuit varietatem omnium virtutum,ideo dicitur circumamicta varietate.

Tertio eius conuerſatio fuit valde ordinata, & honeſta.primo ordinata,quia vt inquit Hiero. in quadam epiſtola ad Heliodorum: *Beata virgo etiam in pueritia, & adoleſcentia ſua, quando in templo morabatur cum alijs puellis ſuis coæuis, vitam ſuam valde ordinatam ducebat. Nam à mane vſque ad tertiam orationibus inſiſtebat, à tertia vero vſque ad nonam operi manuum intendebat, à nona vero adhuc orationem ſuam incipiebat,à qua non recedebat quouſque illi Angelus appareret,de cuius manu eſcam accipere ſolebat,& ſic ſemper melius in Dei amore proficiebat*.Poſt reſurrectionem vero,& aſcenſionem filij ſui vitam ſuam diſpenſabat,maxime in aſſidua oratione,&gratiarum actione. Vnde dicitur Act. 1. de Apoſtolis.*hi omnes erant perſeuerantes in oratione cum mulieribus & Maria matre Ieſu*.Glo. vero ſuper illud Lu. 1 *Exultauit ſpiritus meus* &c.in perſona ipſius virginis inquit:*Totum interioris animi affectum in agendis gratiarum laudibus offero. Totum quod viuo,quod ſentio,quod diſcerno in eius magnitudine contemplanda,& eius præceptis ſeruandis impendo. In ipſo tamen exulto quia terrena non curo, proſperitas me non extollit,aduerſitas non frangit: ſed illius ſola ſpiritus meus delectatur memoria, à quo ſalus æterna expectatur illiuſque perpetua diuinitate lætatur, à quo caro mea fœcundatur*.Occupabatur quoq; circa ſacrorum locorum viſitationem, vnde ſanctus Odilio in quodam ſermone inquit: *Si ſcire volumus quid Dei genitrix poſt Chriſti reſurrectionem agebat,antequam ipſa cælos aſcenderet,loca Dominicæ natiuitatis,paſſionis,ſepulturæ,& reſurrectionis frequenter viſitabat.& in eis lachrymas fundebat, & oris ſui ſanctiſſimi oſcula imprimebat*.& idem ait Hiero. in ſerm.de aſſumptione virginis.Non ſolum autem habebat conuerſationem exteriorem ordinatā, ſed etiam interiorem mentis vigilationem. Habebat enim affectiones ſinceras, & intentiones in omnibus rectas,ſeruans illud Goffredi in poetica noua; *Cunctis ſis horis, hominis memor interioris*.

Et ideo de ipſa Ambroſ. in lib. de virginitate inquit:Virgo erat non ſolum corpore;ſed & mēte; quæ nullo doli ambitu ſincerum adulteraret affectum.De eius quoque cogitationibus ibidem prædictus ſanctus ait:*Virgo beata ad ipſos ingreſſus Angeli,inuenta eſt domi in penetralibus ſine comite,ne quis intentionem eius rumperet;ne quis obſtreperet,neque enim comites fœminas deſiderabat,quæ bonas cogitationes comites habebat, quin etiam tunc ſibi minus ſola videbatur,cum ſola eſſet. Nam quomodo erat ſola,cui tot Angeli aderant:tot Archangeli: tot prophetæ* Hæc ille. Qui etiam ibidem dicit: *Corde erat humilis,verbo grauis,animo prudens,loquendi parcior: legendi ſtudioſior:non in incerto diuitiarū: ſed in prece pauperis ſpem ponens,intenta operi: verecundia ſermoni,arbitrum mentis ſolita non hominem quærere ſed Deum*,& ibidem:*Nihil in ea toruum in oculis: nihil in verbis procax:nihil in actu inuerecundum:non geſtus flagitior,non inceſſus ſolutior non vox petulantior; vt ipſa corporis ſpecies ſimulacrum fuerit mentis, & figura probitatis*.Hæc Amb.

Conuerſatio enim eius fuit honeſta:quia ſemper cum perſonis honeſtis fuit conuerſata. Conuerſatio enim bona reddit zelum ad virtutem,& honeſtarum perſonarum conuerſatio fit iuuentutis perfecta educatio.in aut.de nup.§. cogitandum.in fi.col.1.& glo.in l.ædiles §. quid ergo ff. de edi.edic.dicit per illum text. quod mores formantur à coniuncto Conuerſationem igitur habuit beata virgo:primo cum filio:quia ipſum nūquam deſeruit;ſed ſemper ipſum ſociata fuit.primo in eius infantuli ætate.vnde Luc. 2. dicitur, *Inuenerunt Mariam,& Ioſeph: & infantem poſitum in præſepio*,& Mat. 2. *Inuenerunt puerum cum Maria matre eius*. In Aegyptum quoque ipſum ſecuta eſt.Vnde Mat.2. dixit Angelus Ioſeph in Aegypto exiſtenti *Surge & accepe puerum, & matrem eius,& vade in terram Iuda*. Secuta quoque eſt in templo cum doctoribus diſputantem. Vnde Lu. 2. dicitur:*Inuenerunt eum in templo,ſedentem in medio doctorum*.Item in nuptijs conuiuantem. vnde Io 2.c.dicitur:*Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ. vocatus autem eſt Ieſus, & mater eius ad nuptias*. Item populo prædicantem.Vnde Matt. 12. dicitur;*Adhuc eo loquente ad turbas,ecce mater eius* &c. Item in patibulo morientem, vnde Ioh.19.dicitur,

Honeſta conuerſatio Mariæ.

1.Cū filio.

Digitized by Google

tur, quòd ſtabat iuxta crucem Ieſu. Item de tumulo reſurgentem, quia vt dicit Ambroſ. in lib. de virginibus, ſibi primo apparuit poſt reſurrectionem. Iiem in cœlum aſcendentem. Vnde ſanctus Odilio vbi ſupra, inquit: *Credimus, ipſam interfuiſſe gaudijs aſcenſionis Dominicæ, & in die ſancto Pentecoſtes cum Apoſtolis ſpiritus ſancti gratiam recepiſſe, quam conſtat ipſam à conceptione Chriſti pleniſſime habuiſſe.*

Conuerſata cum Ioſeph. Conuerſata quoque fuit cum Ioſeph vito ſuo. Verum tamen eſt, quòd Ioſeph propter virginis ſanctitatem nolcbat cum ipſa conuerſari, ſed volebat eam occulte dimitiere. Mat. 1. Vnde dicit Origen. in quadã homil. *Ioſeph virtutem myſterij in ea cognoſcebat; & ideo ſibi appropinquare ſe indi gnum exiſtimabat, & humilians ſe ante tantam, & ineffabilem rem, ſe longe facere quærebat: ſicut & beatus Petrus Domino ſe humilians dicebat. Recede à me Domine quia homo peccator ſum, ideo voluit eam occulte dimittere dicens Maior eſt eius dignitas, ſuperexcellit eius ſanctitas; nec meæ congruit indignitati.* Chryſoſt. quoque ſuper Mat. ait: *O ineffabilis laus Mariæ, magis credebat Ioſeph caſtitati eius, quàm vtero eius, & plus gratiæ quàm naturæ; concepiſſe eam manifeſte videbat, & fornicationem ſuſpicari non poterat, poſſibilius credebat mulierem ſine viro concipere; quàm Mariam poſſe peccare.*

Conuerſata cum Apoſtolis. Conuerſata quoque fuit cum cœtu apoſtolico; ideo in ſermone de aſſumptione Hiero. inquit, quòd poſt aſcenſionem Chriſti, conuerſatio Mariæ generaliter cum Apoſtolis fuit vſque ad eorum diſperſionem. ipſa enim Apoſtolos lætificabat præſentia ſua. Vnde quilibet Apoſt. dicere poterat illud Sapien. octauo. *Intrans in domum meam conquieſcam cum illa.* Non enim habet amaritudinem conuerſatio eius; nec tædium coniunctio illius; ſed lætitiam & gaudium, & in

amicitia illius delectatio bona. Eos quoque inſtruebat doctrina ſua. Vnde Hierony. vbi ſupra ait: *Inter Apoſtolos poſt reſurrectionem Chriſti intrans, & exiens, cum eis familiariter de incarnatione Chriſti, ac reſurrectione contulit.*

Et ibide: *Ecce Domino IESV aſcendente in cœlũ, vocat Apoſtolos virgo in ſcholam virtutum, conuerſatur cum ſenatoribus cœli; in curia paradiſi, ſub diſciplina ſpiritus ſancti, totiuſque maieſtatis diuinæ Inuenitur prima inter primas cohortes ſummi regis, quorum vita iam non erat de terris, ſed de cœlis.* De hoc etiam ſic dicit ſanctus Odilio, vbi ſupra, Intuitu dominicorum locorum peracto, virgo beata cum gaudio ad apoſtolicum conſortium remeabat. Conuerſata quoque fuit ſpecialiter cum Iohanne Euangeliſta.

Cum Iohan Euangeliſta. Hiero. Vnde Hierony. vbi ſupra, ait: *Quamuis omnes Apoſtoli beatam virginem venerati ſint, Iohannes tamen eidem amplius ac ſpecialius vſque in finem vitæ deſeruiuit: quam ſibi ab ipſo magiſtro in cruce pendente commiſſam in ſuam quaſi filius matrem accepit, quando Chriſtus matri dixit. Mulier ecce filius tuus, vt habetur. Iohan.* 19.

Qui enim inſtituuntur ſub modo, vt cum teſtatoris familia remaneant, ſiue vt illius filijs deſeruiant, hoc adimplere tenentur, ſi commodum hæreditatis adipiſci lætantur. l. illis libertis. digeſt. de condi. inſtitu. & l. Gaio. §. imperator. ff. de ali. lega. Nunc vero cum deuotis ſuis conuerſari delectatur per amorem, & interceſſionem atque beneficiorum ſuorum largitionem. Vnde ipſa inquit Prouerb. 8. *Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum,* Rogemus ergo ipſam virginem benedictam, vt vna cum dilecto ſuo nobiſcum morari, & habitare dignetur in præſenti ſæculo per gratiam, & in futuro per gloriam.

Amen.

DE TRIBVS VIRTVTIBVS THEOLOGICIS,

QVIBVS BEATA VIRGO ORNATA TEMPLVM INTRAVIT,

ET VSQVE AD FINEM vitæ perſeuerauit.

SERMO SECVNDVS.

M*Vltæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias tu vero ſupergreſſa es vniuerſas.* Prouerb. vlt. In veteri teſtamento Deus ſpecialiter dicitur dilexiſſe Abraham propter fidem. Vnde Gen. 15 dicitur, Credit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Quod etiam recitat Apoſt. ad Heb 11. Moyſen quoque dilexit propter manſuetudinem: quia fuit mitiſſimus hominum, qui fuerũt in terra. Vnde amicus Dei appellatus eſt, cum quo loquebatur Deus facie ad faciem, ſicut loquitur homo ad amicũ ſuũ. Exo. 33. Itẽ dilexit Dauid propter humilitatẽ iuxta illud Pſ. 131. *Memento Domine Dauid, & oĩs mãſuetudinis eius.* Vnde ipſe inquit 2. Reg. 6. *Ero humilis in oculis meis.* Item in nouo teſtamento Iohannem Euangeliſtam propter virginitatem amauit, quem ſpecialis prærogatiua caſtitatis ampliori dilectione fecerat dignum; vt canit Eccleſia, & ſunt dictum venerabilis Bedæ in quam homil. Ideo in ſacro euangelio appellatur ille diſcipulus, quem diligebat Ieſus: vt habetur Iohan. 21. Diligebat quoque Ieſus Mariam Magdalenam & Martham, & Lazarum fratrem earum. vt habetur Iohan. 11. Et hoc propter hoſpitalitatem, per quam ipſi, & alij quidam ſancti placuerunt Deo. Sanctus quoque Nicolaus propter miſericordiam amicus Dei appellatus eſt. Sed hæc omnia excellentiſſime fuerunt in beata virgine: ergo ſuper alios à Deo fuit prædilecta. Si enim dilexit Abraham, quia credidit de ſe antiquo, & vxore ſua vetula filium naſciturum: vel quia credidit filium ſuum moriturum & reſurrecturum: multo fortius dilexit beatiſſimam virginem propter fidem, qua credidit ſe virginem DEVM paritùram, & virginem permanſuram: Item ſi amauit Dauid propter humilitatem, multo magis dilexit humillimam virginẽ. Vt enim inquit Auguſt: in quodam ſermone: *Nunquam beata virgo exaltata ſuper choros Angelorum fuiſſet, niſi eſſet humillima omnium hominum.* Itẽ ſi Moyſen amauit propter manſuetudinem: mul- *Maria ſuper omnes à Deo dilecta ob eius virtutes.*
to magis matrem ſuam, quæ vt canit Eccleſia, *eſt virgo ſingularis inter omnes mitis.* Si autem Mariam & Martham propter hoſpitalitatem dilexit: & Nicolaum propter miſericordiam: Hæc ipſum in veteri ſuo hoſpitio recepit: carne veſtiuit: lacte cibauit, & alia miſericordiæ opera impendit; quę nunquam alius ei fecit. Item ſi Iohannẽ propter virginitatem amauit; multo magis matrem ſuã, quæ eſt virgo virginum; hoc enim Iohannes nõ fuit. Ideo Albertus ſuper *miſſus eſt* c. 167. *Ex his manifeſtum eſt quòd omnes ſpeciales gratiæ quas circa aliorum ſanctorum conuerſationem eſt reperire; in noſtra glorioſiſſima virgine ſuperant, & eminent manifeſte.* Hæc ille. Quapropter ſi de quolibet ſancto ſecundum B. Bonauen. dicere poſſumus: Non eſt inuentus ſimilis illi: propter aliquam excellentiam in aliqua virtute, vel gratia ſeu dono, vel actu virtuoſo: De beatiſſima virgine poſſumus generaliter dicere, quòd non eſt inuentus ſimilis illi in aliqua virtute; quæ vniuerſos ſanctos exceſſit in virtutibus omnibus, & in donis, & chariſmatibus, & cunctis gratijs diuinis.

Vnde ipſi canit Sedulius poeta dicens: quæ *Nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem.* Ideo de ipſa poſſumus dicere verba thematis noſtri, ſcilicet *Multæ filiæ*, id eſt animæ, *congregauerunt ſibi diuitias*, id eſt virtutes, & gratias: *tu vero ſupergreſſa es vniuerſas.* De quibus tres virtutes ſolum in præſenti ſermone conſiderabimus, ſ. fidẽ, ſpem, & charitatem: quæ theologicæ appellãtur: de quibus habetur. 1. ad Cor. 13. & in c. quia paſſus, de conſe. diſt. 2.

PARS PRIMA DE FIde beatæ virginis.

QVæritur vtrum beatiſſima virgo habuerit fidem, & primo argui poteſt, quòd nõ. Iam *An Maria habuerit fidem.*
tecta .n. ciuitatis ſupernæ ſunt æqualia, ſicut dicitur Apoc. 21. ergo, & virtutes, quibus acquiritur videntur debere eſſe æquales, vnde vnuſquiſque beatus quantam habuit fidem, tantam habuiſſe *1. Argumẽ. quòd non.*
videtur dilectionem, & econuerſo: & hoc ſemper & vbique, iuxta illud Aratoris poetæ li. 1. *Hæc eſt vera fides, quam lex comitatur amoris.* Sed beatiſſima virgo tantam habuit dilectionem, quod erat

Digitized by Google

rat ſupra omnem dilectionem in via. ergo etiam habuit cognitionem tantam, quòd erat ſupra omnem cognitionem, quam vnquam habuit aliqua creatura. Et ſic cognitio beatæ virginis in via fuit excellentior cognitione raptus, quæ eſt creaturæ exiſtentis in via. Sed cognitio raptus excellit fidem, & non eſt ſecundum. modum fidei, vt ait Albertus vbi ſupra. c. 77. ergo beata virgo non videtur habuiſſe fidem.

2. Arg. Item 2. ad Cor 22. vbi Paulus ſe raptum teſtatur vſque ad tertium cœlum. Dicit Nico. de Lyra, quod per tertium cælum intelligitur cælum empyreum: quod dicitur tertium reſpectu cryſtallini, & ſyderei. Et ibidem inquit glo. quòd ipſe Paulus vidit in raptu, ſicut illi qui ſunt in tertia hierarchia. ergo beatiſſima virgo ſimiliter vidit, & excellentius: quia cui conceditur quod eſt plus, dicitur etiam cõceſſum quod eſt minus c. ex parte de deci. & l. non debet. ff. de reg. iu. Sed illi qui ſunt de tertia hierarchia, non vident per fidem. Ergo nec beatiſſima virgo habuit fidem.

3. Arg. Item mundicia cordis, eſt diſpoſitio ad videndum Deum, iuxta illud Matth. 5 *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*: ergo vbi maior eſt munditia, ibi maior erit viſio: ſed nulla creatura vnquam habuit puritatem tantam, quantam Beata virgo: quæ ea puritate nituit, qua ſub DEO maior nequit intelligi, ſecundum Anſel. in lib. de conceptu virginali: ergo nunquã creatura aliqua habuit tam altam cognitionem: ergo eius cognitio fuit ſuper raptum: & conſequenter ſuper fidem, quia quicquid eſt ſuperius ſuperiore: eſt ſuperius inferiore. ar. in l. de acceſ. ff. de diuer. & temp. præſ.

4. Arg. Item entis ad non ens infinita eſt diſtantia, vt inquit Albertus vbi ſupra, & ſanctus Bonauent. in 4. di. 10. ergo peccator, & non peccatrix dicũtur habere infinitam diſtantiam. Cum ergo tantum peccata noſtra diuidant inter nos, & Deum, iuxta illud Eſai. 59 *Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum, ſequitur*, quòd vbi plus es de peccato maior eſt diuiſio: & econtrario vbi minus eſt de peccato, ibi maior eſt coniunctio; quia contrarium cauſarum contrarij ſunt effectus. 2 Phy. & 2. de generatione, ergo vbi omnino nil eſt de peccato; ibi proxima eſt coniunctio. Sed nulla pura creatura eſt, vel fuit omnino in via ſine peccato, iuxta illud 1. Iohan. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*. B. autem virgo ſola inter ipſas puras creaturas fuit munda ab omni peccato, de qua inquit Auguſt. in lib. de natura, & gratia: *excepta beata virgine: de qua cum de peccatis agitur, nullam prorſus habere volo queſtionem* &c. Ergo nunquam aliqua pura creatura ita coniuncta fuit Deo, ſicut beatiſſima virgo. Sed illa coniunctio eſt per cognitionem, & dilectionem, ergo ſuper raptum, & fidem.

Item tres ſunt actus hierarchiæ, ſcilicet purgari, illuminari, & perfici, vt inquit Dionyſius in l. de angelica hierarchia. Et ſunt illi tres actus ad inuicem ordinati, ita quòd maiorem purgationem ſequitur maior illuminatio, & maiorem illuminationem ſequitur maior perſectio. Sed beatiſſima virgo inter puras creaturas purgata fuit in ſummo: ergo eius cognitio fuit ſuper omnem cognitionem omnis creaturæ in via: & conſequẽter ſupra fidem. 5. Arg.

Item gratia, & gloria ſic habent ad inuicem, vt proportionabiliter habens maiorem gratiam, habeat maiorem gloriam. iuxta illud Zach. 4. *Exæquabit gratiam gratiæ*. Sed inter comprehenſores nunquam habuit aliqua pura creatura tam altam cognitionem, quantam habet beatiſſima virgo in patria: ergo inter viatores nunquam habuit aliqua pura creatura tam altam cognitionem in via, & conſequenter eius cognitio fuit ſupra raptum & fidem. 6 Arg.

Præterea beatiſſima virgo fuit ſapientior omni creatura, in cuius ſignum, liber. qui de ſapientia intitulatur. de beatiſſima virgine ſpecialiter ab Eccleſia exponitur. in ſapientia autem nihil eſt de ignorantia. Cum ergo in fide non ſit plena ſapientia: ſed ex parte ſolum, iuxta illud 1. ad Cor 13. *Ex parte cognoſcimus* &c. ergo beatiſſima virgo, quæ habuit plenam ſapientiam, non habuit fidẽ, ſed plenam cognitionem. Hoc etiam confirmari videtur per ſententiam Ber. dicentis. Quod ſola per ſe Trinitas cum ſola, & in ſola virgine voluit operari: ſoli datum eſt noſſe cui ſoli datum eſt experiri. Ex qua auctoritate colligitur, quod beata virgo de incarnatione, & de filio Dei incarnato habuit tantam cognitionem, quæ fuit ſupra fidem, quòd ſcilicet tantummodo notus eſſet ſibi, qui notus erat patri: quod nõ poteſt intelligi de congnitione fidei, ſecundum quam notus erat, & multis. 7. Arg.

In B. V. fuit virtus fidei

Sed his argumentis nõ obſtantibus, dico quòd in B. V. fuit virtus fide, quam commendauit Elizabet. Lu. 1 di. *Beata quæ credidiſti quoniam perficientur in te ea quæ dicta ſunt tibi à Domino*. vbi Eliſabeth attribuit fidei eius, quod Deus concipere meruit. Et Auguſt in quodam ſermone ait. *Deum virgo non libidine, ſed fide concepit*. Et idẽ in l. de virginibus inquit: *Beatior fuit virgo Maria percipiendo fidem Chriſti.*

Digitized by Google

habitatio deprimit ſenſum multa cogitantem, vt habetur Sap. 9 Ideo cum ipſa viſione ſtare potuit habitus fidei; cuius virtute ſuperans B virgo omnes ſenſuales imaginationes, & repræſentationes maxime mereretur; & hoc confirmatur per Augustini ſententiam, in lib: ſoliloquiorum dicentis: *Dũ in corpore eſt anima, etiam ſi pleniſſime videat: hæc eſt intelligat Deum: quia tamen corporis ſenſus vtuntur proprio corpore; ſi nihil valent ad fallendum, non tamẽ nihil ad ambigendum, & poteſt adhuc dici fides ea qua reſiſtitur & illud eſſe verum potius creditur.* hæc ille. Notandum eſt autem quod eſt fides viua perfecta, vera, & firma.

Fides viua quæ ſit. Primo fides viua eſt illa, quæ bonis operibus eſt adornata, ſine quibus dicitur mortua. Vnde Iac. 2. ſcriptum eſt: *Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ſic fides ſine operibus mortua eſt*: tranſumptiue in c. vnico. § quia vero. de ſacra vnct & 1 q. 1. c. fertur & c. ſic vrgeri. & de pœni. di. 2. c. ſi enim inquit. & di. 3. c. quærat §. ſi fides. Iſtam fidem viuam nõ habent chriſtiani mali: de quibus dicitur ad Titũ 1. *Confitentur ſe noſſe Deum factis autem negant.*

Fides perfecta. Secundo fides perfecta eſt, quæ charitati eſt coniuncta: quia ipſa charitas eſt perfectio omnium virtutum. Vnde ad Col. 3. dicitur, quod eſt vinculum perfectionis, & ad Gal. 5. ait Apoſtolus; quod *charitas per fidem operatur*, ſine charitate enim inutilis eſt fides, vt ait Apoſtol. 1. ad Cor. 13. di. *Si habuero omnem fidem: ita vt montes transferam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* trãſumptiue in c. ſolet. de conſe. di 4. & de pœni. di. 2. §. euidenter. Iſtam fidem perfectã non habent dæmones, de quibus Iacobi 2. dicitur: *Dæmones credunt, & contremeſcunt*; tranſſumptiue in c. ſi. n. inquit de pœ di. 2. illa enim credentia dęmonum non eſt eis meritoria: quia Deum non diligunt: ſed odio habent. Pſal. 73. dicente: *Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.*

Fid. Vera. Tertio eſt fides vera, quæ contemnit mundana, & amat cæleſtia, quam non habent auari, vt dicit Augu. in quodam ſermone; vbi inquit: *Qui veram fidem habent de Deo, terrena inordinate non cupiunt*, fides. n. vincit mundum. 1. Io 5. & c. ſciſcitantibus. 1. q. 8. Iſtam fidem veram habuit Moyſes, de quo Paulus ait ad Heb. 11. *Fide Moyſes grandis effectus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis: maiores diuitias æſtimans theſauro Aegyptiorum improperium Chriſti.* Ecce quod fide deſpiciebat terrena: & expectando remunerationem diuinam, amabat cœleſtia.

Quarto fides firma eſt, quæ non frangitur & mutatur propter aliqua diuerſa. De qua dicitur Tob. 2. *Vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt his qui fidẽ ſuã nũquã mutant ab eo* Iſtã fidẽ nõ habent inſtabiles, & inconſtantes, iuxta illud Ouidij in 2. de Ponto. *Et cum fortuna ſtatq; caditq; fides.* Ideo Vir. 4. Aeneid. inquit: *Nuſquã tuta fides* De talibus autem inſtabilibus dicit ſaluator Lucæ. 8. *Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedũt.*

Talem finem ſecundũ hunc quadruplicẽ gradũ habuit virgo Maria. Primo. n. habuit fidẽ viuã omnibus operibus bonis adornatã habuit quidẽ opera neceſſitatis, & indigentiæ. Vnde Prou. vl. dicitur de ipſa: *Quæſiuit linum, & lanã, & operata eſt cõſilio manuũ ſuarũ.* vt. n. ait Hiero. in quadã epiſtola; *B V. acu, & colo ſibi, & filio neceſſaria acquirebat: & ſuæ indigentiæ ſubueniebat.* Habuit etiam opera pietatis, & miſericordiæ. vnde ibidẽ dicitur *Manũ ſuam aperuit inopi* &c. Itẽ opera magnanimitatis, & cõſtantiæ. Et ideo ibidẽ ſubditur: *Accinxit fortitudine lumbos ſuos.* Secũdo habuit fidẽ perfectã, & charitati coniunctã Ipſa enim pręnimio amore, & charitati erat liquefacta, & languida. vnde dicebat, Can. 3. *Nunciate dilecto, quia amore langueo*, & 5. c. eiuſdẽ l. inquit: *Anima mea liquefacta eſt*, Et iterũ: *vulnerata charitate ego ſum* Tertio habuit fidem verã per quã deſpexit omnia terrena: per votũ. n. virginitatis cõtẽpſit omnia delectabilia carnalia: per paupertatẽ quã elegit, contempſit diuitias; per humilitatem vero habuit fidẽ firmã; quia cæteris Apoſtolis a fide cadentibus, ipſa firma permanſit. Non. n. cadere potuit, quam pater ſanctificauit, iuxta illud Pſal. 45. *Sanctificauit tabernaculũ ſuum altiſſimus, quam filius inhabitauit* Eccle. 24 *Qui creauit me* &c. Quam ſpiritus S. confirmauit. Luc. 1 *Spiritus S ſuperueniet in te* &c. quã Angelus cuſtodiuit. vnde ipſa dicere poterat illud Iudith, 13. *Viuit Dominus, quia cuſtodiuit me Angelus eius.*

Sciendum ergo, quòd in paſſione Chriſti, quidam non habuerunt fidẽ, nec compaſſionẽ, ſicut Iudæi infideles Chriſto inſultantes. Quidã habuerunt compaſſionem ſed non fidem, ſicut Apoſtoli à fide cadentes. Quidã fidẽ, vel melius cognitionem, ſed non compaſſionem: vt Angeli qui ſunt impaſſibiles. Sola autem virgo beata tunc habuit compaſſionem intimam; & fidem firmiſſimam.

Sed in ea fuiſſe virtutẽ fidei ſuper omnes excellentem quis dubitet; cum enim omnia opera Dei, & mirabilia eius beneficia ſint facta, & conceſſa hominibus propter fidem, vt declarat multipliciter Apoſt. ad Heb. 11. dubitare non licet, quòd etiã propter benedictæ virginis fidẽ Deus conceſſit ei filij ſui incarnationẽ. Item cum omne, quod non eſt ex fide peccatum ſit, ad Rom. 14. & 1. q. 1. c. nõ ſanat. & de reſti. ſpo. c. litteras. & 28. q 1. §. ex his.

Digitized by Google

creſſe hominum puto, quam vt ſpes in homine tam longa quam vita ſit. Vnde ipſa virgo benedicta ſeruauit illud Catonis conſilium dic. *Spem retine, ſpes vna hominem nec morte relinquit.* Sicut autem beatiſſima virgo quotidie in virtutibus, & bonis operationibus magis profecit, & omnes ſanctos meritis exceſſit; ita quotidie in ſpei virtute augmentata fuit, & retributionē ſuorum meritorum cæteris omnibus certius ſperando expectauit.

PARS TERTIA DE charitate B. virginis.

Maria habuit charitatē excellentem omnis puræ creaturæ.

QVæritur quæ charitas in beata virgine fuerit: Et reſpondetur, quòd habuit charitatē excellentem omnis puræ creaturæ: nam Luc. ſeptimo, de duobus debitoribus quibus remiſſum fuit debitum, quorum vnus debebat quinquaginta alius centum; dum quæreret Saluator, quis illorum plus diligat eum, qui remiſit; reſponſum fuit quòd is cui plus donauit: ex quo colligitur, quòd ille plus tenetur diligere, cui plus donatur. Sed beatiſſimæ virgini ſuper omnes creaturas donatum fuit à Deo; ergo eum plus diligere tenebatur: ſed quantum diligere tenebatur, tantum dilexit, ergo maiorem habuit charitatem, quàm aliqua creatura. *Item charitas eſt de corde puro, & cōſcientia bona, & charitate non ficta*, vt ait Apoſt. 1. ad Tim. ergo vbi maior puritas, ibi maior eſt charitas; ſed beatiſſima virgo habuit puritatē in ſummo, qua ſub Deo maior nequit intelligi; ergo charitatem habebit in ſummo, cui in creaturis æqualis nequeat intelligi. Præterea nullus tantū amat aliquem, quantum pater eius, & mater, l. fi. C. de cura. fu. iuncta. l. videamus. ff. de in litem iuram. ſed inter omnes creaturas ſola beatiſſima virgo fuit mater Dei; ergo nulla creatura tantum dilexit Deum quantum ipſa. Item Prouer. 7. inquit ipſa beata virgo: *Ego diligētes me diligo*; Ergo plus diligentes plus diligo; ſed Deus ſuper omnē creaturam maxime dilexit beatam virginem, ergo ipſa ad eum maximam ſuper omnem creaturam habuit dilectionem. Huius etiam ſignū eſt, quòd liber Canticorum, qui amoris cōtinet perfectionem, ſpecialiter exponitur de beata virgine, & ibi à ſponſo cœleſti amica, & chariſſima per excellentiam nominatur. Ex quibus videtur quod beata virgo non habuit charitatem ſecundum communem modum viatorum: ſed perfectiori modo, & excellentiori omni modo perfectionis puræ creaturæ. Sed contra argui poteſt, videlicet quod beata virgo in via habuerit minorem charitatem, quàm Angeli: quia ſtatus viæ inferior eſt ſtatu patriæ. Ergo ſummum viæ inferius eſt infimo patriæ. Vnde Dominus Matt. 11. ait: *Qui minor eſt in regno cælorum, maior eſt Iohan. Baptiſta* vbi glo. dicit *Omnis ſanctus qui eſt cum Deo: maior eſt eo, qui adhuc eſt in mundo.*

Item ſuper illud Malach 3. *Ecce ego mitto Angelum meum* &c. dicit glo. *Nouiſſimus Angelus cæli, maior eſt quouis homine.* Ad hoc reſpondetur ſecundum Alber. ſuper *miſſus eſt* c. 96. quod *licet charitas beatæ virginis in via fuerit minor charitate Angelorum, quoad actum, propter ſubiecti conditionem, & contrarij coniunctionem & ita intelliguntur contraria: tamen quoad ſubſtantiam fuit maior charitate omnium Angelorum Vnde ſi Deus Angelum de nouo crearet, & ei illam charitatem infunderet, quam beata virgo in via habuit, ille Angelus modo prædicto tantum Deum diligeret quantum beata virgo modo in patria diligit: quia charitas viæ, & patriæ eſt eadem ſecundum ſubſtantiam*, hæc ille. Qui etiam ſubdit: quod *charitas beatæ virginis quoad effectum fuit maior in ſtatu viæ qualibet charitate Angelica, quia angelica charitas non eſt in ſtatu merendi.* Quilibet autem actus charitatis beatæ virginis fuit meritorius vitæ æternæ, & maioris gloriæ, quam ſit gloria Angelorum. Et iſta charitas beatæ virginis magis ac magis, de die in diem vſque ad eius fœliciſſimum tranſitum creuit: ita vt impletum excellentiſſimè in ea fuerit illud Prouer. 4. *Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem.* Quia enim, vt ait Greg. 18. moral. *Non clareſcit anima in fulgore æternæ pulchritudinis, niſi prius hic arſerit in fornace charitatis.* Ideo Deus animam beatiſs. matris ſuæ hoc charitatis igne totā inflāmauit: & impletū fuit illud, quod ipſe inquit Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram* i. in virginem Mariam: quæ vt ſupra patuit, terra appellatur. Subdit autem ibidem ſaluator: *Et quid volo, niſi vt ardeat?* vnde Hiero. in ſermone aſſumptionis dicit: quod totam virginem incanduerat diuinus amor, ita vt nihil in ea eſſet niſi ardor continuus; & ebrietas perfuſi amoris. Sicut autem ignis donum illuminat; viſum delectat, membra calefacit; ligna inflammat; altiſſimas trabes in cinerem redigit, & metalla liquefacit; Sic iſte ignis charitatis mentem virginis glorioſæ illuminauit, lætificauit, confortauit, inflammauit: & per ſanctam humilitatem quaſi in cinerem redegit, & in amorem altiſſimi totaliter liqueſecit; ita vt merito huius virtutis, quæ eſt forma omnium aliarum promeruit principaliter fieri mater Dei. vnde Hugo de ſancto Vict. in quodam ſerm. ait

Concepit

inſtruuntur parentes, vt filios ſuos à pueritia bonis ſtudijs aſſuefaciant, nec à bonis propoſitis, & operibus pœnitētiæ ipſos retrahāt, nec vt aſſumptam pœnitentiā deſerant, eis perſuadeant. Chriſtus quoq; matrem ſuam ſummopere dilexit, cuius curam ſemper habuit. ſ. in infantia: quia clauſtra pudoris ei⁹ illibata ſeruauit. In pueritia: quia in omnibus ei ſubditus fuit Lucæ 2. In iuuentute, quia in nuptijs ad eius voluntatem aquam in vinum conuertit Ioh. 2. In paſſione: quia illam Ioh. commendauit. Ioh. 19. Poſt reſurrectionem, quia primo ei apparuit reſuſcitatus: Poſt ſuam aſcenſionem, quia ad eius mortem venit, & ipſam in anima, & corpore aſſumpſit, & ad ſuam dexteram collocauit.

Ordinata quæ ſit. B. V. dilexit creaturas dilectione ordinata & pulchra.

Secundo principaliter dico quod B. V. dilexit creaturas, eius autem dilectio dupliciter nominatur. ſ. ordinata & pulchra. De prima habetur Can. 1. vbi ipſa inquit: *Ordinauit in me charitatem*. De ſecunda Eccle. 24. vbi ait: *Ego mater pulchræ dilectionis*. Habuit autem charitatem ordinatam: primo ad id quod eſt ſupra ſe. i. ad Deum, illum perfecte amando, & ei in omnibus obediendo; & nunquā ab eius cordiali dilectione recedendo, iuxta illud Iacobi Beneuentani. c. 34. ſui lib. di. *Mutari neſcit immoderatus amor*. Omniaque etiam valde difficilia, & aſpera propter eius amorem libenter tolerando: hic eſt enim vnus charitatis effectus: vt habetur in c. hæc eſt charitas, De pœn. di. 2. vnde Martialis poeta inquit: *Neſcit amor vehemens ad quæque pericula rumpi.*

Secundo habuit charitatem ordinatam ad id quod eſt extra ſe. ſ. ad proximum ei compatiēdo, ſicut patet in nuptijs, vbi deficiente vino ſponſo compaſſa fuit, vt habetur Ioh. 2. vbi Ber. ait: *Deficiente vino in nuptijs verecundiæ conuiuantium cōpaſſa eſt pijſſima virgo dicens filio: Vinum non habent: quid enim de fonte pietatis procederet, niſi pietas*, &c. vt ſupra parte 3 huius operis. ſer. 1. par. 3. ſub littera R.

Tertio charitatem ordinatam habuit ad id, quod eſt infra ſe. ſ. corpus ſuum, ipſum rationi ſubijciēdo, & in virginitate conſeruando. Ideo vt dicitur Apoc. 12. *Lunā ſub pedibus habuit*: quia corpus mutabile ſub ratione ſubiecit.

Quarto ad id quod eſt intra ſe. ſ. ad animā ſuā: eam in humilitate conſeruādo, ſeruās illud Deut. 4. *Cuſtodi temetipſum, & animā tuam ſollicite*. Vnde Ber. ſuper *miſſus eſt* ait: *Hæ quidem duæ virtutes. ſ. virginitas, & humilitas multū ſunt Deo acceptæ*. Voluit ergo Chriſtus matrem ſuam eſſe virginem: de qua immaculata immaculatus procederet, omnium maculas purgaturus. Voluit etiam eſſe humilem: de qua mitis, & humilis corde prodiret, harum in ſe virtutum hominibus exemplum ſaluberrimum oſtenſurus: vt enim quæ ſanctū ſanctorum erat conceptura, ſancta eſſet corpore, munus accepit virginitatis: ſicut eſſet & mente, donum accepit humilitatis.

Secundo eius dilectio fuit pulchra. Diſtinguit autem Aug. quadruplicem dilectionem, vna eſt carnalis, quæ eſt inter virum & vxorem, & aliquādo eſt turpis, quando ſe carnaliter nimis amant: & ideo prohibetur donatio inter eos, ne mutuo amore ſe inuicem ſpolient. l. 1. vbi doc. ff. de dona inter vi. & vxo. Alia eſt naturalis; quę eſt inter patrem, & filium: & aliquando eſt turpis: quando pater inordinate filium diligit.

Tertia eſt ſocialis; quæ eſt inter amicum, & amicum; quæ aliquando eſt turpis, quando in malum ſe amant, & de hac tractatur in l. latæ culpæ §. amicos. ff. de verbo. ſig. & ibi glo. ponit quod aliquando eſt turpis.

Dilectio pulchra quæ dicatur.

Quarta eſt ſpiritualis; quæ eſt inter animam, & Deum: & iſta eſt dilectio pulchra; cuius ſe matrem aſſerit B. V. Eccle. 24. & cōſiſtit in quatuor. Primo in diligendo Deum: quam dilectionem Aug. ſe reprehendit non habuiſſe, dicens 9. confeſſionum; *Sero te amaui, pulchritudo tam antiqua, & tam noua: ſero te amaui; intus eras, & ego foris, mecum eras, & ego tecum non eram*. Secundo conſiſtit in habendo ſapientiam Dei. Vnde Prouer 22. ſcriptum eſt, *Appone cor tuum ad doctrinam meam, quæ pulchra erit cum eam ſeruaueris*. Tertio conſiſtit in ſeruando præcepta, & conſilia Dei, iuxta illud Prou. 3. *Viæ eius, viæ pulchræ: & omnes ſemitæ illius pacificæ*. Quarto conſiſtit in puritate mentis, & corporis: & honeſta conuerſatione, iuxta illud Sap. 4. *O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate*: *quam dilectionem quadruplicem habuit virgo benedicta perfectiſſime etenim ſeruauit illud Deut. 11. ſ. Ama Dominum Deum tuum, & obſerua præcepta eius*, & illud Io. 15. *Vos amici mei eſtis ſi feceritis quæ præcipio vobis*. Item illud Prou. 29. *Qui amat ſapientiā, lætificat patrem*, ſ. cæleſtem. & illud Prou. 22. *Qui diligit cordis mundiciam, habebit amicum regem* ideo dilectione plena dicebat illud Cant. 5. *Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nūcietis ei, quia amore langueo.*

Quod autem B. V. ſuper omnes puras creaturas habuerit amorem charitatis vltra dicta in pręcedentibus etiam probari poteſt ſic. Nam vt ait Aug. in l. de ſpiritu & anima: *Charitas eſt via, qua peruenitur ad Deum*, & probatur per c. hæc eſt charitas, de pœni. di. 2. Sed nulla pura creatura ita perfecte ad Deum peruenit, ſicut B. virgo, ergo nulla creatura pura ita perfecte charitatem habuit. Itē

Digitized by Google

ipſa Dei mater in vniuerſis mundi climatibus odorem dedit. De quibus vltra prædicta in alijs ſermonibus tractare volentes: de quatuor virtutibus cardinalibus, quas ipſa virgo benedicta in verbis propoſitis ſe habuiſſe teſtatur: in præſenti ſermone differimus.

PARS PRIMA HVIVS SERmonis: de virtute iuſtitiæ beatæ virginis Mariæ.

IN præ allegato themate noſtro, inquit beata virgo: *Mea eſt æquitas*. i. iuſtitia, plena enim iuſtitia fuit, quæ ſolē iuſtitiæ nobis generauit. Sed contra argui poteſt. Nam actus iuſtitiæ eſt iuſtificare mala, & punire vitia. l. 1. § 1. ff. de iuſti. & iu. & ſeipſum propter defectus commiſſos inculpare. iuxta illud Prou. 18. *Iuſtus in principio eſt accuſator ſui*. Sed in beata virgine non fuerunt vitia: ergo non fuit actus iuſtitiæ in ea, & per conſequens non fuit illa virtus. de qua glo. ſuper illud Mat. 4. *Pœnitentiam agite*, inquit: *Prima virtus eſt per pœnitentiam, veterem hominem perimere*. Reſpondeo quod actus pœnitentiæ fuit excellentiſſimè in beata virgine: & nobilius quam in alijs omnibus viatoribus quod patet ex hoc: In omnibus alijs viatoribus actus pœnitentiæ oſtendit, peccatum eſſe, vel fuiſſe. Non enim reſurgit per pœnitentiam, qui non cecidit per culpam. argu. in l. decem. ff. de verb. ob. In ipſa autem virgine fuit actus pœnitentiæ, præceſſione culpæ. eo modo quo eſt in patria. ſ. perfecta deteſtatio peccati, & nolle peccare. Quod autem perfectionem iuſtitiæ habuerit, patet ex hoc, quòd cum duæ ſint partes iuſtitiæ. ſ. declinare à malo, & facere bonum: quia non ſufficit abſtinere à malo: niſi fiat quod bonum eſt. c. non ſatis. 86 diſt. & inſtitut. de iuſti. & iu. & § iuris præcepta & in l. iuſtitia. § 1. ff. e. & c. 1. de forma fidelitatis in vſi feu. Ipſa vtramque partem ſuper omnes viatores habuit: & conſequenter omnibus iuſtior fuit. Quod enim cæteris omnibus à malo magis declinauerit, patet, quia ipſa ſola viatrix fuit, quæ nunquam peccauit. vt inquit Aug. in li. de natura & gratia: quòd vero omnes viatores in boni operatione ſuperauerit, in eo monſtratur, quòd Deum genuit, qui bona omnia regenerauit. Vnde tantum effectum boni protulit de ſe, quòd nullus puræ creaturæ effectus illi in dignitate vel vtilitate potuit coæquari. Cum ergo res denominetur ab effectu. ſtipulatio. §. ſi opus. ff. de no. ope. nun. & alibi dicatur, quod fructus editus pandit autores. patet propoſitum. Has quoque iuſtitiæ partes circa proximū excellenter exercuit; primo declinando à malo proximi. quia nullum vnquam læſit, ſed omnibus ſtuduit prodeſſe vnde Ambr. in l. de virginibus ait: *Nullum ſolicita fuit lædere, omnibus bene velle, maioribus natu aſſurgere; æqualibus non inuidere: iactantiam fugere; rationem ſequi: amare virtutem. Quando illa vultu læſit parentes, quando diſceſſit à propinquis, quādo faſtidiuit humilem; quando irriſit debilem, quando vitauit inopem* Hiero. quoque in quodam ſer. inquit: *Hanc iraſcentem nullus vidit: hanc maledicentem nullus audiuit omnis ſermo eius ita erat gratia plenus, vt cognoſceretur in lingua eius Deus*. Verba enim sūt notæ earum, quæ ſunt in animo paſſionū, vt ait philoſophus in 1. periher. & autor. li. ſex principiorum & in l 3. §. idem. Tubero. ff. de ſupellec. le.

In B. V. fuit actus pœnitentiæ ſine præceſſione culpæ.

B. V. habuit vtramque partem iuſtitiæ, ſuper omnes viatores.

Ambro.

De ſecunda autem parte iuſtitiæ. ſ. faciendi bonum: & opera miſericordiæ proximo. dico quòd illam exercuit in ſummo ſuper omnes viatores. Operum enim miſericordiæ alterum altero eſt maius; vel quia fit ex maiori charitate: affectio enim operi nomen imponit. vt ait gloſſ. in procæ. inſti. in § fi. & in l. 1. C ad le. cor. de ſic. vel quia fit magis indigenti, vel magis digno; vel quia fit cū maiori effectu impenſo: vel quia fit magis neceſſario, & minus ſuperfluo: hæc autem omnia fuerunt in beatiſs. virgine in ſummo. Charitas enim ex qua opera miſericordiæ fecit, omnem creaturam excellit. vt ſupra patuit. Maximum etiam affectum in nobis miſericordiæ impendit, quia nobis miſeris, captiuis. & mendicis dedit filium ſuū Deum: captiuis in precium, famelicis in viaticū; laborantibus in præmium: infirmis in medicamētum; & cum ipſo dedit nobis regnum cælorum, & omne bonum. Quæ enim proprio filio ſuo nō pepercit: Quomodo non cum illo omnia nobis donauit. Item beatiſs. V. de nullo ſibi ſuperfluo: ſed omnino neceſſario opus miſericordiæ fecit filio ſuo pauperrimo, & peregrino, cui de proprijs ſuis puriſſimis carnibus, & ſanguinibus tunicam polymitam fecit: & quem in gremio vteri ſui hoſpitata eſt. & de proprio corpore cibauit, & lactauit. Sic ergo patet quod beatiſſima virgo iuſtitiam quoad partes, & effectus ſuos habuit in ſummo. Ipſa enim ab omni malo proximi minimo ſemper cauit: & omnia beneficia illi poſſibilia continue impendit, ſeruans illud Ber. in lib. de improbatione vitiorum di. *Vir ſapiens prodeſſe cupit, non lædere quemquam*. Proximo igitur primo profuit verbo, q. ſocias ſuas ſemper in bono cōfortabat. Vnde in l. de infantia ſaluatoris dicitur.

ſiaſt. 16. Sciens quoque ſpiritu diuino filium ſuum dicturum Matt. 13. *Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris mei.* Et Matth 25 *ibunt iuſti in vitam æternam.* Item ſciens quod *iuſtus eſt Dominus, & iuſtitiam dilexit.* Pſal. 7. & quod *iuſti in perpetuum viuent; & apud Dominum eſt merces eorum.* Sap. 5. Ideo ipſa, quæ debebat ſuper omnes puras creaturas apud Dominum mercedem habere, voluit iuſtitiæ virtutem ſuper omnes poſſidere.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis de virtute fortitudinis beatæ virginis.

Beata virgo in verbis thematis noſtri inquit: *Mea eſt fortitudo.* Super omnes enim puras creaturas virtutem habuit fortitudinis. Vnde Salomon admirans eius fortitudinem Prouer. vlt. inquit: *Mulierem fortem quis inueniet.* Vbi Beda dicit: *Ne Salomon hoc quæſiſſe putetur deſperando, ſubdit prophetando: Procul & de vltimis finibus precium eius hoc eſt, non minimum, nõ mediocre, non denique de terra; nec etiam de cælo terris proximo eſt precium fortis mulieris huius, ſed à ſummo cælo egreſsio eius.* Fortitudo autem eius in tribus apparet. ſ. viriliter aggrediendo ardua; & hic dicitur virtus magnanimitatis; & conſtanter ſuſtinenda aduerſa: & hæc eſt virtus patientiæ, & perſeueranter agendo fortia; & iſta eſt virtus perſeuerantiæ. Primam ergo ſpeciem fortitudinis. ſ. magnanimitatem habuit beata virgo, quæ quinque ardua aggreſſa eſt, & audacter peregit: ſciebat enim ſcriptum eſſe 10. Aenei. *Audaces fortuna iuuat, timidoſque repellit.* & 10. Metamor. *Audentes Deus ipſe iuuat.* Vnde nulla contrarietate ab inceptis deſtitit. Inquit enim Gualterus in Alexandriade. li. 5. *Nulla rei nouitas peruertere fortia debet Pectora.* Primum arduum fuit, quando virginitatem deuouit. tunc enim naturam ſuam vicit, & ſe naturæ angelicæ ſociauit. Ideo dicitur Prou. vlt. *Accinxit fortitudine lumbos ſuos.* Tunc enim lumbos fortitudine accinxit; quãdo perpetuam virginitatem ſeruauit. Ibidẽ quoque dicitur: *Fortitudo & decor indumentum eius.* & iterum: *Manum ſuam miſit ad fortia.* Tunc enim manum ſuam ad fortia miſit, quando ad ſeruandam virginitatem fortiter ſe accinxit. Secundum arduum fuit, quia per ſuam virginitatem, & humilitatem Deum de cælo ad terram traxit. Ideo Eccleſiaſt. 26. dicitur de illa: *Mulier fortis oblectat virum ſuum.* In tantum enim iſta mulier fortis

Fortit. B. V. in tribus apparet.

Deum oblectauit ſua virginitate, & humilitate, quod ſuo odore mirifico eum de cœlo deſcendere fecit, atque illum in ſuo ventre incluſit. Ideo ſibi conuenire poteſt illud Gen. 31. di. *Si contra Deum fortis fuiſti: quanto magis contra homines præualebis.* Si enim in tantum fuit fortis, quòd potuit trahere Deum in ſuum vterum: manifeſtum eſt quod etiam nos poterit trahere in cælum.

Tertium arduum fuit, quòd martyrium ſpirituale veriſimiliter ſuſtinuit. Cum enim vltimum terribilium in hac vita ſit dolor mortis. 3. ethi & l. vltimum. ff. de pœnis: quanto natura nobilior eſt, tãto mors eſt doloroſior, & terribilior. Ex quo ſequitur, quòd ſpiritus qui eſt improportionabiliter melior corpore, per mortem ſpiritualem paſſionis improportionabili affigitur dolore ſupra omnem dolorem mortis corporalis. Cum ergo beatiſſima virgo audacter martyrium animæ perpeſſa ſit, ſicut prædictum fuerat Lu. 2. *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* ſequitur, quod mirabiliter fortis fuit.

Quartum arduum fuit: quia omnium ſanctorum merita acquiſiuit. Omnes enim virtutes, & gratias, & merita omnia quæ alij ſancti habuerunt, particulariter ipſa acquiſiuit, & habuit viriliter: iuxta illud Prouerb. vlti. *Multæ filiæ congregauerunt* &c. De hac fortitudine eius poteſt dici illud Prouer. 10 *Egeſtatem operata eſt manus remiſſa: Manus autem fortium diuitias parat* manus remiſſa fuit manus Euæ: quæ ſe & nos omnibus meritis ſpoliauit: ſed manus fortis fuit manus virginis: quæ omnes ſpirituales diuitias congregauit. Ideo ipſa inquit Eccleſiaſt 24. *In plenitudine ſanctorum detentio mea.* vbi Ber. dicit: Vere in plenitudine ſanctorum eſt detentio ſua: cui non defuit fides patriarcharum; nec ſpes prophetarum; nec zelus Apoſtolorum; nec conſtantia martyrum; nec ſobrietas confeſſorum, nec mundicia virginum, nec puritas Angelorum.

Quintum arduum fuit quod precium totius mundi ipſa ſola inuenit. Vnde poſtquam Salomon dixit: *Mulierem fortem inueniet?* ſubdit: *Procul & de vltimis finibus precium eius;* .i. de communicatione Dei, & hominis, qui ſunt duo vltimi fines. Vnde Sap. 8. dicitur: *Attingit à fine vſque ad finem fortiter* iſtud precium fuit à Iudæis per ignem paſſionis examinatum: iuxta illud Pſal 16 *Igne me examinaſti,* id eſt examinare permiſiſti. & tamen nullam ſcoriam inuenerunt: vnde ſequitur: *Et non eſt inuenta in me iniquitas.* Deinde precium numerauerunt. vnde pſal. 21. idem pſal. ait: *Dinumerauerunt omnia oſſa mea,* & tamen ibi nullam diminutionem

Digitized by Google

exilium: mundus domus omnibus vna eſt. Vt enim inquit Ouid. in 1. de faſtis, *Omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor Vt volucri vacuo quicquid in orbe patet.* Sciebat namque beata virgo veram eſſe illam Lucani ſententiam lib. 7. di. *Fortiſſimus ille eſt; Qui promptus metuenda pati ſi cominus inſtent & differre poteſt* Et illam Martia. poetæ di. *Sub quocunque onere, ſtrepituque, omni vel labore, Rectum ſtare licet gloria non modica eſt* Et illam Proſperi in li. epigram. epigramma. 135. *Rectorum eſt aduerſa pati, & tolerare modeſte: Nec querula in quemquam voce monere Deum* Et epigram. 49. *Namque bonos non blanda inflant, non aſpera frangunt.* Et illam Ber. in li. de improbatione vitiorum ca. 6. *Non turbant aduerſa pios: nec proſpera tollunt* Et illam Gualteri poetæ lib 9. *Eſt animi fortis ſtantem contemnere mortem Degeneres animi pectuſque ignobile, ſummum Credunt eſſe bonum, diuturna viuere vita.* Et ideo in omnibus aduerſitatibus fortiſſima, atque patientiſſima fuit: vnde verificata fuit in ipſa illa Ber. ſententia in lib. de improbatione vitiorum 4. di. *Nullus aduerſi patiens terrore mouetur. Et ſua vir patiens vota videbit ouans.* Habuit quoque virtutem perſeuerantiæ quæ dupliciter dicitur ſecundum prædictum doct vbi ſup. cap. 9. Vno modo, propoſitum perſeuerandi vſque in finē. Alio modo actus perſeuerandi: & ſubdit ibidem Alber. *Voluntas beatæ virginis ad perſeuerandum fuit inflexibilis, & actus inceſſabilis: ſed omnium aliorum voluntas eſt flexibilis & actus ceſſabilis.* ergo huius perſeuerantia aliorum perſeuerantiæ eſt improportionabilis. De perſeuerantia autem beatæ virginis habetur Act. 1. vbi dicitur: *Aſcenderunt vbi manebant, Petrus, & Iohannes, Iacobus, & Andreas* &c. ſequitur. *Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu, & fratribus eius.* Ex quibus verbis habetur, quod ad habendam perſeuerantiam ſunt quatuor neceſſaria. Primum ſanctorum virorum ſocietas: vnde dicitur quod ibi erant Petrus, & Ioannes &c. & ideo inquit Seneca ad Lucillum: *Cum his conuerſare, qui te meliorem facturi ſunt* & in 3. li. de ira iterum ait: *Sumuntur à conuerſationibus mores.* & in 5. cogitandum. in aut de mona. dicitur, *Seniorum conuerſatione fiet iuuentutis educatio perfecta.* & Ambro. in 2. de officijs c. 20. dicit: *Plurimum prodeſt vnicuique bonis iūgi.* Ait enim propheta Pſ. 17. *Si cū bono, bonus eris* &c. & ideo inquit Autor aſtrolabij: *Infames fugiat tua conuerſatio ſemper: Et ſocio gaude te meliore frui.* Ad prædicta etiam adduci poteſt illud quod inquit Ouid. in 2. de re nedio amo, di. *In loca nonnunquam ſiccis arentia glebis; De prope currenti flumine manat aqua.* Tepidis ergo & deuotione aridis maxime neceſſaria eſt bonorum ſocietas: quorum exemplo incitentur ad bonum. Et ideo inquit Iacobus Beneuentanus ſui lib. ca. 37. *Stat male ſolus homo, ſolus male vadit & ipſe: Qui viuit ſolus, mors ſibi iuncta manet.* Multū enim vt ſup. patuit, eſt vtilis iuuenibus ſocietas ſenum, de qua autor libri, qui dicitur facetus c. 4. inquit: *Doctior efficitur ſenioribus aſſociatus.* & propter prædicta dicit ſapiens Eccleſiaſt. 37. *Cum viro ſancto aſsiduus eris.* De hoc etiam dicitur Prouerb. 27. *ferrum ferro acuitur & homo exacuit faciem amici ſui* Tunc ferrum ferro acuitur, quandō vnus ab alio ad bonū faciendū acutior redditur. Tunc homo faciem amici ſui exacuit, quando ipſum in Dei amore feruentem facit. ideo Eccleſiaſt. 4. dicitur: *Melius eſt duos eſſe ſimul, quam vnum, habent emolumentum ſocietatis ſuæ.* Secundum eſt orationum aſſiduitas. ideo dicitur quod erant perſeuerantes in oratione. Orationum enim aſſiduitas impetrat omnia, ſicut habetur Luc. 11. de illo qui ſua aſſiduitate, & petendi importunitate tres panes obtinuit. Importunitate enim ac perſeuerantia petentium aliquando conceduntur, quæ alias non concederentur c. fi. vbi. glo. de reſcrip. lib. 6. l. 1. C. de peti bo ſubla. Et alibi dicitur quòd non ſufficit incepiſſe, niſi perſeueretur. l. Papinian. §. meminiſſe ff. de inof. te. Tres autem panes ſignificant refectionem trium potentiarum. Nam virtute orationis memoria reficitur continua Dei recordatione, intelligentia vera fide, & Dei cognitione: voluntas autem Dei amore, & charitate. Tertiū eſt cordis vnanimitas. vnde dicitur quòd erant perſeuerantes vnanimiter. Tunc autem homo habet cordis vnanimitatem, quando eſt vnicus cum proximo amorem fraternitatis habendo. vnde ad Heb. 4 ait Apoſtolus: *Charitas fraternitatis maneat in vobis.* Item quando eſt vnitus cū Deo ipſum per deſideria quærendo, & in ipſo quieſcendo; ſicut faciebat Dauid qui in Pſal. 4. inquit: *In pace in idipſum dormiam & requieſcam* Item quando eſt vnitus cum ſeipſo vnum ſolummodo appetendo: ſcilicet vltimum finem, & æternæ patriæ fœlicitatem. ſicut faciebat Dauid, qui Pſal. 26 ait *Vnam petij à Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.*

Quartum eſt matris familiaritas: ideo ſubditur, *cum Maria matre Ieſu.* Qui enim ſe familiares exhibent per ſpiritualem deuotionem, quatuor bona ab ipſa recipiunt. Primo enim communicat eis diuina beneficia. vnde Sap. 8. inquit Salomon: *Propoſui hanc ducem mihi ad conuiuandum, ſciens quoniam communicabit mihi de bonis ſuis.*

Perſeuerantia.

Ad perſeuerantiam requiruntur quatuor.

Secun-

Secundo dat ei conſulationem contra aduerſa. vnde ſubditur: *Et erit allocutio cogitationis, & tædij mei.* Tertio dat lætitiam, & gaudium, ſubleuando ſpem ad ſuperna: ideo ibidem ſubditur. *Intrãs in domum meam, conquieſcam cum illa. non enim habet amaritudinem conuerſatio illius, ſed lætitiam, gaudium.* Quarto præuenit noſtra deſideria ideo dicitur Eccleſiaſt. 15. *obuiabit illi quaſi mater honorificata.*

PARS TERTIA HVIVS ſermonis de Temperantia beatæ virginis.

Dixit quoque virgo benedicta in verbis propoſitis, in themate noſtro. *meum eſt conſilium* i. temperate, & modeſte viuendi: hanc enim temperantiæ virtutem, habuit beata virgo excellentet ſuper omnes homines, vt ait Albertus vbi ſup. c. 92. Temperantiam autem diffinit idem doctor ſecundum philoſophos dicens. *Temperantia eſt contra illicitos animi impetus firma, & diſcreta dominatio:* & fuit diffinitio Tullij in 2. retho. Aliam autem diffinitionem ponit glo. ſuper illud Marci. 8. *Erant qui manducauerant quaſi quatuor millia hominum.* di. *Temperantia eſt refrenatio cupiditatis ab his, quæ temporaliter delectant.* Huius autem virtutis prima ſpecies, eſt caſtitas, quę excellentiſſimo modo fuit in beata virgine. Nam in omnibus alijs viatoribus caſtitas eſt cum caſu ad minus in primum modum venialem, in ipſa autem fuit ſine caſu vllo, etiam in peccatum veniale, vel aliquem inordinatum motum, ex quo eius caſtitas fuit improportionabilis. Item fuit excellentior caſtitate angelorum quinque gradibus.

Primo enim eſt multiplicior Angeli enim habent caſtitatem tantum in ſpiritu; virgo autem in carne, & ſpiritu.

Secundo eſt nobilior; quia illa naturalis; iſta gratuita.

Tertio eſt vtilior; quia illa eſt extra ſtatum merendi, iſta eſt meritoria.

Quarto eſt glorioſior; quia illa ſine victoria, hæc cum victoria.

Quinto eſt laudabilior; quia illa eſt neceſſaria; beatæ autem virginis voluntaria. hæc Albertus vbi ſup. cap. 93. Secunda temperantiæ ſpecies eſt ſobrietas, & abſtinentia, quæ multipliciter fuit in beata virgine.

Eſt autem quadruplex ſpecies abſtinentiæ, prima eſt abſtinere ab omnibus nociuis; de qua 1. ad Corinth. 9 dicitur: *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet* Iſta nociua ſunt vitia, & peccata à quibus ſemper eſt abſtinendum; vnde Eccleſiaſt 3. dicitur. *Sapiens cor, & intelligibile, abſtinet ſe à peccatis.* ſecunda eſt abſtinere quandoque à licitis, quia ſicut dicitur 1. ad Cor. 9. *omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt; omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant.* Facit ad hoc l. ſemper ff de ritu. nup. vbi dicitur: *Semper in coniunctionibus* non ſolum quid liceat conſiderandum eſt, ſed quid honeſtum ſit. facit etiam ca. conſuetudo 1. di & c. factæ ſunt § præterea cum ca. ſeq. 4. diſtinct. De hac autem ſpecie abſtinentiæ Ouid. in epiſtolis ait. *Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.*

Abſtinētia 2. ſpecies Temper. quadruplex

Tertia eſt abſtinentia ſuperfluis, ſicut à ſuperfluitate curarum, & diuitiarum; quam abſtinentiam peccatores non habent. vnde Eccleſiaſt. 11. peccatori dedit Deus afflictionem, & curam ſuperfluam, vt addat, & congreget, & tradat ei, qui placuit Deo. Hæc autem abſtinentia à ſuperfluis cōmendatur in iuri. in quo omnis ſuperfluitas euitatur. §. ſane in proce 6. & in l. 1. §. nulla itaque C. de vet. iu. enu & §. quibus in 1. conſti. C. & l. obſeruandum. ff. de of. præſi. & l. fin. C. de dona. Quarta eſt abſtinere à ſuperfluo cibo, & potu. de qua Eccle. 2. dicitur: *Cogitaui in corde meo, abſtrahere à vino carnem meam* Talem abſtinentiam habebat Daniel, qui inquit ſui li. ca. 10. *Panem deſiderabilem non comedi. Caro, & vinum non introierunt in os meum.* Iſta autem quadruplex abſtinentia inuenitur fuiſſe in beata virgine: primo enim abſtinuit à nociuis. ſ. peccatis, & ab omni ſpecie mali, ſeruans illud ad Theſſ. 5. *Ab omni ſpecie mali abſtinete vos:* ſecundo abſtinuit à licitis: licitum enim erat matrimonium contrahere, & conſummare: ſed ipſa ab iſto licito abſtinuit, & perpetuam virginitatem Deo vouit. vnde dixit Angelo Luc. 1 *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco,* i. me non cognoſcituram propono: conſenſit autem in matrimonium, quantum ad coniugalem habitationem ſimpliciter. Quantum vero ad copulam carnalem, conſenſit niſi ſub conditione, videlicet ſi Deo aliter placeret, quam ipſa propoſuerat. vnde Hugo de ſancto Victo. in lib. de ſacris inquit: *Suſcepit virgo coniugium, ſed non mutauit virginitatis propoſitum: hoc quidem fides, & pietas confitetur, quod eius profeßionem nullatenus minuit coniugalis conſenſus, ſicut ipſius caſtitatem non violauit conceptus, nec integritatem abſtulit partus.*

Quomodo Hæc quadruplex abſtinentia fuerit in B. V.

Tertio

Digitized by Google

Tertio abſtinuit à ſuperfluis; quia nec ſuperflua habuit, ſicut patuit: vt ſu. dictum eſt in purificatione, vbi agnum emere non potuit: nec ſuperflua dixit: quia non eſt locuta niſi verba, quæ ſpectarent ad Dei honorem, vel proximi vtilitatem vel ad ſuæ humilitatis oſtenſionem Nec etiam ſuperflua, ſed vtilia, & neceſſaria cogitauit. vnde dicitur Luc. 1. *Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio:* nec ſuperflua cõcupiuit, ſed tantum vnum neceſſarium, ſcilicet adhærere Deo, & eo frui de quo dicitur Luc. 10. *Porro vnum eſt neceſſarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Quarto abſtinuit à neceſſariis, ſcilicet cibo & potu, & aliis neceſſitatibus corporis. Vnde Amb. vbi ſu. inquit: *Quid exequar ciborum parſimoniam, officiorum redundantiam, alterum vltra naturam ſuperfuiſſe, alterum ipſi pene naturæ defuiſſe, illic nulla intermiſſa tempora, hic congeminatus ieiunio dies? Et ſi quando ſucceſſiſſet reficiendi voluntas, cibus plerumque obuius, qui mortem arceret, non delicias miniſtraret: dormire non prius cupiditatis, quam neceſſitatis fuit: & tamen cũ quieſceret corpus, vigilabat animus, qui frequenter in ſomnis, aut lecta repetit, aut ſomno interrupto continuat, aut diſpoſita gerit, aut gerenda pronunciat.* Hæc ille. Dicit autem Albertus vbi ſup. cap. 94. quod *Sobrietas, & abſtinentia in viatoribus poteſt eſſe cum errore, & poſſibilitate cadendi ſaltem in primum motum gulæ. Non ſic autem fuit ſobrietas B. virginis: ergo excellentior fuit ſobrietate omnium aliorum viatorum. Præterea abſtinent plerique, aut pro debito ſatisfactionis pro peccato præterito: aut pro deletione pœnæ debitæ in præſenti: aut pro cauſa euaſionis pro futuro peccato: Sed in beata virgine nõ fuit abſtinentia pro debito ſatisfactionis, nec pro peccato præterito: ſed pro merito ſupererogationis; nec pro cautela prouiſionis, ſed pro exemplo ædificationis; nec pro deletione pœnæ, ſed pro merito gloriæ; ergo fuit nobilior abſtinentia cuiuslibet viatoris.* Hæc Alber. vbi ſup.

Tertia ſpecies temperantiæ eſt modeſtia, cuius partes enumerat Arch. in ca. 1. in princ. ſuper verbo modeſto de ſtatu regu. libr. 6. Quæ virtus principaliter conſiſtit in tribus, ſcilicet in dictis, & in factis ac in cultu veſtium Primo igitur dico ſecundum Alber. vbi ſup. c. 95. quod beata virgo habuit modeſtiam in ſummo in dictis ſuis & arguit ſic: *Nemo vnquam linguam domare potuit. Iacob. 3 quod intelligitur communiter de viatoribus; ſed beatiſſima virgo linguã in ſummo domauit, quia nunquam in lingua lapſa fuit; ergo modeſtia beatiſſimæ virginis in dictis omnem creaturam excellit.* hæc ille. Eſt ergo ſciendum quod verba beatæ virginis habuerunt quinque laudabiles conditiones: primo enim non fuerunt prolixa; ſed multum pauca, & breuia. Non enim tota ſerie euangelij inuenitur fuiſſe locuta niſi ſepties, & tunc breuiter. Primo locuta eſt bis cum Angelo vt patet Luc 1. dicendo: *Quomodo fiet iſtud:* & *Ecce ancilla Domini.* Bis quoque locuta eſt Elizabeth; primo ſalutãdo; poſtea in laudem Dei prorumpendo dicens; *Magnificat anima mea Dominum,* vt patet in eodem Luc. 1. ca Bis etiam locuta eſt filio. ſemel in templo dicens: *Fili quid feciſti nobis ſic?* Luc 2. ſemel in nuptiis di. *vinum non habent.* Ioan. 2. Et ſemel locuta eſt miniſtris, dicens: *Quæcunque dixerit vobis, facite* Io 2 ſemper breuiter locuta eſt: niſi quando in laudẽ Dei prorupit. Et ideo multum eſt commendanda, quia melius eſt pauca idoneè effundere, quam multis inutilibus homines prægrauati. l. tanta. §. contrarium C de ve. iu enu loquacitas vero ſcripturæ eſt odi. ſi. ca. rector. 44 di. propterea in l. in fi C. de dotis promiſ notant docto quòd effundens nimium ſermonem incidit in periculum. Aduocatus etiam verboſus aduocare prohibetur, ſecundum gl in l. ex ea ff de his qui no. infa. & B. l. in l. proxime. ff. de his quæ in teſta. delentur Modicitas autem colloquij, & breuitas placet iuri. quod probatur per l. ſi quis obrepſerit. ibi ſatis eſt vnum referre C. ad l. Cor. de fal. & per legem ita vulneratus. in fi. ad leg. Aqui. ibi vno ſolo contentus ero. Exemplo igitur matris Dei breuiter loquentis, diſcant mulieres raro loqui, & nunquam in verbis profluere, niſi forte in oratione, & laude Dei. Secundo eius verba non fuerunt leuiter prolata, ſed multum præmeditata. vnde Lucæ 2. dicitur: *Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo.* vbi dicit Beda; *virginalis pudicitiæ iura cuſtodiens ſecreta Chriſti, quæ nouerat, nemini diuulgare volebat. Sed ipſa quando ille vellet, & quomodo vellet, hæc diuulgare reuerenter expectabat. Et ipſa quidem ſecreta tacuit ore, vigili tamen meditatione ſcrutabatur corde.* Et Bernard. in quodam ſermone inquit: *Væ nobis, qui ſpiritum habemus in lingua, & totum proferimus, & vndique effluimus. Maria conſeruabat omnia quæ audierat in corde ſuo. Fuit enim velox ad audiendum, & tarda ad proferendum.* Qui enim inconſideratè loquitur, de leuitate punitur at. l. famoſi. ff. ad le. Iu maie. & ideo ponderanda ſunt verba, antequam proferantur l. prolatam. C. de ſen & inter lo. om. iu. & l. Labeo. §. fin ff. de ſupel. le. vnde dicitur quòd opor-

ret primo animas, poſtea linguas fieri eruditas. §. illud vero in prooem. ff. Beda quoque vbi ſup. ait: *Imitemur fratres, piam matrem Domini ſeruantem omnia verba, & acta Saluatoris noſtri: horum meditatione diurna, & nocturna importunos cogitationum nocentium repellamus incurſus. horum crebra conſideratione, nos, & proximos à fabulis ſupervacuis, & maledictis detractionum colloquijs caſtigare, & ad diuina laudis frequentias accendere curemus.*

Tertio eius verba non fuerunt præſumptuoſa: ſed ipſa in loquendo fuit multum timida, & verecunda. vnde inquit Bern. in quodam ſermone: *Eius quidem ſermo certiſſimus index fuit ingenita manſuetudinis, ac verecundia virginalis: Aliorum verecundiam, ſua reputans. vbi autem à filio audiuit; quid mihi, & tibi eſt mulier? tanquam mitis, & humilis corde nihil reſpondit: ſed miniſtros facere quod illis diceret, admonuit.* Et ſubdit Bern. ibidem: *Toties Maria audiuit filium turbis in parabolis loquentem, diſcipulis myſteria reuelantem, vidit miracula facientem, vidit in cruce pendentē, expirantem, reſurgentem, & aſcendentem, & in his omnibus vox verecundiſſima virginis non auditur.* hæc ille.

Quarto eius verba nō vacua fuerunt, ſed multum fructuoſa. Noluit enim incidere in l. fi. C. de reuo. dona. vbi dicitur quod inania ſunt verba, quorum nullus ſequitur effectus. Sed ſeruauit illud quod notatur in l. ſi quando in princ. ff. de le. 1 ſcilicet, quòd ſingula verba in iure, ſingularem debent parere effectum. vel quod nullum verbū debet poni ſine myſterio. Fructuoſitas autem locutionis beatæ virginis patet. Nam locuta eſt cū Angelo, & ad eius verba Deus factus eſt homo. locuta eſt cum Eliſabeth, & tripudiauit Ioannes Baptiſta in vtero clauſus. Locuta eſt cum filio in templo, & Deus factus eſt hominibus ſubditus. locuta eſt in nuptiis, & manifeſtauit ſuam gloriam Chriſtus: & ex aqua facto vino honoratus eſt ſponſus.

Quinto eius verba non fuerunt improuida, ſed multum diſcreta. Nam ille qui loquitur, debet diſcrete prouidere, quid, cui, vbi, quando, & quomodo loquatur: omnia enim debent fieri ſuo loco, modo, & tempore: & iuxta qualitatem rei, & perſonæ. ar. c. fi. vbi gloſſ. extra de tranſact. facit text. in l. aut facta in princ. ff. de pœnis. qui ponit ſeptem eſſe conſiderandā; virgo autem diſcreta conſiderauit quod loqueretur; quia omnia verba ſua fuerunt vtilia, & ad noſtram ædificationem pertinentia. Cōſiderauit etiam cum loqueretur, quia non cuilibet viro, ſed Dei Angelo: in quo inſtruuntur mulieres vitare virorum allocutiones. Cōſiderauit inſuper vbi loqueretur: quia non fuit locuta in foro, ſed in domo: in quo inſtruuntur mulieres, ne in plateis loquantur, ſed in domo a viris inſtruantur. Conſiderauit etiam quando loqueretur. ſcilicet quādo fuit magis opportunum: quia ſicut dicitur Eccleſiaſt. 3. *omni negocio tempus eſt, & opportunitas.* facit optime tex. in c. non debet de conſan. & affi. *De iſta diſcretione loquendi beatæ virginis inquit Bern. in quodam ſer. Omnia quæ de Domino, vel à Domino dicta, vel acta cognouerat mater virgo, diligenter in corde retinebat; vt cum tempus prædicandi, vel ſcribendæ incarnationis eius adueniret, ſufficienter vniuerſa, prout eſſent geſta, quærentibus explicare poſſet.* Conſiderauit etiam quomodo loqueretur; quia non clamoroſe, ſed modeſte, & ſubmiſſe loquebatur. Numquam enim clamoroſè locuta eſt, niſi in filij ſui paſſione. Tunc enim ſecundum Aug. fortiter eiulauit. Beata igitur virgo ſua loquendi modeſtia increpauit loquacem mulierē. de qua dicitur Prou. 7 *Garrula, & vaga, quietis impatiens, non valens in domo conſiſtere pedib. ſuis. Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians.*

Secundam quoque modeſtiam, ſcilicet in factis habuit excellentiſſime beata virgo. vt inquit Albet. vbi ſup. ſic arguens: Eccleſ. 7. dicitur: *Non eſt iuſtus qui non peccet.* & Prouer. 26 *Septies in die cadit iuſtus*: quod intelligitur cōmuniter de viatoribus, & de caſu veniali de quo etiam habetur in cap. ſepties. de pœn. di. 3. videtur namque eſſe res ſupernaturalis, quod quis viuat ſine peccato. quod probatur per c. penu. extra de præben. & in §. nunc autem 25. di. ſine peccato etenim nullus viuit ea. licet. 45. di. Sed beatiſſima virgo nunquā peccauit, & nunquam cecidit: ergo in modeſtia facti omnem creaturam excellit.

Tertio modeſtia conſiſtit in cultu veſtium. quod probatur per illud 1. ad Tim 2. *ſimiliter autem & mulieres in habitu ornato cum verecundia, & modeſtia, ornantes ſe non in tortis crinib. vel auro, vel margaritis, aut veſte precioſa, ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per omnia bona opera.* Item 1 Pet 3 *quarum nō ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus,* vbi glo. ait, *ſicut criſpatus habitus.* Hiero. quoque in quadam epiſt. dicit: *Mulieres ſerico, & purpura induta Chriſtum induere non poſſunt. Auro, margaritis & monilibus adornata, ornamenta cordis perdiderunt.* Item ſuper illud

Luc. 16.

Digitized by Google

Luc 16. *Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, & byſſo*: inquit glo. *ſi in cultu precioſarum veſtium culpa non eſſet, ſermo Domini non tam vigilanter exprimeret, quod diues purpura, & byſſo indutus apud inferos irremediabiliter torqueretur*: Ex quibus autoritatibus innuitur, quod adhibẽdus eſt modus in cultu, & habitu veſtium. Ex habitu enim & veſtitu iudicatur modeſtia, vel incontinentia mulieris l. item apud Labeonem §. ſi quis virgines. ff. de iniuri. & ibi Bal. ſummaudo, dicit: *Talem te indicabo, in quali habitu te reperero*. Quod autem vitanda ſit pompa veſtium, & curioſus ornatus corporis, habetur in ca. fucate: de conſe. di 5.

Quæritur octauo qualiter iſta modeſtia veſtiũ in beatiſſima virgine fuerit, vtrum deſcendendo ad deſpectiſſimum habitum, vel conſiderando mediocritatem: & quòd primo modo veſtita fuerit, videtur dicendum ſecundum quoſdã per ſententiam Hiero in quadam epiſtola dicentis: *Cinis, & cilicium ſunt arma pœnitentiũ*. Itẽ Chryſ. de tunica inconſutili opinatur, quæ dicitur inconſutilis, ſicut mulier dicitur deformis, nõ quia ſit ſine forma, ſed quia habeat malam formam. Ita tunica inconſutilis dicta eſt, non quòd fuerit ſine ſutura; ſed quia habuerit rudes, & ineptas ſuturas, & deſuper contexta per totum, id eſt, apperiata, ſicut veſtimenta pauperum. ſi igitur veſtitus Domini adeo fuit deſpectus, & vilis, ac aſperrimus: ergo & in matre, quæ in omnibus imitatrix illius fuit, debuit eſſe habitus deſpectiſſimus. Quod autem mediocritatem in veſtitu ſeruauerit, probatur per beatum Hieron. in quadam epiſto. qui inquit: *Ornatus veſtium, vt ſordes pari modo fugiendi ſunt, quia nec affectata ſordes nec exquiſita delitia laudem pariunt* 41. d. ſt. §. 1. Item nihil tantum placet Deo, quantum zelus animarum. vt inquit Greg ſuper Eze. ad zelum autem ordinatur conformitas. iuxta illud 1. ad Cor. 1 *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem*. Conformitas autem eſt in mediocritate cum ergo beatiſſima virgo fuerit maxime zelatrix animarum, quas omnes maximè lucrifacere voluit: ſequitur quod omnibus hominibus, quantum potuit ſecundum Deum ſe comparauit. Et ideo in veſtitu mediocritatem habuit. Item virtus in mediocritate conſiſtit 2. Eth. vbi etiam dicit philoſophus: *In omnibus medietas eſt laudanda: extrema autem vituperabilia ſunt*. Vnde Goffiedus in poetica inquit: *In omnibus vna eſt virtus ſeruare modum*: & Horatius in ſermonibus dicit: *Eſt modus in reb. ſunt certi denique fines: Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum*. & Sen. in lib. tragœdiarum ait: *Quiſquis medium defugit iter, ſtabili nunquam tramite pergit*: & ideo Iuriſtæ dicunt, quod ſemper via media debet eligi. vt no. in §. ſed cum libertus Inſti. ex qui ca. ma non li. & in l. antiqui. cum ſi. ff. ſi pars hære peta. Cum ergo beatiſſima virgo omnibus exemplum virtutum extiterit, etiam in mediocritate habitus exemplum dedit Ad hanc quæſtionem reſpondet Albert. vbi ſupra. cap. 96 *Reſponſio*
dicens quod triplex eſt habitus, ſcilicet vanitatis, *reſolutiua.*
mediocritatis & humilitatis: primus eſt reprobandus, ſcilicet vanitatis ſecundus vero habitus, ſcilicet mediocritatis, pertinet ad modeſtiam tẽperantiæ ſecundum communem ſtatũ, ad quem tenentur omnes boni Chriſtiani, qui debent habere habitus mediocritatem. Tertius autem habitus ſcilicet humilitatis eſt perfectorum, & habet ſimiliter ſua extrema, & ſuum medium: poteſt enim eſſe parum humilis, vel nimis humilis.

Dicimus aũt quod habitus beatiſſ. virginis fuit habitus humilitatis, ſed mediate, id eſt, mediocritatis humilis. Et in illo ſenſu loquitur Hier. cũ dicit, quod ornatus veſtium &c Idem etiam credimus de veſtitu Domini, & aliorum ſanctorũ. Si autem quæratur cuius coloris eſſet habitus beatæ virginis; Dico quod licet ſcriptura de hoc expreſſam mentionem non faciat, ſicut nec de habitu Chriſti: tamen credo quod veſtimentũ eius fuerit ſimile veſtimento Chriſti, quod ſuis manibus fecit beata virgo. Ipſa enim fecit filio ſuo *Coniectura*
paruulo tunicam inconſutilem, quæ ſicut corpus creſcebat, pariter creſcebat, & illius propor- *auctoris de colore*
tioni ſemper conueniebat: quam vſque ad cru- *veſtium*
cem portauit. Et hæc tunica fuit coloris colum- *Mariæ.*
bini, ſicut eſt habitus fratrum Minorum, quam quidem tunicam beatus frater Baptiſta de Leuãto, cum eſſet vicarius generalis ordinis noſtri, ſemel prædicans Mediolani, dixit ſe bis vidiſſe in quodam caſtello, in quo cum magna ſolemnitate, & reuerentia, ac multis accenſis luminaribus oſtenditur; & iurauit prædictam tunicam eſſe coloris prædicti. Cum ergo talem colorem elegerit Chriſtus pro ſuo veſtitu: credendum eſt etiam B. virginem in hoc filio ſuo voluiſſe eſſe conformẽ. Sed quæritur qualiter beatiſſima virgo alios viatores in iſta mediocritate veſtitus potuit excellere: cum de quocunque panno veſtes habuerit, alij de eodem panno, vel ſimili potuerint veſtiri.

Ad hoc reſpondet Alber. vbi ſupra, quod quia ſecundum philoſophum circa particularia in huiuſmodi, ars medium determinare neſcit; deſcendentẽ enim ad indiuidua iubet Plato quieſcere.

Digitized by Google

re. vt inquit Porph. in vniuerſalibus Singularia enim quoad nos dicuntur infinita, nec eorum eſt ſcientia. 7. Ethic. Ideo in huiuſmodi gratia potentior eſt arte. Dicimus ergo quod beatiſſima virgo excelſit alios viatores in cultu veſtimentorum, in hoc, quòd ſuper artem per vnctionem ſpiritus S. ſciuit præciſe mediocritatem in habitu humilitatis obſeruare perfectiſſimè. ergo ſeruauit beatiſſima virgo illud ad Phil. 4 ſcilicet: *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus*

PARS QVARTA
de Prudentia beatæ virginis.

IN verbis thematis noſtri dixit virgo benedicta: *Mea eſt prudentia* In ipſa enim vt ait Alb. vbi ſup. ca. 83. fuit prudẽtia excellentior, quam in aliquo alio viatore. ideo in officio aſſumptionis illi canit Eccleſia, dicens: *virgo prudentiſſima quo progrederis*, &c. Sciendum eſt autem quod vt ait Sen. in li. de 4 virtutibus: Tria ſunt ad prudentiam pertinẽtia, ſcilicet præterita recogitare, præſentia ordinare: & futura prouidere: ideo de imprudentibus, dicitur Deute. 32. *Gens abſq; conſilio eſt, & ſine prudentia: vtinam ſaperent*, ſcilicet præterita, *& intelligerent*, ſcilicet futura, *ac nouiſſima prouiderent.* Has etiam partes prudentiæ ponit Tullius in 2. Rheto. & de ipſis etiam habetur in proœ. Inſti. § quorũ. de quibus hæc breuiter pertranſeo. quia de ipſis in 2. parte Roſarii ſermon. ſer. 8. parte vlt. diffuſe tractaui Beata igitur virgo prudentiſſima fuit, quia præterita continue recogitauit, vt de dicere poterat illud Pſal. 76. *Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mentem habui.* Præſentia quoque bene diſpoſuit, & diſponit. Vnde de illa dicit ſancta mater Eccleſia in officio viſitationis ſuæ: *Diſpoſuit namque inferiora omnia ſua ſapientia, prouidentia, & induſtria propulſata.* Futura quoque optime præuidit, ſcilicet pro humilitate ſua ſe ab omnib. generationibus beatificandam, & magnificandam eſſe cognouit, dicẽs Luc. 1 *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Fuit etiam prudens, conſeruando omnia verba hæc, quæ de filio paruulo dicebantur, conferens in corde ſuo Lucæ 2. ſcilicet cum his quæ ſcripta erant de eo. vt dicit Beda; *Prudenter quoque diabolo occultauit virginitatem ſuam: prudenter euaſit perſecutionem Herodis contra filium, fugiens in Ægyptum cum eo.* eius quoque prudentia

B. V. Prudentia.

apparet, per ea, quæ diximus in parte præced. de modeſtia, & paucitate locutionis eius. ſcriptum eſt enim Prouer. 11. *vir prudens tacebit.* & 21. eiuſdem libri: *verba prudentis ſtatera ponderabuntur* & Prouerb. 10. iterum dicitur: *Qui moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt.* Præterea ſi ſcientia ſanctorum prudentia eſt, vt dicitur Prouer. 9. profecto hãc ſcientiam habuit ipſa ſancta ſanctorum, beata virgo. Et ſi ſancti ambulauerunt per vias prudentiæ, iuxta illud Prouerb. 9. *Ambulate per vias prudentiæ.* profecto credendum eſt quod ipſa virgo virginum, & ſanctorum ſanctiſſima per vias ipſas ambulauit.

Quod autem beata Dei genitrix prudentiſſima fuerit, probari poteſt per illud Prouer. 3. *Dominus ſapientia fundauit terram*, id eſt, beatam virginem: *ſtabiliuit cælos prudentia* per cœlos autem eius ſenſus intelligi poſſunt, quos Dominus prudentia repleuit. Patet quoque prudentia virginis, ſi perſcrutemur diffinitionem ipſius prudentiæ, quã ponit Tullius 2. veteris Rheto. di. *Prudentia eſt rerum bonarum & malarum ſcientia*; cum quo concordat, & melius diffinit Iuriſconſultus in l. iuſtitia. §. iuris prudentia. ff. de iuſti. & iu. & Imperator Iuſti. co. ti. §. 1. di. *Prudentia eſt diuinarum, atque humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia.* Beata etenim virgo diuinarum, & humanarum rerum, atq; iuſti, & iniuſti notitiam ſuper omnes viatores habuit, vt patere poteſt ex dictis in parte 3 huius operis ſer. 1 parte 3 & patebit ex dicendis infra, ſermone 5. & 6. Huius partis ergo ſuper omnes viatores prudentiſſima fuit. Vnde illi dixit Deus illud Prouerb. 7. *Dic ſapientiæ, ſoror mea es, & prudentiam voca, amicam tuam* Vt enim dicit philoſophus in lib. magnorum moralium c. 81. *Prudentia eſt ſicut architector virtutum* & vt ait Tullius in Tuſcu. quæſt. li. 1 *nihil eſt hominis prudentia dulcius.* Et Caſſi. li. 6. epiſtolarum, epiſtola, 10. inquit; *Sola eſt prudentia, quæ rebus omnibus præponitur, quando in homine feliciter inuenitur.* eſt enim mater omnium virtutum ca. 1 de offi. cu. & 1. q. 5. c. præſentium De qua phi. dicit in 1. Rhet. c. 13. *Prudentia eſt virtus intellectus, ſine qua non conſiliari poteſt de bonis, & optimis dictis ad felicitatẽ.* & iſta non inuenitur niſi in bonis. Vnde Ariſt. in 6. Eth. inquit: *impoſſibile eſt aliquem prudentem eſſe, non bonum.* & beatus Tho. 2. 2 q. 47. ar. 13 probat triplici ratione, quod perfecta prudentia in peccatoribus non eſt. Cum ergo beatiſſima virgo fuerit optima, & omnibus virtutibus ornata; clarum eſt quod fuit prudentiſſima. Si

Definitio prudentiæ.

enim

enim prudentiam non habuiſſet, propriè homo appellari non potuiſſet; quia vt ait philoſophus, 2 de anima: *Homo eſt prudentiſſimum animalium.* Item Deo diſplicuiſſet in omnibus operibus ſuis. quia vt inquit Æſop. *Diſplicet imprudens unde placere ſtudet.* quæ ergo ſumme placuit altiſſimo, prudentiæ virtutem habuit in ſummo. Et quia in lib problematum parte.30 dicit philoſophus quod homines parui capitis prudentiores ſunt eis, qui ſunt magni capitis: Ideo glorioſa virgo fuit capitis non magni, & inflati, id eſt ſuperbi; ſed exigui, id eſt humillimi, prudentiæ virtute meruit adimpleri. Tanta autem erat beatæ virginis prudentia, vt etiam in eius facie reluceret iuxta illud Prouerb 18. *In facie prudentis relucet ſapientia.* Quia igitur Prouerb 14. ſcriptum eſt: *In corde prudentis requieſcet ſapientia, & indoctos quoſque erudiet.* Ideo rogemus ipſam ſapientiſſimam virginem, vt nos doceat per vias prudentiæ ambulare: ad quod hortatur Sapiens Prouerb.9. *Prudentia* enim *precioſior eſt auro* vt dicitur Prouerb.16. Nam defendit à malo iuxta illud Prouerb 2. *Prudentia ſeruabit te, vt eruaris à via mala.* Item multiplicat in bono. vnde Prouerb.19 dicitur: *Cuſtos prudentiæ inueniet bona,* ſcilicet in præſenti vita: & in futura gloria: ad quam nos peruenire faciat ipſa virgo prudentiſſima. Amen.

DE TRIBVS ALIIS

VIRTVTIBVS BEATÆ Virginis,

SCILICET ORATIONE Feruenti, profunda humilitate,

Et incomparabili virginitate.

SERMO QVARTVS.

IN tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo. Eccleſiaſti.25. Tria ſunt quæ animam maximè Deo coniungunt. Primum eſt feruens oratio. De qua Bernard. in quodam ſermone ait: *Licet ſemper videamur à Deo in oratione, tamen & præſentamus, & oſtendimus nos, quaſi facie ad faciem cum Deo loquentes:* oratione n. cum Deo loquimur, vt ait Auicenna. 10. ſuæ meta c.3. Idem quoque Bernard iterum inquit: *Oratio eſt hominis Deo adhærentis affectio, & familiaris quædam, ac pia allocutio.* Secundum eſt profunda humiliatio: de qua Eccleſiaſt.35 dicitur. *Oratio humiliantis ſe, pro exauditionis ſuffragio Deum adit.* Humilitas ergo in conſpectu Dei nos, & orationes noſtras repræſentat: adeo enim eſt illi grata, quòd illam habentes ſemper in conſpectu ſuo eſſe deſiderat. vnde ſaluator Matth. 19 dicebat: *Sinite paruulos,* id eſt humiles *venire ad me.* Tertium eſt virginitas; de qua Salomon ait Sapient 6. *Incorruptio facit eſſe proximum Deo.* Has autem tres virtutes excellentiſſimè in ſe habuit beata virgo. Ideo dicere poterat verba thematis noſtri: ſuper quibus aliquid de his tribus virtutibus diſſeremus.

PARS PRIMA DE feruenti orationis ſtudio beatæ virginis Mariæ.

DIcit Albertus ſuper *miſſus eſt* c 80. Quod virtus orationis in beata virgine excellentiſſima fuit. *Maria ferventiſſima in oratione* Oratio enim aliorum ſanctorum non innititur alicui iuri ex parte ſui, ſed tantum miſericordiæ ex parte Dei. Oratio autem beatiſſimæ virginis innititur gratiæ Dei, & iuri naturali, & iuſtitiæ euangelij, ac decalogi; quia filius tenetur non tantum exaudire matrem; ſed illi obedire. iuxta illud Exod.20 & Matth.15 Honora patrem tuum, & matrem tuam. vnde Apoſtolus ad Epheſ.6 ait: *Filij obedite parentibus veſtris.* Quod & ipſa videtur innuere in modo orandi, non vtens oratione ſimplici, ſed inſinuatione di. Ioan.2. *Vinum non habent* &c Vnde virtus orationis eius fuit excellentiſſima in ſummo: tum quia habebat nobiliſſimum modum orandi. vt dicit Hugo de Sancto Vic. in lib. de ſacramentis. Tum quia eius oratio habebat rationem iuſſionis, & imperij. Tum quia erat impoſſibile eam non exaudiri. iuxta illud 3 Reg 2 *Pete mater mea; neque enim fas eſt, vt auertam faciem meam à te* Et Heſter 5. *Quæ eſt petitio tua Heſter, pro qua re poſtulas? etiam ſi petieris dimidium regni mei, obtinebis* Si ergo orationem iuſtorum exaudiet Deus Prouerb.15 & ca. in grauibus 3 q 1. multo magis orationem matris ſuæ iuſtiſſimæ. Et ſi *oratio*

Digitized by Google

humiliantis ſe nubes penetrat. Eccleſiaſt. 35. Profectò orationes humillimæ virginis cælos penetrabant; ipſa autem virgo ſemper orabat. Nam & quando laborabat corpore per contemplationem, eleuata erat mente; nec mirum: Si enim *qui conſeruat verbum, multiplicat orationem,* vt dicitur Eccleſiaſt. 35. Profectò ipſa, quæ conſeruabat omnia verba Dei, conferens in corde ſuo, orationes multiplicabat: nec vnquam à vocali, vel mentali oratione ceſſabat. Fuit ergo beata virgo omnium mulierum deuotiſſima; immo omnium creaturarum, quæ vnquam fuerunt, aut erunt à principio mundi vſque in finem. vnde Bernar. ſuper *Miſſus eſt*, de illa inquit: *Virgo ſancta, virgo ſobria, virgo deuota; quis enim caſtior illa: quis deuotior?* quaſi dicat, nullus vnquam fuit. Si enim vt dicitur Iudith. 8. *Iudith clauſa morabatur in ſecreto cubiculo domus ſuæ ieiunãs, & orans:* & *Anna prophetiſſa non diſcedebat de templo, ieiunijs, & obſecrationibus deſeruiens, die ac nocte* Luc. 2. & de ſancta Cæcilia dicitur Virgo deuota ſemper euangelium Chriſti gerebat in pectore ſuo; & non diebus, neque noctibus à colloquijs diuinis, & oratione ceſſabat: quid de virgine benedicta credendum eſt, quæ in terris poſita, tota mente verſabatur in cælis? propterea Bernard. vbi ſup. ait de Angelo Gabriele: *Qui ingreſſus eſt ad eam, puta in ſecretarium pudici cubiculi ſui, vbi illa clauſo ſuper ſe oſtio orabat patrem ſuum in abſcondito. Solent enim Angeli aſtare orantibus, & delectari in his quos vident leuare manus in oratione: atque holocauſtum ſanctæ deuotionis gaudent ſe offerre diuino conſpectui altiſſimi.* hæc ille. Vnde beata virgo in hoc conformis fuit filio ſuo, qui delectabatur ſolitarius orare Matth. 13. & Luc. 6. Item ipſa benedicta Dei mater alios inducebat ad orandum. & ideo Actuum 1. de Apoſtolis dicitur quòd ſtabant in oratione, cum Maria matre Ieſu. Efficacia autem orationis eius patet. Nam licet Moyſes orando debellauerit Amalec. Exod. 17. Et ſerpentes fugauerit, Numer. 21. Anna quoque ſterilis filium impetrauerit. 1. Regum 1. & Helias pluuiam 3. Regum 18. Ezechias infirmus ad mortem, ſanitatem recuperauerit. 4. Regum 20. & Daniel cum ſocijs ignis impaſſibilitatem. Daniel 3. & Suſanna à morte liberationem Daniel. 13. maius tamen fuit incomparabiliter, quod hæc deuotiſſima virgo ſuis pijſſimis precibus impetrauit, quæ Deum de cælo ad terram deſcendere fecit; & eius mater effici promeruit, atq; humani generis ſalutem obtinuit.

Ber. de deuotio. B. V.

PARS SECVNDA HVius ſermonis de Humilitate beatæ virginis.

HVmilitas beatæ virginis fuit profunda, honorata, virtuoſa. Primo fuit profunda; in tantum enim ſe humiliauit, quòd ancillam ſe vocauit: cum eſſet omnium Domina. Vnde dixit Luc. 1. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* ſuper quod verbum dicit Bernard. *Humilitas ſui conceptum; ancilla vero deuotione commendat famulatum.* Secundò ſe fecit ſeruam; quando tribus menſibus Eliſabeth deſeruiuit. vnde Beda ſuper Lucam inquit. *Feſtinanter abijt, & Zachariæ domum intrauit, vt Elizabeth viſitaret, ac prægnanti grauida, & grandæuæ iuuencula miniſtraret.* Et Ambroſ. ſuper Luc. ait: *Diſcite mulieres ſedulitatem, quam prægnantibus debeatis exhibere cognatis. Maria nempe, quæ ſola prius in penetralibus verſabatur, non à publico virginitatis pudor, non à ſtudio aſperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardauit.* Tertio ſe fecit omnium infimã, vt patet Act. 1. vbi recitatis nominibus Apoſtolorum, ipſa in fine omnium, tanquam infima omnium ex humilitate poni voluit, ſeruans illud filij ſui dictum Luc. 14. *Recumbe in nouiſſimo loco:* ideo ſuper oẽs exaltari promeruit. vnde Berna. in quodã ſer. ait: *Ita exhibebat ſe vltimã omnium, vt omniũ nouiſſima poneretur. Infra ſcilicet viduas, et pœnitentes. infra etiam illam, de qua Chriſtus ſeptem dæmonia eiecerat. Merito igitur facta eſt omnium Domina; quæ ſe omnium exhibebat ancillam.* hæc ille. Nihil. n. eſt tam peculiare imperiali maieſtati, quam humilitas, per quam ſola Dei ſeruatur imitatio. vt dicitur in l. fin. C. de dona. inter vir. vxo.

Mariæ humilitas profunda.

Vt autem melius videre poſſimus, quàm profunde ſe humiliauit, pulchrum erit conſiderare eius vitæ diſcurſum; & inueniemus quòd in omnibus operibus, & cogitationibus, & locutionibus ſuis humilitatem ſeruauit. Primo quidem in animo. Vt autem humilitas animi eius magis eluceſcat, conſideremus quantum Euæ elatio ſe erexit. Nam dicit Ioan. Damaſc. in quodam ſermone: *Eua ſe erexit ſupra Deum quando ſcilicet voluntatem ſuam diuinæ voluntati præpoſuit. vſq; ad Deum, quando eius diuinitatem appetere auſa fuit. contra Deum, quando ſcilicet contra eius præceptum venire præſumpſit. Beata autem virgo Maria humiliauit ſe infra cæteras mulieres, & vſq; ad mulie-*

Humilitas animi Mariæ.

Digitized by Google

mulieres, & propter mulieres. Primo infra mulieres; quælibet enim mulier vult habere ſponſum diuitem, & in partu pulcherrimum thalamum & mollem lectum; atque obſequium ancillarum, abundantiam pannorum, & cunas ad recipiendum puerum, poſt partum vero vult habere quietem, & ocium. Sed virgo habuit ſpõſum pauperem, pro thalamo ſtabulum, pro lecto fœnum: pro ancillis bouem, & aſinum; pro pannis precioſis vilitatem pannorum, pro cunis præſepium, pro quiete & ocio eam oportuit fugere in Ægyptum. Ecce quomodo infra mulieres ſe voluit humiliare, cum Eua ſupra Deum ſe voluerit exaltare.

Secundo ſe humiliauit vſq; ad mulieres, cum Eua ſe erexerit vſque ad Deum. Ipſa enim virgo nunquam alicui ſe prætulit in conſortio mulierum, ſed communem, tanquam vnam illarum ſemper ſe exhibuit. ſicut patet in circumciſione filij; in ſui purificatione; & in feſtiuitatum viſitatione. vnde Ber. in quodam ſer. inquit: *Virgo benedicta non indigebat purificatione, ſicut nec filius eius circumciſione: Sed voluit eſſe inter mulieres ſicut vna illarum, nam & filius fuit in medio paruulorum.* Tertio humiliauit ſe propter mulieres, id eſt, propter illarum vtilitatem, & fructum. Nam non tantum voluit eſſe virgo; ſed etiam humiliari voluit & eſſe coniugata: & poſtmodum vidua derelicta, vt omnibus mulieribus ſpem, & fiduciam daret ſalutis, oſtendens quòd non tantum virgines ſaluantur, ſed etiã coniugatę, & viduę. vt dicitur in c. 1. de ſum. Tri. & fi. ca. Quia ergo Eua habuit elationem: Maria vero humilitatem, ideo ipſa fuit gratia euacuata; vnde Ber. vbi ſup. inquit: *Eua per ſuperbiam Dei creaturam ſe eſſe non conſiderans, Deo parificari voluit. Maria vero factori ſuo ſe humiliter ſubdens ancillam ſe nominauit. Ideoque Eua eſt abiecta, ipſa vero electa.* Seruauit namque virgo illud; quod dicitur Iudith. 8. *Humiliemus illi animas noſtras;* aliter in gratia impleri non potuiſſet, niſi humilitatem cordis habuiſſet quia vt dicitur 1. Pet. 5. *Deus ſuperbis reſiſtit, humilib. autẽ dat gratiam.* Superbus. n. ad fontem gratiæ accedit cum ore eleuato; ideo impleri non poteſt iuxta illud Prou. 17. *Qui exaltat os ſuum, quærit ruinã,* humilis autem ad fontem gratiæ, accedit cũ ore inclinato, & ideo impleri meretur. ſeruat enim illud Ioſue 24 *Inclinate corda veſtra ad Dominum Deum Iſrael* quia ergo beata virgo nõ habuit cor eleuatum per ſuperbiam; ſed inclinatum per humilitatem verã: ideo gratia Dei impleri meruit. ſeruauit enim illud Pſal 44. *Audi filia, & vide, et inclina aurem tuam.* Superbus etiam accedit ad fontem gratiæ cum corde clauſo. quod ſignificatum eſt Zach. 5. vbi dicitur: *Miſit maſſam plumbeam in os eius:* humilis vero accedit cum ore aperto iuxta illud Pſal. 118. di. *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum.* Beata virgo accedit ad fontem gratiæ ore aperto, id eſt cum feruenti deſiderio: Et ideo impleta fuit. vnde de illa dicitur Prou. vlti *Os ſuum aperuit ſapientiæ.* Superbus etiam accedit ad fontem gratiæ cum vaſe pleno: quia cor habet plenum amore mũdano, humilis autem accedit cũ vaſe vacuo, & ideo impleri meretur. Quapropter Auguſt. in quodam ſer. ait: *Vas es ſed plenus es: funde quod habes, vt recipias quod non habes. Funde amorem ſeculi, vt implearis amore Dei.* Beata autem virgo acceſſit cum vaſe vacuo: quia omnia mundana deſpexit: & ideo gratia impleri promeruit. vnde ipſa inquit Luc. 1. *Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes.* Secundo habuit humilitatem in verbo, quando dixit: *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* Magnã enim oſtendit humilitatem dicens, ſe reſpectam, ac ſi diceret: Non erã digna, vt in me aſpiceret: & tamen aſpexit gratias mihi infundendo: & reſpexit in meum vterum deſcendendo. Magnam etiam humilitatem demonſtrauit, quando non matrem Dei ſe appellauit, nec reginam cæli: ſed ancillam Chriſti. Vnde Petrus Rauennen. in quodam ſer. ait: *Ecce quam vocauit Angelus Dominam: ipſa ſe recognoſcit, & vocat ancillam, quia deuotus animus inſuſis beneficijs ad obſequium creſcit; augetur ad gratiam, non ad ſuperbiam pertumeſcit, nec ad arrogantiam proſilit.* Maximam etiam humilitatẽ oſtendit cũ dixit: *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* Non autem dixit nobilitatem, vel ſanctitatem. Illa autem ancilla eſt humillima, quæ non reputat ſe dignam, vt etiam ſit ancilla, ac ſi diceret: Non tantum me dico reſpectam, non tantum me appello ancillam: ſed etiam dico me, vt ſim ancilla, indignã. Seruauit ergo humillima virgo illud Prudentij in lib. de conflictu vitiorũ, & virtutũ dicentis:

Deſine grande loqui, frangit Deus omne ſuperbum,
Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premũt.
Diſce ſupercilium deponere, diſce cauere,
Ante pedes foueam, quiſquis ſublime minaris.
Peruulgata viget noſtri ſententia Chriſti,
Scandere celſa humiles, & ad ima redire feroces.

Quia enim veram eſſe ſciebat ſententiam Claudi. lib. 1. di. *Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores* Et illam autoris aſtrolabij. ſ. *In ſua ſit preces ſit crimina quiſq; ſuperbus Intolerabilius nihil eſt quã vita ſuperbi.* Et illã faceti poetæ c. 2. di. *Vt placeat cunctis nullum decet eſſe ſuperbum: Qui ſic inflatur, deſinit eſſe bonus.* ideo voluit ſeruare conſilium Ouid. in 3. de Triſtibus: *Tu quoq; formida nimium*

Maria humilis in verbo.

Digitized by Google

mium ſublimia ſemper: Viue tibi, & longè nomina magna fuge. Et illud Gualte. poetæ l. 1. *Parcite mortales animos extollere faſtu* Nouerat namque veram eſſe ſententiam Martialis, dicentis: *Ætheream pacem Venus atque ſuperbia tellunt.* Quapropter ſemper in animo, & in locutione ſua humilitatem ſeruauit Sciens quoque, quod licet in mente quis habeat humilitatem, tamen etiam tenetur in actibus exterioribus illam demonſtrare, ne propter aliquos actus ſuperbiã prætendentes proximus ſcãdalizetur: voluit beatiſſima virgo in omnibus actibus ſuis, humilitatis exemplum demonſtrare. Pro cuius declaratione dico quòd tertio habuit humilitatem in ſigno. Signũ enim eſt magnæ humilitatis: quando quis perfecte ſe ſubijcit ſuperiori, illique obedit hilariter, ſeruans illud ad Hebræ. vlt. *Obedite præpoſitis veſtis.* Signum autem eſt maioris humilitatis, quando quis æquali obedit, eique humiliter ſubijcitur Sed ſignum maximæ humilitatis eſt quando quis obedit, & ſubijcitur inferiori ſuo: vt inquit gloſ. in Cle 1. de reli. domi. Beata autem virgo omnibus viliorem ſe reputans nulli ſe præferebat. Et non tantum ſuperiori ſuo, ſcilicet Deo; ſed etiam æqualibus, & inferioribus ſe poſtponebat, vt ſupra patuit, omnibuſque ſeruiebat humiliter, & ſe omnium viliorem æſtimabat. iuxta illud Apoſtoli ad Phil 2. c. *Superiores inuicem arbitrantes.* Nunquam enim ſtare voluit in monte elationis: ſed ſemper in valle humilitatis. Sciens quòd ſicut omnes aquæ naturaliter fluunt ad valles, & ad loca humilia: nec illa pertranſeunt, niſi prius fuerint repleta: ſic diuina gratia illuc ingreditur, vbi humilitatis vallis, & concauum inuenitur. dicente Aug in lib de verbis Domini: *Confluit aqua ad humilitatem vallis de ſupercilio montis* Quia igitur beatiſſima virgo ſemper elegit habitare in valle humilitatis, ideo in tali valle fluxit fons ſpiritus ſancti: creuitque lilium paradiſi, & accenſus eſt calor amoris igniti. propter primum autem dicitur per Pſ. 103. *Qui emittis fõtes in conuallibus, inter medium montium pertranſibunt aquæ.* vnam enim vallem circunſtant duo montes; & humilitatem circunſtant duæ ſpecies ſuperbiæ: vna quæ naſcitur ex re temporali: alia ex gratijs ſpiritualibus. Beata autem virgo habuit occaſionem ſuperbiendi ex re temporali, quia fuit ex ſtirpe regia progenita. Item ex gratia ſpirituali; quia fuit in matrem Dei aſſumpta. Sed primam occaſionem repulit, cum fabro humillimo ſe in matrimonium iunxit, propter quod Bern. ſuper *Miſſus eſt* ait: *Quæ eſt hæc virgo tam venerabilis, vt ſalutetur ab Angelo: tam humilis, vt deſponſata fuerit fabro? Pulchra permixtio virginitatis, & humilitatis nec mediocriter placet Deo illa anima, in qua, & humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat humilitatem.* hæc ille. Occaſionem vero ſecundam repulit, quando ſe ancillam Dei vocauit, cum eſſet veri Dei ſponſa; & quia ſemper in valle humilitatis ſtetit, ideo aqua diuinæ gratiæ in ea abundantiſſime fluxit. vt enim inquit Bernard ſuper *Miſſus* eſt: *Semper ſolet gratia diuina familiaris eſſe virtus humilitatis.* Ex prædictis igitur apparet, quòd cum humilitas ſit maior, & magis meritoria, ac maiori laude digna, quando quis humiliatur, habens occaſiones ſuperbiendi ſcilicet diuitias, dignitates, pulcritudinem, nobilitatem, & huiuſmodi: quàm ſi habeat occaſiones ſe humiliandi, vt quia eſt ignobilis, miſer, & vilis, profecto conſtat beatam virginem eſſe humillimam: quæ cum eſſet nobiliſſima ſanguine, & pulcherrima corpore, vt patuit in 2. parte huius operis: multas quoque habuerit diuitias, & theſauros in Magorum oblatione: eſſetq; omnium virtutum, & gratiarum plenitudine famoſiſſima, & digniſſima, atque mater Dei, ac cæli, terræque regina: tamen tam profunde ſe vilificare voluit O virgo glorioſa: O alabaſtrum humilitatis. O ſuauitatis odor. Tu virgo alta generoſitate; altiſſima pulchritudine, & tamen infima es humilitate. Tu ſublimis abundanti facultate. Tu glorioſa dignitate: & tamen in hoc mundo vilis, & deſpecta eſſe voluiſti profunda humilitate. Et ideo ſuper illa verba Luc. 1. *Turbata eſt in ſermone eius*, dicit gloſſ. *Alterata eſt virgo ex celſitudine inaudita laudis.* Si enim vituperiũ de ſeipſa audiſſet: in magnam lætitiam, vt inquit ſanctus Bernardinus in ſermone annunciationis. proſilijſſet Delectabatur. n. habitare in valle profundæ humilitatis, in qua non ſolum profluuium ſancti ſpiritus recepit: ſed etiam lilium paradiſi generauit, quod Can. 2. inquit. *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Dicitur enim Chriſtus lilium conuallium: quia natus eſt de matre humili, quæ fuit conuallis. Sed tamen in plurali ponitur, conuallium: quia omnes ſpecies humilitatis in ea fuerunt. In hac quoque valle humilitatis accenſus fuit calor diuini amoris, in valle. n. ſolet eſſe lux cæli feruentior, quàm in montibus, tribus de cauſis: prima eſt; quia ignis non attenditur niſi in ſpiſſo, & humido aere, in montibus autem eſt aer ſubtilis; in valle vero ſpiſſus, & humidus: alia eſt quia in montibus aer ſubtilis ex ſui leuitate huc, illucque impellitur; & ſic frigidus inuenitur. tertia eſt quia radij ſolis ad latera montium deſcendentes ſeſe reſiliendo percutiunt, & calorem mul-

tiplicant.

Maria humilis in ſigno.

Humilitas eſt magis meritoria, vbi ſunt plures occaſiones ſuperbiendi.

Expo illud Luc. 1. Turbata eſt in ſermone eius.

Digitized by Google

tiplicant. I[...] igitur valle humilitatis virgineæ fuit accenſus ardor amoris, qui cauſabatur ex humid[itate] ſuæ pietatis, & ex tranquillitate mentis, & exagitatione diuerſæ virtutis. Quarto habuit humilitatem in facto, quando Eliſabeth cognatæ ſuæ obſtetricis officium impendit, aptans filium, lauanſque vtenſilia domus, aptans lectam; & cætera vilitatis officia exercendo; atque ſeruiens ipſa, quæ erat domina ancillæ ſuæ, & mater Domini matri ſerui famulando. De quo Ambroſ. ſuper Luc. ait: *Abijt Maria in montana, non quaſi incredula de oraculo, nec quaſi incerta de nuncio, nec quaſi dubitans de exemplo, ſed quaſi læta pro voto, religioſa pro officio, feſtina præ gaudio.* Et infra: *Manſit autem cum Eliſabeth quaſi tribus menſibus: quæ enim propter officium venerat, inhærebat officio.* Ex quo demonſtrabatur eius profunda humiliatio.

Maria humilitas honorata.

Scriptum eſt enim in c. ſi quis. de pœni. di. 2 *Exercitia humilitatis ſunt, ſi ſe vilioribus officijs ſubdat, & miniſterijs indignioribus tradat.* Secundo principaliter in hac parte dico, quòd humilitas beatæ virginis fuit honorata. Eſt enim humilitas coacta; ſpontanea; & honorata. Humilitas coacta etſi de ſe non ſit meritoria, habet tamen meritum, quando ipſa neceſſitas vertitur in virtutem. & hæc fuit humilitas Ioſeph: de quo dicitur per Pſ. 104 *Humiliauerunt in compedibus pedes eius.*

Humilitas honorata quæ ſit.

Humilitas vero ſpontanea; etſi de ſe ſit meritoria; habet tamen intra ſe cauſam vnde generetur, iuxta illud Micheæ 6 *Humiliatio tua in medio tui.* Humilitas autẽ honorata, eſt quæ nullam habet coactionem, nec huiuſmodi occaſionem. Sed quanto plus talis extollitur, tanto magis ad humiliora prouocatur: & hæc fuit humilitas Dauid; qui in ſublimitate regia conſtitutus, dicebat 2. Reg. 6. *Ludam, & vilior fiam plus, quàm ſum; & ero humilis in oculis meis.* Talis fuit humilitas Mariæ, quæ honorata ab Angelo, qui eam ſalutauit: à patre cæleſti, qui eam ab æterno in ſponſam elegit: à ſpiritu ſancto, qui in ea ſuperuenit: à filio Dei, qui de illa carnem aſſumpſit: à toto mundo, qui eam beatam proteſtatur, & dicit; ipſa tamen de ſe humilia ſentiens, ſe ancillam appellauit. Quod admirans Ber. ſuper Miſſus eſt, ait: *Quæ eſt iſta ſublimis humilitas, quæ honori cedere neſcit: inſoleſcere gloria non nouit? Dei mater eligitur, & ancillam ſe nominat. Nõ magnum eſt humilem eſſe in abiectione; magna vero prorſus, & rara virtus humilitas honorata.*

Maria humilitas virtuoſa.

Tertio dico, quòd eius humilitas fuit valde virtuoſa; quia ipſam Dei ſponſam fecit, ac thalamum Chriſti, & habitaculum ſpiritus ſancti, atque vniuerſo mundo ſalutem attulit. Et hoc eſt quod Auguſt. in quodam ſermone ait: *O vere beata Maria humilitas, quæ Deum, & hominem hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cælos innouauit, mundum purificauit: paradyſum aperuit, & hominum animas ab inferis liberauit. O vere inquam glorioſa Mariæ humilitas; quæ porta cæli efficitur, ſcala paradiſi conſtituitur. Facta eſt certe Maria ſcala cæleſtis: per quam Chriſtus deſcendit ad terras.* Ber. quoque vbi ſupra, ait: *Si Maria humilis nõ fuiſſet, ſpiritus ſanctus in ea non requieuiſſet: quia ſcriptum eſt: Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem, & quietum & trementẽ ſermones meos? Porro ſi ſuper eam non requieuiſſet; vtique filium Dei non concepiſſet. Igitur vt de ſpiritu ſancto conciperet, humilitas fecit. Nam etſi ex virginitate placuit: tamen ex humilitate concepit. vnde conſtat quòd vt etiam placeret virginitas, procul dubio humilitas fecit: laudabilis virtus virginitas, ſed neceſſaria magis humilitas* hæc ille. Chryſ. etiam in quodam ſer. *Numquam beata virgo ſuper omnes angelos glorificata aſcendiſſet, niſi prius infra homines humiliata deſcendiſſet. Quia igitur glorioſa virgo ſubleuanda erat ad tantam celſitudinem dignitatis; ideo fundamentum fecit ſibi profundiſſimæ humilitatis.* Ait enim Auguſt. in lib. de verbis Domini. *Cogitas magnam conſtruere fabricam celſitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis.* Electa ergo fuit ad filij Dei maternitatem, quia dignam ſe fecit per eximiam humilitatem. Vnde Græcus expoſitor ſuper illud Luc. 1. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ,* ait: quaſi diceret: *Ipſe preuidit, ego non expectabam; humilibus eram contenta. Nunc vero ad ineffabile conſilium elegor, & exaltor de terra ad ſydera.* Hæc quoque veritas colligitur ex dictis Auguſt. in ſermo 2. de natiuitate virginis, qui inquit: *Dic mihi quaſo tam ſancti ſanctorum mater, quemadmodum myrrhini odoris, & niuei coloris lilium conuallium ſine ſucco humana propaginis, & ſine imbre carnalis ſeminis in ſinu Eccleſiæ germinaſti. Dic mihi quaſo vnica mater, quib. manib. vel quo Deitatis articulo in vtero tuo formatus eſt Dei filius, cuius Deus ſolus eſt pater. Dic obſecro te per eũ qui te fecit, vt ipſe fieret in te. Dic inquã mihi, quid boni egiſti, aut quantum præmiũ obtuliſti; per quas poteſtates ambiſti. quos patronos adhibuiſti: quæ ſuffragia præmiſiſti, quo ſpiritu, vel qua cogitatione ad hoc vt conciperes perueniſti, vt virtus, & ſapientia patris, quæ attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, totus vbique manens, & ſine vlla ſui mutatione in tuũ tranſiret caſtellũ, caſtum tui ventris incolume ſeruaret, vt ingrediens non læderet, exiens incolume cuſtodiret. Dic mihi quaſo quo medio ad hoc perueniſti. Et illa: Quæris à me quod obtu-*

Illic virgo mortem concepit; hic virgo vitam generauit. Illic vir per virginem ruit; hic vir per virginem ſtetit. Illic ruina mortis: hic triumphus victoriæ.

3 *Ratio ex parte humani generis.* Tertia ratio ſumitur ex parte humani generis; Humanum quidem genus coniugijs ſeruiebat, & inhærebat, & virginitatem ſeruare, nec meritum, nec honorem eſſe credebat; & ideo Chriſtus de virgine naſci voluit, vt oſtenderet quanti ſit meriti virginitas, quantique præmij, & honoris; quam non ſolum veneratur Deus, ſed etiam Imperator terrenus, qui ait in l. ſi qua. C. ad Senatuſconſul. Orfi. ipſi pudicitiæ quam ſemper colendam cenſemus & in §. illud i aut qui mo. na. eſ. legi inquit: *Nos enim caſtitatis ſumus amatores.* Ipſa enim animas Deo repræſentat, vt dicitur in. § ſancimus. in aut. de leno & per gl. in aut de mon. §. penul. col. 1. Et hanc rationem tangẽs venerabilis Beda inquit: *Naſciturus in hoc mundo Dominus matrem virginem elegit, vt virginitatis decus ſibi oſtenderet eſſe gratiſſimum,* & Hieronym. ad Euſtoch ait: *Dei filius ingrediens mundum nouam ſibi familiam inſtituit, vt qui in cælis habebat Angelos, haberet proximos in terris Virgines.* Idem quoque Hierony. ad Nicolaum ſcrib. *virginitas theſauro nobiliſſimo, ſcil. est auro, viduitas argento; matrimonium vero ferro comparatur.* Et ad Nataliã; *Virginitas purpura eſt regalis, qua quiſq; is inuentus fuerit, cunctis eminentior erit.* Et Damaſ ait: *Quanto Angelus homine ſuperior eſt, tanto virginitas eſt nuptijs honorabilior.* Eſt enim tanti meriti; quod cum caſtitas coniugalis habeat fructũ trigeſimum; & vidualis ſexageſimum; virginalis tamen habet centeſimum. Secundo oſtendit Chriſtus quanti ſit præmij & honoris virginitas; cum Apoc. 12. deſcribitur mulier, quæ figurat beatam virginem: habens 12. ſtellas in capite, & Lunã ſub pedibus, quæ veſtita erat Sole; & in vtero habebat ſcilicet diuinum ſplendorem, vbi oſtendit quòd virgines beatas ornat a ſuperiori, quod denotatur per coronam 12. ſtellarum. ornat etiã ab inferiori, quia ſub pedibus ſuis habent Lunam, id eſt mutabilem mundum: ornat ab exteriori, quia habebit corpus immortalitate veſtitum. ornat ab interiori; quia habebunt animam glorificatã.

4. *Ratio ex parte operis Dei.* Quarta ratio ſumit ex parte diuini operis, opera enim Dei debent eſſe perfecta Deut. 32. Cum autem feceri hominem ſine homine, & fœmina; ſicut fuit Adam; & fecerit hominem ſine fœmina, ſicut Euam; & quotidie faciat homines de viro, & fœmina ergo vt omnis poſſibilis perfectio in eius operibus reperiretur, congruum fuit, vt faceret aliquem hominem de fœmina ſine viro, ſcilicet Chriſtum de virgine Maria. Aliter fuiſſet Deus diminutus in operib ſuis. contra l. 2. §. ſed quia diuinæ. C. de vete. iu enu. Quoad ſecundam conſiderationem quæ dicitur probabilitatis. Dico quòd beatam Mariam perpetuam ſeruaſſe virginitatẽ probari poteſt, primo teſtimonijs, ſecundo myſterijs, tertio exẽplis, quarto miraculis, quinto figuris.

Virginitas Mariæ probatur tribus partibus.

1 *Teſtimonijs.* Primo teſtimonio Dei, q dixit per prophetam Eſa. 7. *Ecce virgo concipiet; & vocabitur nomen eius Emmanuel.* quod eſt interpretatũ, nobiſcum Deus. Item teſtimonio Angelis Matth 1. qui ait Ioſeph de virgine Maria. Quod in ea natũ eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Itẽ teſtimonio hominis fide digni; duæ autem erant perſonæ antiquitus dignæ fide, ſcilicet propheta, & ſacerdos. Oſtenditur ergo teſtimonio prophetæ Hiere 31. dicentis: *Nouum faciet Dominus ſuper terram. fœmina circundabit virum.* Item teſtimonio Zachariæ ſacerdotis. Nam ſicut dicit Orig ſuper Mat. In templo erat quidam locus ſacratus, ſolis virginibus deputatus ad orandum; & cum beata Maria poſt partum ibidem cum cæteris virginibus adoraret; & ſacerdos templi eam pepelleret. Zacharias ſacerdos, pater Ioannis Baptiſtæ, eam defendebat, aſſerens eam virginem pepetiſſe; propter quod Iudæi indignati ipſum inter templum, & altare occiderunt.

2. *Myſterijs.* Secundo oſtenditur eius virginitas multis myſterijs; primò virgæ Aaron, quæ miraculoſe floruit, & fructum fecit, vt habetur Num. 17. vnde Ber. in quodam ſer ait: *Nec virga virorẽ floris laſit emiſſi; nec virginis pudorem ſacri partus editio* & ibidem: *hæc eſt virga ſublimis, planta cæleſtis, ſanctior vniuerſis, quæ verticẽ ſanctũ erexit vſq; ad Deũ maieſtatis, quia multum in profundũ miſerat radices humilitatis: hæc eſt virga Ieſſe, & flos campi filius eius: ad modum enim campi. ſine omni humoris adminiculo virginis aluus floruit.* hæc ille. Secundo oſtenditur myſterio portæ, quæ ſoli Domino fuit aperta; cæteris autem clauſa Ezech. 44 de qua Auguſt. in ſerm de natiuitate Domini ait: *Quid eſt; porta hæc erit clauſa; niſi quia Maria ſemper fuit intacta; & quid eſt; vir non tranſibit per eam, niſi quòd Ioſeph non cognouit eam. Et quid eſt, Dominus ſolus intrat, & egreditur per eam; niſi quod ſpiritus ſanctus fœcundauit eam; & dominus Angelorum naſcetur per eam; & quid eſt clauſa erit in æternum; niſi quia Maria virgo eſt ante partum, in partu, & poſt partum,* hæc ille. Tertio oſtenditur myſterio velleris de cælo perfuſi, vt habetur Iudic. 6. de quo Bern in quodam ſer ait: *Quid Gedeonis ſignificat vellus; quod vtiq; fuit tonſum de carne, ſeu ſine vellere carnis, niſi carnem aſſumptam ſine detrimento virginitatis?*

3 *Exemplis.* Tertio principaliter oſtenditur eius virginitas

Digitized by Google

exemplis. ponit autem Auguſt. in quodam ſerm. tria exempla dicens: *Qui lapideas ſcribat tabulas ſine ſtylo ferreo, ipſe ingrauidauit Mariam ſpiritu ſancto & qui produxit panes in eremo ſine aratore, ipſe parere fecit virginem ſine corruptione: & qui fecit virgam ſine pluuia germinare; ipſe fecit filiam Dauid ſine ſemine generare.* Alia quoque ſunt exempla. Primũ eſt corporis glorificati; quia corpus Chriſti glorioſum clauſo ſepulcro exiuit, & ad diſcipulos clauſis ianuis intrauit: & eodẽ modo clauſo virginis vtero exiuit. vt ait Greg. in ho. paſchal. Et ita tollitur argumentum, quod fieri poſſet ſecundum philoſophum. 4 Phyſic. Duo corpora nõ poſſunt eſſe ſimul in eodem loco; ergo Chriſtus exiens de ventre matris debuit frangere clauſtrum virginitatis; Quia reſpondetur, quod iſte egreſſus fuit miraculoſus, & non naturalis. Et vt inquit beatus Tho. in 4 di. ar. vl. *Chriſtus naſcens habuit dotem ſubtilitatis.* vnde Auguſt. in quodã ſer. ait: *Sicut Chriſtus exijt de ſepulcro clauſo, ita natus eſt de virgine clauſo virginitatis clauſtro.* Secũdum exemplum eſt ſyderis, de quo Ber. in quodam ſerm. ait: *Nec ſyderis radius ſuam minuit claritatem; nec virginis filius ſuam integritatem.* Tertium exemplum eſt apis: nam ſi apis ſecundum Ambroſ. mellificat, & filios generat ſine commixtione; multo fortius virgo Maria generare potuit ſine corruptione. Quarto principaliter oſtenditur eius virginitas miraculo radij procedentis ex facie virginis. Dicit enim quædam glo. ſuper illud Matth. 1. *Non cognoſcebat eam donec peperit* &c. quòd Ioſeph Mariam facie ad faciem videre non poterat; quam ſpiritus ſanctus in conceptione penitus impleuerat. Ideoq; quam deſponſauerat in facie non cognoſcebat, donec vtetus eius euacuaretur. Si igitur beata Maria ſic erat fulgida in facie, manifeſtum eſt quòd erat fulgidior in ventre & fulgidiſſima in mente. Quinto oſtenditur figura, ſiue figuris, & ſimilitudinib. quas quas ponit Orig. ſuper Matt. dicens: *Sicut rubus comburi videbatur, & ignis eum non tangebat. Exo. 3 & ſicut tres pueri in camino ignis ardentis nõ ardebant Dan. 3 & quemadmodum Daniel intra lacum leonum incluſo, oſtijs non apertis allatum eſt prandiũ ab Abacuc, Dan. 6. ita & hæc ſancta virgo genuit Deum, & immaculata, atq; integerrima in virginitate permanſit.* Aliam quoque figurã aſſignate poſſum. Dan. 2. ſ. de lapide exciſo de monte ſine manibus. Quoad tertiam principalem cõſiderationem de dignitate virginitatis B. Mariæ eſt ſciendum, quod multas habet prærogatiuas eius virginitas. Prima eſt quòd fuit integra in anima, & corpore, & ſpiritu: iuxta illud 1. ad Theſ. *Integer ſpiritus veſter, anima, & corpus ſine querela in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.* Ipſa enim prudentiſſima, atq; ſapientiſſima virgo ſciebat veri eſſe illã ſententiam in lib. de ſummo bono d. *Nihil valet mundum eſſe corpore, qui pollutus eſt mente.* Et Hiero in lib. contra Iouinianum, qui ait: *illa virginitas hoſtia Chriſti eſt, cuius nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculat.* Et iterum ad Euſto ſcribit: *Virginitatis diffinitio eſt ſanctum eſſe corpore & ſpiritu: quia carnẽ virginem habere non proficit, ſi mentem quis nupſerit.* Quia etiam nouerat quod vt ait Aug. in lib. de virgin. *Virginitas eſt in carne corruptibili perpetua incorruptionis meditatio*, & quod glorioſa eſt virginitas illa, quæ eſt mente, & corpore. 32 q. 5 c. ſicut enim. Ideo mater Domini virgo illibata habuit integritatẽ corporis; quia illud ſemper illibatum ſeruauit. Nec huic obſtat quod dicit Io. 2. ſ. quod deſcendit Capharnaum ipſe, & mater eius, & fratres, & diſcipuli eius. Ex quo videtur quod B. virgo habuerit alios filios, fratres Chriſti: quia reſpondetur, quod nomine fratrũ intelliguntur germani. Vnde Paulus ad Gal. 1. ait: *Alterum autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobũ fratrem Domini;* qui erat nepos virginis de ſorore & Abraam & Loth dicunt fratres Gen. 17 quia erant conſanguinei, & ita accipitur nomẽ fratris in c. quædã lex. 35. q. 3. fraternitas enim accipit multis modis, vt declarat Ioã. And. in c. Ioannes de reg. & Archi. in c. ad mẽſam, 12. q. 3. Ioſeph quoq; dicitur pater Saluatoris Luc. 2. nõ quod eum genuerit: ſed quia erat putatiuus pater, & nutritiuus eius. Habuit etiã B. virgo Maria integritatẽ animæ: quia nũquam vel modica cogitatio illicita in eius animam intrauit. Integritatem quoq; ſpiritus: quia nũquam à Deo per aliquod peccatum ſeparata fuit, nec aliquod veniale peccatum commiſit. Ideo dicitur ei. Can. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Secunda prærogatiua eſt, quia eius virginitas fuit prima Deo dedicata. vnde Bernard. in quodam ſermon ait: *Si precia rerum penſamus de charitate, ſuper omnes illa fuit, quæ propoſuit in terris angelicam vitam ducere. Et vero propoſitum virginitatis immobile, quod nec aliquatenus titubauit Angelo filium promittente.* Quia igitur quantò aliquis aggreditur negocium difficilius, tanto virtuoſior comprobatur. Nam virtus eſt circa bonum, & difficile 2. Ethicor. Ideò cum vt ait Hieron. ad Euſto. *In carne præter carnem viuere, non terrena vita ſit, ſed cæleſtis* vnde inquit Ambr. ſ. quod ſupergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ per quam homines Angelis aſſimilantur. Profectò apparet be-

Chriſtus naſcendo habuit dotem ſubtilitatis.

5. Figuris.

Dignitas virginitatis Mariæ apparet ex eius prærogatiuis

1. Prærogatiua.

Soluitur obiectio de fratribus Chriſti. Ioan. 2.

2. Prærogatiua.

Digitized by Google

ret benedictæ matris Dei excellentia, quæ prima omnium hanc ſupra humanam [illegible] cœleſtem vitam inchoauit, & aggredi auſa eſt. Maior enim eſt difficultas viam virtutis [illegible] aperire, vbi omnes contra [illegible] quam vbi omnes eam obſeruant. Sicut eſt magis difficile ieiunare in vna domo, in qua [illegible] omnes pluribus vicibus in die voluptuoſe & ſplendide comedunt; quàm vbi omnes ſatis [illegible] iuxta illud Ouid. 2. de reme. amo. *Non facile eſuriens poſita retinebere menſa. Et multum ſaliens incitat vnda ſitim.* Item facile eſt habenti bonum ductorem præcedentem ſequi illum per rectum iter; difficile vero eſt iter inconſuetum peragere ſine ductore. Et ideo cum beata virgo omnes cerneret nubere, & ſolum ad generationem filiorum intendere, & maledictas ſteriles reputare, atque virginitatem in opprobrium habere: maxima eius virtus fuit per hanc inſolitam & arduam viam incipere ambulare: & vſque ad finem perſeuerare, & tot millia virginum ad contemnendum omnes mundanas delitias, & hanc viam difficilem aggredi inducere. Vnde merito virgo virginum eſt appellata. quia quod eſt cauſa aliorum vt ſint talia, illud eſt maxime tale 2 Metaphyſi. Quia etiam maioris eſt meriti facere aliquid boni ex voto, quam ſine voto, ſecundum Theol. in 4 diſt. 38. maxime Rich. ibidem ar 2. quæſt. 6. canoniſtas in c. licet. extra de voto. & Thom. 2. 2. qu. 88. art. 6. Ideo virginitas beatæ Virginis, quam ex voto ſeruauit. vt in c. beata Maria 27. qu 2. fuit excellentiſſimi meriti. Et quoniam ipſa votum virginitatis ante omnes alios emiſit; recte per amygdalum figuratur, inter alias arbores prius flores emittentem: ideo de illa dicitur: *Adducentur regi virgines poſt eam*: poſt eam quidem tempore, quia ante ipſam nulla, poſt eam vero multæ aliæ virginitatem deuouerunt. Item poſt eam exemplo: quia omnibus exemplum ſeruandæ virginitatis exhibuit. Item poſt eam dignitate: quia virginitatem cum fœcunditate ſeruauit poſt eam etiam vtilitate, quia ſua virginitate totum mundum ſaluauit. Tertia prærogatiua eſt: quia habuit virginitatem transfuſam; quæ in alios transfundebatur. Nam quamuis pulcherrima fuerit; tamen à nullo vnquã potuit concupiſci: quia eius puritas corda omnium penetrabat, & omnes motus illicitos in eis extinguebat. Vnde de illa dicere poſſumus id quod de filio eius dicitur Lucæ 6. ſcilicet virtus de illo exibat, & ſanabat omnes: & ideo comparatur myrrhæ, & cedro: quia ſicut odor myrrhæ fugat vermes, & odor cedri expellit ſerpentes: ſic & odor ſuæ virginitatis de aliorũ cordibus expellebat motus brutales.

Quarta prærogatiua eſt; quia habuit virginitatem fœcundam. Nam fuit mater, & virgo: quod quidem nulla vnquam habuit. vnde Sedulius poeta ait: *Salue ſancta parens, enixa puerpera regem, Qui cælum terramq; regit per ſecula, cuius Numen, & æterno complectens omnia gyro, Imperium ſine fine manet, quæ ventre beato Gaudia matris habens cum virginitatis honore. Nec primam ſimilem viſa es, nec habere ſequentem. Sola ſine exemplo placuiſti fœmina Chriſto.* 4. Prærogatiua.

Quinta prærogatiua eſt: quia habuit virginitatem ornatam. Ipſa enim tanquam virgo prudens lampades ſuas, ſcilicet corpus, & animam ornauit oleo pietatis, lichino puritatis, lumine veritatis, & igne charitatis. Ideo Eccleſ. 24. ipſa inquit: *Ego mater pulchræ dilectionis*: ecce ignis charitatis; *timoris*: ecce lichinꝰ puritatis; quia ſicut dicitur Eccl. 1. *Timor Domini expellit peccatum. Et agnitionis*; ecce lumen veritatis. *& ſanctæ ſpei*; ecce oleum pietatis: Quod in cordib. noſtris infundere dignetur ipſa virgo piiſſima, cuius piis orationibus noſtra ſit ſemper anima recommiſſa, Amen. 5. Prærogatiua.

DE DONIS SPIRITVS Sancti,

QVAE HABVIT EXCELlentiſſimè ipſa virgo benedicta.

ET PRIMO DE DONO ſapientiæ, & intellectus: quo in diſputatione cum diabolo facta illum per omnia ſuperauit.

SERMO QVINTVS.

Gratias ago Deo ſuper inenarrabili dono eius 2. ad Cor 9. Inquit Albertus ſuper Miſſus eſt ca. 97. Quod ſeptiformis plenitudo gratiæ per ſepiiſſimum

minum donorum gradus diſtributa: ſuper omnes excellẽtiſſime ſuit in matre ſaluatoris noſtr. hoc autem ſic probatur dicens: ſicut ſe habet virtus ad virtutem, ita ſe habet donum ad donum: ſed virtutes in beatiſſima virgine excedunt omnes virtutes viatorum. vt ſupra patuit, ergo & dona eiuſdem beatiſſimæ virginis excedunt dona omniũ viatorum. hæc autem dona ſpiritus ſancti connumerantur Eſa. 11 vbi dicitur: *Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini: ſpiritus ſapientiæ, & intellectus: ſpiritus conſilij & fortitudinis; ſpiritus ſcientiæ & pietatis: & replebit eum ſpiritus timoris Domini* Quod autem donum ſapientiæ, quod eſt primum ipſorum donorum, fuerit in beata virgine, probat idem Alb. vbi ſupra e ſequenti dicens; *vbi humilitas, ibi ſapientia.* vt dicitur Prouer. 11. & Pſal. 18. inquit Dauid de Deo: *ſapientiam præſtans paruulis*, id eſt, humilibus, ergo vbi maior humilitas, ibi maior eſt ſapientia: & vbi ſumma humilitas, ibi ſumma ſapientia. Sed in beatiſſima virgine fuit improportionabilis humilitas: ergo & incomparabilis ſapientia fuit in illa. Vnde Bern. in quadam ſerm. ait: *Quid de Deo non ſapiebat, in quo Dei ſapientia latebat? Chriſtus, vt ait Apoſtolus, eſt Dei virtus & ſapientia, ergo omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei in Maria fuerunt. Et ideo profunda, & occulta Dei myſteria cognouit ſuper intellectum humanum, angelicum, et Apoſtolicum.* Ex qua auctoritate patet, quod beata virgo non ſolum habuit ſapientiam incomparabilem: ſed etiam donum intellectus ſuper omnes creaturas excellentius.

Maria habuit donũ intellectus excellẽtius præ omnib. prophetis.

Primo enim cognouit ſuper omnem intellectum humanũ; quia præ omnibus prophetis maiora, & meliora Dei myſteria; & maiori, & meliori modo ſibi reuelata fuerunt ipſa enim ea cognouit non tantum audiendo per inſpirationem, iuxta illud Pſalm. 84. *Audiam quid loquatur in me dominus Deus* : & non tantum videndo per ſpeculationem, iuxta illud primæ ad Corint. decimotertio. *videmus nũc per ſpeculum in ænigmate*: ſed etiam guſtando per experientiam, iuxta illud Prouerb vltimo *Guſtauit & vidit, quoniam bona eſt negociatio eius.* Item odorando per deuotionem, iuxta illud Can quarto. *Odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata* Iſti autem duo modi totaliter diſtinguuntur: quoniam deuotio, quæ eſt circa Chriſti humilitatem, comparatur guſtui, ſecundum illud Ioan. ſexto *Qui manducat meam carnem, &c.* Deuotio autem, quæ eſt circa diuinitatem, aſſimilatur odoratui, nam faucibus ſapores corporum; naribus vero odores ſpirituũ diſcernuntur.

Maria cognouit myster. incar. Dom. super omnes angelos.

Secundo cognouit diuina myſteria, maxime incarnationis Dominicæ ſupra intellectum Angelicum Nam illud myſterium cognouerunt ſuperiores angeli à Deo immediate per inſpirationem Medij autem cognouerunt a ſuperioribus per reuelationem, & inferiores à medijs. Aliqui etiam ex eis cognouerunt ab Apoſtolis per prædicationẽ. vnde ſuper illud ad Ephe tertio, vt innoteſcat principibus, & poteſtatibus per eccleſiam multiformis ſapientiæ Dei. Dicit gloſſ. quod angelicis ſpiritibus per prædicationem Apoſtolorum aliquid accreuit Et Hieronymus in quodam ſermon. ait, quòd angelicæ dignitates myſterium incarnationis plene non cognouerũt: donec fuit Chriſti paſſio conſummata, & per mundum prædicata. Virgo autem Maria illud myſterium dupliciter cognouit primo per Angelicam annunciationem: Angelus tamen neſciuit ſibi reuelate modum incarnationis; ſed tantum annunciauit, vt dicit Bernard. ſuper Miſſus eſt: in perſona Angeli dicens: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, id eſt *ſuper Angelos, & omnem creaturã, in te veniet; & ideo me non interroges: quia ſuper me eſt: & non potero ad illum; aſcende igitur, & ne ſteteris inter Angelos; quia paululum cum tranſieris: eum inuenies, quem diligit anima tua.* Secundo cognouit per diuinam inſpirationem. Vnde Bernar. ſuper Miſſus eſt ait: *Modum, quo de ſpiritu ſancto concipies; Dei virtus, & ſapientia Chriſtus in ſecretiſſimo conſilio ſic obumbrando conteget, & occultabit; vt ſibi tantum notus habeatur, & tibi. Scies vt q., ſed illo doctore, quo & autore Non enim doceri poteſt niſi à donante, nec poteſt addiſci niſi à ſuſcipiente* Tertio cognouit per beatam experientiã. Vnde Bern. vbi ſupra, ait: *Quis enim, excepta fortaſſis illa, quæ hac ſola experiri meruit, intellectu capere poſſit, qualiter ille ſplendor inacceſſibilis virgineis ſe viſceribus infuderit? Et forte ideo dictum eſt, obumbrabit tibi : quia quod ſola per ſe Trinitas in ſola, & cum ſola virgine voluit operari, ſoli datum eſt noſſe, cui ſoli datum eſt experiri; ac ſi dicat Angelus Quid à me requiris, quod in te mox experieris?* Et idem iterum inquit : *Nemo vnquam ſicut beata virgo, guſtauit quam ſuauis eſt Dominus; licet de ſanctis dicatur per Pſal. 35. inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Nec mirum, quoniam apud eam, imo & intra eam erat fons vitæ* Dicit autem Symmach. i. epiſtolam, *Gratius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.* Quarto cognouit cœleſte myſterium ſuper intellectum Apoſtolicum; quia docuit totam congregationem Apoſtolicam, & vniuerſam Eccleſiam de ſecretis myſterijs Dei, & maxime incarnatio-

natio-

Digitized by Google

nationis Chriſti, vt inquit Hieronym. in ſermone ad Euſto. Quinto habuit intellectum illuminatum ſuper omnem intelligentiam. & aſtutiam dæmonum; quod vt melius pateat: videbimus in hoc ſermone diſputationem factam inter ipſum dæmonem, & beatam virginem. In quo tria conſiectabimus. Primo ſecretam contentionem, & inſidiationem ipſius dæmonis Secundo iudiciariam altercationem. Tertio vero diffinitiuam ſententiam.

PARS PRIMA HVIVS ſermonis de ſecreta contentione, & inſidiatione, quam fecit diabolus virgini benedictæ.

HVmani generis inimicus dolens naturam humanam ad illas beatiſſimas cœlorum manſiones debere exaltari, à quibus ipſe per ſuperbiam fuerat deiectus; conuocato omnium malignorum ſpirituum concilio propoſuit, vt vnuſquiſque cogitaret quomodo humanum genus poſſet in priſtinam redigere ſeruitutem: vnde exurrexit quidam fraudulentus machinator, atque inter omnes dæmones verſutior, qui dixit: Noſtis naturam mulieris debiliorem exiſtere, quam naturam viri; atque ad recipiendum deceptiones proniorem, leuiter enim credũt mulieres, maxime puellæ iuxta illud Ouid. in Epiſt. *Credulitas damno ſemper ſolet eſſe puellis.* habent etiam cor ad mutabilitatem pronum, & inſtabiles ſunt in bono propoſito vnde Iacobus Beneuentanus ſup l. 11. dicit: *Mobile cor cunctis: & mẽs eſt vana puellis Firmum propoſitum fœminæ nulla gerit* vnde & mulier à mollicie mentis appellata eſt, vt dicitur in §. ſed illud 32. quæſt. 7. Ideo Virg. in 4 Æneid. ait: *varium, & mutabile ſemper fœmina.* vnde dicitur quod mulier eſt mobilis, & momentanea in voluntate. l. fi. C. qui petant tu. & l. lex quę in fi. C. de admi. tu. ex quo faciliter decipi poteſt Quod principio mundi nos experti ſumus, qui primam matrem omnium Euam faciliter ſeduximus: & per ipſam virum ſuum ad inobedientiam Dei traximus. vt habetur Gene. tertio. Nunc ergo hoc eſt conſilium meum, vt videamus ſi poſſimus ad voluntatem noſtram trahere illam iuuenculam virginem in templo morantẽ, quæ Maria dicitur, quam omnes tanquam ſanctam venerantur: ipſa enim incipit culturam caſtitatis, quæ replet paradiſum, ſicut matrimoniũ replet terram. vt in ca. nuptiæ. 32 quæſtio. prima. Quapropter niſi cito prouideamus, totam ſectam noſtram ad nihilum rediget: quod ſi ipſam deceperimus, alios faciliter homines ad voluptates, & vitia protrahemus. Ipſaquè mediante, quoſcunque etiam fortiſſimos viros decipiemus: deſtructo enim principali, corruit omne acceſſorium. l. ſi nemo. ff de teſta. tu. & l. quam. C de fidei com. Hoc igitur cum placuiſſet conſilium, omnibus, dixerunt illi ſerpenti verſuto. Tu quia hoc ad inueniſti conſilium, & nobis omnibus ſapientior es, vade ad eam, & illam machinationibus tuis, & inſidijs decipe Ille igitur dæmon peſſimus, & eo uberius tortuoſus, aſſumpta forma cuiuſdam ſancti Eremitæ perrexit ad templum, atque beatam virginem orantem inuenit: Cui & dixit: valde compatior tibi O pulcherrima atque nobiliſſima iuuenis; quia florem tuæ iucundiſſimæ iuuentutis amittis, atque in continua Dei offenſa perſiſtis: præcepit enim Deus in principio creationis mundi illud, quod habetur Gen. 2. dicens; *Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã.* Item Deuter. 7, *Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus tam in hominibus, quam in iumentis.* Tu ergo quæ vis ſeruare virginitatem; nolens populum *Dei* accreſcere, à Deo maledicta eris. ſecundum enim legem maledicta eſt ſterilis, quæ non relinquit ſemen ſuper terram. Deuteron. 21. vt etiam dicitur. 32. q 4 § his ita. Conſulo ergo tibi O dilectiſſima puella, ne votum illud virginitatis ſeruare velis. ſed matrimonium cum aliquo pulchro iuuene contrahere non differas, nam matrimonium eſt Deo gratum, quod inter d… dicitur quandam immortalitatem humani generis, l. lege duodecim tabularum C. de legi … vnde hortor, vt ad honorẽ Dei ex matrimonio, quo nihil eſt vtilius hominibus, vt in aut de … & ea quæ parit. § hæc nos. aliquos filios generare procures: maximum enim & præcipuum munus fœminarum eſt concipere, & tueri conceptum l quæritur. §. ſi mulier. ff de ædili. ed. c & mulieres tantum natæ ad hoc vt pariant, & in hoc tota voluntas earum conſiſtit l. 2. C. de indi. vid. tol ideo dixit Deus Exodi 23. *Non erit ſterilis in terra tua* Cognoſcens autem beata virgo quod ſub agni ſpecie rapaciſſimus lupus infernalis latebat; eleuabat mentem in oratione ad *Deum*, rogans eum, vt quid maligno hoſti reſpondere deberet inſpirare dignaretur. ſtatimque ſpiritu ſancto in ore ipſius verba dictante, qui eos quos replet ſæpe multa contra intentionem propriam dicere com-

ſorem Beelzebub principem dæmoniorũ, eumque legatum ſuum facientes ad allegandum contra humanum genus; ad Chriſtum miſerunt, vt ſuis argumentationibus ablatum eis mundi dominium reſtitui faceret: illoſque in antiqua hominis poſſeſſione introduci procuraret. Veniens igitur Beelzebub ante tribunal Chriſti dixit: Æquiſſime iudex creator cæli, & terræ, qui dixiſti Math. 22. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo*: iube mihi reddi poſſeſſionẽ humani generis, quæ mihi iniuſte ablata eſt, Scis enim quod non remittitur peccatum; niſi reſtituatur male ablatum. c. peccatũ de reg. iur. li 6 & c. ſi res 14. q. 6. cum ſi. Cui reſpondit Chriſtus; Tu noſti ꝙ merita cauſarum partium aſſertione panduntur. l. 2. in fi. C. ſi per vim vel alio modo. & c. qualiter & quando. el 2. de accu. Et quod iudicantem oportet cuncta rimari; & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere. c. iudicantem, 30. qu 5. & quod debet audire aliam partẽ qui vult recte iudicare, c. 1. de cauſa poſ. & propr. non ergo iuſtum eſt vt homine non vocato, nec audito, illum tibi adiudicem l. nam ita diuus ff. de adop. & l. de vnoquoque ff. de re iudi. Tunc dæmon ait: Peto igitur O iuſtiſſime iudex, vt humanũ genus præcipias in ius vocari; cum ab ea parte ius incipiat, vt Inſti. de pœna. teme. lit. §. ſi extra de proba. ca. quoniã contra falſam. Cui reſpondit Dominus, De die agatur; Reſpondit autem dæmon, ad diẽ craſtinam fiat dilatio. Cui dixit Dominus. Tu bene noſti experientiam factis vt in l. 2. in prin. C. vt in poſ. lega. Et ſcias quod via longa eſt à terra vſq; ad cœlum: quam viam tu bene expertus es: dum per ſuperbiam tuam de cœlo noſtra auctoritate cecidiſti: quia ergo ad iudicem pertinet legitimũ terminum partibus ad comparendum aſſignare. vt ff. qui ſatiſ. cog. l. de die. in princ & ar. extra de iur. patro. c. cum autem & de offi. deleg c. de cauſis Ideo nos tibi, & humano generi feriam ſextã futuram aſſignamus ad comparendum. Et tunc præcepit Archãgelo Gabrieli, vt notificaret cum tuba ferrea, vt extra de appel. c. cum parati & C. de fer. l. dies. vt ad diem genus humanum veniat reſponſurum coram eo, & allegaturum, quare non debeat dæmonis dominio ſubiugari. Adueniente igitur die Veneris prædicta; volens Adam pro toto humano genere coram iudice comparere: quia vera eſt ſentẽtia poetæ Ouid. in epiſtolis dicentis: *Optima nam nullo cauſa tuente perit*: rogauit beatam virginem. vt pro eo aduocare dignaretur, dicens: O virgo virginum, tua interceſſione ſemel ego cũ meis poſteris à diabolica fuimus ſeruitute liberari. Quia ergo vt poeta inquit: *Non minor eſt virtus quam quærere, tueri*: veni obſecro, & nos à diabolicis inſidiis & falſis cauillationibus defende. Perrexit igitur aduocata humani generis ad tribunal filij: & ad dexteram eius eſt locata Dixitque ad filium: Audiui fili mi, humanum genus ad præſentiam veſtram fuiſſe vocatum; quare ſi eſt aliquis, qui contra illud velit allegare, aſſurgat. Tunc dæmon his auditis, demiſſa facie non audebat reſpicere in reginam cęli: quia qui male agit, odit lucem, vt inquit Saluator Ioan. 3 Et habetur extra di. offic. dele c. conſuluit. & no. ff. de ven. inſpi. l 1. circa medium.

Agitatur cauſa hũ. gen. ante Chriſtum iudicem, inter B. V. & dæmonem.

Virgo autem Maria ipſum dæmonem terribili oculo inſpiciens, irata voce dixit: O nequiſſime dæmon! modo dicas, quicquid habes dicere contra genus humanum: licet enim te poſſim repellere ab accuſatione, cum de teipſo dicere deberes, quod de alijs atteſtaris: quod eſt contra. l. in arenam in ti C de inoffic teſta & l quoniam. C. de hæt. Item quia es excommunicatus, & reprobatus à ſanctis, quo caſu non potes ſtare in iudicio agendo c. interdicimus de iudi Item quia es ſeruus pœnæ, vnde non potes agere in iudicio l. vix certis. ff. de iudi. & l. quod attinet. ff. de reg. iur. Item quia es infamis; vnde non potes eſſe procurator in iudicio, capitulo infames. & §. tria ſunt. 3. q. 7. & c cum deputati vbi Innocen. de iudi. maxime quia es factus infamis ex publico delicto, propter quod damnatus es, quo caſu etiam de iure ciuili non potes procurare. l 1 §. ait prætor. vbi Gulielm. de Cuneo. ff. de poſtu. Item quia es hæreticus, & ideo ab omni actu legitimo es repellendus. cap. excommunicamus. §. cupientes. de hære. & l. Manichæos. C. eo. tit Hæreticus enim dicitur ille, qui licet non male ſentiat de articulis fidei: tamen habet peruerſum dogma, vel prauas ſequitur, ſeu gignit opiniones, vt ait gl. penul. in cle. 1. de vſu. vbi Paulus. tex eſt in cap. hære. 30. di. in capitulo hoc autem ſcripſimus, & capitulo qui in eccleſia. 24 q. 3. Tamen vt magis appareat iniquitas tua; ſum parata omnibus tuis cauillationibus reſpondere Tunc dæmon iratus, cõtra beatam virginem, cœpit eam velle calumniari, & dixit: Obſecro iuſtiſſime Domine Deus, qui es ſummus iuſtitia, vt in capitulo omnis. 45. di. vt iſtam malefactricem non admittatis ad aduocandum; ſed eam puniatis, ſicut lex iubet. Mulier enim accipiens duos viros ſimul, puniri debet, vt in l eum qui duas. C. ad l. Iuliam de adul. hæc autem non ſolum accepit cœleſtem ſponſum, ſed etiam alterum ſumpſit, ſcilicet, Ioſeph. Reſpondit autem beata virgo Ego Ioſeph accepi caſtitatis meæ teſtem: Deum vero virginitatis meæ conſeruatorẽ.

Multo magis igitur debeo admitti, cum nulla infamia poſſim notari: & maxime cum pro miſerabili homine aduocare velim, quem iſte nequiſſimus dæmon ad ſuam conatur redigere ſeruitutem, quæ eſt contra iura naturalia, vt ff. de iuſti. & iu. l. manumiſſiones. Præterea illa prohibitio facta mulieribus, ne aduocent, eſt ratione ſeruandæ pudicitiæ, vt patet in dicto §. ſexum, hoc autem periculum in me eſſe non poteſt. Sum etenim illa de qua Prouerb. vlt. dicitur: *Mulierem fortem quis inueniet?* Et infra: *Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum, manumq; ſuam miſit ad fortia* Et ideo ceſſante cauſa ceſſat iuris diſpoſitio. c. cum ceſſante. de appel. & l. adigere § 1 ff. de iure pa. & hoc argumentum vendicat ſibi locum etiam ſi lex corrigeretur, vt ait glo. in l. 1 ff. de legi. tuto. Tunc dæmon reuoluens ſe ad Chriſtum, dixit: O domine non moueat te caro, & ſanguis tuus: Nec amor matris tuæ. arg. extra de præben. c. graue. & 8. q. 1. c. nihil & c. Moyſes. Nec contra me indigneris, ſi iuriſdictionem tuam refutabo. Scis enim quod valde periculoſum eſt coram ſuſpecto iudice litigare. l. apertiſſimi. C. de iudi. Ideo bonum eſt vt mater tua non ſit coram te aduocata, ipſa enim ex hoc redditur ſuſpecta; quia eſt genitrix tua, vt extra de appel. ca. poſtremo. & c. cum ſpeciali. & C. de aſſeſſo. & domeſti. l. domeſticus. Nolo ergo eam aduocare coram te: ne ad ſuam partem te trahat ratione affectionis Scis enim quod nemo debet iudicare in cauſa ſua, vel ſuorum. vt in l. qui iuriſdictionem, ff. de iuriſ. om. iu. in l. Iuli. ff. de iudi. l. penult. de arbi. l. vnica. C. ne quis in ſua cauſa. & c. inſinuante. extra de offi. deleg. Cum igitur mater tua dicat hanc cauſam eſſe ſuam, ideo de iure poſſum iudicium tuum declinare. Tunc beata virgo cum indignatione exclamans dixit; O ſceleratiſſime dæmon, iuſtiſſimum filium meum ſuſpectum in iudicando allegare præſumis; qui eſt Deus iuſtus, & iuſtitiam diligens. Pſal. 7. Qui non eſt acceptator perſonarum. Act. 10 & c. ſicut 32. qu. 4. & de conſe. diſt. 4. c. Nec quemquam, & c. vlt. 3 q. 9 & c. 2. 4. q. 4 & c. nouit. de iudi. facit. c. venerabilis. de præben. & digni. Qui eſt fidelis, & abſque vlla iniquitate, iuſtus & rectus Deuter. 32. qui non eſt vt filius hominis, vt mutetur Numer. 23. Non debet igitur filius meus à iudicando ceſſare propter dicta obiecta, quæ intelliguntur de puris hominibus; de quibus in c. quattuor. 11. q. 3 dicitur; *Quattuor iſta, timor, odium, dilectio, cenſus: Sæpe ſolent hominum rectos peruertere ſenſus* Præterea ſemel eum in iudicem acceptaſti, & ad illum veniſti ius petens; ergo ipſum non potes recuſare. l. 1. in prin. ff. de iudiciis Tunc ergo Dominus Ieſus interlocutoriam tulit ſententiam dicens, ſe velle in cauſa procedere, & beatam virginem tanquam idoneam humani generis aduocatam admittere: Præcepitque dæmoni, vt quæcunque contra homines producere vellet, in medium afferret, atq; breuiter concluderet: quia mores mulierum leuiter offenduntur, vt in c. forus. de ver. ſig. & C. de ſpon. l. 4. Dixit autem dæmon; Sapientis cuiuſque procuratoris officium eſt primo interdictum reſtitutorium, quod ſibi de iure competit, intentare, vt ff. de rei ven. l. 1. & l. is qui deſtinauit: melior eſt enim conditio poſſidentis. ff. de rei ven. l. fi. & Inſti. de interd. § 1. & extra de fide iuſtr. ca. inter dilectos. & ff. de ver. ſig. l. ſi ſeruum Quare peto me reſtitui ad priſtinam poſſeſſionem humani generis tormentandam, & cruciandam, vt prius. Nam probare paratus ſum me fuiſſe in poſſeſſione pacifica, & quieta eiuſdem, & ſpoliatum fuiſſe de facto, quæ duo conuenit probare, vt quis reſtituatur, vt extra de reſti. ſpo. capit. olim. & de offi. deleg. c. conſultationib. & 2. q. 1. capit 4. Quia reintegranda ſunt omnia ſpoliatis, antequam vlterius procedatur. vt. ff. de vſuris l. videamus. Ante omnia enim agendum eſt de poſſeſſorio c. ſecundo de ordi. cogni. & ſpoliato fienda eſt reſtitutio: c. ex litteris. de reſti. ſpo. li. ſi quis fundum. C. ad l. Iul. de vi publi. Et de facto reſtituendus ſine aduerſarij citatione, & alia cauſæ cognitione, vt inquit glo. in l. maior. de euic. Mihi ergo debet homo reſtitui. quem longiſſimi temporis poſſeſſione præſcripſi per l. cum notiſſimi. & l. ſi quis emptionis. C. de præſcr. trigin. vel qua. anno. Reſpondit beata virgo: O verſute draco, verum eſt quod illis ſpoliatis reſtitutio fienda eſt, qui non vi, aut clam nec precario, ſed iuſto titulo, & bona fide poſſidebant, vt ff. quod vi, aut clam per totum, & extra de reſti. ſpo. per totum, & de præſcrip. c. vigilanti. Tu autem nequiſſime dæmon, nunquam humanum genus poſſediſti, ſed ſolum ſicut ſimplex cuſtos carceris cuſtodiſti, & ideo non debet reſtitui. Facit. l. 3 §. fi. ff. de acqui. poſſ. ille enim poſſidet cuius nomine poſſidetur. l. male igitur, C. de præſc. 30. vel 40. an. & Inſti. de inter. §. poſſidere & extra de reſti. ſpo. c. cum veniſſent. in fi. Cum ergo vos filii mi creaueritis humanum genus, veſtrique ſint homines, non potuit dæmon in re aliena quantumcunque multo tempore detenta, habere iuſtam poſſeſſionem, nec bonam præſcriptionem, quia nulla tĕporis præſcriptio iuuat malæ fide. poſſeſ-

Sententia Chriſti interlocutoria.

Digitized by Google

ſorem, dicto capitulo vigilanti. de præſcrip. & capitulo poſſeſſor. de regul. iur. lib. ſexto. Iſte ergo iniuſtus vſurpator humani generis non fuit bonæ fidei poſſeſſor, ſed malæ fidei detentor. Nam aliud eſt poſſidere, aliud vero detinere. vt ff de rei vend. c. l officium in fi & ff de aquiren. poſſeſ. l 3. § final. Igitur nulla fuit dæmonis poſſeſſio. quod patet per l. final. ff. de verbo. ſig. Nam quomodo rem alienam poſſedit, cum ſciret alienam eſſe; certiſſime dicendum eſt eum nullo modo poſſediſſe. vt C. vnde vi l. cum quæreb atur & tertia qu. 6 capitulo ſi res cum ſi. His auditis Dominus iudex de medio interlocutus eſt, dæmonem non eſſe reſtituendum. Tunc dæmon ſtridēs dentibus, & furore repletus, miſſa manu ad marſupium, extraxit foras libellum, & cœpit legere illud Geneſ. 3. præcep um factum primis parentibus: ſcilicet *quacunque hora comederitis ex eo, moriemini.* Dixitque, Ecce Domine iudex, inſtrumentum à Deo dictatum, vigore cuius mihi Adã cum omni poſteritate eſt ſubiectus. Nam per illum omnes eius poſteritas eſt infecta. cap. ſi homines 24 quæſt 3 & cap placuit de conſecra diſtin. 3. & ratio huius infectionis aſſignatur in cap. iam itaque 1. quæ 1. vbi dicitur: Traxit ergo reatũ; quia vnus erat cum illo, & in illo à quo traxit, quando quod contraxit admiſſum eſt Reſpondit autem beata virgo Hoc inſtrumentum nihil valet: nam tu illud falſificaſti, dicens Gene. 3. *Nequaquam moriemini*, cumque & vxorem ſuam per mendacia, & fraudulentias tuas decepiſti. Iura autem volunt non decipientibus, ſed decepti s ſubueniri. ff ad Velle l. 2 § . hæc verba & extra de donatio. cap. inter dilectos. & de iureiurando cap cum vniuerſorum. vnde tanquam falſarius, & deceptor es repellendus Non ergo debent tibi adiudicari, ne ex tua malitia lucrum reportes, & ex fraude, & dolo gaudium, & vtilitatem, contra ea, quæ determinantur in cap ſedes. de reſcrip. & in cap ex litteris. de dolo, & contu. extra de clerici. non reſi. cap. fraternitati. Quia ergo tu verſutus fuiſti autor & inſtitutor peccati, ideo debes puniri, quia qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur l. qui occ. dic. § penult. ff. ad legem Aqui. & cap. ſi culpa de iniu & dam. da. His autem reſponſionibus ſuperatus dæmon dixit: Si iure talis inſtrumenti mihi non debetur homo, ſaltem meus eſt iure emptionis, illum enim emi pro comeſtione pomi.

Reſpondit aduocata generis humani, nequaquam tibi debetur; quia decepiſti eum vltra dimidium iuſti precij contra l. 2. C. de reſcin. vend. & cap. cum dilecti. de emptio. & vendi & ideo ſic vati debet illud Eſa. 9. Gratis venundati eſt s, & ſine argento redimemini. Tunc dixit dæmon; O iuſtiſſime iudex; tu ſcis quod iuſtitia requirit ne delicta remaneant impunita. l. ſi longius. ff. de iudi. l. ita vulneratus ff. ad legem Aquil. l Stichum & Pamphilum. ff. de ſolu & ca. famæ de ſen. excommu. ad puniendum ergo exceſſus, tenetur quilibet bonus iudex de neceſſitate. l congruit. ff. de offi præſi & nulli parcere debet cap. ex tuarum de priui. Cum ergo homines habeant in ſe grauitatem peccati, quod deorſum trahit, cum ſit ponderoſum, iuxta illud Pſal 37. qui in perſona omnium confitetur dicens: *Et ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me*; debes eos ſic requirente iuſtitia, ad infernum ad centrum terræ deſcendere facere, & non attendere verb s iſtius aduocatæ, quæ male facit allegando in hac cauſa. Nam, vt inquit Ouid es 2 de Ponto: *Non eſt confeſſi cauſa tuenda rei.* Reſpondit ſapientiſſima aduocata; Vos fili mi, pro peccatis hominum pertuliſtis mortem, & lauiſtis eos à delict s eorum in ſanguine veſtro Apocalypſis 1. Et pro eis plenarie ſatisfeciſtis. Vnde Eſaiæ 53. dicitur: *Vere dolores noſtros ipſe tulit, & labores noſtros ipſe portauit: ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra* Et Ioannis 1. ca. dixit Ioannes B ptiſta; *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Iuſtitia ergo non requirit, vt bis idem exigatur. l. bona fides. ff. de regu. iuris facit l. omnes. C. de pœnis præterea actio ſemel extincta nunquam reſuſcitatur. C. de remiſſi. pigno l. cum ex cauſa. in fine & ff. de ſi. luitio l qui res alianas §. aream Ad illud autem, quod obijcit diabolus de grauitate peccati, reſpondetur quod pœna veſtræ paſſionis grauior fuit omnibus peccatis. iuxta illud Iob 6. cap *Quaſi arena maris, hæc grauior apparet.*

Tunc iterum allegauit diabolus dicens; O iudex qui dixiſti per prophetam Pſalm. 88 *Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita.* Tu in euangelio tuo dixiſti, Ioannis 12. cap. me eſſe principem huius mundi. Quo etiam nom ne appellor. in cap Pudor. 23 q. 1. quod exponunt doctores; id eſt malorum etiam peccatorum Tu vero es princeps bonorum, & iuſtorum; modo tu ſcis quod cum litigantes ad rixam veniunt boni iudicis eſt litem diuidere. vt ff. ſi cer pe. l. quidam æſtimauerunt. & dare debet vnicuique partem ſuam. ff. de vſufru. l. huius rei. & ff de condi. in de l. ſi § ſi tamen. Nam iuſtitia iubet ius ſuum vnicuique tribuit l i. ff. de iuſti. & iure & iuſt. cod in pr. & c. 1 d 1

Ergo.

Ergo placeat vobis dare mihi genus humanum, cum propter peccatum commiſſum, ego ſim factus princeps huius mundi: Verba enim ſunt intelligenda cum effectu.facit.l.eum qui.§ docere. ff.ne quis eum qui in ius vo.eſt vi ex.iuncta.l.ſi §. hæc autem verba ff quòd quiſque iu. & de cleri. non reſi.cap relatum circa medium.Et de verbo. ſignifi.c.præterea & de pœni diſtin.1. cap. hæc autem verba.Si ergo ſum princeps malorum, & peccatorum (ſi pro quia) & genus humanum peccauit ſecundum Apoſtolum ad Roma.5.vbi ait: *Omnes peccauerunt in Adam*: ergo debetis facere eũ effectu, vt ego ſim princeps omniũ malorum,& nõ auferte mihi quod meũ eſt Tenete ergo pro vobis dominiũ bonorum,& dare mihi dominiũ malorũ:q ſi feceritis,promitto vobis quòd regnum veſtrũ nõ erit maius,quã vnum granum milij reſpectu mei: vera eſt enim ſententia Ouid. in 3.de art.amand.di.*Pluraq; ſunt ſemper deteriora bonis* Ad hęc aduocata humani generis reſpõdit: O verſute,& plene omni fallacia,qui habes mille nocendi modos: vt in cap. ſciendum.26.quæſti. 4 & iuſtitiam poſtulare te oſtendis, & deſideras iniuſtitiam, vnumquęque peris ab extra: intus vero habes contrarium. vt ff.de excep l.generaliter. Scias, quòd non ignoramus aſtutiam tuam 16. quæſtio.2.cap.viſis litteris Et ideo malitiam tuam tantis coloribus palliatam iam confundemus: & tunc conuerſa ad filium dixit: O fili mi dulciſſime, vos ſcitis quòd ad petitionem huius maligni dæmonis fuiſtis in ſtatera crucis ponderatus.vt legitur 23 quæſt.1 cap.paratus.ac pro humani generis redemptione mortem pertuliſtis vt in cap.pro humani,in princip.de homi.lib 6 Nõ eſt ergo audiendus iſte verſutus, qui horrenda crudelitate, & deteſtanda aſtutia mortem appetit aliorum.vt in d.cap.pro humani §.cum igitur. de hom l.6 non enim eſt congruum,neq; iuſtum ſuper humani generis ſeruitute amplius diſputare,maxime in ipſius humani generis detrimentum:tranſiuit enim amodo ſententia in rem iudicatam extra de re iudic.cap cum inter.& à ſententia non extitit appellatum ſtatuto tempore: de quo in l.iudicibus C.de appel. & melius in.l. eos.in fi.cum aut.hodie ibi poſita eod tit.& ideo non eſt amplius appellandum:vt in clemen.2.extra.de appella & per doctores in dicta. l. iudicib. &l peremptorias &l.finali. C. ſenten reſcin. non poſ.

Tunc diabolus exclamauit,&dixit:Veniamus ad fortiora,& inconuincibilia argumenta, quib. concludo hominem neceſſario eſſe damnãdum, & arguo ſic:Deus viuit veritate,& iuſtitia: vt extra de iureiu.cap.& ſi Chriſtus §. Iacobus.& ita debet punire coniunctum,ſicut extraneum.vt in l.ſi.& ibi gl ff.de te.diui. Quapropter dico,quòd cum ego qui ſum Angelus,fuerim ab ipſo de cælo deiectus,nullo tamen præcepto præcedente, vnde inobediens dici nõ potui: de neceſſitate debet damnare Adam, & Euam cum tota ſua poſteritate: quia præceptum eis factum à Deo obſeruare noluerunt: magis ergo debent puniri,quam ego, cum ſit fortius contra præceptum facere, quam præter præceptum.vt.C.de nego ge.l.fin vel ſi non magis peccauerunt, quam ego; ſaltem eodem modo debent puniri; quia ſimiles in culpa debent etiam eſſe ſimiles in pœna.l.ſi quenquam C de epiſco & Cle. Ad hæc reſpõdit beata virgo: O miſer & infelix,non eſt ſimile illud, quod poſuiſti de te, & de alijs Angelis cum peccato hominum: Angelus enim peccans merito fuit puniendus; quia nihil infirmũ in ſe habebat,quod induceret ad peccandum: & non aliquis infirmitate,ſed malignitate deliberata peccauit cap firmiter de ſum Trini.& fide. Ca. Et nullo præcepto indigebat:quia ſine præcepto aliquo à natura habuit in ſe ſapientiam omnium:quia cognoſcebat certitudinem boni, & mali propter perfectionem naturæ ſuæ. vt de pœni.diſtin.2.cap.in primo. Et ideo habito reſpectu ad talem certitudinem prauius peccauit Angelus; quia ſcienter ſe protulit cõtra Deum; quam peccauerit homo, qui habebat infirmitatem,& fragilitatem carnis, quæ ipſum ad peccandum induceret vt in capit. illud 15.quæſt 1.& de pœni.diſtin. 3. cap. ille rex. Et qui peccauit per ignorantiam deceptus doloſa verſutia tua. Et ideo Angelus de altiori ſtatu cecidit:de pœnit diſtin 2 cap.fin. homo enim talem certitudinem non habuit propter corpus, quod animam aggrauabat,vt dicitur Sap.9 Quia igitur *ſpiritus promptus eſt: caro autem infirma*. Matth.26.Ideo tali hominum infirmitati eſt cõpatiendum,non autem tuæ ſuperbiæ, & iniquitati. Ex quo enim quo proximior fuiſti; culpa tua fuit grauior c conſideret de pœni.diſt.5.

Cur Angelus ceciderit irreparabiliter, homo vero non.

His itaque dictis reuoluens ſe ad filium pijſſima virgo, dixit: Audiſtis fili cauillationes,& falſas argumentationes iſtius iniquiſſimi dæmonis, in quibus nihil concludit niſi falſum: Et ideo rogo, vt eius mendacijs iam finem imponatis;nihil n. dicturus eſt niſi falſum. N*am ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere delicti* l.ſi cui §. ijſdem.ff.de accu.& l.Callius.ff de ſena l.3 § ideo crit.ff.de ſuſpec.tuto.l palam § non ſolum.ff.de ritu.nup. Cum ergo ſit mendax, & mendacij pater,vt vos dixiſtis Ioh 8.non eſt audiendas ratio-

ne mendacij vt C. de ind. c. vid tol l. 2. in fine Reſpondit autem dæmon, & dixit: *Inciuile eſt aliquid iudicare, niſi tota lege perſpecta.* l. inciuile. ff. de legi. Et ideo ô iuſtiſſime iudex, audi quæſo allegationes meas iuſtiſſimas, & permitte me defendere cauſam meam, & vti iuribus meis: Reſpondit autem virgo: O damnate, & omni nequitia pleniſſime, ne meum filium, vt iniuſtum accuſare poſſis, dicas quicquid dicere intendis. Tunc dæmon dixit: Homo peccauit contra bonitatem Dei infinitam, & non curo, qua culpa peccauerit, an ſua, vel aliena: quia poſito millies, quod ego ipſum induxerim ad peccandum, ſecundum iura, agentes, & conſentientes, pari pœna puniũtur c. nuper. & c. ſequenti de ſen. excom. c. vt clericorum. de vi. & ho. cle. & § alia. deinde lex Inſti. de publ. iudic. facit ca. mulieris in fine. & ibi glo. & c. quantæ de ſen. excom. & 11 q. 3. c. quoniam multos. & l. his qui opem. ff. de fur. & de hoc eſt gloſſ. multum notabilis in l. iubemus la. 2 §. ſane. C. de ſacroſanct. ec. & l. ſi quemquam. C. de epi. & cle. & l. adigere in princ. ff. de iure pa. iuncta l. liberorum. in fin. ff. de his qui no. infa. concordat textus ad literam in c. 1 de offic. delega. Sufficit ergo quòd homo peccauit: pœna enim debet correſpondere culpæ. *Nam ſecundum qualitatem delicti, debet eſſe, & plagarum modus.* Deutero 25. & l. Pædius ff. de incen. ru. & nau. Cum igitur tanta ſit culpa, quanta eſt perſona offenſa. vt in §. atrox inſti. de iniur. & c. cũ illorum. de ſenſen. ex. Ideo homo qui offendit infinitam Dei bonitatem, infinitas debet luere pœnas. Commiſit enim homo crimen læſæ maieſtatis: vnde ipſe cum hæredibus ſuis eſt merito damnandus. Scriptum eſt enim, quòd filij paterno debent perire ſupplicio, in quibus hæreditarij criminis exempla metuuntur l. quiſquis C. ad l. Iul. maie. & extra de homicid. c. ſicut dignum. cum ſi. Ad hæc beata virgo reſpiciens in filium ſuum, dixit: O fili mi chariſſime, vos qui eſtis Deus, & homo, eſtis bonitas infinita: ergo homo peccauit contra vos, & vobis eſt iniuria illata, quam remittere poteſtis; & ad benignitatem veſtram pertinet remittere iniurias vobis illatas: vt eſt textus multum notabilis in l. 1. C. ſi quis Imperat. male. Ex quibus concluditur hominem non debere puniri, nec condemnari. Tunc dæmon dixit reginæ cælorum: vos male facitis, quia non vultis quod homo puniatur de peccato commiſſo. quod eſt contra. l. ſancimus. C. de pœnis: & 24 q. 4. c. ſimplicem. Tunc dixit Ieſus: dæmon ſile amodo: quia bene ſcis quod in cruce pependi pro redemptione generis humani, quod ſemel propter peccatum damnatum fuerat: vnde non eſt iuſtum, quod de eodem peccato bis cõtra genus humanum, ſententiam proferamus ar. ff. nau. cau. ſtabu. licet gratis. § fin. in fi. vbi dicitur, quod non debet ſæpe de delicto eiuſdem hominis quæri. Expectandum eſt ergo vſque ad diem iudicij: quia tunc malos male perdam: bonos autem faciam in cæleſti gaudio triumphare. Ad hæc reſpondit dęmon, Domine Ieſu Chriſte rex glorię, noli ſic interloqui; quia bene ſcis quod homo peccauit infinite: vnde ad olim, & ad hodie extenditur pœna eius. Eſt ergo hodie puniendus, quia lex cum die loquitur. vt. l. Arriani C. de hære. & in omnibus obligationibus, in quibus dies non eſt poſitus præſenti die debetur. l. in omnibus. ff. de regul. iur. & de verbo. ob l. eum qui §. quotiens. & de condi. & demon l. 1. in prinс & de leg. 2. l. omnia. Reſpondit ſapientiſſima aduocata: Tu falſe concludis, quia non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe vt l. non nudis. l. non epiſtolis & l. neque natales. C. de proba. Scis enim quod ſi qua culpa in homine fuit, eſt per gratiam filij mei abolita, & per eius miſericordiam cancellata. Ergo cum nullatenus ſit in culpa, non eſt aliqualiter puniendus: non credas quod precibus tuæ calamitatis facias iudicem lachrymari; quod eſſe non debet. vt. l. obſeruandum. §. in cognoſcendo. ff. de offic. præſi. facit. l. qu. ſ. quis. C. de poſtu. Tunc exclamauit dæmon: Domine peto mihi iuſtitiam exhiberi, quam ſi non feceris, non es bonus iudex c. iuſtum eſt. 23. q. 2. Reſpondit beata virgo. adhuc loqueris maledicte? ſcis enim quod Deus creauit hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, Geneſ. 1. C. de pœnis. l. ſi quis in metallum & ipſum voluit eſſe hæredem regni cæleſtis, & implere ſedes glorioſas à quibus tu cũ ſocijs tuis per ſuperbiam corruiſti, iuxta illud Pſalm. 109. *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas.* Non ergo humanum genus debet eſſe tuum; ſed inter beatorum ſpirituum agmina fœliciter collocari. His autem dictis, conuerſa ad filium, dixit: O dulciſſime fili; quia bonum eſt obuiare malitijs, & perturbare peruerſos: quod ſi non fieret; nihil eſſet aliud quam fauorem impietati pro viribus impartiri: quod eſſe non debet 23. qu. 3. c. qui poteſt obuiare cum ſimilibus. ideo peto, & totis præcordijs efflagito, vt reiectis friuolis, & vanis allegationibus illius maligni dæmonis, in fauorem humani generis ſententiam proferatis, ipſum genus humanum a petitione huius procuratoris, nequitiæ infernalis penitus abſoluendo. lites enim non debent eſſe immortales; nec in infinitum protrahi. l. properandum

perandum

perandum. & l. apertiſſimi. C. de iudi. & l fratres. C. de tranſac & l. fin. ff. pro ſuo. & C. de fruc. & li. ex. l. terminato. & C. de re iudi. l. a.

PARS TERTIA HVius ſermonis de diffinitiua ſententia prædictæ diſputationis.

HIs ergo omnibus diligenter auditis, volens iuſtus iudex cęleſtis litigia cito ad debitum finem perduci: l. ita quidam æſtimauerunt ff. ſi cer. peta. & l. a. ff. de aqua plu. ar. & in ant. vt cle. ap. propri. epiſ. prime conue. §. fin. col. 6. & in l. quiſquis § præterea. C. de poſtu. miſit Gabrielem archangelum, qui tuba aurea intonans; peremptorium terminum partibus ad comparandum aſſignaret, in quo diffinitiuã ſententiam præſentes audirent quæſtionis prædictæ Statuto e go die comparentibus partibus ſ. ipſa aduocata humani generis cum primis parentibus, & multis alijs ſanctis patribus; nec non principe dæmoniorum, cum multis alijs malignis ſpiritibus Saluator noſter in ſuo fulgentiſſimo tribunali reſidens, protulit ſententiã in hunc modum. In æternæ diuinitatis meæ nomine, amen. Nos, Ieſus mundi Saluator, auditis omnibus allegationibus per procuratorem nequitiæ infernalis, contra humanum genus factis: auditiſque reſponſionibus ſapientiſſimæ aduocatæ prædicti generis humani: & diligenter examinatis iuribus ambarum partium; omnibuſq; conſideratis, quæ circa prædicta videnda, & conſideranda fuerunt, ſedentes p o tr bunali ad noſtrum ſolitum banchum iuris, poſitum ſuper thronos angelorum in cæleſti palatio noſtro, vbi reſidentiam facimus perſonalem, humanum genus hac mera diffinitiua ſententia abſoluimus, & ab impetitione procuratoris nequitiæ infernalis reddimus abſolutum; cum hoc conſonet ſanctiſſimis ſcripturis, & iuridicæ veritati, quam ſemper ſequimur. Ipſum quoque procuratorem nequitiæ infernalis, ex nunc præcipimus ad damnationem inferni perpetuam penitus ambulare: vbi eſt fletus, & ſtridor dentium infinitus: vt ſcriptum eſt Mat. 22 Receſſitque diabolus cum eiulatu, & clamore maximo, atq; in baratri profundum merſus eſt, æternis ſupplicijs cruciandus. Lata & data ac in his ſcriptis prounciata, & promulgata fuit ſupradicta ſententia in omnibus, & per omnia, prout ſuperius continetur: per ſupradictum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, pro tribunali ſedentem in ſupraſcripto loco: præſentibus ſupraſcriptis partibus, & lecta ac vulgarizata per me Ioannem Euangeliſtam, notarium Domini noſtri Ieſu Chriſti, & curiæ cæleſtis ſcribam publicum, præſentibus Ioanne Baptiſta, Franciſco, & Dominico confeſſoribus: Petro, & & Paulo principibus Apoſtolorum: & Michaele Archangelo, & multis alijs ſanctis in multitudine copioſa teſtib. ad hæc vocatis, & habitis, & rogatis, anno Domini 1492. indictione decima. die primo Nouembris. Liberato igitur humano genere; & Domino in cælum aſcendente: Dominus Adam cum vxore ſua, & cęteris ſanctis patribus innumeras beatiſſimæ virgini gratias pro ſe, & toto humano genere retulerũt eo quòd ſapientiſſimis reſponſionibus ſuis eos de miſerabili dæmonũ ſeruitute liberaſſet: cui ſapiẽtiſ in ... atque pijſſimæ virgini ſit infinita gloria. Amen.

DE ALIIS QVINQVE Donis

SPIRITVS SANCTI, quæ fuerunt in Beata Virgine.

SERMO SEXTVS.

Quatuor calamitatibus homo ſubijcitur in natiuitate.

A Mari *abundabit cogitatio eius, & conſilium eius ab abyſſo multa.* Eccleſiaſt. 24 Quatuor calamitatibus inter alias in natiuitate ſua ſubijcitur homo: prima dicitur iniquitatis: Cuilibet enim ex Adam propagato propter contaminationẽ peccati originalis, dici poteſt illud Ioan. 9. *In peccatis natus es totus.* Secunda calamitas dicitur mœſtitatis: nam de quolibet noſtrum verificatum fuit, illud Sap 7. *Primam vocem simil. in omnibus emiſi plorans.* Tertia vero appellatur nuditatis: quilibet namque homo dicere valet illud Iob 1. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ.* Homo enim naſcitur nudus, non tantum nuditate veſtium; ſed etiam nuditate virtutum Quarta calamitas dicitur tenebroſitatis, ſcilicet ignorantiæ: iuxta illud Iob. 37. *Nos quippe obuoluimur tenebris.*

Nati-

Digitized by Google

Natiuitas autem, & conceptio glorioſæ virginis Mariæ non fuit primæ calamitati ſuppoſita; quia ſine macula peccati, imo omni mundo ea plena concepta, & nata eſt, ſi mater Dei benedicta: vt dicunt moderni Theol in 3 ſententiarũ di. 3. Quo ad ſecundam vero, licet quidam putent beatam virginem primam vocem lachrymabilẽ emiſiſſe; vt ſe alijs ex Adam progenitis conformaret, & miſeriæ humani generis ſe compati oſtenderet: tamen alij opinantur ipſam in natiuitate ſua non fleuiſſe; ſed iucundo, ac hilari vultu, & cum magna exultatione de matris vtero prodijſſe. Nam dicere in mente ſua poterat illud Eſa. 61. *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me veſtimentis ſalutis: & indumento iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis.* Licet etiam nuditatem in ortu ſuo habuerit corporalem: non tamen ſubiacuit nuditati ſpirituali. Habuit enim in natiuitate ſua gratiarum, & virtutum abundantiam. vnde dicere poterat illud Eccleſiaſt 24 *In me omnis gratia vitæ & virtutis.* Quartæ quoque calamitati ſ. ignorantiæ non ſubiacuit, cum adhuc in materno vtero exiſtens liberi arbitrij vſum habuerit. vt ſupra dictum eſt parte 3 huius operis: ſermone. 1 par. vlt. Prædixerat enim Sapiens Eccleſiaſticus in verbis præpoſitis di. *A mari* ſ. diuinæ maieſtatis *abundauit cogitatio eius* &c. Super quibus verbis de alijs quinq; donis ſpiritus ſancti, quæ ipſa habuit, differem⁹.

PRIMA PARS DE dono conſilij beatæ virginis.

Beatam virginem fuiſſe dono ſapientiæ repletam, in præcedenti ſermone declarauimus: vnde ipſa dicere poterat illud Sapient. 7. *venit in me ſpiritus ſapientiæ.* Nec mirum ſi ita ſapiens fuit: Nam cum vera ſit ſententia Proſperi in lib epigram. di. *Tranquillam, & vacuam curis ſapientia mentem imbuit: & placidi pectoris hoſpes erit.* Non eſt mirandum, ſi mentem ipſius benedictæ virginis tranquilliſſimam, ab omnibus terrenis curis remota diuina ſapientia repleuit. Item cum ſapiens dicatur ille, qui habet plenum animi iudicium l. diē proferre. in ſi ff de arb. Item ille qui non errat vt no. in l. 1 ff. de offic præfecti pto. & in l. humanam. C. de leg profecto conſtat quòd glorioſa Dei mater; quæ pleniſſimum animi iudicium habuit, & nunquam errauit, ſapientiſſima fuit. Et cum omnis ſapientia à Domino Deo ſit. vt dicitur Eccleſi. 1. *Qui dat eam pie agentibus.* Eccleſiaſt. 44 Profecto in ipſa ſuper omnes pijs operibus repleta debuit infundi à Deo ſumma ſapientia: *fons enim ſapientiæ eſt verbum Dei in excelſis.* Eccleſiaſt 1. Et ideo quia vt dicitur. Prouerb. 13. *Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit;* ipſaque fontem ſapientiæ Chriſtum nouem menſibus in ſuo ventre portauit, & cum eo per triginta & tres annos conuerſata eſt, dono ſapientiæ plena fuit: ipſe enim ſapientiæ dux eſt. Sapi 7. Quapropter de illa dici poteſt illud Pſ 146 *Sapientiæ eius non eſt numerus.*

Donum quoque intellectus ipſam habuiſſe in prædicto ſermone probauimus, & poſſumus addere ſic. Cum dicat propheta Pſal. 110. *Intellectus bonus omnibus facientibus eum* ſ. Domini præceptum. cumque etiam dicat Pſal. ca. 23 quod *Deus intellectum dat paruulis.* id eſt humilibus; ſequitur quòd beata virgo inter omnes viatores humillima, & in obſeruatione diuinorum præceptorum feruentiſſima, ſuper omnes per donũ intellectus fuit illuminata: vnde dicere poteſt illud Pſal 15. *Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum.*

Probatur in B. V. fuiſſe donum Cõſilij excellentius quam in quouis viatore.

Quod autem in ipſa fuerit donum conſilij excellentius quam in aliquo alio viatore, probat Albertus ſuper *Miſſus eſt cap* c. arguens ſi. 1. Ioan. 2. dicitur: *Vnctio eius docet vos de omnibus,* ſed beata virgo omnib. alijs improportionabiliter plus habuit vnctionis: ergo donum conſilij habuit alijs excellentius improportionabiliter Item Ioã. 16 ait Dominus: *Cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem* ſ. de agendis ad ſalutem. Sed in beata virgine ſpiritus ſanctus venit improportionabiliter, & docuit omnem veritatem, iuxta illud Luc 1. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te* &c Ergo præ alijs eam improportionabiliter omnem veritatem docuit de agendis per donum conſilij. Item Dominus Ioan. 15 *Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis:* ergo reuelatio ſecretorum eſt effectus dilectionis Sed in beata virgine fuit improportionabiliter dilectio reſpectu omnium; ergo improportionabiliter reuelatio ſecretorum reſpectu cunctorum Item omnium ſecretiſſimorum ſecretorum, ſcilicet incarnationis myſterium, ipſi ſoli reuelauit: ergo nullum aliorum minus ſecretorum ignorauit Item, vt dicit philoſophus: Cuius eſt operari, eius eſt & operando cognoſcere: ergo cuius præ omnibus, & ſuper omnes eſt operari, eius præ omnibus, &. ſuper omnes eſt operanda cognoſcere: ſed beatiſſima virgo fuit perfectiſſima obſeruatrix conſiliorum ſuper omnes viatores: ergo cognitionem conſiliorum habuit ſuper omnes viatores.

Hoc:

Digitized by Google

Hoc autem eſt donum conſilij: ergo donum cō-ſilij habet ſuper omnes. Item Exod. 12. dicitur: *Non remanebit ex eo quicquam vſq; mane, ſi quod reſiduum fuerit igni comburetis.* glo. *Quod ex agno remanet, igni comburimus, quando hoc quod de myſterio incarnationis eius intelligere, & penetrare non poſſumus, poteſtati ſpiritus ſancti humiliter reſeruamus.* Ex iſta autoritate videtur quod myſteria diuina in ſtatu viæ non poſſumus ad plenum rimari, & penetrare: ſed quædam ſpiritui ſancto oportet reſeruare. Ex alia parte videtur quòd nihil de veritate myſteriorum remaneat indiſcuſſum; & quod nullum verbum Domini reuertatur ad ipſum vacuum, quod à nullo fuerit intellectū. iuxta illud Eſa. 55. Quomodo deſcendit imber, & nix de cælo: & illuc vltra non reuertitur: ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti. Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum; ſed faciet quæcunque voluit, & proſperabitur in his ad quę miſi illud. Ex hoc videtur quòd ſupra communem ſtatum viatorum ſit perfecta cognitio myſteriorum omnium, diuinorum eloquiorum. & tamen reperiatur in aliquo reuelatio omnium ſecretorum: hoc autē debetur maxime familiari, & maxime amico, & maxime ſapiēti; hoc autem totum beatiſſima virgo, quæ eſt familiariſſima Dei filio, & amiciſſima, ac prudentiſſima; de qua liber amoris, qui eſt cantica canticorum, & liber ſapientiæ ſpecialiter exponuntur: ita vt ea, quæ de ipſa ſapientia dicuntur, de illa intelligantur. in ſapientia autem nulla eſt ignorantia ſecretorum: Ergo videtur quod beatiſſima virgo perfectam cognitionem omnium ſecretorum habuit vniuerſalem; vtpote vniuerſalis conſiliatrix: turpe enim ei fuiſſet velle docere, quæ nondum didiciſſet vt per gloſſ. in aut. de ſanc. epiſ. in prin. col. 9. facit ad hoc c. miſerum. 61. di. & c. ordinandus 59. di. & c. ſic viue. & c. ſi clericatus 16. q. 1. & cap. cum in cunctis de elec. & illud quod Ouid. canit in 2. de Triſ. di. *Quodque parum notum, nemo docere poteſt.* Alij autem viatores omnes cognitionem particularem habuerunt vtpote nuncij diuerſi ad diuerſa nuncia deſtinati. hæc Albertus. Beatę igitur virgini naſcenti potuerunt dicere Angeli illud Prouerb. 2. *Conſilium cuſtodiet te & prudentia ſeruabit te.* Et ipſa tamquam Dei ſapientiſſima dicere poteſt illud Prouerb. 8. *Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus;* & illud quod c. ſequenti eiuſdem lib. dicitur, ſcilicet *meum eſt conſilium* &c. Seruauit quoque ipſa virgo benedicta admonitionem Tobiæ dicentis

Videtur ex illo loco Eſai. 55. Quomodo deſcendit imber: &c. quod perfecta cognitio myſter. omnium ſit ſupra cōmunem ſtatū viatorum.

filio ſuo c. 4. *Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat, & omnia conſilia tua in ipſo permaneāt;* ſciens enim mater Dei illud Eccleſiaſt. 6. ſcilicet, *Conſiliarius ſit tibi vnus de mille:* elegit Deum pro ſuo vnico conſiliario. de quo Iob 12. dicitur: *Apud ipſum eſt ſapientia, & fortitudo; ipſe habet conſilium, & intelligentiam,* & in hoc ſeruauit doctrinam Eccleſiaſt. 32. ſcriptam *Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis.* Nihil enim vnquam fecit ipſa virgo ſapientiſſima, ſine conſilio ſpiritus ſancti, nouerat namque quòd ea quæ cum conſilio fiunt, fructu non carebunt l. humanum C. de legi. l. dubium non eſt. C. de repu. & in hoc obſeruauit præcepta legis, quæ mandat peritiores eſſe conſulendos. l. in bonorum. in fine. ff. de bono. poſ. l. 2. §. fi. ff. quis ord. in bono. poſ. ſed & per gloſ. in l. bonorum. C. qui admi. ad bono. poſſe. poſ.

PARS SECVNDA DE dono fortitudinis ipſius virginis.

FOrtitudinem fuiſſe in beata virgine in ſummo, probat Albertus vbi ſupra cap. 101. ſic. Quicquid eſt fortius fortiore, eſt fortius infirmiore. l. de acceſſionibus ff. de diuer. & tem. præ. Sicut leo qui eſt fortior equo, multo magis eſt fortior cane, qui minus eſt fortis quā equus. ſed beata virgo fuit fortior tribus fortioribus, omni viatore ergo &c. Iſti autem tres fortiores omni viatore, ſunt Deus; mors; & diabolus. De primo ſ. Deo dicitur Exod. 15. *Omnipotens nomen eius,* ſed ipſum beata virgo quodammodo ſuperauit, quando eum humilitate ſua humanari faciens, charitate vinculatum pariter, & humiliatum ac vulneratum in ſuo virginali vtero incarcerauit; & ſic fortitudo beatæ virginis rigorem fortitudinis, & ſeueritatis Dei ſuperauit, & mitigauit. de quo Nume. 23. dicitur: Cuius fortitudo ſimilis eſt Rhinocerotis. Rhinoceron enim in gremio virginis manſueſcit; & figurat Deum, qui in gremio virginali humiliauit.

Probatur fortitudinis dominium fuiſſe in B. V. excellētiſſime

Secundus fortis eſt mors, cui nemo mortalium reſiſtere poteſt. Vnde 2. Regum. 14. dicitur: *Omnes enim morimur* &c. & Pſal. 88. *Quis eſt qui viuet, & non videbit mortem?* quaſi dicat nullus. hac autem fortior fuit beata virgo, quæ eam deſtruxit. Sicut enim intrauit per fœminam, & vitam deſtruxit. ſ. per Euam ita per fœminam Mariam deſtructa eſt mors, ſcilicet per fructum ventris ſui. vnde dicere poterat illud Oſeę. 13. *O mors,*

ero mors tua: & ideo fortior morte fuit. Tertius fortis eſt diabolus: de quo Iob 41 dicitur: *Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei, qui factus eſt, vt nullum timeret.* Et iſte erat ille fortis armatus, qui tenebat in pace atrium ſuum. Luc. 11. ſcilicet mundum; quia nullus audebat eum debellare, & contra ipſum pugnare. Beata autem virgo fuit fortior illo: nam caput eius contriuit. Geneſ. 3. vnde de illa dici poterat illud Sapient. 10. *Certamen forte dedit ei, vt vinceret.* Item actus fortitudinis eſſentialis eſt, firmiter adhærere Deo: ſed beatiſſima virgo adhærebat Deo inſeparabiliter: iuxta illud Pſalm. 62. *Adhæſit anima mea poſt te.* ergo &c. Item actus fortitudinis eſt terrenas cupiditates non tantum reprimere: ſed penitus obliuioni ſci, hoc autem non contingit in aliquo viatore; ſed ſolum in ipſa virgine, in qua fomes peccati penitus extinctus fuit: ergo habuit actum fortitudinis per modum patriæ, & ſuper omnem viatorem ſine proportione. hæc Alber. vbi ſup. De virtute autem fortitudinis eius dixi ſup. ſerm. 3. par. 2. ideo hæc pertranſeo. Solum hoc concludo, quòd cum nihil ſit fortius veritate, quæ eſt fortior omnibus rebus, vt dicitur 2. Eſdræ 3. & cap. conſue udo 8 diſtinct. & ibi gloſſ. profectò maxima eſt, & fuit virginis fortitudo, quæ peperit ipſam veritatem. iuxta illud Pſalm 84. *Veritas de terra orta eſt.* i. de virgine Maria, vt exponit glo.

PARS TERTIA DE dono ſcientiæ ipſius virginis.

De dono ſcientiæ ab omnibus appetendo loquitur Deus, per prophetam Hiere 9. di. *Qui gloriatur, in hoc glorietur, ſcire & noſſe me.* defectus enim eius eſt cauſa multorum malorum: ignorantia eſt mater cunctorum errorum cap. 1. 38. diſt. & ideo indoctus non debet effici clericus, nec promoueri ad ordines ſecundum Angelum in aut. quomodo opor. epi § hæc de eo col 1. & probatur per c. cum in cunctis. de elect. & c. illiteratos. 36. di. Item non poteſt beneficium retinere ſecundum Innoc. in ca. cum noſtras de conceſ præben. de defectu autem indoctorum, & illiteratorum ponitur per gloſſ in aut. de tabelli. in fin princip. in verbo facilis. col 4. De malis vero ex ignorantia procedentibus dicitur Eſai. 5. ca. Propterea ductus eſt populus meus captiuus; quia non habuit ſcientiam. Et Prouerb 19. *Vbi non eſt ſcientia animæ, non eſt bonum* & Eccleſiaſt. 13. *Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei.* Huius autem doni ponit Albert. vbi ſup. cap. 102. tres actus. Primus eſt ille, de quo Aug. lib. 14. de Ciuit. Dei, inquit: *Huic ſcientiæ tantum illud ſcientiæ tribuendum eſt, in quo fides ſaluberrima, quæ ad quod veram ducit beatitudinem generatur, nutritur, roboratur & defenditur*: & infra: *non tamen quemadmodum nec ipſum, & ipſis opituletur, & ab impijs defendatur*: eſt etiam ipſius ſcientiæ hic actus. Hunc actum habuit beata virgo ſuper omnes viatores excellentius, ſcilicet fidei defenſionem Eccleſia atteſtante, quæ illi canit: *Cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo.* Nota tres actus don. ſcientiæ. B.V. excellentius alijs.

Secundus actus ſcientiæ huius eſt abſtinere à malis, ſciendo turpitudinem eorum. Vnde beatus Iob dicebat ſuis lib. 28 c. *Abſtinere à malo, ſcientia*: cognoſcere etiam ipſum malum, & dolere. vnde dicitur Eccleſiaſt. 1. *Qui addit ſcientiam, addit & dolorem.* Sed nulla puta creatura attingens vſum rationis abſtinuit à malis omnibus etiam venialibus, niſi ipſa, cui Cant. 4. *Et macula non eſt in te.* Vnde dicere poteſt illud Pſal. 18. *Sine iniquitate cucurri, & direxi.* Optime enim ſciebat quam turpe, & indecens ſit peccare. ergo &c. Tertius actus eſt inter homines malos conuerſari, & irreprehenſibilem vitam tenere: ſicut admonet Apoſtolus Petrus ſuæ primæ canonicæ 2. cap. di. *Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam: vt in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, per bona opera vos conſiderantes glorificent Deum in die viſitationis.* Hunc autem actum ſicut & præcedentem habuit beata virgo alijs excellentius: vt probat Albert. vbi ſup. Sola enim ſuper omnes in medio nationis prauę conuerſari ſciuit innocentiſſimè & ædificatoriè: nam nihil faciendorum omiſit, & nihil omittendorum fecit: nulli in malo communicauit, & omnibus bonum ſuum communicauit. Nemini malum exemplum dedit. vt ait Ambroſ. in lib. de virginibus: *Fuit etiam in ea donum ſcientiæ per modum primum. quod eſt ſcire Deum perfectè, & ipſum colere, & proximi gloria congaudere.* Hoc enim donum tali modo nulli conceſſum eſt viatorum. Et ideo de beata virgine omni ſcientia diuina repletiſſima dici poteſt illud Sapient. 10. *dedit illi ſcientiam ſanctorum*, ſcilicet omnium, plus quam omnibus ſanctis.

Digitized by Google

PARS QVARTA DE dono pietatis beatæ virginis.

Tres actus pietatis.

VT inquit Paulus 1. ad Ti. 4. *Pietas ad omnia valet, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.* Huius autem doni pietatis tres ſunt actus, ſecundum Albert. vbi ſup cap. 103. Primus eſt mouere ad opera miſericordiæ. Secundus eſt ſcripturæ non contradicere, ſiue intellectæ, ſiue non intellectæ. Tertius eſt ſancta honorare. Omnes autem iſti tres actus pietatis fuerunt excellentius in beata virgine, quam in aliquo alio viatore, ſecundum prædictum doctorem vbi ſup. Nam de primo actu loquitur Auguſt. in 10. de ciuit. Dei di. *Pietas extenditur in ſcripturis ad opera miſericordiæ, quia ipſe Deus in eis maxime commendat eam ſuper ſacrificia: iuxta illud Oſeæ. 6. Miſericordiam volo, & non ſacrificiũ* quod etiam ponitur Matt. 9. Sed in hoc eſt differẽtia inter miſericordiam, & pietatẽ ſecũdum prædictum Alber. quia miſericordia mouet ad ſubleuandum miſeriam hominis, in quantum proximus eſt: ſed pietatis donũ mouet ad impendẽdũ eleemoſynas homini in quantũ eſt imago Dei, quam veneratur in proximo. Et propterea legata, & eleemoſynæ, quæ fiunt pauperib. maxime viduis, infirmis, pupillis, peregrinis, & ſenibus, dicuntur pia opera. ſecundum Spe. in ti. de in ſtr. edi. §. nũc vero aliqua vit. 63 Bar in l i. t. c. de ſac. ſanc. ec. Item eleemoſyna data filio monacho dicitur pia ſecundum Bal. in aut. ſimiliter. C. ad l. Fal.

Maria fuit piiſſima ſuper omnes viatores quoad omnes tres actus.

Quia ergo pietas mouebat benedictam virginem ad implenda opera miſericordiæ, & ad compatiendum proximo, non ſolum quia imago Dei, ſed quaſi Deus, ex quo Deus factus homo, ſequitur quod improportionabiliter fuit excellentius in ipſa, quam in aliquo viatore, ideo ad eam clamamus in antiphona: *O clemens ô pia, ô dulcis virgo Maria.* Si enim Imperator appellat ſe pium, vt in rubrica pro œmij Inſti. quid dicendũ eſt de beata virgine, quæ fuit pietatis mater? Præterea pietas, & miſericordia virginis non tantum ſe exercuit erga proximum; ſed etiam erga Deum hominem, cui in omnibus operibus miſericordiæ miniſtrauit vt plenius dixi in 3. parte huius operis ſer. 1. parte 2. Et ideo omniũ aliorum pietate excellentior fuit quam excellentiſſime autem habuerit virtutem miſericordiæ, pronunc pertranſeo, quia ſatis ſup dixi in dicta parte 3. huius operis ſer. 1. par. 1. Secundum quoq; actum pietatis, qui eſt diuinis ſcripturis non cõtradicere; ſed eis humiliter, piè, & ſimpliciter acquieſcere, & aſſentire, & quamuis ratione myſteria earũ intelligere non valemus; illa ſine diſcuſſione, & hæſitatione credere, & implenda expectare tenemur, iuxta illud ad Ti. 2. Sobrie, pie, & iuſte viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti &c. Beatiſſima virgo excellẽtiſſimè habuit ſuper omnes. Nulla. n. alia creatura fuit ita prona ad credendum, & aſſentiendũ omnib. ſcripturis, ſicut ipſa. Cum. n. Angelus ſibi nunciaſſet, quod erat ſuper omnem rationem. ſ. filium Dei de ipſa incarnandum, permanente ea in virginitate: ſubito annuit di. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum* Luc. 1. Tertius etiã actus, qui eſt honorare ſancta, Vt dicit glo. ſuper illud Mat 5. *Beati mites, ait: Qui pie quæ ut, & honorant ſancta* ſ. loca; ſancta quę tempora. & ſacramenta, ac vaſa ſacra, & perſonas ſanctas, & reliquias, ac huiuſmodi: fuit ſuper omnes improportionabiliter in ipſa virgine excellentius: quæ omnia ſancta plus quam omnes viatores honorauit: & per quam omnes ſancti, & ſanctæ cæleſti gloria ſunt coronati, & coronatæ; quia per filium eius benedictũ omnes glorificantur, & honorantur. vnde Apocal. 4 & 5 di. quod ſeniores, & quatuor animalia mittebant coronas ſuas ad pedes ſedentis ſuper thronum: quia per humanitatem Chriſti per pedes ſignificatam, quã contraxit de beata virgine, ſciunt ſe gloriã, & honorẽ recepiſſe.

PARS QVINTA DE dono timoris beatæ virginis.

PRo expeditione huius partis quæritur, nunquid timor fuerit in beata virgine; Et primo videtur quod non. Vnde Albert. vbi ſup c 4. arguit ſic de timore ſeruili di. *Timor ſeruilis eſt cũ peccato, de quo in beata virgine nullam licet fieri mentionem ergo &c. Item arguit de timore initiali in conſequenti di. Perfecta charitas foras mittit timorem. 1. Io. 4 & c. quis nos. 23. q. 4. Sed beatiſſima virgo perfectiſſimam habuit charitatẽ, ergo non habuit timorem ſeruilem, nec initialem. De timore vero caſto arguit in ſequenti cap. di. Timor caſtus timet ſeparari ſed beata virgo non timet ſeparari; ergo non habuit timorem caſtum,* hæc ille. Præterea nulla imperfectio, ſiue defectus debet poni in glorioſa virgine: ſed timor eſt ſignum imperfectionis, & defectus. ergo &c. Quod autem hoc ſit verum, probatur multis auctoritatibus, in quibus apparet, diuerſas imperfectiones,

Digitized by Google

timentibus eum. Et Pſalm. 84. Prope timentes eum ſalutare iſſius. Et 110. Eſcam dedit timentibus ſe. Et 144 Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos. Et Prouerbio. 31. Mulier timens Deum ipſa laudabitur. Et Eccleſiaſt. 1 Timenti Deum bene erit in extremis: & in die defunctionis ſuæ benedicetur. Et 25 Quam magnus eſt qui inuenit ſapientiam, & ſcientiam: ſed non eſt ſuper timentes Deum. Et 33. Timenti Deum non occurrent mala: ſed in tentatione Deus illum conſeruabit, & liberabit à malis Et Mich. 6. dicitur Deo: Salus erit omnibus timentibus nomen tuum. Et Malach. 3. Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. Et Luc. 1. Miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Et Iob 28. Timor Domini ipſe eſt ſapientia. Et Pſalm. 110. Initium ſapientiæ timor Domini. Et idem habetur Prouerb. 1. & 9. c & Eccle. 1. Et Prouerb. 10. ca. dicitur: Timor Domini apponet dies. Et 14. In timore Domini fiducia fortitudinis & filijs eius erit ſpes. Et ibidem; Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. Et 15 Timor Domini diſciplina ſapientiæ. Et 19. Timor Domini ad vitam, & in plenitudine commorabitur abſque viſitatione peſſimi. Et 22. Finis modeſtiæ timor Domini: diuitiæ gloria, & vita. & Eccleſiaſt 1. Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis Et ibidẽ: Timor Domini delectabit cor: & dabit lætitiam & gaudium in longitudine dierum. Et iterum: Corona ſapientiæ timor Domini replens pacem, & ſalutis fructum. Et ibidem: Timor Domini expellit peccatum: qui ſine timore eſt non poterit iuſtificari: ſapiẽtia enim & diſciplina timor Domini. Et 10. cap. Gloria diuitum honoratorum, & pauperum timor Dei eſt Et 19. Omnis ſapientia timor Dei, & in illa timere Deum & 23 Nihil melius, quam timor Dei. & 25. Corona ſenum multa peritia: & gloria illorum timor Dei & ibidem: Timor Dei ſuper omnia ſe ſuperponit. & iterum: Beatus vir, cui donatum eſt habere timorem Dei, qui tenet illum, cui comparabitur? Et ibidem. Timor Dei initium dilectionis eius, & 27 Si non in timore Dei tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua. Et 34. Timentis Dominum, beata eſt anima eius & 40. Timor Domini, ſicut paradiſus benedictionis. Et Eſai 33. Diuitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia, ſed timor Domini ipſe theſaurus eius. Et Pſalm. 111. Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis & Pſalm. 127. Beati omnes qui timent Dominum &c. Eapropter præcipitur Deut 6 vbi dicitur: Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies. Et idem habetur eiuſdem lib. 10. c. & Ioſue 24. Timete Dominum, & ſeruite ei perfecto corde, atque veriſſimo. Et 1. Regum 12 Igitur timete Dominum, & ſeruite illi in veritate & ex toto corde veſtro. Et Pſalm. 33 Timete Dominum omnes ſancti eius, &c. & Eccleſiaſt 7. In tota anima tua time Deum. Et 1. Pet. 2. Deum timete. Et Apocal. 15. dicitur: Quis non timebit te Domine? Et 2. Paral. 19 Sit timor Domini vobiſcum. Beatus etiam Iob laudatur ſui libri c. 2. qui in ſuis tribulationibus immobilis in Dei timore permanſit Laudatur etiam Tobias iunior cum vxore ſua. Tob. 9 eo quod cum timore Dei conuiuium nuptiarum celebrabant Neemiæ etiam 5. reprehenduntur filij Iſrael, cum eis dicitur; Quare non in timore Dei ambulatis? Et Pſal. 2. ait Dauid: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. & Pſalm. 5. Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. De reprobis autem dicitur Pſalm. 13 Non eſt timor Dei ante oculos eorum. Ideo inquit Sapiens, Eccleſiaſt. 19. Da locum timori altiſſimi Et de populo Iſrael ait Dominus Deus, Deu. 24. Diſcat timere me omni tempore, quo viuat in terra.

Ex quibus omnibus concluditur, quod beatiſſima virgo Maria habuit perfectiſſime timorem Dei ſuper omnes viatores; cum perfectius omnibus Dei mandata ſeruauerit, & omnes actus virtuoſos in ſe habuerit. Pro ſolutione huius quæſtionis eſt ſciendum, quod diuerſi reperiuntur timores, ſecundum magiſtrum, & Theologos in 3. ſententiarum. di. 24. & Alexand de Ales. in 3 par ſum. in tract de pœnalitatibus aſſump. tis ar. 3. & in 3. diſt 5. ar. 2 q. 2. Quidam autem eorum ſunt mali; & de his loquuntur primæ auctoritates: & iſti non fuerunt in beata virgine. Alij vero ſunt boni, & de ipſis loquuntur ſecundæ auctoritates. Et iſti fuerunt in matre Dei. Vnde pro maiori declaratione dico quod reperiuntur ſex principales timores. Vnus dicitur timor puſillanimitatis: & iſte eſt malus, quando quis timore cuiuslibet parui periculi relinquit faciẽda; & non audet aggredi opera virtuoſa: & iſte metus leuis non excuſat ſecundum Bal. in l ea q. C. quomodo & quando iu. Metus enim debet eſſe rationabilis vt patet in diffinitione ipſius in l 1. ff quod metus ca.

Nota ſex timores.

Pri puſil. nimitatis.

De tali timente dicitur Leuit. 26. Terrebit eum ſonitus folij volantis. Hunc autem timorem non habuit beata virgo, quæ non fuit de illis de quib. dicitur Pſalm. 13. Trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Alius timor dicitur vitioſus Et ſecundum Alexan. vbi ſup. diuiditur in duos. Vnus appellatur mundanus: & eſt illius qui eligit pecca-

terne læđatur in poſſeſſione. Alius dicitur humanus; & eſt illius, qui eligit peccare, ne lædatur in corpore. Iſti timores ſunt vitioſi, quibus quis magis veretur homines quam Deum, contra illud Saluatoris dictum Matt. 10. & Luc. 12. ſcilicet, *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem poſſunt occidere: ſed timete eum, qui poſtquam occiderit corpus, habet poteſtatem animam mittere in gehennam.* Debet enim quiſque potius omnia mala pati, quam peccato conſentire, c. ita ne 32. q. 5. & fuerunt verba Aug. in 1 de ciui Dei. Beata autem virgo non habuit hos timores; quæ dicebat cum propheta Pſal. 55. *Non timebo quid faciat mihi caro.* & Pſal. 117. *Non timebo quid faciat mihi homo.* Alius eſt timor qui dicitur naturalis, ſcilicet illorum qui timent mortem, & alia terribilia: & iſte timor terret etiam conſtantiſſimos viros, vt ait Bal. in ſuo tractatu ſchiſmatis. Et iſte timor poteſt eſſe dupliciter ſecundum Alexan. vbi ſup. qui etiam allegat Damaſcenum: videlicet primo, vel ſecundum modum naturæ, quo anima timet ſeparari à corpore, cum quo habet amicitiam naturalem; hic enim timor à natura eſt inditus homini: vel ſecundum ſenſualitatem, quæ naturaliter horreſcit pati, & dolores ſuſtinere, & timet contraria, & nociua: & iſte timor fuit etiam in Chriſto, vt inquit Ioannes Damaſcenus & Alex. vbi ſup. Vnde dicitur Matt. 26. quod *cœpit pauere & tadere.* In cuius perſona præd xerat Dauid Pſ. 54 *Formido mortis cecidit ſuper me.* Et ideo etiam fuit in beata virgine. Secundo modo iſte timor eſt ſecũdum rationem ſuperiorem: & talis timor non fuit in Chriſto, qui ſponte iuit ad paſſionem, & ſuſtinuit mortem, ſicut prædictum fuerat Eſai. 53. vbi dicitur: *Oblatus eſt, quia ipſe voluit.* Et talis timor non fuit etiam in beata virgine, quæ mortem libenter ſuſtinuit, quam multoties per ante optauit, dicens cum Apoſtolo ad Phil. 1. *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* Alius eſt timor qui dicitur ſeruilis, & iſte etiam eſt duplex. Primus quando aliquis timet peccare ſolum metu pœnæ temporalis, vel æternæ iuxta illud Horatij in epiſtolis: *Oderunt peccare mali formidine pœna*, & quæ carmina allegat gio. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. & talis timor quia eſt ſine charitate, vt ſup. dictum eſt, non fuit in virgine. Alio modo ſecundum Alex. vbi ſup. dicitur ſeruilis in quantum quis exiſtens in peccato timet pœnam æternam. Sicut fuit timor beati Auguſtini, & Hieronymi, qui vt ipſimet ſcripſerunt in ſuis operibus propter timorem inferni conuerſi fuerunt ad Chriſtum, & ad agendum pœnitentiam: & talis timor licet ſit vtilis: quia ſicut ſeta filum; ita ipſe introducit charitatem vt ait Aug. de pœni. di. 2. § ſi quis tantam charitatem: tamen quia principaliter reſpicit pœnam, non fuit in B. virgine, quæ nunquam habuit aliquod peccatum, propter quod mereretur aliquam pœnam. Dici tamen poteſt quod ſicut in ſanctis, licet non ſit timor iſte quantum ad ſeruitutem: quia eſt ſine gratia Dei, tamen eſt quantum ad timiditatem. Ita etiam fuit in B. virgine: & huius opinionis extitit Alber. vbi ſup.

Alius eſt timor initialis, quo quis timet ne poſſit ſatisfacere Deo pro peccatis, vt ait Alex. de Ales vbi ſup. & iſte non fuit in Chriſto: quia præſupponit defectum, & culpam præceſſiſſe. Ipſe autem *peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius* vt dicitur Eſa. 53. & 1 Pet. 2. & c. vtilem. 22. q. 2. & c. ſicut Dominus de ſimo. Iſte igitur timor ſimiliter, nec in beata virgine fuit eodem reſpectu, vt ait Alber. vbi ſup. Quidam tamen dicunt, & bene, quod hic timor habet duos oculos: vnum dextrum amoris iuſtitiæ ad declinandum malũ culpæ: alium ſiniſtrum ad eũ tandam pœnam; & ad ſatisfaciendum in hac vita pro culpa commiſſa, ne perueniatur ad æternam pœnam. Et ſecundum hoc poſſet dici, quod quoad declinandum à malo, & faciendum bonum, fuit perfectiſſime hic timor in B. Virgine, quæ ſecuta eſt illud Eccleſiaſt. 12. *Deum time, & mandata eius obſerua.*

Alius eſt timor qui dicitur caſtus, ſiue filialis. & iſte timor ſecundum Alber. vbi ſup. habet duos actus. vnus eſt timere ſeparari à dilecto; ſicut honeſta, & caſta mulier cauet ab offenſa viri: & timet non timore flagelli, ſed metu ſeparationis ab amore eius alius vero actus eſt reuereri quem diligit. Quantum igitur ad primum actum, beata virgo non habuit timorem: quia per reuelationem ſciuit ſe non poſſe peccare: & conſequenter non habebat cauſam timendi, ne à Deo ſepararetur: cum ſeparatio non fiat à Deo, niſi per peccatum Eſa. 59. Fuit ergo in benedicta virgine timor reuerentialis. Eſt autem reuerentia, ſecundum Alber. vbi ſup. mixta cum dilectione ſubiectio. Et hic timor eſt etiam in beatis. Vnde canit eccleſia: *Tremunt videntes Angeli verſa vice mortalium* & Iob 26. dicitur: *Columnæ cœli pauent, & contremiſcunt ad nutum eius.* Et per columnas intelliguntur Angeli, & ad hoc propoſitum poteſt applicari illud quod inquit gio. ſingularis. & Bar. in l. 1. § qua honorandæ ff. quando um ie. act. conda t. ſed quod timor æquiparatur nimiæ reuerentiæ, id eſt maximæ. Iſte autem timor fuit in Chriſto ſuper

Timor naturalis dup. & quis fuerit in B. V.

Seruilis dup.

Initialis qui fuerit in B. V.

Digitized by Google

ſuper omnes Angelos, & ſanctos. vt probat Alex. de Ales vbi ſupra. q. vlt. & ſimiliter fuit in beata virgine ſuper omnes viatores. & hoc poſſumus probare, ſic arguendo ſecundum Alex. de Ales. vbi ſup. *Timor reuerentialis eſt reſilitio à magnitudine diuinæ Maieſtatis in propriam paruitatem*: Sed B. virgo ſuper omnes viatores reſiliit ad propriã paruitatem a magnitudine Dei, cum ſe ſuper omnes illius Maieſtati humiliauit. ergo &c. In hoc autem eſt differentia ſecundum Alber. vbi ſup inter timorem reuerentialem Angelorum, & beatæ virginis, Quia timor Angelorum non eſt meritorius: Beatæ autem virginis timor fuit cũ maximo merito. Pro concluſione autem huius ſermonis dicere poſſumus illud, quod ait Alber. vbi ſup. di. *Sic ergo manifeſtum eſt, qualiter beata virgo ſeptiformem gratiam ſpiritus ſancti in ſeptem donis diuiſam habuit excellẽtius omni viatore, & quodammodo omni creatura*. Hæc ille. Quorum donorum nos facere dignetur eſſe participes ipſa virgo puriſſima, quæ ſit in æternum benedicta, Amen.

Timor reuerentialis B. V. eſt meritorius; Angelorũ minime.

DE OCTO BEATITVDINIBUS,

QVAE FVERVNT IN Beata virgine.

SERMO SEPTIMVS.

B*Eatam me dicent omnes mulieres*. Geneſ. 30. Dixit Lia vxor Iacob patriarchæ verba Thematis noſtri. Sed glorioſa Dei genitrix altiori modo ſe cõmendare poteſt, dicens illud Luc. 1. *Beatam me dicent omnes generationes*: ſcilicet cœli, & terræ. Generationes autem cœli conſiſtunt in nouẽ ordinibus Angelorum, qui omnes eam dicunt beatam; ſcilicet Seraphin: quia fuit igne diuini amoris totaliter inflammata. Cherubin: quia fuit ſplendore diuinæ cognitionis totaliter illuſtrata. Throni, quia tota fuit mente tranquilla, & quieta. Dominationes: quia corpori ſuo, & omnibus vitiis plene dominata eſt. Virtutes: quia gloria miraculorum illuſtrata extitit. Poteſtates, quia potentiam dæmonum refrænauit. Principatus, quia de omnibus regnis, & prouinciis magnam habet prouidentiam. Archangeli; quia de omnibus ciuitatibus, & locis, magnam habet diligentiam. Angeli: quia de omnibus hominib. & ſingularibus perſonis magnam habet curam.

Generationes autem terræ conſiſtunt in ſex generib. ſanctorum, qui omnes dicunt eam eſſe beatam, ex eo quod omnes virtutes quas ipſi habuerunt particulariter, in ea fuerunt vniuerſaliter & magis excellenter. Nam in ea fuit fides Patriarcharum, ſpes prophetarum, zelus Apoſt. conſtantia martyrum, confeſſorum ſobrietas, & puritas, ſiue caſtitas virginum. Vel poteſt dici quod tres generationes ſunt, vna eſt pure ſpiritualiũ. ſ. Angelorum. ſecunda eſt purè corporalia, tertia eſt ex vtroq; compoſitorum, ſcilicet hominum. Prima generatio dicit eſſe beatam, quia genuit ſuũ reſtauratorem; ſecũda quia genuit ſuum redemptorem. Vel poteſt dici ſecundum Augu. in quodam ſerm. quod quatuor ſunt generationes hominum, vna eſt ſine viro & fœmina; ſicut Adam; ſecunda de viro ſine fœmina, ſicut Eua; tertia de viro, & fœmina; ſicut nos oẽs generamur: quarta eſt de fœmina ſine viro; ſicut Chriſtus generatus eſt. Bene igitur virginem Mariam beatam dicunt omnes generationes; quia tres primæ generationes beatificant, & glorificant quartam generationem virginis: ex eo quod per illam omnes ad cæleſtem patriã reuertuntur. Vnde ſi primo parente fuerunt expulſi, quod ſignificatum eſt Gen. 15. vbi dixit Deus Abrahæ, quòd ſemen ſuum debebat eſſe peregrinum in Ægypto, vſque ad quartam generationem, & in quarta generatione reuerti in terram promiſſionis. Qualiter autem tres primæ generationes eam dicere debent beatam, dicit Ber. in quodam ſermone inquiens: *Lætare pater Adam: ſed tu magis Eua mater exulta: quia ſicut omniũ fuiſtis parentes, ita omnium fuiſtis peremptores: & quod infelicius eſt; prius peremptores, quam parentes. Propterea curre Eua ad Mariã, curre mater ad filiam: filia pro matre reſpondeat, illa matris opprobrium auferat; ipſa patri pro matre ſatisfaciat: quoniam ſicut vir cecidit per fœminam, ita per fœminam ſubleuatus eſt*. Et infra. *Currite nunc matres, & filiæ, currite omnes quæ poſt Euam parturimini, & parturitis cum triſtitia, adite virginalem Thalamum, adite ſi poteſtis ſororis veſtræ pudicum cubiculum*. Vel poteſt dici quod eſt vna generatio in cœlo, ſcilicet generatio Angelorum, alia erat in inferno, ſcilicet ſanctorum patrum, tertia in purgatorio, ſcilicet purgandorum; quarta eſt in mundo, ſ. hominum fidelium. Omnes ergo iſtæ generationes ipſam beatificãt.

Nam

Vos qui reliquiſtis omnia,&c. ait: *Non dicit tantũ, qui reliquiſtis omnia, hoc enim & Socrates philoſophus fecit , & multi alij qui diuitias contempſerunt: & et am poeta, vt ait glo. in l. 1. in fin. prine ff. de mu. & ho ſecu ait, qui ſecuti eſtis me, quod proprium eſt Apoſtolorum.* Sextus gradus eſt omnia dare, & ſeipſum relinquere: & præterea laborare manibus ſuis, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti: ſicut dicebat ſe facere Apoſtolus ad Epheſ. 4 & 1. Corinth. 4. inquit: *Laboramus operantes manibus noſtris*, &c. Et de hoc ſuo labore etiam habetur Acto. 20. Idem quoque in ſimili faciebat Imperator: qui in auth. vt diuinæ iuſſiones in prin. inquit: *Voluntarios pro ſubditorũ quiete amplectimur labores*: & ſimiliter facit Papa, vt patet in proœmio ſex: Septimus gradus eſt omnia, & ſe pſum dare, & ſpiritu, & corpore laborare, vt paſcat proximum pane ſpirituali. Et iſte gradus eſt maior prædicto: Quia vt dicit Gregor. *Melius eſt paſcere animam ſemper victuram, quam corpus quandoque moriturum.* Octauus gradus eſt, omnia, & ſeipſum relinquere, & de ſubſtantia ſui corporis accipere, & ad refectionem animarum proximis dare. In ſto autem gradu in et omnes viatores fuit ſola beata virgo, ſecundum Alber. vbi ſupra. Quia de puriſſimis ſuis ſanguinibus viaticum nobis effecit panem, & vinum, qui de cœlo deſcendit, qui eſt noſtra vita; quem qui religioſe manducauerit, mortem non guſtabit in æternum vt dicitur Ioan 6. Hunc autem toti mundo mendico dedit beatiſſima virgo: de qua dicitur in Euangelio Matt. 13 & Luc 13 *Mulier commiſcuit ſata tria, donec fermentatum eſt totum.* Tria ſata ſunt diuinitas, corpus, & anima. Fermentum autem vt dicit Bein. eſt fides virginis, quæ Deum humanæ naturæ coniunxit, & homini refectionem fecit. Nonus gradus qui eſt perfectiſſimus, eſt omnia proximo dare: & corpus, & animam propriam habentem diuinitatem vnitam in refectionem animarum, ſub ſpecie tamen aliena: & hoc fuit opus miſericordiæ, & ſummum paupertatis Domini noſtri Ieſu Chriſti in via hæc Alber. vbi ſupra. Vbi etiam concludit dicens: *Ex his patet, quod beatiſſima virgo ſpiritus paupertatem quantum ad rerum abiectionem, habuit excellentius omni viatore præter Dominum Ieſum Chriſtum: Quia non attenditur perfectio paupertatis penes appropinquationem ad ſummum defectum, & neceſſitatem ſed penes deuotionem, & voluntatem patiendi, & dignitatem perſonæ. Si enim æque parum habeat miles, & ruſticus, pauperior dicetur miles, quam ruſticus: imo quod ruſtico diuitiæ: militi paupertas: & quod militi diuitiæ, principi paupertas reputabitur, & ſic aſcendendo quanto quis dignior eſt, ſi ſit in eodem defectu, tanto erit inferioribus pauperior.* Confirmantur autem prædicta per illud, quod inquit gloſſ in l. illicitas § ne tenuis. ff. de offic. præſi ſcilicet quod ſufficeus ſi habet porcellum, ſeruat illum, ſicut oculum ſuum; & hoc propter ſuam tenuitatẽ; & reputat ſe eſſe diuitem in illo. De hoc etiam quod ſecundum qualitatem perſonæ dicatur diues, & pauper, ponitur per Bart. late in l. ſi conſtante. in prin. ff ſolu. matr. & ibi in ſpecie exemplificat de ruſtico, & milite vt hic ar. etiam a d hoc in l. nepos Proculo. ff de ver ſig. Cum ergo beatiſſima virgo præcellat omnes in dignitate, quia regina cæli, & mater Domini omnium: & paupertatem voluntariam ſeruauerit: & ſi tantummodo æqualẽ defectum, & paupertatem perpeſſa eſſet, profecto omnes in paupertate improportionabiliter exceſſiſſet. O igitur B. virgo, tu es illa pauperrima, & ditiſſima, quæ Deum diuitem, & hominem pauperem coniunxiſti: iuxta illud Pſal. 41. *Simul in vnum diues & pauper* Tu pauperrima eras, nihil terrenum appetendo, ſed omnia mundana contemnendo: ditiſſima vero omnia in Deum poſſidendo. Vnde dicere poteras illud 2. Cor. 6. *Nihil habentes, & omnia poſſidentes.* De te quoque prædictum fuerat Prou 13 vbi dicitur: *Eſt quaſi diues, cum nihil habeat.* Tu es illa virgo paupercula, quam de ſublimibus cælorum reſpexit Deus. Vnde in Cantico tuo cecin ſti. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*: & merito: inquit enim Propheta, Pſal. 10 *Oculi eius in pauperem reſpiciunt.* Et Dominus per prophetam Eſai 66 *Ad quem reſpiciam, niſi pauperculum?* Tu es illa paupercula, cuius orationẽ nunquam repulit Deus, iuxta illud Pſal 21 *Non deſpexit deprecationem pauperis.* De oratione enim tua prophetatum erat Eccleſ 21. vbi dicitur; *Deprecatio ex ore pauperis vſque ad aures altiſſimi perueniet.* Tibi etiam propter paupertatem tuam dedit Deus indicibiles conſolationes, iuxta illud Pſal 67. *Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.* Tu es illa virgo paupercula, quam Deus in matrem ſuam elegit propter virtutem ſanctiſſimæ, & humillimæ paupertatis Vnde tibi dixit Eſa 48 *Elegi te in camino paupertatis.* Tu vere philoſophiæ magiſtra fuiſti, vere etenim philoſophantes pecuniam contemnunt l. in honoribus ff. de vac. mu. Tu vero copioſos theſauros, quos tibi Magi obtulerunt, ſtatim pauperibus tribuiſti, & ſemper pauperrima viuere voluiſti Sciebas enim quantum leges faueant pauperatis; vt in l. illicitas § ne potentiores vbi Bart ff. de offi præſid. & ibi glo. inquit *Nota quod paupertas prodeſt; pauperes*

Marginalia: *Proprius gradus paupert. ſolius B. V.* — *Exp. Luc 13 Mulier cõmiſcuit ſata tria, &c.*

pores namq; excuſantur ab oneribus. §.item propter paupertatem Inſti.de excu.tu. Item magis ſuccurritur pauperi quàm diuiti. vt not. glo. in l. cum hic §. ſi in annos. ff. de tranſact. per tex. in l. ſi quis ad declinandum. § licentiam C. de epiſco: & cleri. Noueras quoque quòd difficile eſt virtutes ſimul, & diuitias poſſidere. ca. Socrates 12. qu. 2. & quòd onuſtus pondere auri Chriſtum pauperem non poteſt ſequi. vt in eodem. c. dicitur. Sciebas etiam, quòd vt inquit Cato: *Paupertas ſi lata venit, tutiſſima res eſt.* Vnde Lucanus lib 5. canit: *O vita tuta facultas Pauperis, anguſtiq; lares: O munera nondũ Intellecta Dei* & Fortunatus ait: *Pauper in anguſto regnat habendo Deum.* Et Iuuencus lib. 1. *Felices humiles pauper quos ſpiritus ambit: Illos nam cæli regnum ſublime receptat.* Voluiſti ergo perfectiſſime habere virtutem euãgelicæ paupertatis imitando filium tuum; qui eam in ſeipſo dedicauit c. gloria epiſcopi. 12 qu. 2. Vnde obſeruaſti illud Catonis documentum dicentis: *Deſpice diuitias, ſi vis animo eſſe beatus: Quas qui ſuſpiciunt, mendicant ſemper auari* Nouctas namq; veram eſſe illam Senecæ ad Lucillum ſententiam dicentis: *Nemo alius eſt Deo dignior, quàm qui opes contemnit.*

PARS SECVNDA DE beatitudine mititatis B. virginis.

Maria mitiſſima.

SEcũdam beatitudinem ponit ſaluator Matthæ 5. d *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*, tranſſumptiue in §. ex his. 24 q. 4. Hãc autẽ virtutem mititatis, ſiue manſuetudinis ſuiſſe ſuper omnes viatores excellentius in beata virgine, probat Alber. vbi ſupra c. 9. dicens Eccleſiam ita affirmare, quæ in eius officio canit: *Virgo ſingularis, inter omnes mitis* Item ſuper illa verba Matth 5. *Beati mites* ait gloſſ. *Mites ſunt, qui malis moribus dominantur:* ſed beatiſſima virgo malis motibus perfectiſſime dominata eſt; quia eius dominium fuit ſine pugna interiori; omniũ autem aliorum cum pugna: ergo habuit mititatem cum excellentia Sciebat enim beatiſſ. virgo veram eſſe illam Bernar ſententiam in l. b. de improbatione vitiorum. ca. 3. dicentis: *Mitibus, & gratis nemo nocere poteſt.* Et iterum. c 4. *Mitia pacificam pariunt præcordia mentem* Et ideo mititatis virtutem ſtuduit in ſummo poſſidere Item alia glo. Matt. 5 *Manſuetus non irritatur: nec nocet, nec nocere cogitat* Hæc autem omnia fuerunt in beata virgine cum improportionabili excellentia: quia nullum irritare, & omnia placare, diſtant improportionabili diſtantia; ſimiliter nulli nocere, & omnibus in ſummo prodeſſe. Hoc autem ſolum fuit in beatiſſima virgine; ergo habuit mititatem ſine proportione ſuper omnes alios Vnde Bern. in quodam ſermone de illa ait: *Diſcurre per totam ſeriem euangelij; & nunquam inuenies verbum durum, vel aſperum egreſſum de ore eius.* Item arguit idem Alber. dicens: Sicut præmium ad præmium; ita meritum ad meritum: Sed beata virgo poſſeſſionem terræ viuentium, quod eſt præmium mãſuetudinis, habuit excellentius, ergo & meritum. Item Eccleſia canit; *Nos culpis ſolutos, mites fac, & caſtos.* Sed ipſa omni viatore magis ſoluta fuit à culpa; ergo magis mitis fuit Item nullus magis fuit conformis Chriſto in virtutibus, quam mater eius, ſed Chriſtus ſuper omnes fuit mitis. Vnde ipſe ait Matt. 11. *Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde;* quod habetur tranſſumptiue in c qui ſcit 2. qu 4 ergo & mater eius fuit mitiſſima. Non obſtat quod dicitur de Moyſe, Numer. 12. quòd *erat vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra;* quia reſpondet Alber. vbi ſupra, quòd intelligitur in generatione ſua Verba enim intelliguntur de præſenti, non autem de futuro l ſi ita. ff. de au. & ar. le. l ſi ſtà colono. ff de ver obl Et ratio eſt, quia nõ poſſumus diuinare de futuro l. ſi put. toi. ff. ad le. Aqui. Debemus ergo intell gere excellentiam manſuetudinis Moyſi reſpectu coætaneorũ ſuorum, vel reſpectu præcedentium; beatiſſima autem virgo non cadit in numero aliorum; quia non eſt vna de omnibus, ſed eſt ſuper omnes. O igitur virgo mitiſſima profecto tu es illa, quæ tua manſuetudine meruiſti ſuper omnes a Deo amari Cum enim ſimilitudo ſit cauſa dilectionis. 8. Ethi. & l cum filius. §. pater. ff. de le 2. non eſt mirandum, ſi Deus, cui dicitur Pſal 85. *Quoniam tu Domine ſuauis & mitis*, tantum te dilexit, & exaltauit: prædictum enim fuerat de depreſſione dæmonum ſuperborum, & de tua exaltatione Eccleſ 10. c *Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus: & ſedere fecit mites pro eis.* Tu es illa mulier mitiſſima, quæ ſuper omnes viatores à ſpiritu ſancto de omnibus ad ſalutem pertinentibus fuiſti edocta. Scriptum eſt enim Pſal 24. *Docebit mites vias ſuas*, tranſſumptiue in cap. nos autem 16. q 1.

PARS

PARS TERTIA DE beatitudine luctus B. virginis.

INquit Saluator Luc. 6. *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.* & Matt. 5 *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* Hanc autem beatitudinem luctus fuiſſe excellentiſſime in beata virgine probat Alber. vbi ſupra c. 110 ſic: Cuius cauſa nobilior eſt, & effectus l. donationes quas in reginam C. de donat. inter vi. & vxo. ſed omnes alios viatores inſtigabat peccatum ad flendũ; beatiſſimam autem virginem ſola charitas, quia nullum in ſe habuit peccatum; ſed lugebat ſolum ex dilectione peccata populorum; & quando vt ait Greg *Stabat mater doloroſa iuxta crucem lachrymoſa dum pendebat filius,* non minus lugebat peccata crucifigentium filium, quam afflictionem; in hoc imitata filium. qui, vt ait Apoſtolus Heb. 5. *In cruce orauit patrem cum lachrymis, & clamore valido,* ſcilicet, vt relaxaret peccata humani generis. Ipſa enim vt ait Anſelm. in quodam ſermone, fontes fecit lachrymarum de ſuis pudiciſſimis oculis, in eius perſona dixerat Dauid Pſal. 41. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte.* Et Pſal. 6. *Lauabo per ſingulas noctes lectum meũ. lachrymis meis ſtratum meum rigabo.* Dicebat enim illud Hiere. 9 *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die, ac nocte interfectos populi mei:* ergo eius luctus à charitate ſola procedens, excellentiſſimus fuit ſuper omnes alios. Item vt ait Hiero. in quadam epiſtola: *Seruitia quanto minus debita, tanto magis grata.* Vnde Augu. in ca. iam vero 28. qu. 1. inquit: *Ea ſunt in noſtris officijs gratiora, quæ cum liceret nobis non impendere, dilectionis tamen cauſa impendimus,* ſed luctus beatiſſimæ virginis nullo modo fuit debitus debito neceſſitatis, quia nulli culpæ obnoxia fuit; nec alicuius pœnæ debitrix extitit. ergo &c. Item eius conſolatio aliis improportionabilis fuit; ergo & eius luctus, hæc Albert. Contrariorum enim eadem eſt diſciplina. Inſti. de tut. in prin. & ff eo l 1 & Inſti. de his qui ſunt ſui, vel ali iu. in prin. Vnde de ipſa matre Dei tempore paſſionis filij plorante poteſt dici illud Tob 10. *Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis.* Et illud Threnorum 1. *Plorans plorauit in nocte; & lachrymæ eius in maxillis eius.* Dicebat autem mœſtiſſima mater illud Thren. 2. *Defecerunt præ lachrymis oculi mei; conturbata ſunt viſcera mea.* Et illud Hierem 9. *Deducant oculi mei lachrymas, & palpebræ meæ defluant aquis.* Et illud. 14. eiuſdem libri ſcriptum; *Deducant oculi mei lachrymas, per diem, & noctem, non taceant,* &c. Et Thren. 2. *Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem, & noctem; non des requiem tibi, neq; taceat pupilla oculi tui.* Dicere etiam poterat illud Pſal. 101 *& poculum meum cum fletu miſcebam.* tranſſumptiue in c. ſi quis diaconus. 1 diſt. Non enim vnquã curauit de gaudijs tranſitoriis huius mundi. De quibus inquit Martialis poeta; *Gaudia non remanent, ſed fugitiua volant.* & Ber. in lib. de improbatione vitiorum. c. 9 dicit; *Omnia quæ cernis vanarum gaudia rerum; Vmbra velut tenuis veloci fine recedunt.* Sciebat enim filium ſuum dicturum Luc. 6. *Væ vobis qui ridetis, quia lugebitis.* E contra vero de lugentibus dicturum eodem. ca. *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.* Nouerat etiã de ſe prædictum Prou 31 *Ridebit in die nouiſſimo.* Quia igitur ſicut inquit Dauid Pſal. 125. *Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.* Ideo B. virgo, quæ beatitudinem luctus in hac vita habuit in ſummo, in cœleſti quoque gloria in ſummo habuit beatitudinem gaudij & exultationis.

Qualis luctus fuerit in B. V.

PARS QVARTA DE beatitudine eſuriei, & ſitis iuſtitiæ B. Virginis.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus inquit Luc. 6. *Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini.* Et Matt. 5 *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.* tranſſumptiuè in c. excellerunt. de conſe di. 2. Hanc autẽ beatitudinem fuiſſe excellentiſſime in beatiſſima virgine, probat Albert. vbi ſupra c. 111. ſic dicens; *Eſurire iuſtitiam eſt opera iuſtitiæ difficiliora feruenter appetere: ſitire autem eſt opera iuſtitiæ communiora, & faciliora deſiderare, ſicut Laborioſius, & tardius comeditur, quàm bibitur. Eſurire aũt, & ſitire propriè eſt viatorum. iuxta illud Eccle. 24. Qui edunt me adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitient. Saturari autem, & inebriari propriè eſt comprehenſorum. iuxta illud Pſal 16. Satiabor cum cum apparuerit gloria tua & Pſal 35. Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ & torrente voluptatis tuæ potabis eos* Cum autem inter extrema ſit reperire medium, vt dicitur, in 7 Meta & 8 Phyſ & l ſi bene. ff de vſuris. inter eſurire, & ſaturatum eſſe medium eſt comedere. Et iſte ſtatus ſecundum Alb. vbi ſupra eſt beatiſſimæ virginis; quæ habuit iſtã beatitudinẽ citra cõprehenſores, & ſup. viatores.

Quid ſit eſurire, & ſitire iuſtitiam.

Quomodo hac beatit. fuerit in B. V.

 Nulla

Nulla enim pura creatura ita deſiderauit iuſtitiā bonorum operum in ſe, & in toto humano genere, ſicut ipſa: quæ quia magis ſibi incorporauit diuinam ſapientiam, & gratiam, quam aliquis alius viator, ideo magis eſuriuit, & ſitiuit iuſtitiam bonorum operum.

PARS QVINTA DE beatitudine miſericordiæ B. Virginis.

QVintam beatitudinem ponit ſaluator noſter Matt. 5. di. *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Hanc autem beatitudinem fuiſſe in ſummo in matre Dei, probari poteſt ex his quæ ſuperius diximus, in tertia parte huius operis ſermone 5. patet Probat etiam hoc Alber. vbi ſupra c. 142. di. Beata virgo ſecundum venialem modum Eccleſiæ appellatur, & eſt mater miſericordiæ, quod non conuenit propriè alicui alteri creaturę. Dicuntur autem aliqui viri miſericordiæ, id eſt, inclinati ad miſericordiam: & ſic habent omnes alij comparationem ad miſericordiam per modum participatiuum, & accidentalem. Ipſa autem ſola habet comparationem ad miſericordiam per modum originis eſſentialis, & per modum matris. Conuenientia autem eſſentialis improportionabiliter excedit modum inhærentiæ accidentalis, ſecundum ſententiam philoſophi primo Poſter. Ergo beatiſſima virgo improportionabiliter excedit in miſericordia vniuerſos. Item ſecundum vſum eccleſiæ dicitur ipſa virgo beatiſſima regina miſericordiæ: eo quòd ab illa fuit origo regni miſericordiæ, & gratiæ, ſcilicet per generationem filij ſui, à quo omnis gratia & miſericordia proceſſit. Quod autem eſt cauſa cauſæ, eſt etiam cauſa cauſati, vt dicitur in lib. de cauſ. & probatur in l. qui occidit § in hac ff. ad l. Aqui. & l videamus § fi. & l qui domum. ff loca. ergo, &cæt. Vnde Bernar. in quodam ſermone inquit: *Quicquid miſericordia nobis filius exhibuit, hoc totum nobis mater propriè contulit, quæ filium genuit, in quo nobis omnia donauit* vnde concludit Alber. vbi ſupra, di. *Patet ergo quod omnes alij ſunt ſerui miſericordiæ. Beata autem virgo eſt regina miſericordiæ. Sed improportionabiliter eſt maius, eſſe reginam miſericordiæ, quam eſſe ſeruum miſericordiæ: Ergo beatiſſima virgo improportionabiliter excellentius ſe habet ad miſericordiam, quam alij.* Item ſuper illa verba Matt. 5. *Beati miſericordes,* ait glo. *Miſericordia eſt dare, & dimittere,* ſed B. virgo improportionabiliter plus dedit, & dimiſit omnib. viatoribus ſuper omnes creaturas; ergo habet beatitudinem miſericordiæ ſuper omnes. Item Ambroſ. *Miſericordia eſt, nullum relinquere in miſeria, & nullum miſerum facere,* hoc antè in ſummo fuit in B. virgine ergo &c. Item Bernard. *Miſericordia non ſolum in eleemoſynis conſiſtit, ſed in omni peccato corrigendo;* imo hoc eſt opus magnum charitatis, & miſericordiæ: c. inter opera, de ſpon. & ca. tria ſunt genera 45. di. hæc autem fuit in ſummo in ipſa virgine, ergo habuit in ſummo beatitudinem miſericordiæ. Item miſericordia reddita eſt ei improportionabiliter ad omnem miſericordiam, quæ eſt præmium, ergo & beatitudo miſericordiæ fuit in ea ad omnem miſericordiam quæ eſt meritum. Hæc Alber. Et ideo dicere poſſumus beatæ virgini illud Pſalm. 102. *Qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus.* Ipſa quoq; virgo pijſſima dicere poteſt illud Iob 31. *Ab infantia creuit mecum miſeratio, & de vtero matris egreſſa eſt mecum.* Cum ergo ſcriptum ſit Prouerb. 14. *Miſericordia & veritas præparant bona.* Et 21 eiuſdem lib. ca. *Facere miſericordiam, & iudicium magis placet Deo quam victima.* Et iterum ibidem: *Qui ſequitur miſericordiam, & iuſtitiam, inueniet vitam, & gloriam.* Et 22. *Qui pronus eſt ad miſericordiam benedicetur.* Non eſt mirum ſi hæc regina miſericordiæ tot bona, tantamque gloriam recepit in cœleſti patria: tantūque Deo placuit, atque ſuper omnes alios fuit exaltata, & benedicta: adeo enim fuit miſericors, quòd illi dicere poſſumus illud Pſal. 46 *Magnificata eſt vſque ad cælos miſericordia tua;* & etiam illud Pſal 68. *Melior eſt miſericordia tua ſuper vitas.* & 68. *Benigna eſt miſericordia tua* & 85. *multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus te* & 107. *Magna eſt ſuper cælos miſericordia tua.* De ipſa quoque dici poteſt illud Pſal. 99. *In æternum miſericordia eius:* & ideo de illa in nos diffundit abunde. Vnde dicere poſſumus illud Pſalm. 116. *Confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius.*

B. V. conuenit propria eſſe matrem miſericordiæ.

PARS SEXTA DE munditia cordis B. Virginis.

SExta beatitudo eſt illa, quam ponit Dominus Matth. 5. di. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Hæc autem beatitudo ſimiliter in benedicta virgine fuit in ſummo. vt probat Alber. vbi ſupra cap. 13. Vt enim ait Anſelm. *Ea puritate nitebat, qua ſub Deo maior nequit*

nequit intelligi. Item *charitas eſt de corde puro, & conſcientia bona* &c. 1. ad Timot. Sed in beata virgine fuit ſumma charitas: ergo & ſumma puritas. Item actus fidei purificat, iuxta illud Acto. 5. *Fide purificans corda eorum.* Quod etiam habetur de conſe. d. ſt. 4. c. verus. Sed beatiſſima virgo habuit fidem perfectiſſimam: ergo & cordis munditiam, & puritatem. Item ſecundum Dionyſ. 5. c. cæleſ. hierar. Tres ſunt actus hierarchię, ſcilicet purgare, illuminare, illuminare, & perficere: & ſunt ad ſe inuicem ordinati, ita quod magis purgatus; eſt magis illuminatus, & magis perfectus. Sed beata virgo fuit in ſummo perfecta; ergo in ſummo purgata, & illuminata. Item viſo Dei quę eſt præmium huius mũditiæ, eſt improportionabilius in beata virgine, quam in aliqua alia creatura. ergo & ipſa cordis munditia. Item ſuper illud Matt. 5. *Beati mundo corde* ait gl. *Mundo corde ſunt, quos conſcientia non arguit peccatorũ: & mundum cor habet, qui ſibi nihil conſcius eſt.* Hæc autẽ in beata virgine fuerunt in ſummo: ergo habuit munditiam cordis in ſummo. Vnde ipſa dicere poteſt illud Tob. 3. *Mundam ſeruaui animam meam.* Licet vero multas tribulationes in hac vita paſſa ſit: hoc non fuit, quia haberet in ſe aliquam peccati immundiciã. Et ideo dicere poteſt illud Iob. 16 *Hæc paſſa ſum abſq; iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad Deum preces.* Quia ergo *innocens manibus, & mundo corde aſcendet ad montem Domini: & ſtabit in loco ſancto eius*, vt ait propheta Pſal. 23. ideo benedicta virgo omni mũditia pleniſſima eſt in monte diuinæ contemplationis, cæteris altius collocata. Ipſa enim ſola inter omnes ſimplices viatores poterat dicere illud Prouerb. 20. *Mundũ eſt cor meum, pura ſum à peccato.* Hæc autem eius puritas apparebat ex rectitudine operum eius. Scriptum eſt enim Prou. 21. *Qui mũdus eſt, rectum eſt opus eius.* Apparet quoque eius munditia ex munditia rerũ ad Dei cultum pertinentium. Nam Exod. 25. præcepit Deus de arca fœderis, quòd deberet deaurari auro mundiſſimo intus, & foris. Hæc autem arca figurabat mundiſſimam virginem Mariam. Item quòd fieret candelabrum ductile ex auro mundiſſimo: ibidem. Et eiuſdem lib 37. dicitur, quod Moyſes fecit oraculum de auro mundiſſimo Et ſimiliter lucernas 7. de auro mundiſſimo, & altare thymiamatis de auro mundiſſimo, & thymiamata de aromatibus mundiſſimis. Si ergo hæc corruptibilia ad ſuũ cultũ deputata voluit Deus eſſe mundiſſima; & ſimiliter voluit Chriſtus inuolui ſuum corpus in ſindone munda Matth. 27. multo magis credendus eſt elegiſſe matrem ſuam omni munditia repletiſſimam. Quam quidem munditiam matris Dei quidam impugnare ſtudent: ſed tamen præualere contra ipſam Dei matrem non poſſunt; quinimo omnes communiter chriſtiani Dominæ ſuæ munditiam venerantur. Vnde ego in epiſtola directa Sixto Pontifici maximo, alloquens ipſam Dei genetricem dixi: *Munditia in cunctis colitur nunc en tua templis: Iam patet atque ortus gloria magna tui.* Poteſt autem beata virgo gloriari non ſolum de mũditia cordis ſui: ſed etiam de munditia cuiuslibet ſuæ operationis. Vnde dicere poteſt illud Iob 9. *Fulſerunt velut mundiſſimæ manus meæ.* Et de omni opere ſuo dicere poterat illud Geneſ. 20 *In ſimplicitate cordis mei, et munditia manuum mearum feci hoc.* Ex quibus omnibus percipere poſſumus quantam Dei gratiam habuerit ſemper, & in præſenti in ſummo ſuper omnes alios beatos habebat ipſa virgo puriſſima. Scriptum eſt enim Prou. 22. *Qui diligit cordis munditiã propter gratiam labiorum ſuorum, habebit amicum regem.*

B. V. habuit mũditiã cordis in ſummo, licet multa paſſa ſit in hac vita.

PARS SEPTIMA DE beatitudine pacis beatæ virginis.

MAtthæi 5. ait Saluator: *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Quam beatitudinem in ſummo fuiſſe in benedicta virgine, probat Albert. vbi ſupra. c. 114. Ait enim gloſſ. ſuper dicta verba, *Beati pacifici: Pacifici ſunt qui omnes motus animi rationi ſubijciunt:* quia his nihil repugnat, qui ſimiles ſunt patri ſuo cæleſti, qui eſt ſumma quies. Hoc autem totum eſt in ſummo in beata virgine. ergo & pacifica eſt in ſummo. Item alia gloſſ. ibidem inquit: *Dum lex carnis repugnat legi mentis; non modo alteri, ſed nec nobis poſſumus eſſe pacifici.* Vnde dicit Bald. in c. 1. in fine princip. de pace iura. firman. allegans Auguſt. de Ciuitate Dei, quod pax vera non eſt, quamdiu pugnatur cum vitijs. Ergo ſuper omnes improportionabiliter B. virgo pacifica extitit; in qua caro aduerſus ſpiritum eius non rebellauit. Item ſicut eſt præmium ad præmium, ita meritum ad meritum; ſed alijs pacificis datur in præmium, quod filij Dei ſunt per adoptionem: beatiſſimæ autem virgini datum eſt quod ſit mater Dei ſummi per naturam: quod improportionabiliter plus eſt, quàm eſſe filium Dei per adoptionem: ergo præmium beatiſſimæ virginis eſt improportionabiliter ſuper præmium aliorum, ergo & meritum ſuper meritum. Hoc autẽ eſt pacificationis beatitudo, ergo &c. Item pacifici

Qui dicantur pacifici

dicuntur hi qui faciunt pacem inter alios: & hoc autem fecit filius Dei, pacem faciens his qui prope, & his qui longe erãt. vt Apoſtolus ait Eph. 2. Sed & medijs venialis per quod fuit facta pax inter Deum & homines, fuit beata virgo mediatrix, & reconciliatrix omnium, oẽs enim fuerunt reconciliandi per ipſam: ergo in pacificatione excellit omnes viatores, & in ſummo fuit pacifica. Sciebat enim quãtum bonum eſt pax. De qua inquit Prudentius in lib. de conflictu vitiorũ, & virtutũ:
Pax plenum virtutis opus: pax ſumma laborum:
Pax belli exacti precium: preciumq; pericli.
Sydera pace vigent, conſiſtunt terrea pace.
Nil placitum ſine pace Deo: nec munus ad aram,
Cum cupias offerre, probat ſi turbida fratrem
Mens impacatis ſub pectoris oderit antro. & ibidem:
Meritorum clauſula pax eſt:
Non inflata tumet, non inuidet æmula ferri.
Omnia perpetitur patiens, atque omnia credit:
Nunquam læſa dolet, cunctis offenſacula donat.
Lucanus quoque de non cognoſcentibus bonũ pacis, inquit: *Impia, & æternam ruperunt ſecula pacem* &c. & Proſper in li. epigram ait: *Moribus in ſanctis pulchra eſt concordia pacis; Vincuntur mũdi prælia pace Dei.* Et iterum: *Inſontem vitam pacis amator agit.* Hanc autem pacis beatitudinem fuiſſe in innocentiſſima Dei matre, poſſumus etiam alio modo probare. Nam inquit propheta Pſal. 118. *Pax multa diligentibus legem tuam*, & Sapient. 4, dicitur: *Donum & pax eſt electis Dei.* & Iacob 3. ſcriptum eſt: *Fructus iuſtitiæ in pace ſeminatur.* Hæc autem omnia fuerunt ſuper omnes alios in B. virgine, ergo &c. Item in pace vocauit eos Deus, vt ait Apoſtolus 2 Cor. 7. Ergo multo magis matrem ſuam voluit eſſe pacificam. Ipſa enim genuit principem pacis Eſa 9. & illũ, quem appellat Greg. 9. in prologo decretalium, Regem pacificum, qui eſt pax noſtra Eph. 2. Ergo & ipſa fuit valde pacifica; vnde dicere poterat illud quod inquit propheta in Pſ. 119. *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.* Et Pſalm. 4. *In pace in idipſum dormiam & requieſcam.*

PARS OCTAVA DE beatitudine perſecutionis beatæ virginis.

DIcit Saluator noſter Luc 6. *Beati eritis cum vos oderint homines: & cum ſeparauerint, & exprobrauerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquam malum, propter filium hominis gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces veſtra copioſa eſt in cælo.* Et Matth. 5. idem inquit. Et etiã ait: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam; quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Quæritur ergo, vtrum beatitudo iſta fuerit in beata virgine. Et concludit Albert. ſuper *Miſſus eſt*. cap. 110. quòd excellentiſſimè fuit in illa. Ipſa enim multiplex martyrium perpeſſa eſt, vt oſtendetur Deo dante in 10. parte huius operis, ſerm. 2. Multas quoq; tribulationes, & perſecutiones tolerauit; maximè à Iudæis ſibi illatas, vt ſcribit beatus Ignatius in quadã ſua epiſtola. Sicut enim dicitur in c. nulli dubium 3 q. 1. boni à malis ſemper perſecutionem patiuntur. Et idem habetur in c. qui ſecundum carnem. 23 q. 4. Et Proſper in li. epigra dicit: *Impia pars mundi pars eſt infeſta piorum.* Et vt ait Apoſtolus, 2 ad Timot 3 *Omnes qui pie volunt viuere in Christo Ieſu, perſecutiones patiuntur.* Et vt inquit propheta Pſalm. 33. *Multæ tribulationes iuſtorum*; Et *per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum.* vt ſcriptum eſt Actor. 14. Vnde Proſper vbi ſupra ait: *Nunquam bella bonis, nunquam diſcrimina deſunt: Et cum quo certet, mens pia ſemper habet.* Et hoc permittit Deus, vt magis mereatur per patientiam. de qua Cato inquit: *Magna etenim rerum eſt ſemper patientia virtus.* Et ideo inquid Ouid in 4. de Triſt. *Fert ſapiens omnes caſus patienter amaros, Frana nec indomiti mero recuſat equi.* Scit enim veram eſſe ſententiam eiuſdem poetæ in lib. de Ponto dicentis: *Sæpe creat molles aſpera ſpina roſas.* Et illud Matth poetæ in lib. Tobiæ di *Nomine paſſa Dei redolet tribulatio, paſcit Paſſio: delectat læſio: pœna ſapit.* Cum ergo omnis merenti occaſio fuerit in matre Dei: profectò credendum eſt ipſam beatiſſimam virginem multis perſecutionibus, & diuerſis tribulationibus fuiſſe exercitatam, & eas amore iuſtitiæ, & virtutis æquanimiter toleraſſe. Vnde dicere poterat illud Pſalm. 118. *Multi qui perſequuntur me, & tribulant me: à teſtimonijs tuis non declinaui.* & illud 2. Cor. 12. *Complaceo mihi in infirmitatib. meis: in neceſſitatibus: in contumelijs: in perſecutionibus: in anguſtijs pro Christo.* Quanto enim maiores perſecutiones & tribulationes pro iuſtitia patiebatur, tanto magis in charitate dilatabatur iuxta illud Pſ 4. *In tribulatione dilataſti mihi.* Quia igitur ſcriptũ eſt. 1. Petri 3. *Si quid patimini propter iuſtitiã, beati eritis.* Ideo glorioſa virgo, quæ tantũ paſſa eſt, quòd omnes puros viatores in tolerandis paſſionibus ſuperauit, vt in dicta parte 3. huius operis ſermo. 2. dicetur: Etiam in gloria, & beatitudine omnes excellit. Ad quam nos peruenire faciat ipſa virgo beatiſſima. Amen.

Multas perſecutiones paſſa eſt à Iudæis B. V. teſte Ignatio.

Digitized by Google

DE DVODECIM FRVCTIBVS ſpiritualibus.

QVAE FVERVNT IN Beata Virgine.

SERMO OCTAVVS.

Maria fructus ha.

INquit Paulus Gala 5. *Fructus ſpiritus ſunt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas; manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas.* Hos autem fructus excellentiſſime fuiſſe in beata virgine probat Albertus ſuper *Miſſus eſt*. cap. 119 inter alia ſic arguens. *Eſa 3 ſcriptum eſt: Dicite iuſto quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet.* & Pſalm. 117. *Labores manuum tuarum quia manducabis &c. Ergo in operibus bonis eſt refectio, ſiue fructus. Sed in beata virgine fuerunt opera improportionabiliter bona, ergo & refectio, ac fructus improportionabilis. Item Prouerb. 17. dicitur. Secura mens quaſi iuge conuiuium. Sed beatiſſima virgo alijs improportionabiliter ſecura fuit: ergo alijs improportionabiliter conuiuabit.* hæc ille. Et ideo nos poſſumus dicere Deo illud Pſalm. 103. *de fructu operũ tuorum ſatiabitur terra*, id eſt virgo Maria. Ipſi quoque virgini in hunc mundum venienti dicere potuerunt angeli illud Iob. 22. ſcilicet, *habebis fructus optimos.* De eius etiam fructibus dici poteſt illud Prouerb. tertio, *Primi & puriſſimi fructus eius.* De ipſa etiam glorioſa virgine verificatur illud Prouerb. vltimo: *De fructu manuum ſuarum plantauit vineam*, ſcilicet Eccleſiæ Catholicæ. Ipſa quoque virgo ſpiritu ſancto repleta, dicere poteſt illud Cant primo: *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi; & fructus eius dulcis gutturi meo.* Et illud eiuſdem lib. 7. capitulo: *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius.* Non ſolum autem ipſa apprehendit, ſed etiam toti mundo fructus bonorum operum protulit: non enim potuit arbor bona fructus malos facere: *Nam omnis arbor bona fructus bonos facit.* Matth. 7. de quibus fructibus hoc ſermon. diſſeremus.

PARS PRIMA DE fructu charitatis beatæ virginis.

PRimus fructus ſpiritus dicitur charitas, quæ ſecundum Theol. hic non importat virtutẽ, de qua dictũ eſt ſupra, ſed actum eius. Quod autem hic fructus fuerit in ſummo in beata virgine. probat Albertus vbi ſupra, ſic: Charitas eſt quæ de terra ad cælum euocat, & ſic duo innuũtur, quę pertinent ad hunc fructum: ſcilicet à terrenis ſeparatio, & ad cælum eleuatio Vtrumque autem iſtorum in beata virgine fuit in ſummo. Quod enim improportionabiliter alijs à terrenis ſeparata fuerit: patet per hoc, quòd nec puluis venialis peccati pedibus eius adhæſit: quod omnibus alijs viatoribus ineuitabile fuit. Quod autem ad cælum maximè ſit eleuata, probatur per illud Matth. 6. *Vbi eſt theſaurus tuus: ibi & cor tuum erit* Ergo theſaurus tuus trahit ad ſe fructum. Sed beata virgo habuit theſaurum improportionabilem in regno cælorum, ergo improportionabiliter eleuabatur in cælum in cõtemplatione, & cognitione, & affectione diuinorum. Vnde ipſa inquit illud Eccl. 24 *Quaſi Cedrus exaltata ſum in Libano.* Libanus enim qui interpretatur candidatio, ſignificat eccleſiam militantem, & triũphantem, candidam puritate. Sicut ergo Cedrus in Libano eſt altior omni arbore: ita beata virgo eſt magis eleuata erga Deum in Eccleſia, dilectione. Præterea in Pſ 14. & 23. ſit triplex quæſtio. Primo eſt, *Quis aſcendet in montẽ Domini?* ſecunda, *Quis ſtabit in loco ſancto eius?* tertia eſt, *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?* Difficile ſiquidem & perfectum eſt aſcendere. Difficilius vero eſt & perfectius ſtare Difficillimum autem, & perfectiſſimũ eſt habitare, & quieſcere. Aſcendere pertinet ad Apoſtolos, qui ſunt maiores de Eccleſia: ſed nõ pertinuit ad eos habitare, ſed deſcẽdere. Et in figurã huius angeli aſcendebant, & deſcendebant per ſcalam, quã vidit Iacob Gen. 28. Vnde & Apoſtolus Paulus raptus eſt vſq; ad tertium cælum: vt ipſe ait. 2. Cor. 12. Moxq; deſcendit ad diſponendũ cubilia infirmorũ: vt patet 1. Cor. 7. ad perfectiorem ergo ſtatũ Apoſtolorũ, pertinet aſcendere, & ſtare, acquieſcere: Sed ſuper ſtatum Apoſtolorum nõ fuit ſtatus eminentior, quam ſtatus beatæ virginis: ergo ad eius ſtatum pertinet aſcendere, habitare, & quieſcere Itẽ Luc. 14. & 17. di. *Qui ſe humiliat, exaltabitur.* Sed beatiſſima virgo fuit in ſummo humiliata:

humilitat; ergo in ſummo eleuata. Cum charitatis fructus ſit eleuatio ad cælum, manifeſtum eſt ex his quòd beatiſſima virgo habuit fructum charitatis in ſummo. Item vt dicitur Sap. 6. *Incorruptio facit proximum Deo*, quod etiam probatur per ſ. ſancimus. in aut. de leno col. 2. Sed in beata virgine fuit improportionabilis incorruptio: ergo improportionabilis vnitas cum Deo, & cōſequenter improportionabilis fructus charitatis. Item Io. 5. dicitur: *Hac eſt charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus*. Et 2. Ioan. 1. *Hac eſt charitas Dei vt ambulemus ſecundum mandata eius.* Hoc autem egit beata virgo ſuper omnes alios excellentius, ergo &c. Sentiens ergo ipſa virgo benedicta ſe re, letam iſto fructu charitatis, & omnibus alijs fructibus ſequentibus, dicebat ſponſo ſuo cæleſti illud Can. 5. *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum.*

PARS SECVNDA De gaudio beatæ virginis.

FRuctum gaudij fuiſſe in beata virgine, probari poteſt ſic: Vt ait gloſſ. ſuper epiſtolam Pauli Gal. 5. *Gaudium eſt puritas conſcientiæ, & eleuatio animi in his quæ digna ſunt exultandis.* Sed hæc tria, puritas conſcientiæ, & eleuatio animi, & dignitas donorum ſpiritualium fuerunt in ſummo in ipſa: vt ex præcedentibus patet, ergo habuit fructum gaudij in ſummo. Item Pſal. 97. dicitur: *Viderunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. Iubilate Deo omnis terra* &c. vbi gl. ait, quod *viſio Saluatoris eſt cauſa iubilationis.* Sed in viſione iſta, beatiſſima virgo in ſummo vidit, ergo iubilauit in ſummo. Item Lucæ 2. dicebant angeli: *Annuncio vobis gaudium magnum: quia natus eſt vobis Saluator mundi.* Sed improportionabiliter maius eſt Saluatorē naſci de ſe, quàm naſci ſibi: ergo improportionabiliter omnibus cauſam gaudij habuit: & ſic improportionabiliter magis omnibus gauiſa fuit. Item improportionabiliter maius eſt Saluatorem naſci ſibi filium, quàm naſci ſibi Dominum. Sic enim *Beata gens cuius eſt Dominus Deus eius* Pſal. 23. Improportionabiliter beatior eſt, cuius dominus filius eius. ergo &c. Itē Io. 14. dicitur: *Si diligeretis me, gauderetis vtiq;* &c. Dilectio ergo eſt immediata cauſa gaudij: Sed beata virgo habuit dilectionem in ſummo. Item Luc. 10 ait Dominus: *Gaudete & exultate, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis*: & hoc eſt gaudium de prædeſtinatione æterna, & de præſenti iuſtitia: ſed beata virgo habuit præſentem iuſtitiam, & de ſua prædeſtinatione notitiam, ergo & gauiſa fuit in ſummo. Iſtud autē gaudiū nō habent mali. vnde Proſper in lib. epigram. inquit:

Fallaces curis ſemper torquentur amaris:

Et mala mens nunquam gaudia pacis habet.

Felices vere faciunt ſemperque beatos,

De vero, & ſummo gaudia nata bono.

Item Col. 3. ait Apoſtolus: *Habentes ſuper omnia charitatem, quæ eſt vinculum perfectionis; & pax Dei exultet in cordibus veſtris*: ergo charitas eſt cauſa exultationis. Sed beata virgo habuit charitatem in ſummo: ergo &c. Item Phil. 4. *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete, Dominus enim prope eſt*: ergo Dei proximitas eſt cauſa gaudij. Sed beatiſſimæ virgini in ſummo proximus fuit: ergo ipſa ſummum gaudium habuit. Itē Ro. 14. ait Paulus: *Regnum Dei intra vos eſt, pax, & iuſtitia, & gaudium in ſpiritu ſancto.* Sed beatiſſima virgo improportionabiliter plus habuit in corde de regno Dei, ergo improportionabiliter plus de gaudio in ſpiritu ſancto. Item Pſal. 88. dicitur: *Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam; beatus populus qui ſcit iubilationem*, ſed in beata virgine præceſſit miſericordia in ſummo; ergo ſciuit iubilationem in ſummo. Eſt autem iubilatio ſecundum Greg. in moralib. *quoddam gaudium intenſum, quod occultari non valet; & exprimi non poteſt.* Iubilatio quid ſit. Et hoc gaudium ſolū haberi poteſt in Deo. vt Ber. ſuper Eccleſiaſticum inquit. Item Tob. 5. ait Tobias ſenior: *Quale gaudium mihi eſt, qui in tenebris ſedeo; & lumen cæli non video?* quaſi dicat, nullum. ad quod. facit. l. 1. C. de cuſto. reo. vbi dicitur: quòd *priuatio lucis innocentibus eſt miſera, & noxijs ſeuera.* Ergo à contrario ſenſu. quod argum. valet. l. 1. §. huius rei. ff. de om. eius cui man. eſt iuriſ. in luce eſſe & lumen cæli videre eſt cauſa lætitiæ, quod probatur per l. quoties. ff. de ſeruit. Hoc autem fuit in beatiſſima virgine in ſummo, ergo habuit gaudium in ſummo. Item beata virgo omnibus viatoribus, & comprehenſoribus eſt cauſa gaudij, & lætitiæ, ergo plus omnibus habuit gaudij, & lætitiæ. Quia cauſa eſt nobilior, & potentior ſuo eat ſato. c. 15 qui de procur. & l. digna vox C. de legi. Vnd: Sara in figura eius dicit Geneſ. vigeſimoprimo: *Riſum mihi fecit Dominus: & omnes qui audierint, corridebunt mihi*, quaſi diceret: Gaudium principaliter pertinet ad me, alijs autem in conſequenti per me. vnde Iudith. 15 dicitur in figura ipſius virginis. *Tu gloria Hieruſalem: tu lætitia Iſrael: tu honorificentia populi noſtri.* & Eſa. 9. *Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe: & ſicut exultant victores capta præda, quan-*

Fructus gaudij quid ſit.

Digitized by Google

da, quando diuidunt ſpolia. Vbi tanguntur duæ cauſæ gaudij. ſ. meſſorum de fructu: & victorum de ſpolijs. Si ergo eſt gaudiũ de fructu, beata virgo habuit fructum in ſummo. Vnde dicere poteſt illud Eccleſiaſtici vigeſimoquarto, *& flores mei fructus honoris & honeſtatis.* Item habuit victoriam, & ſpolia in ſummo; quæ ex faucibus Leuia hantotum mundum quaſi ſpolium eripuit; ergo gaudij fructum in ſummo poſſedit. Hæc Albert. vbi ſupra. Quantum enim gaudium fuerit beatæ virginis, etiam aliter probari poteſt. Nam ſi ad partum eius gaudet chorus cæleſtium, & angeli canunt Deo: & ſi vt dicitur Matth. ſecundo: *Magi gauiſi ſunt gaudio magno valde, videntes ſtellam, quæ eos ad puerum natum, & matrem eius perduxit:* profecto nulla lingua fari poſſet, nec intellectus capere ingentiſſima gaudia virginis glorioſæ, quæ habuit in conceptu filij, & in partu lactando eum; in portando eum in vtero, & in gremio: & in conuerſando cum eo. Ideo in cantico ſuo Luc. primo, ipſa ait: *Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*, id eſt extra ſaltauit, & ſupra ſe ſaltauit præ gaudio. vnde dicebat illud Abacuc vltimo: *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo.* Verificatum etiam fuit in ea illud Pſ. 83. *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*, & illud Pſal. 125. *Repletũ eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione.*

PARS TERTIA
De pace beatæ virginis.

IN præcedenti ſermone tractauimus de beatitudine pacis matris Dei: ideo hic breuius me expediam de fructu pacis euſdem, quem in ſummo fuiſſe in ea probat Albert. vbi ſupra c. 122. & nos poſſumus arguere ſic. vt habetur Luc. 2. & de cõſe. di. 1. c. nocte ſancta. & c. & c. hymnis & c. hi duo. & c. porro. in natiuitate Chriſti canebant Angeli: *In terra pax hominibus bonæ voluntatis.* ſed beatiſſima virgo improportionabiliter omnibus habuit bonam voluntatem, ergo improportionabiliter habuit pacem. Item Eſa. 32. dicitur: *Opus iuſtitiæ pax*, ſed beata virgo iuſtitiam habuit in ſummo: ergo & pacem in ſummo. Item. Pſal. 75. ſcriptum eſt: *Factus eſt in pace locus eius*: ſed virgo beatiſſima improportionabiliter fuit locus Dei: ergo habuit pacem improportionabilem. Mundus enim eius pacem perturbare non potuit; quia ſpiritu pauperrima fuit: nec etiam diabolus, quia humillima fuit: nec ſimiliter caro eius, quia nullum peccati fomitem ſenſit. prætetea vt ait Auguſtin. in lib. confeſ. *Ille ſolus veram pacem habet, qui in ſolo Deo quieſcit, & nihil aliud inordinate quærit.* vnde mali non habent pacem: iuxta illud Eſa. 48. *Non eſt pax impijs dicit Dominus.* & Hiere. 12. *Non eſt pax vniuerſæ carni.* De talibus carnalibus, & mundanis dicitur Pſalm. 13. *Viam pacis non cognouerunt.* & Ezech. 7. *Quærent pacem & non erit* & c. Beata autem virgo in ſolo Deo quieſcebat, & eum ſolum ſuper omnes viatores diligebat: ergo pacem in ſummo habebat. Seruauit enim illud conſilium prophetæ dicentis Pſal. 33. *Inquire pacem, & proſequere eam.* Et illud Apoſtoli Ephes. 4. *Sollicti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Nec mirum, ſi beata virgo habuit fructum pacis in ſummo, cum fructus ventris ſui fuerit ille, quem Gregorius. 9. in prologo decretalium, appellat regem pacificum.

PARS QVARTA
De patientia beatæ virginis.

VT inquit Apoſtolus Iacob. 1. *Patientia opus perfectum habet.* Et ideo inquit Saluator Luc. 21. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Per patientiam namque in aduerſitatibus omnes ſancti glorificati ſunt. Vnde Iudith. 8. dicitur: *omnes qui Deo placuerunt ab initio, per multas tribulationes tranſierunt, fideles. Qui vero tentationes non ſuſceperunt cum timore Domini, & impatientiam ſuam & improperium murmurationis ſuæ contra Dominum protulerunt, exterminati ſunt ab exterminatore.* Virgo autem beatiſſima in omnibus aduerſis patientiſſima fuit, quapropter de illa dicitur Can. 2. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Nam ſicut lilium, vel roſa non amittit pulchritudinem, vel odorem inter ſpinas: ſic nec ipſa perdidit odorem patientiæ inter tribulationes. Ipſam vero in ſummo habuiſſe fructum patientiæ probat Albert. vbi ſupra c. 123. ſic: Pſal. 93. dicitur: *ſecundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam*: ſed beatiſſima virgo habuit dolorem paſſionis poſt filium ſuum in ſummo, ergo & conſolatiuum fructum patientiæ in ſummo: quæ enim fuit ſocia paſſionum, debuit etiam eſſe ſocia cõſolationum. c. 1. de ſepul. Item dicitur Prouerb. vlt. *Date ſiceram mœrentibus & vinum his qui amaro ſunt animo*: ſed beatiſſima virgo habuit amaritudinem in ſummo, ergo & ſiceram cõſolationis in ſummo. Item Eſa. 61. *Dabit ei Dominus coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu,*

habuit maiorem dulcedinem, quàm omnes alij viatores. Item vt ait Albert vbi ſupra, quanto arbor altior, tanto eius fructus eſt dulcior: ſed beatiſſima virgo fuit arbor omnibus altiſſima, & digniſſima, vt ſupra patuit in 3 parte huius operis ſermo. 4. parte vltima, ergo & fructus bonitatis eius fuit dulciſſimus. Præterea ab effectu cognoſcitur cauſa, vt dicitur in lib. de cauſis: & ſic bonitas fructus denotat bonitatem ſuæ arboris. Quia qualis eſt cauſa: talis producitur effectus. c. fertur. & c. vulneratot qu 1. & capitulo tuæ de ſpon c. acceſſit. & c. ex litteris. de deſpon. impub. de pupillo. ff de no. ope. nun. & notatur in c cum clerici extra de cenſi. Sed fructus beatæ virginis fuit omni dulcedine repletiſſimus, ergo & rami, iuxta illud Iacob tertio: *Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam?* quaſi dicat: qualis intus, talis & extra. Cum ergo à beatiſſima virgine ſumma dulcedo proceſſerit; patet quòd ipſa dulcedinem, & bonitatem in ſummo habuit. Et ideo ipſa Can 2 inquit de ſponſo ſuo cæleſti cum dulcedine repleta: *Fructus eius dulcis gutturi meo.* In eodem quoque c. inquit illi ſponſus eius: *vox enim tua dulcis.* & 4. c *Eloquium tuum dulce.* Vnde & ipſa dicere poterat de verbo Dei illud Apoc 10 *Erat in ore meo tanquam mel dulce* Præcepta quoque Dei erant ſibi *dulciora ſuper mel, & fauum,* vt dicitur Pſalm. 18. & ideo dicebat illud Eccl. ſ 23 *Nihil dulcius quàm reſpicere in mandatis Domini.* Ipſa etiã fuit illa, quam Deus præuenit in benedictionibus dulcedinis. Pſal. 21. Quapropter dicere poterat illud Hiere. 31. *Somnus meus dulcis mihi:* & de ipſa dici poteſt illud Ezech. 33. *dulci ſomno capitur,* & illud Eccleſ 11. *Initium dulcoris habet fructus eius.* De ipſa quoque dicere valemus illud 2. Eſdræ 5. *Dulcedo eius, & honor in ſecula:* Non ſolum autem Deus infundebat animæ beatæ virginis dulcedinem, ſed etiam Angeli ſuis dulcibus eloquijs, & canticis in ea cauſabant magnam iucunditatem, iuxta illud Amos 9. *Stillabunt montes,* id eſt angeli *dulcedinem,* qua videlicet dulcedine etiam totum corpus beatæ virginis replebatur. Scriptum eſt enim Prouerb 16. *Dulcedo animæ ſanitas eſt oſſium* Ex quibus omnibus apparet quomodo excellentiſſimè fuit in virgine dulcedo bonitatis. *V*nde quia, quantum pura creatura poteſt, imitata eſt bonitatem diuinam: ideo de illa affirmare poſſumus illud Sapient 7. ſcilicet quod *eſt imago bonitatis illius:* licet autem bonitas rei communiter ad intrinſeca referatur. l cum quid. ff ſi cer. pe. tamen beata virgo habuit bonitatem non ſolum intrinſecam, ſed etiã extrinſecam; perfectiſſime enim obſeruauit illud Tullij in 3. de offi dicentis: *Bonus vir non modo facere, ſed nec cogitare quidem audebit quicquam, quod non audeat prædicare.* Et illud eiuſdē autoris, qui in li. de amicitia inquit: *Illos bonos viros appellandos putemus, qui aſſequuntur, quantum homines poſſunt, naturam optimam bene viuendi ducem.* Et illud Apuleij, in lib. de Deo Socratis dicentis: *Nihil eſt Deo gratius, & ſimilius, quàm vir animo perfectè bonus, qui cæteros antecellit.* Ipſa namque virgo optima in bonitate creaturas omnes ſuperauit, & diuinæ bonitati quantum poſſibile fuit, appropinquauit. Non eſt autem mirum, ſi omnes ipſam virginē benedictam diligunt. Vera eſt enim illa Tullij ſententia, in quadam oratione ad Cæſarem dicentis: *Nihil eſt tam populare quam bonitas.* de qua bonitate ipſa virgo diffundit in omnes. Vnde illi dicere poſſumus illud Pſal. 103. *Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate & merito.* Omne enim bonum eſt naturaliter ſuiipſius diffuſiuũ, vt ait Diony 4. c. de diuinis nominibus. Quicũq; igitur efficitur deuotus ipſius virginis & illam per amorem recipit in corde ſuo, dicere poteſt illud Sap. 7. *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cũ illa.*

PARS SEPTIMA
De manſuetudine virginis.

SEcundum gloſſ. Gala. 5. *manſuetudo eſt iractabilis.* Vnde inquit Catholicon, quòd manſuetus dicitur quaſi manu ſuetus. iuxta illud Sap. 16 *Manſuetabatur ignis.* Ille igitur qui permittit ſe tractari ſine ira, dicitur manſuetus: & iſta eſt differentia inter patientiam, & manſuetudinem quæ ſimiles videntur: quia patientia moderatur, & regulat paſſionem triſtitiæ, quæ inſurgit ex aliqua moleſtia, ne nimis contriſtetur. Sed manſuetudo refrænat paſſionem iræ, ne frangat, & contra rationem aliquid agat. Ideo glo. ſuper illud Iacob 1. *Cum manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum,* ait: quòd manſuetudo eſt contra iram. Qui ergo minus habet de ira, magis habet de mãſuetudine. Sed beatiſſima virgo fuit ſine aliqua ira: ergo fuit manſuetiſſima. Seruauit enim illud Eccleſ tertio: *In manſuetudine perfice opera tua; & ſuper gloriam hominum diligeris.* Nihil namq; eſt tam peculiare Imperatoriæ maieſtati, quàm mãſuetudo; vt ait Imperator in l. fi. C. de dona inter virum & vxo & ideo ipſe multum ſe docet manſuetum, in l. s. C. ſi quis Imper. male & multum laudat manſuetudinē in. l Imperial. s. C de non.

Qui dicatur manſuetus. Et quæ differētia inter patientiam & manſuetudinem.

Digitized by Google

vbi dicit Bald. in princ. quòd in ſola manſuetudine, & clementia pares Deo eſſe poſſumus: & ideo Imperatrix mundi hanc virtutem ſuper omnes viatores in ſummo habuit. Hoc etiam ibidem aliter probatur. Nam inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt: vt dicitur Prouerb. 13. Ergo ſuperbia per ſe eſt cauſa iurgiorum: & ſic vbi eſt plus de ſuperbia, ibi eſt plus de iurgijs, & minus de manſuetudine. Ergo per oppoſitum, vbi eſt minus de ſuperbia, minus eſt de iurgijs, & plus de manſuetudine. Sed in beatiſſima virgine fuit humilitas in ſummo: ergo & manſuetudo. Item vt ait Albert. vbi ſupra c. 126. *Tractabilis, & manſuetus eſt ille, qui habet bonos mores, & eſt omnibus conformis, & conformabilis in his, quæ fieri poſſunt huiuſmodi ſecundum Deum.* Sed beatiſſima virgo fuit huiuſmodi, vt patuit ſupra. vnde Bernard. in ſermon. aſſumptionis inquit: *Omnibus omnia facta eſt* &c. Ergo manſuetiſſima fuit. Illa enim proinde fuit manſuetudine repleta, quæ in orationibus ſuis a Deo ſuper omnes alios eſt exaudita: cui humilium, & manſuetorum ſemper placuit deprecatio Iudith 9. Si ergo vt dicitur Pſalm. 24. *Deus diriget manſuetos in iudicio*, & Pſal. 36. *Manſueti autem hæreditabunt terram: & delectabuntur in multitudine pacis ſuper eam*, & Pſalm. 37. *Deus ſaluos fecit omnes manſuetes terræ.* Et Pſalm. 99. *Exaltabit manſuetos in ſalutem*, & Prouerb. 3. *Manſuetis dabit gloriam.* Procul dubio credendum eſt quod ſuſcipiens manſuetos Dominus, vt ait propheta Pſalm. 146. hanc manſuetiſſimam virginem in cæleſti patria ſuper omnes puras creaturas exaltauit. Et ideo ipſi matri Dei, quæ propter fructum manſuetudinis ad illam mirabilem ſedem peruentura erat, prædixerat Dauid Pſalm. 44. *Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam, deducet te mirabiliter dextera tua.* Sciens enim ipſa virgo benedicta quod Eccleſiaſt. 1. ſcriptum eſt: *Beneplacitum eſt Deo fides, & manſuetudo:* perfecit illud quod conſuluit ſapiens eiuſdem Ib. 11. c. In *manſuetudine ſerua animam tuam*, & hoc maximè egit, vt filio ſuo conſonaretur. de hoc prædictum erat Zach. 9. *Exulta ſatis filia Sion, & iubila filia Hieruſalem Ecce rex tuus venit tibi iuſtus, & manſuetus* &c. & Iſa. 1. in perſona eius dicitur: *Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam.*

PARS OCTAVA
De benignitate beatæ virginis.

INquit gloſ. Gal. 5. quod *Benignitas eſt largitas rerum.* Hunc autem fructum fuiſſe in ſummo in beata virgine probat Albert. vbi ſupra c. 127. & nos poſſumus arguere ſic: largitas rerum conſiſtit in dando: quia *Beatius eſt dare quàm accipere.* c. prædicator 16 q. 1. & c. cum Marthæ in 1 col. de cele. miſ. & hoc etiam inquit gloſſ. in rubrica. ff Commo. & fuerunt verba Domini Ieſu, quæ refert Paulus, ſicut dicitur Act. 20. Sed beatiſſima virgo improportionabiliter plus alijs dedit: quia ſicut Deus pater dando nobis filium ſuum quoad diuinitatem, nobis ſimul cum illo omnia donauit, vt dicitur Roma. 8. ita ipſa dando nobis filium Dei quoad humanitatẽ ab eo mini ſtratã, etiã cum illo nobis omnia largita eſt: & ſic nobis contulit Deum, omnia creantem & conſequẽter improportionabiliter fuit larga, & benigna. Benignitas n. dicitur quaſi bona igneitas. Nam ſicut bonus ignis calefacit etiam aliena ſi e gerat, ſic qui benignus eſt, beneficia exhibet, non ſolum amicis, ſed etiam inimicis. Hoc autẽ egit ipſa benigniſſima Dei genitrix: quæ filij ſui perfectiſſima imitatrix fuit, qui pro crucifixoribus exorauit. Luc 23 ergo &c. *Quis dicatur benignus.*

Item 1. ad Cor. 13. dicitur: *Charitas patiens eſt, benigna eſt.* Ergo vbi maior eſt charitas: ibi maior eſt benignitas. Sed B. virgo in ſummo habuit charitatem: ergo & benignitatem. Item *benignus eſt ſpiritus ſapientiæ*, vt dicitur Sap. 1. Sed beatiſſima virgo plena fuit ſpiritu ſapientiæ, vt probatum eſt ſupra ſermone 5. huius partis. parte 1. & ſer. 6. etiam parte 1. in princip. 10. Ergo benignitatis fructu fuit repleta. Seruauit namq; illud Caſſiodori in epiſtolis ſuis dicentis: *Ornamentum omnium bonorum eſt ſincera benignitas. Igitur ſi tu gradu, dignitate, aut virtute ſuperas vel quos nobiles illos pedibus conculcare, ſed ſis amabilis, affabilis, & vultu facetus, placidus.* hæc ille. Præterea cum Deus ſit benignus, vt dicitur Iohel. 2. Vnde ad Titum 2. ait Paulus: *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei*, perfecto tenendum eſt matrem eius ſuæ benignitatem cum omnibus, & ſuper omnes puras creaturas habuiſſe fructum benignitatis: perfectiſſime eum ſeruauit illud Eph. 4. *Eſtote inuicem benigni.* Vnde prouidens in ſpiritu propheta Pſalm Dei matrem propter ſuam benignitatem eſſe coronandam, prædixit in Pſa. 64. *Benedicens corona anni benignitatis tuæ.*

PARS

Digitized by Google

PARS NONA DE fructu fidei Beatæ virginis.

SEcundum gloſſ. ad Gala.5. fides in quantum eſt fructus ſpiritus, dicitur inuiſibilium certitudo: de quo etiam tangit glo in ſubr. C. de ſum. Trin & fid Ca. Dicit autem Albertus vbi ſup c 123 quòd delectatio intenditur ex certitudine tribus modis. Primo per ſcibilium pluralitatem, vt ſi delectatio eſt in ſciendo: quanto plura ſciuntur, maior eſt delectatio Sed beatiſſima virgo plus omnibus ſciuit: ergo maiorem delectationem habuit. Secundo per nobilitatem, & melioritatem ſcitorum. Maior eſt enim delectatio in ſciendo meliora, & nobiliora, vt eſt cognitio diuinorum, quæ eſt nobilior, & delectabilior cognitione inferiorum rerum, ſecundum philoſophum. 11 & 18 de animalibus 2 de cœlo, & mundo 11. metap 10 ethi. & in lib. de ſecretis ſecretorum ad Alexandrum. Vnde inquit Thom. ſuper 3. de anima quòd ille intellectus nō eſt nobilior, qui plura intelligit: ſed qui nobiliora cognoſcit. Sed beatiſſima virgo ſciuit nobiliora, & digniora, quia habuit cognitionem Trinitatis, & æternæ beatitudinis ſuæ, & aliorum: qua ſcientia nihil iucundius. Nulla enim eſt delectabilior cognitio, quam ſcire Deum; & ſe ab illo nunquam ſeparandum ergo &c. Tertio intenditur delectatio per modum ſciendi Nam ſi aliquid ſciatur per reuelationem Dei, magis delectat, quam ſi ſciatur per humanam acquiſitionem, & ſtudium. Sed cognitio virginis benedictæ fuit per diuinam reuelationem, & ſancti ſpiritus inſtructionem, vt patuit ſup. ſermone 5. & 6. Ergo improportionabilem habuit inuiſibilium certitudinem omnibus aliis excellentiorem, & ſic fructum fidei habuit in ſummo. Poteſt etiam hic accipi fides pro fidelitate. iuxta illud Iuuenalis li. 1 Satyr. 3 *Quantum quiſque ſua nummorum ſeruat in arca, Tantum habet & fidei* Et Eccleſiaſt. 22. *Fidem poſſide cum amico in paupertate illius, vt in bonis eius læteris*. Et ita accipitur in l. 1 ff de conſtit pecun. & ff. de po. l. 1 § merito C. de act & obl. l. bonam fidem. & in l. 1 in princ. ff de pac & in eodem ſenſu accipitur in l. cum venderem ff loca & in l. generaliter C. de non nume. pe. Et ab Ouidio in epiſtolis dicente: *Multa fidem promiſſa leuant* Et in 3. de faſtis: *Tarda venit dictis difficilisq; fides* Et à Catone dicente: *Rara fides ideo quia multi multa loquuntur*. Et ab Æſopo fabula 31. *Expedit inſido non temerare fidem*. Et ab eodem Ouid. in 3. de Ponto, epiſtola 10. *Quis labor eſt puram non temerare fidem?* Et à Lucano in 1. lib. vbi ait: *Nulla fides regni ſocijs* &c. Et lib. 8. *Ardua quippe fides robuſtos exigit annos*. Et lib. 10. *Nulla fides pietaſque viris qui caſtra ſequuntur*. Et à Richardo poeta in lib. de nuptiis, qui ait: *Quis bonus abſq; fide?* Heſter 6 vbi inquit rex Aſſuerus: *Quid pro hac fide honoris, ac præmij Mardochæus conſecutus eſt?* Et eiuſdem libr. 17 ca. de eodem Mardochæo dicit: *Cuius fide, & beneficijs viuimus*. Si ergo hic accipiatur fides pro fidelitate: etiam in ſummo fuit in ipſa virgine. Fuit enim fideliſſima Deo: Vnde de ea dici poteſt illud Neemiæ 9 *Inuenisti cor eius fidele coram te*. De fidelitate quoque eiuſdem virginis prædixit ipſe *Deus* 2. Reg 8 dicens *Dauid*: *Erit fidelis domus tua* & 3. Reg 11. inquit Salomoni: *Ædificabo tibi domum fidelem*. Ipſa enim virgo ſola cum filio ſuo fuit domus fidelis vſq; in ſempiternum coram Deo. vnde ipſa dicere poteſt illud Pſalm. 56. *Teſtimonium meum fidele ipſi*. Fuit etiam fideliſſima generi humano: propter cuius fidelitatem fuit reconciliatū Deo. Vnde de primo parente dici poteſt illud 1. Cor 7. *Sanctificatus eſt vir infidelis per mulierem fidelem*. Fuit etiam, & eſt fideliſſima in omnibus promiſſionibus ſuis. Vnde de ipſa dici poteſt illud Ioſue 23. *Impleuit opere quod promiſit*.

Delectatio intenditur ex certitudine tripliciter.

PARS DECIMA DE fructu modeſtiæ B. virginis.

DE modeſtia matris Dei ſupra tetigi in ſermone 3. huius partis, parte 3 ideo hic non multum me extendam Sciendum tamen ſecundum glo Gal. 5. quod modeſtia conſiſtit in dictis, & factis, vt non fiat exceſſus, vel defectus quoad verba vel habitum, & geſtus exteriores. Modus enim in omnibus eſt ſeruandus, tam in victu, quam veſtitu, & alijs l. ſed & ſi quod §. 1 ff. de vſufruct. facit. l. ſolent §. non vero ff de offic. procon. & leg. & l diuortio. 1. reſponſo. ff. de neg. geſt: Dicit autem Albert. vbi ſup. ca 139. quod in virtutibus politicis medietas duorum extremorum eſt virtus vt dicitur 2. ethic Vnde Bernard. ait: *Tene medium, ſi non vis perdere modum*. In virtutibus vero Theologicis tanto aliquid habet perfectius eſſe virtutis, quanto magis eleuat, & extendit ad conſecutionem finis: vnde modus ibi attenditur ſecundum maiorem eleuationem virtutis: fides enim tanto magis eſt virtus, quanto ma-

to magis eleuat potentiam ad credendum. Et ſimiliter ſpes tanto perfectius habet eſſe virtutis, quanto magis eleuat ad ſperandum. Et ſimiliter eſt in amore, cuius modus eſt non tenere modũ, vt inquit Ber. Si ergo modeſti eſt tenere modum; modeſtiſſimi in ſummo erit tenere modum in ſummo. Summus autem modus in via eſt eleuare potentiam ad perfectiſſimum actum, qui poteſt eſſe in ſtatu viæ; huiuſmodi autem eleuatio fuit in beata virgine: ergo ipſa habuit fructũ modeſtiæ in ſummo. Item glo. ſuper illud Ro. 2 *Rationabile obſequium veſtrum*, ait: *Neque nimis, neque minus:* Hoc autem inter omnes puras creaturas ſolum conuenit beatæ virgini præcise: ergo &c. Item ſpiritus ſapientiæ eſt modeſtus. vt dicitur Sap. 7. *Et Sapientia quæ deſurſum eſt, modeſta eſt, & ſuadibilis* &c. Iacob 3. Sed in beata virgine fuit ſpiritus ſapientiæ in ſummo ſuper omnes viatores vt ſup. probatum eſt. ergo & modeſtia in ſummo. Item Prouerb. 22 dicitur: *Finis modeſtiæ timor Domini.* Sed in beata virgine fuit timor Domini in ſummo: vt patuit ſup. ergo & modeſtiæ fructus. Ipſa etenim perfectiſſime ſeruauit illud Phil. *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus:* & illud 1. Pet. 3. *cum modeſtia, & timore ſcientiam habentes bonam.*

PARS VNDECIMA DE continentia Beatæ virginis.

CONtinentia ſecundum glo. ad Galat. 5. eſt abſtinere a bonis placitis licitis. Intelliguntur autem hæc placita ſecundum ſenſum, non ſecundum intellectum vt ait Alber. vbi ſup. c. 130. Non enim eſt virtus abſtinere à bonis placitis ſecundum intellectum, quæ ſunt ſimpliciter bona ſecundum virtutem appetenda. A bonis autem ſenſibilibus, & delectabilibus abſtinere, eſt virtus continentiæ. Summe vero delectabile ſecundum ſenſum eſt actus generationis; ergo ab hoc abſtinere eſt maximæ virtutis. Et hoc poteſt eſſe tripliciter. Primo per abſtinentiam perfectam, vt in coniugatis 31. di. c. Nicæna. qui ab aliis continent extra ſe. Secundo per abſtinentiam perfectiorem, vt in viduis. 27 q. 1. ca. nuptiarum. Tertio per abſtinentiam perfectiſſimam, vt in virginibus; quæ tantæ eſt excellentiæ, quòd perſuaderi poteſt, ſed non imperari. c. in egiſtas 32 q. 1. Hæc autem in beata virgine fuit in ſummo: ergo & fructũ continentiæ habuit in ſummo. Præterea virtus eſt circa arduum, & difficile. 2 Ethi. ſed maxime arduum, & difficile videtur eſſe abſtinere ab actu generationis naturæ corruptibilitate. vnde Salomon dicebat Deo Sapien. 8. *Non poſſum eſſe continens, niſi tu dederis:* ergo vbi eſt illa abſtinentia in ſummo; ibi eſt & continentia in ſummo: ſed hæc fuit in beata virgine. ergo &c. Item augmentat virtutem continentiæ, abſtinere non ſolum à delectabilibus licitis, ſed etiam à debitis: Et quanto magis debitis, tanto maior eſt continentia abſtinere ab illis: Sed beatiſſima virgo abſtinuit ab honoribus ſibi debitis ſuper omnes creaturas, inquantum erat Dei mater: cũ ergo ſe humiliauerit in ſummo, & à reuerentia improportionabiliter ſibi debita, continuerit; profecto habuit fructum cõtinentiæ in ſummo. Vnde de illa dici poteſt illud 2 Macha. 14. *Continentiæ propoſitum tenuit*, ſcilicet in ſummo. Ex quo apparet eius excellentia. Cum enim non ſit condigna ponderatio animæ continentis, vt dicitur Eccleſiaſt. 26. proculdubio excellentia beatę virginis continentis in ſummo erit improportionabilis, & inæſtimabilis.

PARS. DVODECIMA de fructu caſtitatis B. virginis.

QVia ſup ſermone 4. huius partis tractaui de virtute virginitatis, & caſtitatis matris Dei: ideo hic breuiter me expediam de fructu eius. Sciendum ergo ſecundum glo. ad Galat. 5. quod hic caſtitas eſt recte vti licitis. Ille autem recte vtitur, qui ſeruat dictum Apoſtoli. 1. Cor. 10 *Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud facitis: omnia in gloriam Dei facite.* Sicut faciebat Imperator qui in l. 1 in prin. C. de vete. iu. enu. ait: *Ita actus noſtros ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium, vt neque armis confidamus, neq; noſtris militibus, neque bellorum ducibus, vel noſtro ingenio: ſed omnem ſpem ad ſolam referamus prouidentiam Trinitatis.* Omnes ergo actiones humanæ ſunt referibiles ad Deum. Ille igitur perfectus in ſummo erit, qui omnes actus ſuos in Deum refert; & huiuſmodi ſic referri, eſt vti. Vnde Magiſter ſententiarum in 1. di. 1. inquit quod vti eſt id, quod in vſum venerit, referre ad id quod fruendum eſt, ſed Deo, qui ſolus fruendus. Sicut autem contingit referre differenter: ita contingit vti differenter.

Nam aliqui viatores referunt in Deum aliqua ſolum. Alij vero omnia, ſed habitualiter. Nam impoſſibile eſt eos ſemper omnia referre actualiter,

Digitized by Google

liter, vt probat Alber. vbi ſup. ca. 181. quia *Non eſt homo, qui non peccet* 3. Reg. 8. Qui autem peccat, nõ poteſt ſemper omnia in Deum referre actualiter. *Nam* pro tunc, quando peccat, non refert in Deum illud, in quo peccat etiam venialiter. Sed beata virgo omnia ſemper in Deum referebat actualiter, cum nunquam peccaret, ſed ſemper in gratia Dei ſtaret: vt ſup. probatum eſt. ergo improportionabiliter ſuper omnes bene vſa eſt licitis: & conſequenter habuit fructum caſtitatis in ſummo, ſecundum Albet. vbi ſupra. Dicit autem Nico. de Lyra ſuper epiſtolam ad Gal. c. 5. quod caſtus proprie dicitur ille, qui nec conſentit concupiſcentiis, nec etiam patitur earum moleſtias. Hæc igitur excellentia caſtitatis ſingulariſſimo modo conuenit Dei genitrici, quæ nunquam alicui carnali concupiſcentiæ conſenſum præſtitit: immo nec vnquam aliquem motum eius ſenſit: & ideo in ſummo caſtiſſima fuit: *Deus* enim illam in puriſſima virginitate ſemper conſeruauit. Vnde ipſa dicere Deo poteſt illud Hiere 3 *Dux virginitatis meæ tu es.* Eius quoque caſtitatis excellentia oſtenditur ex eo, quòd ipſa non ſeruauit eam ex timore, vel verecundia, ſed ſeruauit illud conſilium Tibulli dicentis: *Non ſano ſis caſta metu ſed mente fideli,* &c. Item ipſa perfecte euitauit omnes occaſiones luxuriæ. Vnde voluit eſſe pauperrima. Et in potu parciſſima fuit. nam *luxurioſa res eſt vinum.* Prouer. 20. & c. luxurioſa 35 di. Item nunquam ocio vacauit. Sed ſemper diuerſis operibus, & auſteritatibus omnia libidinis incentiua refrænauit, ſeruans illud Col 3. *Mortificate membra veſtra* His igitur duodecim fructibu ſpiritus repleta beatiſſima virgo, ſoluta fuit ab omni lege humana, & carnali, iuxta illud Gala. 5. *Qui ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege.* Per hos etiam fructus cum cæteris virtutibus diabolum proſtrauit, & deſpexit. Cui dicitur 3. Reg. 16 *Spreuit te, ſubſannauit te, virgo filia Sion.* Figurata quoque fuit ipſa benedicta virgo in ligno vitæ in medio paradiſi, quod 12. fructus protulit. vt dicitur Apoc. vlt. quia hos. 12. fructus ſpiritus non ſolum in ſe habuit, ſed etiam ad ſalutem omnium gentium mirabiliter produxit, & communicauit. Cui beatiſſimæ virgini ſit perennis gloria per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

DE GRATIIS GRATIS

DATIS BEATAE Virgini.

SERMO NONVS.

Viſo de gratiis gratum facientibus qualiter fuerunt in beata virgine: cõſequenter videndum eſt de gratiis gratis datis. Sicut enim continuatio ordinata debet fieri titulo ad titul. vt in l. 2 de ſta. ho. & in § quibus. in 1. conſt. Co. & in l. cum de laneonis § alinam, ff de fund inſtru. Et ſimiliter de libro ad librum, quando commode fieri poteſt: vt notatur Inſti de acti in princ. licet hæc non ſit omnino neceſſaria ſecundum gl. in rubr. ff. de condi. fur. Sicut etiam continuatio ſolet fieri de lege ad legem, quando commode fieri poteſt. vt eſt glo. in l. 2. ff. de ver. ob. & aliquãdo de paragrapho ad paragraphum. vt habetur in l. Gallus. vbi gl in § 1. ff. de libe. & poſth. Pari modo etiam conſentaneum videtur, continuare hũc ſermonem loquentem de gratiis gratis datis ad ſuprascriptos loquentes de gratiis gratum facientibus. Multæ autẽ ſunt gratiæ gratis datæ. Quarum aliquas ponit Apoſtolus 1 ad Cor. 12. dicẽs: *Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ. Alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritũ: Alij fides in eodem ſpiritu: Alij gratia ſanitatum: Alij operatio virtutum: Alij diſcretio ſpirituum: Alij genera linguarum: Alij interpretatio ſermonũ:* Quaſdam vero alias gratias ponit idem Apoſtolus ad Eph. 4. dicens: *Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti.* De quibus gratiis hic pertractabimus, oſtendentes qualiter in matre Dei fuerunt excellentiſſimè.

DE

Digitized by Google

DE SAPIENTIA, QVAM habuit beata virgo, in contemplatione æternorum.

PRo expeditione huius primæ partis quæritur, vtrum mater Dei in hac vita viderit Angelos, & ſpiritualia per ſpecies proprias. Et videtur quod ſic. Ipſa enim vt ait Alber. vbi ſu. c. 132. *videre potuit, & vidit ſpiritum increatum per ſpeciem propriam* ergo & quemlibet alium. Item in 6 dialogorum inquit Gregor. *Quid enim non vident, qui videntem omnia vident?* Sed ipſa vidit videntem omnia, ergo vidit omnia. Item philoſophus ait, quod intellectus cognoſcit omnia propter ſeipſum agnoſcendum: quicquid autem eſt ſecundum naturam cognoſcitiuum alicuius, cognoſcet illud, niſi impediatur. Illa autem impedimenta ſecundum Auguſtinum, ſunt phantaſmata corporalium animæ per amorem conglutinata: quib. abſtractis anima ſeipſam videt. Sed ab his anima beatæ virginis potuit ſe abſtrahere: ergo potuit ſeipſam videre per ſpeciem propriam: Item ſecundum Auguſt in li. de ſpiritu, & anima: *Anima principio ſuæ creationis habet in ſe concupiſcibilitatem, rationabilitatem, & iraſcibilitatem*: ergo in ſe eſt naturaliter cognoſcitiua. Vnde poſito per poſſibile, quod non infunderetur corpori, adhuc eſſet cognoſcitiua; & non eſſet coarctata per aliam naturam: ergo apta nata eſt cognoſcere omnia. Sed inordinatum eſt, quod aliquid foret cognoſcitiuum omnium aliorum, & non ſuipſius, ergo anima naturaliter eſt cognoſcitiua ſuipſius, & omnium aliorum: ergo cognoſcet omnia, & ſeipſam niſi impediatur: hoc autem eſt impedimẽtum quod dictum eſt ſup. Sed in anima beatiſſimæ virginis hoc fuit ſublatum: ergo vidit ſeipſam & omnes Angelos, & omnia creata. Vnde Auguſt. in lib. de ſpiritu, & anima inquit: *Animus corporis dominator, rector, & habitator videt ſe per ſeipſam: non quærit auxilium corporalium oculorum, immo vero ab omnibus corporalibus ſenſibus, tanquam compedibus abſtrahit ſe ad ſe, vt videat ſe in ſe, & nouerit ſe apud ſe: & dũ vult Deum cognoſcere eleuatur ſuper ſe.* Item philoſophus in 1. de anima dicit quod omnino, & penitus difficillimum eſt aliquam fidem accipere de anima ſecundum ſuam ſubſtantiam: operationes enim, & potentias ipſius & accidentia non eſt difficillimum cognoſcere. Si ergo cognoſcere animam in ſe per ſuam ſpeciem de numero difficillimorum eſt. ergo eſt de numero cognoſcibilium: ergo etiam ſecundum philoſophum, qui non habuit ad gratiam reſpectum, poſſibile eſt animam cognoſcere per ſpeciem propriam, licet difficulter. Sed iſta difficultas amouetur per abſtractionem à phantaſmatibus corporalib. quæ abſtractio fuit completiſſima in contemplatione beatæ virginis: ergo vidit animas, & ſpiritus in ſua contemplatione. Si ergo vt ex præcedentibus patet, etiam phyſicè loquendo anima in corpore etiam circa auxilium gratiæ gratum facientis in contemplatione ſpirituum, & ſpiritualium, aſpectum dirigere poteſt & videre: profecto multo fortius anima beatæ virginis eleuata, & abſtracta plenitudine gratiæ hoc facere poterat. Item Paulus in raptu vidit diſpoſitionem cœleſtis Hierarchiæ, & beato Dionyſio reuelauit. Ergo multo magis beata virgo vidit ſtatum Angelorum, & triumphantis Eccleſiæ. Quod enim eſt conceſſum ſeruo, multo magis conceſſum fuit vniuerſorum Dominæ, quia capacitas ſerui regulatur ſecundum capacitatẽ Domini l. ſi mihi & tibi §. in regula ff. de lega. 1 Item Martinus vidit dæmones, & Iacob Angelos, quando dixit Gen. 32. *Caſtra Dei ſunt hæc.* Ergo & beata virgo in ſua contẽplatione poterat videre Angelos, & dæmones, & animam propriam: immo & ipſum Deũ. Hac igitur ſapientia de diuinis repleta, magnifice locuta eſt ipſa benedicta, componens Canticum illud excellentiſſimum: *Magnificat anima mea Dominum.* Hac ſapientia freta, docuit Apoſtolos ſapientiſſimos de multis myſterijs fidei, & ſecretis diuinis poſt aſcenſionem filij. Et quid mirum, ſi ſapientiſſima omniũ fuit, quæ mater fuit Chriſti, qui eſt Dei virtus, & ſapientia. vt dicitur 1. ad Cor. 1. Ipſe igitur Dei filius qui dixit Apoſt. Lucæ 21. *Dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri.* multo excellentius dedit eam ſuæ chariſſimæ genitrici. Si enim Deus ſapientiam præſtat paruulis id eſt, humilibus Pſal. 18. multo magis eam præſtitit humillimæ virgini. Ideo illi inquit Salomon Sap. 7. *Dic ſapientiæ, ſoror mea es.* De eius quoque ſapientiæ profunditate dici poteſt illud Eſa. 40. *Non eſt inueſtigatio ſapientiæ eius.* De ipſius etiam ſermonibus poteſt dici illud Prouerb. 18. *In labijs ſapientis inuenitur ſapientia* Et 10 eiuſdem libr. ca. *Os iuſti parturiet ſapientiam* Si enim, vt ſcriptum eſt Eccleſiaſt. 27. *Homo ſanctus in ſapientia manet ſicut ſol:* profecto omnium ſanctorum ſanctiſſima virgo in ſumma ſemper manſit ſapientia.

DE

DE GRATIA SCIENTIÆ BEATÆ VIRGINIS.

GRatiam ſcientiæ ad finem bene operandi poſtulabat propheta Pſalm. 118. dicens, *Scientiam doce me, vt diſcam iuſtificationes tuas*. Multis enim ex cauſis quærunt homines ſcire, vt ait Bernard. in quodam ſermone dicens: *Sunt qui ſcire volunt, vt ſciantur: & vanitas eſt gloria. Sunt qui ſcire volunt, vt ſciant; & curioſitas eſt. Sunt qui ſcire volunt, vt lucrentur, & cupiditas eſt. Et ſunt qui ſcire volunt, vt ædificent ſe & alios: & charitas eſt.* De his quoque diuerſis reſpectib. ſciendi tractat Archid in ca. Nonne 37. di. Et ego diffuſè dixi in 2. parte Roſarij ſermonum ſermone 19. parte 3. Hæc autem ſcientia prout eſt gratia gratis data conſiſtit in hoc, quòd ſciat quis eloqui de moribus, & naturalibus rebus, & artibus liberalibus & mechanicis, prout expedit ad ſalutem animæ procurandum in proximis; & hoc per infuſionem Dei iuxta illud 1. ad Cor. 1. *Gratia data eſt vobis in Chriſto Ieſu: quia diuites facti eſtis in illo in omni verbo, & in omni ſcientia.* Hæc autem ſcientia infuſa eſt Salomoni, non ſolum ad iudicandum populum, ſed etiam ad differẽdum de naturis rerum, de volucribus, piſcibus & animantibus terræ, ac de plantis à Cedro Libani vſque ad hyſſopum herbam minimam, vt dicitur, 3. Reg. 4. ca. Hic autem non loquimur de ſcientia ſine charitate quæ inflat, vt dicitur 1. ad Cor. 8. & in ca. niſi cum pridem §. propter ſcientiam de renun. quod etiam notat glo. in l. Iulianus. §. quod dicitur, ff. ad Maced. & in l. vt ex pluribus ff. de reg. iur. & in l. 1. eet ff. de acquirend. poſſ. ſed loquimur de ſcientia bona. Hanc vero ſcientiam fuiſſe perfectiſſime in beata virgine probat Albertus vbi ſupra. Et primo de mechanicis ſcientiis. cap. 133. ſic arguendo: Omnis ſcientia de numero bonorum eſt; ſed ei nullum bonum defuit: ergo omnes ſcientias habuit. Item natura non deficit in neceſſariis, vt dicitur 3. de anima: ergo multo fortius gratia. Sed quædam mechanicæ ſcientiæ erant beatæ virgini neceſſariæ, vt muliebres. Ergo illas habuit ipſa quæ omni gratia plena fuit. Inter mechanicas autem muliebres quædam ſunt ſubtiliores, & meliores, vt ſunt illæ quæ fiunt in aurifici s, & ſericis operibus, & ſubtilioribus ſuturis, & texturis, & huiuſmodi; ergo eas ſciuit Dei mater, quæ vt ait Damaſcenus, à nullo illuſtrium ſuperatur. Hæc etenim ſcientiæ, & opera ſunt illuſtrium fœminarũ.

Item ſua operatio fuit laudabiliſſima: ergo humillima. Sed maior humilitas eſt ſcire nobilia, & ſubtilia, & operari vilia, & communia, quam tantum ſcire vilia, & operari vilia: ergo ſcientiam habuit iſtarum operationum mechanicarum nobilium & excellentium; licet ipſa non intenderit circa eas. Et rationem aſſignat Alb. vbi ſupra, dicens quòd iſta ſubtilia magis ordinantur ad vanitatem, quam ad vtilitatem, & propterea dicit Iuriſconſultus in l. ſi fideiuſſor. § quædam. ff. manda. quod non eſt curandum de apicibus, & ſic de ſubtilitatibus iuris: nimia enim ſubtilitas eſt pernicioſa. l. lege duodecim tabularum. ff de legi hære. & ideo debet euitari. l. ſancimus. C. ad Trebe. l. ſicut § ſi debitori ff. quibus mo pig. vel hypo. ſol. & l. 1. ſinn. C. de iure do. Operatio autem beatæ virginis tantum erat circa neceſſitatem; & vtilitatem. ergo non erat circa talia. Nos tamen hoc limitare poſſumus, niſi forte in his quæ ad diuinum cultum pertinebant. De iſta autem eius operatione circa vilia dicitur Prouerbio vltimo: *Quæſiuit lanam, & linum; & operata eſt conſilio manuum ſuarum, manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum.* In legenda quoque eius dicitur quòd certa hora diei vacabat operi textoriæ, vt neminem grauaret: & arte & manibus victum quærebat; ſicut etiam faciebat Paulus Apoſtolus, vt dicitur Actuum 20. & 10. q. 3. ca. caue ndum, & extra de cenſi. cum Apoſtolus. Dicit namque autor libri, qui dicitur Pamphylius c. 1. *Nam ſolet ars Dominum ſæpe iuuare ſuum.* Et iterum 3. ca. inquit: *Pauper ſæpe ſuo paſcitur officio.* Licet autem mater Dei habuerit notitiam, & peritiam omnium artium honeſtarum; quæ exerceri poſſunt cum merito, iuxta illud Senecæ in lib. de ſeptem liberalibus artibus dicentis: *Meritoria artificia ſunt & quæ valde hominibus proſunt* iuxta illud Ouidij in 3. de arte amandi, ſcilicet, *Ingenium placida mollitur ab arte; Et ſtudio mores conuenienter eunt.* Et in primo de Ponto; *Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura eſt; Pectora molleſcunt, aſperitaſque fugit.* E contra vero de ignorantibus artem, dicit autor libri, qui dicitur Facetus c. 3. *Eſt pecus vt brutum, penitus quiſquis caret arte: Ars hominem format, nec ſinit eſſe malum.* Tamen ipſa Dei mater voluit communiter exercere circa vilia exercitia. Quod etiam poteſt probari ſecundum Albertum vbi ſup. ſic: *Beata virgo perfecta fuit ſecundum actionem, & contemplationem: Vnde de ipſa dici poteſt illud Luc. 10. Maria optimam partem elegit. Bona pars eſt actiuorum, melior contemplatiuorum, ſed optima eſt eius*

Digitized by Google

iure habuit, vt publice in ſcholis legere auſa ſit. Licet autem dicatur, quod dialectica non placeet Deo; quia regnum Dei eſt in ſimplicitate fidei, & non in contentione. ca omnem 37. diſtin. Vnde etiam dicitur quod dialectici diebus, ac noctibus torquentur; & in obſcuritate mentis gradiuntur c. nonne. eadem di. & quod garrulitas ranarum, quibus percuſſa eſt Ægyptus, deſignat garrulitatem dialecticorum; & ſophiſtica argumenta eorum. cap. legimus, & ca. ſequenti. 37. diſt. tamen dialectica poteſt addiſci ſine peccato: & ſimiliter aliæ ſcientiæ mundanæ. § econtra. & c. turbat. & cap. ſi quis. eadem diſtin. Omnia enim, quæ in iure Canonico dicuntur contra logicos, ſiue dialecticos, intelliguntur ſolum de his, qui relictis neceſſariis ad ſalutem, vel ex curioſitate tantum, ſeu ex alio malo fine circa huiuſmodi occupantur: non autem de illis, qui addiſcunt bono fine. Et ſimiliter dicendum eſt de aliis ſcientiis paganorum ab Eccleſia particulariter non damnatis; quæ cum merito poſſunt addiſci, dummodo ſeruentur debitæ circunſtantiæ. Valēt enim ad ſalutem, & profectum animæ, & fidei defenſionem, ſicut demonſtrat magiſter Gratianus. in d. cap. turbat. & ſeptem capitulis ſequentibus 37. diſtinct. Beatam igitur virginem Mariam logicam quoque ſciuiſſe probat Albert. vbi ſupra. cap. 149. dicens. quod logica eſt vtiliſſima ad ſcientiam ſacræ ſcripturæ; & ad hæreſum deſtinctionem, & fidei confirmationem, & rationis redditionem de ea, quæ in nobis eſt fide, ergo iſta ſcientia maxime eſt neceſſaria ſanctis, & conſequenter beatiſſimæ virgini neceſſaria: quæ in vniuerſo mundo cunctas hæreſes interemit. Item dicit Hierony. quòd liber Iob continet propoſitiones, aſſumptiones, & concluſiones: & idē eſt in aliis libris ſacræ ſcripturæ, in quibus ſunt diffinitiones, diuiſiones, & concluſiones; & in aliquibus ſunt verſus Hexametri, vel Pentametri ſecundum Hebræos, ſicut in libro Iob, & in pſalmis, & in Canticis. Ergo logicam ipſa, & poeticam ſciuit, quia ſcripturam ſacram, in qua hæc habentur plene nouit: & hæc ita eſſe in Cant. ſuo demonſtrauit. Et percurrendo de ſpeciebus logicæ, quæ ſunt tentatiua, ſophiſtica, demonſtratiua, & dialectica; dicit Albertus vbi ſupra ca. 140. quòd tentatiuam in ſummo ſciuit; quia nunquā in tentatione ſuccubuit. Sophiſticam in ſummo habuit, quia omnes aſtutias diaboli cognouit, & omnia ſophiſmata ſua patefecit. Dialecticam in ſummo ſciuit, quia omnia problemata ſoluere ſciuit. Demōſtratiuam in ſummo ſciuit, quia nobiliſſimam propriam paſſionem de nobiliſſimo proprio ſubiecto per ſemetipſam concluſit. Nobiliſſimum ſubiectum eſt prima, & ſumma bonitas. Nobiliſſima, & propria eius paſſio eſt miſericordia. Vnde in oratione dicimus: *Deus cui proprium eſt miſereri.* Hanc autem propriam paſſionem de hoc ſubiecto beata virgo concluſit, quando per eam, tanquam per medium ſummu bonus *Deus* in opere noſtræ redēptionis in ſummam miſericordiam demonſtrauit; quaſi tali vteretur demonſtratione: Quicunque aufert quodcunque malum auferibile, & confert omne bonum conferibile, ipſe eſt ſummè miſericors; ſed Deus homo in noſtra redemptione abſtulit omne malum auferibile; & contulit omne bonū conferibile, ergo ſummè miſericors eſt; & hoc factum eſt per medium ipſius beatæ virginis, de qua carnem aſſumpſit, & ex qua incarnatus hoc fecit. Ex quo patet quod ipſa habuit omnes partes logicæ in ſummo. Phyſicam etiam habuiſſe virginem glorioſam manifeſtum eſt. Nam Imperator dicitur phyſica plenus C. ad ſiml. Tert. l. penul. ergo & ipſa Imperatrix cœleſtis ad quod facit l. princeps. ff. de le. Item ad phyſicam pertinet detinere furorem amoris vitioſi § illud quoque in aut. quibus modis naturales efficiantur legitimi. De quo per Albericum de Roſate in l. vnica. C. de ſenatuſconſul. Claudia. Et pecunias contemnere. l. in honoribus §. phyſicis ff. de vaca mu. atque in dictis temperatum eſſe. § nos vero in procem. ff. Hæc autem omnia fuerunt in Dei matre. Item phyſica dicitur dicitur a phylos quod eſt amor, & ſophia quod eſt ſapientia, quaſi amor ſapientiæ. vt not. in l. 1. ff. de iuſti & iu. de quo per Archi. 8. diſt. in princ. Super omnes autem beata virgo amauit ſapientiam; ergo ſuper omnes habuit phyſicam. Et ſimiliter phyſicam, & medicinam probat Albert. præallegato loco, c. 141 eam habuiſſe, ſic: Vt inquit phyſicus in t. de anima: *Cognitio animæ valet ad omnia: maxime ad ſcientiam naturalium*; ſed beatiſſima virgo perfectiſſimam cognitionem animæ habuit; perfectiſſime enim ſe cognouit, ergo &c. Item per diuerſas proprietates lapidum, ſpecierum, lignorum, & animalium & cæterarum rerum naturalium, diuerſæ figurantur intelligentiæ myſteriorum in ſacra ſcriptura; ergo ſine notitia rerum non eſt perfecta noticia ſcripturarum; ſed beatiſſima virgo perfecte ſciuit ſcripturam; ergo habuit in ſummo naturalium ſcientiam. Item nullus fuit morbus quantumcunq; incurabilis, quin ſciret, & poſſet eum curare, ergo in ſummo habuit ſcientiā medicinæ.

Digitized by Google

Item ipſa ſciuit curare ſolo verbo;ergo ſciuit medicinam in ſummo. Item ipſa ſciuit curare corpus,& animam:ergo in ſummo habuit medicinę cognitionem. Ideo ei canitur: *Cæcos tu illumina, mortuos reſuſcita,da mœſtis lætitiam.* Vt enim dicitur Eccleſiaſt 38. *Altiſſimus terra* id eſt,de virgine Mariæ *creauit medicinam.* Quapropter de indeuotis beatæ virgini dicere poſſumus illud Sap. 1. *Non eſt in illis medicamentum.* Et illud Hierem. 8 *Medicus non eſt ibi.* Ideo cuilibet fideli dicitur illud Eccleſiaſt 18. *Ante languorem adhibe medicinam,* id eſt,virginis deuotionem,quæ te præſeruabit à peccatorum infirmitate.

De ſcientiis quoque Mathematicis quod in B. virgine fuerint, probari poteſt ſecundum Alber. vbi ſup.142. Nam ipſa fuit perfectiſſima ſecundũ affectum:ergo & ſecundum intellectum. Cum ergo diligeret omnia ad lg b l a,concludendum eſt quod etiam cognouit omnia cognoſcibilia, Item ſecundum Hieronym geometria,arithmetica, & muſica habent in ſua ſcientia veritatem cap ſi quis grammaticam 37.d.II & veritas perficit intellectum,vt bonum eius ergo &c.Præterea laudatur Abraam quod erat peritus in aſtris, & docuit Ægyptios Aſtronomiam; & per eam ditatus eſt,ideo videtur,quod illas ſcientias perfectiſſime habuerit beata virgo quantum ad id, quod vtile eſt in eis;vt per illas deueniatur in cognitionem creatoris,& notitiam ſcripturarum, & quantum ſcire congruit,cum ipſi matri Dei nullum bonum defuerit. Et quantum ad muſicã,patet,quod tam in veteri, quam in noua lege erant cantores,& vſus cantus ad diuinum cultu. Cantus autem recte ſcitur per muſicam: ergo ad cultum Dei pertinet ſcientia muſicæ. ergo fuit in B. virgine:cum per inſtrumentorum pulſationem, & diuerſam melodiam excitetur animi affectus ad Deum,vt patet in Heliſeo:qui faciens pſalterium adducere,& pulſare,excitata eſt mens eius ad prophetiam.vt dicitur 4.Reg 3.Præterea quicquid perfectiſſimo auditui delectabiliſſimũ fuit ad audiendum;illud maxime harmoniacum fuit: ſed auditus filii Dei nobiliſſimus fuit : ergo vox matris ſibi delectabiliſſima fuit ad audiendum, & conſequenter ſumme harmonica. Vnde Cãt. 2.dicitur ei:*Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis.* Ergo ipſa beatiſſima virgo effectum muſicæ ſcientiæ habuit in ſummo. Habet enim muſica delectationem naturalem,& in omnibus ætatibus,atque omnibus moribus vſus ipſius eſt amicus:vt ais philoſophus 8 Pol t c. 2.itẽ *muſica lætificat cor. & tibia ac pſalterium ſuauem faciunt melodiam,* Eccleſiaſt 40. Dixit quoq;Macrobius in lib de ſomno Scipionis. *Omnis anima muſicis ſonis capitur; & muſica canit omne quod viuit.* Et Boetius in muſica,lib 1.inquit: *Nulla eſt omnino ætas,quæ à cantilena dulcis delectatione ſeiuncta ſit.* Caſſiodorus ii 2 epiſtolarum,epiſto 40 ait: *Muſica triſtitiam noxiam iucundat;tumidos furores attenuat,cruentam ſæuitiam efficit blandam, effugat ignauiam, ſoporantem languorem expellit; vigilantibus reddit ſaluberrimam quietem: vitiatam turpi amore,ad honeſtum ſtudium reuocat caſtitatem,tollit mentis tædium,bonis cogitationibus ſemper aduerſum: perniciosa conuertit ad auxiliatricem gratiam,& per dulciſſimas voluptates expellit animæ paſſiones. Nihilq; efficacius inuentum eſt ad promouendum animos, quam concaua cithara blanda reſultatio. Hinc etiam appellatum exiſtimamus chordam,quod facile corda moueat.* Hæc ille. Si ergo muſica tantum eſt vtilis etiam malis, & eos ad bonum inducet:multo magis bonos in melius proficere faciet: & conſequenter in omnium bonorum optima virgine excellentiſſime fuit,quæ cordis lætitiã,& delectationem in ſummo habuit.

Quantum vero ad Aſtronomiam,legitur Geneſis cap. *In principio creauit Deus cælum & terram.* Vbi expoſitores ponunt plures cœlos. Item ibidem dicitur: *Fecit Deus duo luminaria magna, ſolem,& ſtellas & poſuit ea in ſigna, & tempora, dies & annos.* Ex quo videtur,quod ſit neceſſaria,vel ſaltem vtilis Aſtronomia ad intelligentiã ſcripturarum: quam quia bea a virgo plene habuit,ideo Aſtronomiam excellentiſſime intellexit. De Arithmetica etiam eodem modo probari poteſt.

Nam cum ſit circa numeros : qui in ſcripturis diuinis continent diuerſa myſteria vt patet Dan.9 & 12 & computationes annorum de vitis antiquorum ibi notantur:& diuerſa feſta diuerſis temporibus aguntur,& in ſcriptura ag deſcribuntur;ergo eſt neceſſaria vel ſaltem vtilis ſcientia algoriſmi,& conſequenter ſcientia de numero,ſcilicet Arithmetica;ergo in beata virgine nõ eſt credenda defuiſſe Et ſimiliter probare poſſumus de geometria Nam in ſacra ſcriptura diuerſæ menſuræ ſunt,&menſurationes:vt menſura ephi,cori,modii,cadi,cubiti,calami,chinicidis.& aliæ menſurationes,vt in tabernaculo Exod 36. c.& in templo Eze.40 De huiuſmodi autem eſt ſcientia geometriæ.Vnde dicuntur geometri. id eſt,calculatores C de decurio l.canonem l b.10. vel agrimenſores Cod. de excu.ar l fin.lib.10 & ff.d [excu. tu.l. geometri. ergo] cum huiuſmodi ſcientia ſit neceſſaria ad intelligentiam ſa-

Digitized by Google

ueræ ſcripturæ: abſque dubio fuit in beata virgine. Et de prædictis poteſt etiam ſic probari. Nam cum habuerit ſcientiam legalem, in qua multum curarunt de ſcientia arithmeticæ in computando: prout habetur in l. 3. in §. Seio. in gl. in verbo biſſexto ff. de mino. & in l. 1. in fi. in glo. in verbo ſeptimæ iod. & omis. C. de iuſti. Co. commit. Similiter & de geometria, vt in toto titulo. ff. ſi menſor fal. mo. dixe. & finium regundorum & communi diui. & in § penul. Inſti. de offi. iudi. & al bi ſæpe. præſertim in diuina Tyberiade Bartoli concluditur, quòd vtile fuit ipſam habere has ſcientias. Geometria enim eſt licita, & approbata. l. artem geometriæ. C. de malefi. & mathe.

Quod autem habuerit Theologiam in ſummo, probatur. Nam cum habuerit iuris prudentiam vt ſupra dictum eſt: & iuris prudentia ſit diuinarum rerum notitia vt dicitur in. l. iuſtitia §. iuris prudentia. ff. de iuſti. & iu. & Inſti. eo. §. iuris prudentia. Cumque de diuinis tractetur non ſolum in iure canonico; ſed etiam in ciuili. vt patet. C. de ſumm. Trinitat. & fide Cathol. maximè in epiſtola inter claras: ergo habuit ſcientiam Theologiæ. Et poteſt etiam ſic probari ſecundum Albert. vbi ſupra. cap. 141. Inquit pſalmiſta Pſalm. 118. *A mandatis tuis intellexi* Ergo impletio mandati auget intellectum operanti. Sed beata virgo mandatum in ſummo impleuit: ergo theologiam in ſummo intellexit. Item ibidem inquit idem Pſalm. *Lucerna pedibus meis verbum tuum*: Sed beata virgo ſola nunquam pedem affectus offendit, Ergo lucerna verbi illam perfectiſſime illuminauit Præterea Ezech. 1. dicitur: *Cum eleuarentur animalia; eleuabantur pariter & rota iuxta ea.* Quod exponens beatus Gregor. inquit quòd cum eleuantur doctores in vita, ſcilicet ſpirituali, honoratur, & exaltatur in eis ſcientia. Sed beata virgo habuit eleuatiſſimam vitam: ergo etiam habuit eleuatiſſimam theologiæ ſcientiam. Item Apoſtoli ſciuerunt theologiam, cum non didiciſſent humanitus: ergo multo fortius beata virgo. Item ipſa habet aureolam prædicatorum: vt probabitur infra in vltima parte huius operis: ergo ſciuit Theologiam. Item de beata Cæcilia legitur, *Virgo glorioſa ſemper euangelium Chriſti gerebat in pectore*; ergo multo fortius beata virgo Item 1. Ioan. 2. dicitur: *Unctio docet vos de omnibus.* vbi gloſſ. ait ſcilicet ad ſalutem pertinentibus Sed beata virgo ſuper omnes fuit vncta: ergo improportionabiliter ſciuit omnia ad ſalutem pertinentia: de quibus eſt theologia. Item in arca erat lex Dei Exod. 25. Sed per arcam figuratur beata virgo Ergo ipſa in ſe habuit totam legem Dei per ſcientiam ipſius.

Expon. Ezech. 1. Cũ eleuarentur animalia, &c.

Quod autem ſciuerit librum ſententiarum, probat Albertus vbi ſupra. cap. 148. Nam materia primi libri reducitur ad materiam de Trinitate, & de prædeſtinatione: de potentia, & voluntate Dei, ac gratia eius. Sed de hac materia plurimum ſciuit beata virgo, quæ potentiam, & bonitatem, ac gratiam Dei in ſummo in ſe experta fuit: & diuinam Trinitatem, ac ſui prædeſtinationem excellentiſſime intellexit. Secundus liber eſt de Angelis, & operibus ſex dierum, & ſtatu hominis. Sed hæc omnia perfectiſſime ſciuit mater Dei: ergo ſecundum librum in ſummo intellexit Tertius liber eſt de incarnatione verbi: & de virtutibus, & præceptis diuinis. Sed beata virgo hæc omnia ſciuit in ſummo: quæ verbi incarnationem per experientiam cognouit: & virtutes, ac præcepta perfectiſſime intellexit: ac in ſe habuit ergo & tertium librum optime ſciuit. Item in quarto libro agitur de ſacramentis, & reſurrectione. Ipſa autem gratias ſacramentales in ſummo habuit. vt patebit infra ſermone 11. huius partis. Habuit etiam corpus ſimillimum corporibus reſurrectis, quia eius corpus fuit immune ab omni macula culpæ: & etiam à pœna mortis: vt dicetur infra in tractatu de aſſumptione eiuſdem. Item optime cognouit naturam corporum reſurgentium, & reſurrectionem Domini ipſa prima vidit, & credidit: vt ait Ambroſius in lib. de virginibus ergo omnes libros ſententiarũ in ſummo ſciuit. Quod autem totam bibliam, & omnia puræ creaturæ ſcibilia intellexit, probatur per illud Ioan 16 vbi Chriſtus ait Apoſtolis: *Spiritus ſanctus docebit vos omnem veritatem:* ergo multo magis docuit eius matrem.

Dicit autem Albertus vbi ſup. c. 140 quod beatiſſima virgo fuit ſufficienter perfecta per habitũ naturæ, & gratiæ, potens in operationes exire, & finem conſequi cuiuſlibet eſſentiæ, & hæc ſe cantia exiuit in actum, & operationem: quando, vbi, qualiter, & quantum ordinabatur ſibi ad beatitudinem, & alijs ad ſalutem, habuitque perfectam cognitionem omnium ad ſuam beatitudinem pertinentium ſecundum ſtatum viæ: & omnia quæ fuerunt in eius anima naturali, vel acquiſita, ſic erant gratia informata vel cum gratia coniuncta, vt omnia eſſent gratuita Concedendo ergo hanc partem dico, quòd de beata virgine dici poteſt illud Sap. 9 cap. *Scit illa omnia. & intelligit.* Et nos illi dicere poſſumus. illud Luc. 16. c. *Scimus quia ſcis omnia*: & illud Iſa. 138. *Mirabilis*

facta eſt ſcientia tua: & merito. Cum enim dicatur 1 Regum 2. *Deus ſcientiarum Dominus eſt*: profectò non eſt dubitandum quòd matrem ſuam ſcientia replere voluit. Vnde de ipſa inquit Sap. 6. *Ponam in lucem ſcientiam illis*. Et ipſa dicere poteſt illud Prouerbiorum. 30. *Noui ſcientiam ſanctorum*: de qua per totum orbem diffudit; iuxta illud Eccleſiaſt. 21. *Scientia ſapientis tanquam inundatio inundabit*. De ſermone autem ſcientiæ eius dici poteſt illud Prouerbiorum, 15. *Lætatur homo in ſcientia oris ſui*. *& ſermo opportunus eſt optimus*. Ipſi quoque virgini in hunc mundum venienti, dicere potuit Deus illud 3. Reg 3. *Dedi tibi cor ſapiens, & intelligens*. De ipſa etiam dici poterat illud 3. Regum 4. *Erat ſapientior cunctis hominibus* Et illud Iudith. 11. *Mirabantur omnes ſapientiam eius*. Et illud Eccleſiaſtici. ca. 39. *Collaudabunt multi ſapientiam eius*. Et ipſa dicere poterat illud Eccleſiaſtici, 1. *Præceſſi ſapientia omnes, qui fuerunt ante me*. De illa quoque dicere poſſumus illud Daniel. 5 cap. *Scientia, & ſapientia inuenta ſunt in ea* Et illud Eccleſiaſtici 23. *Omnia vidit oculus eius*: ſcilicet intellectualis. Ex quibus omnibus concludi poteſt, quòd beata virgo, quę cognouit omnia creata, & creatorem, ſciuit numerum animarum in inferno exiſtentium, cum earum pœnis, & earum, quæ erant in purgatorio: & in ſinu Abrahæ, & in mundo, & pulchritudinem earum: & ſimiliter numerum omnium Angelorum, archangelorum, & aliorum beatorum ſpirituum. de quibus inquit Dionyſius: quòd maior eſt numerus angelorum, quam omnium aliorũ creatorum ſimul: & quod pro vno Angelo ſunt decem Archangeli, & ſemper multiplicantur in decuplo aſcendendo de ordinem. Sciebat ergo beata virgo omnium iſtorum numerum, & eorum diſtantiam, & pulchritudinem, differentem, & gloriam. Item cognouit naturam diuinam, ſcilicet beatiſſimam Trinitatem, & diſtinctionem perſonarum, & proprietates attributas tribus perſonis melius, quam vnquam cognouerint, vel cognoſcent omnes puræ creaturæ ſub cælo exiſtentes. Item omnium ſtellarum nomina, & proprietates ſciebat. Nam Deus communicauit ſibi per gratiam illud, quod ei canit Sedulius dicens: *Qui ſtellas numeras, quarũ tu nomina ſolus, Signa, poteſtates, curſus, loca, tempora, noſti*.

Epilogus cognitionis B. V.

DE FIDE BEATAE virginis.

Quomodo hic accipiatur fides.

VT inquit glo. ſuper illud Pauli 1 ad Cori 12. *Alteri fides &c Hic accipitur fides prout eſt gratia gratis data*: *pro conſtantia fidei, vel ſermone de fide*. Quod autem beata virgo omnes ſuperauerit in fide ſic ſumpta, probat Alb. vbi ſup. c. 150 ſic: *Nam aliorum conſtantia fuit deficiens, & intercepta: ipſius autem non*. Vnde de ea ſolet exponi illud Eccleſiaſtic. 1 *Generatio præterit, & generatio aduenit*: *terra vero in æternum ſtat*. Item 17. inquit Saluator: *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, & dixeritis monti huic, tolle te, & mitte te in mare, obediet vobis*. Granũ ſinapis eſt tenax, purum, & calidum, & ſignificat fidem beatæ Mariæ, quæ fuit ita conſtans, certa, & humilis, quòd ad ipſius dictum, quando dixit Angelo, fiat mihi ſecundum verbum tuum, ſummus montium tulit ſe de cælo, & miſit ſe in mare huius mundi per incarnationẽ ex ea: vel in mare ſui vteri. Certe nullius ſancti, vel ſanctæ fuit vnquã fides tam conſtans. & tam feruens quòd iſtud petere auderet, vel impetrare poſſet. Non etiam Abraam, qui tamen, vt ait Apoſtolus ad Rom. 4. *Credidit in ſpe contra ſpem*: Credidit namque in ſpe repromiſſionis ſibi factæ ab Angelo de filio naſcituro contra ſpem, quam naturaliter habebat, ſcilicet quòd non eſſet ei amodo filius naſciturus, cùm eſſet antiquus dierum, & haberet vxorem ſterilem. Sed maior fuit fides beatæ virginis, quæ credidit Angelo ſibi dicẽti: quòd ex virgine permanente naſceretur Deus & homo. Magis enim eſt contra naturam virginem concipere, & parere Deum, & hominem; quam ſterilem, & vetulam ex antiquo viro concipere purum hominem: ergo ipſa improportionabiliter ſuperauit Abraam in fide: & conſequenter omnes alios: per illam regulam: *Quicquid eſt ſuperius ſuperiore, eſt etiam multo magis ſuperius inferiore*. in l. de acceſſionibus ff. de diuer. & temp. præſcrip. & in c. ex parte. extra de deci.

Item Grego. in hom. Paſchali inquit: *Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum*. Sed illud à beata virgine creditum, maxime fuit ſuper rationem, & experimentum: ergo habuit maximum meritum. Ex quibus omnibus patet, quòd ipſa virgo benedicta habuit maximũ habitum, & actũ fidei ſuper omnes viatores. Hac autem fidei ſuæ conſtantia mater Dei diabolum ſuperauit. Vnde ipſa volens contra eũm decertare, dixit Deo illud Iudith, 9 cap. *Da mihi in animo conſtantiam, & contemnam illum, & virtutem eius, vt euertam illum*. De timore etiam dæmonũ propter conſtantiam fidei virginalis poteſt dici illud Iudith 16. *Horruerunt Perſæ conſtantiam eius*. Ipſa quoque virgo de plurimis myſterijs fidei perdocuit primos prædicatores Apoſtolos. Vnde illi dicere poterant illud Pſ. 118. *Declaratio ſermonum*

Digitized by Google

num tuorum illuminat. Et quia per virtutem ſermonum ſuorum Eccleſia fuit bene diſpoſita; Ideo de ipſa dici poteſt illud Eccleſiaſtici 43 *In ſermone eius compoſita ſunt omnia* Et illud Eccleſiaſtici. 8 *Sermo illius poteſtate plenus eſt.* Eius autem ſermo, & doctrina non fuit ſicut illius, de quo inquit Cato: *Turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum,* Et Ouid. in 2. de Triſti. dicit de ſe & de alijs malis doctoribus: *Crede mihi, mores diſtant à carmine noſtri.* Sed ſeruauit illud Proſperi in lib. epigram. dicentis: *Non ſatis eſt Domini præcepta euoluere lingua: Is meminit legis qui memor eſt operis.*

DE GRATIA SANITAtum beatæ virginis.

GRatia ſanitatum eſt curare infirmos, non medicina naturali; ſed virtute diuina: nã opere diabolico, vt fit in incantationibus, & ſuperſtitionibus, curare infirmos non pertinet ad gratiam iſtam, ſed ad peccatum. Vnde & prohibitum eſt 26. q 2 c. illud & q. 4. c. igitur. Hãc autem gratiam ſanitatũ habebant Apoſtoli. Vnde etiam ad vmbram Petri tranſeuntis per viam infirmi, tacti eius vmbra ſanabantur. vt dicitur Actuum. 5. Ergo multo excellentius hæc gratia fuit in ipſa magiſtra, & Domina Apoſtolorũ Dei genitrice Maria. Vnde de illa dicitur Eccleſiaſt. 44. *Medicina omnium in feſtinatione nebula.* Nebula eſt caro Chriſti de terra virginali exorta, nullo peccati pondere prægrauata, & vltra puritatem angelicam eleuata; ac colore ſpiritus ſancti formata. Hac ergo medicina nobis à beata virgine facta, & propoſita: totus mundus virtualiter eſt ſanatus. Vnde Ber. in quodã ſermone inquit: *De plenitudine eius omnes recipiunt gratiam; æger curationem, triſtis conſolationem.* Ideo eius filius inquit Eccleſiaſti. 24. *Ego quaſi fluuius Dorix,* qui interpretatur medicamentũ generationis. *egreſſus ſum de paradiſo Dei noſtri,* id eſt de beata virgine: quæ fuit paradiſus voluptatis à principio: in quo poſuit Deus hominem, id eſt Chriſtum, quẽ formauerat. Cum ergo illud quod eſt cauſa cauſæ, ſit cauſa cauſati, vt dicitur in lib. de cauſis & notatur in l. dominum & in l. videamus. in fin. ff. locati. & in l. qui occidit. §. in hac ff. ad l. Aquil. Si beata virgo generauit medicinam & medicum ſanatorem omnium; concludendum eſt quòd ipſa totum orbem ſanauit. Item ipſam habuiſſe gratiam ſanitatum in ſummo, probat Albertus, vbi ſup cap. 151. & poſſumus arguere ſic: Beata virgo non ſolum totum hominem ſanum facit anima, & corpore, & curat omnes morbos incurabiles: vt ſupra patuit; ſed etiam poſt mortem curat, & mortem fugat: & etiam quos curat, ſanat ad immortalitatem. ergo ſuperat omnes in gratia ſanitatum. Ideo ipſa inquit Prouerbiorum. 8. *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino.*

DE OPERATIONE virtutum beatæ virginis.

SVper illud 1. ad Cor. 12. *Alij operatio virtutum.* ait gloſſ. id eſt miraculorum, quæ ſunt contra naturam. id eſt ſolitum curſum naturæ. c cum Marthæ § quæſiuiſti. verſ. miraculum. de cele. miſſarum. Et iſta eſt differentia inter iſtã gratiam, & præcedentem: quia præcedens, videlicet gratia ſanitatum eſt circa ea ad quæ ſe extendit etiam virtus naturalis: ſed vbi per naturã fit ſanatio infirmitatum mediantibus medicinis, & ſucceſſiue per gratiam diuinam fit ſubito. Sed operatio virtutum eſt circa ea ad quæ non ſe extendit potentia naturæ creatæ, vt eſt illuminatio cæcorum: & reſurrectio mortuorum: ſolem in cælo firmum ſtare, vel retrocedere. Omnium autem virtutum, & miraculorum maximum eſt, Deus homo, ſeu verbum caro de virgine factum. Vnde Hier. 31 dicitur: *Nouum faciet Dominus ſuper terram, fœmina circundabit virum.* Nouum autem iſtud eſt ſuper omnes nouitates: cuius nunquam fuit, nec erit ſimile: iuxta illud Eſa. vltim. *Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic ſimile?* ergo beata virgo habuit gratiam operationis virtutum in ſummo. Licet enim fuerit opus magnum, & mirabile, quod factum eſt ſub Ezechia rege Iuda, quando ſcilicet ad petitionem eius in ſignum ſuæ ſanationis, & remiſſionis culpæ, ſol reuerſus eſt retro per 10 lineas in horologio Achaz regis Iuda. vt habetur 4. Regum. 20 tamen quia hoc opus fuit vmbra, & figura: maior fuit ipſa res figurata. Signum etenim datum fuit in ſanationem, & remiſſionem peccati: non vnius hominis ſolum, ſed totius humani generis infirmi ad mortem, quòd quando ſol iuſtitiæ filius Dei altiſſimi retrocederet 10. lineis, tunc ſanaretur homo. Nouem lineæ ſunt nouem ordines angelorum recti ante Deum. 10. linea eſt humana natura. Reuerſus eſt ergo quaſi retro; quoniam paulo minus ab Angelis minoratus eſt, quia mortalis factus, formam ſerui accipiens, habitu inuentus vt homo, dicitur ad Phil. 2.

Circa quæ fit operatio virtutum.

Illud Reg 20. de retrocesſione ſolis per 10. lineas, exp. myſtice de Christo.

&ſic

ſpiritu ſancto repleta vt habetur Luc 1. Quod vero beatiſſima virgo ſpiritum propheticum in ſummo habuerit: in ſuo mirabili cantico oſtendit: in quo non ſolum præterita, & præſentia occulta nunciauit; ſed etiam futura excellentiſſime prænunciauit. Ideo illi in mundum venienti dicere potuit Deus illud Hiere. 1. *Prophetam in gentibus dedi te.* Si ergo Petrus dicebat ſuæ 2. canonicæ 1. cap. *Habemus firmiorem propheticum ſermonem.* multo magis hoc dicere poterat ipſa Dei mater. De qua etiam dici poteſt illud Eccleſiaſt 46 *Exaltauit vocem eius in prophetia.*

DE DISCRETIONE ſpirituum, quam habuit beata virgo.

PRimæ Ioannis 4. dicitur: *Nolite credere omni ſpiritui: ſed probate ſpiritus, vtrum ex Deo ſint.* Et propterea dicitur in l. t. ſ. dolum. ff. de eo per quem fac. erit. quòd faciliter omnibus credens, de facili decipitur, & dicitur eſſe in culpa. Facit l. 3. ſ ſed & ſi ſic ff de in rem verſo. Dicitur etiam Eccleſ. 19. *Qui cito credit, leuis eſt corde.* Quod maxime intelligi debet de illo, qui credit cito ſpiritui ſibi aliquo modo apparenti. *Angelus* enim *tenebrarum transfigurat ſe in Angelum lucis,* vt ait Paulus. 2. ad Cor. 11. diſcretio ergo ſpirituū eſt cognoſcere bonas inſpirationes à malis ſuggeſtionibus mundi, carnis, & diaboli: quam gratiam in ſummo habuiſſe matrem Dei probat Alber. vbi ſupra, ca 154. ſic *Spiritualis homo iudicat omnia.* 1. ad Cor. 2. i. diſcernit agenda à non agendis, & ſimulata à veris. Sed beata virgo improportionabiliter fuit ſpiritualis: ergo improportionabiliter alijs omnia iudicauit: & ſic ſuper omnes diſcretionem habuit. Item 2. ad Cor. 2. inquit Paulus de diabolo: *Non ignoramus aſtutias eius:* ergo multo minus mater Dei. Item in vitis patrum legitur, quòd beatus Antonius videns totum mundum laqueis diaboli plenum, exclamauit: O quis euadet hos tantos laqueos? Et vocem audiuit dicentem ſibi; quòd ſola humilitas. Sed beata virgo improportionabiliter omnibus alijs humilis fuit: ergo improportionabiliter ſuper omnes indeceptibilis fuit, nunquam enim decepta eſt, ſed deceptorem in omnibus vicit. Item proprium eſt ſpiritus nequam, tentare ſpirituales de ſuperbia. Sed ipſa nunquam habuit ſtimulum ſuperbiæ: ergo à ſpiritu maligno maximè fuit inuincibilis, cuius machinationes ſuper omnes intellexit.

Diſcretio ſpirituum quid ſit.

Buſti Sermon. Tom. 3.

DE GENERE LINGVARVM Beatæ Virginis.

GRatia generis linguarum eſt ſcire loqui varijs linguis; & intelligere idiomata earum; quæ homo non didicit per ſuam induſtriam; ſed per ſolam gratiam diuinam; quam gratiam habuit beatus Antonius de Padua ordinis noſtri, qui Romæ prædicans intelligebatur ab omnibus nationibus hominum: & cum ibi eſſent præſentes, non ſolum Latini, ſed etiam Græci, Alemani, Gallici, Hiſpani, & alij multi diuerſarum linguarum, ſingulis videbatur quòd prædicaret in lingua ſua. Hanc gratiam dedit Deus Apoſtolis in die Pentecoſtes, quando in linguis igneis deſcēdit ſuper eos ſpiritus ſanctus. Actuum. 2. cum quibus & beata virgo erat, quæ ſimiliter cum eis hanc gratiam linguarum recepit: imo ipſis omnibus excellentius, vt ait Alber. vbi ſupra c. 155. & poteſt probari quod ipſa habuit gratiam linguarum, hoc modo: *Linguæ in ſignum ſunt fidelibus.* 1. ad Cor. 14 Sed ipſa fideliſſima fuit: ergo donum linguæ in ſummo habuit. Item ipſa eſt aduocata omnium, ergo debuit ſcire idiomata ſingulorum. Vnde dicit idem Albert. vbi ſupra quòd multi ex diuerſis mundi partibus audientes famam ſanctitatis beatæ virginis, accedebant ad eam viſitandam, vt ab illa inſtruerentur in fide filij eius, quibus illa loquebatur linguis, in quib. erant edocti, & eruditi: eoſque conſolabatur, & confortabat. Vnde ipſi dicere poterant beatæ virgini illud Can 4 *Mel & lac ſub lingua tua.* Sūt autem ſeptuaginta duo genera linguarum, ſicut fuerūt diſcipuli Chriſti, e. ſeptuaginta. d. 2. 16. di. quæ omnia perfectiſſimè habuit beata virgo Maria.

DE INTERPRETATIONE ſermonum beatæ virginis.

INterpretatio ſermonum ſecundum gloſ. 1. ad Cor. 12 eſt ſcripturas ſcire exponere. Quod autem beata virgo hanc gratiam in ſummo habuerit, patet ex prædictis, in quibus probatum eſt quod omnes ſcripturas intellexit. Item *non eſt verbum, quod Dominus non reuelauerit ſeruis ſuis.* vt dicitur Amos 3. ergo multo magis matri ſuæ interpretationem omnium ſermonum, & ſcripturarum dedit. Vnde in illa verificabatur

illud Eccleſ.4. *In lingua ſapientia agnoſcitur, & ſenſus, & ſcientia, & doctrina.* Verba enim ſunt notæ earum, quæ ſunt in anima, paſſionum. vt dicitur in 1. perihe. & in li.6. princi. & notatur in l. 3. §. idem Tubero ff. de ſupel lega. & facit l. non aliter ff. de le. 1. & l. is qui § ſi ff. de tuto. & cura da. ab his l. quidam ff. de condi. in ſti. & l. diuus Pius. §. de minore alias l. de minore. ff. de quæſtio. Beata igitur virgo optime ſciens omnes ſcripturas interpretari: dicere poterat illud Eccleſiaſtici c. 51. *Dedit mihi Dominus linguam, mercedem meam, & ipſa laudabo eum. Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum diſciplinæ: aperui enim os meum, comparate vobis ſine argento ſapientiam.*

DE GRATIA APOSTOLAtus, & Euangeliſtarum, ac paſtorum, quæ fuit in beata virgine.

APoſtolatus gratiam habuiſſe beatam virginem probat Alber. vbi ſup. c. 157. Nam ſi Ioannes Baptiſta dicit Ioann. 1. *Ego vox clamantis in deſerto,* quaſi diceret: non tantum prædico voce, ſed totus ſum vox prædicans pœnitentiam: quia omnis vita mea, victus, veſtitus, & habitatio inuitant homines ad pœnitentiam: ex quo habeo gratiam Apoſtolatus. Multo magis hoc dicere poterat beatiſſima virgo, cuius omnis vita, erat vox inuitans homines ad innocentiam. Item proprietas Apoſtolorum eſt illa, quæ habetur Matth. 5. vbi Chriſtus dixit illis: *Vos eſtis lux mundi;* ſed hoc conuenit beatiſſimæ virgini in ſummo; ergo habuit gratiam Apoſtolatus in ſummo. Item Apoſtolus Græce idem eſt, quod miſſus Latine: quia fuerunt miſſi Apoſtoli ad prædicandam fidem: vt inquit Archid. in c. fundamenta ſuper verbo Apoſtolos de elec. lib. 6. Sed beata virgo miſſa fuit in mundo, ad concipiendũ, & pariendum fidei autorem: ergo excellentius habuit gratiam Apoſtolatus omnibus Apoſtolis.

Euangeliſtarum quoque gratiam habuit, quæ omnium, quæ euangeliſtæ ſcripſerunt, magiſtra fuit. Vnde Luc. 2. dicitur: *Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo:* vbi gl. ait: *vt cum tempus prædicanda, vel ſcribenda incarnationis adueniret, ſufficienter omnia, prout eſſent geſta, poſſet explicare.* Fidelibus maxime Apoſtolis, & euangeliſtis.

Paſtorum etiam gratiam habuit: quæ totam Eccleſiam benedicto fructu ventris ſui pauit: & continue paſcit. De quo prædictum fuerat Eſai. 40. *Sicut paſtor gregem ſuum paſcet.* Item ipſa genuit eum, qui ſolus eſt paſtor bonus. Ioan. 10. & tranſſumptiue, in § ecce 2. quæſtione 7. qui eſt magnus paſtor ouium Hebr. 13. ergo dignitatem paſtorum habuit: quia per illum vniuerſum orbem cibauit. Immo non ſolum greges, ſed etiam alios paſtores ipſa pauit. Vnde de illa dici poteſt illud Hierem. 6. *Ad eam venient paſtores,* ſcilicet vt paſcantur ab ipſa. Concludit igitur Albertus ſuper *Miſſus eſt,* cap. 160. quòd omnia dona gratis data, & omnes gratias vniuerſaliter, & omnifarie habuit beata virgo, ſuper omnes alios excellentius; quæ ſibi fuerunt collatæ, etſi non ad miniſterium in Eccleſia: ad decorandam potentiam, ad nobilitandam naturam, & ad honorandam perſonam ſuam: & ſic ad perfectionis, & delectationis augmentum; in materiam laudis, & omnium bonorum ſpiritualium complementum; de quibus donis nobis communicare dignetur ipſa virgo beatiſſima. Amen.

DE EIVSDEM BEATAE VIRGINIS Sanctitate,

AC PECCATI IMMVNITATE, Impeccabilitate, Puritate, & Meritis.

SERMO DECIMVS.

TEMPLVM *Dei ſanctum eſt,* pri. ad Cor. 3. Inquit beatus Auguſt. in ſer. de aſſumptione virginis beatiſſimæ: *Ad tanta virginis promenda laudis præconia, quomodo tenue ingenium, & ori lingua ſufficiat, cum ad hoc etiam non poſſit ſufficere philoſophorum profunda loquacitas? nec mirum ſi hæc virgo ſanctiſſima ſuis laudibus humanæ vocis modos exuperat: quando ipſam humani generis excellentibus meritis tranſcendit naturam. Sed non omnino nobis à laudibus eius eſt reticendum: quia etſi minus ſufficit ſenſus inopia ad effectum: ſufficiens tamen eſt apud Deum deuota mentis affectio:*

nes

nec ambigendum eſt, quin valeat hac de ſe loquenti ſapientia prabere igniculum, qua totius ſapientia plenitudinem ſuo caſtiſſime pertulit in vtero: valetque cum vult efficaciam verbi tribuere, qua verbũ per quod facta ſunt omnia, virgineis viſceribus geſtauit in corpore. hæc ille. De iſta ergo digniſſima virgine iterum loqui peroptantes, quinq; conſiderationes in præſenti ſermone faciemus.

Prima dicetur ſanctitatis.

Secunda immunitatis. ſ. à peccato.

Tertia impeccabilitatis.

Quarta puritatis.

Quinta & vltima meritabilitatis.

PARS PRIMA HVius ſermonis de ſanctitate, ſiue ſanctificatione beatæ virginis.

Maria in vtero ſanctificata.

BEatam virginem in vtero matris fuiſſe ſanctificatam, probat *Alexan.* de Ales in 3 parte ſummæ in tractatu de ſanctificatione beatæ virginis. & de Fran. de May. in tractatu de conceptione virginis & B. Bonauen. in 3. diſt. & beat. Thom. in 3 parte ſummæ q. 27. arti. 1 & in 3. di. 3. & in 4 diſt. 6. art 2 q. 1. Et hæc veritas probari poteſt hoc modo: Eccleſia celebrando feſtiuat eius natiuitatem: ergo fuit ſancta, antequam nata ex vtero: ergo fuit in vtero ſanctificata. vnde Bern. in quodam ſermone ait: *Eſt itaque virgo regia variis honorum titulis cumulata: qua proculdubio ſancta fuit antequam nata: neq; enim natiuitas eius feſtiuis laudibus honoraretur, ſi non ſancta naſceretur.* hæc ille. Si enim non fuiſſet ſanctificata, Eccleſia erraret celebrando eius natiuitatem: quia ſtanti in peccato non deberet ſtatui gaudium, nec ſolemnitas: ſed potius dolor, & luctus. Cum ergo Eccleſia non poſſit errare 1. q. 3. c. Saluator 24 q. 1. ca pudenda. & c. à recta. & in glo. in c. ita Dominus 19. di. & qui oppoſitũ teneret, eſſet hæreticus; patet propoſitum. Item ſecundum philoſophum in 2. & 8. Topi. *Si quod minus videtur ineſſe, & ineſt: ergo & id quod magis.* Nam ſi rex, & princeps honorat clericum: ſequitur quòd magis debet honorare Papam. Cum ergo Hieremias fuerit ſanctificatus in vtero, vt patet eius 1. c. vbi dixit illi Deus: *Priuſquam te formarem in vtero, noui te; & antequam exires de ventre, ſanctificaui te.* Ioannes quoque ſanctificatus fuerit in ventre matris. vt patet Luc 1. vbi dicitur: *Et ſpiritu ſancto repleb̃itur adhuc ex vtero matris ſua.* Minor autem eſt euidentia de ſanctificatione illorum, quam de ſanctificatione B. virginis. Ergo multo magis ipſa fuit à Deo ſanctificata, per illam regulam Bernard ſuperius allegatam: quod alijs, licet pauciſſimis eſt conceſſum &c. Longe tamen excellentior fuit ſanctificatio virginis ſanctificatione Hieremiæ, & Ioannis: illorum enim ſanctificatio importat emundationem: beatæ autem virginis repletionem ſancti ſpiritus, & gratiæ inundationem. De hac autem ſanctificatione prophetauerat Dauid Pſalm. 45. di. *Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.* Si enim Hieremias fuit ſanctificatus, vt eſſet dignior propheta Dei: & Ioannes, vt dignius poſſet Chriſtum digito demonſtrare: multo magis debuit beata virgo ſanctificari, vt eſſet dignior mater Dei, & Chriſtum in ſuis viſceribus poſſet dignius generare. Inconueniens etenim fuiſſet, quòd tã precioſum theſaurum ſ. Dei filium, pater æternus in vtero eius poneret, niſi ſanctus, & mundus fuiſſet: cui inquit propheta; Pſalm 92. *Domum tuam Domine decet ſanctitudo in longitudine dierum.* Ad euitandum ergo iſtud inconueniens, neceſſe eſt fateri beatam virginem fuiſſe ſanctificatam: quia argumentum valet reducendo rem ad inconueniens. vt inquit gloſſ. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduo. per legem Offidius ff. de leg 3. Quadrupliciter autem fuit ſanctificata beatiſſima virgo Primo in matris vtero, vt ſupra dictum eſt: & tunc collata eſt ei gratia: & remota pronitas ad peccandum tam venialiter, quam mortaliter: & vt ait Alex. de Ales vbi ſupra, ſanctificatio remouit à virgine omne quod eſſe poterat inclinatiuum ad peccatũ, & ad quoſcunq; carnales motus, qui velut ſerpentes in carne humana ſerpunt. Et hęc quidẽ ſanctificatio tanta fuit, vt etiam poſtea ad alios extenderet virtutes ſuas, atq; extingueret in aliis omnẽ concupiſcentiam carnis: proinde Eccleſ. 24. ipſa inquit: *Quaſi Cedrus exaltata ſum in Libano:* quia ſicut Cedrus interficit ſerpentes odore ſuo, ita eius ſanctitas in alios radians, & bonorum exemplorum odorem ſpirans extinguebat concupiſcentiæ motus in carne ſerpentes: & hanc virtutẽ non habuerunt alij in vtero ſanctificati, vt ſic ad alios virtutem ſuam transfunderent, atq; carnales concupiſcentias extinguerent De hac autem beatiſſimæ virginis ſanctificatione alios fructificante, prædixerat Dauid in perſona eius dicens Pſal. 131. *Efflorebit ſanctificatio mei* Sic autem fuit per ſanctificationem primam Dei gratia repleta: quòd licet eius liberum arbitrium nondum eſſet in fine vltimo ſtabilitum, tamen nunquam eam

Differentia eius ſanctificationis ab illa Hierem. et Ioannis.

Maria ſanctificata quadrupliciter.

Digitized by Google

inclinabat ad malum, ſed ſemper ordinabat ad bonum. & in ſtatu innocentiæ ab omni peccato illibatã protegebat. vnde Ber. ad canonicos Lugdunenſes ſcribit. *Puto quòd copioſum munus gratiæ in eam deſcenderit, quæ eius non ſolum ſanctificaret ortum, ſed eam ab omni peccato cuſtodiret immunem.* Ideo ſpiritus ſanctus poterat dicere verbo diuino incarnando; illud 1 Paral 29. *Præparaui ædem ſanctam.* & ipſi virgini dici poterat illud Iudith 8 *Tu mulier ſancta es.* De hac etiam ſanctificatione prædixerat Dauid Pſalm 25. dicens: *Sanctimonia, & magnificentia in ſanctificatione eius.*

In ſecunda autem ſanctificatione, quæ facta eſt in conceptione filij Dei, tantam largitatem, & copiam ſpiritus ſancti accepit, quantam poteſt creatura viatrix accipere, non Deo vnita vnitate perſonæ: tanquè omnimode ad diuinos vſus tam mente, quam corpore dedicata, ſuit tota luce diuinitatis replendum, & hoc ſignificare voluit Angelus, quando dixit Luc. 1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi ſubumbrabit tibi: & tunc totaliter fuit in Dei gratia confirmata; ita vt amplius peccare non poſſet Ex quo concludit Albert. vbi ſupra c. 166. quòd ſanctificatio beatæ virginis omnes alias excedit in hoc, quia alij ſanctificati poſtea venialiter peccauerunt, ſecundum ipſum; vel ſecundum alios ſaltem peccare potuerunt, ipſa autẽ virgo non, vt infra probabitur in 3. parte huius ſermonis De hac autem ſanctificatione confirmante in ſanctitate, poteſt exponi illud Iudith, 9. *Domus tua in ſanctitate permaneat*, beata enim virgo fuit domus Dei permanens in ſanctitate. Tertia ſanctificatio fuit quando de hoc mundo beata eius anima migrauit, & in plenitudine ſanctorum collocata eſt. iuxta illud Eccleſ 24. *Et in plenitudine ſanctorum detentio mea.* Quarta vero, cum in anima, & corpore reſuſcitata ſuper omnium ſanctorum, & ſanctarum, atque beatorum ſpirituum altitudinem iuxta ſanctiſſimum filium ſuum in ſacratiſſimo cæli palatio ſublimata, atque indicibiliter glorificata reſedit; vnde ipſa dicit illud Eccleſ 24. *In ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui.*

PARS SECVNDA DE immunitate beatæ virginis ab omni peccato.

VT inquit Auguſt. in lib. de natura, & gratia: Cum de peccatis agitur, nullam prorſus oportet de matre Domini facere mentionem. Ipſa enim ab omni peccato fuit immunis Vnde dicere poterat illud Iob 27. *Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.* Item ſecundum Anſel in lib de conceptu virginali; ea puritate nitebat, qua ſub Deo maior nequit intelligi. ſed maior poteſt intelligi, ſi peccauit, ergo nunquam peccauit. Non obſtat autem illud Eccleſiaſtici dictum, quod refert Leo Papa in ſermone natiuitatis Domini, & habetur etiam in c. adhuc inſtant. § ſcimus autem. de pœni. diſt. 3 vbi dicitur: *Nemo mundus à ſorde, neque infans, cuius eſt vita vnius diei ſuper terram*, & Iob. 15 *Cæli non ſunt mundi in conſpectu eius*, ſcil cet Dei; & per cælos quidam intelligũt ſanctos; quia reſpondetur quòd generi per ſpeciem derogatur. vt in c generali. de reg iu. lib 6. & l. in toto iure ff. eo. ti. & l ſancimus. C de pœnis; per ſpeciale enim priuilegiũ conceſſum beatiſſimæ virgini derogatur illi regulæ generali, quod omnes peccauerunt; iuxta illud Eccleſ 7 *Non eſt homo iuſtus, qui faciat bonum, & non peccet.* & idem habetur. 3. Reg 8. & 2 Paral. 7. c. & Exod 34. vbi dicitur Deo: *nullus eſt apud te innocens* & Eſai. 64. vbi ſcriptum eſt *facti ſumus immundi omnes nos: quaſi pannus menſtruatæ, vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.*

PARS TERTIA DE impeccabilitate beatæ virginis.

PRo expeditione huius partis quæritur, vtrum quid beata virgo potuerit peccare? Et primo videtur quòd ſic; Nam Augu in lib 83. quæſtionum dicit, quod ideo Deus fecit hominem peccabilem, quia glorioſius eſt poſſe peccare, & non peccare; quam non peccare ex impoſſibilitate; ergo hoc debuit conuenire matri Dei, quæ fuit glorioſior omnibus creaturis Item Eccleſia. 31 in laudem ſancti dicitur: *Qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus, & facere mala & non fecit*, ergo hoc etiam illi conuenit, quæ eſt omni laude digniſſima. Item Damaſc. inquit, quòd omne creabile, vertibile eſt ſecundum eſſe, & ſecundum electionem; ſecundum eſſe vt corporalia; ſecundum electionem vt rationalia Sed beata virgo fuit compoſita ex vtroque, ergo videtur fuiſſe vertibilis in vtroque: & ad hoc facit illud Iob 15 *Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis.* Inſuper glorioſius eſt quod ex victoria habet, quã quod ſine victoria, vt probat gl. in l penu ff. de ca. & poſtl. reuer. corona enim victoribus datur, vt ait B. Maximus in ſermone plurĩu martyrũ; ſed vbi nulla eſt *Vtrum Maria potuerit peccare.*

pugna

pugna; nulla etiam eſt victoria vt dicit Gregor. in moralibus; ergo cum in beatiſſima virgine maxima fuerit, & ſit gloria; & ipſa conſecuta ſit triumphantiſſimam coronam; ſequitur quod magnam habuit victoriam, & ſic prius maximam habuit pugnam: ergo potuit peccare. Sed contra hoc eſt auctoritas. Ber. in ſermone de natiuitate virginis di. *Ego puto quod copioſior gratia ſanctificationis in ea deſcenderit, quam in alijs in vtero ſanctificatis, quæ totam vitam eius immunem ab omni peccato efficeret: quod nomini in natis mulierum credimus eſſe donatum*, hæc ille. Item fruſtra eſt potentia, quę nunquam reducitur ad actum: ſicut dicimus quod inania ſunt verba, quæ nullus ſequitur effectus. l. fi. C. de reuo dona. Sed beata virgo nunquam fuit peccatrix: ergo fruſtra in ea fuiſſet potentia peccandi. Cum ergo Deus, & natura nihil agant fruſtra vt dicitur. 1. Phyſi. 3. de anima, & 1. de cœlo, & mundo, & notatur in l. quibus idem. ff. de ver. ob. ſicut etiam dicitur quod in iure nihil eſt ſuperfluum. vt in §. ſane. in procœmio sexti. & in l. 1. § nulla itaq;. C. de vet. iure enu. & in 1. conſti. C. §. quibus. & in l. ſi quando. in prin. ff. de l. r. d. cum; quod nullum in iure verbum eſt poſitum ſine myſterio: videtur dicendum quod Deus non dedit B. virgini potentiam peccandi, quæ fuiſſet ſuperflua. Vnde dicit glo. in c. per baptiſmum. de conſe. di. 4. quod B. virgo ex miraculo non potuit peccare. Præterea peccare non eſt aliquid poſſe, ſed potius non poſſe. vt ait glo. in c. 1. ſuper verbo omnipotens. de ſum. Tri. & fi. C. quæ alleg. Aug. de pœni. di. 2. § charitas. ergo &c. Item philoſophus in 9. Meta. inquit, quod potentia eſt principium tranſmutationis in alterum, ſed in B. virgine nullum fuit principium tranſmutandi in peccatum: ergo nulla potentia peccandi. Item cuicunque inconueniens eſt ineſſe actum, eidem inconueniens eſt ineſſe potentiam: ſed beatiſſimæ virgini inconueniens eſt ineſſe actum peccandi, ergo inconueniens eſt ineſſe potentiam peccandi. Item inter non poſſe peccare, nec poſſe mereri, & poſſe peccare, & poſſe mereri, medium eſt non poſſe peccare; & poſſe mereri. Sed primum pertinet ad ſtatum comprehēſorum ſimpliciter; ſecundum autem ad ſtatum viatorum ſimpliciter; ergo medium pertinet ad ſtatum mediū. Sed iſte eſt beatæ virginis, quæ fuit ſimpliciter viatrix & ſecundum quid comprehendens, vt ait Alber. vbi ſup. c. 175 ergo non habuit potentiam peccandi: & ita concludit Albert. ibidem di. quod nō poſſe peccare per ſe, ſequitur naturam inuertibilē; & hoc modo Deus Trinitas dicitur non poſſe peccare. vnde ait Hieron. in c. vlt. de pœn. di. 2. Deus

Non poſſe peccare, dicitur quadrupliciter

ſolus omnipotēs dicitur, qui cum omnia poſſit, peccare non poteſt. Secundo modo dicitur non poſſe peccare, quod habet vnionem perſonalem cum natura inuertibili, & hoc modo Chriſtus homo non potuit peccare. vnde Damaſc. dicit quod impeccabilis erat Dominus Ieſus. Tertio modo dicitur non poſſe peccare; quod habet coniunctionem, vel conuerſionem totalem ad naturam inuertibilem per medium, quod eſt de ſui natura inſeparabile: vt eſt habitus gloriæ: & ſic ſancti in patria non poſſunt peccare, iuxta illud prophetæ. Pſal. 147. *Confortauit*, id eſt roborauit *ſeras portarum tuarum*, ſcilicet ſupernæ Hieruſalem: vt nullus poſſit exire peccando. Quarto modo dicitur non poſſe peccare, quod habet coniunctionem ad naturam inuertibilem per mediū, quod etſi de ſui natura in ſe quidem eſt ſeparabile, eſt tamen omnino ſeparatum à contraria repugnante, vel reſiſtente, vel impediente, & propter hoc in ſuo ſummo in tali ſubiecto eſt inſeparabile, vt eſt plenitudo gratiæ in beata virgine, & hoc modo dicitur beata virgo non potuiſſe peccare. vnde & Bernar. de Ioſeph dicit, quod credebat potius virginem poſſe parere, quam Mariam poſſe peccare: & ex his patet reſponſio ad obiecta; pugnam autem habuit, non tamen ab intra, ſcilicet in carne, ſed ab extra, ſcilicet per tribulationes: vnde & victoriam. Omnes ergo auctoritates, & rationes quæ videntur probare, quod potuerit peccare, loquuntur de potentia ſecundum quod opponitur ad non poſſe. 1. vel 2. vel 3. modo ſumptum. Patet igitur quod non poſſe peccare, coniunctum cum poſſe mereri, eſt proprium priuilegium beatæ virginis. vt ait Alber. vbi ſupra. Hoc ergo priuilegium, non poſſe peccare contulit illi ſpiritus ſanctus in ſecunda ſanctificatione, cum ex eius immaculatis ſanguinibus corpus filij Dei formauit: vt ait ſanct. Bonauen. in 3. di. 3. art. 2. q. 3. & beatus Tho. in 3. parte ſum. qu. 27 art. 5 Si enim poſt conceptionem filij Dei potuiſſet peccare, plura inconuenientia ſequerentur ſecundum Bern. Primo redundaret in contumeliam prolis: quia eius mater eſſet peccatrix, & ſerua diaboli, & iniquitatis. Secundo eſſet in detrimentum matris: quia ſic damnari potuiſſet. Tertio eſſet in damnum humani generis, & in contemptum totius diuini mysterii: quia incarnationis opus ſuſpectū non immerito reddi poſſet: vnde omnino aſſerendum eſt, quod in conceptione filij Dei taliter extitit confirmata, quod voluntas eius non potuit poſtea conuerti ad malum: non tamen per liberi arbitrij ablationem, nec per alicuius potentiæ amiſſionem, ſed propter liberi arbitrij per gratiam

completionem, & confortationem, & defectus ablationem: & hoc ex ſingulari indulto ipſi beatæ virgini collato. Et confirmantur prædicta per ſententiam ſancti Bona. vbi ſupra, qui ait: *Dignior fuit beata virgo ex hoc quod mater Dei effecta eſt, quam ſit aliquis angelus in cælo. Si ergo angeli in gratia ſunt confirmati: multo magis mater* DEI. hæc ille.

PARS QVARTA
De puritate beatæ virginis.

BEatiſſimam virginem habuiſſe puritatem in ſummo, poſſibilem haberi ab aliqua pura creatura, probatur auctoritate Anſel. ſuperius allegata: quæ habetur in lib. de conceptu virginali, vbi inquit: *Decuit, vt conceptio illius hominis de matre fieret puriſſima*, &c. Si enim aliquã impuritatem peccati habuiſſet, vel contraxiſſet, non poſſet dici habere puritatem tantam, qua ſub Deo maior nequeat intelligi. Nam ſi maior eſt puritas in filio eius; ipſe eſt Deus. Ad probandam autem beatæ virginis puritatem, adduci poteſt illud Prouer. 25. *Aufer rubiginem de argento; & egredietur vas puriſſimum.* Argentum fuit vterque parens beatæ virginis, de cuius ſemine propagata eſt beata virgo; ablata enim rubigine, & infectione à ſemine illo, quo debebat ipſa virgo concipi, egreſſa eſt mater Dei, tanquam vas puriſſimum. Si enim contaminata eſſet ipſa virgo aliqua macula peccati; bruta, & inanimata maiori puritate niterent. Dicit ergo Alber. vbi ſupra c. 178. quòd maior puritas attenditur per maiorem acceſſum, & approximationem ad ſummè purũ: & quòd puritas ſequitur naturam luminis, & luminoſi: vt quod plus participat de natura lucis, plus habeat puritatis: vt ſumma lux, & ſummè luminoſum, ſummè ſit lucidum, & purum, & vbi magis proprie, & vere eſt proprietas lucis, ibi etiam magis proprie, & vere ſit proprietas puritatis. Res enim capit priuilegium, & nomen eius rei, de qua magis participat. vt in arg. per gloſſ. in l. 1. ff. de lib. leg. & Inſti. de adop. §. fœminæ. &. ff. de ſta. ho. l. quæritur. Subdit Alber. vbi ſupra: Vnde cum ſit lux corporalis, & lux ſpiritualis: vt dicit Auguſt. ſuper Gene. ad litteram: & magis propriè dicatur lux ſpiritualis, quã corporalis, erit & puri as corporalis, & ſpiritualis; quarũ ſpiritualis eſt dignior. Puritas aũt corporalis dicitur maior, ſecundum maiorem conuenientiam, ad ſummã corporalem lucem: & ſecũdum hoc aqua purior eſt quam terra, & aer quam aqua, & ignis quàm aer, & firmamentum quam ignis, & cœlum cryſtallinum quam firmamentum; & cœlum empyreum quam aqueum. Similiter maior puritas ſpiritualis eſt ſecundum maiorem conuenientiam ad ſummam ſpiritualem lucẽ, quæ eſt Deus: qui lux eſt in tenebris lucẽs, in quo tenebræ non ſunt vllæ, vt dicitur 1. Ioan. 1. Secundum hoc ergo anima ſenſitiua purior eſt vegetatiua, & rationalis quam ſenſitiua: & rationalis angelica, quam rationalis humana ſecundum naturam. Secundum autem gratiam, quæ eſt quaſi lumen creatũ procedens a luce increata, vbi eſt maior participatio gratiæ, ibi maior eſt appropinquatio ad primam lucẽ: ergo vbi gratia eſt in ſummo, ibi appropinquatio in ſummo, & puritas in ſummo. Sed in B. virgine reſpectu omnium aliarum creaturarum non vnitarum verbo diuino; fuit gratia in ſummo: ergo appropinquatio ad ſummam lucem in ſummo, & conſequenter puritas in ſummo. Item 1. ad Timoth. 1. dicitur: *Charitas de corde puro*, ſcilicet eſt: vbi ergo maior eſt charitas, ibi maior eſt puritas. Sed charitas in beata virgine fuit in ſummo: ergo & puritas. Petrus etiam dixit, vt habetur Act. 15. *Fide purificans corda eorum*, & loquitur de fide formata per charitatem: ſed beata virgo habuit fidem totalem in ſummo, ergo & puritatem. Inquit quoque Alber. vbi ſupra, quòd *Non obſtat huic concluſioni, quod puritas virginis in ſtatu viæ non plenè apprehendebat per ſpeciem, lucem increatã, vt beati, quia hoc ideo erat, quia maior lux gratiæ in ſubiecto paſſibili coniuncto corpori paſſibili, aggreſſo, minus immutat, & mouet actualiter, quam minor lux gratiæ in ſubiecto impaſſibili, & glorioſo; & hoc apparet per exemplum à ſimili. Videmus enim quòd quãdoq; maior lux minus illuminat per coniunctionem cum aere obſcuro, quam minor lux coniuncta cum aere claro. Vnde Luna quandoq; in nocte magis illuminat in aere claro, quam Sol in die in aere obſcuro, & obnubilato, & tamen improportionabiliter maior eſt lux Solis, quam Lunæ: Et ſic fuit in beata virgine, quæ etſi non ita actualiter continue videret Deum ſummam lucem, per ſpeciem, vt ſancti, propter diſtantiam corporis ſui paſſibilis, tamen habebat maiorem gratiæ habitum, & ſubſtantiam quam ipſi, vnde magis erat proxima luci æternæ; & conſequenter magis omnibus ea pura.* hæc ille. Poſſumus autem dicere, quòd eius puritas fuit perfecta, impermixta, & continua. *Qualitates puritatis B. Virg.* Fuit enim perfecta: quia cum triplex ſit puritas, ſcilicet humana, angelica, & diuina, ipſa puritatem diuinã in vtero nouem menſibus portauit, & puritatem ange-

Digitized by Google

angelicam tranſcendit. & omnem puritatem humanam vniuerſaliter ſuperauit. Fuit quoq; eius puritas impermixta: Non enim habuit admixtionem originalis peccati, quia fuit à filio Dei præſeruata: nec mortalis actualis; quia fuit à patris potentia confirmata: nec venialis, quia fuit a ſpiritu diuino conſecrata. Vnde dicere poteſt illud Iudith 12. *Viuit Dominus, quia cuſtodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & huc reuertentem.* Cuſtodiuit enim eam Dominus in mundum euntem, quia in originali fœtore, & putredine labi non permiſit. Et in mundo commorantem; quia ipſam à mortali conſeruauit. Et ad patriam reuertentem, quia vna macula venialis peccati ipſam de mundo ad cœleſtia euocauit. Puritas inſuper eius fuit continua. Nunquam enim fuit interrupta. Vnde ait Eccl. 24. *Vſque ad futurum ſeculum non deſinam.* Ad prædicta etiam de puritate beatiſſimæ virginis poteſt adduci, quòd ſecundum leges illud dicitur purum, cui nihil eſt admixtum l. in his. in prin. ff. de ſolu. & l. librorum. § chartis ff. de lega 3. & not. in Cle. ſi dignitatem. de præben. & in l. r. §. purus. ff. de teli & ſumpti ſu Item purum exponitur, id eſt ſine dolo. 3. q. 9. c. pura & purum pro ſimplici accipitur l. duos ff. de condi. & demon; & in aut. vt omnes obe. iudi. § hæc conſiderantes. & de nupt. § ſi vero ab initio. Cum igitur benedicta virgo fuerit ſeparata ab omni impuritate, & ſine aliquo dolo, ac plena omni ſimplicitate ſanctitatis; ſequitur inconuincibiliter concludendum, quod fuit puriſſima.

PARS QVINTA
De meritis beatæ virginis.

Beatiſſimam virginem in omni ſua operatione, & quolibet motu liberi arbitrij meritũ acquiſiſſe, probari poteſt ſecundum Alber. vbi ſupra c. 176. Nam inquit Apoſtolus ad Col. 3. *Omne quodcunq; facitis in verbo, vel opere, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite*, & 1. ad Cor. 10. *Siue manducetis, ſiue bibatis, vel aliquid aliud faciatis, omnia in gloriam Dei facite.* Aut ergo aliquis implet hoc, aut nullus, ſi nullus; ergo fruſtra præcipitur, vel conſulitur, vel monetur. Si aliquis; ergo beatiſſima virgo; ergo in omni eo quod fecit merebatur. Item quolibet motu mereri eſt quoddam bonum. Aut ergo eſt communicabile, aut non: Si eſt cõmunicabile, ergo ſumme bonus Deus communicauit illud alicui, ergo beatiſſimæ ſuæ matri. Si autem dicatur quod nõ eſt communicabile, non videtur verum, quia idem de quolibet opere contingeret dicere. Item quod ipſa beatiſſima virgo tranſcenderit in meritis omnes puras creaturas, probatur ſic: Diuina gratia, ſiue charitas, eſt principium merendi, vt dicit magiſter in 2. di. 27. & Tho. 1. 2. q. vlt. ſed B. virgo fuit præ omnibus plena diuina gratia & charitate à primo inſtanti, quo habuit vſum liberi arbitrij, vt probatum eſt in præcedentibus ſermonibus huius operis: ergo ab illo inſtanti cœpit præ omnibus mereri: & cum dicat Auguſtin. ad Bonifacium, quod gratia meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici; ergo creſcente gratia in Maria, creſcebat ratio merendi, & meritum. Præterea, ſi de beato Franciſco dicitur in legenda maiori, quam compoſuit ſanctus Bonauent. quod mos erat angelico viro nunquam ociari à bono: quid credendum eſt de beata virgine? Profecto non eſt dubitandum, quod à primo inſtanti vſus liberi arbitrij vſque ad ſuum fœliciſſimum tranſitum ſemper fuit in actu merendi. Et probatur: quoniam ſi aliquando, vel in minimo ſpacio fuiſſet ocioſa à bono opere, ſaltem peccaſſet venialiter, cuius oppoſitum tenent omnes Doct. in 3. di. 3. Item vbicunque non poteſt in diſcernendo ratio errare, & voluntas nunquã poteſt eligere malum, ibi ſemper eligit bonum, & optimum. ſed vtrumque horum fuit in B. virgine: vt patet ex dictis ſup. ergo ipſa ſemper elegit bonum, & optimum, iuxta illud Lu. 10. *Maria optimam partem elegit*: & conſequenter in omni opere merebatur. Item ſecundum Philoſophum in li. de anima. *intellectus ſemper eſt rectus, niſi quando ſe immiſcet phantaſticis, & deducitur ab illis.* ſed intellectus B. virginis nunquam ſe immiſcuit phantaſticis: nec deductus fuit ab illis, ergo ſemper rectus fuit. Sed rectum dicitur, cuius medium non exit ab extremis. 5. Phyſi. ergo ſemper directus fuit in ſummum bonum: & cõſequenter ſemper merebatur. Et hæc omnia confirmat S. Odilo in ſermone beatæ virginis di. *Vnum pro certo ſcimus; quod omnis Mariæ actio ſemper intenta fuit in Domino.*

Non ſolum autem merebatur in omnibus operationibus: ſed etiam in omnibus paſſionib. ex libero arbitrio procedentibus, vel eo concurrente in eis: vt probat Albert. vbi ſupra ca. ſequenti. Magnum enim eſt meritum ex tolerantia paſſionum, iuxta illud. 2. ad Timot. 2. *Si tolerabimus, & conregnabimus* vnde Paulus 2. ad Corin. 1. inquit. *Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.* Et iterum

rum

Digitized by Google

rum ibidem dicit. *Sciens, quoniam ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis, & conſolationis* Qui enim ſentit incommodum, debet etiam ſentire commodum. l. ſecundum naturā ff. de re. iu cum ſi. Concludit autem Alber. vbi ſup. ſic di. *Dicimus ergo quod beatiſſima virgo quolibet motu liberi arbitrij ad agendum, vel patiendum merebatur; ſed nō merebatur motibus naturalibus inquantum naturalib. ſed rationalibus gratia informatis, vnde motib. liberi arbitrij gratuitis merebatur, vbi etiam liberum arbitrium & gratia operabantur, ſed liberum arbitrium vt tamentum, gratia vt ſeſſor. ſecundum Anſel. iuxta illud Apoſtoli 1. ad Cor. 15. Non autem ego, ſed gratia Dei mecum. Et ſic merebatur quolibet motu quo contingit mereri* hæc ille. De quibus innumerabilibus meritis nos faciat eſſe cōſortes ipſa virgo benigniſſima, quæ dixit illud Sap. 7. *Sine inuidia cōmunico,* ſcilicet deuotis meis in præſenti gratiam, in futuro autē gloriam ſempiternam, mediante dilectiſſimo filio meo, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

DE SACRAMENTIS ECCLESIÆ,

QVAE RECEPIT B. Virgo.

SERMO VNDECIMVS.

SEcundum reuelationem notum factum eſt ſacramentum. Ad Epheſ 3. Inquit Apoſtolus ad Hebræ. vlt. *Optimum eſt gratia ſtabilire cor.* Ideo autem dicit optimum, quia nihil eſt melius in vita gratia Dei, eſt enim ita precioſa, quod per eam percipitur omne bonum. Vnde Eccleſiaſtici quadrageſimo dicitur. *Gratia Dei ſicut paradiſus in benedictionibus* & ſecunda Pet. primo *Maxima, & pretioſa nobis donauit Deus* ſcilicet per gratiam ſuam. Inter alias autem Dei gratias eſt gratia ſacramentalis. ſcilicet ſacramentorum eccleſiæ, quæ ſecundum Magiſtrum in quarto ſen. diſt. n. 2. ſunt ſeptem; ſcilicet Baptiſmus, Confirmatio, Panis benedictionis, id eſt, Eucharistia, Pœnitentia, Vnctio extrema, Ordo, & Coniugium, ſiue Matrimonium. De quibus tres conſiderationes in præſenti ſermone, faciemus.

Primo vtrum B. virgo illa ſuſceperit.

Secundo, quare de hoc ſcriptura mentionem nō fecit.

Tertiò, quid vtilitatis ex eis acquiſiuit?

PARS PRIMA HVIVS ſermonis, Vtrum beata virgo ſuſceperit ſacramenta eccleſiæ.

PRo expeditione primæ partis quæritur, nunquid beata virgo ſuſcepit eccleſiaſtica ſacramenta; & reſpondet Albert. ſuper *Miſſus eſt* ca. 172. di. quod beata virgo omnia eccleſiæ ſacramenta ſuſcepit, quæ tempore ſuo fuerunt omnibus hominib. generaliter inſtituta, & promulgata omnibus obſeruanda, non ex neceſſitate, vt alii, ſed multiplici de cauſa Primo ad ſui ipſius humiliationem. Secundo propter ſcandali euitationem. Tertio propter præcepti impletionem. Quarto propter meritorum ſupererogationem. Quinto propter hæreſum confutationē; maxime illius quæ ipſam aſſerebat non fuiſſe hominem; ſed de natura Angelica. Sexto ad perfectorum inſtructionem; vt qui eſt ſanctus ſanctificetur adhuc. Septimo ad peccatorum redargutionem. Poſſunt etiam iſtæ cauſæ reduci ad tres; propter quas ſacramenta inſtituta, & ordinata ſunt. Inter alias cauſas, quas ponunt Theologi in 4. di. 1. & ibi Richar. noſter ar. 2. qu. 1. prima cauſa fuit ob ſui maiorem humiliationem ſecunda ob aliorum inſtructionem; tertia ob bonorum exercitationem. Quantum ad primam ſciendū eſt, quod ſicut primum documentum quod infudit nobis prima mater Eua, fuit ſuperbia, qua voluit ſe Deo æquare; ita prima Mariæ virtus, vt inquit Amb. eſt humilitas: quam ipſa mater noſtra ſpiritualis in omnib. edocuit: Vnde ſicut legalia obſeruauit inſtituta pro peccatorib. tanquam peccato ſubdita foret, quæ tamen omni carebat peccato, vt patet in ſacrificio purificationis, & filii redemptione: ita etiam ſacramenta, quæ ſunt medicinæ principaliter peccatorum voluit ex humilitate ſuſcipere. Vnde Ber. in quodā ſer. inquit illi. *Verè Maria non indiges purificatione: ſed nec filius tuus circumciſione Eſto ergo & tu ſicut vna ex mulieribus, ſicut ille eſt vnus ex illis, ſcilicet peccatoribus ſecundū apparentiam.* Secundo ſacramenta ſuſcepit beata Virgo propter inſtructionem alio-

Maria ſuſcepit ſacram. eccl.

ſeptem de cauſis.

aliorum, vt perfectos doceret ſui exemplo ſeruare leges ſuperiorum, etiam ſi non tenerentur more Imperatoris in l. digna vox. C. de legi. & in §. fi. Inſti. de inoffi. teſta. vbi dicit: *licet ſoluti ſimus legibus; tamen ſecundum leges viuere volumus.* Et iſtud eſt perfectius, quia ea in beneficijs noſtris ſunt gratioſiora; quæ cum liceret non impendere, dilectionis tamen cauſa impendimus. c. iam nunc 28. q. 1. & per glo. in cap. 1. in fin. de ſum. Trini. & fide Cath. Promulgatum autem fuerat edictũ per Apoſtolos ex præcepto Chriſti præcipientis Mat. vlt. *Euntes docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti; docentes eos ſeruare quæcunque mandaui vobis.* ſ. de pœnitentia, euchariſtia, & alijs huiuſmodi. Voluit ergo beata virgo hæc obſeruare, vt inuitaret nos ſuo exemplo ad pœnitentiam. Peccatores etiam inſtruit, vt non erubeſcant aſſumere remedia humilia inſtituta ad delendum peccata. Erubeſcunt enim quidam peccata ſua confiteri. contra quos Bern. in quodam ſermone exclamat dicens. *O nimia inſania hominum, pudet ablui, & non pudet inquinari: pudet ſordes abſtergere, & non pudet contrahere beatiſſima autem virgo cum eſſet ſine peccato, ſacramenta in remedium contra peccata inſtituta ſuſcepit, ac ſi eſſet peccatrix.* Tertio hoc fecit propter bonorum exercitationem, vt ſeruaret illud Apoc. vlt. *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc.* Volens enim quotidie merita cumulare, ſacramenta deuota ſumebat, vt magis in merito, & Dei gratia quotidie creſceret per effectum eorum.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis, quare ſacra ſcriptura non facit mentionem de ſacramentis à beata virgine ſuſceptis.

Quinque rationes, ex Alb. cur ſcriptura huius rei nõ fecerit mentionem.

ALbertus vbi ſup. cap. 172. ponit quinque, inter alias rationes, quare de ſacramentorum ſuſceptione à beata virgine nihil ſit expreſſum in diuinis ſcripturis. Prima eſt vt per hoc deuotio fidelium excitetur. iuxta illud Eccleſiaſtici 24. *Qui edunt me, adhuc eſurient.* & infra. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.* facit ad hoc illud quod ſolebat dicere Bar. ſ. quod Cynus eius magiſter fecit illum magiſtrum: quia ſemper relinquebat eum dubitantem; & per hoc magis exercitabatur poſtea ad inquirendam veritatem. Secunda ratio fuit; vt noſtra vana gloriatio reprimatur, noſtra bona opera pro magno computãdo. Vanitas enim humana cupit alijs innoteſcere ex vana gloria quicquid boni peregerit: quod prohibuit Dominus Mat. 6. di. *Cum facis eleemoſynam noli tuba canere ante te.* Beata autem virgo cum eſſet excellentiſſimi meriti; & opera excellentiſſima plurima fecerit, vt ipſa ſacramenta ſuſcipiendo; & multa alia: noluit tamen illa exprimere, vel narrari facere, vt diſcamus occultare bona opera noſtra, quoniã non eſt neceſſarium ea manifeſtare; ſicut, & filius eius ea quæ egit vſque ad trigeſimum vitæ ſuæ annum: quæ vtique friuola non fuerunt; ſed omnia magnifica, & excellentiſſima: nec ipſe narrauit, nec ab euangeliſtis exprimi voluit: per hoc ſignificans nos non debere virtutes noſtras propalare. Vera enim eſt ſententia Greg. in moralibus dicentis *Studium cæleſtis deſiderij à malignis ſpiritibus cuſtodire non ſufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abſcondit. Vnde deprædari deſiderat, qui theſaurum publice in via portat.* Dominus ergo noſter, & domina ſuas excellentias, & operationes admirabiles ſibi notas noluerunt manifeſtare. iuxta illud Prouerb. vigeſimo ſeptimo, Laudet te alius, & non os tuum. aliena labia & non lingua tua. Vnde Ber. inquit. *Increpat Chriſti natiuitas ſe laudantes; & ſe oſtentare cupientes. Nam de nocte voluit Chriſtus naſci; vbi ſunt qui tam impudenter geſtiunt oſtentare ſemetipſos. Denique tacet Chriſtus, & nunciat angelus, laudat multitudo cæleſtis exercitus, ſileat ergo os tuum: laudet te alienum* hæc ille. Tertia cauſa eſſe poteſt quod dominus quædam voluit nobis eſſe dubia in vias etiam circa diuinas ſcripturas, vt mentes noſtras alliceat ad concupiſcendum perfectam cognitionem in patria. Vnde ſuper illud Exo. duodecimo. *Non remanebit ex eo quicquam vſque mane: quod autem reſiduum fuerit, igni comburetis.* inquit Greg. *Quod ex agno remanet, comburi mandatur, vt quod de myſterio incarnationis eius penetrare, & intelligere nõ poſſumus poteſtati ſpiritus ſancti humiliter reſeruemus vt non ſuperbe quis audeat vel contemnere, vel denegare quod non intelligit: ſed igni tradat, id eſt Spiritui ſancto relinquat, donec omnia in futuro quilibet cognoſcat, nec tamen interim noſtra deuotio ſine exercitatione torpeſcat ſecundum illud quod præcedit ibidem. Caput cum pedibus & inteſtinis vorabitis. Caput enim agni vorare eſt diuinitatem illius fide percipere; pedes vorare eſt veſtigia humilitatis amando, & imitando tenere. Vorare inteſtina, eſt verborum Chriſti occulta & myſtica mandata perquirere; quæ voramus cum auidè ſumimus. In vorationis autem verbo pigritia noſtra reprehenditur; qui verba eius, atque myſteria, nec per noſipſos requirimus; & dicta ab alijs inuiti audimus. Non remanebit autem ex eo quicquam vſque mane; quia eius dicta magna ſunt excutienda ſollicitudine, vt antequam veniat dies reſurrectionis in nocte præ-*

Exp. illud Exod. 12. Non remanebit ex eo quicquam &c.

Digitized by Google

quando de conſe. diſt. 4. licet nõ habetur expreſſe in Euangelio: ergo multo fortius debet illud ſupponi de B.V. quæ fuit perfectiſſima obſeruatrix conſiliorum, & præceptorum Dei. Item ſi nõ eſſet baptizata non haberet characterem, per quã diſtingueretur à gentilibus, & Iudæis. Dicit ergo Alb. vbi ſup. c. 72. quod beata virgo ſuſcepit per baptiſmum characteris impreſſionem, virtutum exercitationem, & meritorum augmentationẽ.

Item quod fuerit confirmata.

Quod autem Sacramentum Confirmationis recepit, probari poteſt ſic. Nam inquit Rabanus quem refert Albertus vbi ſupra. c. 68. *Confirmatio eſt Sacramentum maiori reuerentia dignum*; ergo ſi B. V. recepit Baptiſmum, multo magis Confirmationem. Item virgo benedicta fuit plene Chriſtiana; ſed hoc fit per ſacramentũ confirmationis. Vnde dicit Rabanus quem refert Albertus ibidẽ. *Omnes fideles per manuum Epiſcoporum impoſitionem poſt baptiſmum debent accipere Spiritum ſanctum, vt pleni inueniãtur Chriſtiani. Ergo & ipſa recepit confirmationis Sacramentum.* Dicit autem Alber. vbi ſupra. c 72. quod per illud recepit alterius characteris impreſſionem ampliorem, meritorum augmẽtationem perfectiorem, & virtutum exercitationem, & declarationem. licet autem ibi non fuerit vnctio ſenſibilis non defuit tamen vnctio inuiſibilis. Cum B. Tho. dicat. in 4. quod Apoſtoli fuerunt confirmati in die Pentecoſtes, miſſo in eis Spiritus ſancto ad robur: vbi loco vnctionis viſibilis fuit ignis in forma linguarum per quandam correſpondentiam; nam oleum eſt fomentum ignis, & lingua bona correſpõdet balſami odori. Beata autem Maria fuit in receptione illa ſpiritus ſancti cum Apoſtolis recipiens ſpiritus paracleti vnctionem, ergo & chryſma recepit.

Quod ſuſceperit ſacramentum pœnitentiæ.

Quod vero ſacramentum pœnitentiæ receperit; probat Alb. vbi ſup. c 69. di. *Confeſſio fuit in lege noua, & veteri præcepta generaliter omnibus: ergo B. V. confitebatur.* Item ſuper illud Mat. 3. *Pœnitentiam agite.* ait glo. *Pœnitentia eſt prima virtus*: ſed beatiſ. V. habuit omnem virtutem: ergo & pœnitentiam. Nõ obſtat quòd non habuit peccatum; quia dicit Greg. in c. ad eius 5. di. *Bonarum mentium eſt ibi culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt.* Recognoſcebat ergo ſe fuiſſe debitricem peccati originalis contrahendi, & à filio ſuo redemptã, cui peccato fuiſſet obnoxia, niſi diuina gratia præueniente fuiſſet præſeruata. Dicit autem Alb. vbi ſup. c. 73. cum ſequenti; *quod à ſacramento pœnitentiæ recepit in excellenti æquipollentia. Nam per contritionem habuit innocentiæ conſeruationem; pro confeſſione gratiarum actionem, pro ſatisfactione vero ſupererogationem. Item ibidẽ dicit, quod cum ſit triplex confeſſio, ſcilicet accuſatio peccatorum, recognitio incongruitatis, vel magnitudinis beneficiorum, & confeſſio de infuſione meritorum hæc fuit propriè beatæ virginis confeſſio. Confitebatur autem, quòd tantam gratiam recepit; quam nunquam de condigno meruit, nec omnis creatura mereri potuit; licet ipſa de congruo meruerit. hæc & ſimilia; confeſſa fuit beato Iohanni Euangeliſtæ ſuo proprio confeſſori.* Hæc Albertus vbi ſupra. Sacramentum quoque Euchariſtiæ eã recepiſſe, probatur per illud Ioh. 6. vbi inquit Dominus. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis:*

Suſcepit euchariſtiam

Ergo omnes fideles tenentur illud recipere tempore determinato ab eccleſia; Ergo & beata virgo illud ſuſcepit. Item ibidem ait Saluator. *Caro mea vere eſt cibus; & ſanguis meus vere eſt potus: qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem; habet vitam æternã*: Et iterum: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum* Ergo nõ eſt dubitandum, beatam virginem deuotè hunc panem manducaſſe. Item hoc eſt ſacramentum amoris; Ergo ipſum maxime debuit ſuſcipere ipſa, quę fuit ſumma in amore. Dicit ergo Alber. vbi ſup. quod beata virgo ex hoc ſacramento recepit Dominicæ paſſionis rememorationem, deuotionis carnalis exercitationẽ, & contra corporalem abſentiam filij conſolationem.

Suſcepit extremam vnctionem.

Quantum vero ad extremam vnctionem; vtrum illam ſuſceperit; dubitari non licet. Nam Iacobi. 2. ſcriptum eſt. *Si quis totam legem ſeruauerit; offenderit autem in vno, factus eſt omnium reus*: transſumptiue in c. deſleat. de reg. iur. & de pœni. diſt. 5. c. fratres. Item iure ſolebat dici, quòd qui cadit à ſyllaba, cadit à toto l. 2. §. deinde ff. de regul. iur. Item Mat. 5. dicit Saluator. *Vnus apex non peribit à lege, donec omnia fiant*; Ergo qui tenetur ad legem, obligatur ad totã legem ſeruandam. Cum igitur B. V. teneretur ad legem; ſequitur quòd ſeruauit præceptum legis de extrema vnctione; quam Eccleſia inſtituit Domino inſpirante. Vnde Marci. 6. dicitur, quòd *Apoſtoli circumibant caſtella, oleo curantes infirmos.* Si ergo beatiſſima virgo propter humilitatem alia ſuſcepit ſacramenta; hoc quoque ſuſcipere debuit; maxime quia puſillos ſcandalizaſſet; ſi non ſuſcepiſſet eccleſiæ ſacramenta. Dicit ergo Alb. vbi ſupra. c. 74. *quòd beata virgo in extrema vnctione recepit completorie victoriæ præteritæ, & plene gloriæ futuræ ſignificationem; & loco remiſſionis venialiũ totius doloris mortis remiſſionẽ per infirmitatis alienationẽ, totius corporis glorificationẽ. Licet. n. hoc ſacramẽtũ potuerit beatiſ. V. non recipere tanquam exempta per priuilegiũ, quod confert dominus his quos ſine infirmitate, & mortis dolore dignatur euocare; qui vt videtur non tenentur ad vnctionẽ extremã cum oleo ad in-*

Digitized by Google

firmos pro infirmitatibus inſtitutam, vt habetur Iac. 5. Vnde illi dici poterat illud Heſter. 15. Non pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt. *Voluit tamen ipſa virgo huic priuilegio pro ſe introducto propter humilitatem abrenunciare: ſicut & alia priuilegia ſua, dum viueret, occultauit. Et ideo ſacramentum iſtud pro peccatoribus inſtitutum humiliter ſuſcepit, vt humilitatem, quam per totam vitam tenuerat, egreſſura conſummaret. Et dum in extremo vitæ articulo ad conformitatem peccatorum deſcenderet, domino exaltante choros omnes tranſcenderet Angelorum.* hæc Albertus.

Qui etiam vbi ſupra addit, quòd in ſacramento matrimonij, cum ſit triplex bonum, omne iſtud reperitur in coniugio Mariæ. Vnde Auguſt. 27. q. 2. c. omne inquit *Omne nuptiarum bonum impletum eſt in parentibus Chriſti, ſcilicet fides, proles, & ſacramentum. Prolem cognoſcimus ipſum dominum filium virginis. Fidem, quia adulterium nullum interceſſit. Sacramentum, quia nullum diuortium interuenit.*

Habuit autem beatiſſima virgo iſtam gratiam excellentius, quia mater fuit tantæ prolis, & virgo. Item propter ſuam & coniugis continentiam domino promiſſam. Coniugia enim ſunt ſanctiora pari voto continentium. Vnde Auguſt. inquit. *Tanto ſanctius coniuges manebatis, quanto ſanctiora concorditer Deo placita ſeruabatis.* De hoc autem Sacramento hic pertranſeo: quia in ſequenti ſermone clarius de eo tractabatur. Solum autem Sacramentum ordinis beatiſſima virgo non recepit, vt inquit Albertus vbi ſupra. Hoc enim ſecūdum exteriorem hominem quandam repræſentat dignitatem. Interius autem ſecundum veritatem pertinet ad humilem ſeruitutem: Vnde ſtatui beatiſſimæ virginis opponebatur, quæ interius ſummam habuit coram Deo dignitatem: exterius vero ſummam habuit coram hominibus humilitatem, & ita hoc ſacramentum non recepit tribus de cauſis. Primo propter ſui ſtatus contrarietatem, vt dictum eſt; ſecundo propter humilem aliarum mulierum conformitatem, quæ ab hoc ſacramento excluduntur, propter tria, ſcilicet propter ſexus indignitatem, & maiorem peccandi fragilitatem; & propter eam, quæ ex his ſequitur regiminis incongruitatem: tertio non recepit hoc ſacramentum ad deſignandum ſtatus ſui eleuationem. Omnes enim dignitates Eccleſiæ ſunt introductæ in ſeruitium. Vnde Matt. 20. inquit Dominus. *Reges gentium dominantur earum &c. vos autem non ſic; ſed qui maior eſt veſtrum, fiet ſicut veſter ſeruus.* vbi inquit Bernard. *Non eſt quod ſibi blandiatur celſitudo, vbi ſollicitudo maior:* Vnde

Ordines non recepit tribus de cauſis.

etiam paſtores nominantur prælati, quibus Hiere. 1. *Conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas, & ædifices, & plantes.* vbi dicit Bernard. *Diſce exemplo prophetico præſidere non tam ad imperandum quam ad fatigandum: diſce ſarculo tibi opus eſſe non ſceptro, vt opus facias prophetæ. Ille enim non regnaturus aſcendit: ſed extirpaturus.* Hæc Bernard.

Quia igitur officium ordinum principaliter datum fuit Vicario Chriſti, & alijs miniſtris eccleſiæ; beata autem virgo non fuit aſſumpta à Domino in miniſterium: ſed in ſalutis auxilium; & regni conſortium, & in coadiutorium; iuxta illud Geneſ. 2. *Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi:* ideo ipſa non debuit ſuſcipere ordinem quæ non fuit vicaria, ſed ſocia, & particeps in regno. Nam fuit etiam particeps paſſionis pro genere humano, quando omnibus miniſtris, & diſcipulis fugientibus ſola ſub cruce perſtitit, & vulnera quæ filius corpore, ipſa corde ſuſcepit; vnde & tunc gladius ipſius animam virginis pertranſiuit. Licet autem ſacramentum prædictum non receperit; tamen quicquid dignitatis, vel gratiæ in ipſis ordinibus confertur; in ipſa excellentiſſime fuit. In ordinibus confertur ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti; hæc autem omnifarie gratia plena fuit. Item cum tria ſint in Sacramento ordinis, ſcilicet dignitas miniſterialis, poteſtas ſpiritualis, & adminiſtratio executionis. Hæc omnia beatiſſima virgo æquipollenter, & excellenter in ſe habuit. Miniſtri enim eccleſiæ habent dignitatem beneficialem per characterem excellentiæ; beatiſſima autem virgo habet coronam regni eccleſiæ militantis, & triumphantis: Vnde & ſummus miniſtrorum Papa dicitur ſeruus ſeruorum Dei: Hæc autem appellatur regina, & domina angelorum, & imperatrix totius mundi. Item in miniſtris eccleſiæ eſt poteſtas ſpiritualis, vel temporalis delgeata à domino, vel ſubdelegata, & vicaria; in ipſa autem eſt plenitudo poteſtatis cæleſtis perpetua ex auctoritate ordinata. Item in miniſtris eſt executio ligandi, & ſoluendi per vſum clauium, in ipſa autem eſt dominandi legitima poteſtas ad ligandum, & ſoluendum per imperium; & ſic quicquid eſt dignitatis, & gratiæ in ordinibus in genere conſtat beatiſſimæ virgini minime defuiſſe. Hęc Albertus vbi ſupra. Qui etiam in ca. ſequenti inquit. Et ne videatur virtutes ſiue dignitates generales habuiſſe, & ſpiritualibus caruiſſe: dicimus ipſam ſingulorum ordinum dignitates, & gratias per æquipollentiam, & cum excellentia poſſediſſe. Habuit namque cum exorciſtis dęmonum expulſionem, nam de illa prędictum

Habuit gratias omniū ordinum.

Digitized by Google

dictum fuerat Geneſ. 3. *Ipſa conteret caput tuum* Figurata quoq; fuit per Heſter, quæ vicit Aman. & per Iudith, quæ Holofernem interfecit Iudith. 13. Cum oſtiarijs habuit introductionem mundorum, & immundorum excluſionem. Vnde Ezech. 44. dicitur. *Porta hæc clauſa erit & non aperietur ſed Dominus ingredietur per eam* q. d. porta hæc principem, & imitatores ſuos introducit: & indignis clauſa erit. Habet etiam cum acholytis illuminationem. Vnde Num. 24. dicitur. *Orietur ſtella ex Iacob*. Habet cum lectoribus omnium prophetiarum expoſitionem ad litterã in ſeipſa: de qua ſcriptum eſt Eſa. 7. *Ecce virgo concipiet* &c. Habet cum Subdiaconis doctrinæ apoſtolicæ oſtenſionem: vnde ſignatur per arcam, in qua erat Deuteronomius, & mãna, & diuina ſapiẽtia. Ideo de ipſa dici poteſt illud Sapien. 8. *Doctrix eſt enim diſciplinæ Dei*. Habet cum diaconibus verbi Domini conſeruationem, & alijs ad ſcribendum narrationem & conſiliorum domini perfectam impletionem. Vnde Luc. 2. dicitur. *Maria autem conſeruabat omnia verba hæc* &c. Habet cum ſacerdotibus dominici corporis per ſeipſam formationem, & tractationem, & communicationem, hoc eſt quod corpus dominicum mediante eius verbo, & conſenſu de carnibus, & ſanguinibus ipſius formatum fuit; & ipſum familiariſſimè, & diutiſſimè tractauit; & in cibum, & potum nobis communicauit; & per hoc nos omnes ad iugum ſuum ſuaue, & onus leue, charitatis, ſcilicet, ligauit, & ab omnibus culpis, & pœnis abſoluit: & vitam nobis æternam contulit. iuxta illud Saluatoris Iohan. 6. *Qui manducat me; & ipſe viuet propter me*. Habet quoque cum Epiſcopis clericorum ordinationem, præbendarum collationem templorum conſecrationem, ac ſacrarum virginum velationem. Ordinat enim Epiſcopus ſacerdotes per ſacramenti collationem: Beatiſſima autem virgo per continentiæ obligationem. iuxta illud Eſa. 52. *Mundamini, qui fertis vaſa domini*. Confert etiam Epiſcopus præbendas inſtituendo: Beatiſſima autem virgo præbendas faciendo. Conſecrat quoque Epiſcopus templa corporalia dedicando: Beatiſſima autem virgo templa ſpiritualia caſtimoniam inſpirando; & ſibi illa ſpiritualiter vendicando.

Conſecrat etiam Epiſcopus virgines exterius benedicendo; Beatiſſima autem virgo conſecrat virgines interius virtutibus adornando; & eas filio ſuo deſponſando & non tantum opprobrium ſterilitatis eis auferendo; ſed eas ſibi ſpecialiter in filias adoptando, & ad diuinum cultum dedicando, & ad ſtatum digniſſimum exaltando. iuxta illud Sapie. 6. *Incorruptio facit eſſe proximum Deo*.

Habet etiam cum Papa beatiſſima virgo omnium Eccleſiarum ſollicitudinem, quia Papa eſt pater patrum: ipſa vero eſt mater omnium chriſtianorum; immo omnium bonorum: iuxta illud Sapien. 7. *Quoniam omnium bonorum mater eſt*.

Habet etiam excellentius Papa poteſtatis plenitudinem: Papa enim ſolum habet eam in vita iſta; ſed non in cœlo; nec in purgatorio: nec in inferno: ſic beata Virgo. Quamuis autem ipſa mater Dei benedicta ſacramenta pro peccatoribus inſtituta humiliter ſuſceperit: non tamen propter hoc peccatricem ſe mentiens; opere falſum dixit; ſed vltra debitum in bonis ſe peccatoribus conformans, ac vere ſe humilem eſſe opere denuncians; per omnia verum dixit. Sicque patet quòd quicquid eſt dignitatis, vel gratiæ in ſacramentis eccleſiæ, hoc totum virgo benedicta habuit plenariè cui ſit ſempiterna gloria per omnia ſecula ſæculorum. Amen.

Mariæ deſponſatio fuit poſſibilis: & huius redditur ratio.

eſſe matrimonium in beata virgine: ergo videtur quod inutilis fuerit iſta deſponſatio. Sed his argumentis non obſtantibus in contrarium eſt veritas. Vnde Alb. ſuper miſſus eſt c. 38. inquit. *Dicimus quòd iſta deſponſatio, & poſſibilis fuit & vtilis poſſibilis: quia licet beata virgo feciſſet votum, & habuiſſet firmum propoſitum continentiæ, poterat tamen conſentire in matrimonialem ſocietatem, facta tamen diuinitus inſpiratione vtrique de altero. ſ. virgini, & Ioſeph, quòd vellet virgo manere & ſic conſenſit in ſocietatem maritalem, & non in copulam carnalem abſolute. Et quod videtur dicere Aug. quòd conſenſit in copulam carnalem, intelligendum eſt non abſolute: ſed ſub conditione. ſ. ſi Deus ſic vellet.* Hæc ille. In omni enim actu ſemper ſubintelligitur hæc conditio: rebus ſic ſtantibus, hoc eſt, aliter Deo non diſponente. vt dicit glo. in l. quod ſeruus. ff. de condi. ob cau. & bonus eſt textus cum theorica Bar. in l. item quęritur. §. qui impleto. ff. loca. Sed pro maiori prædictorum declaratione eſt ſciendum ſecundum ſententiam Petri Lombardi in 4. di. 30. c. 2. & Gratiani in c. beata Maria, alias §. ſed quęritur. 27. q. 2. quod beata virgo ante deſponſationem fecerat votum mentale caſtitatis, & propoſuerat ſe illud ſeruare; ſed non expreſſerat ore:

Quod verũ fuerit matrimonium Mariæ, & Ioſeph, & quomodo.

& ſimiliter vouerat Ioſeph, non abſolute tamen vouerant, ſed ſub conditione. ſ. niſi Deus aliter vellet. vt ait Aug. in lib. de nuptijs: poſtea vero ex diuina inſpiratione vterque conſenſit ſponſalibus, & matrimonio: fuit enim inter eos verum matrimonium, vt determinant Canoniſtæ in c. quidam & c. ex publico. de conuer. coniu. Et idẽ dicit Magiſter in 4. diſt. 29. & quod declaratur ſecundum Richar. in 4. di. 30. ar. 2 q. 2. & Tho. in 3. parte ſum. quæſtione. 29. ar. 2. di. quod matrimonium dicitur eſſe verum quando ſuam perfectionem attingit. Duplex autem eſt perfectio rei, prima quidem perfectio in ipſa forma rei, conſiſtit, ex qua ſpeciem ſortitur: ſecunda autem perfectio cõſiſtit in operatione rei, per quam res aliqualiter ſuum finem attingit. Forma autem matrimonij conſiſtit in quadam indiuiſibili coniunctione animorum, per quam vnus coniugum fidem alteri ſeruare tenetur. Finis autem matrimonij eſt proles generanda, & educanda. Quantum ergo ad primam perfectionem, omnino fuit verum matrimonium inter virginem, & Ioſeph: quia cum nuptias non concubitus, ſed conſenſus faciat. l. ff. nuptias ff de regu. iur. & cap. ex his omnibus. 27. q. 2. vterque conſenſit in copulam coniugalem, non autem in copulam carnalem niſi vt ſup. dictum eſt ſub conditione ſi Deo placeret. Nam ad primam perfectionẽ matrimonij vt inquit Richar. vbi ſup. non requiritur conſenſus ad copulam carnalem niſi implicite, & ſub conditione. ſ. ſi aliter coniux eam exegerit: & ſi Deus debitum reddendi non relaxauerit: & hoc modo beata virgo in copulam carnalem cõſenſit; nec in hoc periculo ſe expoſuit: nec ſuo voto in aliquo derogauit, quia diuina inſpiratione certificata fuit, quòd Ioſeph nunquam ab ea exigeret carnalem copulã: & ſi exigeret Deus eam à debito reddendi abſolueret, vt inquit Aug. vbi ſup. vbi etiam inquit quod poſtquam beata virgo genuit filium, ſimiliter cum ſuo virginitatis votum labijs expreſſit; & vterque in virginitate permanſit, quæ verba recitat magiſter in 4. diſt 30. & Gratianus in ca. 1. §. cum igitur. 27. q. 2. Quantum vero ad ſecundam perfectionẽ matrimonij. ſ. de generanda, & educanda prole, dicendum quòd quoad primum. ſ. ad actum generatiuum prolis, non fuit hoc matrimonium conſummatum. Vnde Amb ſuper Luc. inquit. *Non te moueat quod ſcriptura Mariam coniugem vocat: nõ .n. virginitatis ereptio, ſed cõiugij teſtificatio, & nuptiarũ celebratio declaratur.* & Aug. in lib. de nuptijs, quẽ refert Gratianus in c. inſtitutum. §. Item Aug. 27. quæſtione 2. ait de Maria & Ioſeph. *Coniuges fuerũt mente, non carne, ſicut & parentes Ex quo datur intelligi, quòd ſicut Ioſeph pater Domini dictus eſt, non effectu geniture, ſed officio, & cura prouidendi ſic & coniunx matris eius appellatus eſt, non coniugij affectu, ſed miniſtratione neceſſariorum, & indiuiduo mentis affectu.* Hæc ille. Et in hoc ſenſu etiam loquitur Hiero. ſuper illud Matth. 1. *Genuit virum Mariæ* di. *Cum virum audieris ſuſpitio tibi non ſubeatur nuptiarum. ſ. conſummatarum per cõcubitum, ſed recordare conſuetudinis ſcripturarum, quòd ſponſi viri, & ſponſæ vocentur vxores.* Hæc ille. tranſſumptiue in c. genuit. 27. q. 2. Aug. quoque vbi ſup. ait. *Coniunx vocatur ex prima deſponſationis fide, quam concubitu nec cognouerat, nec cogniturus erat.* Quantum vero ad perfectionem educandæ prolis fuit verum matrimonium: vt dicit Aug. vbi ſup. & in c. inſtitutum §. iuxta hanc 27. q. 2. & Magiſter in 4. di. 30, vbi etiam inquit. *Perfectum matrimonium fuit non in ſignificatione: quia matrimonium conſummatum perfectius vnionem Chriſti, & eccleſiæ ſignificat, ſed ex his quæ comitantur coniugium ſ. ex fide, prole, & ſacramento.* Quæ tria inter Chriſti parentes fuiſſe aſſerit Aug. in lib. de nup. & in ca. omne 27. q. 2. & dicto. cap. inſtitutum. Magiſter autem Petrus Lombardus in 4. ſententiarum di. 29. dicit de matrimonio beatæ virginis *Tanto ſanctius & perfectius fuit, quanto carnali pollutione immunius fuit.*

Non

Digitized by Google

Non obſtat modo dictum Hierony. ſup. allegatum. de contrahente matrimonium poſt votum continentiæ, qui peccat. quia reſpondet Richar. & Tho. in 4. di. 30. quod illud intelligitur de illo, qui abſolute vouit ſeruare caſtitatem: quod mater Dei non fecit antequam Ioſeph deſponſaretur. vt ſup. declaratum eſt; nec etiam feciſſe præſumitur, quia quod fecerit votum, iſtud eſt facti; facta autem non præſumuntur, niſi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & poſt. li. re.

Non obſtat etiam quod dictum eſt de conditione adiecta contra ſubſtantiam matrimonij, quæ impedit matrimonium: quia intelligitur, quando poſita fuit abſolute; non autem quando poſita eſt ſub conditione, ſicut in cauſu noſtro. Nam virgo Maria contrahens cum Ioſeph intendebat tacite hanc conditionem, ſcilicet, de non copulando carnaliter, niſi aliter Deus diſponeret. Vel dicendum ſecundum Albertum vbi ſupr. quod illud quod dicunt iura, de conditione adiecta matrimonio, intelligitur de conditione inhoneſta. c. ſi. de condi. appo. Conditio autem licita, & honeſta non impedit matrimoniũ. Vnde eſt ſimile de voto continentiæ, & de procuratione ſterilitatis, & ſimilibus; cum etiam cõiuges poſt carnalem copulam poſſint votum continentiæ emittere, & ſi emiſerint, tenentur obſeruare. habetur extra de conuerſi. coniu. ca. ad Apoſtolicam. Et clarius reſpondendo dico, quod ſi quis poſt votum ſimplex continentiæ matrimonium contrahat, licet peccet, tamen tenet matrimonium. c. meminimus & c. conſuluit. & c. rurſus. extra qui cleri. vel vo. & 17. diſtinc. c. ſi vir. & 27. q. 2. c. nos nouimus. & ca. porrectum. de regu. Beata autem virgo non peccauit; quia hoc ex diuina permiſſione, & inſpiratione fecit. Facit ad hoc l. Gracous. C. ad l. Iul. de adulte. vbi habetur, quòd illud quod fit lege permittente pœnam non meretur & l. iuſte poſſidet. ff. de acquir. poſ. vbi dicitur. *Iuſte poſſidet, qui autoritate prætoris poſſidet*: Beata enim virgo, quæ Dei voluntate impellente nupſit, etiam eius inſtigatione prius votum virginitatis fecit. Vnde Bern. ſuper *Miſſus eſt*, homil. 2. inquit *Deus dedit virgini partum, qui ei iam ante, & virginitatis inſpirauerat votum.* & homil. 3 iterum dicit alloquens ipſam benedictam virginem: *Sermo Dei viuus, & efficax ante tibi factus eſt magiſter quàm filius: tuam prius inſtruxit mentem, quàm indueret carnem; Chriſto ergo te deuoues exhibere virginem; & neſcis quod ipſi te exhiberi oporteat etiam matrem.* hæc ille. Ex quibus omnibus patet quòd iſta deſponſatio fuit poſſibilis. Fuit etiam vtilis ad multa; vt ait Albertus ibidem. *Deſponſatio Mariæ fuit vtilis ad multa.* *Primo vt matrimonium bonum oſtendatur. Secundò vt domina omnium bonorum nullo bono priuetur. Tertio vt hoſtis fallatur. Quarto vt teſtis caſtitatis habeatur. Quinto vt origo dominæ per coniugem ſuum deſcribatur; quia non conſueuit ſcriptura fœminas genealogizare. Sextò vt ab infamia ſeruetur. Septimò vt pœna caueatur. Octauò vt à Chriſto perſecutio tollatur. Nonò vt filius Dei comprobetur. ſcilicet ex teſtimonio Ioſeph; cui dixit Angelus Matth. 1. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Decimò vt Domino ſeruiatur. Vndecimò vt ſpirituale matrimonium ſignificetur. Duodecimò vt parentes ſpirituales oſtendãtur. Tredecimò vt humilitas virginitati coniungatur. Decimoquartò vt occaſio incuriæ de fama virginibus tollatur. Decimoquintò vt humilitas, & charitas filij Dei oſtendatur, qui potius voluit filius fabri reputari, quàm matrem infirmari. Decimoſextò, vt matris dignitas humilitati ſocietur, vt quanto maior ſit, humiliet ſe in omnibus, vt ſit mater, Dei, & vxor fabri.* hæc Alber. Sed de his vtilitatibus hic breuius pertrãſeo; quia de ipſis tanquam de cauſis deſponſationis beatæ virginis, in 3. parte huius ſermonis clarius dicemus. Ad aliud autem quod ſupra obiectum eſt de ſimulatione, ibidem reſpondet Albertus. ſic, *Dicimus quòd eſt ſimulatio deceptionis vt in hypocritis: & eſt ſimulatio humiliationis, qua quis non vult magnus, vel humilis prædicari ſed vilis reputari. Primam ſimulationem effugit ſpiritus ſanctus; in habente autem ſecundam inhabitat: vt habetur Eſa. 66. vbi ait Dominus Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem.* &c. Quod vero obijcitur quod cauſa matrimonij debet eſſe proles, vel cauſa vitandæ fonicationis; Reſpondet idem Albertus ſic,

Dicimus quòd hoc intelligendum eſt de matrimonio pro copulam carnalem conſummando: iſtius autem matrimonij cauſæ fuerunt, quæ supradictæ ſunt. hæc ille. Et ſic non obſtant aliqua in contrarium adducta.

***

PARS

PARS TERTIA HVIVS ſermonis: Cuius ætatis fuerit beata virgo cum deſponſata fuit.

QVæritur pro expeditione huius partis, in qua ætate beata virgo erat, quando contraxit cum Ioſeph. & quando concepit Domini? Et reſpondent quidam Doctores, inter quos eſt beatus Aug. in lib. de mirabilibus ſacræ ſcripturæ. & Fran. de Mayro. ſuper *Miſſus eſt*, ſequens Auguſtinum, quod videtur fuiſſe duodecim annorum: & hæc opinio poteſt ſic probari. Omnia facta ſunt rite circa hoc ſanctum matrimonium à ſpiritu ſancto ordinatum. Ergo ætas legitima eſt ſeruata: & in ea factum fuit. Aetas autem legitima ad contrahendum matrimonium eſt duodecim annorum in puella. l. qua ætate. ff. de teſta. & Inſti. de nupti. in prin. vbi glo. & l. minorem. ff. de ritu. nup. & c. continebatur & c. atteſtationes. extra de deſpon. impetu. Item cum mirabilia ſint quæ Deo immediate operante fiunt; quantò aliquid eſt mirabilius, tantò laudabilius eſt alijs paribus. Sed vitæ perfectio, & virtutum conſummatio eſt nobilior in iuuene, quam in ſene. arg. in §. optimum. & ibi glo. in authentica. de mona. col. 1. & quanto laudabilior tanto mirabilior. ergo vbi erat laudabiliſſima erat mirabiliſſima. Sed perfectio eſt mirabilior in iuuene quanto perſona eſt minor; ergo beatiſſima virgo in infima ætate, quæ huius gratiæ capax fuit Deum in ſe ſuſcepit: & conſequenter in eadem ætate deſponſata fuit: nam ſponſa erat, quando Dei filium concepit. Item quantò aliquid citius datur, tantò plus datur. §. plus autem. Inſti. de actio. Vnde dici ſolet, quòd qui citò dat bis dat. vbi notat glo. in §. item ſi ille. Inſti. de fideiuſ. Sed beatiſſimæ virgini tantum dedit Deus per incarnationem filij ſui, quantum puræ creaturæ dare potuit. Ergo tam citò dedit, quam citò illa capax fuit. *Neſcit* enim *tarda molimina ſpiritus ſancti gratia*; vt ait beatus Ambr. ſuper Luc. Ergo ex parte dantis nulla fuit mora dãdi; immo videtur affectaſſe dationem. Vnde & de filio Dei dicitur Pſa 18. *Exultauit vt gygas ad currendam viam*, ſcilicet celeriter. Ergo ſtatim dedit quando ſuſceptiuum capax fuit. Præterea *quando aliquid eſt dubium, reducitur ad intellectum iuris*. vt ait glo. in l. ſed niſi ff. de iure do. & in l. curat. ff. de admi. tuto. ergo hæc deſponſatio in dubio præſumenda eſt fuiſſe facta in prædicta ætate duodecim annorum; quæ à iure dicitur ætas ad contrahendum matrimonium legitimum.

Sententia Aug. de ætate B. V. cum deſponſata fuit.

Albertus autem ſuper *Miſſus eſt*. ca. 39 dicit, *quòd cum ſupponatur quòd in beatiſſima virgine fuit omnis congruentia tam ex parte naturæ, quàm ex parte gratiæ, ad hoc vt mater Dei fieret, credendum eſt quod in tali ætate Deum concepit, qua perfecta fuit in ſtatu corporis, & quantitate; & quod circa eandem ætatem deſponſata fuit tantum ante, quantum ſponſalia ſolent præcedere matrimonium, videlicet circa duos menſes*. Ad illud autem quod ſupra dicitur quòd mirabilior, & laudabilior eſſet in iuuentute iſta perfectio: Reſpondet Albertus ibidem dicens. *Dicimus quod cum nihil ſit laudabile, niſi aliquo modo dependeat ab arbitrij libertate: & ab habitu virtutis, non ſtatim illud fieri debuit, cum beata virgo libero arbitrio vti potuit: ſed interuenire debuit temporis protractio, in quo fieret & meritorum accumulatio, & purificationi quam acceperat maior in vtero ſuccederet depuratio, & virtutũ exercitatio: vt omnium virtutum apice ſublimata, de congruo ſuo ſingulari merito, mundo ſubueniret perdito, Saluatorem gignendo. Et ſic patet, quod non ſtatim Deus hoc donum dedit, cum eius beatiſſima virgo capax fuit; ſed quia non tantum dedit, ſed cõgruẽtiſſimo modo tũc Deus ſtatim dedit, quãdo ſuſceptiuum congruentiſſimo modo capax fuit. vt non eſſet tantum datum optimum; ſed donum perfectum, & perfectiſſimo modo datum Nec illa velocitas donum duplicat, quæ temporis congruitatem anticipat; & à dato modum dandi deformat; & à recipiente gloriam minuit, & dignitatem recipiendi ab ipſo excludit.* hæc ille. Quæ confirmari poſſunt per argumentum quod idem Doctor facit ibidem dicens. Contra grauitatem morum, & honeſtatem eſt acceleratio matrimoniorum; immo in omni re celeritas nimia non laudatur. l. 1. C. de excu. rei iu. Nam nimia celeritas dicitur priuigna iuris. argu in cap. ponderet. l di. & §. ſed aliud 5. q. In iſto autẽ matrimonio ſanctiſſimo nihil incongruũ fuit, vel inhoneſtum; ergo expectatum fuit tempus opportuniſſimum & honeſtiſſimum. Item à corpore B. V. debebat formari corpus Chriſti perfectiſſimum ſecundum naturam. Cum ergo ex tali, & ex magis tali magis tale fiat, debuit eius corpus eſſe perfectiſſimum ſecũdum naturam ad generationem; quia nemo poteſt aliquid ad alium transferre, niſi eo modo, quo ipſe illud habet. c. nemo plus. de reg. iur. li. 6. & l. nemo ff. eo. ti. & c. nuper de dona. inter vi. & vxo. & c. Diabertum 1. q. 8. & c. quomodo de conſe. di. 4. Ex quibus videtur quòd B. virgo debuit concipere filium Dei in ea ætate, quæ perfectior eſt ad contrahendum matrimonium, & generandum perfectiſſimum filium. Dicit autem Phi. in lib. de animalibus, quod mulier

in 18. anno eſt magis idonea ad conſumandum matrimonium,& generandum filios perfectiſſimo modo,ergo.&c.

Ad hanc quæſtinonem volens reſpondere: dico quod tempore huius deſponſationis,& conceptionis Chriſti nihil determinatum in ſacra ſcriptura reperitur, vnde & difficile eſt ſcire. Et ideo ſupra illud Prouer. penul. *Tria ſunt mihi difficilia ad cognoſcendum; & quartum penitus ignoro* exponit Nico. de Lyra ſecundum vnam tranſlatione. id eſt, *viam Chriſti in virginis vtero in ſua incarnatione.* Dicitur tamē in legenda beatæ virginis; quod cum ipſa benedicta virgo eſſet. 14. annorum, ſummus Pontifex præceptum fecit; vt omnes virgines in templo educatæ, quæ ad ætatem quatuordecim annorum peruenerint, ad domum parentum ſuorum reuerterentur, vt legitimo matrimonio traderentur. Cum autem omnes aliæ virgines huic præcepto obediſſent, ſola beata virgo in templo remanſit; dicens quod non poterat tenere viam carnalis matrimonij, quia à parentibus ſuis fuerat perpetuis Dei ſeruitijs dedicata; & etiam ipſa perpetuam Deo virgnitatem ex voto mentali promiſerat. Semel autem Deo dicatum, non eſt amplius ad humanos vſus transferendū. c. ſemel. de reg. iu. li. 6. & c. mancipia. de rerum permu. & cap. ligna. de conſe. diſt. 1. & c. quæ ſemel. 19. q. 3. Quæ audiens ſummus Pontifex, ex vna parte timebat offendere Deū, ſi eā ad frangandum votum caſtitatis compulſiſſet; cum per prophetam Dominus dicat. *vouete, & reddite.* Pſ. 55. & iterum. *Redde altiſſimo vota tua.* Pſalm. 49. Alia vero ex parte metuebat inducere nouam conſuetudinem in populo Dei de ſeruanda virginitate, contra præceptum primis parentibus datum de multiplicanda prole. Gen. 1. Qua ex re habito conſilio cum ſapientioribus & antiquioribus populi; omnes reſponderunt, in tam difficili & inſolita re ad oraculum diuinum eſſe recurrendum; quia quibuſcunque rebus, etiam deſperatis modum, & ordinem ponere poteſt l. 1. §. 1. C. de vete. iu. enu. cuius voluntatem ſemper debemus inquirere, & conſiderare, vt ei beneplaciti eſſe videamur. vt in aut. de trien & ſemiſ. in prin. Cum igitur omnes in oratione deuotè perſiſterent, rogantes Deum, vt quid in hac cauſa faciendum eſſet, illis reuelaret: ſtatim cunctis audientibus in loco propitiatorij facta eſt vox dicens, quod omnes qui erant de domo, & familia Dauid habiles ad contrahendum matrimonium ad templum ante altare conuenirent ſinguli virgam in manu ferentes: & cuius virga frondiuſſet, & floruiſſet & ſuper ſummitatem eius, ſpiritus ſanctus in columbę ſpecie deſcendiſſet, ſecundū Eſaiæ vaticinium 11. c. vbi dicitur *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet; & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini;* illi eam deſponſaret tanquam ſibi à Domino deputatam. Cum ergo omnes virgam ſuam portātes ordinato tempore ad templum conueniſſent, & coram altari ſe præſentaſſent, ſola virga Ioſeph inter omnes alios de domo Dauid ſtatim fronduit, & flores emiſit, ac ſpiritus S. in eius cacumine in ſpecie columbæ deſcendit. Quapropter acclamantibus cunctis ad tam grande miraculum, ſacratiſſimam virginem ipſi Ioſeph tanquam digno tam egregia coniuge in ſponſam dederunt. Poſito ergo, quòd, vt in dicta legenda dicitur, & à multis tenetur, B. virgo cum eſſet ætatis annorum quatuordecim deſpōſata fuerit; reſponderi poſſet ad dictum Philoſ. de idoneitate perfectè generandi filios à fœmina in 18. anno. quòd loquitur de communi curſu naturæ, non autem vbi eſt perfectio naturæ, & gratię, quæ perficit naturam. vt habetur in 2. ſen. diſt. 27. & per Alexan. de Ales in 3. par. ſum. in tractatu de gratia. ſicut fuit in B. V. Vnde dici poteſt quòd ipſa fuit felici diplomate vſa, vt in ſimili dicit glo. Inſti. de nup. in prin. & allegat legem continuus. §. cum ita digeſt, de verbo. ob. Ante ætatem enim communem ad concipiendum reperiuntur aliquæ mulieres conceptioni aptæ. c. puberes de deſponſat. impu. & cap. propoſuiſti, de proba. Si ergo hoc habent aliquæ ex bonitate naturalis complexionis, vt etiam ante duodecimum annum concipere poſſint: multo magis beatiſſima virgo habens perfectionem naturæ & gratiæ, potuit eſſe perfecte idonea conceptioni perfectiſſime filij Dei in anno. 14. Maior eſt enim virtus gratię quam naturæ. quod probat B. Ambro. in lib. de ſacra. tranſſumptiue in c. reuera. de conſe. di. 2. videtur ergo communior opinio, quod glorioſa V. compleuerat annum 14. & intrauerat 15. quando concepit Saluatorem mūdi. Nam licet ante illam ætatem, ſ. in 12. anno potuiſſet generare, ſicut aliæ: & multo melius; tamen videtur dicendum quod Deus voluerit hanc deſponſationem fieri non ita accelerate ratione maioris honeſtatis & grauitatis morum: vt ſupra dictum eſt. Et propter hanc cauſam virgines educatæ in templo non tradebantur nuptui in 12. anno, licet tunc eſſent nubiles. ſed in 14. Quam ætatem non tranſibat propter periculum: iuxta illud 1. ad Cor. 7. *Propter fornicationem vitandam habeat vnaquæque mulier virum ſuum* &c. In hac ergo ætate voluit Chriſtus matrem ſuam deſponſari non ratione alicuius periculi, ſed quia tunc erat

B.V. in deſponſatione compleuerat 14. annum & intrauerat 15.

per-

Digitized by Google

perfectiſſimæ apta ſuæ cõceptioni; quæ in deſpõſata virgine fieri debebat; vt in ſequenti parte huius ſermonis oſtendetur. Noluit autem hanc ſuam incarnationem vlterius prorogari rationibus præallegatis.

Si autem quæratur, cuius ætatis erat Ioſeph quando beatiſſimam virginem deſponſauit? Dico quòd circa hoc eſt duplex opinio. Quidam enim dicunt quòd erat ſenex: ſicut legitur in libro de infantia Saluatoris. Vnde etiam dicitur, quod quando iuit ad templum cum alijs de familia Dauid, portabat virgam ſuam abſconditam, timens forte derideri ab alijs, quòd cum eſſet vetulus, vellet nubere; perrexit tamen ad templum, ne faceret contra mandatum ſummi ſacerdoris ex parte Dei factum: in quo omnes qui erãt nubiles de progenie Dauidica, tenebantur cum virga prædicta ad ipſum templum proficiſci. Quando vero ſua virga floruit, ipſe Ioſeph cognoſcens per hoc miraculum, maxime per reuelationem ſpiritus ſancti, qui in columbæ ſpecie ſuper ipſam virgam ſuam apparuerat, quòd hæc delicata puella ſibi debebatur in ſponſam: & quòd hæc erat diuina voluntas, vt eam deſponſaret; licet cum rubore, ipſam virgam ſic floridam in publicum videndam ab omnibus protulit, atque protinus benedictam virginem deſponſauit. Ad argumentum autem quod fit contra hanc opinionem .ſ. quod non videtur conueniens fuiſſe, quod vna puella ſic delicata nuptui traderetur ſponſo antiquo; Reſpondent tenentes hanc opinionem quòd hoc fuiſſet inconueniens, ſi hoc matrimonium factum eſſet cauſa procreandæ prolis, vel propter vitandum fornicationem: ſed propter nullam barum cauſarum contractum fuit: ſed ſanctiſſima voluntate diuina ita peractum eſt multis de cauſis; quas licet noſtra fragilitas intelligere ad plenum non poteſt; quia vera eſt ſententia Pauli ad Ro. 11 dicentis. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius* cap ſi ex bono. de pęni. diſtinct. 4. tamen cum beato Auguſtino dicere debemus: *Si ratione facti profunditatem iudicij Dei penetrare non poſſumus, manifeſte tamen ſcimus verum eſſe & bonum omne quod facit*. Quamuis autem dicat propheta Pſalm. 35. *Iudicia Dei abyſſus multa*; tamen prædicti Doctores huius deſponſationis aſſignant duas cauſas. ſ. quòd Deus voluit matrem ſuam deſponſari ſeni, vt appareret hanc deſponſationem non libidinis cauſa fieri; ſed ſolum ex obedientia ſui beneplaciti, & præcepti.

etate Ioſeph prima opinio, quod fuerit ſenex.

Item propter confutationem hæreticorum, quos ſciebat debere opinari, & prædicare quòd Ioſeph habuit filios carnales ex beata maria, & cum ea ſtetit matrimonialiter ſaltem poſt parturitionem filij Dei. Quorum iniqua & peruerſa opinio potuiſſet colorari ex Ioſeph iuuentute.

Alia eſt opinio, quod Ioſeph eſſet iuuenis pulcher, & decorus. Et inter alios doctores hanc opinionem tenentes eſt magiſter Iohannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis in ſermone de natiuitate beatę virginis Mariæ conſideratione. 2. vbi ait. *Non oportet credere ipſum Ioſeph iuſtum virum Mariæ ſenio factum, debilitatum, aut frigidum fuiſſe, dum nupſit Mariæ adoleſcentulæ, ad ſaluandum caſtiſſimum, atque pudiciſſimum cum ea connubium. Potuit namque plus operari ſpiritus ſanctus in conſeruando caſtitatem ipſius Ioſeph per repreſſionem, vel extinctionem fomitis originalis in ipſo, quam ſenectus, vel ſenium operetur. Etenim quis neſciat quoſdam ſenes ſeptagenarios, aut octogenarios ſpurciſſimis, & fœdiſſimis libidinibus exarſiſſe euntes poſt deſideria ſua, & in adinuentionibus ſuis turpiſſimis; quales etiam vel cogitare, vel dicere pudor eſt fœtore computreſcentes? Senſit autem virginitatis gratiam qui dixit; ſcio quòd continens eſſe non poſſum, niſi dederit Deus*: hæc ille. Hanc vero ſententiam poſuit Salomon Sap. 8. Ibidem etiam probat prædictus Doctor Ioſeph non fuiſſe ſenem, ſed iuuenem. & dicit. *Nec vrget in oppoſitum libellus de infantia Saluatoris: quia iure damnatus eſt*. Mouet autem, ad hoc piè credendum multiplex ratio. Primo propter myſterium propheticum, quo dicitur in Eſa. ſ. 62. c. *Lætabitur ſponſus ſuper ſponſam, & habitabit iuuenis cum virgine*. Vbi glo. interlinearis & ordinaria dicit, ſcilicet *Ioſeph cum Maria*. Mouet etiam ad hoc finis, & ratio deſponſationis Mariæ cum Ioſeph. Quæ ratio duplex principaliter aſſignatur: Vna propter miniſteriũ, & obſequium præſtandum ipſi Mariæ, & puero Ieſu euntibus in Aegyptum; illicque manẽtibus, & inde remeantibus, & conſequenter vſque ad perfectam ætatem. Conſtat autem, quòd ad talia non fuiſſet idoneus homo ſenio confractus, & impotens, qui eget amplius, vt ei miniſtretur quã miniſtret, qui onerofior Mariæ quam obſequentior extitiſſet. Altera ratio fuit ad conſeruandam Mariæ famam apud perfidos Iudæos; & ad incarnationis myſterium celandum dæmonibus: quæ ratio ceſſaſſet prorſus, cum Ioſeph ſenex frigidus & maleficiatus palam apparuiſſet. Talis enim quo pacto credi potuiſſet alicuius pater infantis.

2. Opinio quod fuerit iuuenis. Io Gerſon & Auctoris.

Digitized by Google

Quæritur igitur aliquis, cur ſenex depingitur? Cui reſpondeo, quod depingitur alicubi ſenex propter mentis maturitatem, & caſtitatis virtutem:ſicut dicit Sapiens,quòd ætas ſenectutis, vita immaculata.ſ. Sap. 4. Quo contra dicit propheticus ſermo:quod maledictus puer centum annorum ſ. Eſa. 65. Vel ideo pingebatur ſenex ab initio naſcentis Eccleſiæ,dum Mariæ perpetua virginitas nondum vt modo radices fixerat in cordibus fidelium:ne ſuſpicarentur carnale aliquid de Ioſeph, & Maria. Et hinc fortaſſis omiſſa eſt ſolennizatio de eo venerando,lætoque coniugio. Demum tamen inuenimus Ioſeph in ætate iuuenili. Vel dic illud Horatij in poetria: *pictoribus atque poetis. Quodlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.* Idem quoque doctor in ſua Ioſephina metrice inquit.

Cur Ioſeph ſenex depingitur.

Ergo Ioſeph reputaſſe ſenem fecere ſeniles,
Inſe virtutes, vel ne carnalis haberet,
Suſpitio de te quicquam carnale Maria,
Donec virginitas tua fixa fidelibus eſſet,
Cordibus, inde minor eſt mentio de Ioſephacta.
Non ſubito totam ſe monſtrat gratia mundo.
Nunc ſecus eſſe, decet dum toto creditur orbe,
Copula virginea vobis ſine labe fuiſſe.
Munda, decens, cauta, cæleſti par, & honeſta. hæc ille.

Ratio autem principalis, quare Eccleſia ſic fecit eum depingi ſenem maturum & grandæuum, fuit ad amouendam prædictam hæreticorum opinionem. Videtur ergo iſtis non inconuenienter tenendum, quòd Ioſeph erat iuuenis pulcherrimus, & formoſiſſimus: vt eſſet ſimilis ſuæ ſponſæ pulcherrimæ, & formoſiſſimæ. Et quòd ſicut excepto Chriſto nullus vir, aut mulier vnquam fuit pulchrior beata virgine; immo nec tantæ formoſitatis: ita excepto ipſo Domino Ieſu, & matre eius nullus vir, aut mulier fuit vnquam formoſior Sancto Ioſeph: immo nec tantæ formoſitatis: Et ſimiliter eſt dicendum de nobilitate, ſapientia, & puritate, virtuoſitatibus, & gratijs gratis datis, & gratum facientibus. Et poſt hæc opinio ſic probari. Nam credendum eſt, quod omnia, quæ condecentia ſunt ad honeſtum, & conſolatorium matrimonium, Deus voluerit eſſe in matrimonio, ac deſponſatione matris ſuæ benedictæ. Sed vt dicitur in Chronica de Magis Philoſophorum. *Cleobolus vnus ex ſeptem ſapientibus dixit, vxorem eſſe ducendam ex paribus*; & econtra. vnde Ouid. in epiſtolis inquit. *Si qua voles apte nubere nube pari.* Vera eſt enim illa eiuſdem poetæ ſententia vbi ſupra. *Quàm male inæquales veniunt ad aratra iuuenci: Tam premitur magno coniuge nupta minor.*

Ergo videtur quòd in hoc ſacratiſſimo matrimonio diuina inſpiratione facta fuerit omnis ſimilitudo poſſibilis inter ſponſam, & ſponſum ſuum ſibi ab æterno deputatum, & præparatum. Et ad hoc applicari poſſet illud quod inquit glo. in cap. quanto. de diuor. ſcilicet quòd matrimonium non debet claudicare: quamuis ad aliud propoſitum dixerit. Item illud quod dicunt Iuriſtæ, quòd matrimonium debet contrahi cum æquali. l. creditor §. pri. ff. manda. Et hanc rationem approbans magiſter Iohãnes Gerſon vbi ſupra. ait. *Sicut decuit Mariam, vt ſumma puritate niteret; ſic decuit vt haberet ſuo modo ſponſum puriſſimum, qui cum perpetua virgine virgo prius, ac poſterius permaneret. Vterque regali progenie renitens & illuſtris. Vterque ſanctificationem in vtero recipiens.* hæc ille. Qui etiam in eiuſdem ſermonis conſideratione 2. inquit *Maria de qua natus eſt Ieſus, ſicut fuit in vtero ſanctificata priuſquam naſceretur: ita de Ioſeph virginali viro ſuo pia credulitate credi poteſt, quamuis nõ omnino ſimiliter. Poteſt forſitan hæc diſſimilitudo notari in hoc quòd Ioſeph poſt originale contractum, ſanctificatus eſt in vtero Baptiſmo flaminis: ſicut Iohãnes Baptiſta & aliorum plurimi. Sic enim in officio Hieroſolymitano de Ioſeph compoſito continetur. Mariam vero ita præuenit gratia ſanctificans, vt quamuis lege cõmuni tenetur obnoxia originali, iuxta cauſas vniuerſales generationis ab Adam traductæ; non ſic aũt filius eius Ieſus: quia non ex virili concubitu genitus eſt. nihilominus ipſa virgo Maria lege priuata, ac priuilegiata ſic præuenta eſt, vt nequaquam illud peccatum originale contraheret: Et quoniam hoc & potuit & decuit fieri, vt perfectiſſimum in ſua matre modum Saluator impenderet. taliter eam ſanctificando à peccato, vt in illud, in quod aliquando caſura erat ipſo ſanctificante, & gratiam infundente non caderet: & ita contereret caput ſerpentis antiqui nunquam ab eis prode contrita.* hęc ille ad literam. Qui etiam in ſequenti conſideratione inquit *Maria ſicut habuit repreſſionem fomitis originalis, ne in vitioſam exardeſceret concupiſcentiam: ſic de Ioſeph virginali ſponſo ſuo intelligi piè poteſt; præſertim dum matrimonialiter eidem coniunctus eſt. vnde ſicut Maria potuit ex ſententia dicere illud Saræ vxoris Tobiæ iunioris filiæ Raguelis.* Tu ſcis Domine quia nunquam concupiui virum, & mundam ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia; virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea conſenſi ſuſcipere. Tob. 3. *Sic ipſe Ioſeph potuit apud Deum gloriari dicens. Tu ſcis Domine quia nunquam concupiui fœminam; & mundam ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia: vxorem autẽ cum timore tuo, non cum libidine mea conſenſi ſuſcipere. Teſtis & aſſertor huius ſententiæ nobis eſt Hieronymus*

Piè credi poteſt Ioſeph habuiſſe fomitis repreſſionem.

Digitized by Google

nymus in libello de perpetua virginitate Mariæ contra Heluidium. Similiter Hugo de Sancto Vict. in tractatu de coniugio beatæ Mariæ. & alij ſancti quàm plurimi. Ioſeph igitur priuſquam iungeretur cum virgine Maria, corruptus, vel vxoratus non fuerat. Et hoc maxime cõcludimus ex eo: quia ſi matri ſuæ Dominus tã prouectæ neminem dare cuſtodem voluit, niſi virginem ſcilicet Iohannem Euangeliſtam. Iohan 19. quantò magis exiſtimandum eſt, quòd hoc fieri voluit in adoleſcentiori ætate? Hæc ille: & hæc ratio fuit Nico. de Lyra ſuper Matth. & ideo tam pulchra puella non debuit dari cuſtodienda, niſi pudiciſſimo virgini. Hanc quoque ſententiam ponit prædictus Iohannes Gerſon in ſua Ioſephina di. *Corrupto nunquid fuerat ſocianda puella, Quæ grandæua fuit ſoli commiſſa Iohanni?* quaſi dicat: non. Sequitur autem idem Doctor in prædicto ſermone, & conſideratione dicens. *Similiter filius Ieſus ſicut non voluit naſci, ita nec nutriri, niſi in puritate virginali. Porro Ioſeph ſi ab vxore poſt immediatum tempus nuptiarum continuit ſemetipſum, ſicut Euangeliſtæ teſtimonium habet, quòd non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum. Mat. 1. Et hoc propter reuerentiam tanti ſacramenti, tantique myſterij: hic apertiſſime datur intelligi, quòd nec poſt partum cognouit eam, quoniam vrgentior erat ratio tunc quàm prius, vt ab eius cognitione abſtineret. Et hoc nobis non vt dubium, ſed vt certa fide tenendum iniungitur, quòd Maria poſt partum inuiolata permanſit. Addamus quod Ioſeph cum eſſet vir iuſtus. Mat. primo. cum præterea fomitem originalis peccati vel repreſſum, vel extinctum haberet (ita enim dicebat fieri, ne Mariæ ſpecioſitas, vel familiaritas ſibi cederet in ſcandalum, vel ruinam) ipſe ex conuictu, & cohabitatione familiari Mariæ non mouebatur ad libidinem, ſed ad caſtitatem tam ex repreſſione huiuſmodi fomitis in ſeipſo; quam ex Mariæ virtute, & merito: & quàm ex diſciplinato conuerſationis modo.*

Quod Maria poſt partum ſicut ante permanſerit virgo certa fide tenendum.

Hoc figuraliter poteſt intelligi de Sunamite, quæ erat puella pulchra nimis, & dormiebat cum Dauid: qui tamen non cognouit eam, nec in eius concupiſcentiam quomodolibet exarſit. 3. Reg. primo. Sic enim certiſſimum eſt de Maria coniuge ſua. quòd ex conuictu, ſeu aſſociatione viri nulla eam carnis titillatio, nullus pruritus, nulla illecebra præueniens rationem, vel inobediens ſibi vexabat eam, alioquin peccaſſet ſaltem venialiter. quod Auguſtinus negat: negant & doctores. Quia gratiæ plenitudinem habuit ad vincendum ex omni parte peccatum, plus quàm Adam ex originali iuſtitia. Tradit Dominus Bona hoc ſe habuiſſe ex Iudæorum fideli narratione, quòd nullus ex aſpectu glorioſæ virginis, quamuis eſſet pulchra nimis, vrebatur, aut inflammabatur ad fœdam carnis concupiſcentiam: ſed eam potius extinguebat ille diuinus aſpectus, quaſi frigidus quidam ex oculis ros virgineus ſpiraret, vel efflueret à mente ſua caſtiſſima. Cum Maria igitur gratia plena fomitem reprimente manſit Ioſeph repletus gratia peccatum ſaltem mortale quodlibet ſuperante.

Nouit Maria myſterium incarnationis à ſeculis abſconditum Angelo nunciante; nouit & Ioſeph admonitus in ſomnis ab Angelo; & vt exiſtimo piè, prius edoctus familiariter à Maria. Sicut beatam Cæciliam legimus Valeriano ſponſo ſuo dixiſſe Eſt mihi myſterium, quod tibi reuelem amantiſſime iuuenis, ſi tota illud fide cuſtodias &c.

Quid nũ fuerit audentior diuino confidens auxilio Maria erga ſponſum ſuum Ioſeph pudiciſſimum, cum eſſet iuſtus, quàm Cæcilia erga Valerianum, quem vrgebat impetus nuptiarum? Turbata eſt Maria in Angelica ſalutatione; ſed nõ conturbata, vel incredula. Turbatus eſt ipſe Ioſeph ad ſtupendum tantæ nouitatis miraculum, ita vt nollet Mariam traducere: non tamen conturbatus, vel culpabiliter incredulus ſed ſtupor quidam apprehenderat eum, ſicut de Petro legimus Luc. 5. dum ait ad Ieſum. Exi à me Domine, quia peccator ſum. *Ioſeph enim ſimiliter coniũgi coniugio tam excellentiſſimæ virginis indignum ſe iudicabat. Propterea non ex crudelitate ſuſpitioſa: ſed ex profundiſſima humilitate videtur Mariam traducere noluiſſe, ſed quaſi dixiſſe. Exi à me Domina quia peccator ſum. Hinc Angelus ad eũ Mat. 1. Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam: non dixit, noli incredulus eſſe. Viſitauit Maria Zachariam, & Elizabet. Non dubium quin de licentia, & conſenſu viri ſui Ioſeph, iam de ſacramento incarnationis inſtructi. viſitauit & Ioſeph die illo tunc, vel in ſolemnitate paſchali, quæ proxima erat, ad quam ire iubebat lex in Hieruſalem. Decantauit canticum Maria. Cecinit & ipſe Zacharias. Non dubium, quin particeps, & conſcius canticorum iſtorum Ioſeph extiterit. Congratulata eſt Maria cum cæteris parentibus, & cognatis ipſi Elizabeth puerperæ, dum Iohannem enixa eſt; à qua congratulatione Ioſeph alienus non fuiſſe putandus eſt. Maria filium ſuum primogenitum mox vt natus eſt, adorauit cum gaudio, & exultatione. Ioſeph, ab hoc adorationis gaudio, & exultatione nequaquam alienus fuiſſe credendus eſt. Maria conſeruabat omnia, quæ dicebantur de puero Ieſu per paſtores per tres Magos, per Simeonem, per Annam, & per cæteros, conferens in corde ſuo, & admirans non ex ignorantia, ſed ex inſolita myſterij reuerentia. & Ioſeph ſimiliter. Nam ſcriptum eſt, ſcilicet Luc. 2. quòd erat pater Ieſu & Maria admirantes ſuper his, quæ dicebantur de puero. Obediuit Ioſeph*

Angelo iubenti in ſomnis, vt acciperet matrem cum puero, & fugeret in Aegyptum Mat. 2. obediuit, & Maria noua illa puerpera, & dilecta iuuencula nocte conſurgens. In qua peregrinatione laborioſiſſima dicere poterat vterque ad Dominum cum Pſalmiſta. Pſalmo 118. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. *Quis autem ſufficienter exiſtimare poſsit egreſſum, progreſſum, & ingreſſum peregrinationis illius ſeptennalis? Quantus fuerit hic labor, dolor, & timor, & quantus inde diuinorum ſapor, & dulcor ex mutua collatione, & allocutione Ioſeph cum Maria & amborum cum puero Ieſu: ex recogitatione tandem diuini conſilij ſuper redemptione generis humani? Quis det interfuiſſe collocutionibus huiuſmodi? Quis peregrinantibus his conſeſſeris aſtitiſſe Quis œconomiam illam honeſta paupertate gratiſſimam, viri & vxoris cum filio vbi pro famulo dabatur aſinus, conſiderare poterit? Si vetus illa mater Elizabeth exclamauit prophetice ad vnicam Mariæ ſalutationem Si exultauit præ gaudio Iohannes infans in vtero ſuo: quid ex continua cohabitatione, & allocutione cum Maria, & puero Ieſu iuſtus Ioſeph acceperit conſolationis, & illuminationis, dici nequit. Quis det hymnum de canticis Syon: ex Maria ſuauiter audiſſe in terra aliena. Quis det eam baiulantem in vlnis ſpecioſum forma præ filijs hominum; quæ blandiebatur arridenti; quæ condolebat vagienti: quæ frequenter tibi viro ſuo Ioſeph baiulandum, fouendum, oſculandumque tradebat, vidiſſe.* hæc Iohannes Gerſon. vbi ſupra.

Qui etiam in quarta conſideratione eiuſdem ſermonis ſic dicit. *Quia corpus Mariæ fuit ipſius Ioſeph iure matrimoniali, quo fit mutua tranſlatio corporis viri ad mulierem & econtra; proinde Ioſeph dictus eſt pater Ieſu Chriſti, nedum Iudæis hoc putantibus ſed ab ipſa etiam virgine Maria, dum filio ait Luc. 2. Ego & pater tuus dolentes quærebamus te Fuit itaque Ioſeph pater Ieſu reputatione; fuit pater, curatione, quia nutritius. Fuit tertio pater generatione, non quidem ſua, ſed Mariæ, vxoris ſuæ, cooperante Spiritu ſancto: & quodammodo vices Ioſeph gerente, non virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine Propterea pater quidem Ioſeph non naturalis, ſed legalis pueri Ieſu dici poteſt: cui ſpiritus ſanctus ſuſcitauit ſemen carnali valentius Natus eſt igitur Ieſus in terra, ſeu fundo ipſius Ioſeph. De qua terra exclamat Eſa. 45. cap. Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum aperiatur terra & germinet Saluatorem.* Et Pſalm. 84. ait. *Veritas de terra orta eſt,* hæc ille.

Cuius argumentum corroborari poteſt per ea quæ habentur in §. & ex diuerſo el. prima. inſti. de rerum di. vbi dicitur, quòd illud quod ſeminatur, vel plantatur in fundo alicuius; ſtatim vt fecit radices in ipſa terra efficitur eius, cuius eſt fundus, ſiue ipſa terra; de quo etiam habetur in l. ſi frumentum §. penul. ff. de rei vendi. & in l. 2. C. eo. ti. & in l. qui domum. ff. ad legem Aqui. & in l. ſi precario. ff. communia prædi. & in l. quid ſit. ff. de vſuris. Sequitur prædictus Doctor ibidem. *Cur igitur non competat ipſi Ioſeph ius aliquod legale, vltra cæteros homines, in benedicta pueri Ieſu formatione, quoniã natus eſt in ea, & ex ea carne, cuius dominium iure matrimoniali vere tranſlatum erat in ipſum.* hæc ille. Mulier enim ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir &c. 1. ad Cor. 7. & 27. q. 2. c. ſunt qui dicunt & §. cum ergo & 30. q. 1. noſſe. & de conuer. coniu. c. quidam & de conſan. & affi. c. non debet, Sequitur Iohan. Gerſon vbi ſupra.

Ioſeph ſuperabat Abraham dignitate.

Vnde non confundebatur Maria vocare Ioſeph Dominum ſuum. quemadmodum & Sara Abraham Gen. 18. Nam & præponit eum ſibi, dicens filio: Pater tuus, & ego. Nec mirum, quia maior in Maria quam in Sara humilitas, & Ioſeph dignitas Abrahæ dignitatem ſuperabat. Fuit autem hæc procreatio pueri Ieſu inter Mariã per Spiritum ſanctum de conſenſu vero, vel interpretatiuo viri tui Ioſeph Volebat enim quod fieret voluntas Domini per omnia, cum eſſet iuſtus Libet igitur hic exclamare: O miranda prorſus Ioſeph ſublimitas tua. O dignitas incõparabilis, vt mater Dei regina cæli, & domina mũdi appellare te Dominum non indignum putauerit: Neſcio ſane quid hic amplius habeat mirabilis vel humilitas in Maria, vel in Ioſeph ſublimitas. Quamuis incomparabiliter exuperet vtrumque puer Ieſus benedictus in ſecula. de quo ſcriptum eſt quòd erat ſubditus illis Subditus fabro is, qui fabricauit auroram, & ſolem Pſal. 43. Subditus fœminæ textrinæ, cui flectitur omne genu; cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, ad Phil. 2. Cuperem mihi verba ſuppeterent ad explicandum tam altum, & abſconditum à ſeculis myſterium, tam admirandam, venerandamque Trinitatẽ Ieſu; Ioſeph. & Mariæ. Velle quidẽ mihi adiacet: ſed poſſe nõ inuenio, ac in ipſo conatu deficio. Vnde cũ gratia ſimiliter, & gloria naturam non tollat, ſed extollat, & perficiat: Cogitem⁹ pia deuotione; quòd ſi vinculos quodã naturali obligatio conſurgit filij ad matrem, & matris ad ſponſum ſuum, & vtriuſque ſcilicet filij, & matris ad fideliſsimum, vigilantiſſimum, & ſedulum, cuſtodem, & nutritium Ioſeph, qui fuit caput Mariæ (caput enim mulieris eſt vir. 1. Cor. 11. ca. & c. duo pueri de deſpon. impu. & cap. tum caput 32. q. habens inde autoritatem aliquam in Mariam. ſicut & Maria ſuo modo in ſi tum ſuum Ieſum iure naturalis maternitatis Quantus æſtimandus eſt iuſtus ipſe Ioſeph tunc in gloria, & in cælis: quod tales & tantus inuentus eſt his in miſeria

Digitized by Google

ria, & in terris? Profecto ſi non mentiebatur Ieſus, qui Iohannes 12. ait. Vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit: *Iſte proximior ſibi videtur collocãdus in cælis, qui in miniſterio fuit vicinior, obſequentior, atque fidelior poſt Mariam inuentus in terris.* hæc ille. Ex quibus patet, quòd nullus ſanctus in cælis eſt maior ſancto Ioſeph poſt virginem benedictam.

Nullus in cælis ſanctus maior eſt Ioſeph poſt B. V.

Nec huic obſtat dictum Saluatoris Matt. 11. dicentis. *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Iohanne Baptiſta.* quia reſpondetur, quod non dixit: non ſurrexit æqualis. Non minorem igitur gloriam habet Sanctus Ioſeph Ioahnne Baptiſta; qui ſaltem eſt ei æqualis. Si autem tenere velimus, quod ipſe Ioſeph ſit maior in gloria cæleſti Iohã. Baptiſta; prout innuere apertè videtur prædictus Doctor Iohan. Gerſon in verbis præallegatis, & etiam in allegandis inferius; poſſumus reſpondere ad obiectionem quæ fieri poſſet de prædicta ſententia Saluatoris, *Inter natos mulierum* &c. dicendo quod ibi Saluator non dixit, non ſurrexit maior in regno cælorum: ſed ſolum, *non ſurrexit maior.* ſ. in hoc mundo, quoad hominum venerationem: nam ab omnibus credebatur ſanctus. Et poſito quod Saluator dixiſſet: Nõ ſurrexit maior in regno cęlorũ, dicere poſſumus, quod per regnum cælorum non intelligit de cæleſti patria, nam quando prædicta verba dixit Dominus de Iohanne, adhuc non erat mortuus Iohannes Baptiſta: & conſequenter non erat Beatus in regno cælorum: nec conſecutus fuerat æternam felicitatem, quæ per regnum cælorum propriè ſumptum intelligitur. Sed pro regno cælorum hic intellexit Eccleſiam militantem: quę ſæpe in ſacro Euangelio appellatur regnum cęlorum, Vnde in homil. de virginibus ſuper illa verba Saluatoris Matt. 25. *Simile eſt regnum cælorum decem virginibus* &c. ait Greg.

Iõ Baptiſ. quomodo ſit maior.

Prius quærendum nobis eſt, quid ſit cælorum regnum: aut cur decem virginibus comparetur quæ etiam prudentes, & fatuæ dicantur. Dum enim regnum cælorum conſtet, quia reproborum nullus ingreditur etiam fatuis virginibus cur ſimile eſſe perhibetur? Sed ſciendum vobis eſt quod ſæpe in ſacro eloquio regnum cælorum præſentis temporis Eccleſia dicitur de quo & in alio loco Dominus dicit. Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala. Neque enim in illo regno beatitudinis, in quo pax ſumma eſt, inueniri poterunt ſcandala quæ colligantur Et inde rurſum dicitur. Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum Mandatum quippe ſoluit, & docet: quando hoc quiſque prædicat quod viuendo non implet: ſed ad regnum æternæ beatitudinis venire non valet, qui non vult opere implere quid docet. Quomodo ergo in eo minimus vocatur, qui ad hoc nullo modo intrare permittitur? Quid itaque per hanc ſententiam, niſi præſens Eccleſia regnum cælorum dicitur; in qua doctor, qui mandatum ſoluerit, minimus vocabitur? quia cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius quoque prædicatio contemnatur. hæc ille.

In illis igitur verbis Saluatoris intelligitur, quod nullus inter natos mulierum ſurrexerat vſque tunc maior in regno cęlorum; id eſt in eccleſia militante Ioanne Baptiſta. Quia vt ibidem dicitur, fuit non ſolum propheta: ſed pluſquã propheta: & tantæ erat reputationis, vt reputaretur Meſſias, ſicut patet Iohan. 1. Si autem dicamus, quod Saluator loquebatur non ſolum pro præſenti tempore, ſed etiam pro futuro: etiam eius ſententia eſt vera. Nam vſque ad hodiernum diem nullus ſanctus eſt in maiori veneratione, & gloria apud Eccleſiam militantem Iohanne Baptiſta poſt beatam virginem. Et quod Saluator ſolum loqueretur de maioritate in hoc mundo, patet. Nam poſt illa verba. *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Iohanne Baptiſta;* immediatè ſubdidit. *Qui autem minor eſt in regno cælorum, maior eſt illo.* Sed poſito quòd expreſſe dixiſſet Saluator. Inter natos mulierum nullus ſurrexit, vel ſurget maior in gloria paradiſi Iohanne Baptiſta: adhuc poſſet teneri, quòd ſanctus Ioſeph ſit maior in gloria ipſo Iohanne Baptiſta. Si tenere vellemus opinionem vnius deuoti ipſius ſancti Ioſeph, qui opinatus eſt quod ſicut Deus voluit præſeruare beatam virginem à peccato originali, vt eſſet eius digna mater; ita etiam voluit præſeruare ſanctum Ioſeph, vt eſſet matris ſuæ dignus ſponſus, & eius idoneus pater nutritiuus, & miniſter puriſſimus; & quantum poſſibile eſſet, conformaretur in puritate ipſi innocentiſſimæ virgini. Et hanc ſuam opinionem, confirmat dicto prædicti magiſtri Iohannis Gerſon in exordio ſermonis de natiuitate beatæ virginis vbi ait. *Sicut decuit, vt Maria tanta puritate niteret: ſicut dicit Anſel. qua ſub Deo maior nequit intelligi: ita decuit vt Ioſeph tanta prærogatiua polleret, quæ ſimilitudinem, & conuenientiam exprimeret talis ſponſi ad talem ſponſam, de qua natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus. Vnde ſicut laus Mariæ, eſt laus Chriſti filij ſui, ita laus Ioſeph, in præconium redundat vtriuſque, Ieſu ſcilicet & Mariæ. & ſic ex aduerſo dicit Sapiens Eccleſiaſtici 3. quòd dedecus filij eſt pater ſine honore. Similiter dedecus ſponſæ eſſet ſponſus ſine honore derelictus:* hæc Gerſon.

Dicit

Digitized by Google

Dicit autem prædictus deuotus: quòd per hãc præſeruationem non ſequitur, quòd beatus Ioſeph ſit æqualis beatæ virgini per omnia, ſed ſolum conformis. Nam excellentior fuit præſeruatio ipſius matris Dei quam ſponſi ſui. Ipſa enim puriſſima virgo taliter fuit præſeruata, quòd nullam penitus infectionem lẽſit non ſolum in anima, ſed nec etiam in corpore. Ioſeph vero habuit corpus infectum ſicut alij: ſed antequam in eo infunderetur anima purgatũ fuit ſancti ſpiritus ſanctificatione: & tunc creata & ei infuſa eſt anima, & ab originali peccato præſeruata eo modo quo credidit magiſter Paulus de Venetijs præſeruatam fuiſſe glorioſam virginem. Quæ tamen creditur ab alijs fuiſſe excellentius præſeruata: Si autem hæc opinio eſſet vera: non ſequeretur ex verbis Chriſti prædictis quòd Iohannes Baptiſta eſſet maior Ioſeph, q[uia] loquitur de his, qui ceciderunt in peccato originali, & ſurrexerũt ab eo: in quibus non comprehenderetur ipſe Ioſeph. Virum autem Ioſeph ab originali macula præſeruatus fuerit; ipſe Deus nouit, qui talem ſibi in patrem putatiuum, & gubernatorem humanitatis ſuæ, & dilectiſſime ſponſæ ac matris ſuæ puriſſimæ coniugem ſuper omnes mundi homines elegit. De quo loquens Iohannes Gerſon vbi ſupra. ait.

Soluitur ex his quæſtio cur de Mariæ, & cur de Ioſeph præconijs dignitatibus, & excellentis, virtutibus, operibus, & geſtis ampliora non tradit ſcriptura. Neque enim mundus ipſe capere poſſet, qui ſuper his ſcribendi eſſent, libros. Sed ex his quæ diximus habet deuoti contemplantis animus: vnde faciliter aſſurgat ad laudes quantaslibet Mariæ & Ioſeph Quomodo ſic recte aſſcribas eis per ſufficientiã, aut virtualẽ continẽtiã, laudes quas in alijs creaturis, etiam angelicis conſiderat. Nam habet hoc hierarchicus ordo, ſecundum Dyoniſium, vt inferiorum virtutes ſint in ſuperioribus perfectiori modo repoſitæ; quemadmodum ſapientia perfectior eſt in Seraphin, quam in Cherubin. Eſt autem Maria ſuper choros angelorum per gratiam & gloriam ſublimata quod de ipſo Ioſeph negare non audeo, ſed nec affirmare præſumo. Erunt igitur in ambobus perfectiones cæterarum creaturarum irrationabilium, etiam Angelicarum, eminenti quodam modo reparabiles, & attribuibiles & hoc quàm late pateat ad commendationem vtriuſque, perſpicuum eſt ſoler ter intuenti, & conſiderationem intranti campos ampliſſimos omnium virtutum, donorum, beatitudinum, fructuum ſpiritus, & ſimilium hæc ille. De ipſo autem ſanctiſſimo Ioſeph prophetauit Dauid Pſal 20 dicens Deo. *Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo.* In quibus verbis tria tangit: Primo præparationem virtualem: ibi; *præueniſti.* Secundo conſolationem diuinalem: *in benedictione dulcedinis.* Tertio ſublimationem triumphalem: ibi *poſuiſti* &c. Circa primum eſt ſciendum quod diuina ſapientia, quæ ab æterno omnia vidit, hunc ſanctiſſimum virum non ſolum præ elegit ex omnibus, ſed etiam ſuper omnes præparauit, & diſpoſuit ad tam alta myſteria cognoſcenda, & pertractanda taliter, quòd nihil ei defuit. Et de hoc dubitare eſſet quaſi ſacrilegium. Crimen eſt ſacrilegij dubitare an is dignus ſit, quem Princeps ad aliquod officium elegerit. l. C. de crimi. ſa. Et confirmantur prædicta per illud quod inquit beatus Tho. in 3. parte ſummæ. q. 27. argu. 4. dicens. *Quos Deus ad aliquid eligit, ita præparat & diſponit, vt ad illud, & quod eliguntur, inueniantur idonei.* Vnde dicit Apoſtolus. 2. ad Cor. 3. *Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti.* Cum ergo deberet Ioſeph eſſe cuſtos beatiſſimæ virginis, & pueri Ieſu: & eorum ſocius, & gubernator: & habere reginam cœli in coniugem, & eſſe maritus illius, quæ eſſet ſponſa Dei: credis ne quod errauerit Deus in electione ipſius: aut quod aliquid ei deeſſe permiſerit. quin eum perfectiſſimum fecerit? Profecto hoc eſſet valde erroneum, & ſtultiſſimum opinari. Deus enim, vt ſupra diximus, cum aliquem ad aliquod opus peragendum aſſumit, dat ei omnem ſufficientiam ad perficiendum. vt etiam inquit Petrus Iohan. in 3. diſt. 3. Et facit ad prædicta. l. quidam conſulebat. ff de re iudi. Vnde de iſto ſanctiſſimo viro ſuper familiam Dei conſtituto dici poteſt illud Luc. 12. & Mat. 14. *Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam?* Ego igitur teneo, quod in toto mundo nunquam fuit vir ita ſufficiens ad tam dignũ opus, ſicut beatus Ioſeph, ita quod fuiſſet ſufficiẽs ad regimẽ totius mũdi. Nã qui erat ſufficiens ad maius: multo magis eſt credendus fuiſſe ſufficiens ad minus. Et probari poteſt hæc ſententia per l. non debet ff. de reg. iur. & cap. cui. licet. co. ti. li. 6. & l. iuriſgentium. §. adeo. ff. de pac. & l. legatum & l. ad rem mobilem. ff. de procura. & per ea quæ no. in l. cum pacto. ff. de ſer. ex. & in cap. 1. de tor. & in cap. ex parte. de deci. Qui ergo fuit à Deo electus idoneus eſt ad regimen filij ſui, qui in infinitum eſt excellentior & maior mundo, & ad gubernationem ſponſæ diuinæ, quæ eſt dignior vniuerſo orbe: multo magis credendus eſt fuiſſe ſufficiens ad regendum totum mundum. Et ideo quidam prædicator

Specialis ſermo de Ioſeph.

Tenet au… quod in to… mundo n… fuerit dignior Ioſeph ad tam dign… opus.

dicator dicebat: Male faciunt, qui depingunt eũ decrepitum, melancholicumque ac vilem cum flaſcheto ad cingulum, hominem tam prudentem, atque ſapientia repletum. Cum enim beatiſſima virgo fuerit tantæ perfectionis: non dubium eſt, quòd etiam eius coniunx fuit perfectione repletus, vt eſſet eius coniugo idoneus. Ait enim Ambroſius. quod connubium dicitur quaſi duo boues ſub iugo, & cõueniant in trahendo. Fuit etiam beatiſſimus Ioſeph ſuper omnes homines puros, ſimilis virgini glorioſę in nobilitate. Quia inter omnes qui ſunt egreſſi de ſtirpe Adam, non eſt egreſſus vir dignior, ac nobilior illo; quod patet Mat. 1. in genealogia eius. Nam omnis perfectio, & nobilitas generis humani, & maximę ſtirpis Iudæorum tã nobilis eſt collata in eo. Sicut ergo benedicta virgo fuit de ſtirpe regali, ita & beatus Ioſeph; cui de iure debebatur regnum, ſicut Mat. pri. cap. patere poteſt. Fuit etiam in eo alia nobilitas dignior; de qua loquens magiſter Iohan. Gerſon in præallegato ſermone conſideratione prima ait. *Non faciunt nobilem antiquatæ diuitiæ. vt videtur Ariſto. deſcribere: neque dominatio ſuper cæteros, aut aliquid huiuſmodi temporale dat nobilitatem; ſed ſeruitus Dei, cui ſeruire regnare eſt; cuius agi frenis ſumma libertas eſt. Vnde Agatha Theologizans gloriabatur, inter opprobria di. Summa ingenuitas iſta eſt, in qua Chriſti ſeruitus comprobatur. Ex quibus elicitur, Mariam & Ioſeph ſumma nobilitate præditos fuiſſe; quia ſupremã in Dei obſequio, etiam corporali exhibuere ſeruitutem. Nobiliores igitur: quàm nobiliſſimus regum Dauid: ſicut eo ſanctiores, & timoratiores in Dei fuerunt ſeruitio.* Hæc ille.

Quare Deus permiſit Ioſeph & Mariam laborare.

Sed hic oritur dubitatio: Cum Maria, & Ioſeph fuerunt de ſtirpe regia progeniti: quo pacto voluit Deus, quod ipſe Ioſeph nutritius eius ſeruilibus operibus intenderet. Fuit enim faber lignarius. Et ſimiliter dicit Hierony. Mariam operi textrino operam dediſſe. Reſpondet magiſter Iohan. Gerſon vbi ſupra di. *Mirandum non eſt, ſi paupertatis honeſtæ prædicator, & amator Ieſus voluit in honeſta paupertate naſci, & laborioſiſſimus cum laborantibus educari, dans in hoc exemplum omnibus etiam nobilibus, ne vacent inerti ocio. quod eſt fomes, fons, & origo omnium vitiorum: quoniam multam malitiam docuit ocioſitas. Eccleſiaſtici. 32 & ocioſitas, ac voluptas ſunt arma diaboli. cap niſi cum pridem §. verum de renun & in deſiderijs eſt omnis ocioſus cap. nunquam de conſe. diſt.* 5. De ipſo igitur ſancto Ioſeph verificatum eſt illud Pſal. 127. *Laborest manuum tuarum. quia manducabis. beatus es, & bene tibi erit.* Dicit etiam ibidem magiſter Iohan. Gerſon vbi ſupra. *Illud quod de forti muliere. prædicat Sapiens Prouerbio. vltimo Mariæ conuenit, quæ panem ocioſa non comedit, ſed quæſiuit lanam, & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum Ideo rite ſubinfertur myſticè de Ioſeph viro ſuo. Nobilis in portis vir eius. Et hæc de nobilitate Ioſeph, & Mariæ dicta ſufficiant.* hęc ille.

Noli igitur mirari quòd Ioſeph fuerit faber: debuit enim ſic eſſe conformis Deo, qui eſt omnium fabricator. Item quia nullum exercitium ita conueniebat Chriſti nutritio; maxime quia natus eſt in diuerſorio: in quo per quadraginta dies, ſecundum aliquos, ſteterunt, & ipſe Ioſeph, vt creditur ore, aliquam cunam, & aliqualem reductum ibi fecit de aſſeribus, vt viminibus pro defenſione pueri, & matris eius à frigore. Item cum eſſent in Aegypto: nullum aliud poterat quaſi habere exercitium aptius ad acquirendum victũ quotidianum. Præterea, quia ex ligno natura humana eſſet perdita. ideo conueniebat, vt faber lignarius diceretur pater recuperatoris: & reſtauratoris. Fuit autem figuratus in Ioſeph filio Iacob, quem Pharao Rex Aegypti fecit principem ſuper vniuerſam terram Aegypti. dicens ei vt habetur Geneſis 41. *Ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* Tulitque annulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius; veſtiuitque eum ſtola byſſina; & collo torquem auream circumpoſuit: fecitque eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Aegypti. Dixitque ei rex. *Abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manum; aut pedem in omni terra Aegypti: & vocauit ſaluatorem mundi:* hæc ibi. Annulus autem, quem rex æternus dedit Ioſeph; eſt beata virgo, quam dedit ei ſponſam: Ipſa enim virgo benedicta eſt ille annulus, quem qui portauerit in digito ſuo per deuotionem, poterit intrare ad cæleſtes nuptias. Induit quoque eum Dominus veſte alba, quia eius virginitas & puritas per hanc deſponſationem fuit magis dealbata. Torques autem aurea eſt charitas ligans cor eius cum corde virginis. Inter Mariam enim & Ioſeph fuit amor indicibilis & ſanctiſſimus. Nam poſt Chriſtum filium ſuum nullum hominem vel creaturam aliam ita amauit virgo piiſſima ſicut Ioſeph & ſimiliter Ioſeph B. V. ſuper omnes puras creaturas dilexit. Non eſt autem mirum, ſi Chriſtus voluit, quod omnes creaturæ

Digitized by Google

obedirent Ioſeph; eum & ipſe illi obediens extiterit, & ſubiectus. vt habetur Luc. De quo inquit Iohannes Gerſon in conſideratione 3. prædicti ſermonis. *Legimus puerum Ieſum, dum 12. annorum factus eſſet, ſubſidium fuiſſe Ioſeph & Mariæ: quæ ſubiectio ſicut ineſtimabilem notat humilitatem in Ieſu; ita dignitatem incomparabilem ſignat in Ioſeph & Maria* hæc ille.

Quoad ſecundum, quod tetigit Pſalm. in verbis propoſitis ſcilicet de conſolatione diuinali ipſius Ioſeph, quia in ſuperioribus aliqua dicta ſunt, ideo breuius hic me expediam. Dico autem quòd nunquam fuit aut erit aliqua mulier ita cõſolata de ſuo ſponſo, ſicut beata virgo de Ioſeph; nec aliquis maritus ita conſolatus de ſua coniuge, ſicut ſanctus Ioſeph de virgine benedicta.

ur Ioſeph voluit dimittere Mariam.

Sed hic oritur dubium, quare Ioſeph voluit dimittere eam, vt habetur Matt. pri. Et reſpondetur, quod hoc non fecit in ſuſpicione: quia virgo adeo honeſta erat, quod de ea nullam penitus ſuſpitionem habere poterat. Vnde Chryſ. ſuper Matth inquit *O ineſtimabilis virtus Mariæ plus credebat Ioſeph ſanctitati Mariæ quam eius vtero.* Rationem autem, quare eam volebat dimittere: ſupra tetigimus. De qua etiam inquit glo. ſuper Matthæum, quòd ex facie virginis egrediebatur quidam ſplendor, tanquam ſi ſol fuiſſet in laterna cryſtalli. Et ideo videns Ioſeph tantam maieſtatem, ex humilitate volebat ſeparari ab ea, reputans ſe indigniſſimum conuerſari cum ipſa. Sed ab angelo fuit confortatus. Matth. pri. & conſequenter valde conſolatus, cognoſcens quòd Deus fecerat eum dignum habitare & conuerſari cum ſponſa diuina, & cum filio eius benedicto; in qua conuerſatione conſolationes inæſtimabiles habuit.

Sponſa enim debet communicare bona ſua ſuo ſponſo, & vxor ſuo marito, de quo per Cynum in l. vbi adhuc C. de iur. do. & faciunt etiam notata in l. ſi cum dotem §. ſin autem ff. ſo[l]u. ma. Sunt enim duo in carne vna vir & vxor. G[e]neſ. 2. & ob hanc cauſam vnus alteri debet ſub[u]enire. vt dicitur in cap. pri. de coniu. lepro. Præter[e]a ſicut fœminæ gaudent priuilegijs virorum: & c[or]uſcant radijs eorum l. fœminæ ff. de ſena. §. ſin [a]utem in auth. de conſue. coll. 3. & l. mulieres. C. de digni. lib. 12. Ita etiam æquum eſt viros coruſcari & illuſtrari radijs vxorem, & participare de conſolationibus earum. Et ideo non eſt dubitandum, quòd beata virgo communicauit ſuas conſolationes cum dilectiſſimo ſponſo ſuo Ioſeph, & participem fecit eum ſuarum diuitiarum ſpiritualium. Cum etiam quilibet filius debeat communicare cum patre ſuo de ſuis diuitijs (iniquiſſimum enim eſſet patrem egere, cuius filius ſit in facultatibus. l. ſi quis. §. impubes. ff. de libe. agno. Vnde dicitur in l. parentum. C. de alē. lib. à Paren *Parentum neceſſitatibus liberos ſuccurrere iuſtum eſt.*) Ideo credendum eſt quòd Dominus Ieſus abundantiſſime ſubuenerit patri ſuo putatiuo, & nutritiuo Ioſeph de ſuis bonis, & operibus cæleſtibus: & conſolationibus diuinis ipſe repleuerit. Vnde cum Chriſtus haberet clauē paradiſi, & vnam dederit matri ſuæ, dedit & vnā ſuo patri Ioſeph: vt dicebat quidam deuotus prædicator. Qui autem habet clauem, habet etiam ea quæ continentur ſub claue. O igitur conſolatiſſime Ioſeph: quanta erat dulcedo tua, quam ex ſocietate filij Dei, & matris eius percipiebas: nõne vnicuique eorum dicebas? *In odorem vnguentorum tuorum currimus* Can. 1. Quanto enim ſocietas eſt ſanctior, tanto eſt iocundior conuerſatio. Et qui cum bono conuerſatur, bonus efficietur. Pſal. 17. & multo magis B. Ioſeph conuerſando cum ſanctiſſanctorū Dei filio, & matre eius, quotidie in ſanctitate creſcebat, & proficiebat de bono in melius, intuens geſta, & modos ſanctiſſimæ vitæ vtriuſque. Nullus autem vnquam fuit, qui tantam partem habuerit de dulci Ieſu, & benedicta matre eius, ſicut Ioſeph, qui, vt creditur, per triginta annos cum eis cõuerſatus eſt in hoc mundo: nam parum ante Baptiſmū Chriſti mortuus eſt, vt communiter tenetur. Si igitur B. Ioannes Euangeliſta ſemel dormiens in ſinu Ieſu tantam conſolationem recepit; & fluenta euangelij de eius ſacri pectoris fonte potauit; & ſi frater Ruffinus ſocius B. Franciſci ſemel videns glorioſam virginem ſibi apparentem cum filio in brachijs, tantum recepit ſuauitatem, quòd quaſi eius anima de corpore exiuit: quid ipſe agere debebat ex continua eorum viſione, & conuerſatione cū illis; & ſuauiſſima conuiuatione per tot annos ad vnam menſam? Dic mihi ô deuota anima, quale gaudium credis haberet in nocte natiuitatis domini? Cantabant Angeli, & ipſe Ioſeph ex dulcedine flebat, ſollicitus facere ignem ad calefaciendum dulcem Ieſum, & matrem eius. Quanta erat teneritudo ipſius Ioſeph: quando audiebat benignum Dei filium eum appellare patrem; & ſibi in menſa ſeruire volente? O vtinam ego vel vnum de fragmentis illius conuiuij habere poſsē. Quantum præterea gaudebat, quando videbat dulciſſimum dominum Ieſum in labore, & artificio ſuo eum adiuuantem, & ſibi mirifica illius artis carpentariæ oſtendentem? Qua dulcedine replebe-

Ioſeph moritur parum ante baptiſmū Chriſti.

Conſolationes Ioſeph.

replebatur, quando ipſum paruulum Ieſulinum tenebat in brachijs; & dulciter oſculabatur, & ſtringebat ſuauiter, non ſemel tantum, ſicut Simeon ſenex: ſed quotidie, & adiuuabat coniugẽ ſuam virginem benedictam ad faſciandum infantulum quietiſſimum, & gratioſiſſimum, & linteamina lauãda? O benedicte Ioſeph, quomodo poteras ſufferre tantam ſuauitatem, quando dulcedo paradiſi Dei filius te ſuis brachijs amplexabatur, & dulciter oſculabatur? Profecto credo, quòd & tu illi dulciter decantabas. *Ieſu ſole ſerenior*, &c. vide in Officio nominis Ieſu; Si ſanctus Franciſcus loquens de Deo cum ſancta Clara raptus eſt in extaſim cum ipſa, & ita igne ſpiritus ſancti inflammatus, vt videretur circumſtantibus, quod totum monaſterium in quo erant, arderet: quid agere tu debebas, quando cum ſanctiſſima conſorte tua virgine de cæleſtibus loquebaris, & cum ipſo Deo: profecto ſtupebas audiens mirabilia, quæ non licet homini loqui. 2. ad Cor. 12. cap. Quæ conſolatio tua erat, quando audiebas dominum Ieſum cum matre ſua colloquentem? Profecto tu illi dicere poteras cum Pſalm. 93. *Conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam* Quid agebas ô bone Ioſeph quando videbas ſponſam tuam de nocte ſurgentem ad orationem, & in oratione à terra eleuatam: & innumera Angelorum multitudine circundatam, & magno ſplendore renitentem, ac ſępe pro peccatorum conuerſione cum lachrymis Deum deprecantem? Credo quòd & tu exurgebas, & cum orante orabas: & cum lachrymante lachrymabaris: & totus deuotione replebaris meritis eius dilectiſſimæ ſponſæ tuę. Si enim ſancta Cæcilia ſuo ſponſo feroci & indeuoto tot cæleſtes conſolationes impetrauit; quid credendum eſt tibi chariſſimo, ac ſanctiſſimo ſponſo ſuo impetraſſe ſponſam tuam pietate repletiſſimam, quæ etiam pro inimicis ſuis impetrat gratias? O ſanctiſſime Ioſeph ſi Petrus ſemel tantum videns gloriam, & pulchritudinem Ieſu transfigurati, dixit, vt habetur Matth. 17. *Domine bonum eſt nos hic eſſe* &c. Quid tu dicere debebas, cui non ſemel, ſed ſæpius, vt piè creditur ſe benedictus Ieſus transfiguratum in corpore glorioſo oſtendit? Si mulier Emorrhoiſſa tangens fimbriam veſtimenti Ieſu ab incurabili infirmitate curata eſt; Matth. 9. & Luc 8. & ſi omnes qui tangebant vel fimbriam veſtimenti eius, ſalui fiebant à quacunque detinebantur infirmitate. Matth. 14. & Marci. 6. & ſi cæcus natus tactus digito Saluatoris cum luto ex ſaliua oris eius facto illuminatus eſt. Iohan. 9. & ipſe benedictus Ieſus ſi tangens cæcorũ oculos illuminabat eos. Mat. 9. & tangens manum puellæ mortuæ reſuſcitauit eam. vt in eodem. c. habetur. & ſi tangens feretrum, in quo iuuenis mortuus ferebatur ad ſepulturam, reſuſcitauit ipſum, vt habetur Lucæ 7. quam virtutem, & fortitudinem in bene agendo, & feruorem in diuino amore, in tua anima & corpore imprimere debebant oſcula, & amplexus benedicti ſaluatoris? O felix Ioſeph, quando beata virgo plorans quærebat filium ſuum, credo quod tu cum ea lachrymabaris, & dicebas illud Tobiæ. 10. cum ipſa piiſſima virgine *Heu fili mi lumen oculorum noſtrorum & ſolatium vitæ noſtræ, omnia bona ſimul in te vno habentes, non debuimus te dimittere à nobis.* Quia vero illi, qui ſunt ſocij paſſionum, debent etiã eſſe ſocij cõſolationũ. c. 1. de ſepul. & 2. Cor. j. Ideo ipſa beatiſſ. ſpõſa tua voluit sẽper quod tu participares de ſuis cõſolationibus, ſicut participaſti ſemper de eius tribulationibus. Vnde cũ dicenti ad eius reuerentiam niſi vnum, *Aue Maria*, conferat ipſa benigna virgo remunerationem magnam: profecto tibi tanto tempore ſeruienti illi, & ſuo filio obtinuiſti indicibilem præmiationem, & gloriam: quam tangit Pſal. in verbis præallegatis, dũ dicit Deo de te. *Poſuiſti in capite eius* &c. Qualem autem ſublimationem habeas in cæleſti gloria, declarat Io. Gerſon in prædicto ſermone: conſideratione 3. dicens:

Felix illa dies toto celeberrima mundo,
Sacra docens læta qua ſcandit ad æthera virgo
Mater, & angelicos ciues ſupereuolat omnes;
Huic tibi virgo Ioſeph Ieſus, & tua ſponſa propinquum
Credere fas ſtatuunt ſolium, tales ob honores
Concinimus: facite nobis hæc gloria detur.

Pro notitia autem maiori tranſitus B. Ioſeph, & glorificationis eius, eſt ſciendum, quod inquit prædictus Doctor vbi ſupra. *Legimus in tranſitu Mariæ ipſum Ieſum aſtitiſſe hoc enim Hiero. argumẽtatur. Sed & in obitu felici Ioſeph recte credendum eſt Mariam ſponſam, & filium Ieſum corporaliter affuiſſe. Ante enim Chriſti paſſionem defunctus eſt. Alioquin enim cuſtodia matris alteri commiſſa non fuiſſet.* Hæc ille. Pie igitur credo quòd dulcis Ieſus, & piiſſima virgo infirmo Ioſeph ſollicite ſeruiebant: & ei fercula propinabant: atq; proprijs manibus quando opus erat cũ portabant, & circa lectũ ſtãtes ipſum confortabant. Dicebatq; Ioſeph domino Ieſu, nunc lætus moriar, ſperãs quòd cito venies liberare nos. In tranſitu autem eius dixit ei Ieſus. Vade dilecte mi alacriter ab hac miſeriarum valle; & porta hoc bonum nouum ſanctis patribus, quod infra paruum tempus veniam ad vos, & ad cæleſtia regna perducam. Præcepit autem Angelis ipſe dominus di, Subuenite ſancti Dei, *Nota de trãſitu Ioſeph.*

Digitized by Google

occurrite Angeli domini ſuſcipiẽtes animã eius. Ad ipſum vero Ioſeph de hac vita migrantem ait. Chorus Angelorum te ſuſcipiat: & cum Lazaro quondam paupere æternam habeas requiem. Anima igitur ipſius cum magno honore in ſinu Abrahæ ab Angelis delata eſt. In reſurrectione autem Christi, in qua multi reſurrexerunt ex ſanctis patribus: vt habetur Mat. 27. piè creditur, quod etiam ſanctus Ioſeph glorioſus reſurrexit; & ſimul cum Chriſto viſitauit benedictam virginem ſponſam ſuam: Et hoc ſanctus Bernardinus prædicans Paduæ affirmans, clamabat. In anima, & corpore eſt ſanctus Ioſeph in cœlis glorioſus: & viſa eſt crux quaſi aurea ſuper caput eius. & ſic ego credo quòd ſit vita æterna in anima, & corpore cum maxima, & indicibili gloria, habens clariſſimam aureolam virginitatis & doctrinæ: quia prædicauit paſtoribus, & Magis. Item puto quòd ſit apud pedes beatiſſimæ virginis, honoratus ab Angelis, & ſanctis omnibus; & habens magnam iuriſdictionem apud dominum Ieſum, & ſponſam ſuam ad impetrandam gratiam ſuis deuotis. Et ideo ô deuoti Chriſtiani habete hunc ſanctum in deuotione; quia ei multum ſumus obligati. Qui igitur vult aliquid à Deo obtinere, accipiat beatum Ioſeph pro aduocato ſuo ante virginem benedictam ſponſam eius: & beatiſſimam virginem apud filium ſuum, & dominum Ieſum ante patrem cæleſtem, & omnia impetrabit. Pro concluſione autem huius partis, dico quod ſupradicta de gloria & ſublimatione Ioſeph, confirmat Iohannes Gerſon vbi ſupra. di.

Credit cu- ctor Ioſeph eſſe in cœlis beatum in anima & corpore.

Legimus Chriſto reſurgente multa corpora ſanctorum ſurrexiſſe, & introiſſe in ſanctam ciuitatem Hieruſalem & apparuiſſe multis. Et hinc forte dicit Apoſtolus Acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Recogites oro piùs animus ſi iuſtus Ioſeph vnus ex illis putandus fuiſſet, qui Mariæ apparuerit chariſſimæ ſponſæ ſuæ, & eam conſolatus ſit. Qui tandem Chriſto in cælum aſcendente, ſimul & aſcenderit glorificatus, & collocatus eſt à dextris ipſius Ieſu, hoc eſt in potioribus bonis ſuis. Ex quibus concluditur quam rectè, & quam religioſè faciunt, & fecerunt qui celebritatem de virginali coniugio Mariæ & Ioſeph peragere cenſerunt tã verbis, quam ſcriptis ſuis. Hæc ille. *Qui etiam in ſequenti conſideratione prædicti ſermonis alloquens ſynodum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tunc congregatam ait. De celebritate virginalis coniugij Ioſeph cum Maria, vel de ipſius fælici tranſitu fieri ſolemnitatem exoptamus: quatenus Mariæ meritis, & interceſſione, tanti, tamque potentis, & imperioſi patroni apud ſponſam ſuam reddatur Eccleſia vnico viro vero, & certo, ſummo Pontifici ſponſo ſuo vice Chriſti. Noſque ſinguli Deo renaſcamur fælici natiuitate hic per gratiam, in futuro per gloriam, quæ eſt natale ſanctorum; Intercedente te; & ſi fas eſt dicere, quodam iure tuo, iubente, glorioſiſſimo Ioſeph vir Mariæ: de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.* hæc ille.

Qui etiam ibidem alloquens virginem benedictam metricè inquit.

Carmina perſonis de Ioſeph.

Alma redemptoris mater, cui lege ſuperna.
Vir iuſtus, virgoque Ioſeph cum virgine nupſit.
Da celebrem, dignumque tuo perſoluere cultum
Coniugio: fac nos purgatis ſordibus omnes
Poſſe Deo iungi: fidei qua fœdere puras
Deſponſans animas diuino germine complet.
Portio naturæ præſtantior eſſe Maria
Creditur. hæc cœlis: hæc mundo dignior ipſo.
Gratia nam ſuperat naturam; gratia quæ ſe
Diuidit in reliquis: iſtam fontaliter implet
Quæ clauſit gremio; quem totus non capit orbis.
Olim nam cæli Gabriel feſtinus ab arce,
Præradians alacer totus iucundus ad ipſam.
Nazareth vrbem Galileæ mittitur illuc.
Deſponſata viro Dauidis de ſtirpe Ioſeph, qui
Dictus erat, clauſo reperitur virgo Maria
Oſtiolo; cui dixit Aue; cui gratia plena;
Cui tecum dominus Gabriel, quæ verba ſalutis
Virgo ſilens cogitat animo turbata quouſque
Nunc ius arcanum diuo ſermone retexit.
Hoc natura ſtupet: ſtupet hocque Ioſeph reputans ſe
Myſterijs tantis indignum, voce modeſta
Clamat, id vnde mihi, quis ſum? te deprecor à me
Mox exi domina, nec quoniam mihi nubere tecum
Fas video. dum multa Ioſeph trepidus cogitaret,
Soluitur in ſomnum: cui nuntio cælica dixit.
Audi clare Ioſeph, vxori trade virum te.
O nimium dilecte Deo cui ſponſa frequenter
Blanda Ieſum gremio poſuit, fidenter adimus
Hunc thronum, reſidet vbi gratia ſaluificans nos.
Mira Ioſeph iuſti virtus, laus mira, Mariam
Cui Deus vxorem faciat, mirare ſacratum,
Fœcundum prolis cum virginitatis honore
Coniugium faber ô mirus, cui ſubditur vltro,
Auroram & ſolem qui fabricant, huncque benigno
Nominat ore patrem. tali quoque gaudet alumno.
Regia ſtirps, & ſacra Ioſeph te reddit ab ortu.
Claris inſignem titulis, te læta decente
Pauperies, manuumque labor nutriuit obinde
Strenuus, & liber ac pſalmo teſte beatus.
Hinc vxor tua tecum ſicut vitis abundans;
Te dominum, ſponſumque vocat, nos redde beatos.
hæc ille.

Franc. autem de May. ſuper *Miſſus eſt* ait; quòd hoc nomen Ioſeph ſecundum Hiero. habet quadrupli-

Nomen Ioſeph quatuor ſignificat huic miſterio conuenientia.

druplicem Interpretationem huic myſterio conuenientem. Quatum prima eſt quòd Ioſeph dicitur Domini iuſtus, quia ex abundantia ſuæ iuſtitiæ ita fuit domino appropriatus, vt pater eius diceretur; ſic eum appellante matre Lu. 2. Secunda interpretatio eſt quòd interpretatur Domino iuſtificatus, quia ſicut ipſa virgo fuit ſanctificata vt dominum pareret; ita ipſe fuit iuſtificatus, vt domino alimenta nutritionis procuraret tanquã pater. Et ideo dicitur Lu. 3. quod ipſe dominus putabatur filius Ioſeph; quia ſcilicet ſedulitatem paternam illi exhibebat. Nos vero poſſumus aſſignare aliam cauſam huius reputationis, quam ponit Iohan. Gerſon in ſua Ioſephina. ſ. quia domino noſtro erat ſimilis Ioſeph in facie, & in cæteris diſpoſitionibus corporis, quod Deus eſſe voluit, quia niſi inter ſtaturam, & effigiem Chriſti, & Ioſeph fuiſſet ſimilitudo; non eſſet reputatus à Iudæis eius filius, & conſequenter reputaſſent beatam virginem adulteram. Ex quibus concluditur quòd ſi Ioſeph fuit ſimilis Chriſto; pulcherrimus extitit. Dicit igitur Iohannes Gerſon vbi ſupra.

Perſonas inter ſimiles eſt nexus amoris;
De Ioſeph aſt ratio ſuadet quòd facialis
Forma Ieſu formæ ſimilis reputanda fuiſſet.
Si non quo pacto pater eius creditus eſſet.
Qualiter intactæ matris ſaluaſſet honorem,
Diſparitas vultus prole cum patre putato;
Gratia naturæ fieri vult conſona ſæpe.
Nonne minor Iacobus frater Domini prohibetur,
Valde ſibi ſimilis, quod gratia non caro fecit &c.

Sequitur Franciſci. de May. vbi ſupra. Tertia interpretatio eſt quòd Ioſeph interpretatur augmentum, quia licet in cæteris deſponſationibus virginum de communi lege fiat diminutio integritatis in propoſito, dum ſponſa dat aſſenſum in copulam carnalem; In iſta tamen deſponſatione fuit appoſitum augmentum: quia tunc virginitatis propoſitum virgo firmauit puritatis affectum eliciendo; occurrente tunc obiecto, & materia caſtitatis. Quartò interpretatur appoſitio; quia licet in cæteris deſponſationibus communiter aufertur à ſponſo integritatis propoſitum; Iſti tamen ſponſo ex tali ſacramentali copula nõ fuit ablatum, ſed nouiter appoſitum, cum aſpectus puriſſimæ virginis omnes ad caſtitatis veſtigium inclinaret. Et multo magis eius floridum conſortiũ ſecundum B. Hier. iuxta illud Sapien. *Cum prope eſt, imitatur illam.* Ioſeph ergo, qui antequam acciperet in ſponſam B. V. propoſuerat ſeruare virginitatem perpetuã. vt inquit Aug. in l. de ſancta virginitate; quod ſecundũ eundẽ Aug. factũ fuit Dei nutu, vt ipſe Ioſeph eſſet dignus ſpõſus B. V. propter iſtam deſponſationem non mutauit propoſitum: ſed firmauit. Vnde dicitur Mat. 1. quòd cum eſſet iuſtus, nolebat eam traducere, id eſt, ſecundum Aug. carnaliter cognoſcere. hęc Fran. vbi ſupra. Magiſter autem Iohannes Gerſon in ſua Ioſephina loquens de obitu, & gloria ipſius Ioſeph ſic canit.

Venerat illa dies quæ vitam morte pararet
Perpetuam: tibi iuſte Ioſeph Dauid inclyta proles
Chriſtus adeſt cum matre pia, quibus officiosè.
Seruieras; vultu placido ſolantur euntem,
Ora licet lachrymis oppleuerit intus obortis.
Naturalis amor etenim ſat credere fas eſt,
Quod patrem Ieſus, & ſponſum flenis morientem.
Virgo benigna ſuum; fida cuſtodis amato
Procumbit lecto complexans membra pudicis
Oſcula dat labijs; mi vir conclamat abisne?
Deſeris, & viduam paſſuram dira relinquis?
Velle tamen Domini fiat, dilecte valeto.
Nil timeas, dominus placida te ſede locabit.
Protinus ipſe Ioſeph precioſa morte quieuit.
Lugubres recipit veſtes viduata Maria.
Exequias reddunt deuotas Nazareth vrbe.
Tota virum flent plebs, qui vixerat abſque querela,
Omnibus in commune bonus ſanctiſſimus heros,
Certa Dauid regis, & præclariſſima proles.
Caſtra velut turtur ſi compare ſit viduata,
Sola volat repetens arentes arbore ramos,
Pro cantu reſonat planctu gemebunda pudico.
Sic dolet abrupto vitæ ſocialis amore,
Virgo gemens, deflenſque virum plangore modeſta:
At ſubito vt ſenſit ſub triſtem filius eius,
Solans alloquitur, ſecretaque plurima pandit:
Atque futurorum ſeriem breuiando recenſet.
Chara mihi inprimis mater nolito doloris
Accumulare tibi cauſas; ſed reſpice mentis.
Interiore oculo fidei cum lumine qualet
Collegio patrum bene qui vixere priorum
Applauſus, iubiloſque dedit cuſtodis amici
Decedens anima dum lymbum ingreſſa propinquum
Sic etenim nouit, denunciat eſſe ſalutem.
Nam Saluator adeſt, ego ſum ſaluatio certa.
Porro te ſolam mater cuſtode carentem
Nec reputes ſub eo curam, iam diſcipulorum,
Plurimus aſt abit numerus mihi, iam mulieres
Sanctæ gaudebunt ſeſe præbere miniſtras,
Audis vt affinis noſter pius iſte Iohannes,

Digitized by Google

Haſtenus hæc deſerta colens modo flumine cœpit
Iordanis baptiſma nouum. baptiſmate cuius
Ablute vt ſit aquis recreandis ſpiritus vis.
Me populo oſtendet, digito monſtrabit, & agnus
Inquiet ecce Dei, mundi qui crimina tollit.
Namque columbina ſpecie ſuperaſtitit almus
Spiritus & manſit in eo dum tingitur vndis
Vidi equidem. & noui, cæli teſtantur aperti
Vox ego clamantis in deſerto, paret omnis
Diriget & calles domino populus venienti.
Quemque ſui pigeat ſceleris, quia proximat ecce
Regnum cælorum trunco eſt affixa ſecuris,
Denique multa mihi gens aſſociabitur vltro.
Conſpicies oculis tandem me ſcandere cælos,
Scandere & ipſe Ioſeph, vt mecum regnes in æuum.
Regnabis pariter fuerit dum vita per alta
Nomen, laus, & honor dabitur per ſecula nobis.
Procumbit mater genibusque affuſa rependit
Grates, & repetit fiat tua nate voluntas,
Debeo iolari rurſus viſura Ioſeph te.
Et nos Chriſticolæ talem veneremur, amemus,
Fundamusque preces tibi ſupplice carmine tale
Illuſtris Patriarcha Ioſeph Dauid alta propago.
Iuſticiæ cultor: claris numerande prophetis.
Virgineo ſplendore micat; cuſtoſque Mariæ:
Teſtis nutritor, & Chriſti fide miniſter
Conſcie myſterij, quod neſciuere priora
Secula tu verbum vitæ quod erat caro factum
Geſtaſti manibus, etiam tibi ſubditus vltro
Dignatus fieri, nutu, quæ temperat orbem
Tu vir, tu dominus matris domini dominorum.
Magne peregrine dudum terris modo regnas
Felix in cæli patria ſecurus: & omnis
Expers terroris; labor, anxietas procul abſunt.
Quæ ſumus intende nobis, miſeroſque benignis
Inſpice nos oculis: quos tanta pericula turbant.
Eſto peregrinis fautor, dux, auxiliator.
Defeſſos refoue: tot ſcandala tolle viarum.
Dirige cæcos, erige lapſos, optima detur
Gratia dux. baculusque ſpes firmiſſimus adſit
Pax in credendo, cordis meditatio ſuauis.
Tentamenta ſathan mundi carnis ſuperemus
Te duce pro cumulo meritorum & laude tuorum.
Certum quod magno es venerari dignus honore
In terris immenſa tenet quem gloria cæleſtis.
Eſt etenim Chriſte tecum tuus iſte miniſter.
Eſt & tum ſponſa ſponſus chariſſimus alma.
Virgineoſne tuos ſedes locat æqua parentes?
Sit tamen hac in re ſimp. ex meditatio noſtra.
Sanctis ſaluus honor volumus alijs ſuus eſto;
Quos de primatu contentio nulla fatigat.
Magne Ioſeph magno velut imperioſe patrone;
Cum deſiderio petimus fer opem. noſtri miſerere:
Cælica ſuſpicias nos tandem patria tecum.

Hæc ille.

PARS TERTIA HVIVS ſermonis, in qua ratio ac cauſa redditur cur B. V. fuit deſponſata.

Chriſtus debuit naſci de virgine deſponſata.

VT poteſt colligi ex Magiſtro ſen. in 4. di. circa finem, Beato Tho & Rich. ibidem. ar. 2. q. 2. in reſponſione. 2. argumenti. & à B. Tho. in 3. par. ſum. q. 29. ar. 1. & a Rabano, & Petro Iohannis ſuper Iohan. Valde fuit conueniẽs, congruũ, & rationabile Chriſtum naſci de virgine deſponſata. Primo ratione ſui. Secundo ratione matris ſuæ. Tertio ratione noſtri. Primo hoc fuit conueniens propter Chriſtũ quadruplici ratione. Primo quidem, vt myſterium incarnationis ſuæ diabolo celaretur. vt dicitur in c. inuenta. 27. q. 2. Vnde & ait B. Ignatius, ſicut refert Hiero. ſuper Mat. hac de cauſa virginem fuiſſe deſponſatam Factum eſt autem hoc ad tutelã pueri; ne diabolus contra eum vehementius nocumẽta procuraret. Sciebat enim ipſe diabolus, Dei filium debere incarnari pro redemptione humani generis: ſed tempus ignorabat. Vnde caute obſeruabat ad ſciendum quando mundum intraret, vt redemptionem noſtram impediret. Hæc autem deſponſatio virginitatem matris Dei parientis ipſi diabolo occultauit. vt ait Origenes ſuper Mat. di. *Quæ fuit cauſa, vt eſſet deſponſata Maria Ioſeph, niſi quatenus hoc ſacramentum diabolo celaretur. & ille malignus fraudis commenta aduerſus deſponſatam nulla penitus inueniret:* Hæc ille De hoc etiam Amb. ſuper Lucam ait. *Non mediocris quoque cã eſt vt virginitas Mariæ falleret principem mundi; qui cum deſponſatam cerneret viro partum non potuit habere ſuſpectum fallendi enim mundi principis fuiſſe conſilium, ipſius domini verba declarãt, cũ Apoſtoli iubẽtur tacere de Chriſto* Hæc Amb Et hoc patet Mat. 16. Item ſanari iubẽtur tacere de remedio, vt patet de lepro ſo Matth. 8. & de cæcis Mat. 9. & de puella reſuſcitata Marci. 5. Prædictis autem non obſtat ſi dicatur, quod non latent diabolum ea quæ ſunt in corpore; quamuis latent ea quæ ſunt in corde: Quia vt ait Aug. in 3. de Trini. *Multa quæ cognoſceret diabolus virtute ſuæ naturæ, prohibetur cognoſcere à diuina virtute.* Item dicunt Doctores, quod etiam latent diabolum ea, quæ ſunt in corpore, quando appropinquare non poteſt. Diabolus autem non poterat appropinquare virgini propter

Primo ratione ſui quadrupliciter.

virtu-

virtutem ſanctitatis ipſius: & etiam quia impediebatur à Deo, & ab Angelis eam cuſtodientibus, ſecundum Fran. de May. vbi ſupra. Et ideo ſcire non potuit, vtrum virgo concepiſſet ſine viro, tũ eam maritum habere videret. Secundo hoc fuit conueniens propter Chriſtum: neq; ab infidelibus tanquã illegitimè natus abijceretur. Vnde Amb. ſuper Lu. ait *Quid Iudæis quid Herodi poſſet adſcribi, ſi natum ex adulterio viderentur perſcribi?* quaſi dicat; Nihil. Ergo fuit conueniens, vt eius mater deſponſaretur, quia aliter omnes arbitrati eſſent Chriſtum ex ſtupro fuiſſe generatum. Et ſic eum tanquam illegitimè natum deſpexiſſent. Nam iura tales deteſtantur, & priuant ſucceſſione paterna. aut. ex complexu. C. de inceſt. nup. & aut. licet. C. de natu. lib. Solent enim vt plurimum eſſe imitatores paterni ſceleris. c. ſi quis cum militibus. 6. q. 1. & c. ſi gens. 56. di. Et ſecundũ canones ſunt irregulares. 66 di. c. presbyterorum. Nec ſine diſpenſatione debent ad ſacros ordines promoueri. cap. præcipimus. 33. diſt. Cum ergo Chriſtus futurus eſſet ſummus ſacerdos, & rex regum, debuit tali ſuſpitione carere: ne Iudæi dedignarentur eum habere regem, & ſacerdotem: quia filij ex adulterio geniti abominatio ſunt Deo. c. dicat. 32. quæſtione 4 Vnde & ſecundum leges non promouentur ad dignitates, niſi in defectu legitimorum. l. generaliter §. ſpurios cum gl. ff. de decu. Et hanc rationem tangens Ambroſius ſuper Lucam ait. *Cum partus innuptæ lege damnetur: congruum fuit vt virgo deſponſaretur, ne videretur Chriſtus à legis iniuria cœpiſſe.* Tertio fuit hoc conueniens propter Chriſtum, vt à Ioſeph nutriretur. Vnde & pater eius dictus eſt quaſi nutritius. Vt enim habetur Luc. 2. exiſtens beatiſſima virgo cum Ioſeph: & inueniens puerum Ieſum in templo: dixit ei. *Ego & pater tuus dolentes quærebamus te.* Non negauit autẽ Chriſtus Ioſeph eſſe patrẽ ſuum, ſed reſpondit. *Quid eſt quòd me quærebatis?* Et in hoc verificatum eſt illud Græciſmi. *Eſt pater hic cura: pater eſt aliàs genitura.* Pater enim ſæpe quis appellatur ratione curationis, & gubernationis vt in aut. de armis §. hoc autem obſeruate. & in l. 2 C. de debito. ciui. lib. 11 & no. C de emen. Iuſti. Cod. in prin. Supradictam autem rationem tangit Amb. ſup. Lu di *Deſponſata eſt, vt infantis curam gereret ipſe Ioſeph. ſiue in Aegyptum iens. ſiue inde denuo rediens.* Quarto fuit conueniens hæc deſponſatio, vt conſueto modo ſcripturarum Genealogia Chriſti per virum deſcriberetur. Vnde Amb. ſup. Luc. ait *Qui in ſæculum venit, ſæculi debuit more deſcribi. Viri autem perſona quæritur, quæ in ſenatu & reliquis curijs ciuitatum generis aſſerit dignitatem; Conſuetudo etiam nos inſtruit ſcripturarum, quæ ſemper viri originem quærit.* Hæc ille. Mulier enim efficitur de familia viri. l. fi. § idem reſcripſerunt. ff. ad municip. & l. quicunque. C. de re mili. lib. 12. Quia autem B. V. ſecundum legem deſponſari non poterat niſi viro, qui eſſet de tribu Iuda, & familia Dauid ex genealogia ſponſi, id eſt, Ioſeph, deprehenditur genealogia, Mariæ, & Chriſti filij eius. Secundo principaliter dico, quòd fuit conueniens ipſum naſci de virgine deſponſata, propter ipſam virginem. & hoc quadruplici ratione; Primo ne à Iudæis occideretur tanquam adultera, vt ait Hiero. Nam ſecundum leges, virgo adultera de ſtirpe ſacerdotali comburebatur, Leui. 21. Ipſa autem virgo deſcenderat non ſolum de tribu Iuda; ſed etiam de tribu Leui ſ. de ſtirpe Aaron vt patuit. ſupra in 2. parte huius operis. ſermone 1. parte 2. Lapidabatur quoque non ſolum illa, quæ iam erat deſponſata; ſed etiam illa quæ in domo patris cuſtodiebatur vt virgo quandoque nuptura, cuiuſcunq; alterius tribus eſſet. Vnde dicitur Deut. 22. *Si non eſt in puella inuenta virginitas, lapidibus obruent eam viri ciuitatis* &c. Item de iure ciuili antiquo capite puniebatur tam adultera quam adulter. l. quamuis. C. ad le. Iu. de adul. hodie vero adultera retruditur in monaſterio ad agendam pœnitentiam. vt in aut. ibi poſita. Secundo fuit conueniens eam deſponſari ſecundum Hierony. & Originem, vt ei à Ioſeph miniſterium exhiberetur & ſeruiret. Vnde Chryſ. ſuper. Matt. inquit, illud quod habetur in c. inuenta. 26. q. 2 dicens. *Sicut enim illam poſtea commendauit Chriſtus diſcipulo, ſic etiam nunc Angelus copulat ſponſo non in fœdus ſolemne coniugij; ſed in conſortium communis habitaculi.* Hæc ille. Item hoc congruũ fuit, vt ipſe Ioſeph procuraret neceſſaria ipſi virgini, & filio eius de arte ſua: erat autem carpentarius. vt ait Chryſ. & vt eam aſſociaret: ſicut & fecit cum ſimul in Bethleem perrexit, vbi filium ſuum peperit; & ad templum in purificatione eius: & cum in Aegyptum iuit, & rediit. Vnde Bern. in quodam ſermone inquit. *Quia iſta delicata puella ſola erat, ideo fideli ſocio indigebat, à quo & ante partũ, & in partu, & poſt partũ aſſociaretur, & à laboribus relevaretur.* Tertiò fuit conueniens vt per hoc virgo ab infamia liberaretur. Vnde Amb. ſuper Lu. ait *Deſpõſata eſt, ne temeratæ virginitatis adureretur infamia cuius grauis facinus corruptelæ videretur inſigne præferre. Maluit autẽ dominus aliquos de ſuo ortu, quã de matris pudore dubitare Sciebat. n. teneram eſſe virginis verecundiam, & lubricã famã pudoris: nec putauit ortus ſui fidẽ matris iniurijs aſtruendã. Seruatur itaque Mariæ ſicut pudore integra*

Digitized by Google

tegra, & inuiolabilis opinione virginitas, Hæc ille. Et Bern. ſuper *Miſſus eſt*, inquit. *Quis enim eam videns non deſponſatam, & tamen grauidam: non potius diceret meretricem quam virginem? Non autem decebat hoc dici de matre Dei. Tolerabilius ergo, & honeſtius fuit putari, Ieſum ad tempus de coniugio natum fuiſſe quam de fornicatione*. hæc ille. Et in hoc apparuit charitas, & benignitas Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui potius voluit dimminui de honore ſuo, quam de honore matris ſuæ. Quarto fuit conueniens, ſicut dicit Albertus ſuper *Miſſus eſt*: vt patuit ſupra ad hoc, vt dignitas matris humilitati ſociaretur, ſic quod eſſet ſimul mater Dei, & vxor fabri. cap. Ioſeph. vnde in vili penſionem Chriſti dicebant Phariſæi. vt habetur Mat. 13. & Mar. 6. *nonne hic eſt fabri filius*? Congruum ergo fuit vt Dei genetrix ſeruaret illud Eccle. 3. *Quantò maior es, tanto magis te humilia in omnibus: & coram Deo inuenies gratiam*. Quanto enim quis maior eſt, tanto magis humilitas commendatur in eo. Vnde Hiero. in quadam epiſtola ait. *Nihil eſt quod hominibus nos ita gratos, ac Deo faciat, quam ſi vita merito magni humilitate ſimus infimi*. Tertio principaliter fuit conueniens B. virginem deſponſari propter nos & hoc quadruplici ratione. Primo, vt Chriſtus natus de virgine certius crederetur teſtimonio Ioſeph, qui matrem eius virginem deſponſauerat; & à tempore deſponſationis diligenti eam cura cuſtodierat. Nam ſponſa à tempore deſpõſationis erat ſub cuſtodia ſponſi. vt ait Hugo Cardinalis ſuper Mat. 1. & Lucæ. 1. c. & Bern. ſuper *Miſſus eſt* di. *Mos erat Iudæorum, & à die deſponſationis vſque ad tempus nuptiarum ſponſi ſponſas in cuſtodia reciperent, vt earum pudicitiam curioſius ſeruarẽt, & ipſi eis fideliores exiſterent*. hæc ille. Item erant in eorum poteſtate quoad obſequia, & ſimilia. c. mulierem. 33. q. 5. & debebant defendi à vitiis ſuis in his quæ ſibi occurriſſent. Inſti. de iniur. §. contra autem. Et hanc rationem tangens Amb ſuper Lu. ait *Locupletior teſtis pudoris maritus adhibetur, qui poſſit delere iniuriam & vindicare opprobrium, ſi non agnoſceret ſacramentum*. Greg. quoque in homil. ſuper Mar. inquit. *Sicut diſcipulus dubitans, & palpans factus eſt teſtis veræ reſurrectionis, ſic ſponſus fuit cuſtos, & teſtis integerrimæ virginitatis*: tranſſumptiue in c. ſic quippe. 27. q. 2. Ex quo magis confirmamur in fide cõceptionis Chriſti de ſpiritu S. ex virgine. Secundo fuit congruũ, vt virginibus cauſa vitandæ infamiæ daretur; & cauſa malæ excuſationis tolleretur. Vnde Ambro. vbi ſupra ait. *Non decuit virginibus ſiniſtra opinione viuẽtibus velamen excuſationis relinqui: quod infamata quoque mater domini videretur*. Tertio fuit conueniens, vt vniuerſa eccleſia deſignetur; quæcum ſit virgo; deſponſata tamen eſt vni viro; id eſt Chriſto, iuxta illud Apoſtoli. 2. Corint. 11. *Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto*. Et hanc rationem tangit Aug. in li. de ſancta virginitate. Chryſ. quoque ſuper Mat. inquit. *Quia futurum erat, vt omnes ſancti de Eccleſia virgine naſcerentur Chriſto deſponſata, Chriſtus de deſponſata natus eſt, ne indignius naſceretur dominus quàm ſerui*. Quarto fuit conueniens vt inquit Hugo Cardinalis ſuper Mat. 1. quòd mater domini eſſet deſponſata, & virgo; vt in perſona ipſius & virginitas, & matrimoniũ haberetur & honoraretur cõtra hæreticos alteri eorũ detrahẽtes. Idcirco exultẽt virgines, & cõiugatæ, imitãtes glorioſam V. Mariã deſpõſatã Ioſeph; vt ipsã per virginitatẽ, & caſtitatẽ coniugalem imitando in præſenti ſæculo; eam quoque ſequãtur per ſublimẽ gloriam in futuro. Nos autem addere poſſumus alias. 5. rationes. *Quinque aliæ rationes auctoris, deſpon. B. V.* Prima vt fideles credẽtes eã deſponſatã, & cũ cõiuge habitantẽ ſine viro concepiſſe magis merentur, & in deuoti, ac obſtinati mundani in ſua pertinacia, ſic eorum exigentibus de meritis, magis indurarentur. Et hanc rationem tangit Amb. ſuper Luc. di. quod qui ſecularibus vanitatibus occupantur, ſcire diuina non poſſunt, nec merentur. Secunda ratio eſt illa, quam ponit Hugo Cardinalis ſuper Lucam. 1. c. ſ. vt B. V. Mariæ verbis maior fides haberetur, & omnis mentiendi ſuſpitio tolleretur. Vt enim ait Amb. ſuper Lu. *videretur mentiri innupta prægnans, & culpam velle obumbrare mendacio; neque enim crederetur, etſi diceret ſe virginem*. Et ideo dicit Amb. vbi ſup. *Fides Mariæ verbis aſſeritur, & mendacij cauſa remouetur. Cauſam enim mentiendi deſponſata non habuit, cũ coniugij præmium, & gratia nuptiarum partus ſit fœminarum*. hæc ille. tranſſumptiue in c. pudor. 32. q. 2. & ſumpta eſt hæc ſententia originaliter ex l. quæritur. §. ſi mulier. ff. de ædil edi. Tertia ratio eſt illa, quam ponit idem Hugo Cardinalis vbi ſup di. *De fœmina virgine deſpõſata naſci voluit, vt ab omni gradu mulieris opprobriũ tolleretur. ſ. à cõiugatis, à viduis & à virginibus*. hæc ille. Prædictarũ aũt rationũ partẽ ponit Ber. ſuper *Miſſus eſt*, dicẽs. *Neceſſario igitur virgo Maria deſponſatur, quia per hoc & à canibus ſanctũ abſcõditur, & à ſponſo virginitas cõprobatur, & virginis tã verecundiæ quã famæ prouidetur, & à ſecretis cæleſtibus hoſtis excluditur*. Quarta ratio eſſe poteſt illa, quã ponit Chry. ſuper Mat. Quia. n. vt dicitur Mat 13. Erat Ioſeph faber lignarius: Ideo ipſe Chryſ. inquit. *Fabro lignario Maria deſponſanda erat, quando Chriſtus eccleſiæ ſponſus omnem ſalutem hominum operaturus erat per lignum crucis*. hæc ille.

Quin-

Digitized by Google

Quinta ratio eſt, vt oſtenderetur etiam poſt conſenſum in matrimonium per verba de præſenti licere ambobus coniugibus, vel alteri eorum etiam altero inuito ante tamen carnalem copulam tranſire ad vota meliora, vtpote per votum caſtitatis, & ingreſſum religionis mori mundo. extra de conuer. coniug c. 2. & ibi late per docto. & l. Deo nobis C. de epi. & cle Beatiſſima igitur virgo & ſanctus Ioſeph ſimul deſponſati, & matrimonio copulati, & in virginitate perſeuerantes, dederunt exemplum alijs coniugatis ſimiliter faciendi, & caſte viuendi. Quod exemplum imitatus eſt ſanctus Elziarius tertij ordinis ſancti Franciſci, qui cum beata Delphina vxore ſua, quam in iuuentute vxorem iuuenculam acceperat, perſeuerauit in virginitate vſque ad mortem. Et hæc quidem de ſponſo beatiſſimę virginis terreno dicta ſufficiant. Habuit namque alium ſponſum digniorem, ſcilicet cæli, terræque opificem Deum. De quo dici poteſt illud Iohan. tertio. *Qui habet ſponſam ſponſus eſt.* Deus enim cum beata virgine ſpirituale matrimonium contraxit, quod quidem matrimonium habuit triplicem gradum, ac triplicem conſenſum, & triplex bonum atque triplicem copulam ſiue coniunctionem. Primo habuit triplicem gradum, quia fuit initiatum, ratificatum, & conſummatum. Initiatum quidem fuit per verba de futuro à Propheta quæ dixit Eſa. 7. *Ecce virgo concipiet & pariet filiũ* &c. Et ab Angelo, qui ait Luc. 1. *Ecce cõcipies in vtero, & paries filiũ* &c. Deinde fuit ratificatum per verba de præteriti, quando ipſa conſenſit, & dixit. *Ecce ancilla Domini. fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Vltimo fuit conſummatum, quando filius Dei in thalamo vteri virginalis naturam noſtram ſibi æternaliter copulauit. Vnde clamat eccleſia in officio diuino. *Ecce completa ſunt omnia* &c. Secundo in illo matrimonio fuit triplex conſenſus, animi, verbi, & ſigni. Et iſtum triplicem conſenſum ipſa poſtmodum in cantico ſuo expreſſit Luc. 1. Nam conſenſum animi expreſſit cum dixit: *Magnificat anima mea Dominũ:* ſcilicet ſponſum meum cæleſtem. Conſenſum autem ſigni expreſſit cum dixit: *Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo* Exultauit id eſt, extra ſaltauit. Tantum enim gaudium habuit in animo, quòd etiam manifeſtabatur in exteriori ſigno. Conſenſum vero verbi expreſſit, cum ſubdit: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ:* & hoc fuit quando ipſa dixit. *Ecce ancilla Domini* &c. Tertio in iſto matrimonio fuit triplex bonum, ſcilicet fidei, prolis, & ſacramenti. Fidei quidem: quia virginitatis votum Deo factum ſemper illibatum cuſtodiuit. Fuit etiam ibi bonum prolis: quia Dei filium de ſuis caſtis viſceribus generauit. Bonum quoque ſacramenti, quia nunquam à filio ſuo diuiſa, vel ſeparata fuit. Quarto in hoc matrimonio fuit triplex copula. Nam in matrimonio carnali triplex cõiunctio inuenitur. Vna cauſatur ex conſenſu animorum. ſecunda ex permixtione corporum: tertia ex indiuiſibili habitatione amborum, & eodem modo inter Chriſtũ, & beatam virginem fuit coniunctio animorum per mutuam charitatem iuxta illud Can. 6. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi.* Fuit etiã ibi coniunctio corporum per naturæ vnitatem; quia vna caro Chriſti eſt, & matris. Vnde de hoc poteſt exponi illud Gen. 2. *Erunt duo in carne vna.* Nam ad formandum corpus Chriſti fuerunt duo, ſcilicet ſpiritus ſanctus, qui corpus ipſum formauit; & beata virgo, quæ materiam miniſtrauit. Fuit etiam indiuiſibilis habitatio amborum; quia ſicut in vita dilexerunt ſe, ita & in morte non ſunt ſeparati. Vnde Iohan. 19 dicitur. *Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius.* Cum quo & nos hic ſtemus per amorem, & deuotionem; vt poſt hanc vitam habitare valeamus cum ipſo in cæleſti palatio, & ab illo recipere mereamur æternam fœlicitatem. Amen.

***

Matri ſpirituale B. V. cum Deo ſponſo habuit trip. gradus trip. conſenſum, trip. bonum, ac triplicem cõiunctionem.

SERMONVM MARIALIS PARS QVINTA;

IN QVA TRACTATVR DE ANNVNCIATIONE BEATISSIMAE virginis.

ET DE INCARNATIONE filij Dei in ea: & nuncupatur hæc pars peculiari nomine, Gaudium mundi.

SERMO PRIMVS.

IN QVO AGITVR DE POSSIBILItate vnionis diuinæ naturæ cum humanâ in vnitate ſuppoſiti; de neceſſitate Incarnationis filij Dei, & eius cauſis.

Annunciatio eſt principium omnium feſtorum.

NE timeas Maria, inueniſti gratiam apud Deum. Luc. 1 Huius diei celeberrimam feſtiuitatē ſummis debemus ſtudijs venerari. Hæc enim reſpectu principij maior ſolemnitas totius anni. Hoc namque feſtum principium eſt, & fondamentum omnium aliarum feſtiuitatum. Cum ergo dicatur, quod cuiuſque rei potiſſima pars eſt principium. l. 1. ff. de origi. iu & no. in c. principatus. 1. q. 1. & per glo. in ca. 1. de li. conteſ. Vnde Ariſto ait 1. Ethi. c. 4. & 5. pol. c. 1. quòd *principium eſt dimidiū totius.* Si in alijs feſtis ab hac principium habentibus, & ab ea cauſatis gratulamur: multo magis debemus in iſta ſolenitate iubilare, & iocundari: Quia niſi hoc redemptionis noſtræ principium fuiſſet; ipſius finis non eſſet ſubſecutus. Remotis enim principijs, remouetur perfectio & eſſe, ab omnibus poſterioribus; vt inquit Commentator Auerrois ſuper 10. Meta. Merito igitur hæc celeberrima dies eſt ab omnibus feſtiuis gaudijs recolenda, in qua gaudium fuit totius mundi Et ideo de ipſa David decantabat Pſ 117. di. *Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea.* Iſta etenim eſt dies ſacratiſſima, in qua virgo ex omnibus præelecta, magni regis Aſſueri eſt coniugio copulata. Cum enim, vt habetur Heſter 2. prædictus rex Aſſuerus dediſſet ſuper filios Iſrael capitalem ſententiam; & ſub pœna mortis mandaſſet, ne in conſpectu eius aliquis accederet non vocatus; perſuaſa Heſter à Mardocheo propinquo ſuo, aſſumptis; duabus puellis ad obſequium ſuum: quarum vna eius fimbrias veſtimēti portabat; altera vero brachijs ſuis eam ſuſtentabat, acceſſit ad eum. Quæ cum regis magnificentiam ornatus eius pulchritudinē aſpiceret: cecidit in brachijs vnius ex puellis ſuis. Ipſe vero rex deſcendens de ſolio ſuo; virgā quā manu tenebat, depoſuit in ſignum clementiæ, & manibus proprijs ſubleuauit, Heſter; & ad eius petitionem ad illius domum acceſſit, atque populū Iudaicum à morte liberatum exaltauit, & interfecto eius inimico Aman: omnes illius poſſeſſiones donauit Heſter: atque eam in regno ſuo confirmatam vxorem ſuā ſuper omnes amauit. Per Aſſuerum namque, qui interpretatur beatitudo, intelligitur Deus; in cuius cognitione conſiſtit beatitudo. Qui erat iratus humano generi propter peccatum primorum parentum, qui diaboli ſuggeſtioni conſenſerant; & ideo ſtatuerat omnē hominem mori debere. vt dicitur Hebræ 9. & ad inferos deſcendere. iuxta illud Pſ. 88. *Quis eſt homo, qui viuet, & non videbit mortem? eruet animam ſuam de manu inferi.* Non erat autem aliquis, quí ad Deum accedere auderet pro gratia impetranda. iuxta illud Hier. 7. *Tu noli orare pro populo iſto, quia non exaudiam te.* Erat ergo furor Dei terribilis contra omnes ita vt ad conſuetudinem verti nō poſſet. Vnde Eſa. 30. dicitur. *Ardens furor eius, & grauis ad portandum.* Veruntamen tamen Heſter, quæ interpretatur abſcondita. i. virgo Maria, quę abſcōdita, & occulta erat mundo, ſed multū cognita Deo, ſuaſa à Mardocheo propinquo ſuo. i. à ſuo ſanctiſſimo propoſita, vel ab Angelo ſibi particulariter ad cuſtodiam deputato, vel à Gabriele Archangelo, qui ei propinquus ideo dicitur, quia vt ait Hiero. ad Euſtoch. *ſemper Angelis eſt cognata virginitas*; intrauit ad regem omnipotentem Deum, ſociata duabus ancillis. i. humilitate, & puritate ſiue virginitate. Sicut autem Rhinoceros ad aſpectum alicuius ſanctæ virginis omnē deponit feritatem, & māſuetus ad gremium ipſius virginis accedit: ſic Deus videns hanc ſanctiſſimam virginē, amore illius tactus, omni dimiſſa indignatione & aſperitate deſcendit in vterum eius; atque virgam furoris ſui deponens, eam ſibi perpetuā coniugē, & regni ſui conſortem deputauit. Ipſa vero magnitudinem myſterij incarnationis eius audiens, & tantum ſe magnificari cognoſcens.

Digitized by Google

gnoſcens obſtupuit: & turbata eſt turbatione ad mutationis, & ſic attonita, & territa cecidit in brachijs humilitatis: Quapropter illi dixit Angelus Gabriel verba propoſita, ſcilicet. *Ne timeas Maria, inueniſti gratiam apud Deum*, ſcilicet, per quam humanum genus ab æterna damnatione liberaſti: & percuſſo, ac deſtructo Aman, id eſt diabolo, illius poſſeſſiones acquiſiſti, ſcilicet peccatorum animas per tuum filium ad pœnitentiam conuertendas; atque altiſſimi Dei vnigenitum de ſpiritu ſancto concipere meruiſti. De quo myſterio tres conſiderationes faciemus.

Prima dicetur poſſibilitatis.

Secunda neceſſitatis.

Tertia vero appellabitur cauſalitatis.

PARS PRIMA HVIVS SERmonis: De poſſibilitate Incarnationis filij Dei.

PRo expeditione huius partis, & confutatione hæreticorum duas quæſtiones examinabimus. Prima, vtrum poſſibile fuerit diuinam naturam cum humana vniri vnitate ſuppoſiti, & ſic Deum fieri hominem: Secunda vtrum poſſibile fuerit, quòd ex virgine conciperetur, & naſceretur. Primam quæſtionem examinat Alex. de Ales. in 3. par. ſum. in tract. de conuenientia incarnationis. q. 1 & ſco. in 3. diſtin. 1. & Pe. de Aquila eius diſcipulus ibidem quæſt. 1. & S. Bonauen. in eadem di. & Richard. noſter ibidem, ar 1. q 1. & ſ. Thom. in 3. parte ſum. q. 1 art. 1. & in 3. ſcripto. diſt. 1. art. 1. vbi dicunt quòd ad hoc, vt aliqua ſint vnibilia requiritur quòd aliquo modo ſint ſimilia. Eſt autem duplex ſimilitudo: Vna eſt ſecundum aliquam formam communem participatam ab ipſis ſimilibus. Et hoc modo nulla eſt ſimilitudo inter Deum, & hominem creatorem, & creaturam immo inter eos eſt diſtantia penitus improportionabilis. Vnde dicitur in capit. damnamus de ſum. Trini. & fi. ca. quod inter creatorem & creaturam non poteſt tanta diſſimilitudo notari, quin inter eos ſit maior diſſimilitudo notanda. Et hoc reſpectu non dicuntur vnibiles. Nam natura diuina, & humana non conueniant ſimul in aliquam formam communem inter eas in genere, vel in ſpecie. Alia eſt ſimilitudo ſecundum conuenientiam proportionis vnius ad alterum in ordine, vel in habitudine: ſicut iuſtitia creata conuenit cum increata non in genere, vel in ſpecie; quia iuſtitia increata eſt ipſa diuina eſſentia: iuſtitia vero creata eſt qualitas: ſed conueniunt in habitud. ne ad eundem effectum, qui eſt reddere vnicuique quod ſuum eſt; de quo loquitur. l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iure. & Inſti. eo. in prin. Similiter bonitas increata, quæ eſt Deus, & creata quæ eſt qualitas, non conueniunt in aliqua forma communi inter ſe, ſed in ordine; quia bonitas creata ordinatur ad bonitatem increatam; Hoc ergo ordinari ad aliud facit ſimilitudinem, & conuenientiam. Vnde bonitas creata dicitur ſimilis bonitati increatæ; & non econtra, quia nunquam determinatur ſimilitudo reſpectu alicuius deterioris, ſed reſpectu maioris, vel æqualis. Et tali modo creatura eſt ſimilis creatori; & homo Deo. Similitudo enim non dicit identitatem. Inſti. de nup. §. inter eas quoque. Imo nihil eſt idē cum eo, cui eſt ſimile. l. quod Nerua. ff. depoſ. Et aliquid dicitur ſimile alicuius, etiāſi in pluribus differat quā conueniat cum illo. ff. de annu. lega. l. in ſingulos. Dico igitur ad propoſitum noſtrū, quòd ideo creatura dicitur ſimilis creatori, quia eſt ordinabilis ei. Solum ergo eſt inter Deum, & hominem ſimilitudo in ordine, vel in habitudine vnius ad alterum, ſcilicet hominis ad Deum. Et ex hoc ſunt vnibiles non eo modo ſecundum Rich. quo elementa vniuntur in mixto; nec eo modo, quo nutrimentum vnitur nutritu; nec eo modo, quo materia, & forma vniuntur in compoſito: nec eo modo quo accedens vniūtur ſubiecto. Quia ad hoc quòd prædictis modis fiat vnio, requiritur mutatio, & operatio; necnon & poſſibilitas in quolibet extremo: Perſona autem filij Dei eſt actus purus; vnde nec mutari poteſt vllo modo. Ideo dicendū quod natura humana fuit ſibi vnita tāquā natura ſuppoſito, nō in eſſe per eā conſtituta ſicut ſuppoſitū creatum conſtituitur in eſſe per ſui naturam, ſed tanquā ſuppoſito conſtituto in eſſe per naturā diuinā: perſona enim filij Dei nō conſtituitur in eſſe per naturam humanam, cuius eſt ſuppoſitum ex tempore; ſed per naturam diuinam cuius eſt ſuppoſitum ab æterno. Talis aūt vnionis poſſibilitas multis valet rationibus comprobari, inter quas vna dicitur intimationis, alia ſimilationis, tertia vero attributionis. Prima ratio ſic concludit ſecudū prę-dictos doctores. Omne quod eſt alteri maxime intimū, & amabile, eſt ei vnibile vnione maxima: ſed Deus eſt animæ intimus, & amabiliſſimus; ergo ſubſtantiæ rationali perfecte vniri poteſt ſpiritus increatus. *Verus* enim *amor efficit vnum ex duobus*. vt inquit Tullius in lib. de amicitia. Vnde de duobus veris amicis inquit Ouidius 4. lib. de triſtibus. *Hi duo corporibus, mentibus vnus erant*. Et Philoſophus. 9. Ethic. c. 4 & . o. & in 2. li. magnorum

Duæ quæſt. tractatur in hac parte; Prima eſt an poſſibile fuerit naturam diuinā vniri cum humana vnitate ſuppoſiti.

Creatura dicitur ſimilis creatori quia eſt ordinabilis ad eum.

Probatur vnionis hypoſtaticæ poſſibilitas triplici ratione

Digitized by Google

gnorum moralium. c. 86. ait. quod *amicus eſt alter ipſe* Quod etiam inquit Tullius vbi ſupra, Diffiniuntur autem amicitia ſic. Amicitia eſt vnius ad alterum charitate coniunctio. vt no. in l. ſi fuerit. ff. de rerum diui. Vnde Diony. 4. de diuinis nominibus dicit. quod *amor eſt vis vnitiua amantis cum amato*. Et S. Bona. in 2. ſen. di. 39. in quæſtionibus circa litteram & di. 42. ar. 2. q. 2. inquit *Tanta eſt vis amoris, vt transformet amantem in amatum, & ideo potuit vnire Deum cum hominibus.* Secunda ratio ſic infertur Eorum eſt facilis vnio, quæ ad inuicem ſimilitudinem habent; quia in habentibus ſymbolum. i. ſimilitudinem facilior eſt tranſitus. vt ait Philoſophus. 2. Phyſi. & in 2. de generatione in c. de permixtione, & tranſmutatione elementorum, & no. in l. ſi rem. §. item ſi ff de rei. vendi. de quo per Albericum de Roſate in l. 1. ff. de iudi. Item omnia ſimilia coniunguntur. 3. de regi. prin. Sed homo creatus eſt ad Dei imaginem, & ſimilitudinem, vt dicitur Gen. 1 & in l. ſi vindicari. ff. de pœnis. & in l. ſi quis. C eo. 11. & 33. q 5. c. hæc imago & de pœ. di. 2. c. illa anima Ergo humana natura eſt vnibilis diuinæ aliquo modo in perſona.

Tertia ratio ſic probat. Quicquid non implicat contradictionem, vel imperfectionem, & dignitatem, eſt Deo attribuendum; ſed ipſum incarnari eſt huiuſmodi, ergo &c. Maior patet per Dionyſium in lib. de diuinis nominibus. Minor probatur. Nam diuinam naturam vniri humanæ in vnitate perſonæ, non eſt aliud quam diuinã perſonam, quæ ab æterno fuit hypoſtaſis reſpectu diuinæ naturæ, fieri hypoſtaſim reſpectu humanæ naturæ in tempore: hoc autem non dicit aliquam contradictionem, vel imperfectionem; ſed potius perfectionem, & dignitatem, ac nobilitatem. Sicut enim cum Deus ſit bonus ab æterno, nullam tamen patitur imperfectionẽ, vel indignitatem, ſi eſt cauſa bonitatis creatæ in tempore, quamuis bonitas creata longe ſit inferior bonitate increata: ſic cum perſona filij Dei ſit hypoſtaſis intellectualis, & ſpiritualis naturæ & increata ab æterno: in nullo derogatur ei ſi ſit hypoſtaſis naturæ creatæ ex tempore. Licet autem non valeamus de hac vnione adducere exempla in creatura, quæ ſint totaliter ſimilia. vt ait Aug. in epiſtola ad Voluſianum. Verum tamen de magis conuenientibus allegabimus. Primum eſt Alexan. de Ales, & Rich. vbi ſup. & B. Thomæ in 3. par. ſum. q. 2. ar. 1. & in 3 ſcripto. diſ 1. ar. 1. ſ de inſertione rami in trunco arboris. Nam ſicut ibi erat vnus ramus per naturã: & ponitur alius ram᷒ per inſertionem: ita in eadem perſona, in qua erat naturaliter diuina natura: per vnionem poſita eſt natura humana Et ſicut non ſunt plures arbores, ſed vna tantum: ita non ſunt ibi plures perſonæ ſed vna ſola. ſ. perſona diuina Chriſti Et ſicut in arbore inſerta ſunt plures fructus differentes ſpecie, & quando ramus vnius arboris inſeritur arbori diuerſæ ſpeciei: ita in vnitate perſonæ Chriſti ſunt aliæ proprietates conuenientes naturæ diuinæ: & aliæ conuenientes naturæ humanæ Et ſicut in vnione, quæ eſt per inſertionem vnum non eſt alterum: ſed ſit de hypoſtaſi alterius, vt quando pirum inſeritur pomo, fit vnũ ſuppoſitum, ſcilicet vna arbor: & natura pomi non eſt natura piri, nec econtra: ſed tamen vterq; fructus eſt de eſſe arboris: quod patet, quia hæc eſt vera, iſta arbor eſt pirus, & etiam hæc eſt vera. iſta arbor eſt pomus. Sic in ſimili eſt de coniunctione. & vnione diuinæ naturæ, & humanæ in Chriſto; ro quòd natura diuina non eſt humana, nec econtra. Sed natura diuina, & humana ſunt vnum ſuppoſitum commune in vtraque natura ſubſiſtens. Et hæc eſt vera: hic eſt homo, demonſtrato Chriſto & iterum hæc eſt vera hic eſt Deus, eodem demonſtrato. Nam vnio diuinæ naturæ, & humanæ in perſona Chriſti facit eum eſſe hominem, & Deum. Secundum exemplum, ſiue ſimilitudinem ponit Aug. in lib. de ſpiritu, & anima di. *Sicut vnitate perſonæ hominis anima vnitur corpori, vt homo ſit: ita in vnitate perſonæ Chriſti Deus vnitur homini, & Chriſtus ſit.* Quod autẽ iſta vnio, & incarnatio filij Dei potuerit fieri in virgine ſeruata eius virginitate probari multipliciter poteſt, ſed breuitatis cauſa ſolummodo duplici ratione probabimus. Primo ratione cauſationis. Fundamentum cuius ponit autor in lib. de cauſis. di. *Omnis prima cauſa magis, & prius influit in ſuum effectum, quam ſecundaria.* Cum igitur omne prius poſſit eſſe ſine ſuo poſteriori: & Deus homines produci faciat mediante ſemine, ergo etiam ſine illo poteſt hominem producere. Si enim ſol virtute ſua generari facit ranam, vel muſcam, non concurrente ad generationẽ aliqua rana, vel muſca; ſed ſolum ex limo, vel luto, multo magis Deus potuit ſua virtute infinita hominem producere non concurrente ſemine virili: ſed ſolum ex puriſſimis ſanguinibus virginis benedictæ. Secunda ratio dicitur conditionis: nam quando legiſlator ſtatuit aliquid cum conditione, per hoc intelligitur quod poteſt euenire oppoſitum illius ſine tali conditione, vt cum dicit. Si quis occiderit proximum per induſtriam; innuit quòd aliquis poteſt occidere proximum non data opera. Similiter ſi dicatur Si veneris ad me dabo tibi denarium

Exemplaillim vnionis.

Altera quæſtio an hæc vnio & incarnatio filij Dei potuerit fieri in virgine.

Digitized by Google

natium;innuitur quòd ille poteſt non venire, & ſic non recipere denarium. Cum ergo lex dicat Leuit.12. *Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit maſculum; immunda erit* &c. per hoc innuit, quòd mulier aliquando conceptura, & paritura ſine virili ſemine, vel ſaltem quod parere poterat.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis, De neceſſitate Incarnationis filij Dei.

SI quæratur, vtrum ad reparationem humanæ naturæ lapſę fuerit neceſſaria incarnatio filij Dei. Pro meliori declaratione præſupponendum eſt, quod peccato primorum parentum tota natura humana eſt infecta, & peccato obligata, & conſequenter æternę damnationi: quia tunc erat tota in ipſis primis parentibus peccantibus, vt declarat Alex. de Ales in ſecũda par. ſum. in tract. de peccato originali. q. 1. & in 3. parte ſummæ. in tract. de incarnatione Chriſti, & ſanctus Bona. in 2. diſt. 31. Et hoc probatur auctoritate Apoſtoli ad Rom. 5. dicentis. *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors; in quo omnes peccauerunt*: tranſſum ptiue in c. placuit vt quicunque paruulos. de conſe. di. 4. Item præſupponendum eſt quod huius caſus neceſſaria fuit reparatio ſecundum Alex. vbi ſupra, & Anſel. in lib. *Cur Deus homo* &c. Bona. & Rich. in 3. diſt. 20. ar. 1 q. 1. Quod ſic probatur. *Deus, & natura nihil agunt fruſtra.* 1. Phyſ. 3. de anima. & 1. de cęlo, & mundo, & no. in l. quibus idem ff. de verbo. obli. Sed *Deus creauit hominem ad conſequendam beatitudinem*, vt ait Aug. in li. enchiridio: & ponit magiſter in 2. ſententiarum. di. 1. vbi dicit. *Fecit Deus rationalem creaturam, vt ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, poſſidendo frueretur*. Cum ergo per peccatum fuerit humana natura deuiata à Deo fine ſuo; & per conſequens à beatitudine, ita vt ad nihilũ rediret: ſequitur quòd ſi Deus eam non reparaſſet, minime ſuum finem, ad quem creauit eam Deus, conſecuta eſſet: & per conſequens ſapientia diuina diceretur defectiua fuiſſe creando hominem ad finem, quem nunquam conſequi deberet. Hoc autem eſt inconueniens in Deo ponere. Vnde Anſel. in li. *Cur Deus homo* inquit. *Non decet ſummam firmitatem, & firmiſſimam ſtabilitatem ſuum firmum propoſitum infirmari nec decet ſummam bonitatem permittere nobiliſſimas creaturas fraudari ſuo fine*. Hæc ille. Ergo neceſſaria fuit reparatio hominis lapſi. Dum autem quæritur, Vtrum ad hanc reparationem neceſſaria fuit incarnatio filij Dei? Reſpondetur ſecundum Alexan. de Ales, vbi ſupra, & Thom. in 3. parte ſummæ. q. 1. ar. 2. quòd aliquid ad finem aliquem dicitur eſſe neceſſarium duobus modis. Primo ſine quo finis haberi non poteſt, ſicut cibus eſt neceſſarius ad conſeruationem vitæ humanæ illud autem dicitur proprie neceſſarium, quod ſi non fieret, res periret, vel deterior fieret. l. impenſæ. ff. de ver. ſig. & ſic non fuit neceſſaria incarnatio filij Dei ad reſtaurationem humani generis: quia Deus per ſuam omnipotentem virtutem, poterat naturam humanam multis alijs modis reparare. Secundo modo dicitur aliquid neceſſarium ad finem aliquem: per quod videlicet melius, & conuenientius peruenitur ad ipſum finem, ſicut equus neceſſarius dicitur ad iter. Neceſſarium enim quandoque exponitur, id eſt conueniens. 77. di. c. credo vos fratres. & ibi Archid. & neceſſitas. i. congruitas vt in auth. de trien. & ſemiſ. circa prin. Item aliquando exponitur neceſſitas. i. commoditas, vel honeſtas. 2. q. 4. c. 1. in vltima glo. Aliquando etiam exponitur neceſſario. i. vtiliter. vt in 1. conſti. codi. in prin. & neceſſarium. i. vtile. ff. ſolu. matri. l. 1. & no. Inſti. de acti. § alie. Item neceſſariũ exponitur quandoque. i. vtile, & expediẽs; probatur per glo. in Cle. 1. de procu. & ff. de offi. præ ſe. præ. l. 1. & ff. de ope. no. num l. de pupillo §. meminiſſe. Et his omnibus modis fuit neceſſarium filium Dei incarnari, & pati ad humanæ naturæ reparationem: quia iſte modus fuit melior, vtilior, conuenientior: & magis expediens quam aliquis alius. Vnde Auguſt. in 13. li. de Trini. & ponit magiſter in 3. ſenten. di. 20. dicens *Si quæratur vtrum alio modo potuerit Deus reparare humanum genus, quam per mortem filij ſui. Dicimus & alium modum et fuiſſe poſſibilem, cuius poteſtati cuncta ſubiacent, ſed noſtræ miſeriæ ſanandæ conuenientiorem nullum fuiſſe, nec oportuiſſe*. hæc ille. Et hoc, quia nullus alius ita ſatisfaciebat diuinæ iuſtitiæ. Et hoc probatur ſic. Deus ab æterno ordinauit hominem ad beatitudinem: vt patet ex prædictis; & habetur etiam à Theologis in 4. di. 49 & per Tho 1. 2. q. 3 ar. 8. Sed ipſe per peccatum tranſgrediendo mãdatum Dei æternam damnationem promeruit: Aut ergo Deus debuit eum beatificare ſtante eo in peccato, & non faciẽte pœnitentiam de crimine perpetrato: aut non. Non eſt dicendum, quòd ſic; quia tunc Deus fuiſſet iniuſtus, quia *iniuſtitia eſt ſaluare peccatorem*, vt dicit Aug. in l. de ſpiritu, & anima. tranſſumptiue in 1. ſen. di. 42. c. 4. Item

Digitized by Google

alteri non dabo. & ideo debuit eſſe incarnari, & humanum genus redimere: ne gloria ſua daretur alteri ratione redemptionis. Præterea quod nec Angelus, nec alia pura creatura potuerit hominem reparare probatur: Quia. vt ait Aug. ſuper Ioan. *Maius eſt de impio facere iuſtum, quam creare cælum, & terram.* Sed per lapſum humani generis omnes ceciderunt in impietatem: ergo ad hoc quòd de impijs fierent pij, & iuſti neceſſaria fuit maior actio, quàm fuerit creatio cæli & terræ. Hæc autẽ non poteſt inueniri niſi in creatore omnium omnipotente: ergo, &c. Item ſecundum Anſel. in li. *Cur Deus homo.* cap. 20 *pœna debuit correſpondere delicto.* quia pro menſura delicti debet eſſe & plagarum modus. Deut. 25. & l. reſpiciendum. ff. de pœnis. & l. Redius. §. 1. ff. de incen. rui. & nau. l. 1. §. ſed & qui porcum ff. de abige. Sed peccatum hominis fuit infinitum, non ratione actus, ſed quia naturam humanam priuauit bono infinito. Item quia rem in potentia infinitam corrupit, quia ſi Deo placeret, indiuidua humanæ naturæ multiplicari poſſent ſine fine. Item hæc offenſa dicitur infinita ratione Dei offenſi, qui eſt infinitæ virtutis. iuxta illud Pſalm. 47. *Magnus Dominus & laudabilis nimis. & magnitudinis eius non eſt finis.* Tanta enim eſt iniuria, quanta eſt perſona offenſa §. atrox. Inſti. de iniu. & no. in c. cum illorum. de ſen. exc. Cum igitur omnes Angeli, & homines, ac ceteræ creaturæ ſint potentiæ finitæ; non potuerunt facere iſtam emendam, & ſatisfactionem infinitam: quia *vnumquodque ſicut ſe habet ad entitatem, ita ſe habet ad operationem*, vt ait Commendator. 9. Metaphyſicæ. Item quia impoſſibile eſt à potentia finita infinita pertranſire. 1. Poſter. Finiti enim ad infinitum nulla eſt proportio 3 & 8. Phyſic. 1. de cæ. & mun. & 1. Meta. Et ideo Anſel. in li. *Cur Deus homo.* c. 6. inquit. *Illam emendam facere non potuit, niſi ille, qui eſſet Deus, & homo; Deus qui poſſet, homo qui deberet.* Ex quibus claret, quòd neceſſe fuit vt vniretur Deus, & homo vnione perſonali; quæ apud Doctores incarnatio nominatur, vt ex tali vnione conſurgeret vna perſona quæ ſatisfacere poſſet ſecundum diuinitatem: & in natura humana debitricè pœnas tolleraret. Et iſta fuit perſona Chriſti. Et hoc confirmat auctoritate Aug. in li. *Cur. quando & quomodo Deus.* c. 6. dicentis. *Ad hæc valuit naturarum diuerſitas, & perſonæ vnitas in Chriſto & humano generi neceſſaria fuit vt quod non poſſet humanitas, diuina faceret natura: & ſi quid non conueniret naturæ diuinæ humana exhiberet: & non alius, atque alius, ſed idem ipſe eſſet: qui ex vtroque perfecte exiſtens per humanam, quod ipſa debebat, & per diuinam poſſet quod ex pediebat:* hæc ille. Et hæc eſt cauſa, quare homo nunc poſſit Deo ſatisfacere pro peccatis mortalibus, quamuis infinita dicatur eorum offenſa rationibus prædictis. quia hoc agit in virtute paſſionis Chriſti, quæ fuit meriti infiniti.

PARS TERTIA HVIVS ſermonis: De cauſa Incarnationis filij Dei.

PRo expeditione huius partis quæritur; quare potius perſona filij quam patris, vel ſpiritus ſancti fuit incarnata, cum etiam aliæ perſonæ diuinæ potuerint incarnari, vt declarat Magiſter in 3. ſen. di. 1. Ad quam dubitationem reſpondet Alex. de Ales in 3. parte ſum. in tract. de conuenientia incarnationis. Et beatus Thomas in 3. ſcripto. diſt. 1. art. 2. & in 3. parte ſummæ q. 3. ar. 8. Et ſanctus Bonauen. in 3. di. 1. ar. 2. q. 3 & Alexander Lombardus ibidem. & Richar. in eadem di. ar. 2. q 3. dicentes, quòd hoc conueniens fuit multis rationibus: Quarum vnam aſſignat Hugo de ſancto Victore in lib. de ſpirituali clamore dicens. *Congruentiſſimum fuit ratione mediationis, vt filius ad incarnationẽ mitteretur magis, quam pater vel ſpiritus ſanctus. Decebat enim vt qui erat medius, eſſet etiam mediator.* hæc ille. Et ad hoc oſtendendum Chriſtus voluit in omnibus tenere medium. Natus enim eſt media nocte, vt prædictũ fuerat Sap. 18. Et poſitus fuit in medio animalium. Luc. 2. ſicut prædictum fuerat Abachuc. 2. Iuuentus etiam fuit in medio doctorum Luc. 2. Et tranſiens per medium illorum ibat. Luc. 4. Et erat in medio diſcipulorum, ſicut qui miniſtrat Mat. 20. & Lucæ 22. In medio etiam mundi crucifixus eſt Pſalm. 73. dicente. *Operatus eſt ſalutem in medio terræ* Et in medio latronum occiſus eſt. Ioan. 19. ſicut prædictum fuerat Eſa. 53. Item poſt reſurrectionem ſuam in medio diſcipulorum apparuit Luc. 24. & Ioan. 20. Et ideo etiam in incarnatione ſe verum eſſe mediatorem oſtendit. Notandum eſt autem quòd de ratione medij ſunt iſta tria ſcilicet vnire, diſtare, & innoteſcere.

Primum ſcilicet vnire fecit Chriſtus. Aſſumpſit enim humanam naturam in vnitate diuinæ perſonæ, qua fecit vtraque vnum. ad Ephe. 2. *Mundum reconcilians ſibi, & Deo patri* 1. ad Cor. 5. & hoc in quantum dedit ſemetipſum pro omnibus in redemptionem 1. ad Ti. 2. Vnde Greg. in 20. moral. ait *Venit mediator Dei, & hominum Chriſtus Ieſus, vt quia per ... noſtra diſtabiamus à ſummis, ...*

ret ibus

Et vt inquit Speculator in tit. de aduocato. § 6. *Verba ideo ſunt inſtituta, vt per ea quis in alterius notitiam ſuã intentionem proferat.* Sic non potuit congruentius Deitatis fieri reuelatio, & intentionis diuinæ manifeſtatio, quam vt verbum ſuum copularetur carni, ſicut noſtrum voci, per quam nobis Deitatis notitia donaretur. Sicut enim diſcipulus inſtruitur, & perficitur per hoc, quòd recipit verbum magiſtri; ſic humana natura perficitur ex hoc quod vnitur verbo Dei, quo omnis ſapientia, & perfectio deriuatur. Vnde Eccleſiaſtici 1 dicitur *Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis.* Aliam rationem ponit Magiſter in 3 diſt. 1 vbi recitat Auguſt. dicentem *Non pater vel ſpiritus ſanctus carnem induit: ne alius eſſet filius in diuinitate, & alius in humanitate. Et ne idem eſſet pater & filius ſi Deus pater de homine naſceretur. Dei igitur filius hominis filius factus eſt, vt eſſet verus Deus, & verus homo vnus filius.* hæc ille. Dicit quoque idem Augu. in li. de Trinitate. quod *Dei filius non quæſiuit niſi matrem in terris: quia iam habebat patrem in cælis.* Et in lib. *Cur Deus homo.* iterum inquit: *Si quis quærat de illa ſumma, ſempiternaq; Trinitate, cur potius filij perſona debuit incarnari quàm patris, & ſpiritus ſancti: reſpondebimus Quoniam ſi qualibet alia perſona incarnaretur, eſſent duo filij in Trinitate, filius ſcilicet Dei, & filius virginis, & ſic fieret in perſonis, quæ ſemper æquales eſſe debent ſecundum dignitatem, inæqualitas natiuitatum. Digniorem namque natiuitatẽ haberet natus ex Deo quam natus ex virgine.* hæc ille. Præterea Dei ſapientia & virtus attribuitur filio, dicente Apoſtolo, 1. ad Corint. 1 *Nos autem prædicamus Chriſtũ Dei virtutem, & ſapientiam.* Et ideo ſicut per diabolicam malitiam, & verſutam aſtutiam eſt ſeductus homo, & in ſeruitutem redactus, ita decebat vt per Dei ſapientiam à ſeductore liberaretur, & in priſtinam libertatem deduceretur. Peruerſorum enim malignitatibus eſt obuiandum ab eo qui poteſt c. paſtoralis §. fi. de offi. dele. Item congruum fuit vt per ipſum Dei filium, qui eſt virtus & brachium patris, hoſtis ipſe Dei diabolus debellaretur, & vinceretur. iuxta illud Lucæ 1 *Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.* Item fuit conueniens, vt per obedientiam redemptoris fieret humana redemptio, ſicut per inobedientiam primi hominis fuit facta præuaricatio. Vnde Apoſtolus ad Roman. 5 ait. *Sicut per vnius hominis inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi; ita & per vnius obedientiam iuſti conſtituuntur multi.* Et ratio congruitatis patet, quia contraria contrariis curantur. Ethic. & c. cum ex iniuncto de hæret. & de conſecra. diſt. 2 c. ego Berengarius. & no. in l. 1 ff. pro derelicto. & per glo. in Clem. cupientes de pœ. de quo etiam habetur in c. effectu 26 q. 7. & de pœ. di. 2. c. ſi quis ſemel. Sed nullam perſonam ſic decebat exhibere obedientiam ſicut filium patri; obedientiam enim patri ſeruare tenetur quilibet bonus filius. vt declarat Alexan. de Ales in 3. parte ſummæ. in tractatu de quarto præcepto decalogi. quod qualiter intelligatur. vide g. o. in l. liber homo. la. 2. ff. ad le. Aqui. Ergo ipſe filius Dei potius debuit incarnari, vt obedientiam ſuo patri exhiberet, per quam hominẽ inobedientem ſaluaret. Item iſte mediator, & redemptor tanquam verus Pontifex pro hominibus deputatus debebat pro humano genere ſupplicare, & orare, vt probatur per Apoſtolum Hebræ 5. Sed congruentius fuit filium orare patrem quam econtra. ergo ij ſum potius decuit incarnari. Vnde Anſelm. libr. 2 *Cur Deus homo* inquit. *Congruentius ſonat filium ſupplicare patri, quam aliam perſonam* Præterea Dei incarnatio facta eſt vt miſericordia diuina oſtenderetur. Maior autem miſericordia oſtenditur, quando ille incarnatur qui principaliter offenſus eſt. Quia vero homo peccando appetiit ſapientiam, quæ attribuitur filio in diuinis, & peccauit contra eam. Et ideo ad maiorem demonſtrationem diuinæ clementiæ, congruum fuit, vt ipſa Dei ſapientia offenſa incarnaretur, & pro peccato contra ſe cõmiſſo ſatisfaceret. Et propter hoc Sanctus Bonauentura in 3. ſententiarum d. ſtin. 1. introducit filium Dei patri ſuo dicentem illud Ionæ 1 *Propter me manet hæc tempeſtas, proijce me in mare,* id eſt, in vtero virginis; quæ vt in 3. parte principali huius operis dictum eſt; appellatur mare. Nos vero hic poſſumus contemplari, quod facta determinatione à ſanctiſſima Trinitate de incarnatione verbi æterni diuina reuelatione, ſiue Angelica annunciatione intimatum eſt primo parenti noſtro Domino Adam, qui redemptionem ſuã, & poſteritatis ſuæ ex culpa ſua damnatæ totis affectibus expectabat; quòd ſi aliquam dignam muliere m diuino conſpectui præſentaret, ex ea deſitatus cunctis gentibus carnem aſſumeret. Et cũ non aliam reperiret, obtulit beatiſſ. Virginẽ Mariam; De qua tunc Deus &c. Tunc Deus pater dixit filio, & ſpiritui S. Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit ante cõſpectum noſtrum ſicut virgula fumi ex aromatib. myrrhæ, & thuris: & vniuerſi pulueris pigmentarii? Vere ſpecie ſua, & pulchritudine meũ attrahit animum, vt concupiſcam decorẽ ſuum.

Digitized by Google

Filius vero patri inquit Si placet æternę Maieſtati veſtræ, deſcendam in hortum vteri huius ſacratiſſimæ virginis, vt colligam lilia ſuæ nitidiſſimæ puritatis. Nam ipſa eſt hortus concluſus, fons ſignatus, cuius emiſſiones paradiſus, locus voluptatis, in quo ſunt conſita vniuerſa florum genera, & odoramenta virtutum. Spiritus autem ſanctus dixit. Nonne vides quanto charitatis ardore mens huius ſacratiſſimę virginis ſit repleta, quantaque in tanta virtutum omnium plenitudine ſit humilitate decorata? Quia ergo ſicut prophetatum eſt Eſai 66. *Super humilem debeo quieſcere*: replebo huius puriſſimæ & humillimæ virginis tam carnem, quam mentem; & erit requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Reſpondit autem Pater æternus illud Sap. 8. *Hanc amaui, & exquiſiui, & propoſui mihi ſponſam accipere, & amator factus ſum formæ illius*: Vnigenitus meus ſit vnigenitus eius, & Spiritus ſanctus ſit habitator in ea fœcundus; procedat ergo noſtræ nuncius Maieſtatis, & roboret animum virginis ipſam ſublimando nouo ſalutationis munere: Vocetur ergo Gabriel, & ipſe tanti myſterij nuncius exiſtat. Tunc dixit illi. Vides Gabriel illam virginem, cuius ſuauiſſimus odor coram nobis fragrat? Vides puellam illam omnium virtutum pulchritudine rutilantē? Vides paradiſum voluptatis quem plantauimus à principio? Vides fontem pietatis quo irrigatur vniuerſa terra? Vides ſacrarium mentis ſuæ, diuinitatis noſtræ habitaculum gratioſum? Currite igitur cito, & nunciate illi, noſtrum placitum, nūciate Trinitatis conſilium. Dixitque ſibi pater. Accipe hanc litteram, & da illi ex parte mea. Dixitq; filius. Cum iſta virgo ſit de ſua virginitate valde tenera, ſum certus quod lectis litteris patris ex admiratione ſtupebit, & turbabitur. Et ideo da ſibi iſtas literas nomine meo. Dixitque Spirit. S. Sum certus quod diſpoſuit virginitatem perpetuam ſeruare, & concipi non poteſt naturaliter abſque virginitatis violatione: Dubitabit ergo ſatis, qualiter poterit hoc eſſe, & ideo da illi iſtam aliam litteram nomine meo. *Miſſus eſt ergo Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilea*, &c. Et no. quod vt dicit Fran. de Mayro. in tractatu ſuper *Miſſus eſt*: ſuper iſto verbo Gabriel, quod angelus apparuit virgini in humana effigie, & viſibili: alegans Chryſoſto. ſuper Matth. Hoc idem dicit Rich. in 3 di 3. ar. 2. q. 4. Pergensque angelus Gabriel iuxta diuinum mandatum in ciuitatem Galileæ ingreſſus ad beatam virginem maxima cum reuerentia, eaque ſalutans ſibi aſſignauit litteram Dei patris: quam inueniens ſociatam trib. nobiliſſimis puellis inter alias, q[illegible] prima prudentia vocatur, ſecunda virginitas, tertia vero humilitas. Accipiensque beata virgo litteras æterni patris cū maximo timore eas aperuit, & inuenitque ſcriptum. *Aue gratia plena*, &c. Tunc B. virgo videns nouitatem huius Annunciationis, conſuluit primam puellam, ſcilicet prudentiam, quid ſibi ſuper hoc videretur. Quæ reſpondit, quod nō ita cito, & de facili ſuū præberet aſſenſum, nec iſti condeſcenderet: ſed bene cogitaret ſuper his. Quia ſcriptum eſt, quod in rebus arduis maturè, & cum maxima deliberatione eſt procedendum, iuxta notata in l. 1. ff. de Carbo edic & in l prolata. C. de ſenten & interlo omnium iudi Et hoc eſt quod dicitur. *Quæ cum audiſſet, turbata eſt*, &c. Tunc Gabriel videns eam turbatam, dedit & aſſignauit ſibi ſecūdam litteram ex parte filij Dei, quam ſuſcipiens cum reuerentia inuenit. *Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam*, &c. Tunc cōſuluit ſecundam: ſcilicet virginitatem dicens ſibi; O ſocia mea chariſſima, ſcis quod te indiſſolubili dilectionis vinculo amplexata ſum & de hoc votū feci Domino. Quid igitur tibi ſuper hoc agendum videtur? Quæ reſpondit, quod peteret de modo. Et ideo dixit *Quomodo fiet iſtud quoniā virum non cognoſco*: id eſt non cognoſcere propoſui. ac ſi aperte diceret: Cum ſecundum viam naturæ impoſſibile ſit fœminam concipere abſque ſuæ integritatis violatione: egoque firmiter propoſuerim meæ integritatis virginitatem ſeruare illibatam, quomodo ergo fieri iſtud, quod tu dicis? Tunc dedit illi tertiam litteram, quæ mittebatur a Spiritu ſancto, quam aperiens inuenit. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te* &c q d. quod virtute ſpiritus ſancti ſupplebitur, quod virtute ſeminis virilis actiuam vim habentis ſit in conceptione prolis Tunc Beata virgo tertiam conſuluit domicellam, ſcilicet humilitatem, quę reſpondit illud Augu in ſermone de natiuitate Virginis *O B. Maria ſeculum omne captiuum tuū deprecatur aſſenſum, te domina mundus ſuæ fidei obſidem fecit, noli morari virgo, nuncio feſtinanter reſpon verbum, & ſuſcipe filium: da fidē et ſenti virtutem. reſponde verbū benedicta virgo quod optant ſuperiores, id eſt, Angeli: quod optant inferiores i. patres incluſi: quod deſiderant poſteriores ſcilicet filij per tuū filium redimendi: quod appetunt exteriores, id eſt, appetitus creaturæ in te conſummandi. Non tamen propter hoc te extollas virgo glorioſa. quia hoc potius diuinæ benignitatis eſt quam tuarum meritorum.*

Tunc beata virgo cum profundiſſima humi-

litate

Digitized by Google

In aſſenſu virg. facta ſunt quatuor miranda in eius vtero

litate genibus flexis, manibus mentis pariter & corporis eleuatis dixit *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Moxque perfectis verbis & dato aſſenſu dictis angelicis, beata virgine, in eius vtero ſacratiſſimo quatuor miranda fuerunt facta, vt poteſt trahi ex dictis Grego. ſuper illud Cant. 2. *Ecce iſte venit ſaliens* Et ex dictis Fran. de May ſuper hoc verbo *ancilla*. Primum fuit corporis Chriſti de puris ſanguinibus virginis conceptio & formatio. Non enim ſucceſſiue formatum eſt corpus illud ſanctiſſimum ſicut cætera corpora humana: ſed in inſtanti totum. Secundũ fuit animæ Chriſti de nihilo creatio in eodem inſtanti quo corpus fuit formatum. Tertium fuit animæ ad corpus vnio ſiue infuſio. Non enim completis 40. diebus anima Chriſti fuit infuſa ſuo corpori, ſicut in cæteris fit: ſed in eodem inſtanti quo corpus fuit formatũ. Quartum fuit humanitatis noſtræ à diuinitate aſſumptio: formato enim corpore & animato diuinitas in eodem inſtanti aſſumpſit humanam naturam. Vnde Rich noſter in 3. di. 2. ar 2. qu. 4. dicit, *quod in eodem inſtanti fuerunt corporis conceptio, & carnis, & animæ vnio: & in ipſorum coniunctione humanæ naturæ conſtitutio: & carnis, & animæ, & humanæ naturæ aſſumptio ad vnitatem perſonæ filij Dei, fuerunt enim facta prædicta per virtutem ſpiritus ſancti, qui infinitate ſuæ virtutis potuit ea facere in inſtanti. Sicut enim carnem potuit formare ſine virili ſemine, quod non potuiſſet virtus creata: ita potuit eam in inſtanti formare: quamuis caro pura formari non poſſit niſi in tempore virtute creata & quamuis inter prædicta non fuerit prius, & poſterius ſecundum tempus: fuit tamen ibi prius & poſterius ordine naturæ. Secundum enim Phil in prædicamentis, illud eſt prius natura altero, quod eſt cauſa ipſius, vel præſupponitur ab eo. Et ſic fuit prius carnis conceptio, quam animæ creatio, quia præſupponitur ab ea. Et eadem ratione eſt prius animæ creatio, quam eius ad carnem vnio: & vnio carnis & animæ, quam naturæ humanæ conſtitutio: & conſtitutio humanæ naturæ, quam eius aſſumptio ad vnitatem diuinæ perſonæ. Nec tamen intelligendum eſt, quod conſtitutio illius naturæ humanæ prius terminata fuerit ad aliquam actualem ſui exiſtentiam in ſeipſa quam in verbo; quia nunquam nec in tempore, nec in inſtanti actu fuit exiſtens in ſeipſa: aliàs enim non vere poſſet dici filium Dei fuiſſe conceptum in virgine, quod falſum eſt.* hæc ille egregius doctor Richar. Patet igitur quanti meriti fuit hoc humillimum verbum Mariæ virginis, ſcilicet: *Ecce ancilla* & cæt. Quia tunc *verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* vt dicitur Ioan. 1 De qua beatæ virginis humilitate Hieronym. dicit. *O vere beata humilitas Mariæ, quæ Deum hominibus peperit: vitam mortalibus edidit: cælos innouauit. paradiſum aperuit: mundum purgauit: & hominum animas ab inferis liberauit.* Hæc ille. Cuius meritis nos ab omni malo liberare dignetur benedictus eius filius: Amen.

DE EADEM BEATAE VIRginis

ANNVNCIATIONE, & Chriſti conceptione.

SERMO SECVNDVS.

In quo de differentia Chriſti Concep. & noſtræ; de congruitate Chriſti Incarnationis ex fœmina, de iucunditate annunciationis, & eius tempore tractatur.

ECCE *virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Eſa. 7 Vt inquit Chryſoſtom. ſuper Matth *Iudæi non dicunt, ecce virgo concipiet, ſed ecce puella;* Sed ſi puella idem eſt quod virgo, nihil à nobis diuerſum ſentiunt: ſi vero intelligunt per verba prædicta, quod puella communi lege coniugij eſſet paritura; iam non eſſet ſignum, quia ſignum debet excedere omnem ordinem rerum: vt enim ait Auguſtin in quodam ſermon. *Ea ſunt Dei mirabilia, quæ ſunt hominibus impoſſibilia.* Quod autem hæc conceptio deberet eſſe mirabilis, patet ex immediate præcedentibus: vbi ait propheta. *Propter hoc dabit ipſe Dominus vobis ſignum. Ecce virgo concipiet,* &c. Fuit ergo mirabile ſignum, quod virgo concepit, & virginitatis pudorem non amitit. Propter tale ſignum dicitur Eccleſiaſtici 26. *In-*

Digitized by Google

noua ſigna, immuta mirabilia. Et Bernar. in quodam ſermon. ait. *O noua miracula, & ſigna mirabilia conceptus fuit ſine pudore; partus ſine dolore; puer qui naſcitur Deus eſt, mater de qua naſcitur virgo eſt:* hæc ille. Ideo bene dicitur in verbis propoſitis: *& vocabitur nomen eius Emanuel,* id eſt nobiſcum Deus. Quod exponit Hugo de ſancto Vic. di. *Deus nobiſcũ eſt quatuor modis, ſcilicet per pœnitentiam; per participationem humanitatis; per vinculum charitatis, & per patrocinium veritatis.* In primo mala noſtra cognoſcit, in ſecundo expertus eſt, in tertio compatitur, in quarto aufert. Bernar. autem dicit. *Triplex erat humanæ generationis indigentia, ſcilicet conſilij, auxilij, & præſidij. Nam faciles ſumus ad ſeducendum, debiles ad operandum, & fragiles ad reſiſtendum. Si diſcernere volumus inter bonum, & malum, decipimur, ſi tentamus facere bonum, deficimus; ſi conamur reſiſtere malo, deijcimur. Propterea neceſſaria fuit Saluatoris præſentia, vt ſit nobiſcum Deus, qui in nobis per fidem habitans cæcitatem noſtram illuminet: et nobiſcum manens infirmitatem adiuuet, & pro nobis ſtans, fragilitatem noſtram protegat & propugnet.* De his quoque mirabilibus conceptionis & natiuitatis Chriſti de virgine, ait Auguſt. in li. de ſimbolo di. *Parit mater, & virgo eſt facta, & intacta eſt: factor omnium fit inter omnia: portatur manibus rector terræ orbis: ábit vbera regens ſydera, tacet, & verbum eſt.* Hæc autem conceptio Chriſti in vtero virginali facta fuit 8. Kalend. Aprilis & eodem die reuolutis 33. annis paſſus fuit; ſicut dicit Auguſt. Chryſoſtom. & Bernar. Ratio autem quare Chriſtus concipi voluit in Vere, eſt, quia illo tempore primi parentes peccauerunt: in quo etiam creati ſunt ſecundum ſententiam Iſidori in 4. ety. & Alexand. de Ales in 2 parte ſum. de quo ſufficienter tractatur in 1. par. Roſarij ſermonum ſermon. 4. parte 1. Sicut enim voluit pati in vere, vt oſtenderet ſe pati pro peccato ipſorum primorum parentum: ita etiam voluit illo tẽpore incarnari, & in virginali vtero concipi. De qua conceptione virgini annunciata quatuor conſiderationes faciemus.

Deus eſt nobiſcum quatuor modis.

Prima dicetur diuerſitatis.
Secunda congruitatis.
Tertia iucunditatis.
Quarta, & vltima temporalitatis.

PARS PRIMA HVIVS ſermonis, de diuerſitate inter conceptionem Chriſti, & noſtram.

Magna profecto, & multiplex fuit diuerſitas inter conceptionem noſtram, & conceptionem Chriſti ex virgine.

Primo namque conceptio noſtra fuit immunda: conceptio autem Chriſti mundiſſima, puriſſima, & ſanctiſſima. vnde dicit Angelus B. Virgini Luc. 1. *Quod ex te naſcetur ſanctum vocabitur filius Dei.* Nos enim cum peccato concipimur, & cum peccato naſcimur: Chriſtus autem fuit ſine peccato conceptus, & natus. & quia eius conceptio fuit munda: ideo mundauit noſtram immundam conceptionem, iuxta illud Iob. 13. *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine; nonne tu qui ſolus es?*

Secundo conceptio noſtra fuit ex commixtione ſeminis vtriuſq; parentis. conceptio autem Chriſti facta eſt ex puriſſimis ſanguinibus virginis, non ex virili ſemine: ſed Spiritus ſancti operatione & virtute. Ideo dixit Angelus Beatæ Virgini vt habetur Luc. 1. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te:* Spiritus enim ſanctus in Mariam ſuperuenit, vt daret matri ſanctificationis gratiam, & vt daret fœminæ potentiam diuinitatis receptiuam, vt daret virgini potentiam generatiuam. Tria enim videbantur impoſſibilia, ſcilicet quod mater aliqua ſine peccato ſaltẽ veniali pareret: & quod fœmina Deum conciperet: & quod virgo generaret. Spiritus autem ſanctus in ea ſuperueniens dedit ei ſanctitatem vt ſine peccato pareret. iuxta illud Pſalm. 45. *Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.* Deditque potentiam diuinitatis receptiuam vt Deum conciperet. Vnde dicitur Apoc. 12. *Mulier amicta Sole:* tunc enim Sole amicta fuit, quando Deum ſuo in vtero concepit. Dedit quoque virgini potentiam generatiuam, vt manens virgo generare poſſet ſicut dicũt verba Thematis noſtri. Vnde Hugo de ſancto Vic. exponens illud Matth. *Quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt,* ait. *Non quod de Spiritus ſancti ſubſtantia ſemen partus acceperit: ſed quia per amorem, & cooperationem Spiritus ſancti ex carne virginis diuino partui natura ſubſtantiam miniſtrauit. Quia enim in corde virginis amor ipſius Spiritus ſancti ſingulariter ardebat: Ideo Spiritus ſanctus in eius carne mirabilia faciebat, & cuius dilectio in*

Digitized by Google

ctio in eius corde non ſuſcepit ſocium eius operatio, in eiuſdem carne non habuit exemplum. hæc ille.

3. differen. Tertio noſtra conceptio non ſtatim perficit, ſed paulatim conceptum corpus organizatur, vt declaratum eſt in 1 parte huius operis, Sermo. primo, parte 2. Non ſic autem fuit conceptio Chriſti; quia ſtatim poſt conſenſum virginis corpus eius organizatum, & animatum fuit, vt ſup. patuit ſermone præcedenti. licet ita paruum eſſet, vt lineamenta eius vix diſcerni poſſent: ſed poſtea in magnitudine creuit. Vnde ſuper illud Ioan. 2. *Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum.* ait Auguſtin. *Hic numerus perfectioni dominici corporis congruit: quia vt dicunt phyſici, tot diebus forma humani corporis perficitur.* Nõ igitur fuit Dominus in inſtanti ſuæ conceptionis perfectus corporali magnitudine, ſed gratia & virtute.

4. differen. Quartò noſtra conceptio eſt naturalis, conceptio aũt Chriſti fuit mirabilis & inueſtigabilis: fuit n. incarnationis huius myſteriũ omniũ nouorũ nouiſſimũ, iuxta illud Hiere. 31. *Nouum faciet Dominus ſuper terrã: fœmina circũdabit virũ:* fuit enim ſupra facultatem naturæ, rationis, & mentis humanæ. Vnde Hiero ad Euſto inquit: *Quod natura non habuit, vſus neſciuit: ignorauit ratio, mens non capit humana: pauet cælum; ſtupet terra; creatura omnis etiam cæleſtis miratur: hoc totum per Gabrielem Mariæ diuinitus nunciatur.* Qualiter autem iſta conceptio fuit mirabilis, oſtendit Ber. in ſermone de natiuitate Domini di. *In illa aſſumptione noſtra carnis fecit Deus mixturas tres mirabiles: coniuncta quidem ſunt tria adinuicem, Deus & homo: mater & virgo, fides, et cor humanũ. In prima commixtione Trinitas eſt in ſubſtantijs, et vnitas in perſona, ſicut in diuinitate, ſumma Trinitas eſt in perſonis, & vnitas in ſubſtantia; & ſicut ibi perſona non ſcindunt vnitatem, & vnitas nõ minuit Trinitatẽ; ita in hac nec perſona confundit ſubſtantias, nec ipſæ ſubſtantiæ perſonæ diſſipant vnitatem Secunda eſt mater, & virgo. A ſeculo quippe nõ eſt auditum, quod virgo pepererit: & quòd mater virgo permanſit. Tertia eſt fides, & cor humanum. Mirũ eſt enim, quòd humanũ cor his duobus fidem accommodauit. ſ. quod Deus homo eſſet; & quòd virgo peperiſſet. Sicut n. ferrum, & teſta non poteſt coniungi: ſic et hæc duo nequeunt miſceri, ſi non miſceantur glutine ſpiritus ſancti Quia igitur conceptio Chriſti ſic fuit mirabilis, ideo fuit inueſtigabilis.* Propter quod dicit Ioan Baptiſta, vt habetur Ioan. 1. *Cuius nõ ſum dignus, vt ſoluam corrigiam calceamenti eius.* Per pedem ſignificat diuinitas, per calceamentum caro, per corrigiam autẽ anima. Sicut n. pes mediante corrigia calceamento iungitur: ſic diuinitas mediante anima carni vnitur qui autẽ neſcit medium, ignorat extrema Et quia Ioãnes dixit, ſe non eſſe ſufficientem intelligere; vel alij exponere Chriſti corrigiam, id eſt eius animam: per conſequens relinquitur, quòd non ſit ſufficiens cognoſcere eius pedem, id eſt diuinitatem, nec eius calceamẽtum, id eſt eius corpus de ſpiritu ſancto genitum. de quo in quodam ſermone dicit Petrus Rauen. *Hodie eſt ineffabile ſacramentum conceptionis Dominicæ: credere magis conuenit quam referre. Nam quod natura non habet, vſus neſcit, ignorat ratio, mens non capit humana, cælum pauet, terra ſtupet, creatura miratur; qualiter humanus ſermo enarrabit? Quis enim attinget arcanum diuinitatis, partum virginis, cauſam rerum, ſeculorum negocium, diuinitatis & carnis commercium, ac hominem Deum* Hiero quoq; in ſermone ad Euſto. ait: *Fuit igitur mirabilis: quia fuit ſupra naturam: ex eo quod manens virgo cõcepit. Fuit ſupra rationem, ex eo quod Deum genuit Cõtra humanam conditionem, ex eo quod ſine dolore peperit. Contra conſuetudinem: ex eo quod ſine peccato de ſpiritu ſancto concepit:* Hæc ille.

Ber. explicat qualiter conceptio Chriſti fuit mirabilis.

PARS SECVNDA HVius ſermonis, de congruentia Chriſti Incarnationis ex fœmina.

Congruum fuit Chriſtum concipi & naſci de fœmina, & carnem de muliere aſſumere: & non de viro, vel alia materia, probat magiſter in 3. di. 12. & ſacri doctores ibidem. & B. Tho. in 3. parte ſummæ q. 31 ar 4. Et hæc veritas multis poteſt rationibus corroborari. Prima dicitur nobilitatis, ſic: Sicut enim ſi rex nobilitate vellet vnam domum totam; neceſſarium eſſet quod & maſculos, & fœminas omnes priuilegiaret; ſic Deus volens totam naturã humanam nobilitare, voluit ipſe maſculus eſſe, & de fœmina naſci: vt vtrunq: ſexum nobilitaret. Et hæc ratio tangitur à magiſtro: & fundatur in dictis Aug in li 83. quæſtionũ di. *Deus cum liberat, non partem aliquã tantum, ſed totum liberat.* Quod etiã habetur de pœni. diſt. 1. c. quem pœnitet. ſequitur Aug *Sapientia aũt eſt verbũ Dei. qui dicitur filius vnigenitus: qui homine ſuſcepto liberationẽ hominis indicauit* Hęc ille. Ex quibus ſic arguit magiſter dicens: *Hominis aũt liberatio in vtroq; ſexu debuit apparere. Ergo quia virũ oportebat ſuſcipere,* qui ſexus honorabilior eſt l. 1. ff. de ſena. & l. in multis. ff de ſtatu ho.

conſequens erat vt fœminei ſexus liberatio appareret: quòd ille vir de fœmina naſceretur. Hæc ille. Si enim ita peccauit ſexus maſculinus, ſicut fœmininus, ergo pari paſſu fuit ambulandum, vt in ſimili dicitur in l. maximum vitium. C. de lib. præ. te & in § maſculos. Inſti. de exhær. lib.

Chriſtus conceptus ex muliere erexit ſpē fœminis.

Præterea etiam fuit congruum, vt in fœminis ſpem ipſe Dominus confirmaret. Si enim ſexum virilē aſſumens ab hoc myſterio fœminas excluſiſſet: quæ ſpes mulieribus in Chriſto fuiſſet? Nā in pœna peccati ſatis fuit ſubiectus fœmineus ſexus: cum Euæ dictum fuit: *ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui* Gen. c. 3. Vnde vt habetur ibidem Adam dixit Deo: *Mulier quam dediſti mihi, dedit mihi, & comedi*; ſicut eius poſteri dicebant illud Eccleſiaſt. c. 25. *A muliere initium factum eſt peccati, & per eam omnes morimur.* Quocirca vt mulier quoque cognoſceret ſe fore redemptam: & aliquantulum recuperaret dignitatem perditam, congruum fuit, vt homo à Deo aſſumendus de fœmina conciperetur. Vnde Bern. ſuper Cant. inquit: *O admirandam, & omni laude digniſſimam virginem. ô fœminam ſuper omnes fœminas ſingulariter venerandam; atque mirabilem parentum reparatricem, & poſterorum viuificatricem!* & infra, *Lætare pater Adam; ſed tu magis exulta mater Eua: de qua ortum eſt malum primum, cuius opprobrium in omnes tranſit mulieres. Inſtat namque tempus, quo iam tollatur opprobrium, nec habet vir quod amplius cauſetur aduerſus mulierem: quia ecce ſi vir decidit per fœminam, tam non erigitur niſi per fœminam.* hæc ille. Et Auguſt. in ſermone de natiuitate virginis ait: *Eua occidendo obfuit: Maria viuificando profuit: percuſſit illa; ſanauit iſta: vnde & merito maledictio Euæ in benedictionem mutatur Maria* hæc ille. Quod bene ipſum aue ſignificat: in quo quidem ſunt eædem literæ quæ in hoc nomine Eua ſunt, ſed præpoſtere, vt patet intuenti. & ſic patet prima ratio quare fuit congruum Chriſtum aſſumere carnem de fœmina.

Per contraria Chriſtus nos redemit.

Secunda ratio dicitur contrarietatis. propoſuit enim Deus noſtram infirmitatem curare contrarijs. Quia vt ait Greg. in quadam homil. contraria contrarijs curantur, vt calida frigidis, & frigida calidis. *Non enim*, ait Auguſt. in quodam ſermone, *moritur frigus niſi in calore, nec moritur amaritudo niſi in dulcedine: & non eſt mortua mors niſi in vita.* Peccauit enim Adam in dulcedine ligni vetiti ſatisfecit Chriſtus in amaritudine crucis & fellis: vnde valde congruum fuit, vt ſicut per mulierem ſuperbam factum fuit initium ruinæ noſtræ: ita per mulierem humilem ſumeret initium noſtra redemptio: vt ait Beda ſuper Lucam. Quia nihil tam naturale quàm vnumquodque diſſolui eo vinculo quo ligatum eſt. l. nihil ff. de regulis iur. & cap. pri. extra eo. titulo. Et ad hoc applicari poſſet illud Ouid. in pri. de remedio amoris: *Vna manus vobis vulnus opemque ferat.* Manus enim fœminæ nos vulnerauit: & manus fœminæ nos ſanauit.

Si Chriſtus fuiſſet natus de fœmina, nullus vnquā eum crediſſet fuiſſe verum hominem.

Tertia ratio dicitur oſtendendæ veritatis: nam ſi Chriſtus natus non fuiſſet de fœmina, nullus vnquam verum hominem ipſum fuiſſe crediſſet: cum multi hæretici eum fuiſſe verum hominem negauerint: etſi de virgine natus ſit. Quoniam ergo neceſſarium eſt humanitatem Chriſti credere; quia vt Leo Papa inquit in ſermone natiuitatis Domini: *Paris periculi res eſt, cū in Chriſto Domino aut paterna gloria negatur æqualitas, aut noſtra naturæ veritas.* Neceſſarium fuit ad oſtenſionem iſtius veritatis, vt Chriſtus ex fœmina naſceretur. Hinc Ambr. in lib. de incarnatione verbi ait: *Multa ſecundum naturam veniens, multa ſupra naturam fecit. Secundum conditionem enim naturæ in vtero formatum eſt corpus, ſed ſupra naturam virgo concepit, virgo peperit; vt crederet quia Deus erat qui innouabat naturam, & homo erat qui ſecundum naturam naſcebatur ex homine, id eſt humana carne.* hæc ille. & propter prædicta inquit Scot. in 4. diſt. 4. quod beata virgo poteſt dici mater Chriſti naturalis, & miraculoſa. Prædictam quoque rationem approbans Auguſt. in epiſt. ad Voluſianum inquit: *Si omnipotens Deus vndecunque formatum hominem non ex materno vtero, ſed repente afferret aſpectibus hominum: nōne opinionem confirmaret erroris, vt non verum hominem aſſumpſiſſe crederetur? & dum omnia mirabiliter faceret, deſtrueret quod miſericorditer fecit. nunc vere ita inter Deum, & hominem mediator apparuit, vt in vna perſona copulans vtramque naturam, & ſolita ſublimaret inſolitis, & inſolita ſolitis temperaret.* hæc ille.

Chriſtus congruentius carnem aſſumpſit de fœmina & virgine, quā de fœmina & viro; quod probatur 8 rationibus.

Licet autem, vt ait S. Bonauent. in 3 diſt. 12 art. 1. q. 3. Chriſtus potuiſſet aſſumere carnem de viro, & muliere, ſicut aſſumpſit de muliere tantum & virgine: quia ſicut operatione ſpiritus ſancti purificauit vterum virginis, ſic purificare, & ſanctificare potuit, ſi voluiſſet vim generatiuam in viro & muliere, vt ex eis ſanctus naſceretur abſque vlla fœditate. vnde potuit abſque incongruentia, ſi voluiſſet, carnem aſſumere, ſecundum legem naturæ inſtitutæ de viro & muliere: congruentius tamen fuit, vt carnem aſſumeret de muliere tantū & virgine: quod probatur multis rationibus ſecundum Bona. vbi ſup. & Tho. in 3. parte ſum. q. 28. ar. 1. 2. & 3.

Et pri-

Et primo ratione conſeruationis, ſcilicet honoris paterni: decet enim filium honorare parentes, ſicut præceptum eſt Exod. 20. & l. vt lutu. ff. de iuſti. & iu & l. liberto. ff. de oper. lib. Chriſtus igitur, qui non venit ſoluere legem, ſed adimplere, Matth. 5. honorauit patrem ſuum in vita, & in morte. In vita ipſius honorem quærendo. Vnde dicebat, Ioan. 8 *Ego honorifico patrem meum.* In morte vero propter obedientiam eius moriendo, vt habetur ad Epheſ. 2. Congruum itaque fuit, vt etiam in conceptione ſua ſeruaret honorem paternum: quod vtique non feciſſet, ſi alium ſibi patrem ab ipſo Deo in terra quæſiuiſſet. Et hæc eſt ratio B. Bonauen. vbi ſupra. Qui etiam ibidem arguit ſic. Filius debet honorare matrem ſuam, ſicut & patrem, iuxta poſſibilitatem ſuam: quia ſecundum philoſophum 8 ethic. *Parentibus non poteſt æquiualens reddi.* ſed Chriſtus potuit hunc honorem ſeruare matri ſuæ, vt virgo permaneret: ergo congruebat vt faceret: quia minus nõ honorans matrem impius eſt, vt ait B. l. in l. congruentius. in fi. C. de pa po. Nequaquam autem decuiſſet vt filius Dei, qui omnia reſtaurare & perficere venerat, matrem peiorem nobis redderet quàm accepiſſet. Si enim Ioſeph ampliora dona dedit Beniamin, quia frater eius vterinus erat, Geneſ 44. quanto magis filius Dei precioſiſſimum donum fœcunditatis virginalis, quæ excedebat fœcunditatem coniugalem, & continentiam vidualem debuit dare matri ſuæ? Et hanc rationem tangit Auguſt. in ſermone de natiuitate Chriſti dicens: *Fas non erat, vt per eius aduentum violaretur integritas: qui veniebat ſaluare corrupta:* & item: *Electa eſt virgo integra, cuius fœcunditas matris aderetur: & facta eſt fœcunda mater, in qua virginitas integritas ſeruaretur.*

Secunda ratio dicitur decorationis, ſcilicet ſapientiæ æternæ. Nam Sap 8 dicitur, quòd *ſapientia eſt candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula.* & Hebr. 1. dicitur, quod eſt *ſplendor paternæ gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius.* Sed ſicut dicit Auguſt. in quodam ſermone. & Ambr. in lib. de virginitate: Nihil eſt purius matre intacta: ergo decebat, vt ex matre incorrupta naſceretur ipſa Dei ſapientia. Et hanc rationem tangit Bern. in quodam ſermone di. *Non decebat Deum aliam matrem quam virginem: nec virginem alium filium habere quam Deum; quia nec mater inter matres, nec maior inter filios naſci potuit. O igitur domina mater, per quam talem habemus fratrem; quid gratiarum, quid laudum tibi retribuemus?* hæc ille. qui etiam ait: *Deum decebat huiuſmodi natiuitas, qua non niſi de virgine naſceretur.* Talis congruebat & virgini partus, vt non pareret niſi Deum; voluit itaque Deus illam eſſe virginem, de qua immaculatam immaculatus procederet omnium maculas purgaturus Et beatus Ambroſ. inquit: *Vt corpus eius verũ oſtenderetur, naſcitur ex fœmina; ſed vt oſtenderetur eius diuinitas naſcitur ex virgine.*

Tertia ratio dicitur perfectionis vniuerſæ naturæ: ſecundum enim Anſel. quatuor modis potest Deus producere hominẽ ad eſſe. Aut ſine viro & fœmina, ſicut produxit Adam Gen. 1 aut de viro ſine fœmina, ſicut Euam Gene. 2 aut de fœmina & viro, vt omnes communiter generantur, aut de fœmina ſine viro & hoc decuit fieri in incarnatione filij Dei, ratione ſingulariſſimæ puritatis. Et hanc rationem tangit Dominus Bonauent. vbi ſupra. & Tho. in 3 parte ſummæ q. 31 ar. 4 quæ poteſt ſic confirmari: Sicut enim vt dixit Andreas Apoſtolus Ægeæ proconſuli; Primus Adam fuit formatus ex terra virgine, quæ ante non fuerat laborata, ſed ſolum paradiſi fluminib. rigabatur. Gene. 2. ſic congruum fuit, vt ſecundus Adam fieret ex intacta virgine, quæ laborata nõ eſſet viri complexibus, ſed ſolum rigata cœleſti gratia, tanquam paradiſi fluminibus. Et hæc eſt terra, de qua Pſal 84. ait propheta: *Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum.* Quarta ratio dicitur completionis. ſcilicet gratiæ diuinæ in ipſa virgine. Nam Luc. pri dictum eſt per Angelum: *Aue gratia plena.* Non fuiſſet autem plena gratia, ſi virginitatis virtutẽ & auricolam non habuiſſet. Quintam rationem ponit Alex. Lombardus. in 3 diſt. 12 q vl. di. quòd ſicut lapſus humani generis factus eſt in vtroque ſexu, & inchoatus eſt in muliere, ac conſummatus in viro, ſic etiam congruum fuit in reparatione, vt ſexus vterque interueniret, & ſicut Eua virgo peccatum inchoauit, ſic Maria virgo ſalutem generaret; & ſic per mulierem incharetur reparatio, & conſummaretur per virum ſ. Chriſtum Dominum. & hæc ratio dici poteſt reparationis. Sexta autem dicitur commendationis ſ. ipſius virginitatis; nam vſque ad aduentum Chriſti hęc virtus neſciebatur: cum tamen ſit præcipua, & ſingularis. Quam ſemper Imperator, id eſt Chriſtus duxit eſſe colendam, & venerandam l. ſi qua C. ad S. na conſul Ot. Sed omnes illi per præcepto ſe obligatos ſentiebant Geneſ. 1 c. *Creſcite & multiplicamini* &c & ad hoc intendebant, huicque affectabant. Congruum ergo fuit, vt hæc virtus nobis oſtenderetur, & in vtroque ſexu, vt viri haberent quem imitarentur, ſcilicet, Chriſtum virginem; & mulieres quam ſequerentur, ſcilicet, eius matrem. virginitas enim eſt illa quæ replet paradiſum.

diſum.cap. nuptiæ 32 q.1. Ipſa enim eſt potens Deo, eum fiducia hominum animas præſentare. §.ſancimus in aut de leno.& per gloſſ.in l.2 ff.de origi.iu.& in aut.de mona penul.col. Septima ratio d citur eo..ditionis ſiue proprietatis ipſius verbi generati Verbum enim abſque corruptione corporis concipitur, quinimo cordis corruptio perfecti verbi conceptionē non paritur: quia ergo caro Chriſti ſicut fuit à verbo Dei aſſumpta, vt eſſet ipſius caro propria, conueniens fuit quòd etiam ipſa ſine corruptione conciperetur. Vnde in quodam ſermone Epheſini concilij dicitur: *Neque verbum noſtrum cum paritur, corrumpit mentem, neque Deus verbum ſubſtantiale partum eligens peremit virginitatem* Octauam rationem ponit Auguſt. in lib.de ſancta virginitate di. *Oportebat caput noſtrum inſigni miraculo ſecundum corpus naſci de virgine: vt ſignificaret membra ſua de virgine Eccleſia ſecundum ſpiritum eſſe naſcitura.* hæc ille. Et hæc ratio poteſt dici ſignificationis. Hanc etiam veritatem probare poſſumus tali ratione. Si enim ſummus ſacerdos nullam corruptam poterat ducere in vxorem, vt habetur Leuit.21. quanto magis ſponſa Dei patris debuit eſſe incorrupta,& omni mundicia pleniſſima?

PARS TERTIA HVius ſermonis de benedictæ annunciationis iucunditate.

QVam iucunda fuerit annunciatio hæc hodierna die facta, humanis non valet verbis enarrari. Fuit enim primo iucundiſſima Deo Sicut enim quidlibet rex ſolemnizat,& lætitiam facit, ac ferias fieri præcipit vt in glo.in rubrica C de ferijs.quando eius filius contrahit matrimonium. Sic Deus pater ineffabilem ſolennitatem fecit, quando eius filius cum humana natura per incarnationem ſe copulauit. Ideo dicitur Math 22. *Simile eſt regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo.* Si enim lætatus eſt Abraam in ortu,& ablactatione filij Geneſ.21. quanto magis Deus pater de filij ſui conceptu.& incarnatione? Secundo fuit iucundiſſima Angelis omnibus, qui ineffabiliter lætati ſunt de filij Dei incarnatione: quia à ſua creatione nunquam fuerunt ita honorati Sicut enim ſerui exaltantur, quando ſoror eorum germana contrahit cū Domino ſuo, vt habetur in l b Heſter de Iudæorum populo exaltato, ex Heſter cum Aſuero rege contrahente: ſic Angeli quando anima Chriſti fuit vnita,& deſponſata verbo, honorati ſunt. Eſt enim anima ſoror germana angelorum, quia ab eodem patre eſt ſimilis eſt producta,& de eadem matre, id eſt de ſpirituali natura De hac autem iucunditate inquit Auguſt. in ſermone annunciationis. Egerunt in cælo feſtum dum Gabriel redijt,& virgo cōcepit: agamus & nos in terris gaudia noua, quia virgo concepit,& peperit.

Tertio iucundiſſima fuit toti humano generi, *Mundo.* quod cum Deo pacificauit. fuerat enim in maxima diſcordia cum ſuo creatore Deo, qui contra eum iratus ſteterat per quinq; millia annorum: ſed in iſta die Chriſtus ſe fecit mediatorem,& reconciliatorem:& fuit conuenientiſſimus mediator: quia erat de progenie vtriuſque partis. Ideo dicitur lapis angularis: quia vtrumque parietem coniunxit Vnde canit Eccleſia: *Pacem Deus reddidit, in ſe reconcilians ima ſummis*: & hoc in hac benedicta annunciatione inceptum eſt, quod poſtea in paſſione completum fuit

Quarto fuit iucundiſſima ſanctis patribus in *Sanctis patribus in limbo.* limbo exiſtentibus: fuerunt enim certificati per diuinam reuelationem de incarnatione Meſſiæ, quam totis deſiderijs efflagitabant, & expectabant. Item credendum eſt, quòd Gabriel Angelus multis alijs Angelis ſociatus, ſtatim facta annunciatione beatæ virgini perrexit ad ſinum Abraæ, in quo erant illi ſancti patres: atque cum maxima exultatione notificauerit eis, conceptum eſſe Dei filium ex virgine. dixitque illis Gaudete patres ſancti, quia hodie puella illa ſanctiſſima, de qua propheta ſtis, & in figuris prænunciaſtis, humilitate ſua Deum de cælo ad terram traxit; & in ſuo virginali vtero concepit. O igitur pater noſter Adam. O Eua mater generis humani. O Abraam, ô Iſaac, ô Iacob, ô Eſaia, ô Hieremia, ô alij patriarchæ,& prophetæ: dicite mihi quātum exultaſtis, quantumq; gaudij eſtis hodierna die? profecto maximam lætitiam, & inenarrabilem iucunditatem habuiſtis: vnde & annuncianti angelo reſpondere potuiſtis illud 4 Regum 7. *hæc dies boni nuncij eſt.* Cum enim dicat Salomon Prouerb.13 quòd *deſiderata cum completa fuerint, delectationem pariunt.* non eſt ambigendum vos mirum in modū delectatos fuiſſe audiendo ſummum omnium deſideriorum veſtrorum eſſe adimpletum Credo etiam quòd vobis in illis obſcuriſſimis tenebris caligantibus: in quibus per tot millia annorum non videratis lumen, hodierna die ad cōſolationem veſtram,& tanti gaudij certificationem mittenda,& clariſſima lux apparuerit, cuius viſione conſortati in Dei laudes,& gratiarum

tiarum actiones protinus profilu ſtis. & tunc verificatum fuit illud quod Saluator Iudæis dixit Ioan. 8 *Abraam pater veſter exultauit, vt videret diem meum: vidit & gauiſus eſt.*

Maria. Quinto fuit hæc annunciatio, & incarnatio filij Dei iucundiſſima ipſi virgini: licet hanc iucunditatem ei primo factam prius ponere debuiſſem; ſed in fine dimiſi: quia quæ in fine dicuntur, me ius memoriæ imprimuntur. vt ait Greg. in quadam homil. & probatur per c. liquido de conſe. d. ſt. 2. Contemp atı. utem poſſumus quantum beata virgo exultauerit, quæ ſeruam ſe ſ. cere cupiebat illius virginis, quæ conc pere, & parere deb bat Saluatorem, cum ei apparens Angelus Gab. iel dixit: *Aue gratia plena, Dominus tecum.* q. d. O Maria virgo ſuper omnes prælecta, tu non er s ſerua, non ancilla, non pediſſequa, ſed Domina dominatum, & mater Dei ab æterno præord nata. Tu es illa virgo de qua locuti ſunt omnes prophetæ: tu es regina cælorum, & imperatrix omnium hominum, & Angelorũ, & omn. um gratiarum Dei receptaculum.

Quantam vero dulcedinem in conceptione ſui benedicti filij ſenſerit, cum in ventre ſuo omnis paradiſi dulcedo intrauit, quis explicet ſermonibus? quis hoc excogitare poterit? O Maria nonne præ ſuauitate commota ſunt omnia viſcera tua? Nonne præ mel. iſluitate iubilauit anima tua? nonne præ altitud. ne myſterij in extaſi facta eſt mens tua? profecto ſi quis dixiſſet tibi i lud Iudicum 14. *quid dul ius melle?* tu reſpondere potuiſſes, eſt verbum Dei incarnatum in ventro meo: Si enim dulcedinem magnam præſtat Deus timentibus ſe; vt ait propheta Pſalm 30. profecto ſupra omnem intelligentiam humanam fuit dulcedo, quam dedit Deus ſibi concipienti ſe.

cordias ſuas. Videtur enim eis quòd ſtatim poſt lapſum humanæ generationis incarnari d. bu ſſet; amor enim facit accelerare donum. Cum ergo beneficium incarnationis fuerit puri amoris, & extimæ charitatis, iuxta illud Ioan 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Et ad Ephe. 2. Propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos Deus, miſit filium ſuum in ſimilitud nem carn s peccati: videtur quod citius debuiſſet illum mittere. nam charitas non tardat amico ſubuenire. ſecundum illud Prouerbio 3. *Ne dicas am co tuo, vade & cras dabo tibi: cum ſtatim p ſſis dare.*

Confirmatur quoq; hæc ratio; quia vt ait Caſſio. lib 3 epiſtolarũ, epiſtola 11. *Non poſſumus exiſtimare iucundum, quod nimia fuerit dilatione ſuſpenſum. Spes enim quæ differtur, affligit animam* Prouer. 13. Vnde Matthæus poeta in poetr. a part. 1. ca 1. cauit: *Pollicitum languet vlteriore mora* & Statius in 2. Thebaidos inquit: *Nã grauior miſeris mortalibus addit a cura, Spes vbi longa venit.* Et Henricus Samariẽ li. 2 ait: *Nam mora denigrat donum, meritumque minorat: Sed cita grandificat munera parua manus.* Ideo Iacobus Beneuentanus ſui l ca 20 dicit: *Cum ſpondes aliquid, manus illico verba ſequatur: Auget enim meritum, qui cito ſoluit idem.* Dicitur etiam in cõmuni prouerbio: *Quid cito dat, bis dat: dare neſcit, qui dare tardat* & Caſſio. li. 6 epiſtolarum epiſtola. 9. inquit: *Omne ſiquidem iuſtum cum celeritate commodo tranſit ad beneficium.* Ex quibus omnibus videtur quod Deus iuſtiſſimus debuerit accelerare beneficium incarnationis ſuæ & maxime, quia vt dicunt quidam, ſi prius in mundum veniſſet, multi forte fuiſſent ſalui, qui non ſunt. Sed ad hanc curioſam diſputationem reſpondet Alex de Ales in 3. parte ſum in tracta de conuenientia incarnationis & beatus Bon. in 3. diſt. 1. arti. 2. q. 4. & Rich. ibidem per omnia. & Alex. Lombardus in eadem di. & Tho. in 3. parte ſum q 1. dicens, quod valde congruum fuit Chriſtum differre incarnationẽ ſuam. Primo ratione punitionis, & curationis. Secundo ratione commendationis. Tertio ratione conſeruationis. *Deus diſtulit incarnari propter tria.*

PARS QVINTA huius ſermonis de temporis incarnationis opportunitate.

Curioſitas quorũdam mirãtium Deum tam diu diſtuliſſe incarnationem. Circa temporalitatem incarnationis filij Dei ex virgine quæri poſſunt tria. Primum dicitur expectationis ſecundum determinationis: tertium vero attributionis. Quantum ad primum quod dicitur expectationis, mirantur quidam, & curioſe inquirunt, cur Deus qui eſt clementiſſimus, & cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, tandiu continuit in ira miſeri-

Primo ob peccati punitionem. Primo nãq; fuit congruũ hoc beneficiũ differrẽ propter puniendum hominis peccatũ: nam facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi. c. quia ſunt. 28. diſt & I ita vulneratus ff. ad I Aqui. Vnde Mõtanarius in luna celeri inquit: *Omne frequentari facit impunitio crimen: Accendit culpam facilis dimiſſio pœna.* Eadem etiam ſententia habetur in c. ſed illud di 45. & c. quæ lapis. 1 di & diſt. 93 cap. penul. & extra de vi. & hon ſta. cle. c. vt eleri-

Digitized by Google

corum cum ibi no.& 1.q.vlt.c.exigunt.21 q.2 c. placuit.& 23.qu.4 c eſt iniuſta. & 25. qu 4.c.loci. Quia igitur Adam putauit ſe peccatum leue, & veniale commiſiſſe. vt ait S.Bona in 2.d .22 atti. 1.q.2.vt Deus ſibi,& poſteris ſuis oſtenderet quod graue fuit eius peccatum; conueniens fuit beneficium redeptionis differre; ne ſi ſtatim conceſſum fuiſſet, quodammodo ex peccato ſuo homo cômodum reportaret, & peccare in Deum parum formidaret: Licet antè hoc beneficium dici poſſet liberalius, ſi ſtatim conceſſum fuiſſet, nô tamen humano generi fuiſſet vtilius: cui ex tarditate incarnationis oſtenſa fuit grauitas peccati. Præterea cum ex tunc homines proni facti ſint ad malum: vt habetur Geneſ.8.& in c. omnis ætatis.12. q 1.& §.ſi quis igitur.in aut. de mona col.1.& §. ſancimus in aut.de leno.col.3. & § charitas autem.de pœni.diſt.2.& 3.c adhuc inſtant. ver ſcimus & melius in c procliuus 20.qu 3 congruum fuit vt in primo peccato Deus ſeueritatem oſtenderet, vt ſic timore humanam audaciam coerceret. Oſtenditur autem diuinæ vltionis ſeueritas maxime in hoc, quòd tantos clamores,& luctus ſanctorum patrum tanto tempore ſuſtinuit, antequam deſcendere vellet:& ipſe Adam cum tota poſteritate ſua etiam iuſta, exul fuit à paradiſo, & detentus in limbo: pœnituit enim eum in hoc mundo 930. annis. & tamen oportuit eum expectare in carcere quaſi quatuor millibus annis. Et ideo dicas ad argumentum in côtrarium, quòd procedit quando exhibitio doni celeriter dati proficit ei cui datur,& non aliter. Nam & pater non dat ſubſtantiam ſuo filio, quamuis eum amet, niſi quando ſcit illi poſſe prodeſſe. Medicus quoque quamuis ægrum diligat, non tamen ſtatim, ſed opportuno tempore illi tribuit medicinam. Vera eſt.n.ſententia Ouidij in 1. de reme. amo dicentis: *Temporibus medicina valet; data tempore proſunt: Et data non apto tempore vina nocent.* Quia igitur omnia tempus habent, Eccleſi. 3.& omni negocio eſt temporis opportunitas, vt dicitur eiuſdem li.c.3. Vnde auctor li.de moribus medicorum.c.15.inquit: *Omnia fructificant cum venit apta dies.* Et Bellinus in ſpeculo vitæ, parte. 1.ait: *Tẽpore cũcta ſuo quiſq; peritus agit.* Ideo Deus peritiſſimus medicus, qui cuncta fecit bona in tempore ſuo, vt inquit Salomon Eccleſ.3. expectauit opportunitatem temporis ad incarnationem ſuam. Et maxime cum ipſe ſit iudex iuſtus, vt dicitur Pſal. 7. fecit quod ad boni iudicis officiũ ſpectat De quo Ouid. inquit in 6 de Triſtib. *Iudicis officium eſt vt res, ita tempora rerum Quærere* Ipſe enim iudex vniuerſorum Deus non regitur ſecundum impetum amoris: ſed ſecundum regulam ſapientiæ,& rationis. Et ideo dona eius non accelerantur niſi ſeruato debito ordine. Præterea ſapiens artifex ad nihil trahit inuitum, cui dedit ſemel arbitrij libertatẽ. Sic ergo debuit humanum genus reparare Deus: vt ſalutem inueniret qui vellet,& qui nollet quærere, in ſua malitia damnaretur Nullus autem quærit medicum, niſi ſe cognoſcat ægrotum. Cõgruum ergo fuit ſic curare hominem, vt ſuam infirmitatem agnoſceret,& medico gratus exiſteret, cognoſcens ſe ꝓpria virtute non poſſe curari. Vnde ſuper epiſtolã ad Gal. inquit glo Aug. *Magno conſilio factum eſt, vt poſt hominis caſum nõ ſtatim Dei filius mitteretur.* Reliquit enim Deus hominem prius in libertate arbitrij, vt vires naturæ ſuę cognoſceret:& ita infirmitate ſua cognita clamaret ad remedium, & gratię imploraret auxilium. Ad illud etiam quod dicitur quòd multi fuiſſent ſaluati, ſi citius veniſſet: Reſpõdetur, quòd bonum commune præponitur ſingulari,& bonum vniuerſi, bono priuato 1.ethi & 3 pol.& cap.licet quibuſdam. de regula ca d lectiſſimi 8 q.2.& cap. bonæ memoriæ el.1. de poſt præ & cap.ſcias 8 q.1. & cap.vbi periculum §.cæterum de elec.in 6.& l fi C.communia. de leg.& l.1.ff de ſol. Et ideo cum prædicti ordinis congruentia requireret, quòd incarnaretur in fine temporum pro communi & vniuerſali vtilitate: non debuit propter ſingulares perſonas accelerari. Secundo decuit hoc beneficium protrahi propter ipſius beneficij commendationẽ: nam tale ac tantum beneficium, quale eſt incarnationis filii Dei, merito exigebat, vt crederetur fide firmiſſima, & charitate feruentiſſima diligeretur, tanquam remedium altiſſimum, atque ſaluberrimum. Ideo congruentiſſimum fuit, ante Chriſti aduentum præirent multa teſtimonia prophetarũ, tam explicita in verbis, quàm implicita in figuris: vt multis firmiſſimis teſtimoniis quod erat ſecretum,& altum, certiſſimum fieret,& indubitabile ad credendum. præirent etiam multiplicia promiſſa,& ardentiſſima deſideria: vt ſic promiſſum expectaretur, expectatumque differretur, ac dilatum ampliori feruore deſideratum tandẽ gratiſſime exhibitum, amantiſſime ſuſciperetur, maximaq; ſollicitudine cuſtodiretur. Ait.n. Caſſiod. li.9.epiſtolarum. epiſtola.24. *Habet hoc humana conditio, vt celeriter adepta faſtidio ſint: dum omne precioſum vileſcit oblatum: dulcius autem accipitur, quod ſub aliqua dilatione præſtatur.* Et Proſp. in li.epigra canit: *Gratior eſt fructus, quem ſpes productior edit*: Ex quibus omnibus patet, quanta ſit ingratitudo, immo ſtultitia noſtri tẽporis; quod

Reſp. ad argumentum in contrarium illorum.

Secundo vt magis commendaret beneficium

redem-

redemptorem incarnatum, & pro nobis mortuũ, non tantum diligimus, quantum ſancti patres affectabant, & amabant promiſſum, & vetitum.

Vnde Ber. ſermone 2. ſuper Can. dicit: *Ardorem deſiderij patrum ſuſpirantium Chriſti in carne præſentiam frequentiſſime cogitans compungor, & confundor in memetipſo: & vix contineo lachrymas conſideratione miſerabilium temporum horũ, quod nunquam nobis tantum ingerat gaudium gratia huius exhibitio, quãtum ſanctis veterib. præſtabat deſiderium promiſſorum.* hæc ille. De hac autẽ cauſa dilationis aduentus Chriſti loquitur Aug. qui ſuper epiſtolam Pauli ad Gal. inquit: *Multi dicunt, quare non ante venit Chriſtus? Quib. reſpondendũ eſt. Quia nondum venit plenitudo temporis. moderante eo qui fecit tẽpora. Sciebat. n. quando venire debebat: & etiam pati, & cætera facere. Ante tamen per longa tempora ſeries præconũ præmittenda erat: diu. n. prædicendus erat, qui ſemper erat tenendus: quantoq; maior iudex veniebat, tanto præconũ ſeries longior præcedere debebat.* hæc ille. Et quod factum eſt ad declarandam excellentiam iudicis: etiam fieri debuit pro demonſtranda eminentia ſuæ matris. Tertio decuit hoc propter ordinis cõſeruationem. Requirebat. n. maxima Dei ſapientia, vt omnia ordinata eſſent ſecundũ loca & tempora. faciunt ea quæ notantur in c. non debet de conſangui. & affini. Inter omnia aũt opera diuina hoc eſt perfectiſſimũ, per quod facta ſunt omnia. Omnis autẽ proceſſus ab imperfecto debet eſſe ad perfectum; & non econtra. 1. ad Cor. 13. *Cum venerit quod perfectum eſt, tunc euacuabitur quod ex parte eſt.* Fuit ergo cõgruũ, vt illud opus fieret in fine temporũ: vt ſicut primus homo factus eſt ſexta die: ſic ſecundus fieret in ſexta ætate. Nam illa ætas eſt apta ad exercitium ſapientiæ propter ſimul. ãexperientiã. Dicitur enim Eccl. 33. *Vir in multis expertus multa cogitabit.* Et quoniã cõmuniter antiqui multorũ habẽt experientiam: ideo dicit Iob. 12. *In antiquis eſt ſapientia. & in multo tempore prudentia.* Et ideo præferunt iuniores b. l. 2. ff. de fi. inſtr. Minus quoq; cõcupiſcẽtię carnalis habẽt ſenes quã iuuenes. Vnde Tul. in li. de ſenectu. ait: *O præclarum opus ſenectutis, aufert enim nobis quod in adoleſcentia eſt vitioſiſſimum,* i. lib. demem corporis. Sic in ſexta mũdi ætate vigebat ſapiẽtia ꝓpter multas prophetias, quæ præceſſerant: & minor concupiſcentia carnis propter multa iudicia Dei, per quæ homines experti fuerant, quib. præcedentes ætates non ſic abundauerant. Quæ omnia confirmat Aug. in li. Cur, quando & quomodo Deus. c. 7. di. *Quando redemptor homo fieri dignatus ſit, prout ipſe nobis donauit, aliquantulum intimemus. Patet ſatis tunc aliquem multo amplior i auxilio indigere, quando grauiori neceſſitate vrgetur; & tanto dignius ſubſidium promereri, quanto diutius, atq; obnixius id operando quæſierit. Diabolus namq; qui nummũ deceptionis hominib. accommodauerat, cum maximis, & intolerabilib. vſuris illum inſtanter exigebat, & tamdiu hoc facere conſueuerat, quod iam hæreditario iure ſe omnem orbẽ poſſidere putabat. Vnde B. Iob dicit: Abſorbebit fluuium. & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius. Hinc aperte inſinuans, quod hoſtis antiquus eos ante Saluatoris aduentum ita ſuos eſſe arbitrabatur, quod eis parum de illis erat. vnde etiam credebat ſe obtinere poſſe omnes in Chriſto credituros, & baptizandos, quos per Iordanem intelligim^9, in quo fuerunt ſacrata baptiſmi primitia. Scimus equidem quia Deus 6. diebus operatus eſt, & in 7. requieuit. ſimiliter quoq; mũdum iſtum per ſex ætates diſtinxit, quem non amplius fluctuare præſciuit, vt in ætate ſeptima omnia ceſſarent, & à ſuis actibus quieſcerẽt. hoc vtiq; diabolus ſciens, cum iam per 5. ætates valde effrenatè ſuper homines dominiũ ſuum exercuiſſet, tunc tanto effrenatius ſe ad debellandos homines præparabat, quanto intelligebat non niſi ſextam ætatem ſibi ſupereſſe. Quando ergo diuina pietas congruentius hominib. ſuccurreret, quam cum illorum neceſſitatem vndequaq; ingraueſcere conſpiceret, & cum mundi finem iam nũc imminere ſciret? Sed nimirum fortaſſe ideo tamdiu venire diſtulerat, vt magnum remedium merito magnum præcurreret deſiderium; vel etiã, vt hominem quem die 6. condiderat, 6. ætate redimeret. Inſuper vt humanum genus quod iam fere ad occaſum deuenerat & pro peccato ſuo totum ad ima tendebat, cui nemo alius ſuccurrere poterat, niſi deſurſum veniret, qui homo factus illud erigeret: & de ſe veluti podium faceret: vt quicunq; illi podio tenaciter adhæreret, ab imis reſurgeret: cum ille dominico podio cœlos aſcenderet, ibiq; æternaliter per illud ſubſiſteret.* hæc ille.

Tertio. Vt ordo temporum ſeruaretur.

Tres aliæ cauſæ dilationis Chriſti Incarn.

Quantum ad ſecundum in hac parte, quod dicitur determinationis, quærit, quare nõ expectauit vſq; ad vltimũ finẽ temporũ, ſed incarnatus eſt in hoc tẽpore determinato. Et reſpondet ſecundũ prædictos doct. ꝙ hoc fuit valde congruũ multiplici ratione, & omiſſa prima ratione quæ dicitur capitis. ſ. ꝙ Chriſtus ſit caput Eccleſiæ. vt dicit Col. 1. Sicut habuit aliqua mẽbra præcedentia, ita habere debuit aliqua ſequentia, ne caput fieret in cauda & diceretur monſtrum. Secundam rationem ponemus quæ dicitur tepiditatis: humana enim natura prochua eſt magis ad malum quàm ad bonum, & ideo ſi diutius protraxiſſet incarnationem, & fidem & ſpem perdidiſſet. Prius ergo ve-

Cur non diſtulerit Incar. vſq; ad vltimum finem temporum, redduntur multæ rationes.

1. Ratio.

2. Ratio.

Digitized by Google

nire ipſum in carne non decuit, rationibus prædictis. Si autem diutius tardaſſet tepuiſſet fe. uor in corde humano quotidie. vnde orabat propheta di. *Exurge Domine, & ne repellas in finem.* Tertio fuit hoc conueniens ratione opportunitatis.

3. Ratio. Decebat enim doctorem perfectum tunc viam oſtendere, cum eſſet opportunitas currendi ad brauium, hoc eſt in fine temporum: nec tamen ante te minum, vt per timorē iudicij ſtimulati; & per ſpeciem præmij attracti, & per exempli informationem animati, ſequi poſſemus efficacius ducem noſtrum. Gl. ſi. vero in cle. 1. de ſum. Tri. & fi. ca. circa princi. in verbo ex tempore, prædicta confirmans ſic ait: *Dubitari poſſet de tempore incarnationis, quare tunc, & non prius vel tardius. Canoniſta dicunt ſatis eſſe dicere cum Paulo: O altitudo diuitiarum &c. Rom. 11. & de pœ. di. 4. c. ſi ex bono. Nam in poteſtate miſerentis eſt quare & quantum miſereri velit. facit de pœ. di. 2. c. ſi enim inquit. vt ra me. ium. s. er ſicut. & quod no. extra qui cle. vel vo. ca. a Dicunt tamen Theologi, quod certum eſt non fuiſſe conueniens ante peccatum Deum incarnari: cum opus incarnationis principaliter ordinetur ad abolitionem peccati. & vt dicitur Luc. 5. Non ſanis, ſed infirmis opus eſt medico. Non venit vocare iuſtos, ſed peccatores. 1. q. 1. c. multi. & de pœ. di. 1. c. libenter. Item nec fuit conueniens ſtatim poſt peccatum Deum incarnari. Cum enim ex ſuperbia peccatum prouenisſet, ſic liberandus erat homo, vt humiliatus recognoſceret ſe liberatore indigere. quod magno conſilio dilatum fuit, vt cognita ſui infirmitate, homo clamaret ad medicum, & gratia poſceret auxilium. Ad finem vero ſeculi non debuit differri, vt de imperfectione humana natura per incarnationem perueniretur gradatim ad perfectionem gloria in fine ſeculi. Item fuit æquū poſt datam legem Moſaicam, & propheticam, quam multi ſpernebant, iuſtificare Deo genus humanum per incarnationem, & tempore gratia. Quod ſi dilatum fuiſſet ad finem ſeculi, forſan reuerentia, & notitia Dei, & morum honeſtas in terris fuiſſet abolita. Fuit etiam hoc conueniens ad manifeſtandam diuinam virtutem, ſaluantem per fidem præteritis, præſentes, & futuri. vt no. Ber. in theorica huius tituli* hæc glo. vbi ſupra. Quantum ad tertium quod dicitur attributionis quæritur, quare tempori incarnationis Dominicæ attribuitur plenitudo iuxta illud ad Gal. 4. *At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum natum ex muliere. &c.* Ad quod reſponditur ſecundum quandam gl. ſuper prædicta verba Apoſtoli quod eſt tempus vacuum, tempus ſemiplenum, & tempus plenū. Tempus vacuum fuit ante legē: quando homines Dei cognitione vacui erant: & ideo creaturas, & multa animalia adorabant, iuxta illud ad Epheſ. 4. c. *Tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à via Dei per ignorantiā, quæ eſt in illis.* Tempus ſemiplenum fuit ſub lege: quando data eſt cognitio vnius Dei, ſed non dabatur gratia, per quam poſſent perfecte implere mandata Dei. Tēpus autē plenum eſt modernū; quia modo datur gratia, per quā implere poſſumus diuina mādata. & hoc per incarnationē verbi cōſecuti ſumus. Sed prædicti doctores vbi ſup. diffuſius aſſignant cauſas huius attributionis. Prima dicitur cōparationis, ſiue reſpectus ad Deū, & ad Angelum, ac ad hominē. Ad Deum dico, quia tunc facta eſt plena vnio, & participatio diuinitatis à creatura; quia diuinitas fuit vnita humanitati Chriſti, quod prius factū non fuerat, nec fiet in æternū. Ad Angelum vero, quia ruina angelica reparatur ex electis hominib. per redemptionem: iuxta illud Pſ. 109. *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas*, ſ. Ang. lorum. Ad hominem autem multipliciter: tum propter plenam liberationē à culpa ſecundum illud ad Col. 1. *In ipſo complacuit omnem plenitudinem deitatis inhabitare: & per eum reconciliari omnia*; tum propter conſecutionem omnium bonorum neceſſariorū ad ſalutem: nam quantū ad intellectum reuelata eſt veritas: quantum vero ad effectum donata eſt gratia & charitas, iuxta illud Ioan. 1 *Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Fuit etiā hoc conueniente dictum per comparationem ad omnem creaturam, quæ ex incarnatione filij Dei perfecta eſt. Cū enim ois creatura ordinata ſit ad hominē, & humana natura vnita ſit diuinę per incarnationē verbi, cōpleta, & perfecta per hoc fuit omnis creatura. Et hoc eſt quod ait Apoſt. Eph. 1. *Secundum beneplacitum eius, quod propoſuit in diſpoſitione temporū inſtaurare omnia in Chriſto.* Et hæc eſt ratio Alex. de Ales. vbi ſup. Secundo dicitur tempus plenitudinis ratione perfectionis. tū quia omnia erant parata. quia ſicut venit dare nobis pacē pectoris; ita voluit reperire pacē temporis: tū quia omnia promiſſa patrib. tunc ſunt impleta. vt dicit gl. ſecundum S. Bon. in 3. diſt. 1. iuxta illud Eccl. 3. *Da mercedem Domine ſuſtinentibus te: vt prophetæ tui fideles inueniantur.* Tertio dicitur tempus plenitudinis etiam ſecundū Alex. vbi ſupra, ratione terminationis: tum quia nullum aliud tempus expectatur poſt tēpus Chriſti. Quia vt dicitur 1. ad Cor. 10. *Nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt.* Vnde ait Dominus Matth. 24. *Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.* tum quia in iſto tempore implebitur numerus electorum iuxta illud Apoc. 6. *ſuſtinete adhuc modicum*

Digitized by Google

dicum tempus donec impleatur numerus fratrum veſtrorum. tum quia omnia quæ ſcripta ſunt à prophetis, hoc tempore impleri debebant Nam nō ſolum de præteritis; ſed etiam de futuris prophetæ prædixerunt. Quæ omnia in iſta ſexta ætate mudi impleta erant; concurrente ſeptima, in qua, mundo terminato, electi omnes glorificandi ſunt, præſtante ipſo qui in ipſa tempo is plenitudine carnem aſſumpſit de intemerata virgine: vt illi per amorem adhæretes in hac vita, cum ipſo poſtmodum gaudeamus in alia, per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

DE EADEM ANNVNCIATIONE,

ET INCARNATIONE Filij Dei.

SERMO TERTIVS.

In quo de Angeli Gabr. miſſione: de B.V. occupatione tempore ſalutationis, ac de collocutione eiuſdem cum Angelo pertractatur.

Priuilegia Mariæ conceſſa in conceptione filij Dei.

QVod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei Luc. 1. Beata virgo Maria in conceptione filij ſui primo fuit perfectiſſime ſanctificata, ſicut prædictum fuerat Pſal 45 *Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.* Secundo gratia plene fœcundata Luc 1. Tertio in plenitudine conſummata. vt dicit Hieronym. in ſermone ad Euſto. & Rich de ſancto Victore in expoſitione: *Ecce virgo concipiet* lib. 2. Tantam enim tunc plenitudinem gratiæ Deus animæ beatæ Mariæ dedit: quantam eam pro futuro promereri debere conſpexit Quarto donis ſpiritus ſancti repleta: quia ſpiritus ſanctus venit ſuper eam excellentiori modo, quam vnquam fecerit ſuper aliquam puram creaturam, ſcilicet conc ipiendo. Luc. 1. Quinto fuit in gratia confirmata: ſicut aſſerit Richar. vbi ſupra, & Bernar. in epiſtola ad Lugdunenſes Non enim habuit potentiam ad peccandum poſt conceptionem filij Dei vt ait ſanctus Bonau in 3. di. 3 ar 1. q 6 & beatus Thom. in 3. parte ſum. qu. 27. art. 5 in reſponſione ad 2 ar. & Alexand. de Ales in 3 parte ſum q 9 menbro 3. art. 2. & Rich. de media Villa in 2. di. 3 ar. 1. q 4 Sexto fuit de perſeuerantia in gratia, & ſtabilitate finali certificata Nam cum ſciuerit Maria Magdalena de parte optime electa, quæ non auferetur ab ea. Luc 10. & Apoſtoli de permanſione ſpiritus ſancti in eis in æternum Ioan. 14. & Paulus de inſeparatione ſua à charitate Chriſti ad Roman 8 Non debet hoc beatiſſimæ virgini defuiſſe: quæ omnia priuilegia aliis conceſſa obtinuit, ſecundum Bern. Et hanc certitudinem habuit, vel habere potuit diuina inſpiratione, vel reuelatione. Septimo fuit ſpiritu prophetico radiata. ſicut patet in ſuo cantico, Luc 1 in quo triplici lumine prophetico ſe illuminatam oſtendit, ſcilicet præſentis, præteriti, & futuri. Octauo ſacræ ſcripturæ myſteria ei fuerunt reuelata: ſicut patet in eodem cantico ibi. *Sicut locutus eſt,* &c. Nono fuit ei Dei facies, vt pie creditur, reuelata. vt ait Magiſter Bartho. Piſanus in lib beatæ virginis: Chriſto, ſecundum quod poſſibile eſt in præſenti vita fuit recreata: & hoc ſequitur ad prædictum Si enim Petrus viſa gloria transfigurato Ieſu dixit: *Domine bonum eſt nos hic eſſe,* &c. Matth. 17. quid facere debuit virgo beatiſſima deguſtata eius deitate? Decimo, mater Dei eſt facta, & vocata, quo nihil poteſt dici maius ad eius laudem: & hoc eſt quod prædixit ei Angelus in verbis propoſitis, ſcilic *Quod naſcetur,* &c. Vndecimo ſuper omnes puras creaturas meritis, & gloria eſt exaltata: atque omnibus benedictionibus repleta: ſicut ipſa inquit in ſuo cantico di. Luc 1. *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes gen.* De qua conceptione ſacratiſſima tres pulchras conſiderationes faciemus.

Prima dicetur miſſionis.

Secunda actionis.

Tertia vero collocutionis.

PARS PRIMA HVIVS ſermonis: de conuenientia miſſionis Angeli; & quis fuerit Gabriel.

INquit B Bernard. ſuper Miſſus eſt: *Hodie virgo regia gemmis ornata virtutum; gem neque mentis,*

Digitized by Google

mentis, & corporis pariter decore præfulgida, ſpecie ſua, & pulchritudine cæli ciuium in ſe prouocauit aſpectum: ita vt regis animum in ſuam concupiſcentiam inclinaret, & cæleſtem ad ſe nuncium de ſupernis educeret. hæc ille. Ad quorum declarationem quæruntur plura, & primo: Vtrum conueniens fuerit incarnationem filij Dei annunciari B. virgini per Angelum. Ad quod reſpondet Ric. noſter. in 3. di 3 ar. 2 q. 4 quòd ſic, & hoc poteſt probari multiplici ratione. Primo ratione ordinationis. vt ſc. licet ſeruaretur ordo, quem Deus ſtatuit, quo mediantibus Angelis diuina hominibus miniſtrantur. Ait enim Dionyſ. 4. c. cœleſtis hierarchiæ: *Diuinum Ieſu benignitatis myſterium Angeli primum edocti ſunt. poſtea per ipſos ad nos cognitionis gratia tranſiuit.* Et in eodem li. etiam inquit. *Diuinas viſiones glorioſi patres noſtri adepti ſunt per medias cæleſtes virtutes* hæc ille. Secundum enim Iſido 7. Ety. angeli Græce, Latine nūcij interpretantur: ab eo quod Domini voluntatem populis nunciarunt. Merito ergo angelus ad annunciandam filij Dei incarnationem miſſus eſt: vt antiquus ordo ſeruaretur. Quòd ſi contra quis arguat, dicens ſecundum ſententiam Dionyſ. 7 c. cœleſtis hierar. quod ſupremis angelis fit reuelatio immediate à Deo propter eorum dignitatem; ſed mater Dei eſt ſuper omnes angelos dignificata, ergo immediate a Deo debebat ſibi annunciari hoc myſterium. Reſpondetur ſecundum Thom. 3 parte ſum. q. 30 quòd mater DEI ſuperior erat quantum ad dignitatem, ad quam diuinitus eligebatur; ſed quantum ad ſtatū præſentis vitæ inferior erat Angelis: quia & ipſe Chriſtus ratione paſſibilis vitæ modico ab angelis minoratus eſt, vt dicitur Heb. 2. Veruntamē quia Chriſtus fuit ſimul viator, & comprehenſor quātum ad cognitionem diuinorum, non indigebat ab angelis inſtrui: ſed mater Dei non erat in ſtatu comprehenſorum: ideo de diuino conceptu per angelos inſtruenda erat. Et ſi ad hoc objiciatur: quod B. virgo ex lumine gratiæ & fidei cognoſcebat Dei filium incarnandum: & credebat hoc fideliſſime; quia in vtero matris fuerat ſanctificata, ideo non videtur quod tale myſterium deberet ei per angelum reuelari; Reſpondetur quòd licet virgo fidem haberet de mediatore ante annunciationem, tamen ex humilitate cordis ſui nunquam cogitauit ſe ad tale myſterium ſublimandum; igitur de hoc debuit per angelū præmoneri. Secunda ratio dicitur modificationis, vt ſcilicet modus redemptionis correſpondeat modo perditionis. vt ſicut Eua à malo angelo edocta occaſio fuit noſtræ perditionis, ſic Maria ab angelo bono inſtructa fieret cauſa noſtræ ſalutis. Bonus ergo modus fuit hominem reparandi, vt annunciatio Saluatoris fieret ab angelo, ſicut prima ſuggeſtio fuerat à diabolo: & ſicut diabolus hominis procurauerat damnationem; ita bonus angelus eum adiuuaret ad ſalutem. Et ſicut diabolum miſerat maledicta turba infernalis ad Euam, vt ei inferret prauam perſuaſionem, & mendacem aſſertionem, ac fallacem promiſſionem; Sic angelus mitteretur à collegio benedictæ Trinitatis, offerens ei reuerendam ſalutationē, cum dixit, *Aue*, &c. & veram aſſertionem di. *Inueniſti*, &c. ac vtilem promiſſionem di. *Concipies*, &c. Et hanc rationem tangens venerabilis Beda ſuper Luc. inquit: *Aptum profecto humanæ reſtaurationis principium, vt angelus mitteretur ad virginem partu conſecrandam diuino; quia prima humanæ perditionis fuit ratio, cum ſerpens mittebatur à diabolo ad mulierem ſpiritu ſuperbiæ decipiendam, imo ipſe diabolus veniebat, qui genus humanum deceptis primis parentibus immortalitatis gloria denudauit. Quia igitur mors intrauit per fœminam, apte redit & vita per fœminam illa à diabolo ſeducta, viro guſtum necis obtulit: hæc edocta per angelum mundo ſalutis autorem edidit.* hæc ille. Ad hoc etiam poteſt adduci illud quod dicitur in l. omnia. ff. de reg. iur. ſcilicet omnia quæ vno iure cōtrahuntur, contrario iure pereūt. Item ad hoc poſſet applicari illud Prou. 18. *Mors & vita in manu linguæ*: in manu enim linguæ ſerpentis fuit mors peſtiferæ ſuggeſtionis. In manu autem linguæ Euæ fuit mors ſtultæ dubitationis. In manu linguæ Adæ fuit mors ſtultæ excuſationis: ſed in manu B. virginis fuit vita noſtræ ſalutis. Tertia ratio dicitur reformationis: vt ſc. inter homines & angelos pax reformaretur. Angelus enim odiebat hominem; quia ipſum ſua reſtauratione defraudauerat: homo vero odiebat angelum; quia ipſum deceperat, inquantum diabolus eſt angelus per naturam: & quia Chriſtus carnem aſſumebat, vt vtroſque reconciliaret, iuxta illud ad Col. 1. *Pacificans per ſanguinem crucis quæ in cælis ſunt, & quæ in terris* Ideo vtrique debuerūt in hoc negotio miniſterium exhibere. Quarta ratio dicitur inflammationis ſiue eleuationis ipſius virginis in Deum, vt ſic per amorē in ipſum eleuata, & charitatem inflammata maiori deuotione ad cōceptum afficeretur: & prius eum conciperet mente quam corpore de quo Auguſt. in lib. de virginitate ait: *Beatior fuit Maria concipiendo fidem Chriſti, quam concipiendo carnem Chriſti* & iterū idem inquit: *Materna proximitas nihil Mariæ profuiſſet, niſi felicius Chriſtum corde quam carne geſtaſſet.*

Primò vt ordo ſeruaretur.

2. Vt modus redemptionis reſpondeat modo perditionis.

3. Vt pax inter angelos & homines reformaretur.

4 Vt B. V. magis in Deum inflammaretur.

hæc

Digitized by Google

hæc ille. Quinta ratio dicitur certificationis, vt ſ. tanto certior fieret de hoc myſterio, quãto plures, & variis modis ſuper eo fuiſſet inſtructa, ſcilicet mentaliter & vocaliter, & etiam vt fides noſtra de incarnatione verbi pluribus teſtimoniis muniretur vt ait Rich. vbi ſupra. Sexta ratio dicitur demonſtrationis. ſ. vt eius puritas oſtenderetur. vnde Hier in ſerm. ad Euſto inquit: *Bene angelus ad virginem mittitur: quia ſemper angelis eſt cognata virginitas. Profecto in carne præter carnem viuere, non humana vita eſt, ſed cæleſtis: vnde in carne angelicam gloriam acquirere maioris eſt meriti quam habere, eſſe quippe angelum fœlicitatis, eſt eſſe virginem virtutis, dum hoc gratia obtinere nititur quod habet angelus ex natura.* hæc ille. Septima ratio dicitur reparationis. Quia enim per incarnationis myſterium ruina angelica erat reparanda, inquantũ animæ ſanctæ debebant aſſumi ad ordines angelicos, à quibus mali angeli ceciderũt; ideo conueniens fuit vt angelico fieret interuentu ſecundum Rich. vbi ſup. Octaua ratio dicitur minorationis Pro minorib. enim negociis Deus angelum mittere conſueuit. Nam miſit Raphaelem ad curationem infirmitatum, vt habetur To. 12. & Gabr. ad liberationem captiuorum. Dan. 9. Miſit quoq; Michaelem ad expugnationem inimicorum; vt habetur Apoc. 12. Congruum ergo fuit, vt angelus mitteretur ad annunciãdum illũ qui veniebat ad infirmitatum curationem, ad captiuorum liberationem, & ad hoſtium expugnationem, iuxta illud Eſa. 61. *Spiritus Domini ſuper me, vt mederer contritis corde*: Ecce infirmorũ curator; *& prædicarem captiuis indulgentiam* Ecce captiuorum liberatio; *et diem vltionis Deo noſtro.* Ecce inimicorum expugnatio. Nona ratio dicitur conuerſationis. quia enim B. virgo virginitatem deuouerat, & eam perfectiſſimè obſeruare volebat; ideo hominum conſortia fugiebat: quare angelos videre conſueuerat. quia ergo ſolebat ſæpe ab angelo viſitari, conuenienter debuit ab eo de tanto myſterio commoneri. Decima ratio dicitur contractionis, debebat enim cõtrahi ſpirituale matrimonium inter naturam diuinam & humanam per incarnatiõnem verbi: & ideo conuenienter debebat interuenire aliquis idoneus mediator: ſed nullus potuit eſſe magis idoneus angelo, qui omnes creaturas dignitate excedebat; ergo ipſe angelus debuit interuenire vt eo medio coniungeretur conſenſus virginis cum diuino ad perfectionem matrimonii, quod cõtrahitur ex partium conſenſu. l. nuptias. ff. de reg. iu. Et ſine quo non poteſt eſſe matrimonium. c. cum locum & c. tua nos. de ſpon. & 27. q. 2 c. ſufficiat.

5. Vt certior fieret de hoc myſterio.

6. Vt eius puritas oſtenderetur.

7. Ob reparationem angelicam

8 Ob rationem à minori ad maius.

9. Ob cõuerſationem B. V. cum Angelis.

10. Ad contractionem ſpiritualis matrimonij inter naturam diuinam, & humanam

Et hanc rationem tangit B. Aug in ſerm. de Annunciatione di. *Secreta coniugia celebrata ſunt in Mariæ thalamo, quibus Gabriel paranymphus interfuit, ne admiraretur virgo beata, dum ſpiritus ſanctus promittebatur eſſe maritus, vt naſceretur filius, & pudor maneret illæſus: Petitur ergo Maria cæleſtibus regnis Mittitur angelus. Rex ipſe ſtellato micans ſolio mandata dirigit. Concionante igitur Deo, mirantur ſedes, ſtupent throni, ac diuinus ſilet exercitus: vade inquit, Gabriel, & æthereas ſedes rumpe, & conſilium noſtrum virgini defer Mariæ: hæc incolit parua Nazareth mœnia, ſed ſibi patent regna cæleſtia. huic ergo vnicum filium meum donare volo, vt ſit illa mater eius, cuius ego ſum pater.* Et ſubdit Auguſt. *Statim igitur cuncto cæli audiente ſenatu mãdato Gabriel accepto. flammineos vultus oraq; tonantia pauens, arcano paruit tremefactus imperio. Mox igitur aſtriferum volatu rapido ſecauit aerem, percuſſit lumine noctem: ac flammeos artus vibrans velut pane vniuerſi colorũ radijs ſolis obtectus; per medios cæli ſinus ferebatur, donec extrema Mariæ tecta coruſcans ingreditur, dicens: Aue gratia plena Dominus tecum,* hæc ille Ex cuius verbis etiam apparet, quod iſte angelus non eſt miſſus ab alio quam à Deo & hoc triplici de cauſa fieri debuit. Primo ratione negocii pro quo mittebatur: quod tam graue erat, quod ad illum mitti non debuit aliquis ſubdelegatus; ſicut fuiſſet angelus, qui fuiſſet miſſus ab aliquo alio angelo Secũda cauſa eſt ratione virginis. quia ſecundum Ber. non fuiſſet conueniens quod Deus tale ſecretum diuerſis angelis ſpecifice reuelaſſet prius, quam B. virgini. Tertia cauſa fuit quia debebat mitti à patre: quia hoc erat opus potentiæ: à filio, quia erat opus ſapientiæ; & à ſpiritu S. quia erat opus gratiæ, & miſericordiæ O igitur admiranda legatio. O digniſſima annunciatio, & ex omni parte veneranda: quæ *Nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem.* Secundo in hac parte quæritur de quo ordine fuerit iſte angelus Gabriel. de quo loquens Fran. de May ſuper *Miſſus eſt* dicit, ꝙ hoc nomen non eſt officii nomen, ſed perſonæ, & quod omnia nomina angelica in diuina ſcriptura expreſſa, & ſanctis patrib. reuelata, terminantur in el: ſicut Michael: de quo habetur Dan 10. & Raphael. de quo habetur Tob 12. & Vriel. de quo habetur Luc 1. & Dan. 8 ac 9. ca. Ratio autem huius terminationis eſt ſecundum eundẽ doctorem ibidem, vt denoteturvltima ra coniunctio, quam S. Angeli habent cum Deo in vnione beatifica. iſtud enim nomen el, in Hebræo idem ſignificat quod DEVS in latino.
Ad quæſtionẽ autem propoſitam, reſpondetur, quod

Digitized by Google

quod quamuis quidam dixerint eum fuiſſe de in fimo ordine, ſcilicet angelico. quia Lucæ 1. dicitur: *Miſſus eſt Gabriel Angelus à Deo*, &c. Item licet alii dixerint eum fuiſſe Archangelum, ſicut inquit Albertus ſuper *Miſſus eſt*, c. 17. archangelorum autẽ ordo eſt medius infimæ hierarchiæ. & hoc videtur approbare per illud quod canit Ecclesia dicens: *Gabrielem Archangelum, cumus diuinitus te eſſe affatum*. & hanc opinionem etiam tenet beatus Thom. in 3. ſcripto ſen. di. 3. & 103. parte ſum q. 30. tamen videtur eſſe tenenda opinio eorum, qui dixerunt ipſum fuiſſe de ſupremo ordine ſpirituum beatorum: quamuis enim proprie dicantur angeli illi, qui ſunt in vltimo choro, & in fine vltimæ hierarchiæ: tamen large omnes ſpiritus beati de quibuſcunque ordinibus appellantur angeli, ſecundum Iſido. 7 Etym. & ſic non obſtat dictum Euangelii, eum appellantis angelum; quia etiam Seraph, hin nuncupantur angeli. Non etiam obſtat, quod Eccleſia eum appellat archangelum: quia vt ait Diony. in lib. angelicæ hierarchiæ: Angeli ſupremi ordinis in ſe continẽt perfectiones inferiorum ordinum; vnde & eorũ nominibus appellari poſſunt: ſicut & ſacerdos in ſe habet perfectionem omnium ordinum inferiorum; vnde & ſubdiaconus, & diaconus appellari poteſt. Quod autem fuerit iſte angelus de ordine Seraphico, probatur per illud Eſai. 6. vbi dicit propheta: *Volauit ad me vnus de Seraphin* Si ergo de hoc ordine fuit, qui Eſaiam ad prophetandum incarnationem purgauit; multo magis de ipſo ordine eſſe debuit qui ipſam incarnationem nunciauit. Quare ergo tenendum videtur, quod iſte angelus fuit vnus de principalioribus ordinis Seraphici: quod tenere videtur Bern. ſuper *Miſſus eſt* di. *Non arbitror hunc angelum ad virginem miſſum, de minoribus eſſe, qui qualibet ex cauſa ſolent ad terras crebra fungi legatione, quod ex eius nomine palam intelligi datur, quod interpretatur fortitudo Dei*. hæc ille. Dicunt ergo quidam doctores quod iſte angelus Gabriel, principalior fuit omnium ſpirituum beatorum poſt luciferum, & hoc videtur veriſimile, quia cum princeps vult aliquid magni facere, per virum apud ſe fideliorem id agere ſolet. Sic Deus æternus volens hoc omnium maximum operum ſuorum facere, ſcilicet incarnationem filii ſui, quæ excedit omnia opera Dei ſecundum Auguſt. 13 de Trinit. non fecit niſi mediante angelo fideliori, & gratiori, & per conſequens altiori; quia tanto quis apud Deum eſt altior, quanto ei eſt gratioſior. Cum ergo iſte angelus fuerit legatus Dei ad ſponſam ſuam, non debuit eſſe legatis minor; ſed legatus à latere. & hanc opinionẽ tenet Fran. de May vbi ſupra, Qui illa verba, *Miſſus eſt Gabriel angelus à Deo*, ſic exponit, ſcilicet immediate, quia communiter angeli ab archangelis tranſmittuntur immediate; & archangeli a ſuperioribus, ſcilicet à thronis ſecundum beatum Grego. in moral. Exiſta aũt immediatione videtur accipi quatuor Theologica argumenta. Primum eſt, quod iſte angelus videtur eſſe Deo immediatus, quia talis eſt ordo in miſſionibus, qualis eſt ordo in perfectionibus angelorum. pro eo quod inferiores ſemper mittuntur à ſuperioribus ſecundum beatum Diony. in li. de angelica hierarchia; cuius ratio eſt, quia ordo diuinæ ſapientiæ requirit vt vltima diſponantur per media, & media per ſuprema. Et ideo cum iſte fuerit immediate à Deo miſſus, videtur quod in ordine hierarchico ſit ei immediatus. Secundum argumentum eſt, quod iſte angelus videtur eſſe ſimpliciter omniũ ſupremus; quia cum omnes angeli ſint inuicem ſubordinati vſque ad primum, quem appellat bis Dionyſius in li. de diuinis nominibus, ſummum Seraph. Solus ſupremus Deo eſt immediatus; quia à ſupremo vſque ad nouiſſimum ſubordinate extendit claritatis ſuæ radium cœleſtis pater. Tertium argumentum eſt; quod iſte angelus eſt hierarcha in ordine Seraph. quia cum ſit in ordine illo ſupremus, ille eſt hierarcha in vnoquoque ordine, qui in illo eſt ſupremus, niſi forte dicatur quod nullus angelus in hoc ordine Seraph eſt hierarcha; quia nullus attingit ad tantam perfectionem, quantam luciſer in illo ordine habuiſſet; & ideo illa dignitas eſt forſitan homini reſeruata. Quartum argumentum eſt, quod iſte angelus videtur hierarcha vniuerſalis in tota hierarchia cœleſti fuiſſe. Quia cum ordo ſupremus Seraphim principetur omnibus aliis ordinibus, vt patet in lib. Dionyſ. cœleſtis hierarchiæ; ille qui principatur in ſupremo ordine, omnibus ſimpliciter principatur. Iſta tamen argumenta non concludunt euidenter, niſi primo ſuppoſito. Nã angelorum merita ſunt nobis incognita; ſed propter intenſam affectionem puræ mentis ad Chriſti præconia, iſtum cœleſtem nuncium, quãtum valemus, aliis non præiudicando, nec determinando efferimus. Hæc ille, vbi ſupra: Qui etiam reſpondet quatuor oppoſitionibus, quæ fieri poſſent contra prædicta, & maxime ſi quis diceret, quod cum ſecundum Dionyſ. in lib. de angelica hierarchia li de ordine Seraphico non mittantur ad exteriora; non videtur iſte angelus fuiſſe de illo ordine; quia reſpondet prædictus doctor, quod hoc verum eſt de communi lege; non tamen eſt

con-

D. Tho. ſen. t. Gab. eſſe ex ord. Archang.

Sent. auctoris quod Gabriel fuerit de ordine Seraphico.

Digitized by Google

contra eorum dignitatem ſi ex priuilegio ſingulari quādoq; mittantur, ſicut fuit in hac ſacratiſſima annunciatione; cum perſona verbi quæ in infinitum eſt eis nobilior, fuerit in hoc myſterio incarnationis miſſa. Sed contra prædicta argui poſſet, quòd Eccleſia in officio angelorū primo nominat S. Michaelem, quam Gabrielē in hymno ad laudes, quaſi digniorem. Item appellat eū præpoſitum paradiſi dicens: *Michael præpoſitus paradiſi, quem honorificant angelorum ciues.* Item appellat eum principem cœleſtis exercitus. vnde canit: *Collaudamus venerantes omnes cæli milites, ſed præcipue primatem cæleſtis exercitus Michaelē in virtute conterentem Zabulon.* Ipſe enim eſt qui ſuperauit in bello Luciferum, vt habetur Apoc. 12. vnde videtur eſſe ſupremus. Quibus omnibus reſponderi poſſet, quòd ſicut in quolibet regno cōmuniter eſt vnus generalis capitaneus, & princeps militiæ; qui ab omnibus militibus regis veneratur, & tamen per hoc non ſequitur quod ipſe ſit ſecundus à rege, vel dignior omnium in regno eius: quia ſæpe reperiuntur aliqui ipſo proximiores regi, & digniores apud illum; ſic & in propoſito. Quod autem Michael Luciferum debellauit, hoc non egit in virtute propria: ſed Dei, qui ad maiorem confuſionem ſuperbiæ Luciferi fecit eum non ab excellentiori angelo paradiſi, ſed ab vno alio non ſupremo ſuperari. iuxta illud 1. ad Cor. 1. *Infirma mundi elegit Deus, vt confunderet fortia*, & propter hanc victoriam forte poſtea eum præfecit animabus in cœlum deferendis: & ideo Eccleſia eum primo nominat, & particulariter veneratur. Verum quia de his non reperitur certa determinatio in ſacra ſcriptura; ſaltem oportet concludere quòd Gabriel angelus eſt apud Deum excellentiſſimus. Eius autem magnitudo apparet ex tribus magnis officiis, quæ Deus in curia ſua illi commiſit. Primum eſt reuelatio ſecretorum, vt ait glo. ſuper illud Dan. 8. *Gabriel fac iſtam intelligere viſionem.* Secūdum eſt victoria præliorum: vnde dicit quædam gl. ſuper Dan. Quod Gabriel præpoſitus eſt à Deo præliis gerendis. Tertium eſt aſſiſtentia ante Deum, vnde ipſe dixit Luc 1. *Ego ſum Gabriel angelus qui aſto ante Deum* Magnum eſt igitur ſecreta reuelare; maius eſt victorias præliorum cōcedere; ſed maximum eſt ante Deum ſemper aſſiſtere. De ipſo etiam angelo inquit Greg. in quadam homil. Ad hoc myſterium, ſummum angelum venire dignum fuerat: qui ſummum omnium nunciabat. Conueniens enim fuit quod pro tanta re ſingulariſſima ſingularis nuncius mitteretur: qui eſſet omnium angelorum excellentiſſimus. Dicit etiā

Magnitudo Gabr. miſſi apparet ex trib.

Greg. vbi ſupra: *Dictus eſt autem Gabriel quod nomen officio ſuo congruit: Gabriel enim Dei fortitudo nominatur; per Dei namque fortitudinem nunciandum erat, quod virtutum Dominus, & potens in prælio, ad debellandas poteſtates aereas veniebat.* Sciendum quoque ſecundum Hieron. quod hoc nomen Gabriel poteſt multipliciter interpretari. Primo vt ſupra dictum eſt, fortitudo Dei: quia diuina fortitudo magis connexa videtur fuiſſe in iſta incarnatione, quā in mundi creatione. Plus enim diſtat Deus à qualibet creatura, quā creatura à nihilo arg. in c. damnamus de ſum. Trin & fi. & ideo plus fuit facere hominem Deum, quàm producere de nihilo mundum. Secundo Gabriel interpretatur virtus noſtra Deus; quia virtute diuina cōcepit virgo, non humana, vt declarat Damaſ. in 3. ſenten. ſuatum. Tertio Gabriel interpretatur, confortauit me Deus: angelus enim ex parte Dei confortauit virginem. Quarto Gabriel interpretatur, confirmatio Dei, quia per ipſius annunciationem cōfirmatum eſt cor beatiſſimæ virginis. Vnde in officio diuino canit Eccleſia: *Confirmatum eſt cor virginis, in quo diuina myſteria angelo nunciante ſuſcepit.* Tertio in hac parte quæritur, an iſte angelus apparuerit beatæ virgini in viſione corporali. Et reſpondet Rich. noſter vbi ſupra, & Tho in 3. parte ſum. q. 30. & Alb. ſuper *Miſſus eſt*. cap. 20. quod ſic: Et poſſumus hoc probare auctoritate Aug. in ſermone annunciationis, dicentis in perſona virginis: *Venit ad me quidam magnus paranymphus Chriſti: non patriarcha primus, aut propheta egregius: ſed Gabriel Archangelus facie rutilans, veſte coruſcans, inceſſu mirabilis, &c.* Quæ omnia pertinere nō poſſunt, niſi ad corpoream viſionem. Hoc autem conueniens fuit: Primo ratione ſimilitudinis; quia illud quod annunciabatur, erat incarnatio Dei inuiſibilis; vnde conueniens fuit, vt ad huius rei declarationem, inuiſibilis creatura formam aſſumeret, in qua viſibiliter appareret: cum etiā omnes apparitiones corporales veteris Teſtamenti ad hanc apparitionem ordinatæ fuerint; quia Dei filius apparuit in carne. Secundo fuit conueniens ratione certitudinis: ea enim quę ſunt oculis ſubiecta, certius comprehendimus, quàm ea quæ ſolum imaginamur. iuxta illud Horatij in poetica dicentis: *Segnius irritant animos demiſſa per aures, Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelib.* & quod inquit Imp. in §. ſi Inſti. de gradib. ſcilicet: *veritas magis oculata fide, quam per aures animis hominum infigitur*, & Goffre. vbi ſupra. *Certior aure, arbiter eſt oculus.* vnde dicit Chryſoſtom. ſuper Matth. quòd angelus non in ſomniis, imo viſibi-

Hoc nomē Gabriel multipliciter exponitur.

licet virgini aſtitit. Nam quia magnam valde reuelationem ab angelo accipiebat, egebat tantæ rei euentus miſſione ſolemni. Tertio fuit conueniens ratione altitudinis, ſcilicet propter altitudinem, & dignitatem matris Dei, quæ nõ ſolum in mente, ſed etiam in corporeo ventre erat DEI filium receptura; & ideo non ſolum mens eius: ſed etiam ſenſus corporei erant viſione angelica delectandi. Si vero obiiciatur quòd ſecundum Auguſtin. 12. ſuper Gen. ad literam intellectualis viſio eſt potior & dignior corporali, & præcipue ipſi angelo magis conueniens: Nam viſione intellectuali videtur angelus in ſua ſubſtantia; viſione autem corporali videtur ſolum in figura aſſumpta corporea; igitur angelus annũcians magis apparere debuiſſet in viſione intellectuali quã corporali. Reſpondet beatus Thom. vbi ſupra, quod intellectualis viſio eſt potior quam imaginaria, vel corporalis, ſi ſit ſola. Sed ipſemet Auguſtinus ibidem dicit quod eſt excellentior prophetia, quæ habet ſimul intellectualem & imaginariam viſionem, quàm illa quæ habet alteram tantum; beata autem virgo non ſolum percepit viſionem corporalem; ſed etiam intellectualem illuminationem, vnde eius apparitio fuit nobiliſſima. Dicit autem Albert. ſuper *Miſſus eſt* quod iſte angel⁹ apparuit beatæ virgini in humana ſpecie pulcherrima, & in forma iuuenili, & in veſte candida, & clara; & facta fuit hæc ſalutatio mane, ſcilicet in ortu diei, vt ſignificaret veri ſolis cõceptum, ſcilicet Chriſti. Fuerunt tamen circa hoc variæ opiniones, quas refert Fran. de May. ſuper *Miſſus eſt*. Nam aliqui dixerunt quòd hæc annũciatio, & incarnatio verbi fuit facta media nocte. iuxta illud Sapien. 18. *Dum medium ſilentium tenerent omnia: & nox in ſuo curſu medium iter haberet: omnipotens ſermo tuus Domine à regalibus ſedibus venit.* Alij vero dicunt quod facta eſt hora tertiarum, quia ſicut primus homo fuit illa hora productus; ita eadẽ hora debuit concipi Chriſtus: & ad auctoritatem allegatam de media nocte, reſpondent quòd intelligitur de aduentu ex matris vtero in mundum; & non de aduentu de ſinu patris in vterum virginis. & dicunt quod vterus virginis dicitur regalis ſedes filij Dei. Alij etiam dixerunt quòd hæc incarnatio facta fuit veſpertina hora, ſcilicet in ſero hora completorij, quia illa hora multis priuilegiis fuit illuſtrata; maxime quòd hac hora ſecundũ eos fuit ſol creatus; quia ſicut homo tanquam excellentior factus eſt poſt omnia animalia, Gen. 1. ita ſol luminare maius poſt omnia luminaria; & ſic, in ſero. Dicunt ergo illi quòd fuit conueniens, vt eadem

Apparitio Gab. facta B. V. qualis fuerit, & qua hora diei.

hora, qua ſol corporeus formatus fuit ex luce primaria, etiam formaretur ſol iuſtitiæ de virgine intacta. Sed Franc. vbi ſupra, videtur tenere quod myſterium incarnationis fuit inceptum hora veſpertina, quia in ſero apparuit Gabriel angelus B. virgini, & eam ſalutauit, & incarnationem filij Dei ipſi annunciauit. Et propter hoc Eccleſia in ſero facit pulſari *Aue Maria*: vt inquit ſanctus Bonauen. quem refert Fran. vbi ſupra. Sed collocutio inter beatiſſimam virginem, & angelum durauit vſque ad horam matutinam, in qua B. virgo conſenſum præſtitit, & filium Dei concepit: & propter hoc ſecundum ritum Eccleſiæ poſt matutinum, ſcilicet in hora incipientis auroræ ſonatur *Aue Maria*; vt Deo, & beatæ virgini de completione tam excelſi myſterij gratiarum debitæ actiones referantur. Dicit quoque Fran. vbi ſup. ſecundum ſententiam Auguſtin. in 4 de Trinit. quòd Chriſtus incarnatus fuit, & paſſionatus in menſe Martij, ſcilicet 25. die. Et ratio quare in tali menſe voluit incarnari, & pati, fuit propter multa priuilegia iſtius menſis: maxime duo. Primum dicitur primordialis creationis, quia iſto menſe dicitur mundus cum ſuo ornatu creatus.

In Martio Chriſtus incarnatus & paſſus.

Et ideo dixit Dominus Exod. 12. de hoc menſe: *Menſis iſte principium menſium; primus erit vobis in menſibus anni.* Secundum priuilegium fuit Iſraeliticæ liberationis; quia iſto menſe fuit populus Iſraeliticus liberatus de Ægyptiorum captiuitate, & eductus per Moyſen tranſito mirabiliter mari rubro: & ideo congruum fuit, vt ei daretur tertium priuilegium, ſcilicet renouationis per Chriſti incarnationem: de qua prędictum fuerat Hiere. 31. vbi dicitur: *Nouum faciet Dominus ſuper terram; fœmina circundabit virum.* Item & quartum, ſcilicet liberationis humani generis de ſeruitute diabolica per paſſionem eiuſdem.

Mẽſis Martij priuilegia.

Quod autẽ hæc annunciatio facta fuerit in Martio, patet Lucæ 1. vbi habetur quod facta eſt in menſe ſexto à cõceptione ſanctæ Elizabeth; quæ concepit B. Ioannem Baptiſtam 24 Septembris, vt patet ex eius natiuitate; quia præſupponitur ſtetiſſe in vtero matris nouem menſibus, ſicut fieri ſolet communiter. & ſic ſextus menſis à cõceptione beati Ioannis fuit Martius. Vnde Beda in homil. quadam inquit: *Quia Chriſti incarnatio ſexta ætate ſeculi futura erat: recte ſexto menſe concepti Ioannis miſſus ad Mariam angelus naſciturum nunciat ſaluatorem.* Menſem autem ſextũ Martium intelligimus, cuius 25 die Dominus noſter, & conceptus traditur, & paſſus, ſicut & 25. menſis Decembris eſt natus. Dicit autem Franc.

vbi

Digitized by Google

vbi ſupra; quod in tali die in quo Chriſtus incarnatus eſt, cœpit fieri mundi creatio. Nam in illo creauit Deus cœlum, & terram, naturam angelicam, & lucem primariam, vt dicunt aliqui doctores, & ideo congruum fuit, vt tali die crearetur anima Chriſti, quæ cœlo & natura angelica eſt dignior, & luce primaria ſplēdidior; & formaretur eius corpus, quod eſt terra incompatabiliter precioſius. Item ibidem dicit prædictus doctor, quod incarnatio Domini noſtri facta fuit in ſexta feria, in qua ſicut Chriſtus voluit pati: vt patet Ioannis 19 ita etiam voluit incarnari: & hęc eius opinio probari poteſt. Nam ſicut primus homo formatus fuit de terra ſexta feria, vt patet Geneſ 1. ita congruum fuit vt ſecundus Adam eadē die formaretur de virgine Maria. Dicit quoque Franc. de May. in ſermone Annunciationis quod *Sexto millenario annorum à creatione mundi, facta eſt incarnatio filij Dei. Sicut enim in ſexta die formauit hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam impreſſam: In iſto ſenario formauit Deus illū hominem, qui eſt imago Dei, vel eius ſimilitudo expreſſa ſecundum Apoſtolum. Et ſicut die illo fuit homo lapſus: iſto millenario fuit reparatus, & ſicut in iſto anno agebatur ſeptuageſima ſecunda generatio ab Adam; ſic iſte hen. 072 diſcipulos habuit.* Hæc ille. Albertus autem vbi ſupra. cap. 31. dicit quod Chriſtus rationabiliter in ciuitate concipi debuit: dicens ſic: *Chriſtus nō in mari qui eſt locus piſcium, nō in aere, qui eſt locus auium, nec in campo, qui eſt locus agreſtium animalium; ſed in ciuitate, qui eſt locus proprius hominum, concipi debuit: qui propter nos, & propter noſtram ſalutem de cælo deſcendit.* & ibidem etiam dicit: *Eſt & alia ratio quare Dominus voluit in ciuitate concipi: Dominus enim quando de cælo deſcendit: non ſine cælis, nec ſine regno cælorum venit; ſed cælum cælorum ſecum tulit: Hoc enim Lucifer nō fecit; quia ſicut fulgur de cælo cecidit: & cælum ibi totum reliquit; ignem ſuum modo ſecum deferens quocunque vadit. Dominus autem id quod fuit permanſit; & ad matrem venīēs de bonis paternis non expulſus fuit, vnde nunquam extra regnum cælorum fuit, vnde & quando in vtero conceptus fuit, ipſa virgo ſuum regnum cælorum fuit. De hac ergo ciuitate glorioſa dicta ſunt, quoniam omnia quæ ad perfectionem ciuitatis pertinent, in beatiſſima virgine inueniri, & de ipſa dici poſſunt. Fuit enim fundata ſuper humilitatem, per caſtitatem murata, turrita per charitatem, ditata per paupertatem cuſtodita per diſcretionem, libera ab immunitate peccatorum: pacifica ſuperatione tentationum: diuino officio ornata per elegantiam morum: ædificata in refugium peccatorum: populoſa virtute, & omnium donorum gratuitorum: irrigua abundantia omnium miſerationum in altiſſimo ſita per excellentiam priuilegiorum.* Hæc ille. Qui in capitulo ſequenti quærens quare in Galilæa annunciatus ſit, tandem concludit. *Dicimus quod annunciatio & conceptio Dominica debuit fieri in Galilæa, & propter factum quod fiebat, & propter finem propter quem fiebat. Dominus enim incarnatus fuit, vt Iudæos & gentiles ſaluaret: propterea in regione, quæ ab vtriſq; inhabitabatur, annunciari & concipi voluit. Quod autem ab vtriſque inhabitaretur, patet; & primo, quod à gentibus. Eſa. 9 per hoc quod dicitur,* trans Iordanem Galilææ gentium. *Quod autem à Iudæis, patet per Euangeliſtam Lucam qui dicit. 2. c.* Aſcendit autem Ioſeph à Galilæa ciuitate Nazareth in Iudæa: *& ſic in regione communi concipi voluit, quia pro omnibus naſci voluit, non enim Iudæorum Deus tantum, ſed etiam eſt gentium. Item regio illa ſuo nomine proprietatem incarnationis propriiſſime expreſſit: Galilæa enim interpretatur reuelatio ſiue transmigratio. In hac autem annunciatione fiebat ſummi ſecretorum reuelatio, quando verbum quod in principio erat apud Deum, & lucem inhabitat inacceſſibilem, quam nemo vnquam vidit, caro factum eſt, & vidit omnis caro ſalutare Dei noſtri; quod librum aperuit, & ſignacula omnia ſoluit; & nobis omnia, quæcunque audiuit à patre, nota fecit. Simili modo fiebat hic transmigratio maxima de ignorantia in ſcientiam: de culpa in gratiam, de vmbra in veritatem, de ſeruitute in libertatem, de timore in amorem, de grauitate in leuitatem, de auſteritate in benignitatem, de diuinitate in humanitatem: quæ maxima transmigratio fuit, quia in ea primum ad vltimum in vnam perſonam tranſmigrauit.* Hæc Albet. vbi ſupra. Franciſ. autem de Mayto. vbi ſupra dicit: *Galilæa fuit regio feliciſſima; vnde multitudo Apoſtolica à Domino ibidem incarnato fuit electa; & propter hoc dicebāt Iudæi Act. 2* Nonne omnes iſti Galilæi ſunt. Secundum autem Beatum Hieronymum Galilæa habet quadruplicem interpretationē incarnationis myſterio congruentem. quarum prima eſt, quod Galilæa dicitur rota, & iſtud conuenit incarnationis myſterio, quia ibi rota diuinitatis fuit vnita quadrato noſtræ humanitatis. Vnde ait quidam: in hac verbi copula, in qua fallit omnis regulā, circulus quadratur. Rota quippe ſignificat diuinitatem, quia circularis figura non habet principium, neque finem. Sicut æternum vere eſt ſine principio, & ſine fine.

Vnde

Digitized by Google

Vnde quidam philoſophus diffiniens quid eſt Deus, dixit quod Deus eſt circulus, cuius cētrum eſt vbique: & circunferentia nuſquam, hic autem philoſophus fuit Paul. Triſmegiſtus: cuius diffinitionem etiam refert Alexan. de Ales in 3. parte ſummæ. in tractatu de conuenientia incarnationis Chriſti. q. 2. Sequitur Fran. vbi ſupr. *Quadratus vero qui ex omni parte eſt finitus in puncto, deſignat naturam creatam. Et idcirco circulus tunc fuit quadratus, quando Deus extitit humanatus.* Secunda interpretatio eſt quod Galilæa dicitur volubilis: & iſtud ſignificatum huic ineffabili myſterio congruit; quia ſicut in motu, quo voluitur aliquod mobile, coniungitur finis motus cum principio, vt patet in cœlo; ita incarnationis myſterio prima natura, ſcilicet diuina, quæ eſt vltima in genere intellectualium, eſt ſimul copulata: vnde dicit B. Diony. in lib. de diuinis nominibus, quod in iſto myſterio Deus noſtram æternitatem reduxit ad ſuum principium. Tertia interpretatio eſt quod Galilæa dicitur tranſmeans; & iſta ſignificatio huic myſterio eſt conueniēs, quia in eo natura humana trāſmeauit ad ſuppoſitum alienæ naturæ, cum eſſet nata ſuppoſitari in ſuppoſito proprio de ſuo genere, & tamen fuit ſuppoſitata in ſuppoſito diuinæ naturæ, ſecundum illud ad Heb. 2. *Nō Angelos apprahendit: ſed ſemen Abraa.*

Quarta interpretatio eſt, quod Galilæa dicitur tranſmigratio mea, & cōuenit iſti myſterio: quia in eo Dei filius ſemetipſum exinaniuit, dum verbum caro factum fuit. Ioan. 1. Vnde ſicut natura humana fuit eleuata per aſſumptionem, ita perſona diuina fuit inclinata per ſuſceptionem, & ideo Dei filius fuit dictus viator; & per conſequēs tranſmigratio ſibi conueniebat. Vnde dicitur ei Hiere. 14. c. *Quare ſicut colonus futurus es in terra; & quaſi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus?* Et ſecundum hæc omnia Dominus Ieſus Chriſtus conuenienter in regione Galilææ incarnatus fuit, & Galilæus appellatus eſt. Sed prædictis opponi poteſt, quod vt habetur Io. 7. Iudæi dixerunt Nicodemo: *Scrutare ſcripturas & vide, quia à Galilæa propheta non ſurgit.* ſed reſpondetur quod ipſi fuerunt excæcati, exiſtimantes omnem regionem præter Iudæā perpetuo à diuinis beneficiis eſſe repellendā. Itē ſi opponatur quod Iudæi dicebant Io. 7. *nunquid à Galilæa Chriſtus veniet?* quaſi dicerent non, & reddebant rationem dicentes: *Nonne ſcriptura dicit, quia ex ſemine Dauid, & Bethleem caſtello vbi erat Dauid, venit Chriſtus?* Reſpondetur quod ipſi perfidi Iudæi in hoc decipiebantur, quia putabāt Chriſtum in Nazareth natum, vbi fuerat educatus: cum tamen eſſet natus in Bethleem. vt habetur Luc. 2. Si tamen Iudæi mente fideli, & nō obſtinata ſcripturas inſpexiſſent, poterant dirigi per illud vaticinium Eſai. 9. *Terra Zabulon, & terra Neptalim, via maris trans Iordanem Galilææ gentium; populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis,* ſicut inducit euangeliſta Matt. 3. Hæc Franc. de May. vbi ſupra. Albertus autem vb. ſupra. c. 33 probat congruum fuiſſe Chriſtum concipi in Nazareth quæ flos interpretatur. Vnde etiam ait: *Bene ergo in Nazareth conceptus fuit, qui ſicut flos de flore ſine mixtione de matre, ſaluo virginitatis decore proceſſit.* Vnde Bern. ſuper *Miſſus eſt* inquit: *In Nazareth ergo annunciatur Chriſtus naſciturus; quia in flore ſperatur fructus proceſſurus. Nomen igitur ciuitatis, in qua concipitur exprimit ſtatum temporis, & finem operis, ad quem venit. Cum enim Chriſtus in Nazareth concipitur, hyems trāſijt, tempus innouationis aduenit, fructus appropinquauit, omnibus ſe exhibuit, medicinam confecit, ſenſum refecit, coronandis peccatoribus venit. Hæ enim ſunt proprietates floris, propter quas congruit Nazareth ad locum diuinæ conceptionis.* *Congruè concipitur Christus in Nazar.* Hæc ille. Merito ergo Nazareth vocatus eſt locus, in quo conceptio floris illius annunciata eſt; qui inquit Can. 2. *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Ad hanc quoque annunciationem faciendā congrue vnus ex angelis miſſus eſt. Angeli enim dicuntur flores paradiſi. Nazareth autem eſt in quadam valle montibus vallata firmiſſimis: vbi abundat ſaluia, ruta, & artemiſia: per ſaluiam autem ſapientia, per rutam iuſtitia, per artemiſiā vero bonitas deſignatur; quæ omnia perfecte fuerunt in filio Dei rege angelorum. In illo etiam loco extant veſtigia cuiuſdam Eccleſiæ, quæ fuit à primitiuis Chriſtianis fabricata, ante cuius altare adhuc eſt columna quædam, quæ dicitur media eſſe inter virginem, & angelum; quæ erat cōſtituta in medio oratorij. Conceptus quoq; fuit Chriſtus in Nazareth, vt adimpleretur prophetia Eſa. 11 dicens: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* Vbi ſecundum veritatem Hebraicam habetur, *& Nazaræus de radice eius aſcendet.* Mater enim dicitur radix filij; & filius appellatur flos matris. 33 quæſt. 3. cap. tunc ſaluabitur. vbi gloſſ. Item hoc ideo factum eſt; vt beatæ Virginis excellentia figuraretur. vt enim ſupra dictum eſt, Nazareth flos interpretatur.

Digitized by Google

Floris triplex conditio quæ virg. competit.

Et floris triplex eſt conditio, quæ virgini competit, ſcilicet pulchritudo, redolentia, & fructuoſitas, quas conditiones ponit Bernardus in ſermone de aſſumptione dicens: *Commendant flores pulchritudo, ſuauis redolentia, & ſpes fructus, gratia triplex*, Prima igitur conditio dicitur pulchritudo; quia flores ſunt pulcherrimi. Sic & beata virgo in corpore, & anima pulcherrima fuit: cui dicitur à ſponſo ſuo cæleſti Cant 4. cap. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Super quæ verba ait Hugo de ſancto Victore: *Pulchra in corpore, pulchra in mente, corpore decora; mente ſincera.*

Secunda conditio floris eſt redolentia, & ſuauitas odoris; hinc & beatiſſima virgo ſuauiſſimum reddebat ſuarum virtutum odorem. Ideo in perſona eius dicitur Eccleſiaſtici. 24 *In plateis ſicut cinnamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi; quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris.* Fuit autem hic odor beatæ virginis exemplaris, & immaculata vita. Vnde Ambro. lib. 1 de virginitate ait: *Fuit vt virgula fumi ex aromatibus myrrhæ; quia multis erat repleta virtutum odoribus: manna vero, quia ex eo fragrabat ſuauiſſimus odor etiam ſpiritibus angelicis.* Et Hieronymus ad Paulam, & Euſtochium in ſermone de aſſumptione inquit: *Vere hortus deliciarum beata virgo, in quo conſita ſunt omnia florum genera, & odoramenta virtutum.*

Tertia conditio floris eſt fructuoſitas: ſic & à virgine florentiſſima fructus ille dulciſſimus exijt, Ieſus benedictus, per cuius guſtum omnes electi ſalui fiunt. vnde Eccleſiaſtici 24. dicit: *Ego mater pulchræ dilectionis, timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei; in me omnis gratia viæ, & veritatis; in me omnis ſpes vitæ, & virtutis. tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini: ſpiritus enim meus ſuper mel dulcis, et hæreditas mea ſuper mel, & fauum.* Ipſa quoque virgo flos eſt campi, de qua ortum eſt precioſum lilium conuallium, quo deletur & culpa ſecundum Auguſti. in ſermone de natiuitate virginis. Ex quibus omnibus patet expoſitio Euangelij Luc 1. dicentis: *Miſſus eſt angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ quæ vocatur Nazareth* Glo. vero ſuper Lucam inquit. *locus quo mittitur angelus Nazareth vocatur: quia Nazaræus, id eſt ſanctus ſanctorum nunciabitur venturus.* Franciſcus autem de May. vbi ſupra, approbans prædicta ſic dicit: *Nazareth ciuitas glorioſiſſima nomine ſuo habet ſex interpretationes huic myſterio congruentes.*

Nazareth habet ſex interpretationes huic myſterio cōuenientes.

Quarum prima eſt quòd Nazareth interpretatur flos: quæ ſignificatio competit incarnationis myſterio: quia ſicut flos gignitur ex ſubtiliſſimis humoribus virgultis: ita Chriſtus Dominus non fuit generatus ex humano ſemine: ſed ex puriſſimis ſanguinibus virginis benedictæ, ſecundum beatum Dionyſ. 2. de diuinis nominibus, & ideo Eſa. 11. dicitur: Egredietur virga de radice Ieſſe: pro beata virgine: & flos de radice eius aſcendet pro ipſius fœlici prole. Secundo Nazareth interpretatur ſanctitas: & hoc conuenit præſenti myſterio: quia licet beatiſſima virgo fuerit ſanctificata in matris vtero, tamen illa ſanctificatio non fuit ita plena, ſicut ſanctificatio ſecunda, quando Chriſtum concepit: pro qua ſecunda ſanctificatione dixit ei angelus Luc 1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Tertio Nazareth interpretatur conſecratio: quia res dicitur conſecrata, quæ per aliquod ſacramētum eſt Deo dicata: idem enim eſt Deo dicare, & conſecrare. c. ſecut dum gloſſ. & in c. 1. de reli. do. & probatur in ca. eccleſijs & c. in ſancta. de conſe. diſt. 1 Sequitur Franc. *Iſta autem ciuitas fuit Deo dicata per ſacramentum ſuæ incarnationis ibidem celebrata; & hoc eſt digniſſimum ſacramentum inter omnia pertinentia ad perſonam Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum tempus eo modo, quo ſacramentum dicitur ſacrum ſecretum; & iſto modo iſta ciuitas fuit ſacratiſſima Quarto Nazareth interpretatur vnctio: & hoc etiam congruit huic ſacramento, quia tunc fuit illa vnctio celebrata; de qua fuit prophetia prænunciata Dan. 9. vt quando vngeretur ſanctus ſanctorum, induceretur iuſtitia ſempiterna Chriſtus autem qui dicitur ſanctus ſanctorum, in hac ciuitate fuit vnctus: quia in primo inſtanti ſuæ conceptionis, ſpiritu ſancto ſine menſura fuit repletus; ſicut loquitur Petrus Apoſtolus Act. 10. dicens: Vnxit eum Dominus ſpiritu ſancto, & virtute. Quinto interpretatur mundicia, quæ competit incarnationis myſterio: quia in verbi conceptione ita fuit purgata virgo glorioſa more angelico, vt purgatio dicatur eſſe quidam actus hierarchicus; quòd ipſa nituit tali puritate, qua maior ſub Deo nequit intelligi. vt dicit Anſelm. in lib. de conceptu virginali; licet ſibi fuerit maior puritas Chriſti qui eſt Deus. Sexto interpretatur cuſtodia; quia ibi fuit cuſtodia aſſignata per Deum ad cuſtodiendam iſtam virginem benedictam Vnde Orig. tractans illud euangelicum: Inuenta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto quærit à quo inuenta, & reſpondet inuenta, & dicunt: Ab angelis obſeruantibus eam ad honorem eius qui ab ea generandus erat. Sed attendendum Chriſtus eſt, quòd Chriſtus Dominus noſter in ſacra ſcriptura dicitur fuiſſe de quadruplici ciuitate aſpiciendo ad iſſe de quadiuerſas prophetias Primo quidem de ciuitate Sion inter ciuitas progenitus fuit à regibus de ſtirpe Dauid ibidem tibus in*

ſuccedentibus. Matth. 1. Sicut reges Siciliæ dicuntur Franci: quia in Francia progeniti ſunt ab antiquo. Secundo dicitur fuiſſe de ciuitate Nazareth; quia ibi fuit in vtero natus per conceptionem in annunciatione: de qua natiuitate dixit angelus ad Ioſeph. Matth. 1. Quod in ea natum eſt: de ſpiritu ſancto eſt. Tertio dicitur fuiſſe de ciuitate Bethlehem; quia ibi eſt natus ex vtero. vt habetur Luc. 2. Quarto dicitur fuiſſe de ciuitate Hieruſalem; quia ibi ſepultus fuit; ſicut dicitur ſanctus Petrus de Roma, & ſanctus Iacobus de Galicia, & ſanctus Ludouicus de Marſilia, & ſanctus Antonius de Padua. Intelligendum tamen quod inter omnes iſtas appellationes, Nazareth obtinuit principatum. tum quia populus dicebat in ſolemnitate de ramis palmarum: hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galilææ. Matth. 21. tum quia Iudæi volentes capere Dominum, dicebant quod quærebant Ieſum Nazarenum. Ioan. 18 tum quia in titulo triumphali ſcripſit Pilatus: Ieſus Nazarenus Rex *Iudæorum.* Ioan. 19. Vnde & *credentes in Chriſto, Nazareni fuerunt appellati; & Chriſticolarum ſocietas dicta eſt ſecta Nazarenorũ Act. 24* Hæc Fran de May vbi ſupra. Cum ergo Chriſtus ſit oriundus de ciuitate Nazareth, clarum eſt quod hanc ciuitatem, quæ eſt patria ſua valde diligit; vera eſt enim ſententia illa Virgilij in Bucolicis, ſcilicet, *Dulcis amor patriæ*, quæ probatur per l. qui habebat. ff de le 3 & ibi Albert. de Roſa Vnde Ouid in 1 lib. de Ponto canit: *Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.* Et Gualterus in Alex. lib. 1. ait: *O patria natalis amor ſic allicis omnes* &c. & lib. 6 *Dulcior eſt patrius alieno ceſpite ceſpes.* & Virgilius vbi ſupra: *Nos patriam fugimus, & dulcia linquimus arua* & Caſſiod epiſtolarum lib. 1. Epiſtola 21 inquit: *Vnicuique patria ſua charior eſt.* Si autem prædictis opponatur, quod ſcriptum eſt Ioann. 1. quòd cum Philippus Apoſtolus dixiſſet Nathanaeli: *Quem ſcripſit Moyſes in lege, & in prophetis inuenimus Ieſum à Nazareth.* ipſe Nathanael reſpondit: *A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe:* quaſi diceret non. Et ſic videtur quod Chriſtus non debuerit eſſe de ciuitate Nazareth. Reſpondetur: quòd ſi Nathanael verba prædicta dixit dubitatiue, vel negatiue: vt exponit Chryſoſt. errauit. & ideo Philippus eum duxit ad Chriſtum, vt ab eo inſtrueretur: dicens ei: *Veni & vide* vel melius dicitur ſecundum Nicolaum de Lyra, ſuper hoc paſſu ex mente ſancti Aug quod Nathanael erat doctus in lege, & ideo ſciebat Chriſtum debere concipi in Nazareth ſecundũ vaticinium. Eſa. 11. & ideo dixit prædicta verba affirmatiue: ſ. à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe. Quarto in hac parte ad maiorem declarationẽ prædictorũ, ſ. mẽſis in quo facta eſt incarnatio verbi, qui fuit Martius. vt ſup diximus, & ita tenet ſancta mater Eccleſia. Quærit̃ quare potius in iſto mẽſe facta eſt, quã in alio: Et reſpondetur ſecundũ ſententiã Bern ſuper *Miſſus eſt*, quòd hoc tempus fuit valde congruum myſterio. Vnde breuitatis cauſa dico quòd tempus fuit conueniens propter tria. Primo propter nouitatem; nã vt inquit Iſido. 5. lib. Etym. Hic menſis appellatur menſis nouitatum à Romanis: Tunc enim omnia virent: ridet terra, & arbores; ceſſant niues, & glacies, & fit aeris ſerenitas: Vento arbores impinguantur, & omnia floreſcunt. In hoc tempore nouo, nouus homo venit in mundum Vnde Hiero. ad Euſto. ait: *Verum nouum, & omnium nouitatum ſupereminens nouitas, quando Deus quem ferre non poterat mundus, neq; videre aliquis vt viuere poſſit. ſic ingreſſus eſt hoſpitium ventris, vt puderis clauſtra neſciret; ſic geſtatus, vt totus Deus in eo eſſet.* Conueniente: ergo in hoc menſe debuit cõcipi, qui autor eſt mũdi. In cuius cõceptione facta ſunt quatuor noua. Primum fuit noua angeli ſalutatio; vnde Bern. in ſermone de annunciatione ait: *Iniungitur angelo noua ſalutatio, & nouam virgo profeſſa virtutem nouæ ſalutationis honoratur obſequio*, & Hiero vbi ſupra inquit: *Non ſimplex, vel conſueta fuit iſta ſalutatio, ſed omni admiratione digna.* Secundum nouum fuit virginis ſine viro conceptio Vnde Ber. in quodam ſermone Pentecoſtes ait: *Subſtantialiter vtero virginis elapſus, de ſpiritu ſancto conceptus eſt Chriſtus. O magna miracula; conceptus fuit ſine pudore, partus ſine dolore, mater ſine corruptione.* Tertium nouum fuit tantæ maieſtatis abbreuiatio Vnde Ber. ſuper *Miſſus eſt*, ait: *In conceptu, partuq; virginali noua, ac mira profecto inſpicit, qui diligenter inquirit; porro ibi agnoſcitur longitudo breuis, latitudo anguſta; altitudo ſubdita* Quartum nouum fuit omnis creaturæ renouatio: quippe omnis creatura erat antiqua; & à proprio vſu elongata; quia poſt primum peccatũ nulla creatura habuit vſum ſuum debitum; facta eſt enim, vt homini ſeruiret exiſtenti ſine peccato, & ſubdito Deo: quando ergo homo peccauit, debitum ſeruitium creaturarum amiſit; Chriſto autem in carne venienti omnis creatura paſſiuam exhibuit ſeruitutem; & tanquam renouata miniſterium ſuum homini impendere cœpit conſuetum; & ad hoc exponi poteſt illud Apoc 21. *Ecce noua facio omnia* Secundo fuit conueniens in hoc tempore incarnari propter delicioſitatem. Nam tempore veris ſolent quædam flumina principalia inundare; vt Phiſon & Tigris. In incarnatione autem filij

Nazareth tamen obtinuit principatum.

Quare in Martio voluit incarnari.

In cõceptione Chriſti fuerunt quatuor noua.

Dei

Digitized by Google

Dei facta eſt influentia ſpiritualium charisſmatũ, & donorum: iuxta illud Eccleſ. 28. *Ego ſapientia effudi flumina*, ſcilicet gratiæ, & ſcientiæ. Dicit quoque Iſido 5 etymolog. quòd ver dictum eſt quia viret; & poſt hyemem veſtitur tellus herbis & floribus; & philoſophus dicit quòd ver eſt pictor terræ. Tertio fuit hoc conueniens propter conformitatem. Tali enim menſe vetus Adam eſt de limo formatus, & in paradiſo collocatus, & inde propter præuaricationem expulſus. Nam inter omnes menſes primus fuit Martius: vt ſup. diximus; licet enim apud Iudæos Apoſtolis habeatur primus: vt dicitur in. § primum 76 diſt. & per gloſſ. in c. celebritatem. de conſecr. diſt 3 tamen Romani Martium primum menſem reputanerunt vt inquit Archid in c. ieiunium 76 di. quem menſem primum Romulus qui Romam condidit, voluit appellari Martium, in honorem Martis patris ſui: vt hiſtoriographi tradunt, & poetæ. Quia igitur Martius erat primus mẽſium: ideo ſeptimus menſis ab eo appellatur September & decimus December, & ſic de ſingulis, vt per gloſſ. in c. ſi. quæ incipit. oblationes 75. di. & in l. 1. ff de de aqua quoti. & æſti. vnde dicit Ioan. An in Cle 1. de reliqui. & venera. ſanctorum. quod Iulius antiquitus appellabat Quintilis, & Auguſtus Sextilis. ſ. à primo mẽſe Martio: ſed poſtea Iulius appellatus eſt hoc nomine ad honorem Iulij Cæſaris, & Auguſtus ad honorem Auguſti Imperatoris. & ibidem dicit quod antiquitus non erant niſi decem mẽſes anni apud Romanos: quorum primus erat Martius: ſed poſtea additus fuit Ianuarius, & Februarius. Iſte autem menſis Martij appellatur menſis nouarum frugum. Exod 13. quod nomen dicit Fran de Mayro. ſuper *Miſſus eſt*, eſſe conueniens, quamuis nondum ſint tunc fruges formatæ: quia eo tempore germina ſunt nouiter propagata: & ideò vocantur nouæ fruges. Aut ideo ſic dicitur: quia mundus, qui principium habuit in hoc menſe, fuit productus cum fructibus ſuis: nam non produxit terra hac prima vice fructus, vt nunc facit cum tempore: ſed in inſtanti ad imperiũ Dei: de quo dixi in 1 parte Roſarij ſermonum, ſermone 4 parte 1 Vel ſic appellatur, quia in paradiſo terreſtri, vbi poſitus fuit dominus Adam, eſt talis diſpoſitio aeris. vt ait Fran. vbi ſup. quod in hoc menſe ſunt maturæ nouæ fruges. Tali ergo menſe lapſo primo Adam, conuenienter fieri debuit reparatio per nouum Adam in eodem. Et ideo tunc eſt Chriſtus incarnatus, & in paradiſo vteri virginalis collocatus. vt cuſtodiret illum. Eodẽ inſuper die quo vetus Adam ſuos per lignum damnauit, nouus Adam eos per lignum reparauit. O igitur Adam gratias age virgini benedictæ, quæ illum concepit, qui omnia mala tua, & peccata venit abolere.

Martius prim⁹ menſium anni.

Martius dicitur, menſis nouarũ frugum.

PARS SECVNDA HVius ſermonis: quid ageret B. Virg. tempore ſalutationis Angelicæ.

Queritur pro expeditione huius partis, quid agebat B. virgo quando ad eã intrauit Angelus ſalutandam? Et reſpondetur quod erat in actu contemplationis. Dicitur. n Eſa 30. *In ſilentio, & ſpe, erit fortitudo veſtra.* Sed Domina noſtra hic maxime indigebat fortitudine fidei: ergo debuit eſſe in ſilentio & ſpe, ſed hoc eſt in contemplatione ergo &c ſecundum. n. philoſophum 7. Phyſ. *anima ſedẽdo, & quieſcẽdo fit prudens.* Item Oſeæ 2. c dicit: *Ducã te in ſolitudinem, & loquar tecum.* & per hoc tangitur ſtatus contemplationis. Item Thren 3. dicitur: *Sedebit ſolitarius, & leuabit ſe ſuper ſe.* & hoc facit contemplatiuus. Cum ergo in hoc myſterio deberet beata virgo eleuari ſuper ſe, & ad Deum appropinquare; ſequitur quòd hoc faciebat per cõtemplationem. Item nobiliſſima operatio congruit nobiliſſimo ſtatui. vt arguit ad hoc propoſitum Albertus vbi ſupra. c 36 Sed hæc fuit nobiliſſima operatio, ſcilicet conceptio filij Dei; ergo debuit fieri nobiliſſimo ſtatu, ſcilicet contemplationis. Item ſuper illud Geneſ. 28. *Scalam vidit Iacob.* ait gloſſa: *Illi diuina conſpiciunt, qui ab appetitu temporalium oculos clauſerunt*: ſed beatiſſima virgo in hoc opere Dei fortiſſimum aſpectum habuit; ergo maxime oculos à temporalibus clauſos habuit, & ſic maxime contemplationi vacauit. Et hoc verum eſſe affirmat Albertus vbi ſupra c. ſequen dicens: *Cõcedimus quod beatiſſima virgo in actu contemplationis fuit, quando ad eam iſta annunciatio venit. Ipſa enim in hac annunciatione in ſummo pura creatura eleuabatur cauſaliter in ſummam poteſtatem, quia ſuper naturam Deum genuit & ad hoc eleuabat fides iuxta illud Marci. 9. Omnia ſunt poſſibilia credenti. Item in ſummam dignitatem; quia per hoc totius creaturæ per creationẽ mater effecta eſt, & ad hoc eleuabat humilitas, iuxta illud Luc 14. Qui ſe humiliat, exaltabitur. Deſcenſus enim eius per humilitatem aſcendere magis eam faciebat per contemplationem, iuxta illud Luc. 10. Reuelaſti ea paruulis, id eſt humilibus. Item eleuabatur in ſummam charitatem; quia Deo per hoc ſumma & maxima propinquitate propinquiſſima ex-*

Digitized by Google

ma extitit; vtpote quæ ipſius filia, mater, & ſoror ac ſponſa fuit. & ad hoc eleuabatur diuinus amor. iuxta illud Prouerb. 8. Ego dil gentes me diligo. Item eleuabatur ad ſummam Dei familiaritatem, & illam faciebat caſtitas iuxta illud Sap. 6 incorruptio facit eſſe proximum Deo. Omnes autem iſtæ virtutes præparabant ad hoc myſterium ſuas potentias eleuando habitualiter, maxime virtus humilitatis: de qua loquens Auguſt. in quodam ſermone ait: Humilitas genuit nobis Deum, id eſt generari fecit, charitas tamen tanquam forma, & vinculum perfectionis fecit coniunctionem actualiter, & complementum. Vnde de ipſa dicit Hugo de ſancto Victore quòd Deum captiuum, & ligatum de cælo duxit in hunc mundum. Hæc Albertus. Dicunt autem doctores quòd angelus ingreſſus eſt ad virginem orantem, ſuſpirantem, & lachrymantem.

Angelus Mariam orantem uenit.

Primo ingreſſus ad eam orantem; quia illa hora orationi ardentiſſime inuigilabat. Vnde Bern. ſuper *Miſſus eſt* inquit: *Quo ingreſſus in ſecreto cubiculo, vbi clauſo ſuper ſe oſtio, orabat patrem in abſcondito.* Si enim conceptio præcurſoris fuit denunciata patri præoccupato in ſacro officio: multo probabilius eſt quòd conceptio Saluatoris fuit denunciata beatæ virgini in oratione, & deuotione actualiter exiſtenti; & probatur dicto Auguſtini lib. 3 de mirabilibus ſacræ ſcripturæ dicentis: *Mater Domini erat verbo angeli annunciantis ſine vllo incredulitatis aut inobedientiæ obiecto conſenſit.* Ex quibus verbis accipit argumentũ Franc. de Mayro. vbi ſupra, quòd Gabriel angelus inuenit virginem beatiſſimam in deuota oratione exiſtẽtem, quando eam ſalutauit. De cuius oratione ad miſerendum humano generi Deum inclinante, verificata fuit illa Ouidij ſententia in 1. de arte amandi di. *Flectitur iratus voce rogante Deus.*

Inuenit eã angelus deſiderio ſuſpirantem.

Secundo ingreſſus eſt ad eam ſuſpirantẽ. Nam per primam ſanctificationem beata virgo inflammata fuit ad deſiderium incarnationis filij Dei, & ſalutis omnium electorum. Vnde omnis vi tus mentis ſuæ in id quod poſtea in ea factum eſt, toto conatu ferebatur. Ipſa enim fuit fœlix clauſula totius expectationis, & deſiderij, & poſtulationis aduentu boni Ieſu; in qua omnia deſideria ſanctorum patrum præcedentium conſummari, & terminari videntur; propter quod omnino eſt inexpreſſibile nobis illud feruidum deſiderium, & orationis virtuoſæ ſuſpirium, quo ſuſpirabat ad Deum, vt filium ſuum mittere dignaretur ad noſtram aſſumendam naturam. Non credas autem, quòd ad ipſum recipiendum in carne ſua ſe dignam reputaret; quia gratia ſanctificationis, quæ eam omni virtute repleuit, ſic à principio ipſam mentem virginis in omnium virtutum radice. ſ. ſancta humilitate inabyſſauit, quod ſicut nulla poſt filium creatura tantum aſcendit in humilitatis perfectiſſimæ recognitione; ita nec alicui puræ creaturę datum eſt in via tantum guſtare nihilum eſſe: nec tantum ſe annihilare ſub volito maieſtatis diuinæ; propter quod non mirum ſi oratio talis humilitatis non ſolum penetrabat nubes; ſed etiam omnes angelicas cohortes; & continuo ſiſtebatur ante acceptabiliſſimum conſiſtorium ſanctiſſimæ Trinitatis. In ipſa ergo hora ſuæ annũciationis cum ſuſpirijs multis filium Dei ad incarnandum deprecabatur.

Inuenit eã præ deuotione lachrymantem.

Tertio ingreſſus eſt Angelus ad eam lachrymantem præ deuotione, & præ dulcedine, quam concipiebat, cum cogitabat Deum hominibus adeo fore propitium, quod pro eis carnem aſſumeret: lachrymantem inſuper præ compaſſione totius humani generis ſauciati, & vulnerati, & captiui ſub iugo Angeli tenebrarum. O ſi vidiſſes virginem paulo ante aduentum Angeli in hac oratione feruida, forte & cor cor tuum mollires dulcedine deuotionis. Erat quidem ipſa vt puto in hac oratione plus ſolito feruentiſſima, mentali eleuationi intentiſſima, & diligentiſſima ad perſcrutandum deuotè myſteria incarnationis. Tunc humiliter corde deuoto plangentibus oculis, vultu ad cæleſtia reuocato dicebat Deo: O clementiſſime, bone *Deus*, rex regum, qui bonitate tua mundum creaſti de nihilo, & poſt Angelos, hominem ad tuam imaginem formatum, dominum conſtituiſti creaturarum, vt tibi ſeruiret, & te diligeret, tibique in omnibus obtemperaret: miſerere etiam perdito per peccatum, miſerere bonitate tua, miſerere clementia, & charitate tua; aperi cælos, deſcende: iam tot annorum millia percurrerunt, & ſancti patres, & prophetæ, & patriarchæ, & amici tui in tenebris habitant expectantes lumen tuum, veni obſecro pater benigniſſime, veni & ne reſpicias peccata hominum: deſcende de cælis verus Deus, verum lumẽ, gaudium, ſolatium, dulcedo, & conſolatio afflictorum. O ſi oculis proprijs tam grande myſterium aſpicerem. O quam lætarer, cum Deum in carne viderem. O quãtum ſancti patres gaudium ſuſciperent. Rumpe moras creator optime, & veni ad liberandum nos. Fac mihi hanc gratiam vt tuæ matris ancilla & pediſſequa efficiar. O ſi cernere poſſem antequã moriar illam benedictam virginem, quæ paritura eſt meum Saluatorem: profecto illius pedib. prouoluta eius me ſeruam facerem, & illius ſemper mandatis obtemperarem. In his deuotiſſimis ſuſpirijs, & lachrymoſis oratio-

orationibus occupatam reperit. Angelus virginem immaculatam, quam dulciter ſalutauit: & iucundiſſimo vultu, ac ſuauiſſima voce illi dixit: O Maria omni gratia Dei plenißima O virgo ſuper omnes alias benefacta. O puella Dei æterni coniugio deputata: ſi videre appetis virginem Dei filium parituram, aſpice teipſam. Si deſideras creaturam incarnari: præpara deuotè habitaculum ſacratiſſimi ventris tui. Si optas Saluatorem de cælo deſcendere, conſenſum præbe, & concipietur ex te. Te enim in ſponſam ſuam pater æternus elegit: te filius in matrem ſuam ante ſecula deputauit. Te ſpiritus ſanctus ſuper omnes virgines adamauit. Gaude igitur, & lætare: quia rex regum, & Dominus dominantium, atque Imperator angelorum naſcetur ex te.

PARS TERTIA huius ſermonis de collocutione.

VT inquit Euangelium Luc. 1. *beata virgo audita angelica ſalutatione, turbata eſt in ſermone eius; & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.* Vbi apparet laus virginis in auditu, in affectu, & in cogitatu. In auditu enim laudatur modeſtia, quia audit & tacet. In affectu verecundia, vnde turbata eſt. In cogitatu vero prudentia, quia cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.

Maria quare turbata. Turbata eſt autem, vt ait Nico. de Lyra ſuper Luc. & Fran. de May. in 3. di. 4. non de viſione Angeli, quoniam ſæpe angelos videre conſueuerat: ſed quia nunquam talia loquentes audierat: ob nouitatem igitur locutionis admirari compulſa fuit. Fuit ergo turbatio non impatientiæ, ſed admirationis, pudoris, ac timoris: eſt igitur turbata, id eſt verecundata. Angelus enim vt ſupra dictũ eſt, ei apparuit in forma pulcherrimi iuuenis: nõ in ætate ſenili: quia illa ætas dicit vetuſtatem, & defectum in virtute, & ſenſu, non in ætate puerili; quia licet illa ætas dicat nouitatem, tamen etiam oſtendit imperfectionem: ideo decuit, & cõueniens fuit vt appareret in ætate iuuenili: quia hæc ætas dicit nouitatem, & perfectionem. & ille Angelus nunciare venerat eum, qui erat nouus quantum ad humanitatem: & perfectus quãtum ad diuinitatem. Beata virgo Maria illum iuuenem pulcherrimum videns, & nondum eum Angelum eſſe cognoſcens, & ſe ſolam cum eo in thalamo inueniens, fuit turbata, id eſt nimium verecundata.

Vnde Hierony. ad Euſto. ait: *Tanta puritatis Maria extitit, vt eſſe mater Dei mereretur. Ad quam cum Gabriel in viri ſpecie deſcendiſſet, cõſternata ac perterrita, reſpondere nõ potuit. Nunquam enim à viro aliquo fuerat ſalutata.* & Ambroſ. ſuper Luc. dicit: *Trepidare quidem virginis eſt, & ad omnes virorum ingreſſus pauere, ac omnes eorum affatus vereri. Diſcant ergo mulieres propoſitum pudoris imitari. Maria pauet angelica ſalutatione.* Secundo turbata fuit id eſt expauefacta. Angelus quippe cum lumine, & cum candida & luminoſa veſte ſibi apparuit, vt ſupra diximus: & ideo ex tali fulgore expauefacta fuit. Non enim venit Angelus in veſte nigra: ſed fulgida, & candida: quod quidem conueniebat multiplici ratione, vt probat Alber. vbi ſup. c. 27. *Quare Angelus in veſte fulgida et candida apparuit.*

Primo ratione annunciantis; quia candor veſtimenti deſignabat fulgorem & claritatem atque innocentiam Angeli.

Secundo ratione annunciati: quia annunciabatur ille, qui *eſt candor lucis æternæ: & ſpeculum ſine macula.* Sapient. 7. Et aſſumpſit primitias noſtræ maſſæ cum immunitate culpæ, & ſic in omnimoda puritate & claritate.

Tertio ratione illius, cui fiebat annunciatio, quæ fuit tota candida: quia ab omni peccato penitus aliena.

Quarto ratione modi procedendi in hac incarnatione: quia fuit ſine corruptione, & ſine diminutione, & ſine mixtione: ſicut lux procedit de luce. Cum ergo conceptus iſte fuerit puriſſimus, & puriſſima fuerint omnia, quæ concurrerunt in hac incarnatione, congruebat Angelum venire in clara veſte.

Beata igitur virgo videns Angelum venire cũ tanta claritate, & cum tam fulgida veſte, fuit turbata, id eſt, expauefacta. Vnde canit Eccleſia: *Et expauit virgo de lumine.*

Tertio fuit turbata, id eſt nimis admirata: & hoc maxime de duobus.

Primo de eo, quòd Angelus in forma humana oſtio clauſo intrauit ad eam. Vnde Bernard. vbi ſupra ait: *Non eſt ſuſpicandum, quòd Angelus apertum inuenerit virginis oſtium, cui nimirum erat in propoſito frequentias hominum fugere, & colloquia vitare: ne vel orantis ſilentium turbaretur, vel continentis caſtitas tentaretur.* clauſerat itaque etiam illa hora ſuper ſe habitaculum ſuum prudentiſſima virgo; ſed hominibus, non Angelis: proinde etſi potuit ad eam intrare Angelus, nulli tamen hominum facilis patebat ingreſſus. Intrauit ergo Angelus, nec fuit illi difficile per oſtiolum clauſum abdita virginis penetrare, cui vtique ex naturæ ſuæ ſubtilitate, quodlibet corpus quantũcũq; ſolidũ & ſpiſſum, peruiũ eſt, ac facile penetrabile. *Maria fuit admirata de duobus.*

Digitized by Google

Secundo admirata fuit de eo quòd tam nouum & inauditam ſalutationem ſibi fecit quòd ſcilicet Deus deberet eſſe ſecum non tantum in mente per gratiam, ſed etiam in ventre per ſe ſceptam humanam naturam. Vnde Petrus Rauennas in quodam ſermone ait: *Quamuis metu blando: affectu pro virginem ſibi in matrē, famulamque ſibi verte et in parentem, viſcera tamen eius turbata ſunt, ipſa quoque trem efacta humana conditio, cum eius cond.tor Deus, quem tota creatura non capit, totum intra pectus virginis ſe recepit. Nam vt Angelum vidit, mens eius contremuit, cum eius ingreſſu deitatis ſenſit ingreſſum.* hæc ille. Vnde ſi Salomon debens ædificare Deo templū dicebat, 2. Paral. 6. *Quis ego ſum, vt ædificem ei domum dignam? Si en in cæli cælorum capere eum nequeunt; quantus ego ſum vt ædificem ei domum?* Multo magis debebat hoc dicere beata virgo, quæ debebat Deum non in templo materiali, ſed in vtero ſuo recipere, & ideo fuit de hoc in magna admiratione.

Franciſcus autem de Mayro. in 3. diſt. quarta. dicit, quòd virgo ſanctiſſima in hac ſua turbatione cogitabat myſteriū incarnationis verbi, quod ſibi in ſalutatione extitit reuelatum, ſed non modus erat ſibi expreſſus, ſcilicet quòd virgo pareret: & ideo timebat ne hoc eſſet, vel fieret cum virginitatis diminutione. Vnde ſubditur in Euange'o prædicto: *Et cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio.*

Cogitatio Mariæ erat circa quatuor. Circa quatuor autem eius cogitatio verſabatur.

Primo circa ſalutantis qualitatem, vtrum eſſet bonus nuncius, vel non. Sciebat enim quòd diabolus ſæpe ſe transfigurat in Angelum lucis cap licet. de regularibus. & 26. quæſtione. 5. cap. nimium & 29. quæſt one. 1. § t. & 2. ad Cor 11. Sed per Dei reuelationem ſtatim cognouit quod erat bonus Angelus, & Dei ſpecialis nuncius, vt ait Bernar. ſuper *Miſſus eſt.* In hoc autem obſeruauit beata virgo illud Catonis conſiliū di. *Quod tibi ſuſpectum eſt, confeſtim diſcute, quid ſit: Namque ſolent, primo quæ ſunt neglecta, nocere.*

Secundo eius cogitatio verſabatur circa ſalutationis nouitatem; quia à ſeculo non eſt auditū, quòd aliqua fœmina ab Angelo ſit vocata gratia plena, vel benedicta, & ideo talis nouitas verborum quodammodo eam turbauit, & in admirationem duxit. Vnde Petrus Raue vbi ſup ait: *Venerat Angelus in ſpecie blandus, in ſermone terribilis, humana præferens, diuina repromittens: vnde & virginem, quam lon ter ſolliſtauit viſus, turbauit auditus.* Et Auguſt. in ſermone de annunciatione inquit: *poſt illius benedictionis præſagium, terretur virgo nouitate verborum.*

Tertio ſua cogitatio verſabatur circa ſuam indignitatem: quia indignam ſe reputabat tali viſione & ſalutatione. Vnde Bernard vbi ſupra ait: *Numirum indignam ſe angelica ſalutatione reputabat: & forſitan in mente talia meditando reuoluebat: vnde hoc m hi, vt veniat ad me ſic ſalutandam Angelus Domini?*

Quarto eius cogitatio verſabatur circa Dei bonitatem, quę tanta erat, quòd per ipſam humanum genus ſaluare & redimere diſponebat: vnde illi inquit Bern. vbi ſupra: *Inueniſti, quod ante te inuenire nemo potuit, gratiā ſcilicet apud Deum, Dei & hominum pacem, mortis deſtructionem, & vitæ reparationem.* Et Hierony in ſermone ad Euſtoch ait: *Hæc eſt quæ reddit Angelis gloriam, Deum terris, finem vitijs, vitæ ordinem, & moribus diſciplinam.* Iſta igitur quatuor in corde ſuo reuoluens, noluit ſtatim reſpondere, ſed cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio: ſeruans illud conſilium poetæ dicentis: *In reſpondendo nunquam celer eſſe memento.* vnde Petrus Rauenna. vbi ſupra, inquit: *Cito namque reſpondere, fatuitatis eſt humanæ: cogitatio vero ponderis eſt maximi, & iudicij præmaturi* & Bernard. vbi ſupra. ait: *Turbata eſt ſed non perturbata: quòd ergo turbata, eſt verecundia virginalis: quod non perturbata, fortitudinis: quòd tacuit & cogitauit, prudentia. Turbatus ſum,* inquit propheta; *& non ſum locutus. Cogitaui dies antiquos.* Sic beata virgo turbata eſt, & nō eſt locuta: ſed cogitauit qualis eſſet iſta ſalutatio. Ideo ſequitur in Euāgelio præd cto angelica cōfortatio Nam dixit, *Ne timeas Maria,* ſcilicet, de ſalutatione inſolita, cuius cauſa ſubditur: *Inueniſti enim grātiam apud Deum.* ſ. nō ſolum pro te: ſed pro toto humano genere.

In quo dignoſcatur Angelus bonus à malo. In hoc autem cognoſcitur Angelus bonus à malo, quod Angelus bonus quando apparet, in principio terret: in medio confortat, in fine vero lætificat. Ideo iſte Angelus virginem benedictam in principio terruit, quando ipſa tu bata fuit. In medio confortauit quando dixit, *Ne timeas Maria* & c. In fine vero lætificauit: quando eam Dei filio grauidā reliquit Angelus vero malus, quando in Angelum lucis ſe transfigurat: Primo delectat. In medio diuerſis tentationibus multū conturbat. In fine vero multum contriſtat. Iſte ergo Angel. cognoſcens quod cogitatio virginis verſabatur circa quatuor prædicta, ad illa reſpondit. Primo ad qualitatem ſalutantis Deum ait: *Ne timeas Maria:* ſuper quo dicit Bernard. *Ne timeas Maria,* nihil hic doli, vel fallaciæ. Nullas hic

hic inſidias ſuſpicetis, non ſum homo, ſed ſpiritus: non Angelus ſatanæ, ſed Dei nuncius. Secundo reſpondit ad ſalutationis nouitatem dum ait: *Inueniſti gratiam apud Deum*: vbi Petrus Rauen. *Timet ſiquidem non qui timuit, ſed qui perdit. Quid ergo timet, quæ ſecuritatem parit, rerum cauſam, gaudium ſeculorum? timor non eſt, vbi diuinum eſt negocium, non humanum; quid timet Maria, cuius iudex eſt cauſa, aſſertor integritas, teſtis mundicia?* Tertio reſpondet ad reputationem indignitatis ſuæ, dum ait: *Ecce concipies in vtero, & paries filium*: digna proculdubio es videre Angelum, quæ es electa mater Dei, digna es ſalutari à nuncio Dei. Vnde Bernard. vbi ſupra ait beatæ virgini in perſona Angeli: *Ne timeas Maria. O ſi ſcires quantum tua humilitas altiſſimo placeat, quantaque tibi apud ipſum ſublimitas maneat, angelico te indignam nec eloquio, nec obſequio iudicares. Ne miteris Maria, quòd Angelus ad te venit; nam & maior Angelo in te venit; non mireris Angelum Dominicum; nam & Dominus Angelorum eſt tecum; poſtremo quid niſi Angelum videas, cum iam angelice viuas? Cur autem indebitam tibi dixeris gratiam Angelorum, quæ inueniſti gratiam apud Deum?* Quantum vero ad quartam cogitationem de bonitate diuina, qua per eã mundum ſaluare diſpoſuerat; Reſpondet Angelus approbando eam dicens: *Vocabis nomen eius Ieſum.* vbi Bernard. ait: *Ieſus Hebraice, Latine Saluator dicitur; hoc eſt nomen quod dedit cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum, ſermonem mutis, vitam mortuis. totamque diaboli poteſtatem de obſeſſis corporibus; effugauit.* Subdidit autem Angelus ad maiorem virginis confortationem. *hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur* &c.

Vbi notandum quòd Chriſtus dicitur magnus, & maior Angelorum reſpectu diuinitatis. ſecundum illud ad Hebræ. primo *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit*: dicitur quoque minor Angelorum, conſiderata humanitate eius in ſe ſiue diuinitate; & ita intelligitur illud Pſalm. 8 ſi referatur ad Chriſtum: *minuiſti eum paulo minus ab Angelis.* Hæc autem audiens Maria ab Angelo; Reſpondit vt habetur Luc. primo: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco*: id eſt, non cognoſcere propono. Vbi notandum quòd inter Angelum, & virginem glorioſam quaſi quidam dialogus fuit factus; & ſecundum quoſdam cœpit à media nocte, & durauit vſque ad auroram: ſecundum alios autem incepit ad aurora, & durauit vſque ad ortum ſolis. Alij autem, vt ſupra diximus, dicunt quòd incepit in ſero, & perdurauit vſque ad horam matutinam. Nam virgo Angelum interrogauit, requirens de modo; Angelus vero expoſuit. Deinde virgo conſenſum præbuit; & conſentiens, vt ſic fieret, rogauit. Primo igitur interrogauit, & modum quæſiuit dicens: *Quomodo fiet iſtud* &c. vbi Petrus Rauen ait: *Interrogauit Zacharias Angelum, & punitus fuit. Interrogauit Maria, & laudata fuit, erat enim interrogationum diuerſitas; & cauſa per diuerſa hæc contra naturam credidit; ille pro natura dubitauit. hæc integra rei ordinem quæſiuit: ille quod Deus iubebat, fieri non poſſe putauit. hæc ad finem ſine exemplo præcurrit; ille impellentibus exemplis ad fidem acceſſit. hæc mirabatur de partu virginali; ille de conceptu dubitabat coniugali.* & ſic patet quòd virgo nõ dubitauit de facto, ſed tantum quæſiuit de modo. vnde Bernar. vbi ſupra ait: *Non dubitat virgo de facto, ſed modũ quærit & ordinem non enim quærit, an fiat, ſed quomodo fiat.* Et Amb. ſuper Lu. di: *Non de effectu virgo dubitauit, ſed accommodauit affectum, & ſpopondit obſequium. Neque enim non credere Angelo Maria debuit, neque tam temere vſurpare diuina: vnde dixit: Quomodo fiet iſtud? Temperatior eſt iſta reſponſio, quàm verba ſacerdotis. hæc ait: Quomodo fiet iſtud? Ille reſpondit: Vnde hoc ſciam? Negat ille ſe credere, & quaſi fidei adhuc alium quærit autorem. Iſta ſe facere profitetur, nec dubitat eſſe faciendum, quod quomodo fiat inquirit: Legerat enim Maria: Ecce virgo concipiet, & pariet filium; ideo credidit futurum; ſed quomodo fieret, ante non legerat. Non enim quemadmodum fieret, vel propheta tante fuerat reuelatum. Tantum enim myſterium non hominis fuit; ſed Angeli ore promendum.* hæc ille.

Quare Zacharias interrogans punitus fuit, & non Maria.

Sciendum eſt aũt, quòd trib. modis poteſt aliqua mulier filium generare: aut ſpiritualiter, ſicut fit in Baptiſmo, vel in conuerſione ad fidem. iuxta illud 1 Corinth 4. *In Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui.* Aut naturaliter, ſcilicet operatione ſpiritus ſancti ſine viro. Dixit ergo beata virgo: Quomodo fiet iſtud Angele Dei, id eſt. quomodo intelligis tu quòd iſtum filium debeam generare? Si dicis quòd ſpiritualiter; quia ſcilicet erit meus filius ſpiritualis: magnum quidem erit talem filium ſpiritualem habere: ſed tamen nihil ad me pertinebit: quia de mea ſubſtantia nihil habebit. Si vero intelligis quòd naturaliter generabo, & quòd voluntas Dei ſit, quòd de Ioſeph ſponſo meo ipſum debeam generare, gaudebo quidem de tam nobili prole: ſed tamen dolebo de perdita virginitate. Si autem

intelligis quòd ſupernaturaliter, & diuina virtute generabo; gaudebo quidem de prole tam magnifica, & de virginitate conſeruata. Vnde Bern. ſuper *Miſſus eſt*, ait in perſona virginis: *Cum Dominus teſtis conſcientiæ meæ, ſciat votum eſſe ancillæ ſuæ, virum non cognoſcere: qua lege, quo ordine ſibi placebit, vt illud faciã? Si me oportuerit frangere votum, vt ſaltem pariam filium & gaudebo de filio, & dolebo de propoſito. Fiat autem voluntas eius. Si autem quòd virgo concipiam, & virgo pariam, quòd vtique ſibi placuerit, impoſſibile ei non erit: tunc ſciam vere quòd reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.*

Secundo Angelus modum ſibi expoſuit, quod ſcilicet non ſpiritualiter; non naturaliter filium generaret dicẽs: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, hoc eſt non cõcipies de humano ſemine; ſed myſtico ſpiramine: quia ſpiritus ſanctus in te deſcendet, & de tua carne virginea accipiet, & corpus Chriſti ſua virtute perficiet. Et quoniam virgo poſſet dicere, quomodo ipſa cum ſit pura creatura, poſſet diuinam lucem, quæ eſt inacceſſibilis, ſuſtinere: Angelus ſubiunxit: *Et virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Deus quidem eſt ignis inextinguibilis. Heb. 12. Deus noſter ignis conſumens eſt: & lux inacceſſibilis 1. Timot. 6 *Lucem habitat inacceſſibilem*. eſt etiã dulcedo ineffabilis. Eccleſiaſtic 24. *Spiritus meus ſuper mel dulcis* &c. habendo ergo beata virgo Deum in vtero, habuit diuinum ignem, diuinam lucem, & diuinam dulcedinem. Si igitur caro tactum modici carbonis non poteſt ſuſtinere, aut oculus ſolem non poteſt reſpicere. Si palatum mel dulciſſimum non poteſt ferre. quomodo pura creatura poſſet pati tãtum caminum diuinitatis; poſſet reſpicere in ſolem tam infinitæ claritatis, poſſet ſuſtinere ſuauitatem tam infinitæ dulcedinis? proculdubio non potuiſſet, niſi virtus altiſſimi ſibi obumbraſſet. Et ideo dixit Angelus: *& virtus altiſſimi obumbrabit tibi:* ignis enim inextinguibilis, & diuinus ſe ſibi obumbrauit, quando inter ſe & animam virginis corpus aſſumptum poſuit, & ſic tantum ardorem ſuſtinere potuit.

Tunc Maria humiliter conſenſit dicens: *Ecce ancilla Domini* Non enim filius Dei in ipſam veniſſet, niſi conſenſum præbuiſſet; inuito. n. beneficium non confertur l. inuito ff. de reg. iur. Nõ eſt autem credendũ, quod verba prædicta ita nude protulerit: ſed quod ipſa genu flexu, oculiſque & manibus ad cælum leuatis, ac præ nimio gaudio lachrymas cõtinere non valens, cum magno cordis deſiderio exclamauit: *Ecce ancilla Domini* &c. Iſtud aduerbium, ecce, aliquando facit demonſtrationem ad oculũ: ſicut Ioan. 1. *Ecce agnus Dei.* Aliquando ad intellectum, ſicut ibi: Eſai. 7 *Ecce virgo concipiet* &c. Nõ enim fiebat demonſtratio ad oculum: quia virgo beata nõdum erat nota, ſed fiebat demonſtratio ad intellectũ. Aliquando vero demonſtrat affectum, ſicut habetur Ioann. 11. cum Iudæi dixerunt de Chriſto, quando ſuper Lazarum lachrymatus eſt: *Ecce quomodo amabat eum.* quando igitur virgo dixit: *Ecce ancilla Domini*: poteſt eſſe demonſtratio ad oculum: vt ſit ſenſus: Ecce præſens eſt, prompta, & parata ancilla Domini ad obediendum. Et poteſt fieri demonſtratio ad intellectum, tanquam ſi dicat virgo ad Angelum: Quæſiui à te modum concipiendi, & expoſuiſti. *Et ecce ancilla Domini*: modum ipſum intellexi, quòd ſcilicet non naturaliter, ſed ſupernaturaliter concipere debeam. Poteſt etiam demonſtrare affectum, vt ſit ſenſus: *Ecce ancilla Domini*: Offert Deo ſuo ſenſus, deſiderium, & affectum. Et ideo ipſe meum affectum compleat per effectum. Vltimo modo orauit vt ſibi ſic veniat, vt Angelus dixerat, cum ait: *Fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Iſtud ſignatum eſt Ioſue. 15. vbi dicitur quòd Axa filia Caleb ſedens in aſino dixit patri ſuo: *Pater terram arentem, & auſtralem dediſti mihi. da mihi & irriguam: deditque ei irriguum ſuperius, & irriguum inferius.* Axa ſedens in aſino eſt virgo Maria, quæ dominabatur corpori ſuo; quæ habuit terram arentem; id eſt carnem ab omni humore concupiſcentiæ exſiccatam: terram quoq; auſtralem, id eſt animam afflatu ſpiritus ſancti inflammatam, & tamen petijt irriguum ſuperius. & irriguũ inferius, quando dixit: *Fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Nihil enim ſuperius diuinitate; nihil inferius mortali carne. Tunc igitur irriguum ſuperius & inferius habuit, quando in eius ventre verbum caro factum fuit, vt ſcilicet nobis gratiam ſuam daret in præſenti ſeculo, & vitam æternam in futuro Amen.

Ecce quid demõſtrat.

Digitized by Google

DE EADEM FILII DEI

INCARNATIONE EX Virgine.

SERMO QVARTVS.

In quo de ea, num ſi fuiſſet homo, non peccaſſet, diſputatur: ac de eius fructibus pertractatur.

VIRTVS *altiſſimi obumbrabit tibi.* Luc. 1. Beatus Auguſtin in quodam ſermone alloquēs glorioſam virginem Mariam inquit: *Dic mihi iam quaſo ſancta ſanctorum mater,* &c. vide ſup. in 4. parte huius operis. ſermone 4. parte 2. in fi. Etiam dicit in ſermone annunciationis: *Audite fratres Mariam nobiſcum loquentem, carne abſentem, ſpiritu præſentem, vultum auertentem à collocutione verecundia virginitatis, & indicantem, quomodo mater effecta ſit creatoris. Inquit ergo Maria. In domo mea eram puella Iudaa, de Dauid regis ſtirpe generata, adulta ſum, & deſponſata ſum coniugi, & placui alteri, non interueniente adulterio: ſed interueniente ſpiritu ſancto: diſpenſata ſum homini Iudao, & placui altiſſimo, deſponſauit me vir Iudaus, & amauit me Ieſus Deus. ignorauit Ioſeph ſponſus meus, quòd me adamaſſet Deus meus, & putauit quod de adulterio intumuiſſet venter meus, virtus autem altiſſimi obumbrauit mihi:* vt dicunt verba propoſita. Super quibus duas tantum conſiderationes faciemus.

Prima dubitationis appellabitur.

Secunda vero fructificationis.

PARS PRIMA HVIVS ſermonis, in qua diſputatur; num ſi Adam non peccaſſet, Chriſtus incarnatus fuiſſet.

PRo expeditione primæ partis mouetur vna dubitatio, ſcilicet vtrum ſi Adam non peccaſſet, filius Dei incarnatus fuiſſet? Ad quam reſpondet beatus Thom. in 3. ſcripto di. 1. ar. 3. & in 3. parte ſu. q. 1. ar. 3. cum ſuis ſequacibus; dicens quod non. Et hoc probatur primo rationibus: ſecundo autoritatibus. Prima ratio dicitur diuinæ ſapientiæ ſic: Diuina ſapientia in omnibus modum congruum, & ordinem debitum ad inuenit; vnde quia homo diſceſſo Deo, ad corporalia reuerſus lapſus fuerat, ideo conueniens fuit, vt Deus carne aſſumpta; etiam corporalia ſalutis remedia homini adhiberet. Quapropter Auguſt. ſuper Ioannem ait; *Caro te excacauerat; caro te ſanat; quoniam ſic venit CHRISTVS, vt de carne vitam carnis extingueret.* Secundo idem probatur ratione diuinæ miſericordiæ ſic: *Deus ex miſericordia ſua permittit peccata fieri, vt ex eis eliciat maius bonum;* nam vbi abundauit iniquitas; ſuperabundauit & gratia, vt dicit Apoſtolus ad Rom. 5. Et quia eſſe potuit aliquid maius humana natura, & præcipue vnio humanæ naturæ & diuinæ in perſona Chriſti; ideo diuina miſericordia culpam in homine permiſit eſſe; propter illud bonum maximum inde eliciendū; vel propter vnionem diuinæ naturæ, & humanæ in Chriſto. propter quod Gregor. in benedictione cerei paſchalis inquit: *O felix culpa, qua talem ac tantum meruit habere redemptorem.* Tertio idem probatur ratione diuinæ prouidentiæ ſic: Prædeſtinatio & prouidentia Dei, & quantum ad factum, & quantum ad modum, falli non poteſt, ſicut nec præſcientia Dei, quæ futurorum eſt. Et ideo ſicut Deus prædeſtinauit ſalutem alicuius hominis per orationes aliquorum implendam, ita prædeſtinauit opus incarnationis in remedium humani peccati. Præterea autoritatibus idem probatur. Nam hoc affirmat Auguſtinus ſuper illud Matth. 1. *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum,* dicens: *Si homo non peccaſſet, virgo non peperiſſet.* & iterum exponens illud Matth. 8. *Venit filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat:* dicit Auguſtin. in lib. de verbis Apoſtoli. *Si homo non peccaſſet, filius hominis non veniſſet,* ſcilicet in carnem. Item ſuper illud 1. ad Timo. 1. *Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere:* ait idem Auguſtin. *Nulla cauſa fuit veniendi Chriſto Domino, niſi peccatores ſaluos facere. tolle vulnera, tolle morbos, & nulla erit cauſa medicina.* Cum ergo remota cauſa remoueatur effectus, ea cum infirmitas de pœni. & re. ea. cum ceſſante. de appel. cum ſimilibus. vt etiam ait philoſophus 2. phy. videtur dicendum quod ſi peccatum nō fuiſſet: filius Dei carnem non aſſumpſiſſet.

D Thomas partem negatiuam, probat ratione & auctoritatibus

Digitized by Google

Hoc etiam probatur autoritate Grego. quam in Miſſa recitat Eccleſia, dicens: *Nihil nobis naſci profuit, niſi redimi profuiſſet*; ſed redemptio non fuiſſet, ſi ſeruitus peccati non extitiſſet: ergo ſi peccatum non fuiſſet, filius Dei temporaliter natus non eſſet. Auguſt. quoque in quadam oratione ad beatam virginem ait: *vt quid enim neſcia peccati pro peccatoribus pareres, ſi deeſſet qui peccaſſet? aut quid mater fieres ſaluatoris, ſi nulla eſſet indigentia ſalutis?* Et Leo Papa in ſermone de Trinitate ſic dicit: *Si enim homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus, in ſuo honore manſiſſet, creator mundi creatura non fieret, neque æternus temporalitatem ſubiret, & æqualis Deo patri filius formam ſerui non aſſumeret*. Ambr. etiam ſuper Lucã ſic inquit: *Ille iuſtus venit ad peccatores, vt ex peccatoribus faceret iuſtos: pius venit ad impios, vt nos faceret pios; humilis venit ad ſuperbos, vt ex ſuperbis faceret humiles*. & Ber. in ſermo. ad milites ait: *Venit medicus ad ægrotos: redemptor ad venditos: ad errantes via: ad mortuos vita*: hæc ille. Ex quibus omnibus rationibus, & autoritatibus videtur probari, & concludi, quod Chriſtus non fuiſſet incarnatus, ſi homo non peccaſſet. Sed his argumentis non obſtantibus; Credo quod ſit vera opinio Alexandri de Ales in 3. parte ſum. in tractat. de incarnatione Chriſti, & Scoti in 3. d. ſt. 7. q. 3. dub. 1. & Petri de Aquila eadem di. & Richar. in 3. d. ſt. 1. art. 2. q. 4. & ſancti Bona. ac Fran. de May. ac Alexandri Lombardi in eadem diſt. ſcilicet, quòd etiam ſi homo non peccaſſet, Dei filius incarnatus fuiſſet, ſed carnem paſſibilem, & mortalem nullo modo aſſumpſiſſet. & hoc probatur multis rationibus. Primo ratione ſimilationis ſic, ſecundum ſententiam autoris in lib. 6. principiorum: Tanto vnumquodque perfectius eſt: quanto magis aſſimilatur ſuo principio. Cum ergo vt habetur Deuter. 32. *Dei perfecta ſunt opera* ſequitur quòd Deus qui creauit mundum, vt dicitur Gene. 1. & Eccleſiaſt. 18. vbi ſcriptũ eſt: *qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul*. Vt ipſas res inquantum capacitas rerum attingebat, perfectas faceret: voluit in eis ponere ſimilitudinem ſuam. Vnde bonitas diuina in creando mundum, poſuit ſimilitudinem ſuam in eo quod fecit eum bonum: & magnitudo in eo quòd fecit eum magnum: & æternitas in eo quod fecit eum durabilem, & ſic de ſingulis: quia ſecundum philoſophum 2. phy. & 5. metaph. *Omnis effectus naturaliter aſſimilatur ſuæ cauſæ*. Tunc ſic arguitur: Omne illud, per quod dignitates diuinæ melius, & perfectius oſtendunt perfectiones ſuas, & ſimilitudines; & quietantur in mundo, Deum facere congruum fuit. Cum iſte ſit nobilior finis per quem mundus, vel aliqua creatura ſit creata. Ad hoc enim Deus creauit mundum, vt in eo oſtenderet ſeipſum, & operationem ſuam intrinſecam, ſed ſi natura humana eſt aſſumpta à diuina in vnione ſuppoſiti, & perſonæ, & quidẽ perſona ſit verus Deus & homo, omnes diuinæ dignitates habent perfectè ſuas ſimilitudines in hoc opere, quia bonitas diuina non põteſt melius opus facere de creatura, nec magnitudo magis bonam, nec æternitas magis durabilem & ſic de alijs dignitatibus diuinis, ergo &c. Nam ſi non eſſet aſſumpta à diuina ipſa humana natura, nulla dignitas diuina haberet perfectionem, nec quietem in productione mundi, quia poteſtas diuina ſemper poſſet facere maius opus in mundo, & melius quocunque opere facto. Iſta ergo fuit vna ex cauſis incarnationis Dei, vt dignitates diuinæ oſtenderent perfecte ſimilitudines ſuas in creatura, & quietarentur in ea, cum in nullo alio opere extrinſeco potuiſſent quietari omnes dignitates diuinæ niſi in iſto. In iſto autem quietantur omnes diuinæ dignitates, & operatio totalis mundi, tanquã in opere ſummo & nobiliſſimo.

Sententia Alex. de Ales & aliorum, affirmatur vera, & probatur octo rationibus.

Secunda ratio dicitur dilectionis. Cum enim quilibet fidelis teneatur Deũ diligere toto corde, tota anima, & tota mente, vt præcipitur Deuter. 6. Matt. 22. *Luc.* 10. & Marc. 12. tranſſumptiue in c. omnis 13. diſt. & c. vnico. § hoc vngucnto. de ſacra vnct. ſequitur quod fuit congruum Deum facere omne illud, per quod melius flecti poſſet, & magis moueri ad talem dilectionem: ſi enim Deus non feciſſet in natura humana, id per quod ipſe magis ab ea diligi poſſet, nollet ſe totaliter, & intimè diligi ab ea. quod eſt impoſſibile, cũ ipſe ſit ſummum bonum: & per conſequẽs ſummè diligibile. Vel vellet ſe diligi ſummè, & totaliter à natura humana ipſo non faciente in ea totum illud, per quod plus eum debet diligere. Et ſic requireret ab ea quod non debet exigere, & vellet rationem amoris potius fundari in ea, quam in ſeipſo, quod impoſſibile. ſi enim vt ait philoſophus 1. metaphyſi. vnumquodq; entium nititur natura ſibi propria, & ſecundum commentatorẽ 9. metaphy. vnumquodque ſecundum quod ſe habet ad entitatem, ita ſe habet ad operationem. Et Deus eſt infinita bonitas; debet dilectio magis fundari in eo quam in natura humana; quæ eſt finita & per conſequens congruum fuit ad mouendum creaturam humanam ad diligendum eum, quod ipſa natura humana aſſumeretur à diuina:

ita.

Digitized by Google

ita quod Deus & homo eſſet in vnitate ſuppoſiti & perſonæ. Et hanc rationem approbat Auguſtinus in lib. Cur, quando, & quomodo Deus, dicens: *Deus homo fieri dignatus eſt, quatenus tanto illum plenius diligamus, atque laudemus, quanto clarius eius beneuolentiam erga nos cognouimus.*

Tertio ratione ordinationis ſic: Finis omnis creaturæ eſt homo, iuxta illud phi. in 2. de anima dicentis: *Nos ſumus quodammodo finis omniũ: & vtimur tanquam propter nos omnibus quæ ſunt.* & hoc dupliciter, ſcilicet intrinſece, & extrinſece. Intrinſece quia omnis creatura ad ipſum ordinatur tanquam ad finem ſub vltimo fine Deo, ſecundum beatum Bona in 2. diſt. 15 arti. 2. quæſtio 1. Et patet hoc etiam Ge. 1. quando dixit Deus. *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, vt præſit piſcibus maris, & volatilibus, & beſtijs terræ.* Extrinſece vero: quia vltimo inter omnia creata factus eſt homo. Cum igitur Deus, vt habetur Apocal. 1 & penul. ſit alpha & o principium & finis congruum fuit, vt Deus fieret homo, & ſic principium coniungeretur cum fine, & idem eſſet principium & finis. Figura enim circularis qua finis coniungitur principio, eſt perfectiſſima ſecundum arithmeticos. Finis autem Dei eſt principium hominis. Vnde ait Ioannis 8. *Ego ſum principium qui & loquor vobis,* ergo &c. Et iſtæ rationes militant, etiamſi Adam non peccaſſet.

Quarta ratio dicitur ampliationis ſic: Capacitas humanæ naturæ non eſt per peccatum in aliquo ampliata. Sed poſt peccatum natura humana fuit capax tanti boni, vt Deo vniretur, & à Deo aſſumeretur in vnitate perſonæ: Ergo ante peccatum multo magis iſtius boni capax fuit. Ergo Deus humanam naturam aſſumpſiſſet etiam ſi homo non peccaſſet, immo multo magis; ſed non fuiſſet paſſus, nec mortuus: quia ſecundũ philoſophum, 2 de generatione: Deficiente cauſa ſcilicet peccato, defeciſſet etiam effectus ſcilicet mortis & paſſionis filij Dei; & iſto modo habent intelligi omnes rationes & autoritates alterius opinionis: quibus etiam clarius ſic poteſt reſponderi, ſcilicet quod quotieſcunque ad cauſandum vnum effectum, plures cauſæ æque principaliter concurrunt; ceſſante vna tantum, non ceſſat effectus qui poteſt cauſari ab altera earum cauſarum, vt notatur in § affinitatis Inſt. de nup. & l. ſi ventri. § in bonis ff. de priui. credi. & in l. liberorum. ff. de his qui notan. infa. & per Bartolum in l. ita ſtipulatus. ff. de verborum obligationi. & loquitur de cauſa finali duplici ad vnum

Reſponſio ad rationes 1. opinionis.

effectum concurrente, ſicut eſt in propoſito noſtro, & dicit quod vna ceſſante, non ceſſat effectus. Poſito ergo pro vero, quod vna cauſa incarnationis Chriſti fuerit peccatum, tamen cum aliæ quamplures fuerint ad hoc ſimul concurrentes, de quibus ſupradictum eſt, & dicetur in ſequentibus: quamuis ceſſaſſet ipſum peccatũ, non ceſſat incarnatio remanentibus alijs cauſis: quia vero ſolum peccatum fuit cauſa paſſionis & mortis Chriſti, ideo ceſſante peccato, ceſſaſſet mors & paſſio eius.

Quinta ratio dicitur communicationis ſic; Secundum Dionyſium in 4. cap. de angelica Hierarchia: Bonum vt bonũ naturaliter eſt ſui ipſius communicatiuum: ſed Deus eſt ſumma bonitas in abſtracto: ergo ſummè debuit, & debet eſſe communicatiua: ita vt ſi poſſibile eſſet, quod à creatura participaretur infinite, deberet ei communicari. Cum igitur maior ſit communicatio per coniunctionem perſonæ diuinæ ipſi naturæ humanæ in vnitate perſonæ, quam ſit in coniunctione gratuita & glorificata, quæ erit in viſione & fruitione Dei in patria, quia cum illa erit iſta, & non econtrario: ergo vt Deus ſumme communicaret bonitatem ſuam, etiam ſi homo non peccaſſet, carnem aſſumpſiſſet: & hoc præcipuè vt in ipſa natura humana bonitatem ſuam communicaret omni creaturæ. quia ſecundum Gregor. in homil. ſuper illud Matt. vlt. *prædicate euangelium omni creaturæ.* Omnis creaturæ nomine intelligitur homo, quia commune aliquid habet homo cum omni creatura. Lapides namque ſunt, ſed non viuunt. Arbuſta ſunt, viuunt, ſed non ſentiunt. Bruta vero ſunt, viuunt, ſentiunt, ſed non diſcernunt. Homines vero ſunt, viuunt, ſentiunt, & diſcernunt, atque cum Angelis intelligunt. Ergo vt omnis creatura bonitatem Dei participaret in homine, debuit, etiam ſi homo non peccaſſet, carnem aſſumere.

Sexto idẽ probatur ratione occaſionis ſic: Omne illud quod Deus præuidit fiẽdum à principio, & Angeli præuiderunt, ita debuit fieri nulla alia occaſione accedente, quia ſummum bonum in natura humana non debet eſſe occaſionatũ: ſed incarnatio filij Dei eſt ſummum bonum in humana natura, quam à principio creationis mundi oſtendit Deus nonnullis Angelis ergo non debuit eſſe occaſionata. ſcilicet propter peccatum facta; niſi cum præciſione, ſcilicet ad paſſionem & mortem: ergo patet propoſitum.

Quod autem ante peccatum præuiſum, & præoſtenſum fuerit hoc myſterium Angelis,

oſten.

oſtendit Bern. ſuper illud Ionæ 1. *Propter me venit hæc tempeſtas* Exponens illud verbum de perſona filij Dei dicens: quod Lucifer præuidit rationalem creaturam aſſumendam in vnitatem perſonæ filii Dei, vidit & inuidit, vnde inuidia fuit cauſa caſus diaboli Et mouens ipſum ad tentandum hominem: cuius fœlicitati inuidebat, vt per peccatum demereretur humana natura aſſumptionem, & vnibilitatem ad Deum. Ex quo patet quod Lucifer intellexit vnionem humanæ naturæ, & ipſum lapſum intellexit vt impedimentum vnionis, propter quod & procurauit lapſum Ex hoc ergo relinquitur, quod circumſcripto lapſu adhuc eſt ponere conuenientiam incarnationis. Hæc Alexander. & de hoc fundamento etiā tractabitur in ſequenti ſerm. parte 1.

Septimo idem probatur ratione præſignationis ſcilicet ſacramenti matrimonij: certum eſt enim ante lapſum fuiſſe inſtitutum matrimonij ſacramentum, dicente Domino Gen 1. *Creſcite & multiplicamini, & replete terram* Et Adam: *hoc os eſt ex oſſibus meis, hæc caro eſt ex carne mea*: hoc autem dicit Apoſtolus eſſe ſacramentum magnum in Chriſto & ecclesia ad Epheſ 5. Si igitur ſacramentum hoc inſtitutum eſt, & manſiſſet etiam circumſcripto lapſu, patet etiam, quia ipſa res ſacra futura erat, ſcilicet incarnatio filii Dei: cuius ipſum erat ſignum.

Octauo probatur ratione oſtēſionis ſic: Cum multi eſſent modi redimendi genus humanum, ſecundum Auguſtin. 13. de Trinitat voluit tamen Deus illud redimere iſto modo: vt magis alliceret hominem ad amorem ſui: ſed magis alliciebatur ad amorem ſui, ſi fuiſſet aſſumptus in ſtatu innocentiæ ergo etiam ſi homo non peccaſſet, vt nos ad amorem ſuum magis alliceret, carnem aſſumere debuiſſet. Et hæc veritas confirmatur autoritate Auguſtini in quodam ſermone dicentis: *Quæ maior cauſa veniendi Deo, niſi vt oſtenderet nobis dilectionem ſuam, vt ſi amare pigeat, redamare non pigeat*: hæc ille.

Nono idem probatur ratione punitionis ſic: Nullus inde debet reportare commodum, vnde meretur ſupplicium l. 1. & l. ne ex dolo ff. de dol. & c. ex tenor. de reſcr. vbi habetur, q̄ nemini malitia ſua debet patrocinari: & nullus ex dolo ſuo debet lucrum conſequi, & nemo ex delicto ſuo debet facere conditionē ſuam meliorem l. tranſactione facta C. de tranſact & l. non fraudatur. § nemo ff. de reg. iu. & quod ibi not & 16. quæſt. 1. cap legi hoc enim eſſet contra iuſtitiæ ordinē. Si autem Deus non incarnatus fuiſſet niſi peccaſſet homo maximum commodum de ſuo peccato reportaſſet. Cum enim nullam maiorem dignitatem, nullamque maius donum, & beneficiū excellentius potuerit Deus dare homini, quam quod ſuam naturam aſſumeret, hoc autem beneficium non habuiſſet, ſi non peccaſſet Quis non videt quantum bonum, quantumque beneficiū acquiſiuit ex ſuo peccato? Ex quo ſecūdum ordinem diuinæ iuſtitiæ meruiſſet æternum ſupplicium.

Decimo idem probatur ratione beatificationis. Nam triplex reperitur beatitudo hominis ſecundum doctores. Prima eſt ſubſtantialis quæ conſiſtit in anima: & hanc ſolum in Deo habet, quæ conſiſtit in tribus ipſius animæ dotibus: videlicet fruitione, tentione, & viſione Secunda eſt conſubſtantialis: quæ conſiſtit in beatitudine corporis: videlicet claritate, agilitate, ſubtilitate, & impaſſibilitate. Tertia dicitur accidentalis, quia ſine iſta eſſet quidem homo beatus: ſed non omnino, quia ipſi ſenſus corporei non haberent plenam lætitiam, quantum ad præſens ſpectat. Præſuppono enim ſaluo meliori iudicio, quod omnes ſenſus hominis debeant eſſe in actib. ſuis in completa perfectione, vt corporis beatitudo pleniſſima ſit, qua pleniores eſſe nō poſſunt: quia beatus non eſt, cui boni aliquid deeſt, quod habere poteſt ſecundum Auguſt. in li. de vera innocentia. tunc arguo ſic ſecundum prædictos doctores, & Bonauen. in 3. diſtinct. 1. ar. 1. q. 2. Homo totaliter debet beatificari, ſed non beatificatur niſi in Deo, qui ſolus eſt eius merces: ſicut ad Abraam ait Geneſ. 15. *Ego ſum merces tua magna nimis*: nec beatificatur totaliter, niſi beatificetur in anima, & corpore totaliter; ſenſus autem exterior non poteſt beatificari niſi in re corporali, ergo ſi tota beatitudo hominis in Deo eſſe debet, & non ab alio mendicari, congruit Deum eſſe corporeum. hoc eſt ſibi vnire corpus, in quo tanquā in proprio obiecto corporis, ſenſus poſſint ſuā beatitudinē inuenire. Et licet quis diceret quod ſenſus habuiſſent ſuos actus, etiam ſine hoc quod Deus eſſet incarnatus, vtpote viſus, de quo principaliter loquimur, & cuius appellatione omnes quandoque ſenſus hominis continentur. vt in l. vnica. § videamus. C. de rei vxo. acti. & ff. de leg. l. ſi mihi. & Tirio. in princi. & de iniuriis. l. apud. §. ſi quis. & de triti. vino oleoque le. l. ex viſu. & C. de omni agro deſerto. l. qui agros lib. 11. Nam viſus noſter delectatus fuiſſet abſque eo, quod Deus factus eſſet corporaliter viſibilis Vidiſſet enim pulchritudinem cœlorum, & alia corporalia om-

Triplex beatitudo hominis videtur, Subſtantialis, corporalis, et accidentalis.

lia omnia, & maximè iucundatus fuiſſet, videndo pulcherrima corpora ſanctorum? Reſpondeo quòd verum eſt; non tamen in Deo ſolum fuiſſet beatificatus per hanc viſionem, in quo debet totus homo beatificari. Vnde hoc eſt ſingulare gaudium beatorum, quòd vident noſtram humanitatem vnitam diuinitati. Hinc Bernard ait: *Plenum prorſus omni ſuauitatis dulcedine: videre hominem hominis conditorem. Ecce enim dulce lumen, & delectabile oculis videre ſolem iuſtitiæ Chriſtum Dominum* de quo Malach. 3. *Vobis timentibus nomen meum orietur ſol iuſtitiæ.* Et hoc ſingulare gaudium Eſaias expreſſit cap. 33. dicens: *Regem in decore ſuo videbunt.* Iſtam rationem confirmat Auguſtinus in libro de ſpiritu & anima dicens: *Propterea Deus factus eſt homo, vt totum in ſe hominem beatificaret, vt ſiue homo ingrederetur intus per intellectum, ſiue egrederetur extra per ſenſum: in creatore ſuo paſcua inueniret. Paſcua intus in cognitione deitatis, paſcua foris in carne ſaluatoris.* Hæc ille. Ex quibus omnibus patet, quod ſi conſideratur incarnatio ſecundum circumſtantiam, vt pote quia aſſumpſit carnem paſſibilem & mortalem; ſic eſt vera prima opinio: quia vtique non fuiſſet Deus incarnatus, ſi homo non peccaſſet: ſi autem conſideratur in ſe ſimpliciter, tenendum eſt quòd filius Dei ſecundum incarnatus eſſet, etiam ſi homo non peccaſſet rationibus prædictis. Aliis quoque fundamentis poteſt eadem veritas declarari: quæ ponentur in ſermone ſequenti parte 1.

PARS SECVNDA HVius ſermonis, de fructibus Incarnationis filij Dei.

Incarnatio aſſimilatur pluuiæ.

DE generatione & conceptione filij DEI ex virgine prophetauit Eſaias propheta ſui libri ca. quadrageſimo quinto dicens: *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra & germinet ſaluatorem.* Vnde eſt notandum quod incarnatio Chriſti pluuiæ aſſimilatur; quia pluuia tribus modis generatur, ſcilicet virtute caloris attrahentis, & vaporis aſcendentis, ac venti colligentis. Venti enim volantes ſupra mare multum humorem ſæpe colligunt, & ſecum ad aerem attrahentes in pluuiam diſſoluunt. Et ſimiliter beata virgo his tribus modis hanc cœleſtem pluuiam generauit. Gratia enim Dei eſt amor Dei: Amor autem eſt ille ignis, de quo ipſe Saluator ait Lucæ 12. *Ignem veni mittere in terram.* Quia igitur benedicta virgo fuit plena gratia & amore Dei, & conſequenter igne, & calore; ideo virtute iſtius caloris diuinum fontem ad ſe traxit, & iſtam cœleſtem pluuiam generauit, de qua Pſalm. 71. dicitur: *Deſcendet ſicut pluuia in vellus.* Item filius Dei eſt vapor virtutis Dei. Sapientiæ 7. Iſte igitur vapor virginis viſcera ſine ſui inciſione, ſiue apertione ſe occultauit, & poſtea in pluuiam ſe diffudit, quando mundum famelicum ſatiauit. Iuxta illud Pſalm. ſeptuageſim. ſeptim. *Pluit illis manna ad manducandum.* Beata autem virgo ait illud Eccleſiaſtic. 24. *Quaſi Libanus non inciſus vaporaui habitationem meam.* Item Spiritus ſanctus dicitur ventus iuxta illud Ioannis 3. *Spiritus vbi vult ſpirat.* Iſte autem ventus flans in Maria eius humores collegit, & corpus Chriſti formauit, ita vt ſalutarem pluuiam generarit, quæ vniuerſum mundum fructificare fecit. Dicitur autem Iacobi quinto: *Non pluit per annos tres, menſes ſex.* Anni tres ſunt tria tempora, quæ præceſſerant, ſcilicet naturæ, culpæ, & legis ſcriptæ, in quibus pluuia benedictionis non venit.

Filius Dei dicitur vapor.

Spiritus S. dicitur ventus.

Quartum autem tempus eſt gratiæ: & in iſto etiam non venit vſque ad menſes ſex. In iſto autem menſe ſexto miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo. Lucæ 1. & tunc rorauerunt cœli deſuper; & nubes virginalis pluit iuſtum: atque aperta eſt terra, id eſt, ipſa virgo benedicta, & genuit ſaluatorem.

Vtilitate incarnationis.

Sed pro maiori declaratione prædictorum, eſt ſciendum, quod filius Dei incarnatus eſt propter multas vtilitates, homini & toti mundo conferentes.

Primo vt mundum malignitate inflammatum refrigeraret: ideo aſſimilatur rori in verbis prælegatis. Ros enim calorem temperat; & refrigerium præſtat, iuxta illud Eccleſiaſt. 18 *Nonne ardorem refrigerat ros?* & ſic iſte ros temperauit æſtum concupiſcentiæ: Iuxta illud Eccleſiaſt. 43. *Ros obuians ardori venienti in humilem faciet eũ.* Item adduxit refrigerium gratiæ, iuxta illud Daniel 4. *Fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem.*

Secundo incarnatus eſt, vt mundum aridum impinguaret. Ros enim quoſdam piſces maris impinguat: & in aliquibus regionibus oues rore paſcuntur, & impinguantur. Sic iſte ros mũdum aridum impinguauit: cui dici potuit illud Gen. 27. *In pinguedine terræ, & rore cæli deſuper erit be-*

Digitized by Google

mediſtio tua. Impinguatur enim in Chriſto ex cõſideratione ſuæ humanitatis, quę appellatur terræ pinguedo: & conſideratione ſuæ diuinitatis, quæ dicitur ros cœli.

Tertio incarnatus eſt, vt mundum ſterilem fęcundaret: locus enim vbi ros non deſcendit, eſt ſterilis: ſic mundus erat ſterilis à bona operatione, ſed deſcendit ros iſte in ipſum, & germinare fecit, iuxta illud Oſeæ. 14. *Ero quaſi ros, & Iſrael germinabit quaſi l l um*

Chriſtus ros.

Quarto incarnatus eſt, vt mundum famelicum ſaturaret. Vnde Numer. 11 dicitur: *Cumque deſcenderet nocte ſuper caſtra ros: deſcendebat pariter & manna.* Iſto tamen manna non paſcuntur homines coruini, id eſt, per peccatum nigri, ſed pulli, id eſt, homines manſueti, & per puritatem albi. Nam pulli coruorum quamdiu habent pilos albos, à parentibus relinquuntur: & tunc eleuantes capita, & aperientes roſtra, cœleſti rore paſcuntur. Vnde Pſalm 146 inquit de Deo: *Qui dat iumentis eſcam ipſorum: & pullis coruorum inuocantibus eum.* Quando autem nigreſcere incipiunt, à parentibus ſuis nutriuntur. & hæc dicit gloſſa ſuper prædicta verba pſalmiſtæ.

Quinto incarnatus eſt, vt poteſtatem dæmonum coerceret: ros enim nocturno tempore cadens venenoſa animalia arcet; & ideo venenum eorum non tantum nocet de nocte, quantum de die, ſecundum philoſophum: raro enim pungunt ſerpentes quamdiu ſtant inter herbas irroratas. Sic iſte ros cœleſtis ad nos veniens malitiam dæmonis refrænauit. Vnde ipſi filio Dei dicitur Eſaiæ 16. *Ros lucis ros tuus, & terram gigantium* id eſt, ſuperborum dæmonum *detrahes in ruinam.*

Notandum vero quòd ros generatur in medio aeris interſtitio, temperate calido, & temperate frigido Tria autem ſunt interſtitia, ſcilicet cœlum, mundus, & infernus. Chriſti igitur incarnatio non eſt effecta in ſupremo interſtitio, id eſt, in cœlo: quia angelicam naturam non aſſumpſit. Vnde ad Hebræ 2. inquit Apoſtolus. *Nuſquam enim Angelos apprehendit.* Non etiam eſt facta in inferno, quia dæmones non redemit, nec eis pepercit: iuxta illud 2. Petri 1. *Deus Angelis peccantibus non pepercit.* ſed facta eſt in medio interſtitio i in mundo: quia naturam humanam aſſumpſit, iuxta illud Apoſtoli ad Galat 4. cap. *Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege.* Iſta autem roratio id eſt, filij Dei incarnatio facta fuit ex calido & frig do. 2 Duo enim induxerunt Deum, vt homo fieret:

Deus non eſt incarnatus in cælo, nec in inferno: ſed in medio

ſcilicet abundantia charitatis ex parte ſui, quæ fuit quaſi calor, iuxta illud ad Roman 5 *Commendat Deus charitatem ſuam in n bis,* &cæt. & miſeria generalis ex parte noſtri, quæ fuit quaſi frigus. Vnde Pſalm 11 inquit: *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.* In hoc autem fuit ſimilitudo inter naturalem rorationem, & iſtam ſupernaturalem ſcilicet Dei incarnationem: quia in naturali eſt temperatus calor, & temperatum frigus: In hac autem ſupernaturali fuit nimius calor amoris, iuxta illud ad Ephes 2. *Deus, qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis, viuificauit nos in Chriſto* Item fuit nimium frigus languoris, iuxta illud Pſalm. decim tertii. & quinquageſim. ſecund. *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.*

Iſte autem ros cœleſtis deſcendit in beatam virginem, quæ facta eſt inſtar conchæ marinæ, quæ ex rore cœleſti generat margaritam. Nam ſicut dicit Iſidorus in libro etymol. Concha marina certo tempore ſe aperit, & rorem cœleſtem recipit: & ſic margaritam inter ſua viſcera gignit, ſic virgo beata animum ſuum conſentiendo aperuit, quando dixit: *Ecce ancilla Domini*; & tunc ros ſpiritus ſancti in eam deſcendit, & ſic filium Dei generauit Et hanc apertionem beatiſſimæ virginis, & deſcenſum ſpiritus ſancti in eam ac Saluatoris incarnationem ex ea, petebat propheta Eſaias in verbis prææallegatis dicens: *Rorate cæli,* &c. Hęc etiam virgo benedicta fœcundata fuit ad inſtar terræ: quæ rore cœleſti perfuſa, generat viridem herbam, iuxta illud Deuter. 32 *Fluat, vt ros eloquium meum, quaſi ſtilla ſuper germen.* Et ideo canit Eccleſia de CHRISTO dicens: *Deſcendit in vterum Virginis, quaſi ros ſuper germen*

Fuit etiam beata virgo ad inſtar velleris Gedeonis, quod rore imple um fuit, & deinde rorauit aream, & impleuit concham, vt habetur Iudicũ 6. Iſtud enim vellus figurauit vterum beatiſſimæ virginis, in quo deſcendit plenitudo roris, id eſt, totius diuinitatis Ex qua plenitudine concha, id eſt, omnis Eccleſia repleta eſt. Vnde Bernard. in quodam ſermone inquit, *Rigaturus aream Dominus cæleſti rore, totum vellus prius infudit*, redempturus enim genus humanum, vniuerſum precium contulit in Mariam: de qua dici poteſt illud Prouerbiorum 19 c *Sicut ros ſuper herbam: ſic & hilaritas regina.* Tunc enim rex cœleſtis iſti reginæ

Maria vellus Gedeonis.

reginæ artifit, quando de cœlo ſicut ros in eius vterum deſcendit: & eam velut herbam bonã fructificare fecit. Vnde ipſa dicere poteſt illud Iob 29 ca. *Ros morabitur in meſſione mea.* De ipſa etiam exponi poteſt illud Exodi 16 ca. *Suauis quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum.* Caſtrum enim Dei fuit beatæ virginis animus, qui ita vallatus fuit & munitus, quod nunquam potuit ingredi inimicus. Caſtra etiam DEI dici poſſunt eiuſdem matris DEI viſcera, in quibus diuina maieſtas ad habitandum de cœlo deſcendit. Vnde canit Eccleſia: *Caſta parentis viſcera, cæleſtis intrat gratia, venter puellæ baiulat ſecreta quæ non nouerat.* Dicta ſunt enim caſtra ab obſeruatione caſtitatis, quam obſeruabant milites antiqui, vt ait quædam gloſſ. in l. qui cum vno. ff. de re mili. Caſtra etiam aliquando exponuntur, id eſt, hoſpitia vt C. de metatis l. omnes in principio. lib 12 proprie vero dicuntur loca in quibus eſt exercitus ad pugnam vt in l. qui mittuntur §. ſi ff. ex quibus cauſis maio. & ideo beatæ virginis viſcera, in quibus hoſpitatus eſt, & ſtetit nouem menſibus Dominus exercituum fortis, & potens in prælio: merito caſtra appellari poſſunt In iſtis ergo caſtris, id eſt. caſtis viſceribus intemeratæ virginis genitus eſt ros cęleſtis, id eſt, Dei filius de quo pater eius æternus inquit Iob. 38. *Quis genuit ſtillas roris?* quaſi diceret, niſi ego. De deſcenſu quoque iſtius roris cæleſtis exponi poteſt illud Pſalm. 132. *Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion* Ipſe etiam Dei filius volẽs intrare virginis vterum, dicebat illud Canticorum 5. *Aperi mihi amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore.* Hic ergo ros ſuauiſſimus in ſacrario vteri virginalis nouem menſibus requieuit ſicut ipſe prædixerat Eſai 18. vbi dicitur: *Hæc dicit Dominus: ego quieſcam in loco meo ſicut nubes roris in die meſſis.* Sexto principaliter incarnatus eſt filius Dei, vt mundum per peccatum tenebroſum illuminaret. Vnde verificatum eſt illud Eſai. 9. *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis* Erant enim homines in tenebris ignorantiæ obcæcati, & facti ſicut beſtiæ, iuxta illud Pſalm. 48 *Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis* Et in ſignum huius fecit Deus primis parentibus poſt peccatum tunicas pelliceas, quæ factæ erant de pellibus animalium in ſignum ſuę ignorantiæ beſtialis beata autem virgo eis generauit eum, qui vt dicit Ioannes primo cap. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum* Septimo incarnatus eſt, vt mundum in dominio diaboli poſitum à ſeruitute eius liberaret. Ante aduentum namque Saluatoris noſtri diabolus erat vt mundi Dominus, & princeps c pudor. 32 qu. 2. Non erat autem poteſtas ſuper terram, quæ compararetur ei, qui factus eſt vt nullum timeret. Iob 41. Venit ergo Leo de tribu Iuda, vt contra illum dimicaret, & humanum genus de manibus eius eriperet: & ipſum de mundi dominio eijceret. Vnde Dominus dicebat Ioan 12. *Nunc princeps mundi huius eijcietur foras.* Octauo incarnatus eſt, vt nos ſeruos peccati, iuxta ea quæ habentur ad Romano 8. & 2. quæſt. 7. cap. quid ergo. ad libertatem innocentiæ perduceret, & de vituperio & ignobilitate vitiorum, virtutum nobilitate inſigniret, & nos iniuſtos & ſceleratos, per paſſionem & mortem ſuam Deo patri reconciliaret. Vnde Hieronymus ſuper Amos prophetam inquit: *Per filium virginis de ſeruis facti ſumus liberi, de ignobilibus nobiles, de peccatoribus iuſti, quia ſatisfecit pro nobis, qui eramus debitores mortis.* Dicamus ergo omnes Saluatori noſtro: O Domine Ieſu: O redemptor noſter: O fili Dei benedicte: Ecce nos ſeruos tuos eſſe profitemur cum illa, quæ Angelo reſpondit, qui ei incarnationem tuam nunciauerat, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Quibus verbis ianuæ cœleſtis Hieruſalem apertæ ſunt nobis, in quas introduci mereamur ipſius benedictæ Virginis interceſſione: & tecum, ac cum illa regnare in ſecula ſeculorum.

Amen.

Digitized by Google

DE EADEM SACRATISſima

FILII DEI INCARnatione.

SERMO QVINTVS.

In quo agitur de aſſumptione humanæ naturæ à Deo, magis quàm angelicæ; de eiuſdem reparatione; & à quo operata ſit Incarnatio filij Dei.

VAS *admirabile opus excelſi.* Eccleſiaſt 43. ca. Ille dicitur eſſe artifex ſapiens & bonus, qui non ſolum ſcit vas de nouo fabricare, ſed etiam ſi ſit deſtructum, in melius reparare. Nam ſubtilitas artis per opera difficiliora cognoſcitur. difficilius eſt autem vas confractum reparare, quam nouum facere, & ideo inquit Imperator in l. 1 §. cumq; C. de vete. iu. enucle. quòd laudabilior eſt is qui factum ſubtiliter emendat, eo qui prius adinuenit. facit etiam ad prædicta, quòd facilius eſt aliquid de nouo acquirere quàm perditum recuperare, cap ſunt qui arbitrantur. & ibi gloſſ. de pœni. diſt. & cap reperiuntur de pœnit. diſt. 3. Deus igitur eſt optimus artifex. nam vniuerſum mundum ex nihilo fabricauit velut vas nouum Geneſ. primo. Et vas deſtructum, ſcilicet hominem in melius reparauit. In hoc enim vaſe depicta erat imago DEI, quod vas primi parentes incautè ſeruantes confregerunt, quia mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei &c ad Romano primo. igitur pro reparatione vaſis plorauit genus humanum quinque millibus annis, & vltra, dicens cum Pſalm 30 *Factus ſum, tanquam vas perditum.* Tandem audiuit Deus pater eius clamorem, & miſit ſapientiſſimum artificem, ſcilicet ſpiritum ſanctũ. de quo dicitur Sap 1. *Omnium enim eſt artifex, qui poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine.* Iob 13 Et operatione illius artificis filius Dei incarnatus, iſtud vas reparauit in virgine glorioſa precioſius quam prius. quod figuratum fuit Hierem. 8 vbi dictum eſt Hieremiæ: *Deſcende in domum figuli*, qui deſcendit, & vidit fieri vas quoddam luteum ſed vas illud totum contritum eſt. Deinde de ipſa maſſa aſſumpta fecit figulus vas optimum, quemadmodum ipſe voluit; quo facto dedit illud Hieremiæ, in ſignum quod Deus æque repararet Hieruſalem deſtructam, vt figulus vas illud. Spiritualiter enim per primum vas, intelligitur prima mulier, quam diabolus tentãs totam adeo contriuit, quod non remanſit in ea, nec in ſuis poſteris tantum integritatis, vt poſſet reponi ſcintilla diuinæ gratiæ in ea. Fecit ergo Deus de eadem maſſa humani generis aliud vas admirabile, ſicut dicunt verba propoſita, ſcilicet Beatam virginem Mariam, per cuius conceptum vas illud humani generis deſtructum reparauit: & ſupernam Hieruſalem in repletione angelicæ ruinæ per filium ſuum reſtaurauit: ita quod felicius eſt quod per ipſam virginem lucrati ſumus, quàm quod per Euam perdidimus. Vnde illi Chryſoſtomus ſuper *Miſſus eſt* inquit: *Aue gratia plena, vltra iam non diabolus aduerſum te: vbi enim primus vulneratus bellator, ibi ſummus medicus antidotum per mulierem poſuit. Per mulierem decurrit fallacia; per mulierem emanauit melioria. Non verearis culpatam condemnationem. Mater enim illius, qui condemnauit, efficieris. Aue animatum templum Dei, cœli, terræque domina.* Hæc ille. Et Gregorius Nazianzenus ſuper Lucam dicit: *Tabulas noſtræ naturæ, quas culpa confregerat, denuo verus legiſlator de terra noſtra ſibi voluit abſque concubitu; diuinitatis ſuæ corpus ſuſceptibile creans, quod diuinus digitus ſculpſit: ſcilicet ſpiritus ſanctus ſuperueniens in virgine.* De hac igitur reparatione in vtero virginis facta; tres conſiderationes faciemus.

Deus hominem tanquam vas confractum reparauit.

Prima dicetur aſſumptionis.

Secunda reparationis.

Tertia vero operationis.

PARS PRIMA HVIVS ſermonis: de aſſumptione humanæ naturæ à Deo.

INquit Auguſtinus in libro de vera innocẽtia. c 63. *Diuinitas verbi æqualis patri, facta eſt particeps mortalitatis noſtræ, non de ſuo, ſed de noſtro accipiens, vt & nos efficeremur participes diuinæ-*

Digitized by Google

diuinitatis eius, non de noſtro: ſed de ipſius deno. hæc ille. Hoc autem fuiſſe congruum ſ. Deum humanam carnem aſſumere probari poteſt vltra dicta in ſuperiori ſermone multis rationibus, vt elicitur ex dictis Alexādri de Ales in 3 parte ſummæ in tractatu de conuenientia incarnationis, & Rich. ac beati Bonauen. in 3. diſt. 1 art. 2 q. 1. & ſancti Thomæ in 3. parte ſummæ q. 1. art. 6. Et primo ratione oſtenſionis diuinæ potentiæ. Nunquam enim potentia perfectè oſtenditur, niſi effectus virtuti cauſæ coæquetur. Cum igitur potentia Dei ſit infinita, perfectè non oſtenditur niſi in actu infinito. Omne autem quod creatum eſt finitatem habet: ergo congruum fuit Deum incarnari, vt oſtenderet infinitam potentiam ſuā coniunctione tam diſtantiū ſ. creatoris, & creaturæ. Magna enim oſtenſa fuit eius potentia, in cōiunctione diſparium elementorū, vtiq; contrariarū qualitatum in vno corpore, & in tanta cōcordia & æqualitate, ſicut fuit in corpore Adæ ante lapſum. Maior autem fuit oſtenſio potentiæ ſuæ in cōiunctione illorum ad ſpiritum humanum. Maxima vero in coniunctione vtriuſq; i. corporis & animæ, ad ſpiritum increatum, inter quæ eſt maxima diſparitas & diſtantia. De qua coniunctione loquitur Ber. in ſermone de natiuitate di. *Talia opera fecit illa omnipotens maieſtas in aſſumptione noſtræ carnis, ita mirabiliter ſingularia, & ſingulariter mirabilia, vt talia, nec facta nec facienda amplius ſuper terram. verbum quippe, & anima, & caro in vnam conuenere perſonam: & tria vnum ſunt: non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ* hæc ille. Opus ergo incarnationis diuinæ fuit oſtenſiuum infinitæ virtutis eius & potētiæ, ſecundū *Damaſ.* lib. 3. c. 1. Nihil enim maius, quam creatorem fieri creaturam.

Ex Dei incarnatione oſtenditur primo diuina potētia.

Secunda ratio dicitur declarationis ſummæ ſapientiæ diuinæ, ſapientis enim ſecundum philoſophum, 1. Metaph eſt ordinare. Ordo autem vt ait Augu. 19. de ciui. Dei eſt pariū diſpariumq; rerum, vnicuique locum ſuum tribuens diſpoſitio. Accipitur autem hic locus non proprie; ſed pro congruentia, pro dignitate, pro gradu vniuſcuiuſque. Ergo ad manifeſtandam ſummam ſapientiam Dei, congruum fuit ſummā fieri ordinationem; quæ enim à Deo ſunt, ordinata ſunt. ad Ro. 13. Ordinatio autē ſumma in creatura eſt, dum iuxta omnem poſſibilem modum reducitur in ſuum fontem, quo vnitur ſuo principio. Hoc autem non poteſt fieri, niſi illi vniatur perſonaliter. Quæcunq; enim alia data, hæc maior eſt & præſtantior. In hac ergo vnione oſtendit Deus ſuam infinitam ſapientiam. Vnde Bern. in quadam epiſtola inquit: *Nemo nouit hominū, nec noſcere poteſt ad plenū, quid boni ad gratiam, quid decoris ad gloriam, quid commodi ad ſalutem penes ſeipſum contineat huius venerandi myſterij, ſcilicet humanæ redemptionis inſcrutabilis altitudo.* Hæc ille.

2. Declaratur Dei ſapientia.

Tertia ratio dicitur attractionis; quia enim homo naturaliter attrahitur ad viſibilia, & illis afficitur. Ideo conueniens fuit, vt Deus per aſſumptionem humanę naturæ viſibilis fieret, vt ex viſibili eius humanitate ad cognitionem, & amorem eius diuinitatis inuiſibilis homines traherentur. Et ideo Aug. contra eos qui quærunt, vtrū Deus potuerit aliter humanum genus redimere, quam per incarnationē ſuam, dicit in li. de agone chriſtiano: *Poterat quidem, ſed ſi aliter faceret, ſimiliter noſtra ſtultitia diſpliceret. Si enim nō appareret oculis peccatorum, lumen eius vtiq; æternum, quod per interiores oculos videtur, inquinatis mentibus videre nō poſſent. Ideo autem nos viſibiliter commonere dignatus eſt, vt ad inuiſibilia prepararet.* hæc ille.

3. Attrahitur homo ad cognitionē, et amorem diuinitatis.

Quarta ratio dicitur demonſtrationis infinitę bonitatis diuinæ. Deus n. cum ſit ſummè, & infinitè bonus, quo nihil melius cogitari valet ſecundum Anſe. in lib. monologion, debuit ſe ſumme diffundere præſente creatura; quia ſicut de natura boni eſt ſe diffundere in alios. vt dictum eſt ſupra in ſermone præcedenti: ita de natura ſummi boni eſt, ſe ſumme diffundere, quia vnūquodq; nititur natura ſibi propria. 1 Metaph. ſed non ſe ſumme diffunderet præſente creatura, niſi humanæ naturæ vniretur. ergo &c. Licet enim Deus pater ſe diffuderit pleniſſime in filium per generationem, & pater, & filius in ſpiritū ſanctum, per ſpirationē; tamē hæc diffuſio facta eſt creatura nō præſente; & etiam ſi nunquam facta fuiſſet aliqua creatura; vnde ſi ſummū bonum non ſe ſumme diffudiſſet creatura præſente, fuiſſet cogitare maiorem diffuſionem, & cum maior diffuſio maiorē arguat bonitatem; fuiſſet etiam cogitare maius bonū ipſo Deo, quod eſt impoſſibile eſſe. Ad demonſtrandā ergo ſummam bonitatem ſuam ipſi creaturę, decuit Deum incarnari: vnde Io 3. dicitur: *ſic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.*

4. Demonſtratur Dei bonitas.

Quinta ratio dicitur corroborationis: ſecundum enim Rich. vbi ſupra, per incarnationem filij Dei corroborata eſt ſpes noſtra, vt Deo poſſimus coniungi per claram & beatā viſionem, & perfectam fruitionē. vnde Aug. 15. de Trin c. 39 inquit: *Quod ſi natura filius Dei, miſericordia factus eſt filius hominis propter filios hominum, quanto credibilius eſt natura filios hominum gratia fieri filios Dei?* Et iſtæ omnes rationes locum haberent etſi homo nō peccaſſet: & probant quod Deus humanam carnem aſſumpſiſſet. propter peccatum autem carnē mor

5. Corroboratur ſpes hominis.

Digitized by Google

t. It aſſumpſit, vt pro homine ſatisfaceret; & contra hoſtem illum diabolum decertaret & hoc eſt quando Aug. in lib. Cur, quando, & quomodo Deus. c. 6 concludendo dicit: *Subtiliter ergo ſubtilem inimicum Deus expugnare voluit: & quaſi ſub eſca humanitatis hamũ celauit diuinitatis; quatenus ille, qui omnem carnem quaſi merito inuaſerat, carnem inueniret, quæ ſibi prorſus nil deberet, quam dum illicite cõtingeret, meritò eam, quam quodãmodo licite poſſidebat amitteret. Sic quippe hoſtis antiquus deuincendus erat, vt qui hominem deluſerat, per hominem Deum, deluſus & ipſe fieret: & ſicut incautum hominem callide ſibi ſubiecerat, ita per hominem cautum non callide, ſed ſapienter ſubyceretur.* hæc ille. Magis autem congruum fuit Deũ aſſumere naturam humanam quam angelicam, vel alterius creaturæ, quod probatur ſecundum ſanctum Bona. in 3 di. 2 ar. 1. q. 2. & B. Tho. in eadem diſt. 2 art. 1. q. 1. Et primo ratione perſonalis diſtinctionis ſic. Licet. n. etiam in angelis reperiatur perſonalitas, ſicut in homine, quia angelus eſt perſona. vt dicitur in 2 ſenten. diſt. 3 tamẽ magna eſt differẽtia inter hominem, & angelum, in hoc quod in humana natura eſt perſonalitas ſecundũ originem; & in angelica non; Vna enim perſona humana originatur ab alia; quia filius eſt à patre. quod ita non eſt reperire in angelis. Vnus enim angelus non eſt ab alio: ſed omnes ſimul creati ſunt; & hæc habentur à Magiſtro vbi ſupra. & ideo magis congruebat, quod Deus aſſumeret eam naturam, in qua eſſet talis diſtinctio ſecundum originem, ſicut eſt in diuinis perſonis tanquam magis conforme diſtinctioni earum. Secunda ratio dicitur exẽplaris repræſentationis: homo enim magis expreſſe repræſentat Deum quam angelus; ratione cuius dicitur microcoſmus Græce i. minor mundus Latine ſecundum philoſophum. 8 phyſ. Anima enim humana & rationalis nõ tãtum repræſentat Deum prout cõſideratur in ſe; ſed etiam inquantũ vniuit corpori, & illud regit; & in quo toto habitat, ſicut Deus in maiori mũdo: eſt enim tota in toto; & tota in qualibet eius parte ſecundum Aug. in 6 de Trinit. quod qualiter intelligatur, expoſui in ſecunda parte Roſarij ſermonũ, ſermone 10 par. 1. Et illa ratione magis dicitur homo factus ad imaginem Dei, quàm angelus, ſecundum Alex. de Ales vbi ſupra, & in ſecunda parte ſummæ in tract. de angelis, & B. Bon in 2. di. 16 ar. 2 q. 1. Et ratione huius maioris ſimilitudinis eſt maior ratio vnibilitatis: quia omne ſimile appetit ſuum ſimile. Eccleſ. 13. Tertia ratio dicitur maioris compoſitionis: homo enim compoſitus eſt ex natura corporali & ſpirituali & quodammodo communicat cũ omni creatura vt dictum eſt ſupra ſerm. præc. par. 1. Hinc eſt quod quando homo aſſumitur, & deificatur; quodãmodo omnis creatura in eo exaltatur, dum illi ſimili Deus vnitur. Et ideo aſſumptio humanæ naturæ magis facit ad perfectionẽ vniuerſi, quã aſſumptio angelicæ: quia in homine maior eſt cõmunitas cum omni creatura, quam in angelo. Congruum etiam fuit vt carnẽ aſſumeret noſtri generis ſecundum B. Bona in 3. di. 12. arti 1. q 2. & Rich. in eadem diſt. & Alex. in 3. parte ſummæ in tractatu de conuenientia incarnationis: & probari poteſt multis rationib. habendo reſpectum ad peccatum. Et prima dicitur conſeruationis diuinæ iuſtitiæ: vt videlicet eiuſdem generis eſſet præuaricator, & ſatiſfactor. Nam ſi alterius generis eſſet, non attribueretur eidem generi ſatisfactio, cui & offenſio. ac per hoc non recte ſeruaretur iuſtitiæ rectitudo, quæ ab illo genere requirit emendam, in quo reperit præcedentem offenſam. l. ſancimus. C. de pœnis & l. ſi pœna ff. eod. tit. & l. ob maritorum. C. ne vxor pro mari. & c. Roman. de ſent. excom. lib. 6 cum ſi. Vnde Anſel. in lib. Cur Deus homo dicit: *Si nouum hominem facit non ex genere Adæ: non pertinebit ad genus humanũ, quare non debuit ſatisfacere pro eo quia non venit de illo; ſed ſicut iuſtum eſt, vt pro culpa hominis homo ſatisfaciat; ita iuſtũ eſt vt ille qui ſatiſfecit ſit idem aut eiuſdem generis cum eo, qui fecit peccatũ: aliter nec Adam, nec aliquis ſatiſfacere pro ſe potuiſſet.* Secũda ratio dicitur indicationis diuinæ dulcedinis & miſericordiæ, vt videlicet Deus, qui ab homine contemptus fuerat tanquam ab aduerſario & inimico, ipſi eidẽ generi humano vniretur in Chriſto in vnitate ſuppoſiti; in hoc enim manifeſtat mira Dei condeſcenſio, qui voluit ſibi coniungere per indiſſolubile vinculum humanum genus ſibi inimicum. Iuxta illud ad Ro. 5. *Commendat autem Deus charitatem ſuam in nobis: quia cũ inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius.* Tertia ratio dicitur diuinæ ſapientiæ determinationis, quæ nullo poteſt infringi vitio. Decreuerat enim Deus, & ordinauerat, vt totum humanum genus multiplicaretur ex vno propter repræſentationem huius vnicæ ſalis principij, quod eſt Deus. Hoc autem per peccatum infringi non debuit: & ideo mediator Dei hominũ Chriſtus, homo verus non aliunde, ſed de maſſa totius generis humani debuit formari. Vnde Apoſtolus ad Heb. ait: *Qui ſanctificat & qui ſanctificatur ex vno omnes.* ſed Chriſtus eſt qui ſanctificat, qui vero ſanctificetur eſt humanum genus; ergo apparet quod Chriſtus debuit eſſe de genere humano,

Notan-

Conuenientius fuit Deum aſſumere naturam hum. quam angelicam, vel aliam triplici ratione.

Digitized by Google

Chriſtus non debuit aſſumere primum hominem.

Notandum quoque quod non fuit congruum, quod Chriſtus aſſumeret ipſum hominem primum. ſ. Adam, ſecundum Alex. de Ales, vbi ſup. & ſanctum Bonauenturam vbi ſupra q. 2. & hoc triplici reſpectu. Primo enim non conueniebat reſpectu omnium creatoris, vt videlicet perſona Chriſti hominem aſſumeret peccatorem, cum ipſe in forma aſſumpta deberet peccatores iudicare: & nullatenus de peccato argui poſſet: nec ſecundum naturam aſſumentem, nec ſecundum naturã aſſumptam: ſecundum quas naturas competit ei iudiciaria poteſtas. Vnde ipſe dicebat Ioan. 8. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Sed ſi Chriſtus aſſumpſiſſet Adam, ſequeretur quod proprietates, quę conueniunt Adæ, conuenirent Chriſto homini; igitur eſſet dicere de ipſo, ſicut de Adã quod peccauit. Sed ipſe eſt Deus; & proprietates quæ conueniunt illi homini aſſumpto, conueniunt filio Dei, cui vnitur, ergo diceretur, filius Dei peccauit; quod eſt impiũ dicere, & impoſſibile eſſe. Secundo non conueniebat reſpectu primi hominis; quia nemo de ſua malitia debet reportare cõmodum, vt dictum eſt in ſermone præcedenti, vt habetur etiam in c. ex litteris. de dolo & contu. Sed ſi Adã propter ſatisfactionem de ſua culpa cõmiſſa aſſumeretur à verbo, reportaret ineffabilem ſublimitatem, & vtilitatem; quod eſt abſurdum dicere; vt videlicet ille, qui tantum ſe deiecerat per culpam; tantum exaltaretur, vt eſſet Deus: ſufficiebat namq; ſibi nimium, vt ſaltem ei reconciliaretur; nedum quod ipſe Deus efficeretur. Tertio, hoc non conueniebat reſpectu humani generis: quia cum ille homo eſſet pœnæ debitor; vt pote ille qui erat reus omnium animarum noſtrarum: non eſſet eius paſſio tantum Deo grata, quantũ ſi eſſet innocẽs: & vix etiã ſufficeret ad ſatisfaciendum pro ſe, nedum cum alijs ſatiſfactionem ſuã poſſe communicare. Poteſt quoque probari vltra prædicta, cõueniens fuiſſe filium Dei aſſumere carnem humanã alijs rationib. Et primo ratione diuinæ prædeſtinationis ſecundum Alex. de Ales, in 3 par. ſum. in tract. de prædeſt. Chriſti. & Rich. in 3. di. 7. art. 2. q. 2 & Bonau. in eadem di. ar. vlt. q. 2 & Alexan. Lombar. eadem diſt. vbi dicunt quod hæc eſt vera propoſitio, quod filius Dei fuit præſtinatus eſſe homo; hoc eſt: fuit præuiſus ab æterno quod aſſumeret humanam naturam, vel quod prędeſtinatũ fuit ab æterno, quod filius Dei fieret homo & hoc concedit Magiſter in prædicta diſt. 7. ar. 3 Nã qui præordinatur ad aliquid, dicitur prædeſtinari ad illud: ſed antequam filius Dei eſſet homo, prçordinatum eſt vt fieret homo; ergo &c. Item hçc eſt vera propoſitio, homo prædeſtinatus eſt eſſe filius Dei, ſecundum Alex. vbi ſup. & Rich. & Bona. vbi ſup. q. 3. & Alexandrum Lombardum eadem diſtinctione exponẽdo ſic: Homo prædeſtinatus eſt eſſe filius Dei; hoc eſt antequam eſſet homo; præuiſus eſt eſſe filius Dei. Vel ſic: homo prædeſtinatus eſt eſſe filius Dei; & ita intelligitur illud Apoſt. ad Ro. 1. dicentis de Chriſto homine: *Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute:* vbi ait gl. *prædeſtinatus eſt Ieſus, vt qui futurus erat in carne filius Dauid, eſſet in virtute filius Dei.* Conueniens ergo fuit, vt ſi Adam non peccaſſet, filius Dei humanam carnem aſſumeret; cum diuina prædeſtinatio non poſſit falli. Secundo idem probatur ratione angelicæ cognitionis, qui ſtatim ex quo creati ſunt, cognouerunt incarnationem Dei futuram. Vnde S. Maximus in quodã ſermone ait: *Verũ angeli cognouerint futuram incarnationem, ambigi non debet. Latuit autem eos inueſtigabilis Domini conceptio, atq; modus, qualiter totus in genitore; & totus manebat in omnib. necnon & in virginis cellula clauſus.* Vnde & angelus Gabriel cum virgo quæſiſſet, quomodo fieret iſtud, in generali tantum reſpondit: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.* Vnde dicit Ber. in quodam ſermone. quod Deus pater ſtatim angelis creatis oſtendit filium ſuum incarnandum: & eis omnib. obtulit ad honorãdum: vnde Lucifer ſuperbia intumeſcens, & inuidia contabeſcens, homini aſſumendo à filio Dei noluit ſubijci, ſed ſeipſum æqualẽ Deo facere appetebat; & ideo merito corruit, vt ſcriptum eſt Eſa. 14. Et tũc factum eſt prælium magnum in cęlo inter Luciferum, & ſequaces ex vna parte; & angelos bonos ex altera, vt ſcriptum eſt Apoc. 12. Vnde proiecto dracone, cum ſequacibus ſuis canunt boni angeli dicentes: *Facta eſt ſalus & virtus, & regnũ Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius.* Tertio idẽ probatur ratione demonſtrationis feſtinatæ. mox enim Adę formato demonſtratũ eſt incarnationis Chriſti myſterium, quando miſit Deus ſoporem in eo Gen. 2. quẽ ſoporem Magiſter vocat extaſim. in 4 di. 29. tunc enim in formatione Euæ ex latere ipſius Adæ intellexit, & poſtea prædixit ſpiritu prophetico vnionẽ Dei cũ carne humana, quãdo dixit de vxore ſua, quæ figurabat Eccleſiã, ſicut ipſe Chriſtũ: *hoc nunc os ex oſſib. meis: & caro de carne mea.* Vnde dixit Alex. vbi ſup. quod ad hoc ſignificandũ facta eſt Eua ex corpore Adę; vt ſicut ipſi quaſi vnũ corpus carnale erãt, ſic Chriſtus & Eccleſia quaſi vnũ corpus ſpirituale; quia Eccleſia de ipſo formata eſt. Vnde ad Eph. 5. ait Apoſt. *Mẽbra ſum' corporis eius, & de carnib. eius. & de oſſib. eius.* Ex quib. omnibus patet, quod etiam ſi Adã non peccaſſet, Dei filius humanam carnẽ aſſum-

Filius Dei fuit prædeſtinatus eſſe homo.

pſiſſet

p[...]ſſet Et poteſt alia ratio dicta nobilitationis & perfectionis aſſignari. Nam conueniebat nobilitate, & perficere omnia per ſuam incarnationem non obſtante peccato. Vnde per eam nobilitauit, & perfecit naturam humanam nobiliſſimo indiuiduo: & genus corporeum nobiliſſimo corpore: & genus ſpirituale nobiliſſima anima; quę omnia facta non fuiſſent Chriſto non incarnato. Item omnia elementa per Chriſtum dedicata ſunt, & ſanctificata tam in vnione naturæ ad naturam, quam etiam per ſingularē eius operationē; nam terra ſanctificata eſt in grano frumenti in Eucharistia, & vinum & aqua in eius precioſo ſanguine; aqua etiam in baptiſmate, in quo ſanctificauit omnem creaturam in aſſumptione Chriſti: ignis in miſſione ſpiritus ſancti in linguis igneis, & ſic de alijs.

PARS SECVNDA HVius ſermonis: cur Deus voluit magis reparare naturam humanam, quàm angelicam.

PRo expeditione huius partis quæritur, quare Deus magis voluit humanam naturam aſſumere & eam reparare, quam angelicā. Ad quam dubitationem quia reſpōſum eſt in 4 parte huius operis ſermone 5. parte 2 ideo hic non multum inſudabo: tamen ad maiorem declarationem dictorū vbi ſupra, dico quod prout poteſt colligi ex dictis Alexād. de Ales in 3 parte ſum. in tractatu de neceſſitate incarnationis, & Rich. in 3. di 2. ar. 1. q 3 & beati Bonauen. in eadem diſt. ar. 1. q. 2. & à Theologis in 2 ſen di. 21. Multis ex cauſis non debuit reparari angelica natura. Peccatum enim Luciferi, & ſociorum eius fuit irremiſſibile; & primo reſpectu arbitrij. Nam liberum arbitrium angeli ante electionem ſe habet mutabiliter; poſt electionem vero ſe habet immutabiliter ante electionem, & poſt electionē vſq; ad mortē. Vnde philoſ. in 3 de regimine principum ait: *Liberi ſumus vſq; ad finem ad hoc, & ad illud ad bonum, & malum.* Angelus ergo ſic fuit conditus, vt ante electionem poſſet reuolui, tam ad malum quam ad bonum; ſed poſtquā elegiſſet aliquid horum ſiue malum, ſiue bonum, non poſſet amplius mutari: ſed habere liberum arbitriū confirmatum in illo, ſiue bono, ſiue malo: & non poſſet illud deteſtari. quia angelus cum aliquid intelligit, non facit ſicut homo, qui cognitiones ſuas accipit in tempore; & non totum ſimul intelligit, ſed vnum poſt aliud, & vnum ex alio, ſicut ex præmiſſis accipit concluſionem. angelus enim accipit ſtatim totum non conferendo, ſed ſine tempore, & ſine diſcurſu, & non vnum poſt aliud: vel vnum ex alio. Et ſic ſecundum ſtatum ſuæ conditionis iudicat de re tota ſimul, & ſic certiſſime iudicat, & non poteſt decipi, ſicut homo, ergo cōſequenter nec excuſari. Cum ergo ſemel elegerit Lucifer malum, in quo fuit confirmatū eius liberum arbitrium; vt ait ſanctus Bonauent. in 2. di 7. & habetur per gl. in c. qu. Ep. ſcopus. 23. d. ſt. non poteſt amplius pœnitere, ſiue per pœnitentiam culpam ſuā delere; maxime quia voluntas non poteſt deteſtari peccatum in ſe exiſtens ſine gratia gratis data diſponente, & præueniente. Voluntas autem diaboli ſecundum ſanctum Bona. & Rich. in pręd. cta di. caret omni gratia liberum arbitrium diſponente. Cum igitur peccatum non poſſit remitti ſine gratia gratū faciente, & ſanante: & ad hanc pertingi non poſſit ſine prędicta gratia præueniente, & diſponente; qua diabolus priuatus eſt: patet quod eius peccatum eſt irremiſſibile. Sciendum ergo quod angelo fuit à Deo præfixus ſtatus merendi vſq; ad primam voluntatē bonam, vel malā. Ideo ſicut homo poſt quam tempus merendi pertranſijt. ſ. tempus vitæ quantumcunq; ſolum vnum mortale peccatum fecerit, non poteſt vltra bonā voluntatē acquirere, ſicut etiā fuit de angelis. vnde Damaſc. inquit: *Hoc eſt in angelis caſus, quod in hominibus mors* & Aug. in lib. de fide ad Petrum ait: *Sic creauit angelos Deus, vt qui vellent, perpetuo boni eſſent. & qui nollent, nunquā eos diuino munere repararet.* Propter caſum igitur angeli ablata eſt ei gratia merēdi, vnde quando angelus cecidit, ſtatim extra ſtatum merendi fuit. Homo vero quando peccauit, non exiuit ſtatum merendi: ideo ſe diſponere potuit ad obtinendam miſericordiam Dei. Vnde inquit Ric. in 2. di. 21. ar. 1 q 3. quod natura humana non præcipitauit ſe in profundū ex tāto conatu, ſicut angeli mali, qui in malo obſtinati ſunt, & indurati. Secundo fuit irremiſſibile reſpectu qualitatis peccati; & hoc triplici ratione. Primo ratione generis peccati: nā tam angelus quam homo peccauit per ſuperbiā, ſed differēter; homo enim peccauit appetendo ſcientiam Dei. Gen. 3. vbi dixit diabolus primis parentibus: *Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum*; ſed angelus peccauit appetendo omnipotentiā; vt habetur Eſa. 14. vbi dixit angelus: *Ponam ſedem meam ad aquilonem: & ero ſimilis altiſſimo.* Quam quidem omnipotentiā nunquam voluit Deus cōmunicare alicui creaturæ; quia ſecundum illam eſt omnium principium: quia igitur angelus appetijt eſſe principium, & eſſe.

Peccatum Luciferi, et ſociorum eius fuit irremiſſibile multis de cauſis.

Angelo fuit præfixus ſtatus merendi.

Digitized by Google

& eſſe ſimilis Deo; propter hoc appetijt illud, ad quod nullo modo erat ordinatus; & propter non habet excuſationem aliquam; & ſic eius peccatū eſt inexcuſabile & irremiſſibile. Ad ſcientiam autem eſt homo ordinatus in gloria, non autem ad omnia, omniam; peccatum ergo hominis eſt ex cu ab ſe reſpectu prædicto; & conſequenter remediabile; non ſic autem fuit peccatum angeli, quia illud appetijt, quod proprium erat creatoris. Secundo idem probatur ratione circunſtantiæ peccati. Nam in Adam fuit aliqua ignorantia: quia mortale credidit eſſe veniale, ſicut dicit Augu. ſup. Gen. Angelus autem non habuit ignorantiam in peccando, & ideo peccatum hominis fuit remiſſibile; non autē peccatum angeli. Poſſumus etiam dicere, quod Adam peccauit ex quadam infirmitate humana. Ideo peccauit in patrē. Eua ex quadam ignorantia fœminea; ideo peccauit in filiū. Diabolus autem peccauit ex propria, & ex certa malitia; & ideo peccauit in ſpiritum ſanctum, *quod peccatum*, vt ait Saluator Matt. 12. *nō remittitur in hoc ſeculo, nec in alio*; quod etiam habetur de pœn. di. 2. c. Deus quis ſimilis. Tertio idem probatur ratione occaſionis peccati; quia homo alio inſtigante, & eū decipiente peccauerat; & ideo ignoſcendum fuit ei, qui prouocatus ita fecit. l. qui maior. §. ſi libertus ff. de bo. liber. Deceptis enim eſt ſubueniēdum. l. 2. ff. ad Tertyl. & l. 2. § hæc verba ff. ad Velle. & c. inter. de dona. & c. cum venient. forum. de re. permu. Ipſe vero Satanas nullum inſtigatorem habuit, ſed ſeipſum ad peccatum ex ſua prauitate reflexit. Quapropter homo qui per alium ceciderat, etiam ab alio reparari debuit. Vnde Magiſter in 2. di. 21 ait de Adam: *Qui aliquam licet modicam cadendi occaſionem habuit, idcirco per Dei gratiam iuuari debuit & potuit ad veniam, vt qui per alium ceciderat, per alium iuuaretur.* qui idem incitatorem habuit ad malum; non iniuſte reparatorem habuit ad bonum. Diabolus vero quoniam ſine tentatione alicuius peccauit, per alium vt reſurgeret, iuuari non debuit, nec per ſe potuit. Ideo irremediabile eius peccatum extitit. Peccatum vero hominis ſicut per alium habuit initium; ita per alium non incōgrue habuit remedium. Hoc etiam aſſerit Apoſt. ad Rom. 5 dicens: *Si enim per vnius delictū multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei & donum in gratiam vnius Ieſu Chriſti in plures abundauit.* Tertio principaliter probatur peccatum Luciferi fuiſſe irremediabile, ratione proprietatis diuinæ iuſtitiæ. In primis enim parentibus erat tota natura humana, vt ait Augu. 13. de ciuit. Dei c. 4. quæ per eos poſtea erat multiplicanda in alijs, ſed in angelo peccante non erat tota natura angelica: imo iam tota erat multiplicata: & propter hoc diuinę iuſtitię congruū fuit, vt nō ſtatim puniret hominē, vel iudicaret quā cito peccauit, donec ſpecies humana multiplicaretur, & maxime numerus electorum, & tunc iudicarentur & punirentur qui eſſent puniendi: ſed ſtatim debuit punire angelum; quia in eo non habuit locū prædicta dilatio. Homo igitur debuit iudicari in fine vitæ ſuę; & in die iudicij, & tunc nullum erit remedium, ſicut nec modo angeli. Quarto idem probatur ratione conditionis diuinæ miſericordiæ. Cum enim vt ſupradictum eſt, in primo homine eſſet tota humana natura; ipſo perdito, tota fuiſſet corrupta & perdita, ſed quamuis natura angelica in aliquibus cecidiſſet; pars tamē maior perſtiterat; ſecundum Magiſtrum in 2. di. 11 ſed vbi maior eſt indigentia: ibi maiori opus eſt miſericordia. l. ſi quis ad ad declinandam. §. penul. C. de epiſ. & cle. & l. vnica C. publicę lætitię li. 12. Quia igitur angelica natura non ceciderat tota: humana autem ſic: quia in radice peccauit; ideo non fuit congruum diuinæ miſericordiæ & ſummæ pietati, vt ita nobilem creaturam, ſicut eſt humana natura, ex toto ſineret perire. Vnde ad hoc propoſitum adducit Magiſter in 2. di. 11. c. præterea. Augu. in li. enchiridion. c. 28. dicentem: *Placuit vniuerſitatis creatori & moderatori, vt quoniam non tota multitudo angelorum Deum deſerendo perierat, ea quæ perierat, in æterna damnatione remaneret: quæ autem cum Deo illo deſerente perſtiterat, de ſua certiſſime cognita fœlicitate gauderet. At vero creatura rationalis quæ in hominib. erat, quoniam peccatis atq; ſupplicijs tota perierat: ex parte reparari placuit: vnde angelicæ ſocietati ſuppleret, quod ruina illa minuerat.* hæc ille. Quinto idem probatur ratione diuinę ſapientię. Nam quia angeli fuerunt conditi in propinqua diſpoſitione ad gloriā: tum ratione naturæ, quia ſpirituales: tum ratione loci, quia in cælo empyreo, idcirco à diuina ſapientia tēpus merendi eſt eis tam breue præfixū, in quo mereri potuerunt, & demereri: homini vero, quia conditus eſt in corpore animali: & ita in diſpoſitione remoti ad gloriā, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Sap. 9. & etiam datus eſt ei locus diſtans ad merendum, ſ. paradiſus terreſtris: ideo præfixus eſt ei terminus longus & eius peccatum remediabile fuit, angelicum vero irremediabile & inexcuſabile: quia angelus eſt ſpiritus: & ideo debebat eſſe fortis & promptus. homo vero habebat carnem, quæ ad bonum ſemper eſt infirma: dicente Domino Mat. 26. *Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.*

Breue tempus merendi fuit angelis præfixum, longū autem hominis et cur

Digitized by Google

392

propoſito, filius Dei ſolus carne veſtitus apparuit; cum tamen eius operatio à patre, & ſpiritu ſancto diuiſa non ſit. Quod autem vna perſona diuina incarnari potuerit ſine alia, probat Petrus de Aquila in 3. diſt. 1. q. 2. & ſanctus Bonauentura in eadem diſt arti. 1. q. 2. & Richardus ibidem per omnia, & Alexander de Ales, in 3 parte ſummæ in tractatu de conuenientia incarnationis, cuius rationem cauſa breuitatis omitto. Sed hic quæritur cum incarnationem filij Dei tota ſit Trinitas operata, quare toties in ſacra ſcriptura, & in articulis fidei approprietur hæc operatio ſpiritui ſancto, dum dicitur: *Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto.* Reſpondet ſanctus Bonauentura in 3. diſt. 4 arti. 1. q. 1. & Alexander de Ales in 3. parte ſummæ in tractatu de conceptione Chriſti, & Ric. in 3 diſt. 4. art 1. q. 1 & beatus Thomas in 3. ſcripto. diſt. 3. art 1. q. 1 & in 3. parte ſummę, q 32, at 3. quod hoc fit triplici de cauſa. Primo ratione cauſæ mouentis Deum ad humanæ naturæ ſuſceptionem; quę fuit charitas; ex amore enim maximo venit filius Dei, vt carnem ſibi aſſumeret in vtero virginali, vt habetur Ioannis 3 Vnde Magiſter in 3. diſt 4. hanc rationem approbans ait: *Non enim ideo operatio incarnationis ſpiritus ſancto ſæpius attribuitur: quia ipſe eam ſine patre, & filio fecerit: ſed quia ſpiritus ſanctus eſt charitas & donum patris, & filij, & ex ineffabili Dei charitate verbum caro factum eſt: & ineſtimabili Dei dono filius vniuit ſibi formam ſerui.* hæc ille. Preterea ſi oſtēdatur quod non ex aliquibus meritis; ſed ex ſola liberalitate, & gratia Dei carnem aſſumpſit, attribuitur Chriſti conceptio ſpiritui ſancto; qui eſt ipſa gratia. Secundo idem probatur ratione virtutis præparantis: ſicut enim charitas Dei ad hominem mouit Deum principaliter; ſic charitas ipſius virginis eam maxime diſpoſuit ad hoc donum ſuſcipiendum, vt dicit ſanctus Bonauen vb ſupra. Illud autem, quod maxime præparauit virginem, fuit amor Vnde quemadmodum mulier concipit per viri dilectionem, & ipſius adhæſionem, quæ eſt cauſa deſideriorum in amore virtutis generatiuæ: Sic beata virgo propter amoris ſingularitatem; ſingulariter concepit Deum ex Deo: & ideo concepiſſe dicitur de Spiritu ſancto. Vnde Hugo de S Victore in quodam libello inquit: *Concepit virgo Maria de ſpiritu ſancto; non quod de Spiritu ſancto ſemen partus ſuſceperit: ſed quia per amorem in operatione Spiritus ſancti ex carne virginis diuino partui ſubſtantiam miniſtrauit* hæc ille. Tertio idem probatur ratione reprimendæ, ſiue excludendæ falſitatis. ideo namque dicitur conceptus de ſpiritu ſancto, vt carnale corpus interueniſſe non credatur: & vt omnis peccati contagio excludatur: & ne credatur, quod ſe immiſcuerit fœditas concupiſcentiæ, ac per hanc peccatum originale: vt inquit S Bon. vbi ſup Patet ergo, vt inquit Magiſt vbi ſupra, quod frequens nominatio ſpiritus ſancti ab illo opere patrem & filium nō excludit: ſed potius vno nominato tres intelliguntur; ſicut fit ſæpe in alijs operib. Vnde Aug. ſuper hoc mouens quæſtionem in lib enchiridion, in hunc modum eam determinat dicens: *Cum illam creaturam, quam virgo concepit, & peperit, quamuis ad ſolam perſonam filij pertinentem tota Trinitas fecerit; neque enim ſeparabilia ſunt opera Trinitatis: cur in ea facienda ſolus ſpiritus ſanctus nominatus eſt? An vero quando vnus trium in aliquo opere nominatur, vniuerſa operari Trinitas intelligitur? Ita vero eſt, exemplo doceri poteſt* Audiſtis propoſitam quæſtionē, eiuſdemq; ſolutionē. Hæc Magiſter vbi ſupra Patet ergo quod licet incarnatio Chriſti facta ſit operatione totius Trinitatis: tamē ſingulariter ſpiritui ſancto attribuitur, qui in glorioſam virginē ſuperueniet, ſicut ei angelus Gabriel prædixit Lu 1. dicens: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.* quod exponit B. Tho in 3. di 3. Primo ſuperueniet in te. i ſuper poſſibilitatē, & curſum naturę dando fœcunditatem, & ſeruando virginitatem. Secundo ſuperueniet in te: i ſupra id quod habes de plenitudine eius: quia ſicut olim implebat mētē; ita nunc implebit ventrē. Tertio ſuperueniet in te. i. ſuperne de cælis veniet, quia *omne datū optimum deſurſum eſt.* Iac 1 quod notat glo in l. 2. ff. de leg. Quarto ſuperueniet in te. i. ſupra merita tua, & ſup. merita omniū creaturarū. Quinto ſuperueniet in te. i. ſupra oēs, qui ante te fuerunt. *Et virtus altiſſimi*, i. Dei filius, *qui eſt ſapientia patris*, vt dicitur 1 Corin 6 *obumbrabit tibi.* i. ſub vmbra carnis tuæ latebit. ſub vmbra enim carnis tuæ latuit virtus deitatis. Sed hic ad maiorē prædictorū declarationē dicere poſſumus, quod incarnatio filij Dei eſt facta cæleſti nūcio mediante, & ſpiritu ſancto operante, ac ipſa virgine materiā miniſtrāte. Primo igit̄ dico quod facta eſt mediante cæleſti nūcio, quia *miſſus eſt Gabriel angelus à Deo* &c. De tali aūt nuncio exponi poteſt illud Prouer 25. *Aqua frigida eſt animæ ſitienti: & nuncius bonus de terra longinqua.* Aqua frigida ſitim ſedat, æſtū temperat; & quadā iucunditate in bibēdo delectat; B. aūt virgo Maria valde ſitiebat aquā diuinæ gratię: habebat etiā æſtum magnum. i. magnum deſiderium de humani generis ſalute. habebat quoque magnā iucunditatē de promiſſa à Deo virginitate, & ideo Gabriel angelus fuit ſibi ſicut aqua frigida: quia plenitudinē gratiæ ſibi prædixit dicens:

Expo Luc 1 Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &c.

Digitized by Google

Aue gratia plena. Salutem quoque humani generis per eam faciendam aſſeruit dicens: *& vocabis nomen eius Ieſum.* i. Saluatorem. Virginitatem etiam illibatam ſib. ſeruādā prædixit dicens, quod conciperet de Spiritu ſancto, & non de ſemine humano, dum ait: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te* &c. Secundo facta eſt hæc incarnatio operatione Spiritus ſancti. Vnde Beda ſuper Lucam ait: *Spiritus ſanctus in virginem ſuperueniet, qui in eius vtero redemptoris corpus operatione ſua ſine virili ſemine de eius virginea carne creauit.* Et Aug. in ſermone de annunciatione ait: *Dixit angelus: O Maria virgo Dei filia Dei: ſi à me requiris, quomodo virgo parias, & poſt partum virgo permaneas: vel quomodo fiat in te, qui fecit te, amat me, et nō per tuberis in te. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: ita vt nec æſtum patiaris libidinis, & mater ſis creatoris.* Et Bern. ſuper *Miſſus eſt*, inquit: *Ecce concipies, & paries filiū Concipies quod caro neſcit, non habēs cō de ſis, natura non admittis.* O beata & vere B. virgo Maria, quæ præter generandi curas, præter materna faſtidia, ad tantam gloriam germinis peruenit. Tertio dico quod hæc incarnatio facta eſt ipſa virgine materiam miniſt ante: quam materiam ſpiritus ſanctus ſic ſanctificauit, quod nunquā vlli vſui, niſi diuino apta fuit, ſicut dicit Hiero in ſermone ad Euſto exemplum lanæ adducens, vnde ait: *Ante quidem aduentum ſpiritus ſancti in vtero virginis vterus eius, quamuis impollutus & ſanctus, adhuc tamen vilitate humanitatis erat indutus, tanquam lana candidiſſima ad quam cum acceſſit ſpiritus ſanctus, velut eadem lana cum inficitur ſanguine conchylij vel muricis vertitur in purpuram, verſa eſt & ipſa ſine coitu in matrem Dei, vt iam nō ſit, quod fuerat, ſed purpura mundiſſima ad indumentum ſummi regis diuinitus aptiſſime dedicata.* De hoc etiam dicit Alchimius in lib. de Trinitate: *Beata Maria lana mundiſſima fuit, & per virginitatem clariſſima, quæ ſola eſſet apta in ſe filij Dei recipere dignitatem, ſicut lana conchylij ſanguine intincta, vt ex eadem fieret purpura, imperiali maieſtate tantummodo digna, quamq; nullus eſſet dignus induere, niſi auguſta prædıtus dignitate hæc ille.* De cuius virginis immaculatæ Dei filium mirabiliter concipiente & parturiente inquit Aug in ſermone de natiuitate Domini: *Verga Aaron ſubito produxit flores & frondes, ac nuces: virga protulit, quod ante non habuit, non radicata plantatione, non defoſſa ſurculo et non an mata ſucco, nō ſæcundata ſeminario virga ergo potuit contra naturam nuces adducere, & virgo non potuit natura iure Dei filium generare?* q. d. imo & multo magis. hoc autem oſtendit exemplo ſpeculi & radij ſolis dicens: *Solis radius ſpecula penetrat, & ſoliditatem eius inſenſibili ſoliditate pertranſit: & talis videtur extrinſecus, qualis exiſtit intrinſecus Itaq; nec cum ingreditur violat, nec cum egreditur diſſipat. Sicut ergo ſpeculum non rumpit radius ſolis: ſic integritatem virginis ingreſſus aut aggreſſus violare non potuit, niſi ipſa virgine conſentiente* Vnde Ber. ſup. et *Miſſus eſt* ait: *Da virgo reſponſum, reſponde verbum, & ſuſcipe verbum: profer tuum, & ſuſcipe diuinum: emitte tranſitorium, et amplectere ſempiternum.* Conſenſum igitur virgo præſtitit quando dixit: *Ecce ancilla Domini* &c quod exponit Ber. vbi ſupra, ſi. *Verbum, quod erat in principio apud Deum, fiat caro de carne mea, nolo vt mihi fiat aut declamatorie prædicatum, aut ſingulariter ſignificatum, aut imaginarie ſomniatum, ſed ſi enter inſpiratum, perſonaliter incarnatum & corporaliter inuiſceratum.* Hæc Bern. in perſona virginis. Cum quo verbo Dei incarnato nos incorporari faciat hic per amorem ipſa mater eius benedicta; vt in cæleſti palatio poſtmodum illi vniamur per gloriam in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ad incarnandum filium oportuit virginem conſentire.

DE EADEM
MIRABILISSIMA
Dei Incarnatione ex Virgine.

SERMO SEXTVS.

In quo auctor contemplatur modum determinationis diuinæ circa Incarnationē; Item quibus virtutib. aſſociatā inuenerit Angelus B Virginem: ac demum probat, quàm admiranda fuerit ipſa incarnatio.

SAnctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Pſal. 45. Precioſis reliquijs ſolet fieri precioſum tabernaculum aureum, vel argenteum; quia locus debet eſſe proportionatus locato, vt ait Philoſo 4. Phyſico. & 2. de anima. Cum igitur nullum tam precioſum locale, nullaſq; precioſiores reliquias mundus vnquam habere potuit filio Dei, idcirco decuit illam habere tabernaculum precioſum vbi reponeretur ſpecioſus forma præ filijs hominum hoc autē tabernaculum fuit beata virgo Maria, ſpe-

ria, ſpecioſa inter filias Hieruſalem: quæ figurata fuit Exo. 25 vbi Dominus præcepit Moyſi dicens: *Fac mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum*, &c. Per hoc enim ſanctuarium figurata fuit virgo benedicta, quæ ſuper omnes ſanctos ſanctior eſt. Inuentus eſt autem vnus optimus faber, ſcilicet ſpiritus ſanctus, qui ipſam adeo ſubtiliter ornauit per artem ſuam, vt fieret digna habitatio filij Dei; repoſitaque eſt in hoc ſanctuario arca theſaurorum omnium, ſcilicet ipſe Dei filius: *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ Dei abſconditi*, vt dicitur ad Colloſ. 2. In eo etiam eſt altare, vbi mactantur beſtiæ. In hoc enim altari ſcilicet virgine glorioſa, quæ eſt altare exemplare, ſi quis attendat, reperiet plene quomodo actus brutales & beſtiales debeat occidere: & de occiſis facere ſacrificium Deo corde contrito & humiliato. Nam in hoc altari inueniet malleum humilitatis ad conterendum leonem ſuperbiæ, aculeum charitatis ad feriendum ſerpentem inuidiæ, ſtimulum paupertatis ad percutiendum lupum auaritiæ, iaculum virginitatis ad interficiendum porcum immunditiæ, ibique omnia arma parata inueniuntur ad effuganda omnia peccata. ibi etiam eſt menſa propoſitionis, quia in ipſa eſt tam peccatorum, quam iuſtorum refectio. in hoc etiam altari eſt candelabrum reſpiciens ad Aquilonem. nam *ab Aquilone pandetur omne malum*, Hierem. 1. Inde enim conſurgit tenebratum princeps, qui inſultat fidelibus, præcipue in hora mortis. Hoc autem candelabrum eſt ipſius virginis adiutorium & ſubſidium contra diabolum in exitu vitæ præſentis. In iſto igitur tabernaculo virgineo Deus habitationem ſuam elegit. Vnde Leo Papa in ſermone de natiuitate Virginis inquit: *Oportebat quippe ædificari domum, in quam deſcendens cæleſtis rex, habere dignaretur hoſpitium, hanc igitur domum Dei ſapientia ædificauit: & in ea excidit columnas ſeptem. Septem namque hæc domus ſuffulta columnis extitit; quia venerabilis mater Domini ſeptem ſpiritus ſancti donis dotata fuit. neceſſe enim fuit prius erigi thalamum; qui venientem ad nuptias ſuſciperet ſponſum*, hæc ille. De cuius ſponſi aduentu ad nuptias cum B. virgine, Angelo mediante celebrandas, tres pulchras conſiderationes faciemus.

Prima dicetur determinabilitatis.

Secunda ſocietatis.

Tertia vero mirabilitatis.

PARS PRIMA HVIVS ſermonis: in qua ſecundum quandam meditationem, apparet determinatio diuina circa incarnationem filij Dei.

PRo expeditione huius partis, poſſumus deuote contemplari, quod cum poſt peccatum Adæ clauſum fuiſſet cœlum, ita vt nullus intrare poſſet, videns autem Adam, & ſancti patres ſe a ſuo deſiderio fuiſſe defraudatos, atque in limbo per tot millia annorum ſteriſſe incarceratos: ſuper hoc ſcientes per doctrinam ſacræ ſcripturæ, ſe non poſſe ab illo carcere liberari, niſi aduentu Meſſiæ: conſilium fecerunt inter ſe, quid agendum foret. Inter alios autem erat Dauid rex ratione dignitatis regalis principalior: qui hortatus eſt eos, vt mitteretur legationem ad Dominum pro hac gratia impetranda. *Legatus enim fidelis ſanitas eſt* Prouerb. 13. Et quia, vt ait Caſſiodor. lib. 2. epiſtolarum, epiſtola 6. *Omnis legatio virum ſapientem requirit, & eorum ſecura ſubſtantia eſt, quæ committuntur approbatis*. Ideo dixit ipſe Dauid alijs ſanctis patribus illud Pſalm. 49. *Congregate illi ſanctos eius, qui ordinauerunt teſtamentum eius ſuper ſacrificia*. Elegerunt igitur viginti de ſeipſis ſanctis Patribus, Patriarchis, & Prophetis; qui electi fecerunt illud quod dicitur. 3. Æneid. *Ocyus omnes Imperio læti parent, ac iuſſa faceſſunt*. Quorum primus fuit Abel iuſtus: qui coram Deo procedens dixit. O benigniſſime Deus: tu ſemel creaſti Adam patrem meum ad finem beatitudinis, vt per Theologos in 2. d. 15. 1. ſed ſi non facis miſericordiam, nunquam perueniet ad finem, ad quem cum poſteris eius ipſum creaſti. Ergo debes illius miſereri, & eum cum poſteritate ſua ad fœlicitatem perducere; quod enim ſemel placuit, amplius diſplicere non debet. cap. quod ſemel. de regu. iur. lib. 6. l. ſi quis te C. de te. ſt. b. l. per fundum. ff. de ſeruitu. ruſti. prædi. & l. Pomponius ff. de negotij. geſtis. & c. per tuas. de proba ea quemadmodum de iureiurando & ea. hortendus 32. q. 1. Et ideo, vt Poeta inquit: *Te facere contra, gloria nulla tibi*. Secundus fuit Noe, qui ait: Domine tuum eſt miſereri ſemper, & parcere. Vnde dicitur in Pſal. 50. *Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies*. Hoc enim eſt proprium magnanimi animi, iuxta illud Ouid. de Triſti. *Quo quiſque eſt maior, magis eſt placabilis ira; Et faciles motus mens generoſa capit*. Corpora magnani-

Auctoris deuota contemplatio circa incarnationem

Digitized by Google

gnanime ſatis eſt proſtraſſe leoni, Pugna ſuum ſinit, cum iacet hoſtis, habet. Cum igitur Adam magno dolore de peccato ſuo pœnituerit, & humiliatus ſit, debes ei clementer indulgere. Tertius fuit Abraam dicens: Volo probare quod tibi debitū eſt parcere humano generi, quia ſi in te deficit miſericordia, quæ eſt proprietas diuinitatis, cap. quia Deitatis de pœni diſt 1. deficeret etiam Deum eſſe, quod eſt impoſſibile. Si ergo vis eſſe Deus, fac miſericordiam. Quartus fuit Iſaac, qui dixit: Domine odia ſunt reſtringenda, fauores vero ampliandi c odia de reg. iu li 6. Licet ergo peccatū Adæ fuerit valde odioſum, & magnā meruerit pœnā, tamē maior d. bet eſſe tua miſericordia. Vt enim ait quædā gl. ſuper illud Gen. 4 *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniā merear: Maior eſt Domini miſericordia quā omniū hominū miſeria.* Ergo amplifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te, vt dicitur Pſal. 16. Quintus fuit Iacob patriarcha qui inquit. Scriptū eſt de te. Eccl. 2. *Pius & miſericors eſt Dominus.* Et ideo nō debes humano generi miſericordiā denegare. Tu enim es Deus clemens & pius. Exo. 33 & de pœ. di 1. ca. quem pœnitet. Tu es ille d quo dicitur: *Magnꝰ eſt Deus, & magna miſericordia eius.* de conſe diſt. a c accessiſtis. Tu es dominus magnus, & ſaluator noſter. in aut de eccle. titul 5. ſi quis in nomine Dei magni. Tu es bonus medicus animarum de pœni diſtin. 3 c adhuc inſtant. 23. qu. 4 c. Nabuchodonoſor & 11. q 3 c. quomodo. Tu es iudex miſericors 31. q. 1. capitulo. apud miſericordem: & ideo debes noſtri miſereri, & animab noſtris medicinam præſtare Sextus fuit Moyſes, qui ait illud, quod ipſe dixerat Exod 4 *Obſecro domine, mitte quem miſſurus es:* quaſi diceret: Adam peccauit, & grauiter punitus eſt, tempus ergo eſt vt oſtendas miſericordiam tuam. Septimus fuit Ioſue, qui dixit: Cum ſcriptum ſit Pſalm 144, *ſuauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Non d. bes contra humanum genus eſſe crudelis Octauus fuit Dauid, qui ait illud Pſalm 84 *Oſtende nobis Domine miſericordiā tuam, & ſalutare tuum da nobis* Et illud Pſal. 143. *Inclina De ca. tu & deſcen* Nonus fuit Salo. qui ait: Non debet quis odio alterius prægrauari. capitulo non debet. de regul iuris l bro 6. & damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi & non alteri debet imputari. e p damnum. de regul. iur l b. 6 & l. quod quis ex culpa ſ. eo. tit & c. vltim. de homicidio & c ſæpe & hi qui ſeptimo l. di. & facit. c. nullus. 1. quæſt. 4. cum ſimil bus. Cum igitur tot ſint Patriarchæ, & Prophetæ ſancti & iuſti non debeant tanto tempore ſupportare pœnā pro peccato Adæ Miſericordia enim digni ſunt qui alieno laborant vitio l. legem. C. de natura. lib. Decimus fuit Eſaias propheta qui inquit: O domine: ego libri mei. c. 7. te inſpirante prophetaui di. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel,* id eſt, nobiſcum Deus Non ergo debet mentiri Spiritus tuus. fac igitur impleri illud, quod imprecatus ſum eiuſdē libri. ca. 45. di. *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, & germinet ſaluatorem,* & 62. c *vtinam diſrumperes cælos, & deſcenderes.* iam enim tempus inſtat, de quo tu per os meum locutus es: d. libri mei. c. 14. *Prope eſt vt veniat tempus eius: & dies eius non elongabuntur. Miſerebitur enim Deus Iacob. & Iſrael ſaluabitur.* Vndecimus fuit Hieremias qui dixit: Ego dixi ex præcepto tuo libri mei. 31. c. *Nouum faciet dominus ſuper terram. Fœmina circundabit virum.* Fac ergo hanc puellam ab æterno ordinatam ſine vila uiolatione filium tuum in ſacratiſſimo vtero ſuo circundare Duodecimus fuit Malachias propheta, qui ait. Cur me mendacem apparere permittis? Nonne à te inſpiratus filios Iſrael conſolatus ſum, dicens libri mei c 3. *Statim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti quem vos vultis* Deſcendat igitur de cœlo ille, *cuius nomen eſt admirabilis cōſiliarius, Deus fortis pater futuri ſeculi: & princeps pacis,* vt dicitur Eſai. 9. Decimus tertius fuit Aggæus propheta, qui inquit: Tu promiſiſti mittere Meſſiam ad ſaluandum mundum, quando dixiſti per os meum 2 l bri mei. c. *Adhuc vnum modicum, & ego mouebo cælum, & terram; & veniet deſideratus cunctis gentibus.* Cum ergo non decet regem labium mendax. Prouer 17. Et cum omne promiſſum ſit debitum l. 1. ff. de pact. c. qualiter. extra eod titu. & l. non minorem. C de tranſact. Cumque ſit vera illa ſententia Iacobi Beneuentani dicentis libri c 20 *Quod dare nolueris nulli ſpondebis amico. Dedecet hoc cunctos, præcipueque bonos,* graue eſt enim fidem fallere. l 1 ff. de conſti. pecu & l cum vend. rem ff. loca. & l. generaliter C. de non nume. pecu. Ideo non debes Meſſiæ aduentum amplius procraſtinare. Decimusquartus fuit Zacharias Propheta, qui ait: Ego te inſpirante lib. mei. c 9 prænunciaui aduentum Meſſiæ dicens: *Exulta ſatis filia Sion: iubila filia Hieruſalem, ecce rex tuus venit tibi iuſtus & Saluator:* veni ergo Domine, & noli tardare. Decimus quintus fuit Abacuc Propheta, qui inquit illud l bri ſui. 1 c *Vſque quo Domine clamabo, & non exaudies: vociferabor vim patiens, & non ſaluabis.* Et illud Pſalm. octuageſim. tertii.

Vt

Digitized by Google

Vt quid Deus repuliſti nos, iratus eſt furor tuus ſup er oues paſcuę tuę? Quare faciem tuã auertis, & obliuiſceris inopiæ, & tribulationis noſtræ? Exurge Domine adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. Decimusſextus fuit Iob, qui dixit illud Pſal. 84 *Nunquid in æternum iraſceris nobis, aut extendes iram tuam à generatione in generationem? Tu ergo exurgens miſereberis Sion, quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.* Pſalm. 111. *Quid enim faciam tibi O cuſtos hominum, quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimet ipſi grauis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam?* Iob 7. Nonne optime noſti, quod *vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* Pſal 38. Et quòd *homo vanitati ſimilis factus eſt* Pſal. 143 & de pœni. di. 2. §. vlti. in fi. Cum ergo illum fragilem feceris, quia de limo terræ eum formaſti Gen 2. & Eccleſiaſtic. 17. ca. transſumptiue in c hi duo de conſe. diſtin. 1 debes eius fragilitati compati: *nõ eſt enim hominis via eius.* Hiere. 10. Fac ergo vt verificetur de homine, quẽ ad imaginem tuam creaſti, illud Eccleſiaſt 12. vbi Salomon ait: *Ibit homo in domum æternitatis,* in quam introduci non poteſt niſi per incarnatum filium tuum, qui omnium ſaluandorum eſt via, veritas, & vita Ioã. 14 & c ſi conſuetudinẽ. 8 di. Decimusſeptimus fuit Ezechiel Propheta, qui ait Pſal 35. *Homines, & iumenta ſaluabis Domine, quemadmodum magnificaſti miſericordiam tuam Deus:* & illud Pſal. 43. *Exurge, quare obdormis Domine? exurge & ne repellas in finem.* Decimusoctauus fuit Daniel propheta, qui ait: Tu me appellaſti virum deſideriorum, libri mei. ca. 10. Adimple ergo deſiderium meum, & humanã aſſume naturam, vt verificetur illud Baruch. 3 c. quod de tua futura inter homines conuerſatione locutus es tanquam de præterita dicens: *Hic eſt Deus noſter. & non æſtimabitur alius aduerſus eũ, hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit eam Iacob filio ſuo, & Iſrael dilecto ſuo, poſt hæc ſuper terram viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.* Decimusnonus fuit Ezechiel propheta, qui ait: O fili Dei benedicte, tu promiſiſti Eccleſiæ tuæ, quod ad eam deſponſandam in carne venires, dicens illud Oſeæ 2. *Deſponſabo te mihi in fide.* Ecce ergo quod ipſa ſponſa tua, id eſt, Eccleſia fidelium deſiderat te videre, & amplecti, dicẽs illud Cantic. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui,* & ideo ne moreris venire. ſed intra per illam ſacratiſſimam portam, de qua ego prædixi libri mei. c. 40 quòd tibi ſoli erit aperta, & nullus vnquam hominum ingredietur per eam. Vigeſimus fuit Sapiens Eccleſiaſticus, qui dixit: Cum vera ſit illa ſententia poetica in 2. de Ponto, vbi Ouid ait; *Regia crede mihi res eſt ſuccurrere lapſis.* Tu qui es rex regum, & Dominus dominantium, humano debes lapſui ſubuenire & mederi, maxime amore amicorum tuorum, patriarcharum, & prophetarum, quos in diuinis ſcripturis filios tuos, imo Deos appellare feciſti. iuxta illud Pſalm. 80. *Ego dixi, dy eſtis, & filij excelſi omnes.* Et ideo quilibet eorum in miſeriis exiſtens, dicere tibi poteſt illud Ouid in epiſtolis: *Turpe erit in miſeris veteri tibi rebus amico, Auxilium nulla parte tuliſſe tuum.* Quanto enim magis quis indiget, tanto amplius innoteſcit amici eius charitas, iuxta vulgare prouerbiũ: vnde Æſopus fabula 62. inquit: *Sors aſpera monſtrat amicos: Et quis amet, & quis non, ſola procella docet.* Et autor lib. qui dicitur facetus. ca. 6 ait: *Fidus in aduerſis cognoſcitur omnis amicus,* & Iacobus Beneuentanus, c 34. *Noſcitur in aduerſis omnis amicus erit.* Amor igitur quo miſeris patribus ipſis afficeris te debet inducere ad ſuccurrendum eis gratis, & non expectare ab eis precium vel mercedem, quam reddere non poſſent: vt enim inquit Claudianus in maiori volumine, *Non quærit pretium, vitam qui debet amori.* Non ergo facias eos amplius te expectare, qui dicere poſſunt illud Ouid. in epiſtolis: *Auribus interdum voces captamus, & omnem Aduentus ſtrepitum credimus eſſe tui.* O igitur Domine Deus, pater miſericordiarum, & Deus conſolationis, qui conſolaris nos in omni tribulatione noſtra. 2. ad Corinth. 1. cum ſis pater noſter, iuxta illud Deuter. 32. *Ipſe enim eſt pater tuus qui poſſedit, & fecit, & creauit te;* vnde dicimus tibi: *Pater noſter qui es in cælis* Matth 6 & ca. de quotidianis. de pœni di. 3. Si tanquam pater omnibus præeſſe vis, ſingulos prout potes adiuua, & ſingulos releua, qui ſingulorum habes ſollicitudinem. c clemens 8. q 1 patet enim diligit ſuos. l. iſti quidem ff. quod me. cau. & l. fi. C de cura. fu. & theſaurizat filiis ſuis c cũ Apoſtolus. extra de cenſi. & ideo nobis debes dare theſauros æternæ beatitudinis. Non enim debes facere contra naturalem inſtinctum omnium bonorum patrũ, qui deſiderant, quod filii ſint bonorum ſuorum hæredes. l. ſcripto ff vnde lib. & l. de emancipatis C. de legi. hæred & l. penult ff. de bo. li. Hanc autem hæreditatem habere non poſſumus niſi per filium tuum, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, ad Epheſ. 1. Quapropter debes eum mittere ad incarnationem, vt verificetur illud Pſalm 126. *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, Ecce hæreditas*

Digitized by Google

reditas Domini filij merces fructus ventris. Factum eſt autem cum veniſſent filij Dei ante Dominum affuit inter eos & Satan. Iob. 2. c. qui verſutus hoſtis habens mille nocendi modos, quibus conatur humanum genus peruertere. 26. quæſt. 2. c. viſi litteris. Qui ſemper bonum vertit in malum; & in electis maculam imponit 2. qu 7 ca. 1 Qui habet ſuggeſtiones callidas, & illaqueantes. ca. nerui. & in glo 13. di. Qui conatur leges Dei deſtruere. c. ſi ea. di. 31. di. Qui eſt hoſtis antiquus. c. ſi cetd. ates 8 di. qui ſatanas & draco appellatur, Apoc 12 & c audi 11. qu. 1 qui ſemper circumit quærens quem deuoret. c. nu. li dub. um. 3. q. 1 & 6 q §. veru m. Qui eſt Leo inſidians. de pœni. di. 2 c. ſi enim iniqui. ver. liberi arbitrij. Ipſe igitur eum ſu rexit contra Iſrael, & meritauit regem, id eſt, Deum. 1 Para. 21. & dixit: *Abſit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas, opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis* Iob 33. Et iterum loquens Deo ait: *Domine quid eſt hoc quòd memor es eius, aut filius hominis, quia reputas eum?* Pſal 143 Ipſe enim doloſe egit, vt inueniatur iniquitas eius ad odium Pſalm. 35. Tu autem iuſtus es, & omnia iudicia tua vera ſunt Tob. 3. Da ergo illis ſecundum opera eorum & ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorum ſecundum opera manuum eorum tribue illis Pſalm. 27 conuertantur itaq; peccatores in Infernum. Pſalm 17. Tu enim de ipſis dixiſti per Prophetam: *Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur* Pſalm 86. Audientes autem humani generis legati illum contra eos aduerſarium inſurrexiſſe, de quo dicitur Iob. 41. *Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei, qui factus eſt vt nullum timeret*; potentiam adue ſarij perhorreſcentes ca ſtatut. in § cum vero. de reſcript l b. 6. defecerunt viribus & timuerunt valde; dixeruntque illud Eſai. 36. *Dies anguſtiæ, dies hæc.* potentioribus enim pares eſſe non poſſumus l. 1. in princ ff de alie. iudi. mu. cau. fac. & ff. de rei vend l offic um. Poſſumus autem hic meditari, quòd auditis vtriusque partis allegationibus determinare volens Deus in hac cauſa tam ardua; ſed b t ſuper ſolium excelſum & eleuatum. Eſa. 6 Sedere enim pro tribunali in ſententiis proferendis multum operatur; quia ſententia aliter non valeret. ar. in l. 2 §. & bonorum. ff. quis ordo in bono. poſ ed & facit C de offic io e uilium iudicum. l. 1 & in aut. de iudi § ſe lebunt. & C de ſen. ex peri recit. l. ſi de quo per Albericum de Roſate in l fin. cum ſententiam. C. de ſen. & interlo. om iudi *Angeli autem ſtabant in circuitu throni.* Apocal. 7. Quos æquiſſimus iudex non dedignabatur facere ſuos Aſſeſſores in hac deciſione difficillima, vt cunctis magis innoteſceret iuſtitia ſua; licet ipſe nullius egeat conſilio, qui omnia ſcit antequam fiant. c. Deus 2. q. 1. & c. ii. in fi. 26. qu. 5 & ideo dicitur Theos, id eſt, videns, vel percurrens, nam omnia videt & percurrit ſecundum Papiam, & notatur per Archid. in ca. exiſtimant 11. qu 4. Deus ergo omnipotens, vt nos à ſententiæ præcipitandæ prolatione compeſceret; licet omnia nuda & aperta ſint oculis eius, & omnia ſint ei manifeſta: tamen vt nobis exemplū daret inquirendæ & diligenter examinandæ veritatis, & mature procedendi in cauſis decidendis, voluit hoc ipſe obſeruare, vt dicitur in c. Deus omnipotens. 2. q. 1. Ipſe igitur iudex diſcretus, qui perſcrutatur cordium ſecreta. c. tua nos de ſimo. & qui ſcit corda & voluntates hominum. c. nouit. de Iudæ & c. 1 extra ne ſede vacan. & qui eſt teſtis omnium, quæ aguntur in hoc mundo, in aut qui. mo na. eſſi. le. § penul & extra de iureiu. c. & ſi Chriſtus. Cuius eſt theſaurus omnis ſcientiæ. ea legimus. 3 . di A quo legum latores profundi leges l cen. ſiam acceperunt in aut vt hi qui ob ſe ha. pethi. tes mi. in ptin. de quo per Albericum de Roſ. in l. leges ſacratiſſimæ: C de legi & ſuper rubrica ff. eo ti l cet nullius conſilio regatur, quia omnia regit ſua infinita ſapientia, iuxta illud Boetii 3. de conſola. dicentis: *O qui perpetua mundum ratione gubernas*, &c. Vnde de illo dicitur Eſ 40. & ad Ro. 11 *Quis conſiliarius eius fuit?* quaſi dicatur nullus ipſe enim eſt *magnus conſilio, & irreprehenſibilis.* Hiere. 32 *& conſilium eius in abyſſo magna.* Eccl. 24. & *ipſe habet conſilium, & intelligentiam.* Iob. 12. *cuius conſilium in æternum manet.* Pſalm. 32. & *ipſe eſt terribilis in conſilijs ſuper filios hominū.* Pſal. 65. De filio quoque Dei qui eſt ſapientia patris, dicitur Prouerb. 8 *Ego ſapientia habito in conſilio*: tamen vt oſtenderet veram eſſe illam ſententiam. Prouer. 13. *Qui omnia agunt cum conſilio, multa reguntur ſapientia*: & ideo *aſtutus omnia agit cum conſilio*, vt ibidem dicitur: Quæ enim cum conſilio fiunt, fructu non carebunt l. humanum. C de legi. & l. dubium nō eſt, C. de repu & ea quæ fiunt cum conſilio ſapientum præſumuntur benefacta. l. epiſcopalem C de epi au. & d l humanum. C. de legi & non ſolent inducere pœnitentiam. vt ait glo. in auten. de appel § 1 in verbo. plen:ſſime. Voluit ſe habere per modum conſulentis, maxime vt eius ſententia ab omnibus æquiſſima approbaretur, iuxta illud Pſal 87. *Deus qui glorificatur in conſilio ſanctorum* Et ideo licet ſit ſolutus omnibus legib. ſeruare tamen eas voluit: ſicut etiam facit terrenus Imper. l. d gna vox. C de legi.

Omnia eſt cōſilio ſunt facienda.

Digitized by Google

Et ea quæ leges circa aſſeſſores ſtatuerunt, obſeruauit. de quibus tractatur. C. de aſſeſſ. & dome. & ff. de of. aſſeſ. per totum, & in c. ſtatutũ. § aſſeſſor. de reſcrip. l. b. 6. Allocutus eſt igitur Deus vniuerſos cœlorum ciues: & dixit illud Iob. 34. *Iudiciũ eligamus nobis, & inter nos videamus quid ſit melius* Et illud 2. Reg. 16. *Inite conſilium, & videte quid agere debeamus.* *Interrogauit ergo rex Aſſuerus*, id eſt, Deus ſapiens *angelos; quorum ſententia regina*, id eſt, humana natura *ſubiaceret*. Heſter 1. *Factum eſt autem ſilentium magnum in cælo quaſi media hora* Apocal. 8. vt ſe licet melius deliberarent quid dicere deberent. quia vt dicitur Eccle. 21. *Labia prudentium ſtatera ponderantur*; & nemo aliquid debet dicere quod prius mente non agitauerit. l. Labeo. §. ſi ff. de ſupelle. l. & conſilia non ſunt præcipitanda: ſed cum deliberatione, & maturitate danda. c. ponderet. circa prin. l. di. facit l. humanum. C. de legi. & c. cum in veteri de elec. Item ſententia diffinitiua non debet fieri ſine magna deliberatione 11. q. 5. c. cum apud. & c. ſe. & C. de pœnis. l. qui ſententiam, & de ſent. ex peric. l. 2. & c. 1. de reiud. lib. 6. nihil etiam importans debet fieri ſine deliberatione c. licet. el. 1. 45. diſt. deliberatio enim eſt valde vtilis & neceſſaria c. anteriorum 2. q. 6. & 11. q. 3. c. 1. a præpoſitorũ. & c. ſe. Seruauerunt igitur ſancti Angeli illud 2. Reg. 24. *Delibera, & vide quid reſpondeas.* Sciendum eſt autem ſecundum Dionyſ. in lib. de diui. no. & Magiſtrum in 2. di. 9. tres hierarchias Angelorum, quarum quælibet continet tres ordines ſpirituum beatorum. Tranſacta igitur media hora, dixit rex cœleſtis cuilibet hierarchiæ illud 2. Reg. 13. *Quod das conſilium?* Reſpondit autẽ principalis Angelus primæ hierarchiæ nomine omnium aliorum, dicens; *Poteſtas tua Domine poteſtas æterna, quæ non auferetur; & regnum tuum, quod non corrumpetur.* Dan. 7. *Tu habes poteſtatẽ vitæ & mortis* Sap. 16. Sed quanto potentior; tanto debes eſſe miſericordior: quia ſecundum prophetam Pſal. 61. *Poteſtas tibi eſt, & tibi Domine miſericordia: & miſereris omnium quoniam omnia potes* Sap. 11. & natura tua clemens eſt, & pia: magiſque ad miſericordiam, quam ad vindictã proclinac. quia deitatis de pœni. d. 1. vbi etiam dicitur quod nullatenus vis mortem peccatoris: ſed vt magis conuertatur & viuat. quod fuit principaliter dictum Eze. 18. in quo etiam tu dixiſti: *In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius quas operatus fuerit non recordabor.* tt. nſlamp. iue in c. ponderet. 1. di. & in c. ſi Petrus 23. q. 1. Facias ergo homini ingemiſcenti propter ſua peccata miſericordiam: ne dicant aduerſarij noſtri; non potuit eos introducere in terrã, quam eis ſe daturum promiſit. Deut. 9. Tunc ſurgens ille Angelus, qui erat principalior ſecundæ hierarchiæ dixit: *Princeps quæ ſunt digna principatu cogitabit: & ipſe ſuper duces ſtabit.* Eſa. 1. Scis autẽ Domine quia *in multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia principis.* Prouer. 14. Non ergo permittas, vt tantus populus tuus minuatur. Dixiſti enim, *vt colloces eum cum principibus: cum principibus populi tui.* Pſal. 112. *Vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat.* 1. Reg. 2. Tunc ſurrexit Angelus principalior tertiæ hierarchiæ & dixit: *Deus eorum, & Dominus dominãtium.* Deut. 10. *Domino vniuerſa creatura exaudi me* Iudit. 12. *Regnum enim tuum eſt regnum omniũ ſeculorum, & dominatio tua à generatione in generationem* Pſal. 144. Et tu es rex omnium regum: Dominus omnium poteſtatum 8. diſtin. cap. quæ contra. Parce ergo Domine: *parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in perditionem: vt dominentur eis nationes: dicant in gentibus, vbi eſt Deus eorum.* Ioel. 2. ſed, *cognoſcant quia nomen tibi Dominus Tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram.* Pſal. 83. Tu ergo *qui paraſti in iudicio thronum tuũ, & iudicas populos in æquitate* Pſal. 9. nunquid perdes iuſtum cum impio? *Abſit à te, vt hanc rem facias, & occidas cum impio iuſtum. fiatq. iuſtus ſicut impius. Non eſt enim hoc tuum, qui iudicas omnẽ terram. Nequaquam ergo facias hoc iudicium.* Ge. 18. *Cognoui enim quòd æquitas iudicia tua* Pſalm. 118. *Cum igitur iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.* Abac. 2. *Roborabitur enim clementia thronus eius* Prouer. 25. Tu etiam qui *es ſcientiarum Dominus* 1. Reg. 2. Qui *es ſapientiſſimus ab æterno.* Eccleſ. 1. Scis quòd *ſapiens iudicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabiles erunt.* Eccleſiaſt. 10. *Et rex ſapiens ſtabilimentum eſt populi ſui.* Eccl. 6. Tu ergo principatum, quem ſuper hominem habes ſtabilem te ſeruare decet. Cum enim tu Domine ſapiens ſis 2. Regum 14. debes ſuſcipere animas pauperum. *Qui enim ſuſcipit animas pauperum ſapiens eſt.* Prouerb. 11. Non ergo velit Deus perire animam, ſed retractet, cogitans ne pereat penitus qui abiectus eſt, 2. Reg. 14. *Deus igitur iudicium tuum regi da: & iuſtitiam tuam filio regis* Pſalm. 71. Ipſe enim eſt ſapientia tua. ad Col. 2. *& ſapientia eos, qui ſe obſeruant liberabit, quoniam omnibus potentior eſt ſapientia,* Sap. 10. Fac ergo vt homines per ſapientiam tuam liberati verificari faciant illud Sap. 9. ſcilicet *Sapientia tua liberati ſunt omnes quicunq; placuerunt tibi ab initio* Sed quid vltra poſſum vociferare ad regem 2. Reg. 19. Niſi quod *Deus charitas eſt* 1. Ioan. 4. ca.

abijt 10 q.3. Et ideo parcere debes omnib. quoniam omnia tua ſunt, qui amas omnia Sapien. 11. *Nunquid enim obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit in ira miſericordias ſuas?* Pſalm 76. *Quis autem eſt homo, vt immaculatus ſit: & iuſtus appareat natus de muliere? Ecce inter ſanctos tuos nemo immutabilis, & cæli non ſunt mundi in conſpectu tuo, quanto magis abominabilis homo, & inutilis?* Iob 15 Recordare ergo Domine hominum: *quia caro ſunt, ſpiritus vadens, & non rediens.* Pſal. 77. *Miſericordia autem tua plena eſt terra* Pſal. 118 & ideo congruum eſt te humano generi miſereri.

Tunc rex cæleſtis talibus allegationibus auditis ſententiam tulit, Angelorum approbando conſilium, & reprobando ſuggeſtiones diaboli, & ait illud Prou. 11 *Deſiderium iuſtorum omne bonū: præſtolatio impiorum furor.* Annuente igitur Deo beatorum angelorum petitioni, ſanctorum patrum ſupplicationi, dixerūt omnes primates ſanctorum angelorum regni cæleſtis: *Conſilium inierunt omnes principes regni tui, vt edictum imperatorium exeat. Nunc itaque rex confirma ſententiam, & deſcribe decretum vt non mutetur* Dan. 6. Tūc rex ſupernus cōſolatus eſt ſanctos patres, dicens eis: *Nolite timere, confortentur manus veſtra. Sicut enim cogitaui, vt affligerē vos, cum ad iracundiam prouocaſtis me: ſic conuerſus ſum vt bene faciam vobis* Zach. 8. Dixit quoque Dauid regi illud Pſal. 131. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem meam* Tunc exultātes omnes ſancti patres, quod de ſemine Iudaico deberet naſci filius Dei, ſcilicet de B. virgine, quæ fuit de ſtirpe Dauid, cœperunt dulciter canere illud Heſt 8. dicentes: *Iudæis noua lux oriri viſa eſt, gaudium, honor, & tripudium apud omnes populos, vrbes, atq; prouincias.*

Dixit autem Deus pater filio, & ſpiritui ſancto: Legatum oportet nos mittere ad illam noſtram ſponſam pudiciſſimam, qui eam animet ad conſenſum præſtandum, annuncietque ſic ex ea filiū debere procreari, quòd non priuabitur pudicitia virginali. Quibus alacriter conſentientib. vt ait Aug in ſermone 1. de annunciatione. [Veni inquit Gabriel, miniſter eſto terribilis ſacramenti: abſconditum fœcunda miraculum. Ad requiſitionem, & redemptionem errantis Adæ à meis cogor deſcendere ſedibus: illum enim quem ad imaginem meam creaui, peccatum inueterauit, tabeſecit quem feci, offuſcauit quem plaſmaui decorem: lupus meum depaſcit pecus. deſerta eſt paradiſi poſſeſſio: lignum vitæ ab ignea romphæa ſeruatur, clauſus eſt voluptatis agellus, miſereor errantis, & apprehendere cupio hoſtem, latere autem volo omnes cœleſtes virtutes, tibi ſoli pādo ſecretum. Ad virginem Mariam perge. Vade ad animatam ciuitatem, de qua dicitur: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei: vade ad rationalem meum paradiſum: perge ad orientalem ſplendidam portam: vade ad mei verbi dignum habitaculum: perge ad ſecundum in terra cœlum. vade, & denuncia ei meæ præſentiæ imbrem: perge ad præparatum mihi ſanctuarium. vade ad ſponſam incarnationis filij mei: mundum thalamum natiuitatis eius loquere in aures rationales arcana. præpara mihi aures introitum, ſed ne conturbes, nec terreas virginis animum: dedicatum mihi ſacratum appara, primam mei vocem gaudij proclama. tu dicito virgini Mariæ, Aue gratia plena: vt miſerear ego maligantis Euæ. Audiuit Angelus hæc, & intra ſe cogitabat dicens: Stupendum eſt hoc miraculum, & omnis conſcientiæ præcellit ſenſū. Qui in Cherubin terribilis eſt, & in Seraphim inuiſibilis, & in omnibus virtutibus angelicis incomprehenſibilis, & puellæ ſui habitaculi præſentiam repromittit; & qui Euam condemnauit, eius familiam glorificare intantum cogitauit, vt dicat præparari ſibi per aurē ingreſſum: & poteſt vterus capere eum, quem non capit cœlum. Hæc & huiuſmodi Angelo cogitante, ait ad eum Dominus: Quid turbaris, & miraris Gabr. nunquid non prius à me miſſus es ad Zachariam ſacerdotem, & natiuitatem Ioannis ei nunciaſti? Nonne pro incredulitate ſententiam ei ſilentij protuliſti? nunquid non condemnaſti ſenem, ſine voce eum faciens? nunquid non decreuiſti, ego autem confirmaui? nunquid non nunciationis tuæ effectus proſecutus eſt? nunquid non effugata ſterilitate concepit ſterilis? & naturæ vacatio aufugit? nunquid non, tunc eſt ſeges illa fertilis facta, quæ iam arebat. nunquid impoſſibile eſt apud me quicquam qui creaui omnia verbo? Cur ergo ambigis? Ad hæc Angelum reſpondentem audiamus: Domine, inquit, ſanare culpas naturæ, diſſoluere paſſionum languorem, deficientiū artus ad vitalem reuocare virtutem, imperare naturæ, procreationis filiorū affectum ſoluere, ſterilitatem, & vetuſtiſſimorum membrorum vetuſtam ariditatem in viriditatis reformare ſtatum, ſterilique aruo manipulorum repente oſtendere partum: opus exiſtit tuæ virtutis, quod ex more perficitur. Teſtis eſt Sara, poſt illam Rebecca: & iterum Anna, quæ miſeriæ, & ſterilitati ſimul fermentes a te libertatem acceperunt. virginem aūt parere, quæ de viro genitura non eſt, ſuper omnē legum naturam. Et tuā quomodo puellæ annunciabo præſentiam? Te n. cœli, & terræ non capiūt fines,

Digitized by Google

ſines, quomodo vterus capiet virginalis? aut quomodo feret Maria ignē deitatis ruæ ſedis? Et Dominus ait: Si læſit ignis præſentia in ſolitudine rubum, lædet vtique & Maria mea præſentia. Si vero ignis ille, qui figurauit diuini mei ignis è cælo aduentum, inflammabat quidem rubum, nō autem comburebat; Quid vtique dices de veritate non ignis flamma, ſed in ſpecie pluuiæ deſcendēte?] Hæc Auguſtinus in perſona Dei & Angeli.

PARS SECVNDA HVius ſermonis; quibus virtutibus inuenerit Angelus aſſociatam B. V.

PErrexit igitur Angelus Gabriel ad ſacratiſſimam virginem Mariam, quæ erat ſociata duodecim puellis, ſiue domicellis: vt poteſt colligi ex euangelio Luc. 1. Quæ virtuoſæ domicellæ inſtruebant eam in tam alto myſterio.

Prima quarum fuit domina ſecreta, ſeu clauſura, ſiue ſolitaria, quæ inſtruebat beatam virginem, vt in ſecreto meditaretur illud Pſal. 84. *Benedixiſti Domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ*, &cæt. Sciebat autem B. virgo quod delicata eſt diuina viſio, & non datur admittentibus alienam, vt ait Bernar. in quodam ſermone: & ideo ſtabat ſolitaria, & ſecreta, perfecte ſeruans illud documentum Senecæ ad Lucillium dicentis: [Fac quod facere conſueuiſti: & à turba quantum potes te ſepara. Primum argumentum compoſitæ mentis exiſtimo poſſe conſiſtere, & morari ſecum: inimica autem eſt multorum conuerſatio. Recede ergo in te quantum potes.] Et iterum ad eundē ſcribit: [Crede mihi qui nihil agere videntur maiora agunt: humana diuinaque ſimul tractant Non igitur inuenio cum quo te malim eſſe quam tecum. fuge ergo multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam vnum. Et quicquid facias: cito redi à corpore ad animum illum noctib. atque diebus exercere: omniaq; impedimenta dimitte, & vaca bonæ menti. Nemo cum ad illam peruenit occupatus.] hæc ille. Seruabat etiam B. virgo illud Quintiliani li. 8. dicentis: *Etiam in turba, in itinere, in conuiuio faciat ſibi cogitatio ipſa ſecretū*. Nouerat namq; beatiſſ. virgo veram eſſe illam Proſperi ſententiam in li. Epigrammatum dicentis: *Scrutari legem poſſunt vtcunq; quieti: Si mundi à ſtrepitu libera corda vacent*. Et ideo faciebat illud quod hortatur Bern. in quodam ſermo di. [O anima ſancta, ſola eſto, vt ſoli omnium Domino ſerues te ipſum, quem tibi ex omnib. elegiſti. Fuge publicum, fuge & ipſos domeſticos. Secede ab amicis, & intimis mente, intentione & ſpiritu. An neſcis te verecundum habere ſponſum, qui nequaquā ſuam velit tibi indulgere præſentiam præſentibus cæteris?] Vnde de ipſa virgine ſolitaria verificabatur illa ſententia Hiero. ad Præſidium dicētis: [Habebis cellulam, quæ te ſolum capiat, immo non eris ſolus. Angelica tecum turba verſabitur. Tot tibi erunt ſocij, quot ſancti, fabulabitur tecum Ieſus. Nunquid poteris talem alium tuis ſermonib. habere conſortē?] Ad hoc etiā adduci poteſt illud, quod inquit Theophraſtus in aureolo tractatu de nuptijs, dicēs: [Sapiens nunquam ſolus eſſe poteſt, habet enim ſecum oēs qui ſunt, quique fuerunt vnquam boni: & animum liberum quocunque vult transfert:] Quæ omnia confirmans D. Amb. in li. de virginib. ait: [Maria ad ipſos ingreſſus Angeli inuenta eſt domi in penetralibus ſine comite, ne quis intentionem abrumperet, ne quis obſtreperet: neque enim comites fœminas deſiderabat, quæ bonas comites cogitationes habebat. Quinetiam tunc ſibi minus ſola videbatur, cum ſola eſſet, cui tot ſancti aderant, tot Angeli, tot prophetæ. Denique etiā Gabriel eam vbi reuiſere ſolebat, inuenit;] hæc ille. Beatiſſima igitur virgine manente ſic clauſa in ſecretario oratorij ſui, ſtatim aſtitit Angelus ad oſtium pulſans. Curritque protinus Domina ſecreta, nec tamē ei ſubito aperuit, ſed aſpiciēs per feneſtras, proſpiciens per cancellos, atque Angelum Dei cognoſcens domeſtica angelorum ait: Deo gratias. Et Angelus reſpōdit: ſemper. Interrogauitque Domina ſecreta, & ait illud 1 Reg. 16. *Pacificumne eſt ingreſſus tuus?* Qui reſpondit, *pacificus*. Ego nimirum Angelus à Deo miſſus ad hanc virginem, vt annunciem ei totius mundi ſalutem, & pacem. Tunc hęc ſancta ſeruitrix B. virginis, annunciauit ei dicens: Ecce virgo ſacratiſſima quòd Angelus Dei ſtat ad oſtium pulſans, & dicens ubi illud Cant. 5. *Aperi mihi ſoror mea*, ſed licet ſecundum naturam, ſponſa ſ. æterni patris. Et niſi fallor, vox eius eſt Archangeli Gabrielis. Cui prudētiſſima virgo, vt aperiret aſſentiens, reſpondit illud prædicti Pſalm. 84. ſuper quo tunc meditabatur, ſcilicet. [Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam & ſuper ſanctos ſuos,] & cæt. vſque in finem: & tunc domina ſecreta aperuit oſtium.

Secunda domicella fuit domina intelligentia, quæ inſtruebat beatam virginem, vt peteret intellectum eorum quæ legerat in li. Eſa. proph. c. 7.

ſcilicet *Ecce virgo concipiet* &c. Vnde ipſa dicebat Deo illud Pſalm. 118. *Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam. Quoniam declaratio ſermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis*, id eſt humilibus. Et ſubito Angelus ingreſſus ad eam dixit: *Aue gratia plena, Dominus tecum.* Aue ſponſa Dei. Aue futura genitrix creatoris tui & mei. Aue animatum templum Dei. Aue ſacrarium ſpiritus ſancti, *Dominus tecum*, per gratiam eius, qui ſtatim in vtero tuo erit per aſſumptam humanam naturam. Poſſumus etiam dicere quòd hæc ſecunda domicella, appellatur domina audientia, quæ omnem ambaſiatam virgini miſſam auſcultabat attente. Et hæc eſt germana intelligentiæ. Quia vt inquit Tullius in 1. artis veteris: *Is maximè docilis eſt, qui attentiſſime paratus eſt audire.* De hac autem domicella fit mentio Luc. 1. vbi poſt prædicta verba Angeli dicitur de beata virgine: *Quæ cum audiſſet.* Ecce quod domina audientia præſens eſt, per quam attentiſſime audiuit ſanctiſſima virgo nuncium Dei, ponderans quod labet verbum tantæ ſalutationis nunquam alias auditæ. De quo ſanctus Bernar. ſuper *Miſſus eſt* inquit: *Merito concupiuit rex decorem virginis. Fecit enim quicquid longe præmonita antea fuerat à patre ſuo David, dicente ſibi: Audi filia, & vide; & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. Quia nec populum augere prolis ſucceſſione: nec domum patris ſui relinquere curauit hæredem. Sed quicquid honoris in populo, quicquid de paterna domo rerũ terrenarum habere potuiſſet, omnia arbitrata eſt tanquam ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret. Nec feſellit eam intentio, quoniam & Chriſtum ſibi plenum vendicauit, nec propoſitũ violauit*, hæc ille. Quia ergo beatiſſima virgo intenta erat intelligentiæ diuinorum: ideo meruit audire Dominum ſibi dicentem, per Pſalm. 31. *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.* id eſt gratiam meam in te ſolidabo. Nouerat autem beata virgo, veram eſſe ſententiã Iſidori in lib. de ſummo bono dicentis: [Cũ oramus, ipſi cũ Deo loquimur. Cum legimus, Deus nobiſcum loquitur. Omnis ergo profectus ex lectione, & meditatione procedit. Quæ enim neſcimus, lectione diſcimus. quod autẽ didicimus, meditatione conſeruamus. Geminumque confert bonum lectio ſacrarum ſcripturarum, ſiue quia intellectum mentis erudit, ſeu quòd a mundi vanitatibus abſtractum hominem ad amorem Dei perducit. Tanto enim vana ſpes mortalitatis huius nobis vileſcit, quanto amplius legendo, & audiendo ſpes æterna claruerit.] Hugo de ſancto Victore in libro de ſacra ſcriptura ait: *Nihil in hac vita dulcius ſentitur, nihil auidius ſumitur, nihil ita mentem ab amore mundi ſeparat, nihil ſic animum contra tentationes roborat, nihil ita hominem excitat & adiuuat ad omne opus bonum, & ad omnem laborem, ſicut ſtudium ſacræ ſcripturæ data ad noſtram vtilitatem. vt dicit Apoſtolus ad Roman. 15 qui ait: Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.* Ambroſ. quoque in ſermone de quadrageſima inquit: *Quisquis verbo Chriſti paſcitur, terrenum pabulum non requirit. Nec enim poteſt ſeculi panem capere, qui pane reficitur ſaluatoris. Negligit famem corporis, qui pabulo lectionis intendit, nec ventris curam habere poterit, qui alimentum verbi cæleſtis acquirit. Hæc enim eſt refectio quæ ſatiat animam, quæ impinguat viſcera, cum de omnibus ſcripturis cibum eloquij perennem accipimus*, hæc ille. Beatiſſima igitur virgo quæ attentiſſime Dei verbo intendebat, adeo quòd ipſum in corde, & corpore ſuo recepit, dicere poterat illud Hiere. 15. *Inuenti ſunt ſermones tui, & comedi eos. Et factum eſt verbum tuum mihi in gaudium, & lætitiam cordis mei.* Tertia domicella fuit domina erubeſcẽtia, ſiue verecundia, qua beatiſſima virgo erat ornata, nam naturaliter ineſt virginibus 30. q. 3. ca. nec illud. ergo multo magis inerat reginæ virginum. De qua virtute inquit Bernard ſuper Cant. [Aliud ornamentum ſponſæ eſt verecundia. Neſcio autem ſi quid gratius verecundia in moribus hominum deprehendi queat: verecundia enim omnium eſt ornatus ætatum, ſed in teneriori ætate amplius pulchriuſque enireſcit. Quid amabilius verecundo adoleſcente? quam pulchra hæc eſt, & quam ſplendida gemma morum in vita, & in vultu adoleſcentis? quam vera & minime dubia bonę nuncia ſpei: bonæ indolis index, & virga diſciplinæ, quæ pudendis affectibus imminens lubricæ ætatis motus, actuſque leues coerceat, & comprimat inſolentes. Quid ita ſtultiloquij, & omnis deinceps turpitudinis fugitans? Soror continentiæ eſt, nullumque æquè manifeſtum indicium columbinæ ſimplicitatis, necnon etiam eſt innocentiæ teſtis; lampas eſt pudicæ mentis iugiter lucens, vt nihil in ea turpe, nihil indecorum reſidere attentet, quod non ilico illa prodat. Ipſa expugnatrix eſt malorũ, & propugnatrix puritatis innatæ, ac ſpiritualis gloriæ conſcientiæ: eſt famæ cuſtos, vitæ decus: virtutis ſedes, virtutũ primitiæ. naturæ laus: & inſigne totius honeſti. Rubor ipſe genarũ, quẽ forte inuexerit pudor, quantũ gratiæ, & decoris ſuffuſo afferre vultui ſolet:]

hæc

hæc ille. Ariſtot. quoq; 4 ethi. c. 10. inquit: *Laudamus iuuenem verecundum* Sapiens etiam Eccleſiaſtic. 32. ait. *Ante grandinem præibit coruſcatio, & ante verecundiam præibit gratia.* Beatus autem Ber. vbi ſupra inquit: *Quid tam proprium verecũdiæ eſt, quàm proprias vitare laudes?* Ex quo apparet quantum fuerit beatiſſima virgo hac virtute inſignita. de qua dicitur Lu. 1. *Turbata eſt in ſermone eius*, ſcilicet Angeli. Nam mens eius eſt alterata ex celſitudine auditæ laudis ſuæ: vnde & in facie ruborem verecundiæ demonſtrauit: quod etiam euenit propter aſpectum Angeli in forma viri. De quo Ambroſ. in lib. de virginibus dicit: *Angelum Maria quaſi viri ſpecie mota trepidauit, vt agnoſcas aures religioſas, & oculos verecundos.* Ex quo percipere poſſumus, quantum erubeſcebat conſortio hominum, quæ turbatur, & erubeſcit in ſermonibus Angelorum. perfectiſſime enim ſeruauit illud quod inquit Imperator in l. vnica. C. de man. lib. 11 dicens. *Verecundia caſtis moribus perſeueret.* Nec mirum, ſi fuit verecunda, cum eſſet nobiliſſima: verecundia enim nobiles prodit natales cap. 1. vbi Arch. de regul. lib 6.

Taciturnitas ſocia B. Virg. Quarta domicella fuit domina taciturnitas, quæ inſtruebat eam, vt non ſtatim reſponderet, ſed prius cogitaret intra ſe altitudinem conſilij diuini ſuper ſalute generis humani. Vnde Berna. inquit: *O annunciatio mirifica. O ſalutatio peregrina, plenitudinis copiam portans, & virgineum corpus illuſtrans Præueniens itaq; iudicem præco tam prælatus & mitis, feſtinus properat, vt in prætorio virginitatis ſuſcipi poſſit Deus maieſtatis. Cogitabat autem virgo qualis eſſet iſta ſalutatio, quia de plenitudine ipſius debebant accipere vniuerſi. Captiui redemptionem, triſtes conſolationem, peccatores veniam, iuſti gratiam, Angeli lætitiam, deniq; tota Trinitas gloriam: & filius Dei carnis humanæ ſubſtantiam.* Sapientiſſima igitur virgo ornata erat diſcretiſſima taciturnitate, ſciens veram eſſe ſententiam Macrobij lib 3. Saturnalium in exordio dicentis: *Nihil tam congruum ſapientiæ, quam locis, & temporibus aptare ſermones.* Vnde ſeruabat illud quod inquit Ambr. in 1. de offic. c. 8 dicens: *Sapiens vt loquatur multa, conſiderat, quid dicat, cui dicat, quo in loco & tempore* Et autor aſtrolabij canit, *Prouidet ante diu, quid recte dicere poſſit Vir ſapiens: ſtultus immeditata refert.* Obſeruauit quoque prudentiſſima virgo illud, quod inquit Pamphilus poeta ſui lib cap 8 ſcilicet *Verbi principium, finem quoque reſpice verbi: Vt melius poſſis præmeditata loqui.* Item ſeruauit documentum Senecæ ad Lucillum dicentis. *Tardiloquum eſſe te iubeo* Nihil enim vnquam dicebat, niſi prius mature præmeditatum eſſet. Sciebat enim quòd vt ait philoſophus 1 Polit. *Magnum ornamentum mulierum eſt ſilentium.* Vnde de eius taciturnitate, ab alijs virginibus imitanda, ait Ambroſ. ſuper Luc. *Diſce virgo verborum vitare laſciuiam. Maria etiam ſalutationem Angeli verebatur. Cogitabat enim qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ideo cum verecundia, quia pauebat, cum prudẽtia, nam benedictionis nouam formulam mirabatur, quæ nuſquam lecta, nuſquam ante fuerat comperta* Hæc ille. Quinta domicella fuit domina timoroſa. Sapientiſſima enim virgo ſeruauit illud Eccleſiaſt. 18 *Homo ſapiens in omnibus timet.* habebat autem non ſeruilẽ, ſed caſtum, & reuerentialem timorem. Et maxime timebat omnia, quę caſtitatem eius in aliquo poſſent maculare. Et propter hoc timuit in viſione angelica Vnde Bernard ſuper *Miſſus eſt* ait: *Solent virgines quæ vere virgines ſunt, ſemper pauere, & nunquam eſſe ſecuræ, & vt caueant timenda, etiam tuta pertimeſcere, ſcientes ſe in vaſis fictilibus theſaurum portare precioſum; ac prouide quicquid nouum, quicquid ſubitum fuerit ortum, ſuſpectas habent inſidias, & totum contra ſe exiſtimant machinatum, & idcirco Maria turbata eſt in ſermone Angeli.* Hæc ille. Quapropter neceſſe fuit ipſam ab Angelo confortari. vnde Ber. vbi ſupra inquit: *Angelus intuitus virginem, & varias ſecum volui re cogitationes facillime deprehendens, pauidam cõſolatur. Et familiariter vocans ex nomine, benigne ne timeat perſuadet.* De hoc quoque Aurelius Auguſtinus inquit in ſermone annunciationis: *Salutat Angelus puellam viri ſalutationis ignaram, terretur virgo nouitate verborum Ad quam Angelus, ne timeas Maria, ne inquit aſpectu meo mater Domini mei terrearis. Ego conceptionis tuæ miniſter adueni, non vt virginitatem amittas interueni, ipſe me miſit ad te, qui eſt naſciturus ex te.* Et tunc dixit domina timoroſa. Hic eſt bonus Angelus cõfortans, & lætificans. *5. Socia B. V. timor.* Sexta domicella fuit domina honeſta quæ dicebat beatæ virgini illud 1. ad Corinth. 14 Omnia honeſte, ſecundum ordinem fiant in vobis, morum enim honeſtas eſt ſeruanda in omnibus l. vnica C. de emanc. lib 11. honeſtas namque verſatur circa mores l ſcire oportet. §. penult ff. de tutoribus, & curatoribus dandis ab his, & vnum de iuris præceptis eſt honeſte viuere. l. iuſtitia §. 1. ff de iuſtitia & iure. & inſti eodem §. iuris præcepta. Et idem ponitur in procemio decretalium. Habuit ergo beata virgo honeſtatem in omnibus geſtis ſuis, & maxime in oculorũ regulatione Quia enim vt ait Cæcilius Firmanus in lib de beata vita c. 4 *Libido aſpectu* *6 ſocia B. V. honeſta.*

 maxi-

Digitized by Google

maxime concitatur. Et Quintilianus in prima declamatione inquit. *Oculi noſtri ſunt tota luxuria noſtra, qui nos in omnia quotidie præcipitant vitia.* & Sen. ad Lucillum ſcribit: *Oculi ſunt irritamenta vitiorum, & duces ſcelerum.* Ideo ipſa virgo benedicta ſeruauit illud Eccleſ. 2. vbi Salomon ait: *Oculi ſapientis in capite eius*, ſcilicet ſunt bene regulati tranſſumptiue in c. accepiſti. de conſecra. diſt. 4. & de ſacra vnct. c. vnico § quia vero. Et q̃a eſt duplex oculus. ſ. oculus mentis, de quo habetur in c. quorundam. de elec. li. 6. vbi Io. And. dicit quod debet eſſe purus. per illud c. & 1. q. 1 multi. Item oculus corporis qui ſimiliter debet eſſe purus. 32. q. 5 c. qui viderit. *Impudicus enim oculus impudici cordis eſt nuncius.* ca. nec ſolũ. eadem. qu. & cauſa. Ideo ita puros habuit beata virgo oculos, non ſolum mentis; ſed etiã corporis, vt de vtriſq; dictũ fuerit Can. 5. *Oculi eius ſicut columbæ* tranſſumptiue in §. Eccc 35 di. Hæc enim puriſſima eius domicella, domina honeſta inſtruebat ipsã, vt ſtaret cum oculis depreſſis ad terram, & cum multa modeſtia. Tanta autem fuit eius honeſtas, vt nemo vnquam tentationem carnalem de ipſa habuerit: vt in alijs ſermonibus diximus. *Nihil enim*, vt ait Amb. in li. de virginitate *fuit in Maria toruum in oculis: nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum: non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non vox petulantior: ſed omnis honeſtas.*

7. prudent. Septima domicella, fuit domina prudentia quæ inſtruebat beatam virginem, vt prudẽter de modo incarnationis inquireret. Ideo ipſa ait: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Quomodo habebo filium quę neſcio virũ? Quomodo portabo fœtum, quæ fugio partum? Quomodo vacuo ventre generabo? Vnde præbebo lac labijs infantis ſugere poſtulantis? Et merito iſta inquirebat prudentiſſima virgo. Vt enim ait Boetius 2. de conſo. *Rerum exitus prudentia metitur.* Ad hanc autem inquiſitionem beatiſſimæ virginis reſpondit Angelus, cuius verba ponit Aug. in quodam ſermone dicens, in eius perſona: *Ne timeas Maria: nnq, expaueſcas virgo partum; neque metuas, neq; formides, multum inexperta, tantum crede & concepiſti. Ama & peperiſti: quoniam meruiſti gratiam apud Deum, gratiam Dei, & hominum pacem, mortis deſtructionem, vitæ reparationem. Concipies enim & paries filium, non cuiuslibet meriti hominem, ſed totius ſeculi ſaluatorem. Recole Maria in libro Eſa. prophetæ virginem, quam parituram legiſti, & gaude, ac exulta, quia tu eſſe meruiſti. Tu ibi præfigurata es virgo. Ecce enim vtero concipies non de viro, ſed de ſpiritu ſancto grauida eris, & incorrupta manebis. Paries quidem filium; & virginitatis non patieris detrimentum, efficieris grauida, & eris mater ſemper intacta.*

Octaua domicella, fuit domina pudicitia, quę 8. pudicit. inſtruebat beatam virginem, vt votum quod fecerat de perpetua virginitate ſeruanda, inuiolabiliter cuſtodiret, & in illibatę caſtitatis propoſito vſque ad mortem immobiliter perſeueraret. Pudicitia. n. eſt virtus animi, qui violentiam non ſentit. 32 q. 5 in princ. & c. de pudicitia. Qui vero caſtitatem Deo vouerunt, irritum faciendo votum, damnationem incurrunt. 27 q. 1. c. 1. Dicebat autem hæc domicella beatæ virgini: licet ſit vera illa ſententia Montanarij in luna celeri: *Res eſt difficilis caſtam bene ducere vitam:* *Nulla fere* *maior quam caſtam viuere pœna. Sola namque ſuum finitur morte duellum.* Vnde dicitur, quòd caſtitatem ſeruare eſt per viam arctiſſimam & difficilem incedere. c. de his 28. di. 33. q. 5 c. tunc ſaluabitur. circa medium. Vnde etiam dicitur, quòd caſtitas non niſi Deo inſpirante habetur. dicto. c. de his. Tamen quia Deus hanc tibi Inſpirauit, qui etiam res penitus deſperatas ad optatum finẽ perducere poteſt l. 1. § 11. C. de veteri iure enuc. Tibi diuina gratia repletæ facillimũ erit eam obſeruare. & poſito quod tibi eſſet difficile, debes meminiſſe, quod virtus conſiſtit circa bonum, & difficile 2. Ethic. Et quod vt inquit poeta: *Abſque labore graui nõ poſſunt magna parari.* Nullo igitur modo pudicitia eſt violanda, quæ eſt mulierum ornamentũ maximũ § qui vero caſ. in aut. quomodo opor. epiſ. Licet dixerit Angelus quod de ſpiritu ſancto concipies, & virginitatẽ non amittes: Tamẽ difficile videtur in concipiendo filium nõ ſentire aliquod libidinis, & concupiſcentiæ incendiũ, & non maculare in aliquo pudicitiæ pudorem. Et ideo cũ dicatur in cõmuni prouerbio: *Non de pente cadit, qui cum ſapientia vadit.* Sapienter prius inquirit, ſi taliter fiet hæc conceptio, quod in ea totaliter ceſſabit non ſolum corporis, & ſpiritus corruptela: ſed etiam nec minimus in ipſa libidinis motus ſentiretur; nec aliquis indecens actus in hac generatione interueniret. De hoc autem loquitur Ambr. in 2. li. de virginib. di. [Vide quantam pudicitiã virginalem in animo ſeruat, quæ non ſolũ odit corporis, & ſpiritus corruptelã: ſed etiã omnẽ actum libidinis, quantumcunq; fieret ſine offenſa Dei, & ad diuinã prolem eſſet ordinatus, quantum ex ſe erat odio habuit. Vnde merito pẽſandum eſt quod dicit, hęc pręcipua cauſa, quare modus cõcipiendi filium Dei iam à Deo præfixus, non fuerit ſibi diuinitus reuelatus, vt verbo, & actu hanc perfectam pudicitiam demonſtraret.] Hæc ille. Cę guo. cens au:ẽ

Angelus

Digitized by Google

Angelus Domino reuelante virginis cogitationes, dixit ei: Noli ô pudiciſſima virgo expaueſcere. Noli de tuæ virginitatis permanentia ſollicitudinem gerere. Intacta permanebis, & de prole gaudebis. Siue coniunctione mortalis viri efficeris mater altiſſimi proinde non eſt quod metuas, ſed inde eſt quòd gaudeas. Tunc. n. dolor ſequeretur partum, ſi præcederet libido conceptũ. Tunc vero ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te; & virtus altiſſimi obumbrabit tibi i. refrigerabit te ſub vmbraculo ſpiritus ſancti Non ergo calorem concupiſcentiæ pati vereatis. Nam in te erit conceptio, & non concupiſcentiæ libido Non. n. erit æſtus, vbi vmbram faciet ſpiritus ſanctus Nona domicella fuit ſancta obedientia, quæ ab Eua fuit repulſa, ſed à beata virgine gratanter acceptata. Sciebat enim quòd hæc eſt virtus omnium virtutum moralium præclariſſima: vt declarat B Thomas 2. 2. q. 104. ar. 2. Item quòd ſola, eſt quæ fidei meritum poſſidet, obedientia: ſine qua infidelis quiſque conuincitur, etiam ſi fidelis eſſe videatur c. ſciendum. 8 quæſtione 1. nouerat quoq; quòd obedientes magnam à Deo recipiunt remunerationem. c. nullus 93. diſt. Vnde dicit glo. in. l. deſertorem § in bello. ff. de re mili. *Magna eſt virtus obedientia* Sciebat etiam quòd melius eſt obedire quàm ſacrificare 1. Regum 15. & dicto c. ſciẽdum 8. q. 1. & c illud de maio. & obe. & quòd Prouerb. 15. ſcriptum eſt: *Mens iuſti meditabitur obedientiam* Et ideo ſemper meditabatur beatiſſima virgo, quomodo melius diuinæ volnntati per omnia obediret. Sciens veram eſſe illam Virgilij ſententiam lib. Georgicorum di. *Eſt legum ſeruanda fides, ſuprema poteſtas. Quod mandat fieriq; iubet, parere neceſſe eſt* Sicut autem mundani reputant lucrum quoddam, quando ſatisfaciunt voluntati propriæ. l. cum ſeruus. ff de condi. cau. da. cauſa non ſe. ita ipſa lucrum maximum exiſtimabat, ſatisfacere voluntati diuinæ. Quapropter ſic perfectam obedientiam ſemper obſeruauit, que per eam ſumus à morte liberati, ſicut per inobedientiam primorum parentum fueramus ad æternã dãnationẽ condẽnati. vnde Aug. in ſer de natiui. ipſius virginis ait: *Pro inobedientia obedientia commutatur, fides pro perfidia compenſatur* Et iterum: *O fœlix obedientia, ô inſignis gratia, quæ dum humiliter fidem dedit, cæli in ſe opificẽ incorporauit. Hac fuit vera obedientia omni ſacrificio gratior, hac voluntas cunctis hoſtijs acceptior: hinc promeruit gloriam, quã poſtmodum cecinit, di. Ecce n ex hoc beatam me dicent oẽs generationes.* Et loquitur Aug. particulariter de obedientia præſentis myſterij i. in cõſentiendo diuini verbi cõceptioni. Tantum autem placuit Deo eius obedientia, vt mereretur filium Dei ſibi facere ſubiectum, & obedientem. Vnde Ber. ſuper *Miſſus eſt* exponẽs illud Luc [& erat ſubditus illis *inquit* Quis? Quib? Deus hominib. Deus inquã, cui Angeli ſubditi ſunt, cui principatus, & poteſtates obediunt, ſubditus eſt Mariæ, & non tantũ Mariæ, ſed etiã Ioſeph propter Mariam. Mirare ergo vtrũ libet, & elige quid amplius mireris, ſiue filij Dei benigniſſimam dignationẽ, ſiue matris eius excellentiſſimã dignitatẽ; Vtrumq; ſtupor, vtrunq; miraculum: quod fœminæ Deꝰ obtẽperet, humilitas ſine exẽplo: & quod fœmina Deo principetur, ſublimitas ſine ſocio. In laudibus virginum ſingulariter canitur, quod ſequuntur agnum quocunque ierint Quibus ergo laudibus iudicas dignam, quæ etiam præit? Diſce homo obedire, diſce puluis obtẽperare: diſce terra ſubdita eſſe Erubeſce ſuperbe cinis: Deꝰ te humiliat, & tu te exaltas, Deus te hominib. ſubdit & tu dominari hominibus geſtiens, tuo te præponis autori. Quoties n. hominibus præeſſe deſideras: toties Deum præire contendis.] hæc ille. Faciebat igitur beata virgo illud, quod poſtea egit filius ſuus: ſciens quod tanta eſt excellentia obedientiæ, quod nihil eſt peccatum, niſi quod contra ipſam fuerit perpetratum. peccatum. n eſt præuaricatio legis diuinæ: & cæleſtium inobedientia mãdatorum vt ait Amb in l b. de paradiſo. Hæc igitur ſancta Domicella ſuadebat beatæ virgini, vt operaretur ſalutem mundi: atq; hortabatur eam grandi ſacramento aſſenſum præbere Sanctus autem Ber. ſuper *Miſſus eſt* in perſona Angeli, dicit B. virgini exhortando eam ad conſentiendũ: *Audiſti virgo factum: audiſti & modum. Vtrunq; mirum, vtrunq; iucundũ iucundare filia Sion, exultà ſatis filia Hieruſalem: et quoniã auditui tuo datũ eſt gaudiũ & lætitia, audiamus et nos à te reſpõſum lætitia, quod deſideramus* &c. Idem quoque ſanctus ibidem in perſona omnium ſanctorum patrum, inquit eidem beatiſſimæ virgini: *Expectamus Domina verbum miſerationis quos miſerabiliter premit ſententia damnationis. Et ecce offertur tibi pretium noſtræ ſalutis, ſtatim liberamur ſi conſentis. In ſempiterno Dei verbo facti ſumus omnes: & ecce morimur. in tuo breui reſponſo ſumus reficiendi, vt ad vitam reuocemur. hoc ſupplicat à te ô virgo pia, flebilis Adam cum miſera ſobole ſua exul de paradiſo, hoc Abraam, hoc Dauid, hoc cæteri flagitant ſancti patres tui, qui habitant in regione vmbra mortis: hoc totus mundus tuis genib. prouolutus expectat: nec immerito quia ex ore tuo pendet conſolatio miſerorum, redemptio captiuorum, liberatio damnatorum, ſalus deniq; totius generis tui. & vniuerſorum filiorum Adam. Da virgo reſponſum. Feſtinanter o domina reſponde verbum, quod terra,*

quod

quod inferi, quod expectant & ſuperi. Ipſe quoq; rex & Dominus quantum concupiuit decorem tuum, tantum deſiderat tua reſponſionis aſſenſum: in qua nimirum propoſuit ſaluare mundum: & cui complacuiſti in ſilentio, iam magis placebis ex verbo, cum ipſe tibi clamet è cælo: O pulchra inter mulieres, fac me audire vocem tuam. Si ergo eum facies audire vocem tuam, ipſe te faciet audire ſalutem noſtrã, nunquid nõ hoc eſt quod quærebas? quod gemebas, quod diebus ac noctibus orando ſuſpirabas? Reſpondeas itaq; cito Angelo: immo per Angelum Domino. Reſponde verbum, & ſuſcipe verbum: profer tuum & ſuſcipe diuinum: emitte tuum tranſitorium, & amplectere ſempiternum. Quid tardas? quid trepidas? crede, confitere & ſuſcipe. Sumat humilitas audaciam, quia etſi grata in ſilentio verecundia, magis tamen nunc in verbo pietas eſt neceſſaria. aperi virgo beata cor fidei: labia confeſſioni, viſcera creatori. Ecce deſideratus cunctis gentibus pulſat ad oſtium. O ſi te morante pertranſierit & rurſus incipias dolens quærere quem diligit anima tua. Surge, curre, aperi, ſurge per fidem, curre per deuotionem, aperi per dilectionem hæc ille. Tunc beata virgo his verbis confortata, & de magnifica prole lætificata, & de ſuo pudore, & integerrima pudicitia certificata; ſtatim ſurrexit, genua in terra fixit, terram oſculata fuit, oculos ad cælum eleuauit, brachia ad cælos extendit, & ſic cum maximo gaudio, cum ingenti feruore, cum indicibili deuotione, cũq; ineffabili charitate dixit: *Ecce*, in quo verbo denotatur promptitudo obedientiæ, & inceptio noſtræ ſalutis, & altitudo virginalis contemplationis, & demonſtratio ſuæ voluntatis. Hoc. n. verbum, ecce, aliquando ponitur expoſitiue, ſiue demõſtratiue, vel indicatiue, vt de pœni diſt. 1. § ecce. & 35. q 5 c ec. c inſt. de rerum diui. § cũ ex aliena planta. § hoc amplius & de pœni di 2 c. ſi. n. inquit & inſti. de vſufr § 1 & 28 q. 1. c. ſic enim § his de eauſis & extra. de baptiſ. c. maiores. ver. ad id. & ff. quod cuiuſq; vni. l. 1. Aliquando ponitur exhibitiuè vt 23. q 2 c Egreſſus. Aliquando inceptiue. vt extra de renun. c. niſi cum pridẽ. § propter malitiam & 36 di c. ecce. & de maio & obe. ca. ſolitæ. Aliquando etiam ponitur contemplatiue. vt ibi. *Ecce quam bonum, & quam iocundũ habitare fratres in vnum* Pſ 132 & c dilectiſſimis. 12 q 1. c. nulli 3. q 1. & omnibus his modis poſſunt exponi

10 humilitas. verba benedictæ virginis dum dixit, *ecce* &c. Decima domicella fuit domina humilitas, ſiue domina ancilla quæ præerat familiæ domus beatæ virginis, & omnia officia domus peragebat. Hæc autem beatam virginem inſtruebat, vt de felicet ad tantam excellentiam exaltabatur, nõ alta, ſed humilia ſentiret, cogitaret, ac diceret, dicens ei illud Tob. 4. *Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas*, quia vt ait Martialis poeta: Æthereum pacem Venus, atq; ſuperbia tollunt. & ſecundum Claudia. li. 1. *Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores* & vt ait Prudent. in li. de pſychomachia c 5 *Frangit Deus omne ſuperbũ. Alta cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur*, ſed *quanto maior es, tanto magis te humilia in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam*. Eccleſ. 3. Virginitas n. cum humilitate eſt admirabilis §. hæc ſcripſimus 30 di. Hanc autẽ virtutem veniet cõmendare filius tuus. ca. diſplicet. §. ſi aũt 23. q. 4 & ipſam verbis, ac factis oſtendet 93. di. ca Dominus. Vnde dicet diſcipulis ſuis Matth. 11. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* tranſſumptiue in ca qui ſcelerat. el 1. 2. q 2. Hæc etenim virtus eſt conſeruatiua omnium aliarum virtutum. vnde Ber. in lib. de improbatione vitiorũ c. 2 inquit: *Firma ſolet virtus humilis ſeruare quietos Nec cadit in plana qui requieſcit humo* Huius autem domicellæ documẽta ipſa virgo benedicta perfectè ſeruauit: quod patere poterit ex reſponſione, quã Angelo fecit. De qua inquit Ber. *O veneranda virginitas, ô prædicanda humilitas: ab Angelo mater Domini appellatur, & ſe ancillam Domini confitetur vnde ait: Ecce ancilla Domini, tãquam diceret Paratum eſt cor meũ Deus, quia intactus permanet vterus meus. Reſpexit n. humilitatem ancillæ ſuæ Venit ergo manſuetus implens cælos: tranſgrediens per humilem ad ſuperbos: & cælos non relinquens, vt inflatos tumore ſuperbiæ appoſito humilitatis remedio mitis medicus ipſe curaret. Venit enim manſuetus, & mitis ſedens ſuper nubem leuem. i. ſuper Mariam humilem* hæc ille.

Vndecima domicella fuit, domina deſiderosa, *11 deſiderosa.* quæ incitabat B. virginem ad deſiderium conceptionis filij Dei, & ſaluationis mundi: quod quidẽ deſideriũ ipſam taliter inflãmabat, quod cũ propheta dicebat Pſ. 41 *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad te Deum fontem viuum.* Et iterũ cum eodẽ propheta dicebat Pſa 37. *Domine ante te omne deſiderium meũ.* Ex quo apparet ſanctitas mentis virginalis. Nã vt ait Caſſio. li 4 epiſtolarũ; epiſtola. 5. *Ex qualitate deſiderati poteſt mens honeſta cognoſci.* Videbatur aũt B. virgini magna mora, expectatio, & tarditas incarnatiõis. Iuxta illud Senecæ in prouerbijs: *Etiam celeritas in deſiderio mora eſt.* Et ideo ſubdit, & dixit. *Fiat mihi ſecundum verbum tuũ.* Quod exponens Ber. ſuper *Miſſus eſt* ait: *Fiat in deſiderij ſignũ, nõ in dubitantis indiciũ. Nam per hoc quod dicit. Fiat mihi ſecundũ verbũ tuũ, magis intelligendũ eſt, affectum exprimere deſiderantis, quã effectũ inquirere mora*

du-

dubitantis: quamquam nihil obſtat intelligi, fiat, Ecce verbum orationis, nemo quippe orat, niſi quod credit, & ſperat. vult autem à ſe requiri Deus, quod pollicetur. Et ideo forte multa que dare diſpoſuit prius pollicetur, vt ex promiſſione deuotio excitetur: Sicque quod gratis daturus erat, deuota oratio promereatur. Hoc vtique virgo prudens intellexit, quando præuenienti ſe muneri gratioſitate promiſſionis, appoſuit meritum ſuæ orationis, dicens: Fiat mihi ſecundum verbum tuum. Fiat mihi de verbo, ſecundum verbum tuum. verbum quod erat in principio apud Deum, fiat caro de carne mea ſecundum verbum tuum. Fiat obſecro mihi verbum non prolatum quod tranſeat, ſed conceptum vt maneat, carne videlicet indutum, non aere. Fiat mihi non tantum audibile auribus, ſed viſibile oculis, palpabile manibus, geſtabile humeris. Non fiat mihi verbum ſcriptum, & mutum, ſed incarnatum, & viuum: hoc eſt non mutis figuris mortuis in pellibus exaratum, ſed in forma humana meis caſtis viſceribus viuaciter impreſſum. Et hoc non mortui calami depictione: ſed ſpiritus ſancti operatione. eo enim modo fiat mihi, quo nemini ante me factum eſt, nemini eſt poſt me faciendum. Porro multifarie, multiſque modis olim Deus locutus eſt patribus in prophetis & aliis quibuſdam in aure; aliis in ore, aliis in manu factum eſſe verbum Domini memoratur. Mihi autem oro, vt in vtero fiat iuxta verbum tuum. verbum igitur quod ab alio fieri non poteſt, dignetur in me, & mihi fieri ſecundum verbum tuum, ſcilicet ſilenter inſpiratum, perſonaliter incarnatum, & corporaliter inuiſceratum: hæc ille in perſona virginis. O igitur beatiſſimæ ſponſæ Dei ardentiſſimum deſiderium, quod tantæ efficaciæ fuit, vt illum facere mereretur ſibi filium, per quē facta ſunt omnia: propter quod Deus exaudiuit deſiderium omnium ſanctorum patrum: & tunc verificatum fuit illud prophetæ Pſal. 9. Deſideriū pauperum exaudiuit Dominus.

12. fides. Duodecima domicella, fuit domina fidelis, ſiue domina credentia, quæ exhortabatur illam, vt ſi quod optabat compleri vellet, fide firmiſſima perſiſteret, quia omnia poſſibilia ſunt credenti. Marc. 9. Dicebat quoq; ei, per fidem tuā facies montem eleuare ſe, & proiicere in mare. Luc. 17. id eſt Dei filium qui eſt mons Dei, mons pinguis, de cælo venientem facies in mare vteri tui deſcendere. Dicebat etiam illud Caſſiod. li. 3 epiſtolarū epiſtola 3. Illi firmiter credere debetis, quem veſtris vtilitatibus arridere cognoſcitis. ſ. Angelo annuncianti: & Deo eum mittenti: & iterum illud Ouid. in 4. de Triſtibus. epiſtola 3. Crede quod eſt, & eris, ac deſine tuta vereri, Deque fide certa ſit tibi certa fides. Cuius domicellæ ſalutaribus monitis perfectiſſime obtemperauit beata virgo. vnde Luc. 1. eam laudauit Elizabeth de credulitate, dicens ei: Beata quæ credidiſti, quoniam perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino. Ipſa igitur virgo ab his duodecim domicellis ſic bene perſuaſa, alacri animo, & vultu iucundo inquit ſecundum Augu. in quodam ſermone: Contingat mihi ô Gabriel archangele, ſecundum verbum tuum, veniat ad cubiculum ſuum, qui in ſole poſuit tabernaculum ſuum: oriatur mihi virgini permanenti ſol iuſtitiæ, in cuius pœnis æterna permanet ſanctitas. Cui perpetua caſtitas floreſcens, mea perduret integritas. Egrediatur ſicut ſplendor iuſtus: & Saluator, vt lampas accendatur. Procedat iam ſponſus de thalamo ſuo: quia ſecura facta ſum de propoſito meo. Nec mora, reuertetur nuncius, & virginalem thalamum ingreditur Chriſtus. efficitur ſubito prægnans beata Dei genitrix, & cuncta per ſecula prædicatur hæc felix. Sine mora, vt aſſenſus virginis panditur: cæleſtis ſponſus immaculatum corpus ingreditur, & quē toto mundo non capitur, puella intacta membris infunditur. Credit monita, quod audiuit: & meruit ſanctificata quod credidit denique tantum ſe ad cæli faſtigia ſubleuauit, vt verbum apud Deum in principio. Dei filium de ſumma cœli arce ſuſciperet. Mox namque vt beatiſſima virgo annuncianti Angelo aſſenſum præbuit: ſpiritus ſanctus in eam deſcendit, de quo Dei filium concepit. hæc ille. O igitur reſponſio gratiſſima. O verbum efficaciſſimum. O ineffabilis virtus Mariæ virginis. O inexcogitabilis clementia creatoris. O incomprehenſibilis altitudo myſteriorum Dei! vna mulier Hebræa fecit inuaſionem in domum regis æterni, vna puella ſic diuinam ſapientiam circumuenit, quòd ipſe Deus illi inquit, Cant. 4. vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa. vbi glo. ait, pro tuo amore carnem aſſumpſi. Ex virginis ergo carne Deus, ſummam altitudinem veſtiuit humilitate, ſummas delicias pœnalitate, ſummam opulentiam paupertate, ſummam lucem tenebris, ſummum honorē opprobriis: & pro eius dilectione ſummum amabile expoſuit flagellis. Concepto aūt Dei filio ex virgine, Angelus Gabriel in cælum ſe recipiens filii Dei incarnationem ſupernis ciuibus nūciauit, qui in cantus ſuauiſſimos, & innumerabiles gratiarum actiones proruperunt. Pie quoq; creditur vt ſup. dictum eſt ſermone. 2. huius partis parte 3. quòd hoc bonum nouum etiam ſanctis patrib. in limbo exiſtentibus annunciauit. Et ideo lætati ſunt gaudio magno valde. Surrexerūt autem quatuor prophetæ confortantes, & ante omnes qui erant in limbo, Primo ſurrexit Moyſes & ait:

Manna de cælo deſcendit. Numer.11. Gaudeant ergo,& reficiantur oës eſurientes. Secundo ſurrexit Dauid &dixit: *Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde, miſericors, & miſerator & iuſtus Dominus*. Pſ.111.Gaudeant ergo illuminentur omnes cæcutientes. Tertius vero qui ſurrexit fuit Salomon qui ait: De vinea cæl botrus erupit, gaudeãt & vino pretioſo repleantur cuncti ſitientes Bibite ergo omnes,& inebriamini chariſſimi. Can.5. Quartus fuit Daniel qui ſurrexit,& dixit: *Lapis ſine manibus de mõte præciſus eſt* Dan.2. Gaudeãt ergo oẽs fideles Miſerunt autem legatos ad benedictam virginem, qui gratias illi egerunt benedixeruntq; eam vna voce ex parte omnium dicẽtes: *Tu gloria Hieruſalem: Tu lætitia Iſrael. Tu honorificentia populi noſtri, quia feciſti viriliter, & cõfortatum eſt cor tuũ. eo quod caſtitatem amaueris, eris q; benedicta in æternum*. Iudith.15 Reſpondit autem eis beata virgo dicens illud Tobi.12. *Benedicite Deum cæli & coram omnibus viuentib. confitemini ei, quia fecit nobiſcum miſericordiã ſuam.*

PARS TERTIA HVius ſermonis: quàm admirandum fuerit opus Incarnationis.

SIngulare diuinitatis opus, cui nunquam ſimile factum eſt, nec fiet, fuit incarnatio filij Dei ex virgine. De quo ipſe Deus inquit Neemię 6. *Opus grande ego facio*. De hoc etiam inquit ille propheta Abacuc 3. ſui l b c. *Domine opus tuum*. Et magnum eſt, *in medio annorum viuifica illud*. Qua propter Aug. in ſer.7 de natiuitate Domini ait: *O mira, inexquiſita compago. O noua, & inaudita commixtio: Deus qui eſt, & qui erat creator, efficitur creatura, qui immenſus eſt, capitur, diues exiſtens, pauper efficitur, incorporeus carne veſtitur, ſermo carneſcit, videtur inuiſibilis, palpatur impalpabilis, comprehenditur incomprehenſibilis, immortalis occiditur, & quem cælum, & terra non capit, in præſepio anguſto locatur, numeratur in ſeculo, qui eſt ante ſecula, homo Chriſtus Ieſus.* De his mirabilibus operationibus loquebatur Dauid Pſal. 138 dicẽs Deo: *Mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcet nimis.* Sciendum eſt ante ſecundũ Tho. in 3. ſcripto di.4. ar.2. parte ſummæ q.33. arti.4. & Alex. de Ales in 3. parte ſummæ in tractatu de cõceptione Chriſti per ſpiritum ſanctum. & Ric in 3. di.3. ar.2. q.3 &ſeraphicum Bonau. in eadem di. ar.vl. q.2. & in quæſtionibus circa litteram, & Alexandrum Lombardum in eadem diſt. quod formatio corporis Chriſti de virgine fuit miraculoſa. Vnde Anſel in li. de cõceptu virginali c.13 inquit: *Spiritus ſanctus, virtus altiſſimi, de virgine muliere virum mirabiliter propagauit.* Rationes autẽ adductas à theologis vbi ſup. quare hæc formatio fuerit miraculoſa, cauſa breuitatis pertranſeo Adeo autem eſt mirabilis quod à nobis eſt incognoſcibilis vnde Chryſ. in hom de natiuitate Domini ait: *Scio quia verbum caro factum eſt, ſed quomodo factum ſit neſcio. Omnis creatura ignorat*. hæc ille Multis ergo ex cauſis miranda eſt Dei incarnatio. Primo quia in ea Dominus factus eſt ſeruus: Deus enim eſt Dominus vniuerſorum 2. Mach 14. Et certe ipſe filius Dei eſt rex regum, & Dominus dominantiũ Apoc.1 Cle.2.§ ti de ſen. & re.iu. Et tamen vt ait Apoſt Phil.2. *Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens. & venit miniſtrari, & non miniſtrare* Mat.20 Secundo fuit miranda, quia ſummus factus eſt limus. Quis enim excelſior Dei filio, & quid vilius limo? & tamẽ tanta dignatione deſcendit Deus in limum, & tanta ſublimatione aſcendit limus in Deũ, vt quicquid in illo fecit Deus, limus feciſſe dicatur, & quicquid limus pertulit, Deus in illo pertuliſſe prædicetur. quia idem eſt Deus, & homo. Et nõ modo homo: ſed viliſſimus hominũ eſt reputatus. Eſai. 53. immo nec vt homo habitus, ſicut ipſe teſtatur per prophetam Pſa.21. di. *Ego autem ſum vermis, non homo opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Tertio fuit mirabilis: quia æternus factus eſt temporalis. *Æternus enim eſt pater, æternus filius, æternus ſpiritus ſanctus*, vt dicitur in ſymbolo Athanaſij. Et tamen nunc tempore incipit menſurari, & incipit habere principium, qui erat in principio apud Deum patrem. Io.1. Et qui in cælis non eſt poſterior patre, incipit eſſe poſterior matre in terris, vnde & æternus nunc dicitur infans octo dierum, & nunc puer 12. annorum Luc.2. quaſi incipiens 30. annorum Luc.3. Quarto fuit mirabilis, quia immenſus factus eſt paruus. *immenſus, enim eſt pater, immenſus filius, immenſus ſpiritus ſanctus*, vt in eodem ſymbolo habetur, & tamen ille qui ſua magnitudine cælum, & terram implet. vt dicitur Hiere.23. & qui dixit Eſa 66. *Cælũ ſedes mea, & terra ſcabellum pedum meorum*, tam paruus factus eſt, vt vix humanis oculis membrorum eius diſtinctio videri poſſet, iuxta illud Eſa.9. *Paruulus natus eſt nobis: & filius datus eſt nobis* Quinto eſt mirabilis hæc incarnatio, quia incomprehenſibilis factus eſt localis. Qui enim omni rei adeſt per pœnitentiam, potentiam, & eſſentiam: vt declarat B. Tho in 1. par. ſum. q.40. in anguſto ventris loco concluditur, & quia non eſt ei locus in

Formatio corporis Chriſti fuit miraculoſa.

Cauſa ob qua admirabilis eſt Incarnatio

Digitized by Google

in diuerſorio, reclinatur in præſepio. Lu 2. Sexto eſt miranda hæc incarnatio, quia ſimpliciſſimus per eam videtur componi Deus. n. vt ait philoſophus 2. meta. eſt ſumme ſimplex, cuius naturæ, vt ait Leo Papa in quodã ſermone, nec addi poteſt, nec minui, & nũc incipit habere corpus, & animã, & membra diuerſa, & quaſi in ſe haberet aliquid ſuperfluum, voluit circumcidi Lu 2. Septimo fuit mirabilis: quia ſapientia Dei patris quaſi ignorans facta eſt: vnde & ad modum addiſcentis ſe habuit audiens, interrogans legis doctores, & dictus eſt proficere ætate, & ſapientia coram Deo, & hominibus Lu. 2. Octauo eſt admiranda, quia fortis per eam factus eſt infirmus. Ipſe. n. eſt Dei virtus, ſicut & Dei ſapientia. 1. Cor. 1. tamen nunc ab vna iuuencula vincitur: cum membra pannis inuoluta virgo mater alligat, & manus pedeſque ſtura ſtricta cingit faſcio Nono eſt mirãda, quia per eam, diues factus eſt pauper. Nam *gloria, & diuitiæ in domo eius* Pſal. 111. In quo ſunt diuitiæ & gloria Prouerb. & nunc ita pauper factus eſt, vt non habeat vb. caput ſuum reclinet Matt 8 Propter quod Thren. 3 ipſe inquit: *Recordare paupertatis meæ:* Decimo fuit mirabilis, quia panis eſuriuit, panis inquam ille, qui de cælo deſcendit. Ioan 6 ex quo omnis homo viuit. ſ. de verbo Dei Deut 8 & Matth. 4 & c inter cætera de offi ... or. Item ille *qui dat eſcam omni carni.* vt dicitur Pſal. 135. eſurit in infantia cum infantibus, & cum viris vir perfectus. Matth 4 & 21 Vndecimo fuit mirandus: quia fons ſitiuit. Fons inquam ille, qui dat aquam viuam ſalientem in vitam æternam. Io 4. Vnde canit Eccleſia, *Paruoq; lacte paſtus eſt, per quem nec ales eſurit* Sitiuit fatigatus ex itinere Io. 4. Sitim quoque ſe pati oſtendit in cruce dum dixit, *Sitio.* Io 19

Duodecimo fuit admirabilis, quia Deus factus eſt homo iuxta illud Ioan. 1 *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* Audite ergo cæli, & obſtupeſcat terra. quid enim mirabilius: quid ineffabilius, quam quòd ex virgine factus ſit Deus homo? O virgo glorioſa: ô virgo ſanctiſſima ô virgo incomparabilis, ô virgo toti mundo admirabilis, quæ factorem tuum fecisti: quæ creatorem orbis procreaſti: quę genitorem vniuerſorum genuiſti: quæ maieſtatem diuinam in tuo vtero recepiſti; quæ altitudinem Dei ad tantam humiliationem inclinaſti, amore illius, quem concepiſti, impetra nobis ab eo gratiã paradiſi.

DE EADEM BEATISSIMAE VIRGINIS Annunciatione.

SERMO SEPTIMVS.

In quo per illa verba ſalutationis Angelicæ (Aue Maria gratia plena) oſtenditur B V. fuiſſe exemptam ab omni Væ, & plenam omni gratia.

AVe *gratia plena* Lu. 1. Inquit Dominus Andreas Siculus dictus Barbatius, ſuper c. cõqueſtus de ferijs, *Pondero vnum ex tex. huius capit. quòd non commemorat nomen proprium, ſed dicit beata virginis. & ſic exprimit nomen dignitatis, & non nomen proprium. Et ſæpe miratus ſum quod Chriſtiani nominent illam illuſtriſſimã dominam nomine proprio, quæ nominanda eſſet nomine ſuæ incomprehenſibilis dignitatis.* hęc ille. Ex quibus dixerunt quidam quòd in ſalutatione angelica non deberet poni Maria: quod nomen non poſuit angelus. Ad euangelium n. non debet aliquid apponi, iuxta illud Apoc. vlt. *Si quis appoſuerit ad hæc: apponet Deus plagas ſuper illum ſcriptas in libro iſto.* Sed ſciendum eſt ſecundum Alber. ſuper *Miſſus eſt* ca. 40. quòd angelus rationabiliter reticuit nomen proprium beatiſſimę virginis in ſalutatione: nam dignius eam ſalutauit nomine nouæ excellentię, & dignitatis, vt per mutationem nominis mutatio ſtatus denotaretur. In collatione enim magnarum dignitatum ſolet fieri mutatio nominum, vt patet in Papa nouiter creato: vnde Ioa 1 dixit Chriſtus Petro, Simon Ioannis, tu vocaberis Cephas. Quare autem Papę nouiter electo mutetur nomen, ponit Ioan. Andr. in procem. 6. in verbo. Bonif. eius. Angelus ergo proprium nomen virginis benedictæ, quod eſt Maria mutauit dicens, *Gratia plena* Et tunc verificatum eſt illud Eſa 62. *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.* Hęc aut nomẽ, gratia plena circumlocutio eſt tãtũ proprij nominis B. virginis, & perſonæ ipſius, quod nulli alij cõuenit propriè, nec Deo, nec creaturis, ſecundũ quòd plenitudo gratiæ intelligit ſuſceptiue rãtum. Deus enim nihil habet gratię ſuſceptiuę, & nulla alia pura creatura plena

Quare nomen proprium B. V. reticetur in ſalutatione angelica.

Digitized by Google

gratia ſuſceptiue, præter beatam virginem: quæ ſola tantum recepit de gratia, quòd nulla pura creatura plus recipere potuit. vnde hoc illi ita proprium fuit, quòd ei Angelus illud pro proprio nomine impoſuit. Principes nāque & maximi pontifices, non ſolent proprio nomine ſalutari. Et ideo Angelus ſolum expreſſit nomen eius propriæ dignitatis ſalutando eam. neque enim, vt quidā dicunt, credendum eſt quòd ſancta Trinitas dixerit Angelo, vade ad Mariam; ſed vade ad illam excellentiſſimam virginem, gratia plenam. Licet autem eius nomen proprium Angelus reticuerit prædicta ratione, Eccleſia tamen appoſuit in ſalutatione Maria prope gratia plena: vt per grat a plena recolat beatiſſimæ virginis dignitatem: per Mariam autem inclinet eam ad ſubleuādam noſtram neceſſitatem. Et ideo Eccleſia non errauit. Ad illud autem quod ſuprad. ctum eſt non debere ad euangelium ap, oni. Reſpondetur quòd intelligitur de appoſitione falſitatis. vnde Apoſtolus ad Gal. 1. ait: *Si Angelus de cælo venerit, & aliud euangelizauerit vobis: quam quod euangelizauimus vobis: anathema ſit.* De annunciatione autem ipſius beatiſſimæ virginis duas tantum conſiderationes faciemus.

Cur Eccleſia addiderit nomen Mariæ in ſalut. angelica.

Prima dicetur exemptionis. ibi. Aue.

Secunda vero gratificationis. ibi. gratia plena.

PARS PRIMA HVIVS ſermonis: in qua per illud (Aue) oſtenditur B. V. exempta ab omni væ.

MOs antiquiſſimus eſt, quòd cum aliquis amico ſuo occurrit, vel litteram, ambaſſiatam ei mittit, in principio ponit verba ſalutationis. Diuerſus autem modus ſalutationis inuenitur in ſacris ſcripturis. Nam Dominus Ieſus poſt reſurrectionem apparens Apoſtolis, dixit eis, *Pax vobis*, Luc. 24 & Ioan. 20. Item occurrens mulieribus venientibus à monumento ſuo, ſalutauit eas di. *Auete.* Mat. vltimo. Et Ioab princeps militiæ exercitus Dau d, occurrens Amaſæ, vt amicum ſalutauit eum, di *Salue mi frater.* 2. Regum 20. Et Iudæi, qui erant Hieroſolymis mittentes litteras eis, qui erant in Ægypto amicis ſuis, & generis ſui, ſalutauerunt eos dicentes: *Salutem & pacem* bonam ſcilicet *mittimus vobis.* vt habetur. 2 Macha 1. Angelus autē Raphael ingreſſus ad Tobiam ſalutans eum dixit: *Gaudium tibi ſemper ſit.* Tob 4. Saluator quoque noſter præcepit Apoſtolis, vt in quamcunq; domum intrarent, ſalutarent eos, qui in ea eſſent, dicentes: *Pax huic domui.* Mat 10. & Luc. 10 Summi autem pontifices pro ſalutatione dicunt: *Salutem & Apoſtolicam benedictionem*, vt patet in proœmio libro decret. lium. & 6. ac Clementinarum. Angelus autem Gabriel non ſine magna cauſa ſalutauit beatiſſimam virginem, dicendo, *Aue*: quod fecit vt oſtenderet, ex parte cuius eam ſalutabat, ſcil cet totius Trinitatis. Nam hæc dictio aue, habet tres litteras innuentes perſonas diuinæ maieſtatis, ſcilicet patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Prima enim littera, quæ eſt A. ſignificat ſpiritū ſanctum 1. ſe enim ſpiritus ſanctus, vt ait Grego in quadam homil. amor eſt Secunda littera eſt. V. ſignificans perſonam filij, qui eſt verbum patris, & medius non ſitu, ſed numero inter patrem, & ſpiritum ſanctum. Nam *tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, verbum, & ſpiritus ſanctus: & hi tres vnum ſunt.* 1 Ioan. 5. Tertia littera eſt E. & ſignificat patrem. nam vt dicit Hilarius in lib. de Trinit. Æternitas eſt in patre, non ita tamen, quin filius, & ſpiritus ſanctus etiam ſit æternus cum eo: ſed quia ei appropriatur magis. Æternum enim importat quid ſine principio. Filius autem, & ſpiritus ſanctus, quamuis non habeant principium creationis, nec factionis, habent tamen principium emanationis: quia emanat filius à patre, & ſpiritus ſanctus ab vtroque, & ſic ab æterno. Solus autem pater eſt ſine aliquo principio, quia à nullo ipſe emanat. Dicit ergo Angelus *Aue*, quaſi dicat, Tota Trinitas me mittit ad te: quia & ipſa tota operabitur iſtam incarnationem in te. Vel poſſumus dicere quod per A. quæ eſt prima litterarum, quam Græci vocant alpha. & Hebræi aleph. ſignificatur diuinitas. Per. V. autē, quæ ſecundum Priſcianum in 1. lib. eſt vltima litterarum alphabeti ſecundum Latinos: ſignificatur natura humana, quæ eſt vltima inter naturas intellectuales. Per E. autem ſignificatur beata virgo Maria: vel quia fuit Hebræa vel quia egregia, & excellentiſſima eſt inter omnes mulieres. Apparens ergo Angelus beatæ virgini dixit Aue, quaſi diceret: Diuinitas humanitatem recipiet ex te Hebræa, & egregia, atq; excellentiſſima virgine. Notandum quoq; quod vera eſt illa vulgaris ſententia: *Omnes dicunt è, vel à, quotquot naſcunt ab Eua*, ſ in egreſſu ex vtero matris. Naſcuntur enim lugendo. Qui ploratus eſt ſecundum Augu. in li. de ciui. Dei, quaſi quædam prophetia noſtri incolatus: ſignificans ex hoc quòd in vallem lachrymarū & miſeriarū intrant. Et maſculus quidem

dem

Digitized by Google

dem in ploratu ſuo naſcens profert A. quaſi dicat: Similis ſum Adæ maſculus peccato, & miſerijs ac multis calamitatibus, & morti propter eum ſubditus. Fœmina vero naſcens plorando profert e. quaſi dicat: Fœmina ſum, Euæ ſimilis, cuius miſerijs & maledictis ſubijcior. Sed quia Adam, & Eua cum filijs, & filiabus ſuis ab eis mortificatis viuificantur per v. quæ eſt media inter, a. & e. Ipſa enim virgo fuit mediatrix, genitrix, & vita: ideo illi dixit Angelus, *Aue*, quaſi dicat: Tu es ille quæ viuificabis Adam & Euam cum poſteris ſuis. Sciendum etiam quod litteræ dictionis Aue: contrario modo ſe habent litteris huius nominis Eua. Et ideo dixit Angelus beatæ virgini Aue, quaſi diceret: Tu in totum contraria es Euæ. ideo ſalutando tibi dicimus Aue. Et hoc eſt quod canit Eccleſia dicens. *Sumens illud aue Gabrielis ore, funda nos in pace mutans nomen Eua.* Ipſa enim Eua ſuos filios fecit inimicos Dei. Beata autem virgo nos pacificauit Deo. Eua ſuperbiuit contra *Dominum*, volens eſſe ſimilis Deo. Maria ſe profundiſſime humiliauit, vocans ſe non matrem *Domini* ſicut erat, ſed ancillam eius. Eua corporalis mater cunctorum viuentium ſpiritualis, eorum interfectrix: fuit à *Deo* multipliciter maledicta Maria ſpiritualis mater omnium ſaluandorum, ipſorum viuificatrix, fuit à *Deo* benedictionibus repleta. *De* hoc autem inquit ſanctus Maximinus in quodam ſermone: *Eua poſteros ex ſua carne naſcentes tranſtulit ad inferos: Benedicta virgo ex ſua prole natos dirigit ad cœlos. Ex carne Euæ nati dicuntur filij hominum, ex carne Mariæ filij renati dicuntur filij Dei. Cedat ergo nunc improperium Euæ, quia vniuerſi ſumus lapſi per partum beatæ virginis Mariæ. Et vitam, quam deſtruxerat Eua, reparat virgo Maria* hæc ille. Et ideo dixit ei Angelus, Aue. quod eſt oppoſitum de Eua.

Sciendum quoque quod littera â expreſſa voce formatur in gutture, & in gutture communiter Hebræa locutio formatur. V. pronunciatur in labiis ea acuendo, & latinus in labijs, quodam modo loquuntur in palato, & in palato Græcus ſua verba pronunciat. Apte ergo inquit Angelus beatæ virgini, *Aue*: quaſi diceret: Omnis lingua tam Hæbræa quam Latina, & Græca te laudat: hoc omnis doctrina atteſtatur myſterium. Sciendum etiam quod hoc verbo Aue oſtenditur ſingularitas Mariæ, Sibi enim proprie conuenit hoc verbũ, quod deriuatur ab a quod eſt ſine, & væ quod eſt interiectio dolentis: quaſi ſine væ. Væ enim importat miſeriam. Nulla aũt pura creatura fuit ſine væ, ſicut beata virgo. Vnde inquit Albertus ſuper *miſſus eſt* c. 49. Concedimus quod beata virgo fuit diuerſimode ſine diuerſis væ. Fuit enim ſine væ communi omnibus hominibus, ſine væ ſpeciali mulieribus, & ſine væ proprio matribus. Ex parte enim corporis omnis homo per peccatum incurrit triplex væ, ſcilicet, ipſius corporis diſtemperationem, & naturalium appetituum inordinationem. Item ipſius corporis ante mortem ad animam repugnationem: ſecundum quod *caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*. ad Gal 5. item poſt mortem corporis incinerationem. de quibus dicitur Gen 3. *Maledicta terra in opere tuo In laborib. comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas, & tribulos germinabit tibi: & comedes herbas terræ. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terrã, de qua ſumptus es, quia puluis es & in puluerem reuerteris* hæc ibi. In maledictione autẽ operum notatur inordinatio appetituum naturalium. In ſpinis, & tribulis concupiſcentiæ contra ſpiritum. In labore, & ſudore corporis diſtemperatio. per reuerſionẽ in puluerem incineratio. Primo igitur homini dictum fuit iſtud triplex væ ſ. *maledicta terra in opere tuo* ſ. corpus de terra factum. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo* Per ſudores autem ſignificatur corpus diſtemperatum, cuius humores reſoluuntur in ſudorem. *Spinas, & tribulos germinabit tibi*, ſcilicet, corporis punctiones, & pruritus cõcupiſcentiæ contra ſpiritum *Donec reuertaris in terram de qua ſumptus es*, ſcilicet, per incinerationem. Sed ab iſto triplici væ libera fuit B. virgo, quæ corpus habuit eucraticum, & cũ ſpiritu per omnia pacificum, & nunquam in cineres reſoluendum. hinc Alb. vbi ſupra: *In ea namq; non fuit aliqua inordinatio paſſionum, nec diſtemperantia humorum, vel inordinatio operum; quia ordinatiſſima fuit in ipſa*. Vnde dictum fuit de illa Gen 3. *ipſa conteret caput tuum*. Caput enim ſerpentis antiqui ſunt primi motus peccati, quibus ipſe inſidiatur animæ. Sed virgo Maria illud contriuit ex toto extinguens. Item incinerata poſt mortem non fuit: ſed glorificata in corpore regnat cum filio. vnde Augu. in quodam ſermone ait: *Putredo & vermis ſunt opprobrium humanæ conditionis: à quo Maria natura excipitur, quam de ea Ieſum aſſumpſiſſe probatur.* Similiter ex parte animæ triplex væ omnis homo incurrit: erroris, doloris, & pudoris. Error autem eſt triplex ſ. in eligendo, in diſcernendo, & in exequendo. Errare autẽ eſt aliud pro alio putare, ſcilicet falſum pro vero, vel bonum pro malo. iuxta illud Eſa 53 *Omnes nos* quaſi

... Maria ſine omni væ.

quaſi oues errauimus, ſcilicet propter peccatū. & Aug in quodam ſermone inquit: *Error non eſt natura hominis inſtitutiſed pœna damnati à Deo propter peccatum.* In eligendo autem errant qui eligunt malum ad operādum ſub ratione boni: iuxta illud Prou. 14 *Errant qui operantur malum.* Tales enim eligunt malum vt bo.. um, ſicut luxurioſus eligit dilectionem carnis pro fœlicitate ſua Et contra tales electores dicitur Eſai 5. & in ca. ſi quis hominem & in c. ſi quis d xerit & in c ve vobis 11 q 3 *Væ qui dicitis malum bonum*, &c. In diſcernendo vero errant, qui, ad quem finem operantur, non diſcernunt, ſed præcip tanter agunt, quæ faciunt. contra illud Catonis documentū: *Quicquid agis prudenter agas, & reſpice finem* Omnia enim denominantur à fine 2. de anima. & l. ſi is qui quadringēta § ſed & opus. ff. ad l fal. & l. ſtipulatio § opus. ff. de no ope. nū. & intētio noſtra operi noſtro nomen imponit vt ait Ambr. in lib. de offi In exequendo autem errant, qui non operantur, & exequuntur bonum; inceperūt. vel tarde ex pigritia agunt quod ratio operandum decreuit. vt enim ait philoſophus in ethicis: *Oportet conſil ata vel' citer exequi.* Ab iſto triplicato væ erroris exempta fuit B. virgo: quia primo non errauit in eligendo. Nam optimam p rtē elegit; quæ non auferetur ab ea. Lu 10 Item non errauit in diſcernendo quia ſemper ope ata eſt conſil o manuum ſuarum Prou. vlt i in operibus ſuis cōſilium habebat diſcernendo debitas circunſtātias & optimum finem. Non etiā errauit in exequendo; quia *exurgens abijt in montana cum feſtinatione* & c. Lu 1 Et ſic in ope. ibus ſuis fuit feruens, & velox. Quod autem nullum væ erroris fuerit in ipſa virgine, probat Ambr. vbi ſupra, inter alia dicens; quia ſine Spiritus S. conſilio nihil fecit, ideo ſine væ erroris fuit De væ autem doloris habetur Ec 1. 2. vbi dicitur: *Cuncti dies eius pleni ſunt laboribus & ærumnis.* Sed quomodo dicimus de virgine, quod non habuit væ doloris, cum vt dicit Damaſcen. dolores partus fuerunt ei reſeruati in paſſio e fili j. Tunc n. animam eius pertranſiuit gladius: vt prædixerat ſanctus ille Simeon Lu 2. Pro iſtius oppoſitionis declaratione, eſt ſciendū ſecundum Ambr vbi ſupra, quod ſapiens non turbatur: ſicut probat Seneca ad Serenum hoc modo: *Validius eſt quod lædit eo quod læditur: & fortior non eſt ne quitia virtute ſed infirmior:* Non læditur autem quis niſi à malis, ergo non læditur ſapiens Itē ibidem dicit: *Quicquid fit in ſapientem petulanter, ſuperbe & proterue, tentatur fruſtra* iterum. Diuinitati non nocetur: ſed omnis ſapiens participatiuè Deus eſt; ergo ſapienti non nocetur. Itē omnis iniuria eſt alicuius rei quæ perdi pōt Sapiens nihil pōt perdere, quia cum omnia in ſe repoſuerit, nihil credidit fortunæ, ſed omnia bona ſua habet in ſolido, & ſic nihil fortuna ſibi eripere poteſt. Vnde nulla turbatio cadit in ſapientē: quia non turbatur, vel contriſtatur quicquid ei accidetit. Si ergo nulla turbatio cadit in ſapientem: cum omne væ doloris ſit turbatio: ſequitur, q̄ in ſapientem non cadit væ doloris. Sed circa Deum B. virgo fuit omni ſapiente ſapiētior, & perfecta. ergo in ea non fuit væ doloris; quod intelligitur quātum ad rationem; quia dolorem ſuæ rationi dominantem nunquam habuit; quæ in omnib. & ſuper omnes potentias ordinatiſſima fuit: & in qua ratio ſemper ſuperior, & dominans inferiorib. viribus extitit: vnde quicquid doloris ſuſtinuit in corpore ſecundum ſenſualitatem, vt in paſſione filij, in materiam amoris, & gaudij, ſemper totum ceſſit ſecundum rationem, & ſic in ea dolor maximus in paſſione filij ſecundum ſenſitiuam nunquam contrarius fuit gaudio rationis, q̄ habebat ex cognitione, qua nouerat, quo i ex paſſione filij ſequebatur Dei honor ex redemptione humani generis Sine væ ergo doloris in ratione fuit: Quamuis aūt in cæteris ſapientib. & perfectis viris hoc aliquando fuerit. vi. ſ. ſecundum rationem non habuerint turbationem, vel dolorē in actu etiā: non tamen ita vniuerſaliter, quin aliquando turbatus fuerit, & offuſcatus oculus rationis, etſi non excæcatus: quod non fuit in beata virgine Licet etiam in omnib. hominib. veniat væ doloris mortis, iuxta illud Pſa 114. *Circundederūt me dolores mortis*, qui ſunt maximi. quia *vltimū terribilium eſt mors* 3. Ethi. tamē ab hoc væ B. virgo libera fuit, quæ in morte à filio viſitata: & ad fœlicitatem de hac vita migrandū inuitata, cum indicibili iucunditate de hac vita deceſſit, & tūc verificatum fuit illud Can. 5 *Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt.* Tertium væ pudoris incurrit homo per peccatum. Nam de primis parentib. in ſtatu innocentiæ dicitur Ge. 3. q̄ *erant nudi ambo, & non erubeſcebant.* Sed poſt peccatū videntes ſe nudos erubuerunt: vnde propter pudorem fecerunt ſibi perizomata ad cooperiendū ſe. Iſtud autem væ pudoris tranſiuit in oēs, qui faciunt confuſione digna, iuxta illud Pſal. 43. *Tota die verecundia mea cōtra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me* Sed ab hoc væ immunis fuit B. virgo, quia nihil turpitudinis vnquam geſſit, nec in ſe habuit vel ſuſtinuit Sciendum quoq; quod ex parte coniunctionis animæ, & corporis, reperitur in humano genere triplex væ, ſ. væ culpæ, ignorātiæ, & pœnæ. Væ culpæ eſt triplex. ſ. originalis, actua-

Sapiens nō turbatur & qua ratione.

Triplex væ culpæ conſiſti.

actualis, & venialis. De primo dicitur Hierem. 15. *Væ mihi mater mea, quia genuiſti me virum rixæ.* Ex conceptu enim contrahitur peccatũ originale, cum quo naſcitur homo cum rixa carnis, & ſpiritus, inuicem aduerſantib. vt dicitur ad Gal. 5. Et ab hoc væ libera fuit B. virgo; quæ vt patuit in prima parte huius operis, concepta fuit ſine peccato originali; & ideo licet omnis puer naſcens, ploret ſuum miſerabilem ſtatum, dicens ha ha: quaſi dicat: O quãtum væ, qui ex Adã, & Eua deſcendit, expectat. Beata tamen virgo ab hac peccati miſeria immunis de matris vtero ridẽs exiit; ac ſi dicere vellet; Sola ridere poſſum, quæ ab originalis peccati calamitate ſum præſeruata: Væ autem culpæ mortalis actualis eſt triplex, ſecundum Alber. vbi ſupra. ſ. væ auaritię in opere, luxuriæ in corpore, & ſuperbiæ in corde. Et de iſto triplici væ dicitur Apoc. 8. *Væ væ væ habitantibus in terra.* Licet ergo vera ſit illa ſententia. 1. Ioan. 2. *Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis; aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.* Tamen in B. virgine iſta non fuerunt, in qua fuit ſumma liberalitas contra auaritiam; ſumma caſtitas contra luxuriam; & ſumma humilitas contra ſuperbiam, vt probatum eſt 1. parte huius operis. Septem autẽ ſunt væ huius culpæ actualis mortalis de quib. dicitur Eſai. 1. *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis, dereliquerunt Deum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael; abalienati ſunt retrorſum.* In hac enim auctoritate notantur ſeptem peccata capitalia; quibus debetur væ æternæ damnationis; a quib. omnino B. virgo immunis fuit; & ideo bene dicitur ei aue. i. ſine aliquo iſtorum vę. Primum enim eſt vitium gulæ; & huic dedita gens dicitur peccatrix; quod importat habitum permanentẽ; nullum enim vitium eſt in nobis ita permanẽs vt gula; quod vitium eſt in homine quaſi habituatum, & citius exercetur. De quo peccato dicitur Eſai. 5. *Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandã, & ad potandum vſq; ad veſperam.* Secundum væ eſt peccatum accidiæ, quæ aggrauat animam, vt nihil boni agere libeat, vt inquit Damaſc. Et de hoc væ dicitur Eccl. 2. *Væ diſſolutis corde.* i. negligentibus & corde tepidis. Tertium væ eſt luxuria quæ ſemen nequiter effundit. De quo vitio dicitur Amos 6. *Væ qui opulenti eſtis in Sion; qui laſciuitis in ſtratis veſtris.* Quarto aſt auaritia: cui vitio dediti ſunt filij ſcelerati, quia nihil ſceleſtius auaritia. vt dicitur Eccl. 10. De quo dicitur Aba. 2. *Væ qui congregãt auaritiã malã domui ſuæ.* Quintum eſt ſuperbia; quo vitio homines derelinquũt Deũ. Et de iſto dicitur Eſa. 28. *Væ coronæ ſuperbiæ.* Sextum eſt ira; per quã homines peſſimi blaſphemant Deum. De quo vitio dicitur: Eccl. 2. *Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam,* id eſt patientiam, victi ab ira. Septimum eſt inuidia, cui vitio dediti dicuntur alienati retrorſum à Deo. Deus enim bona ſua communicat; Contra quod facit inuidus qui dolet de bono proximi. vnde Horat. in epiſt. ait: *Inuidus alterius reb. marceſcit opimis* &c. De hoc autem vitio dicitur in epiſt. Iudæ: *Væ his, qui abierunt in viã Cain, & Core.* Hi enim ex inuidia moti ſunt Primus contra Abel; Secundus contra Moyſen. Ab omnib. aũt prædictis væ libera fuit totaliter B. virgo, quæ nullum vnquã peccatum commiſit, dicente Aug. in lib. de natura & gratia: *Cum de peccatis agitur, nullam prorſus de B. virgine habere volo quæſtionem. Scimus. n. quod plus gratiæ ei donatum fuit ad vincendum ex omni parte peccatum; quæ concipere, & parere meruit, quem conſtat nullum habuiſſe peccatũ.* Fuit enim *candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula.* Sap. 7. De væ autẽ peccati venialis, cui debetur, ſi hic non purgetur pœna purgatorii, intelligi poteſt illud Mich. 2. *Væ vobis qui cogitatis inutile* nam cogitationes inutiles communiter ſunt peccata venialia, à quibus etiam perfecti non abſtinent, iuxta illud Prou. 24. *Septies in die cadit iuſtus,* tranſſumptiue in c. ſepties de pœ. di. 3. Hoc autem væ non fuit in ipſa virgine, quæ nunquam habuit aliquod peccatum etiam veniale, vt inquit S. Bon. in 3. di. 3. Væ ignorantiæ etiam eſt in hominibus. Neſcit enim homo finem ſuum, & ignorat vtrum amore an odio dignus ſit: Eccl. 9. Ignoramus nãque diem mortis noſtræ, & quo pergemus. ſ. ad pœnam, vel gloriam, & an ſimus in gratia Dei. Sed B. virgo ab iſto væ fuit immunis, quia certa erat non ſolum quod gratiam Dei habebat, ſed etiam quod plena erat gratia, angelo ſibi hoc nunciãte, qui mentiri non poteſt. Item per diuinam reuelationem ſciuit diem obitus ſui, & quod maximam gloriam conſecutura erat. Ignorantiam etiam nullam habuit de pertinentibus ad ſalutem, per eum enim plene edocta fuit cuius vnctio docet de omnibus. vt ait Alber. vbi ſupra. Inuenitur etiam in hominibus væ pœnæ. Et poteſt eſſe triplex ſ. væ pœnæ pænitent. quando conſciẽtia remordet de peccato. iuxta illud Aug. in confeſſionum, *Iuſſiſti Domine, & ita eſt, vt omnis animus inordinatus ſit pœna ſibipſi.* Et philoſophus in eth. dicit: *Omnis malus implebitur pænitudine.* Hoc autem non fuit in beata virgine, quæ nunquam habuit remorſum conſcientiæ: vt ait S. Bona. vbi ſupra.

Secundum vę pœnæ eſt inclinatio ad alia mala perpetranda. vnde Gregorius in Moral. dicit: *Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur,*

mox

mox ſuo pondere ad aliud trahit. Et de hoc dicitur Oſe. 7. *Væ eis quoniam receſſerunt à me dicit Dominus* ſ. peccando. Beata autem virgo hoc non habuit, quia nulla fuit in ea inclinatio ad malũ; & ſemper in bono permanſit. Tertium væ eſt pœnæ purgatorij; de quo exponi poteſt illud Hiere. 45 *Væ mi ſero mihi* ſ. dicit illi qui eſt in purgatorio. Item væ pœnæ gehennæ, de quo exponi poteſt illud Iob 10. *Si impius fuero, væ mihi* ſ. quia ad infernum deſcendam. Ab his autem omnibus væ beata virgo libera extitit, quia nullum peccatũ purgandum; vel propter quod infernales pœnas timere debeat, vnquam habuit.

Triplex væ mulierũ ſpecial'e

Triplex etiam væ contingit mulieribus ſpecialiter. Virginib væ ſterilitatis: Coniugatis væ ſubiectionis § his ita. 15. q. 3 & c adulter. 27. q 2. Viduis autem væ deſolationis. Quibus vltimis duobus annexum eſt væ corruptionis. Ab iſto autem triplici væ, vt dicit Alber. vbi ſupra; immunis fuit beatiſſima Dei mater, quæ fuit virgo ſine ſterilitate, imo cũ fertilitate, ac fœcunditate diuinæ prolis. Fuit etiam coniugata ſine corruptione, quia cum viro ſuo in virginitate permanſit, vt dictum eſt in præcedente parte huius operis ſerm vl. Fuit etiam ſine ſeruitute, non enim in ea impletum eſt illud Gen. 3. *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* Nam ipſa non fuit ſubdita Ioſeph, ſed ipſe ſibi, cum & Dei filius ſubditus fuit. Luc. 4. Fuit poſtea vidua, ſed non deſolata. Nam fuit filio ſuo diuino aſſociata. Et poſt eius mortem filio adoptiuo Ioanni commendata. Ioan. 19

Matribus contingit multiplex væ.

Matribus quoque contingit multiplex væ Vnde ſaluator ait Matt. 24. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus. Eſt namque illi triplex væ. i. damnificentiæ, indigentiæ, & afficientiæ. Damnum autem triplex incurrit fœmina cum mater efficitur, ſcilicet quia in conceptu perdit virginitatis Theſaurum impreciabilem: poſt conceptũ, corporis venuſtatem, & ſanitatem. Non enim mulieres grauidæ apparẽt ita pulchræ, ſicut prius, nec ita ſanę, quia ſubijciuntur multis alterationibus propter conceptum. In partu autem perdunt hominum ſocietatem. Non enim poſſunt viri accedere ad eas. Sed ab his omnibus damnis, fuit exempta B. virgo. Nam in conceptu non amiſit virginitatem: ſed aucta fuit eius puritas. Vnde canit Eccleſia: *Rubum quem viderat Moyſes incombuſtum, conſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatẽ* &c Pulchritudinem etiam non minuit eius conceptio: imo ita fuit aucta eius pulchritudo; vt eam Ioſeph inſpicere non poſſet fixa facie ad faciem Et merito: quia rex æternæ glorię erat in ea: & hoc dicit glo ſuper illud Luc. 2. *Et non cognouit eam donec peperit filium ſuum primogenitum,* quæ ait, *Ioſeph Mariam facie ad faciem non poterat videre, quam ſpiritus ſanctus à conceptione penitus repleuerat; & ideò non cognoſcebat facie ad faciem, quam deſponſauerat, donec vterus eius euacuaretur.* Item in partu non perdidit hominum ſocietatem: imo tunc mediatrix Dei, & hominum conſtituitur, vnde & in puerperio à paſtoribus, & regibus viſitatur. Incurrunt etiam matres væ indigentiæ tripliciter. Nam ad concipiendum indigent compare. i. viro de quo concipiant: poſt conceptum indigent quiete, in pariendo obſtetricatione. Hęc autem beatiſſima virgo in conceptu non habuit: non comparem, quia concepit Spiritu S. cooperante *Quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt* Matth. 1. Item poſt conceptum non indiguit quiete. quia non debilitata fuit, ſed roborata. Vnde habetur Luc. 1. *Subito poſt conceptum exurgens abijt in montana cum feſtinatione ad viſitandum Elizabeth, & ſeruiendum ei.* Item in pariendo nõ indiguit obſtetricatione, quia vt inquit Hieron. *Nulla ibi obſtetrix fuit, nulla obſequia mulierũ.* Et tunc verificatum fuit Eſai. 35. *Germinans germinabit latabunda, & laudans,* ſcilicet Deum circũſtantibus angelis, & canentibus: *Gloria in excelſis Deo.*

Tertio principaliter matres incurrunt væ aſficientiæ. Quia afficiuntur in conceptu libidine & corruptione: poſt cõceptum pudore: quia nulla mulier inuenitur quæ naturaliter conſummato matrimonio non erubeſcat. Item afficitur mulier grauedine in portando in ventre, & in partu maximo dolore. Vnde ad oſtendendum grauitatem doloris mulieris parientis, dicit Pſalm. 47. *Ibi dolores, vt parturientis* & Gene. 3. primæ mulieri dixit Deus. *In dolore, & ærumna partus tuos emittes* tranſſumptiue in c cum enixa. diſt. 5. vbi etiã dicitur de muliere tali: *In carnis commixtione voluptas eſt, in prolis vero partu dolor, & gemitus.* De ipſa etiam muliere communiter dicitur: Ante partum onéroſa, in partu doloroſa, & poſt partũ laborioſa. Beatiſſima autem virgo ſine huiuſmodi væ fuit Nam concepit ſine libidine, & corruptione. Vnde de illa canit Eccleſia: *Domus pudici pectoris templum repente fit Dei: intacta neſciens virum verbo concepit filium.* Non etiam habuit væ pudoris, quæ non fuit ſuppoſita viro. Vnde canitur ei: *Gaude virgo mater Chriſti, quæ per aurẽ concepiſti Gabriele nuncio.* Item ſine grauamine filium ſuum benedictum in ventre portauit, imo cum maxima ſuauitate. Habebat enim in vtero gaudia paradiſi. Vnde Bernard. in quodam ſermon. ait. *Pondus amoris tollebat põdus grauedinis.*

Eſai.

Digitized by Google

Eſa quoque 19. dicitur: *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem.* Nubes enim leuis fuit virgo Maria, quæ grauamen in portando Dei filium in vtero non habuit. Peperit quoque ſine dolore, imo cũ indicibili iucunditate ſaluatorem mundi. Et tunc impletum fuit illud Eſa. 66. *Antequam parturiret peperit maſculum.* Vnde canitur illi: *Gaude quia Deo plena peperiſti ſine pœna cum pudoris lilio:* De his autem inquit Ber. ſuper *Miſſus eſt: Fuit Maria ſine corruptione fœcunda, ſine grauamine grauida, & ſine dolore puerpera.* Quare autem non doluerit, aſſignatur triplex ratio a beato Tho. in 3. parte ſummæ. q. 35. ar. 6. ſ. naturalis legalis, & diuinalis. Prima ratio eſt naturalis; quia dolor parturientis cauſatur propter apertionem meatuum, per quos proles egreditur. Sed Chriſtus egreſſus eſt vtero matris clauſo; nullusque meatus eſt apertus; & per conſequens non debuit mater eius ipſum pariendo dolorem ſentire. Et ad prædicta adduci poſſet illud, quod ait Aug. in lib. de ſymbolo dicens: *Naſcitur Chriſtus ex virgine ſicut flos ex virga ſine ſemine* &c. Secunda ratio eſt legalis: Nam *iuſtus, & innocens non debet puniri.* l. Gracchus C. ad l. Iul. de adul. & cap. cognoſcentes. de conſti. Cum ergo hic dolor datus fuerit primæ mulieri quia peccauit, beata virgo, quæ fuit innocentiſſima, debuit ab hoc dolore eſſe immunis. Tertia ratio eſt diuinalis. Nam vbi fuit tanta dulcedo, & ſuauitas, non potuit eſſe dolor. Duo enim contraria non poſſunt in eodem inſtanti ineſſe eidem ſubiecto, ſecundum philoſophum in prædicamento quantitatis. & in 2. Topi. & no. in l. ſi ancillam. ff. de vſuca. pro ſuo. & in cle. gratiæ. de reſcrip. de quo plene per Car. flo. in c. 1. de conſti. Imo, incluſio vnius contrarij eſt alterius excluſio. 2. Topi. & l. cũ prætor. in prin. ff. de iudi. & l. hæc verba. ff. de verb. ſig. & c. cum renunciatur. 32. q. 1. Et etiam dicitur quod contrario vno poſito tollitur reliquum. vt no. in aut. de man. prin. ſ. neque autem. Cum igitur beatiſſima virgo haberet in vtero ſpiritus ſancti ſuauem inundantiam, & filiũ Dei, qui eſt dulcedo infinita. vt ait Aug. in lib. de vero cultu, profecto dolere non potuit. Nam ſi vt ait Aug. in quodam ſermone: *Tam ingens, & tam maxima eſt dulcedo Dei, quod ſi in inferno vna gutta deſcenderet, totam damnatorum amaritudinem dulcoraret.* Quid iucunditatis ſentire debebat, & dulcedinis ipſa virgo digniſſima, quæ in ſuo ſacratiſſimo vtero fontem diuinæ dulcedinis habebat, & pariẽdo eum ſuauiſſime effundebat. Ex prędictis igitur patet, quam congruenter dixerit angelus beatæ virgini: Aue quaſi ſine væ. i. ſine omni væ:

Maria peperit ſine dolore triplici ratione.

quia indiffinita æquipollet vniuerſali ſecundum iura. l. 1. ſ. cum vrbem. ff. de offi. perfect. vr. & l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. & ibi Albricus de Roſate. & c. ſi Romanorum, 18. di. & c. quia circa. de priuilegijs. & c. vl. de coniugio leproſorum, & ff. de ſeruit. vrbanorum prædiorum. l. ſeruitus ſ. 1. & l ſi domus. ſ. qui ædificium. & ibi Iacobus butri. ff. eodem titu. & ff. de rebus dubijs. l. ſi is. qui. ſ vtrũ. in ſi. & c. vt circa de elec. in 6. & ibi gl. & c. paſtoralis. de dona. & l. cum aurum. ff de auro, & argento legato, & per Bar. in l. ſi cum dies. ſ. plenum. ff. de arbi. & per Dinum. extra de reg. iur. in proœmio lib. 6. & per doctores in c. ſaluator. 1 q. 3. & c. quod ſi dormierit. 31. q. 1. Sicut autem væ eſt terminus comminationis contra peccatores, ſic, aue terminus conſolationis, confortationis, & benedictionis iuſtis. Recte itaque dicemus cum angelo ipſi dominæ noſtræ. Aue. Non enim fuit in ipſa illud væ de quo dicitur Eccle. 4. *Væ ſoli quia cum ceciderit non habet ſubleuantem.* Ipſa enim nunquam fuit ſola: ſed ſemper Deo, & angelis comitata. Nec etiam illud Eccle. 10. *Væ tibi terra, cuius rex eſt puer* Beata enim virgo, quæ in diuinis ſcripturis appellatur terra; à puero non fuit recta; ſed à Deo gubernata: de quo Daniel. 7. dicitur: *Antiquus dierum ſedit.* ſcilicet in beata virgine. Nõ fuit etiam in ea illud Eccle. 2 *Væ duplici corde, & labijs ſceleratis, & manibus maleficientibus, & peccatori ingredienti terram duabus vijs.* Nam fuit ſimplici corde, & lingua optima, ac manibus mundiſſimis decorata, ac ſine vlla duplicitate. Nõ etiam fuit in ea illud Eſa. 3. *Væ impio in malum:* cum omni pietate fuerit repleta. Non etiam fuit in ipſa illud eiuſdem libri 5 c. *Væ qui trahetis iniquitatem in funiculis vanitatis.* In ipſa namque nulla vnquam iniquitas, vel vanitas fuit. Nec illud, quod in eodem capitulo ſcriptum eſt: *Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris:* cum in ſua reputatione eſſet viliſſima, & valde abiecta. Nec etiam illud eiuſdem libri c 6 *Væ mihi quia tacui.* Ipſa enim nõ tacuit vbi opus fuit: ſed locuta, eſt cum angelo conſenſum ſuum conceptioni Chriſti præbendo. Nec illud eiuſdem libri, c. 33. *Væ qui prædaris,* Non ſolum enim aliena non abſtulit: ſed omnia ſua pauperibus erogauit. Nec illud eiuſdem libri, c. 45. *Væ qui contradicit factori ſuo.* Nec illud Hier. 45. *Væ nobis quia peccauimus.* Ipſa enim ſemper voluntatem ſuam diuinæ voluntati confirmauit. Et vt ſupra dictum eſt, nunquam peccauit. Nec etiã fuit in ea illud Amos 6. cap. *Væ qui opulenti eſtis.* Nec illud Eſa. 5 *Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum.* Ipſa enim ſummæ abſtinentiæ fuit in ci-

Sicut væ eſt vox cõinationis peccatoribus, ſic Aue, conſolationis iuſtis.

Digitized by Google

bo,& potu. Nec illud Mat. 18. *Væ homini illi per quem ſcandalum venit.* Non enim vnquam aliquem ſcandalizauit: ſed omnes bene ædificauit. Nec etiam in illa fuit illud Mat. 23. *Væ vobis hypocritæ.* Ipſa enim hypocriſim ſumme deteſtata eſt, & cuitauit. Non etiam fuit in ea illud Luc. 6. *Væ vobis qui ſaturati eſtis.* Ipſe enim de ipſa cecinit Luc. 1. *Eſurientes impleuit bonis.* Scilicet Deus. Nec fuit in ea illud eiuſdem cap. *Væ vobis qui ridetis.* Vel illud *Væ vobis diuitibus.* Ipſa namque nunquam diſſolutionibus vacauit, nec diuitias habere voluit: ſed ſemper orationibus, & deuotionibus dedita fuit: & diuitias contemnens, paupercula eſſe voluit. Ipſam ergo congrue ſalutamus, dicentes: *Aue Maria:* quia nullum vnquam væ fuit in ea quod ei nocumentum quouis modo afferret.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis: de plenitudine gratiæ, quæ fuit in B. V.

GRatia Dei fuit multipliciter in Maria. Vnde Bern. in quodam ſermone inquit, quod habuit gratias corporales mentales, & cæleſtes. Gratias autem corporales habuit quatuor, quæ fluxerunt in carne eius, quia ipſa fuit virginitatis primiceria, ſine corruptione fœcunda, ſine grauedine grauida, & ſine dolore puerpera. vt ſupra dictum eſt, Gratiæ mentales, ſiue ſpirituales fuerunt quatuor, quæ fluxerunt in eius mente, ſ. deuotio humilitatis, reuerentia pudoris, magnitudo credulitatis, & martyrium cordis. Gratiæ cæleſtes ſimiliter fuerunt quatuor, quæ fluxerunt de cælo. ſ. eius vtero ſanctificatio; angelica ſalutatio, ſpiritus ſancti ſuperuentio, & filij Dei conceptio. Poſſumus quoque dicere quod beata virgo ſeptemplicem habuit gratiarum diuerſitatem.

Septemplicem gratiarum diuerſitatem habuit B. V.

Primo gratiæ inuentionem. Vnde dixit ei angelus Luc. 1. Inueniſti gratiam apud Deum. Vbi Bern: ait: *Inueniſti gratiam quam quærebas:* inueniſti: quam ante te inuenire nemo potuit. Poſſunt ergo peccatores ſecure ſibi dicere: Redde nobis gratiam, quam pro nobis inueniſti: quia niſi nos peccatores fuiſſemus, tu talem, ac tantam gratiam non inueniſſes, ſ. vt eſſes mater redemptoris. Secundo habuit gratiæ in ventre repletionem. Ideo vocauit eã angelus gratia plenam. Eſt autẽ triplex plenitudo. Quædam eſt inſtar fluminis; & iſta fuit in Chriſto; iuxta illud Pſal. 64 *Flumen Dei repletum eſt aquis.* Quædam eſt inſtar riui; & iſta fuit in Stephano, & in cæteris ſanctis. Vnde Pſalm. prædicto dicitur: *Riuos eius inebrians.* Et quædam eſt media inter has duas, quæ eſt inſtar fontium, & hæc fuit in Maria: quia ſemper fuit plena; & nunquam in aliquo diminuta; & ſic eius plenitudo fuit media inter plenitudinem diuinam, & humanam ita quod eius plenitudo fuit minor quam diuina, ſed maior quam omnis alia plenitudo humana. Vnde Bern. ait: *Legimus Stephanum plenum gratia, & Apoſtolos plenos ſpiritu ſancto, ſed longe diſſimiliter à Maria, quia nec in illo habitauit corporaliter diuinitatis plenitudo nec illi conceperunt de ſpiritu ſancto.* Hæc ille. Et ideo de beata virgine quæ a Deo recepit plenitudinem gratiarum, & in ſacra ſcriptura appellatur terra, exponi poteſt illud Pſal. 23. *Domini eſt terra, & plenitudo eius.* Quod etiam habetur 1. Cor. 10 & 8. di. c. quo iure. & 13. q. 2. c. in Eccleſiaſtico. extra de decimis. c. tua nobis. B. quoque Hieronymus ſuper illud Luc. 1. *Aue gratia plena.* inquit: *Talibus decebat virginem oppignorari muneribus, vt eſſet gratia plena, quæ dedit cælis gloriam terris Deum, pacemque refudit. gentibus fidem, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus diſciplinam.* Tertio habuit gratiæ accumulationem, quia ea, quæ alij ſancti habuerunt particulariter; ipſa habuit vniuerſaliter. Vnde Hiero. in ſermone aſſumptionis ait. *Bene gratia plena quia cæteris quidem per partes gratia præſtatur: Mariæ vero tota ſe infudit gratiæ plenitudo. Deſcẽdit quippe ſicut pluuia in vellus, & ſtillicidia ſtillantia ſuper terrã. Plane cæleſtis imber lapſu placido virgineum vellus infudit: & tota diuinitatis vnda in eius carne ſe contulit. ac demum per crucis patibulum expreſſum omnibus terris pluuiam ſalutis infudit, & humanis mentibus ſtillicidia gratiæ præſtuit. Vere ergo plena per quam largo ſpiritus ſancti imbre ſuperfuſa eſt omnis caro.* Quod vero ipſa habuerit omnes gratias vniuerſaliter, quas cæteri habuerunt particulariter; patet: quia Abraham quidem habuit fidem, ſed ipſa fidelior. Moyſes manſuetudinem; ſed ipſa manſuetior. Dauid humilitatẽ; ſed ipſa humilior. Iohannes virginitatem: ſed ipſa purior. Martha hoſpitalitatem: ſed ipſa liberalior; quia nouem menſibus Chriſtum in ſuo vtero portauit. Magdalena contemplationem, ſed ipſa in contemplatione ſublimior. Nicolaus miſericordiam: ſed ipſa clementior; quia mater miſericordiæ appellatur. Quarto habuit gratiæ accumulatæ impermixtionem. Alij namq; ſancti habuerunt gratiam, ſed cum permixtione venialiũ: in ipſa autem nulla fuit peccati admixtio. iuxta illud Can. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Ipſa enim fuit pulchra; quia ſine peccato originali. Fuit tota pulchra, quia ſine peccato actuali, Fuit etiã ſine macula, quia ſine peccato

Plenitudo gratiæ inſtar fluminis in Chriſto, inſtar fontis, ei in Maria inſtar riui in Stephano & & ſanctis.

Digitized by Google

cato veniali Quinto habuit gratiæ impermixtæ conſeruationem,& confirmationem. Adeo namque in gratia confirmata fuit,& cõſeruata quod ab illa nunquam cadere potuit. eo quod diuina ſapientia ſeptem eam columnis muniuit. Sap. 9. Per ſeptem autem colũnas, vt ſupra, dictum eſt; intelligi poſſunt ſeptem ſpiritus ſancti dona, quibus ipſa plena fuit. Vel poſſunt intelligi ſeptem virtutes; tres theologicæ; & quatuor cardinales, ſiue politicæ; quas ipſa habuit. Vnde Eccle. 24. ait: *In me omnis gratia vitæ, & virtutis.* Sexto habuit gratiæ conſeruatæ remunerationem. Quia enim Deus dat menſuram gloriæ, ſecundum quãtitatem humilitatis, & gratiæ; ideo Deus ſibi immenſitatem gloriæ cõtulit; quia immenſam humilitatem, & gratiam habuit. Quoniã enim profunde ſe humiliauit, ideo alte ſublimari promeruit quantum ad locum ſubiectum, & affectum. Nam quia ipſa recubuit in nouiſſimo loco: ideo exaltari meruit ſuper choros omnium angelorũ. Et quia humilitatem habuit interius in corde, & manſuetudinem exterius in corpore; ideo exaltari promeruit quantum ad totum ſuum ſubiectum. ſ. corpus, & animam. quia & anima eius fuit glorificata: & corpus fuit veſte immortalitatis indutum. Et quia ſe humiliauit ſumendo ancillæ officium, ideo commiſſum eſt ei officium illuminandi ſanctos, qui ſunt in via; & illos qui ſunt in patria. Vnde Ber. inquit: *Mariæ præſentia totus illuminatur orbis; adeo vt ipſa cæleſtis patria clarius rutilet virgineæ lampadis illuſtrata fulgoribus. Item propter hoc quod ſe appellauit, & reputauit ancillã, facta eſt Dei mater, & Domina angelorum.* Septimo habuit gratiæ remuneratæ emendationem, ſiue diffuſionem; quia ſuper nos miſericordiam, & gratiam ſuam longe, late ſublimiter, & profunde diffundit: Vnde Ber. ait: *Quis ô benedicta miſericordiæ tuæ longitudinem, latitudinem, ſublimitatẽ, & profundum inueſtigare poſſit? Longitudo eius vſque in diem nouiſſimum ſubuenit vniuerſis. Latitudo eius replet orbem terrarum; vt miſericordia eius plena ſit omnis terra. Sublimitas eius ciuitatis ſupernæ ruinas inſtaurauit. Profunditas eius ſedentibus in regione vmbræ mortis redemptionem obtinuit. Tu ergo pietatis gratiam quam apud Deum inueniſti notam facias mundo, obtinendo reis veniam, ægris medelam, puſillis corde robur, afflictis conſolationem, periclitantibus adiutorium, & liberationem.* hæc ille. Sed pro maiori prædictorum declaratione eſt ſciendum, quod B. virgo habuit gratiam puram, plenam & ſuperplenam. Habuit namque gratiam puram ſine alicuius contrarij admixtione; habuit plenam gratiam ſine aliqua diminutione; habuit gratiam ſuperplenam cum larga diffuſione.

Maria habuit gratiã puram ſine admixtione contrarij.

Primo habuit gratiam puram ſine contrarij admixtione. Sancti enim alij in vita præſenti etſi haberent gratiam, tamen cum ea habebant admixtionem. Primo timoris, ſcilicet ne eſſent ingrati Deo. Eccle. 9. *Neſcit homo* &c. Vel ne caderent à gratia. 1. ad Cor. 10. *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.* Iſtam autẽ admixtionem timoris, beata virgo non habuit; quia certa erat ſe gratiam Dei habere. vt ſupra, dictum eſt; cum ei angelus ex parte Dei dixiſſet. *Aue gratia plena:* Sciebat etiam quod gratia cadere non poterat. Vnde dicere poterat illud Eccle. 24. *Vſque ad futurum ſeculum non deſinam.* Secundo ſerui Dei habẽt admixtionem laboris: quia oportet eos multũ laborare ad ſenſualitatem domãdam & rationi ſubijciendam, iuxta illud 1 ad Cor. 9. *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo* &c. Iſtã autem admixtionem laboris non habuit virgo benedicta: quia nullos motus rationi contrarios vnquam perſenſit. Vnde Ber. ait: *Beata virgo iſtius impugnationis nunquam pertulit: & incentiua carnis non tolerauit. caput ſerpentis contriuit, ita quod eam fugiens expauit.* Tertio ſancti viri habent admixtionem doloris; ex eo quod multos defectus habere ſe vident: & ſi aliquis defectum ſe habere non crederet, tũc ipſe omnes haberet iuxta illud Ber. in quodam ſermone: *Omnia illi deſunt, qui nihil ſibi deeſſe putat.* Iſtam autem admixtionẽ B. V. nõ habuit: quia nullus defectus gratiæ vnquam in ea fuit, ſed omnes gratias, & virtutes ſemper habuit. Ex quo ſequitur quod habuit gratiam plenam ſine aliquo defectu, vel diminutione.

Habuit gratiam plenã ſine diminutione.

Magnum quippe eſt habere potentiam receptiuam gratiæ, quam habent peccatores, dum ſunt in mundo: ſed ea carent damnati in inferno: & illud eſt magnum chaos, quod eſt in inferno: impotentia ſ. ad gratiam recipiendam; iuxta illud Luc. 16. *Inter nos, & vos eſt magnum chaos.* Maius autem eſt habere guſtum, ſiue guttam gratiæ, quam habent boni, dũ adhuc ſunt imperfecti: & iſta gutta gratiæ valet eis ad bonorum operum fœcundationem, & ad vitiorum refrigerationem, ac ad ſitis mundanæ extinctionem. De duobus primis dicitur Can. 5. *Caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* De tertio dicit Aug. in quodam ſermone: *Qui biberit de fluuio paradiſi, cuius vna gutta maior eſt oceano: reſtat vt in eo ſitis huius mundi penitus extincta ſit.* Maximum vero eſt habere calicem plenum gratiæ, quem habent viri perfecti. De quibus dicitur Act. 2. *Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto.* Et iſte calix gratiæ valet eis ad ſalutem acquirendam, ac fiduciam de Deo obtinendam, & ad conſolationem mundanã oblitioni tradẽdã.

Digitized by Google

De duobus primis dicitur Pſal. 115. Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. De tertio dicitur Pſal. 22. *Calix meus inebrians, quam præclarus eſt.* Permaximum autem eſt habere fontem gratiæ, quem habent beati: & iſte fons eos viuificat, & ſatiat, ac inebriat iuxta illud Pſal. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Ideo Can. 5. c. dicitur. *Bibite amici, & inebriamini chariſsimi.* Ad iſtum autem fontem ſitiens peruenire propheta, & ibi ſatiari petebat, dicens Pſ. 41. *Sitiuit anima mea ad Deũ fontem viuum* &c. Super maximum vero eſt, non tantum habere potentiam recipiendam gratiæ, & guſtum gratiæ, atque calicem gratiæ; ſed etiam fluuium omnium gratiarum. Et iſtam plenitudinem habet beata virgo Maria. De qua dicitur Can. 4. *Fons hortorum puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* Ipſa eſt enim puteus aquarum viuentium, in quantum peccatores mortuos viuificat à peccato. Eſt fons hortorum inquantum bonos fœcundat in opere bono. Eſt fluuius vadens cum impetu, inquantum beatos lætificat in cælo, iuxta illud Pſalm. 45 *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Tertio habuit & habet gratiam ſuperplenam cum larga, & plena diffuſione. Vnde Bern. inquit: *Beata virgo velut alterum ſolem induit: quia ſicut ille ſuper bonos & malos indifferenter oritur ſic ipſa quoque præterita merita nõ diſcernit: ſed omnibus exorabilem, & clementiſſimam ſe exponit; omniumque neceſſitatem ampliſsimo miſeratur affectu. Tam copioſa autem eſt, & plena quod eius plenitudinem ſenſit infernus; quia per eam expoliatus fuit. Senſit terra, quia mortuos reddidit. Senſit cælum, quod ſe aperuit. Senſerunt angeli, qui fuerunt reparati. Senſerunt peccatores qui fuerunt iuſtificati. Senſerunt iuſti, qui fuerunt beatificati.* Addit etiam Bernard. Virgo beata precioſum illud balſamum tanta copia, tantaque diffunditur plenitudine, & copioſiſſime influat circumquaque. Et iterum ait: *Quanto ergo deuotionis affectu Mariam à nobis honorari voluit Deus, qui totius boni plenitudinẽ in ea poſuit; vt ſi quid in nobis eſt ſpei, ſi quid gratiæ, vel ſalutis; ab ea nouerimus redundare, quæ aſcendit affluens delicijs. Totis ergo medullis cordis veneremur Mariam quia ſic eſt voluntas eius, qui totum nos habere voluit per illam.* Hæc ille.

Habuit gratiã ſuperplenam cum larga diffuſione.

Habuit igitur beatiſſima virgo plenitudinem gratiarum. Sed notandum eſt quòd quadruplex eſt plenitudo. Prima dicitur ſufficientiæ, quàm habent omnes electi: qui quidem habent omnia, quæ ſunt eis ſufficientia ad ſalutem. De qua plenitudine dicitur Actor, 6. Stephanus autem plenus gratia &c. Secunda eſt plenitudo abundantiæ, quam habuerunt Apoſtoli: qui præ cæteris ſanctis ſpiritum ſanctum in maiori abundantia receperunt. Et ita intelligitur illud Act. 1. *Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto.* Tertia eſt excellentiæ, quam habuit beata virgo: & ita intelligitur ſalutatio angelica dicens: *Aue gratia plena.* Ipſa enim excellentiſſime ſuper omnes Apoſtolos, & ſanctos ſpiritum ſanctum recepit, iuxta illud Prou. vlt *Multæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias, tu vero ſupergreſſa es vniuerſas.* Cæteræ enim habuerunt menſuram gratiæ. Maria autem fontem gratiarum. Cæteræ habuerunt virtutes, & gratias particulariter. Maria vero habuit omnes vniuerſaliter. Quarta eſt plenitudo affluentiæ quam habuit Chriſtus. Vnde de ipſo dicitur Iohan. 1. *De plenitudine eius omnes accepimus, gratiam pro gratia.* Prima autem plenitudo, quæ eſt in ſanctis aſſimulatur plenitudini vaſis. Vas enim habet plenitudinem menſuratam ſecundum ſuam proportionem, ſic & Deus ſecundum quòd homo diſponit vas animæ dat ſibi menſuram gratiæ. iuxta illud ad Eph. 4. *Vnicuique data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti.* Secunda plenitudo quæ eſt in Apoſtolis aſſimilatur plenitudini riuuli decurrentis Ipſi enim riuos doctrinarum ſuarum ſparſerunt; & ipſum mundum infœcundũ germinare fecerunt: iuxta illud Pſal. 64 prææallegati: *Riuos eius inebrians multiplica genimina eius* &c. De iſtis riuis dicitur Eſa. 33. *Locus fluuiorum riui, latiſſimi, & patentes.* Sancti enim Apoſtoli fuerunt locus fluuiorum per plenam à Deo receptã ſapientiam: & fuerunt riui per manentem doctrinam; & fuerunt patentes per ſanctam conuerſationem aptam. Tertia plenitudo, quæ fuit in virgine, aſſimulatur plenitudini fontis. vt ſupra, dictum eſt per illud Cantic. 7. *Fons hortorum &c.* Habet enim fructuoſam germinationem: & ideo dicitur fons hortorum. Habet perpetuam effuſionem: ideo dicitur *puteus aquarum viuentium.* Habet velocem, & abundantem emanationem: & ideo ſequitur: *quæ fluunt impetu de Libano.* Quarta plenitudo quæ fuit in Chriſto aſſimilatur plenitudini fluminis; quia à nullo alio flumine incipit, ſed à mari procedit, & ſemper fluit. De quo dicitur Pſal. prædicto. *Flumen Dei repletum eſt aquis* &c. Iſtud autem flumen ſic impletum, manens ſuam ſpiritu ſancto ſic impleuit, quod ſeipſum qui eſt cibus Angelorum in ea præparauit in cibum hominum. Ideo ſubditur: *Paraſti cibum illorum.* quoniam ita eſt præparatio eius. Deinde emiſit riuos, id eſt Apoſtolos, quos ſic inebriauit, id eſt

Plenitudo gratiæ quo ad ſufficientiam eſt in omnibus electis.

Plenitudo abundantiæ in Apoſtolis.

Plenitudo excellentiæ in B. V.

Plenitudo affluentiæ in Chriſto.

Pulchra ſimilitudines harum gratiarum.

d

id eſt in tãta abũdantia impleuit, q̃ per eos germina fidei per totũ orbẽ multiplicauit. Ideo ſubditur: *Riuos eius inebrians multiplica genimina eius.* Deinde illud flumen emiſit ſtillicidia, id eſt in cordibus aliorum ſanctorum miſit ſpiritus ſancti dona, per quæ gaudenter eos germinare fecit per bona opera. Ideo ſubditur: *In ſtillicidijs eius lætabitur germinans.* Iſtam autem plenitudinem ſupereffluentem Chriſtus donauit matri ſuæ: quia de plenitudine eius accipiunt vniuerſi. non tamen omnibus æqualiter ſe diffundit. ſed ſecundum diſpoſitionem recipientium dat menſuram gratiarum. Habet enim quadruplicem mẽſuram: de qua dicitur Luc. 6. *Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentẽ dabunt in ſinum veſtrum.* Ipſa namque quoſdam facit bene incipere per gratiam incipientem: & iſtis dat menſũ ram bonam. Quoſdam facit in medio proficere per gratiam progredientem; & iſtis dat menſurã confertam; quia maiorem gratiam eis confert. Quoſdam facit ſemper perſeuerare: & iſtis dat menſuram coagitatam, quia gratia Dei ſic exagitat eos, & confirmat quod ab ipſa nunquam cadunt. Quoſdã vero facit ſupereffluere per gratiam efficientem, per quam ipſi effluunt modo per verba ædificatoria, modo per bona exempla: & modo per miſericordiæ opera. Notandum autẽ quòd ſunt quatuor ſigna plenitudinis. Primum eſt non reſonare: ſicut patet ex vaſe pleno vino, quod repercuſſum non reſonat. Ideo dicitur Iob. 7. Nunquid mugiet bos cum ante præſepe plenũ fuerit. Secundum eſt non plus appetere; ſicut patet in ſtomacho pleno, qui non plus appetit eo quòd ſaturitatem habet. Ideo dicitur Prouerb. 2. *Anima ſaturata calcabit fauum.* Anima vero eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet. Tertium eſt ſupereffluere ſicut patet in fluuio inundante. Vnde Eccle. 24. dicitur: *Qui implet quaſi Phiſon ſapientiam.* Phiſon enim eſt fluuius paradiſi terreſtris qui de paradiſo egrediens, terram Euilath circumit & inundat. Quartum ſignum eſt ponderoſum eſſe: ſicut patet in vaſe quod quando eſt vacuum eſt leue, ſed quando eſt plenum eſt ponderoſum. Iſta autem quatuor ſigna fuerunt in beata virgine: per quæ oſtenditur quòd fuit gratia plena.

Quatuor ſunt ſigna plenitudinis in Maria.

Primo enim nunquam reſonauit per impatientiam, vel murmurationem: licet multas tribulationes perpeſſa ſit: ſed ſemper de omnibus Deo gratias egit. Secundo quia adeo cor ſuum fuit plenũ amore cæleſtium, quòd nunquam mundana appetijt: ſed ſemper terrena deſpexit, quia cæleſtem dulcedinem degustauit; ideo omnis dulcedo mundana ſibi amara fuit. Vnde Prouerb. vlt. dicitur: *Guſtauit & vidit quia bona eſt negociatio eius.* Nam ſicut dicit Chryſ. *Vere non habet quod ſuper terram amet qui cæleſtem dulcedinem deguſtauit.* Tertio per continua beneficia nunquam effluere ceſſauit. Vnde Ber. ſuper *miſſus eſt* ait: *De plenitudine eius accipiunt vniuerſi, captiuus redemptionem: cæcus illuminationem: æger curationem: triſtis conſolationem: peccator veniam: iuſtus gratiam: angelus lætitiam: filius Dei humanæ carnis ſubſtantiam, & tota Trinitas gloriam, ita vt non ſit qui ſe abſcondat à calore eius.* Quarto intantum fuit præ maxima gratiæ plenitudine ponderoſa, quòd ſi ipſa ſola in vna ſtatera poneretur ex vna parte: & cæteri omnes ſancti tam noui quam veteris teſtamenti, & omnes angeli in alia ipſa amplius ponderaret. Vnde Ber. vbi ſupra, exponens illud Eccle 24. *In plenitudine ſanctorum detentio mea,* inquit: *Vere in plenitudine ſanctorum detentio eius: cui non defuit fides patriarcharum, nec ſpes prophetarum, nec zelus apoſtolorum, nec conſtantia martyrum, nec ſobrietas confeſſorum, nec caſtitas virginum, nec fœcunditas coniugatarum: nec puritas angelorum.* Si autem quæratur qualiter beatiſſima virgo gratiam tantam inuenit: Eſt ſciendum quod Eua per tria gratiam Dei amiſit; ſcilicet per ſuperbiam, inobedientiam & curioſitatem vanam. Econtra vero benedicta virgo gratiam Dei inuenit merito humilitatis quam habuit, ſcilicet quandò ſe ancillam vocauit. Super quem locum dicit Bernar. *Semper ſolet eſſe gratiæ diuinæ familiaris humilitas; quæ cedere non nouit honoribus, inſoleſcere gloria neſcit; mater Dei eligitur, & ancillam ſe nominat. Non eſt magnum in abiectione eſſe humilem; magna & rara virtus eſt humilitas honorata.* Secundo inuenit gratiam merito obedientiæ, quam Deo exhibuit quando dixit: *Fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Vnde Auguſt in quodam ſermone ait: *Eua occidendo obfuit: Maria viuificando profuit pro inobedientia enim obedientia commutatur; fides pro perfidia compenſatur.* Tertio inuenit gratiam merito ſolitudinis, non enim fuit curioſa, ſed Deo, & ſibi vacauit. Vnde angelus non inuenit eam in foro tanquam mundanis curis inhiantem: ſed in thalamo, tanquam ſoli Deo vacantem. Dicit enim Ambr in lib. de virginibu: *Non debet virgo eſſe vulgaris, id eſt de vulgo, non in foro, non in platea, voce querula: geſtu lubrica, facilis auditu, vel aſſatu.* Quicunque igitur hæc tria habet ſcilicet humilitatem, obedientiæ promptitudinem, & mentis vacationem; Dei gratiam poterit inuenire. iuxta illud Eſa. 66. *Super quem requieſcit ſpiritus meus, niſi ſuper humilem.* ecce humilitas;

& *quietum* ecce mentis tranquillitas: *& tremen-tem ſermones meos* & ex hoc adimplentem, ecce obedientiæ velocitas. Si vero quæratur propter quod beata virgo inuenit tantam gratiam? Reſpondetur quod non tantum pro ſe, ſed etiam pro nobis: vt de eius plenitudine accipiamus. vnde Bernard. vbi ſupra inquit: *Copioſiſſima charitate beatiſſima virgo ſapientibus, & inſipientibus debitricem ſe fecit. omnibus miſericordiæ ſuæ ſinum aperit; vt de plenitudine ſua cuncti recipiant.* hęc ille. Supradicta autē quaſi omnia confirmat Alb. ſuper *miſſus eſt*; vbi inter alia dicit, loquendo de plenitudine gratiæ, quòd eſt diſtinguere triplicem plenitudinem: Prima eſt effluxiua, & non receptiua; & appellatur plenitudo æterna; & hæc eſt in Deo ſolo, qui dat gratiam, & non recipit à quoquam. iuxta illud Pſal. 83. *Gratiā & gloriam dabit Dominus.* Et hæc plenitudo quæ Dei eſt, ſub figura Aſſueri, qui interpretatur beatitudo, deſcribitur Heſter. 15. vbi dicitur: *Vidi te Domine quaſi angelum Dei: & conturbatum eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ, valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena eſt omnium gratiarum.* Hanc plenitudinem recepit virgo Maria in ſe; quia Deum in mente habuit plenum omnium gratiarum, & in ventre per incarnationem, & hoc modo nullus alius habuit plenitudinem gratiarum niſi ipſa, vt ait Bernar. vbi ſupra. Secunda plenitudo fuit in Chriſto ſecundum humanitatem iuxta illud Iohan. 1. *Plenum gratiæ, & veritatis*, & Eſa. 11. dicitur, *Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini.* Sed ſciendum quod omnibus ſanctis data eſt gratia ad menſuram, licet nobis ignotam ſed illi notiſſimam, qui omnia conſtituit in pondere, numero, & menſura. Sapien. 11. homini autem Chriſto, id eſt animæ eius infuſa fuit gratia ab initio ſuæ conceptionis ſine menſura, ſecundum illud Iohan. 3. *Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum*, ſcilicet ipſi Chriſto. Fuit ergo plenus gratia; quæ in quantum homo habuit per gratiam, quæ Deus habet per naturam. Vnde dicit Iſid. in lib. de Trinitate; quòd Trinitas ſibi ſola nota eſt, & homini aſſumpto. Verum quia anima Chriſti carni fuit vnita in ventre virginis: ſic etiam poteſt dici quòd iſta plenitudo ſine menſura fuit in virgine, vt dicatur gratia plena: & ita intelligitur illud Hiero. ad Euſto. *In Mariam totius gratiæ, quæ in Chriſto fuit, venit plenitudo.* Tertia plenitudo eſt illa quæ datur ſanctis ad menſuram, vt ſupra, dictum eſt. Dicuntur autem pleni ſecundum capacitatem ſuam. Et hæc plenitudo fuit excellentiſſime in Maria, *quæ ſola*, vt ait Albert. vbi ſupra, *tantam gratiam habuit quod omnis pura creatura maiorem recipere non potuit. Nam niſi ipſa eſſet Deus, non poſſet maior gratia intelligi quā quòd ſit mater Dei.* hæc ille. Hæc ergo menſura gratiarum tantum abundans fuit in virgine, quantum ad recipiendum fuit lata capacitas vniuerſæ creaturæ. Et merito tantam recepit gratiam, quia vt inquit Thom. in 3. parte ſummæ. q. 27. quanto aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere; tanto magis participat effectum illius principij. Vnde dicit Dionyſius. 4. c. cæleſtis hierarchiæ; quòd angeli, qui ſunt Deo propinquiores, magis participant de bonitatibus eius: Chriſtus autem eſt principium gratiæ ſecundum diuinitatem auctoritatiue; & ſecundum humanitatem inſtrumentaliter; iuxta illud Iohan. 1. *Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* tranſſumptiue in c. libenter. de pœ. di. 1. & in c. vnico. extra de pur. poſt par. & de conſe. diſt. 1. in prin. & diſt. 2. c. in calice. Cum igitur beatiſſima virgo Maria propinquiſſima ei fuerit ſecundum humanitatem; quia ex ea accepit humanam naturam; ergo præ cæteris maiorem debuit à Chriſto plenitudinem gratiæ obtinere. Et ideo Albertus vbi ſupra. c. 237. exponendo illud Luc. 1. *Inueniſti gratiam apud Deum*, inquit: *Inueniſti gratiam increatam, & in illa & cum illa omnem creaturam* Expō. illud
Venerunt enim tibi omnia bona pariter cum illa. Sap. Luce. 1. Inueniſti gra-
7. *Hæc autem omnia inueniſti apud Deum. Apud Deum dico propinquiſſimo ſimilitudine, dignitate, familiaritate, & naturæ vnitate; & hoc apud Deum creatorem, & glorificatorem.* Hæc ille. Qui etiam eiuſdem tiam apud Deum.
lib. c. 236. exponens prædicta verba ait: *Proprium eſt reginæ apud regem eſſe*; iuxta illud Pſalm. 44. *Aſtitit regina à dextris tuis.* Similiter & matris, proprium eſſe apud filium. 3. Reg. 2. vbi dicitur: *Poſitus eſt thronus matris regis; apud thronum regis. Item ſicut dicitur filius eſſe apud patrem propter identitatem naturæ iuxta illud Iohan. 1. Et verbum erat apud Deum. Sic etiam dici poteſt matrem eſſe apud filium propter identitatem naturæ, in qua eſt vnum cum matre, ſicut & in alia natura eſt vnum cum patre.* Hæc ille.

Ex quibus patet glorioſam virginem propter propinquitatem filij plenitudinem gratiæ ab eo ſuſcepiſſe. Subdit quoque prædictus doctor eiuſdem lib. 198. cap. iam ergo ſufficienter oſtenſum eſt, qualiter beata virgo gratia plena fuerit; quia omnes gratias generales, & ſpeciales omnium creaturarum in ſummo habuit: & etiam illas à quibus omnis creatura vacua fuit, nam & gratiam increatam in ſe totam continuit, & ſic per omnem modum gratia plena fuit. Vnde fuit vas

Digitized by Google

it vas Dei gratia plenum. De quo Eccleſiaſt. 43. dicitur: *Vas admirabile opus excelſi.* Et ideo illi ſic repletæ omni gratia, dicere poſſumus illud Pſal. 44. *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.* Cum enim Deus manſuetis det gratiam. Prouer. tertio. *Et qui bonus eſt, hauriet ſibi gratiam à Domino* Prouer. duodecimo. *Et ſi gratia Dei & miſericordia eſt in ſanctis eius.* Sapien. 4. Et ſi *quanto quis eſt maior, & magis ſe humiliat, tanto maiorem apud Deum inueniet gratiam.* Eccleſiaſt. tertio. *Nam Deus humilibus dat gratiam.* Iacob. 4. & 1. Pet. 5. Profecto beatiſſima virgo, manſuetiſſima, optima, ſanctiſſima, atque humillima; debuit amplisſimam à Deo conſequi gratiam. Et ſi pro reuerentia accidit nobis bona gratia. Eccle. 32. Merito in hac virgine omnium reuerendiſſima, ſuperuenit indicibilis gratia Dei. Vnde dicit ſanctus Bonauen. in 1. di. 44. articul. 1. q. 4. quod Deus de potentia ordinaria non poteſt dare tantam gratiam alicui puræ creaturæ, quantam dedit virgini Mariæ. Hanc autem gratiam ipſa ſola habuit, quæ regis regum, & Domini dominantium, & Dei creatoris omnium mater fuit. Quia ergo tantum Deo gratioſa eſt: ideo præ omnibus ſanctis quicquid ab eo petierit, impetrabit. Si enim impetrauit nobis filium Dei: quanto magis impetrabit remiſſionem peccatorum. Propter tantas autem gratias, quas habet, & nobis obtinet; appellatur thronus gratiæ Dei. Ideo Apoſtolus ad Hebræ. quarto, inquit: *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus cum auxilio opportuno.* Ad quam ille nos peruenire faciat, qui in ſæculum ſæculi viuit, & regnat. Amen.

Deus de potentia ordinaria non pōt dare tantam gratiā alicui puræ creaturæ quantam dedit B.V.

DE EADEM IVCVNDISSIMA ANNVNCIATIONE.

SERMO OCTAVVS.

IN QVO DE HABITATIONE DEI in B.V. & eius benedictionibus agitur, prout verba illa Dominus tecum, benedicta tu, ſignificant.

L*Vce ſplendida fulgebis.* Tob. 13. Feneſtra vitrea talis eſt naturæ, quòd per ipſam intrat lux; ſed non puluis, nec aqua. Ratio eſt quia vitrum eſt corpus diaphanum, quod aptum eſt ad lucē recipiendam: & eſt cum hoc magnæ ſoliditatis; & ideo impenetrabile. Spiritualiter autem dico quòd beata virgo Maria fuit feneſtra luciſſima, lucem ferens omnium ſaluandorum: & tam corpus eius, quā ſpiritus fuerunt diuina gratia ita ſolidati, quòd licet per ipſam æterni ſolis lux nobis illuxerit: tamen in eam nec culpa, nec macula vnquam intrare valuit. Figura autem huius habetur Gene. ſeptimo. In arca enim Noe erat feneſtra vitrea, per quam lux intrabat habitantibus in arca & tamen aquæ diluuij per feneſtram illam non potuerunt intrare. Per arcam enim figuratur beata virgo, in qua Noe, id eſt vera quies, ſcilicet filius Dei requieuit. Eccleſiaſtici vigeſimoquarto: *Et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo.* Aures enim beatæ virginis fuerunt diaphanæ, vt per ipſam intraret vera lux angelo nunciante: & hanc lucem omnibus communicauit. Vnde ipſa inquit Eccleſiaſtici 24. *Ego in cælis feci vt oriretur lumen indeficiens.* Sed tamen fuit tantæ ſoliditatis, vt nullius peccati aqua potuerit in ipſam introire. Volens igitur ad æternam patriam peruenire, hanc lucem tota adhæſione debet aſpicere. Vnde ait Ambro. in libro de virginitate: Sit nobis tanquā in imagine deſcripta virginitas, vitaque Mariæ, in qua velut in ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis & forma virtutis. De cuius virginis annunciatione duas tantum conſiderationes faciemus.

Prima dicetur habitationis.

Secunda vero benedictionis.

Digitized by Google

PARS PRIMA HVIVS SERMONIS: DE HABITATIONE DEI IN BEATA VIRGINE, ſignificata per illa verba: Dominus tecum.

DIxit angelus beatæ virgini Lucæ primo: *Dominus tecum*. In quibus verbis denotatur habitatio Dei in virgine. Sciendum ergo ſecundum magiſtrum in 1. ſenten. diſtinct. 35. quòd Deus dicitur eſſe in omnibus rebus creatis tripliciter, ſcilicet per eſſentiam, præſentiam, & potentiam: & in ſanctis ſuis quarto modo, ſcilicet per inhabitātem gratiam: vel hic inchoatam, vel in futuro conſummatam. Omnibus autem his modis erat Dominus Deus cum beata virgine perfectius, quam in cæteris omnibus. Dicitur enim Deus eſſe in creaturis per eſſentiam, inquantum per ſuum continuum influxum conſeruat creata in eſſe. vnde Gregor. inquit: *Omnia in nihil iam redirent, niſi ea manus omnipotentis ſuſtentaret*: & ſic exponit Chryſ. illud Iohan. primo: *Sine ipſo*, ſcilicet gubernante, *factum eſt nihil*, id eſt, *quod factum eſt, nihil eſt*. Quanto autem aliqua creatura, vel in ſpecie, vel in indiuiduo habet perfecti' eſſe; tāto magis poteſt aliquo modo dici Deus ibi magis eſſe per eſſentiam. Vnde hoc modo magis dicitur eſſe in homine quàm in brutis. Et quia beatæ Mariæ dedit nobiliſſimum eſſe; quia optime formata, & complexionata fuit ſuper omnes; vt dictum eſt, & probatum in ſecunda parte huius operis, ſermone 4. ideo illi recte dixit angelus, *Dominus tecum*. Per præſentiam autem dicitur eſſe Deus in omnibus creaturis, quia nouit omnia intima creaturæ. *Omnia enim nuda, & aperta sūt oculis eius*. ad Hebræ. quarto. De quo habe ut in 1. ſententiarum diſtinct. 35. Vnde dicit glo. in §. alie inſti. de actio. quòd Deus ſcit intentionem, & corda omnium. De hoc etiam habetur in c. Deus omnipotens. 2. q. 1. & c. erubeſcant. 32. diſtin. & c. tuā nos de ſimo. In beata autem virgine fuit Deus per præſentiam; quia non ſolum vidit omnia ſecreta eius ſcilicet affectus, & cogitatus oculo cognitionis, ſed etiam oculo approbationis; nam omnes actus eius interiores, & exteriores, vt ſanctiſſimos approbauit. Per potentiam vero dicitur eſſe in creaturis, quia omnibus dat virtutem operandi. Vnde Iohan. 15. dicit ſaluator: *Sine me nihil poteſtis facere*. Et quia dedit beatæ virgini virtutem operandi perfectius, quam alteri creaturæ; ideo dicitur ei perfectius quàm aliis *Dominus tecum*. Per gratiam autem eſt in ſanctis. Vnde 1. Ioan. 4. ſcriptum eſt: *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*, quod etiam habetur in c. abijt. 11. q. 3. Sed certe nullus poteſt æquari in charitate beatę virgini, quæ inquit Can. 1. Introduxit me rex in cellam vinariam, id eſt gratiæ ſuæ abundantiam; & ordinauit in me charitatem. Ergo excellentius fuit Deus in illa, quàm in cæteris ſanctis. Sed vltra prædictos modos eſſendi fuit modo inaudito à ſeculis, & ſtupendiſſimo in virgine, ſcilicet per præſentiam corporalem, quādo verbum caro factum eſt in ea; vt inquit Bernard. ſuper miſſus eſt: qui exponit Dominus tecū, ſcilicet cito erit per incarnationem. Si autem dicatur ſecundum philoſophum: *Sermones inquirendi, & faciendi ſunt ſecundum materiam de qua tractatur*: vt habetur in 2. Ethic. vnde in materia amoris non debet poni nomen timoris: quod eſt hoc nomen Dominus; iuxta illud Malach. primo; *Si ego Dominus, vbi eſt timor meus?* Cum ergo tractaretur hic materia ſummi amoris: ſcilicet incarnatio filij Dei: videtur quòd nō debuerit dicere angelus, Dominus tecum, ſed pax vobis, vel pax tecum: ſicut & filius Dei ſalutabat quos diligebat? Reſpondet Albet. vbi ſupra, quod in iſta ſalutatione in eo quòd dicitur: *Dominus tecum*, duo intenduntur. Vnum vt perſona mittentis proprie exprimatur. Alterum vt liberum arbitrium beatæ virginis ad credendum, & aſſentiendum inclinetur. Iſta enim duo perfectiſſimè exprimit hoc nomen, Dominus; quod à potentia imponitur, ſcilicet à dominando: vnde Ambro. in quodam ſermone inquit, quod Dominus eſt nomen potentiæ: & quando abſolute dicitur, ſoli Deo appropriatur. Alij vero domini dicuntur ſerui illius; & ſunt domini aliquorum particulariter: vel alicuius loci determinati: ipſe autem Deus abſolute dicitur Dominus, quia eſt Dominus omnium; cui dicitur Heſter 3. *Dominus vniuerſorum tu es*. quod ſolius Dei eſt proprium, & ſic perſona mittens proprie nominatur in hac ſalutatione. Per idem etiam liberum arbitrium beatiſſimæ virginis ad credendum inclinatur. Ad credendum enim mirabilia, & conſentiendum in ea maxime diſponit fides de omnipotentia; qua credit, & aduertit Deum omnia poſſe facere, naturaſque mutare, & eis imperare. Vnde cum hic omnium nouorum nouiſſimum annunciaretur beatæ virgini: ad cor eius inclinandum ad credendum; congruentiſſime poni debuit hoc nomen, Dominus: quod eſt omnipotentiæ demonſtratiuum. Quia vero liberum arbitrium beatiſs. V. etiam per ſe facile

Duo intenduntur in verbis illis, Dominus tecum.

Digitized by Google

facile erat ad credendum paratum, non indiguit expreſſiſſima omnipotentiæ inſinuatione cum terrore, vt diceretur Dominus omnipotens, vel Dominus exercituum; ſed ſuffecit ipſius leuis annunciatio, & quaſi obſcura expreſſio potentiæ: quæ per hoc nomen, Dominus importatur. Dicit ergo ei angelus: *Dominus tecum*, quaſi aperte dicat: Nihil credas tibi impoſſibile, quæ ſcis te Dominum in ſocium habere: ſed hic confidenter: Omnia poſſum in eo qui eſt mecum. ſi enim aliqui duo vnum officium debeant operari; quid impedit, ſi vnus eſt debilis, cum alter adeo ſit fortis vt per ſe officium poſſit perficere, iſto etiam non iuuante? Et ex his patet ſolutio ad obiectum: quia hic Dominus ponitur ad denotandum potentiam fiendi, non timorem vel terrorem.

Dominus tecum exponitur aliter.

Poſſumus etiam aliter exponere hoc verbum angeli ſecundum Albert. vbi ſupra, ſcilicet *Dominus tecum*, id eſt, tu es regina eiuſdem regni cuius ipſe eſt rex, & ideo tu es tecũ; & ipſe eſt tecũ, quia etiam vt ait Athanaſius in ſymbolo: *Dominus eſt pater, & Dominus filius; & Dominus ſpiritus ſanctus: & tamen vnus eſt Dominus.* Ideo exponitur ſecundum Ber. ſuper *Miſſus eſt*: ſic dicentem, *Pater tecum qui filium ſuum facit, & tuum. Filius tecum, qui ad concedendum in te mirabile ſacramentum, miro modo ſibi fecit ſacrarium, & tibi ſeruat genitale ſignaculum. Spiritus ſanctus tecum, qui cum patre, & filio tuum ſanctificat vterum. Et quia patri attribuitur potentia, filio ſapientia, ſpiritui ſancto bonitas, & beneuolentia, ideo exponitur, Dominus pater tecum, exercens ſummã potentiam; Dominus filius tecum, oſtendens eximiam ſapientiam, Dominus ſpiritus ſanctus tecum, exhibens nimiam beneuolentiam. Dominus ergo pater potentiam ſuam tecum monſtrauit, qui facit magna, & inſcrutabilia, & mirabilia abſque numero*; vt dicitur Iob. 5. licet enim magnum fuerit creare cælum, & terram ex nihilo; magnum quoque in diluuio ſaluare in arca homines; & de omni genere animalium; magnum etiam liberare populum Iſrael de Aegypto tantis mirabilibus; magnum inſuper conducere populum illum in tãto numero per deſertum. 40. annis cibo de cælo manna præſtito. Magnũ quoque omnes gentes cum regibus ſuis de terra promiſſionis per Ioſue exterminare. Magnum etiam Chriſtum cæcos illuminare: dæmones effugare, infirmos ſanare, & mortuos reſuſcitare: tamen omnia iſta magnalia excedit myſterium incarnationis, quod eſt infinitæ potentiæ; ideo recte dicitur *Dominus tecum*. ſcilicet pater, quia fecit tibi magna qui potens eſt. Luc. 1. Secundo Dominus filius, qui eſt Dei virtus & ſapientia, vt dicitur 1. Cor. 2. tecum eſt qui te infinita ſua ſapientia fabricauit. iuxta illud Prouerb. 9. *Sapientia ædificauit ſibi domum.* Dominus quoque ſpiritus ſanctus tecum, qui ex dilectione, & amore in te deſcendit; & filium Dei incarnari fecit. iuxta illud Eſai. 63 *Spiritus ſanctus ductor eius fuit.* Prædicta autem omnia confirmat Bernar. vbi ſupra, dicens inter alia *Cum Dominus ſit cũ omnibus ſanctis, ſpecialiter tamen eſt cum Maria; cum quã vtique tanta ei conſenſio fuit, vt illius non ſolum voluntatem, ſed etiam ſibi carnem coniungeret, & de ſua virginiſque ſubſtantia vnum Chriſtum efficeret, vel potius vnus Chriſtus fieret; qui etſi nec totus de Deo, nec totus de virgine, totus tamen Dei, & totus virginis eſſet; nec duo tamen filij ſed vnus vtriuſque filius.* Ait itaque angelus *Dominus tecum*: nec tantum Dominus filius tecum, quem carne tua induis; ſed etiam Dominus pater tecum, qui genuit quem concipis; & Deus ſpiritus ſanctus tecum; cuius virtute generans virgo permanebis. Beatus autem Maximus in quodam ſermone ait: *Dominus tecum in mente, tecum in ventre, tecum in vtero, & tecum in auxilio.*

Nos autem dicere poſſumus virgini. Tecum Dominus pater cuius ſponſa facta es; tecum filius, cuius venerãda mater es; tecum ſpiritus ſanctus, cuius ſacrarium electa es. tecum pater æternus, qui antequam eſſes te elegit in filij ſui matrem.

Vnde tu dicere potes illud Prouerb. 8. *Ab æterno ordinata ſum.* Tecum filius, quem nouem menſibus in vtero tuo ſacratiſſimo portaſti; tuo lacte pauiſti, & educaſti. Tecum ſpiritus ſanctus, qui eſt dator gratiarum, & caput influens in nos, & te collum fecit, per quod gratiæ deſcendunt, & ſicut in ſtomachum cibus non niſi per collum mittitur; ſic non niſi per te nobis gratia deſtinatur. Hinc ſponſus cæleſtis te alloquitur. Cant. 7. di. *Collum tuum ſicut turris eburnea* Sicut autem angelus dixit Gedeoni, vt habetur Iudicum 6. *Dominus tecum virorum fortiſſime*, ſic dixit tibi: Dominus tecum mulierum fortiſſima, puriſſima & ſanctiſſima. Ille inquam Dominus de quo dicitur Deut. 10 *Deus deorum, & Dominus dominantium; Deus magnus, & potens, & terribilis*; & cui Iudith. 9. dicitur. *Tu es ipſe Deus noſter, qui conteris bella ab initio & Dominus eſt nomen tibi.* Et 16. eiuſdem li. c. *Adonai Domine Deus magnus es tu, & præclarus in virtute tua: & quem nemo ſuperare poteſt.* De ipſo etiam dicitur Pſalm. 21. *Domini eſt regnum: & ipſe dominabitur gentium* & Pſal. 23. *Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.* Et ibidem: *Dominus*

Google

Virtutum ipſe eſt rex gloriæ Et Pſalm. 134. *Domine nomen tuum in æternum; Domine memoriale tuum in generatione, & generationem.* & Eccle. 44. *Terribilis Dominus, & magnus vehementer; & mirabilis potentia ipſius.* Igitur ille Dominus tecum, quem vidit Eſaias, qui inquit ſui lib. cap. 6. dicens: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum, & plena erat omnis terra maieſtate eius.* Dominus ille eſt tecum, qui in te adimpleuit illud Eſaiæ 33. *Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter. Dominus rex noſter, ipſe veniet, & ſaluabit nos.* Et illud eiuſdem lib. c. 6. *Non erit amplius ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor Lunæ per noctem illuminabit te; ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam: & Deus tuus in gloriam tuam.* Tu vero virgo glorioſa potuiſti Domino Deo dicere; quem tecum eſſe audiebas, illud 2. Machab. 14. *Tu Domine vniuerſitatis qui nullius indiges, & qui es Dominus omnium, & diues in omnes qui inuocant te* ad Roman 10. *Qui es rex regum, & dominus dominantium; qui ſolus habes immortalitatem, & lucem habitas inacceſſibilem, quem nullus hominum vidit, nec videre poteſt, cui eſt honor, & gloria, & imperium ſempiternum.* 1. Timo. ſexto, qui habes in veſtimento, & in femore tuo ſcriptum. *Rex regum, & dominus dominantium.* Apocalyp. 19. Quare cum hac paupercula eſſe, & habitare dignaris; licet enim dicat poeta 2. Metam. *Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur Maieſtas & amor,* tamen maieſtas tua cum tanto amore mecum morari delectatur. Et ideo poſtquam tu vis eſſe mecū, ego quoque ſicut ſemper fui: ita & ſemper volo eſſe tecū. Tu enim Deus omnipotens es merces mea magna nimis. Geneſ. 15. *Tu es fortiſſimus Deus ſpirituum vniuerſæ carnis.* Num 23. & *non eſt alius Deus in cælo, vel in terra, qui poſſit facere opera tua & comparari fortitudini tuæ.* Deut. 3. *Tu Deus meus, es ſpiritus incorporeus, qui nec membris diſtingueris, nec mole cenſeris.* 24. q. 3. c. quidam verſ. anthropomorphitæ: qui incrementum das nobis ad bene agendum. 19. di. c. ſecundum. 1. q. c. ſi fuerit. de conſe. di. 4. cap. aliud eſt. & extra de deci. ca. cum non ſit in homine. Tu es Deus Dominus, & magiſter ſine aliquo peccato. c. 3. de ſimo. & 26. q. 1. c. qui ſine ſaluatore. Tu es Deus in quo viuimus, mouemur, & ſumus c. non obſeruetis. 26. q. 7. Tu *Deus meus es ignis conſumens, & æmulator.* Deut. 4. Tu es *Deus fidelis, & abſque vlla iniquitate iuſtus & rectus.* Deuter. 32. Tu es *Deus propitius, & clemens, miſericors & longanimis & multæ miſerationis.* Neæ. 9. Tu es *rex omnis terræ. Deus.* Pſal. 46. Tu es *Deus adiutor noſter in æternum.* Pſalm. 61. Tu es ille, de quo inquit propheta Pſal. 72. *Quam bonus Iſrael Deus his, qui recto ſunt corde:* Tu es *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Ibidem: Tu es Deus *rex noſter ante ſecula: qui modo operaris ſalutem in medio terræ* Pſ. 73. *O Deus meus quis ſimilis erit tibi?* Pſal. 82. Tu es Deus *abſconditus* Eſa. 45. Tu es *dominus Deus verus Deus viuens, & rex ſempiternus.* Hier. 10. Tu es *dominus Deus fortitudo mea.* Abacuc tertio: Tu es *dominus Deus omnium creator terribilis & fortis iuſtus & miſericors. qui ſolus es rex bonus. ſolus præſtans omnipotens & æternus.* 2 Michab. primo Tu es *vnus Deus, & pater omnium qui es ſuper omnes, & per omnia & in omnibus nobis.* Ephe. 4. Tu es *Deus qui operaris in nos velle & perficere pro bona voluntate.* ad Phil. 2. *Diligam igitur te domine fortitudo mea dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.* Pſal. 17. Quia autem angelus beatæ virgini: *Dominus tecum,* Ipſa dixit Domino illud Ouid in epiſtolis epiſt. 5. *Et tua ſum, tecumq; fui à puerilibus annis. Et tua quod ſuper eſt temporis eſſe precor.*

Quod potuerit virgo Maria Deo.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis: De benedictionibus Beatæ virginis.

Maria benedicta inter mulieres.

Benedicta fuit virgo Maria inter mulieres, In mulieribus, & ſuper muleres. De prima benedictione dicitur Luc. 1. *Benedicta tu inter mulieres.* de ſecūda ibidem: *Benedicta tu in mulieribus.* de tertia in figuram Iudit. 13. *Benedicta es tu filia à domino excelſo præ omnibus mulieribus ſuper terram.* Iſta autem triplex benedictio ſic poteſt accipi. Prima enim, qua dicitur benedicta inter mulieres, accipitur penes ſtatum, quia ipſa conuenit cum ſtatu omnium mulierum ſ. cum virginibus, quia fuit virgo incorrupta: cum coniugatis, quia fuit coniugio copulata: cum viduis, quia fuit vidua derelicta. Si enim tempore paſſionis Ioſeph ſpōſus eius vixiſſet, non eſt veriſimile, quòd Chriſtus eam recōmendaſſet alteri iam quinquagenariā, quam illi recommendauerat iuuenculā. Propter hūc autem triplicem ſtatum poteſt ſibi conuenire illud Eccle. 24 *In Iacob inhabita.* i. in cōiugatis, qui ſunt in lucta mundanæ tribulationis. *& in Iſrael hereditare.* i. in viduis; quę debent in oratio

nibus

Digitized by Google

tibus Deum contemplando videre, *& in electis meis mitte radices*.i.in virginibus, quos Deus elegit, vt ſibi miniſtrent propter ſuam munditiam, iuxta illud Pſal.100. *Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabit*.

In ipſas enim Beata virgo radices miſit, ſit, quæ prima virginitatis ſanctæ votum emittēs alijs, vt in perpetua virginitate perſiſterent, magiſtra & cauſa fuit.

Benedicta in mulieribus. Secunda benedictio. qua dicitur benedicta in mulieribus accipitur penes fructum ſuum, & meritum. Ipſa enim habuit fructum & meritum omnium fœminarum: habuis enim fructum trigeſimum, qui debetur coniugatis: fructum ſexageſimum, qui debetur viduis: & fructum centeſimum, qui debetur virginibus. Ipſa enim in domo Dei fuit ſicut lapis angularis, qui eſt in vno quoque pariete, non tamen eſt totus in vno, nec totus in altero: ſed eminet toti ædificio. Ipſa namque fuit in numero matrum quoad fœcunditatem: in numero viduarum quoad ſponſi ſubtractionem, & in numero virginum quoad incorruptionem; & tamen nec ex toto fuit in parte matrum, quia fuit incorrupta: nec ex toto in parte viduarum, quia fuit ſemper cæleſti ſponſo aſſociata: nec ex toto in parte virginum, quia fuit fœcunda: quamuis autem ſic fuerit in his partibus, tamen eminet vniuerſis. Prouer. vlt. vbi ei dicitur: *Tu autem ſupergreſſa es vniuerſas.*

Benedicta ſuper mulieres. Tertia benedictio qua dicitur benedicta ſuper omnes mulieres, accipitur penes quoddam ſingulare priuilegium quod ipſa habet reſpectu omnium mulierum, ſcilicet virginum, viduarum, & coniugatarum, quia quicquid boni fuit in eis, ipſa habuit: quicquid vero mali ipſa vitauit. In virginitate enim eſt vnum bonum, ſcilicet integritas carnis, & vnum malum, ſcilicet ſterilitas prolis. Similiter in viduitate eſt vnum bonum, ſcilicet libertas animi: & vnum malum, ſcilicet ſolitudo conſortij. Similiter in coniugio eſt vnum bonum, ſcilicet iucunditas prolis, & vnum malum, ſcilicet corruptio carnis. Beata autem Maria fuit virgo ſine ſterilitate, vidua ſine ſolitudine, & coniugata ſine corruptione. Vel fuit benedicta ſuper omnes mulieres, ſcilicet ſuper virgines prioritate, quia prima virginitatem ſeruauit, & puritatem, quia poſt Deum maiorem puritatem habuit & fœcunditatem: quia virgo & mater extitit. Fuit quoque benedicta ſuper viduas, quia fuit in orationibus feruentiſſima, in operibus pietatis magis aſſidua, & in caſtitate magis pura. Fuit autem benedicta ſuper coniugatas, quia in ea fuit proles dignior, fides integrior, & ſacramentum, id eſt, habitatio indiuiſibilior. Sed de iſtis benedictionibus diffuſius, & clarius dicemus infra in hac eadem parte.

Aliter ad hunc accepta hac triplex benedictio. Aliter quoque poteſt accipi iſta triplex benedictio, quia dicitur benedicta inter mulieres, in mulieribus, & ſuper mulieres. Prima enim mulier ſuperbiuit vſque ad Deum, id eſt, vſque ad diuinitatis appetitum, contra Deum, id eſt contra DEI præceptum: & ſupra DEVM, in hoc ſcilicet quod noluit id quod DEVS voluit eam velle: & ideo voluntatem ſuam ſupra DEI voluntatem poſuit; & quia ſic ſuperbiuit, ideo maledicta fuit. Beata autem Maria humiliauit ſe vſque ad mulieres per conformitatem, quia tanquam vna illarum ſe eis conformabat, ſicut patet in ſui purificatione, & ideo benedicta fuit inter mulieres. humiliauit etiam ſe propter mulieres .i. propter earum ſalutem. Nam quod Eua ſuperbiendo abſtulit, Mariæ humilitas mulieribus reſtituit, & ideo fuit benedicta in mulieribus. humiliauit etiam ſe inter mulieres quando ſe ancillam appellauit, & ideo benedicta fuit ſuper omnes mulieres. quia *qui ſe humiliat exaltabitur*, Luc. 18.

De benedictione etiam eius in mulieribus dicit Bernard. vbi ſupra. *Benedicta tu in mulieribus, quæ generalem mulierum euaſiſti maledictionem, vt nec ſterilis maneas, nec cum dolore pareas. Concipies quippe ſine culpa grauida eris, ſed non grauata, paries ſed non cum triſtitia neſcies virum, ſed gignes filium. illius eris mater cuius Deus eſt pater. paternæ charitatis erit corona tuæ caſtitatis. Sapientia paterni cordis erit fructus veteri virginalis Deum denique paries, & de cælo concipies.* De benedictione inter mulieres dicit Petrus Rauen. ſuper *Miſſus eſt*: *Vere benedicta inter mulieres, quæ cælo fuit maior, terra fortior, & orbe latior Deum namque quem mundus non capit, ſola cepit, portauit eum qui portat orbem, ſuum que genuit genitorem, & nutriuit omnium viuentium nutritorem.*

De benedictione ſuper omnes mulieres dicit Hierony. in ſermone de aſſumptione:

Benedicta inquit, in mulieribus, *id eſt plus benedicta quam omnes mulieres, quia quicquid maledictionis per Euam diffuſum eſt, totum Mariæ benedictio abſtulit: inſuper gratiam refudit*. idem in alio ſermone ait: *Eua obfuit, Maria profuit: Eua luxit, Maria illuxit. Cadat improperium Euæ: quia loti ſumus vulnere ſuper partum virginis Mariæ*. Vel dicitur fuiſſe benedicta ſuper omnes mulieres, quia olim triplici maledictioni mulieres erant ſubditæ. ſcilicet opprobrij, quoad non concipientes. Vnde dixit Rachael cum peperiſſet, Gen 30. *Abſtulit Dominus opprobrium meum*. Peccati quoad concipientes, iuxta illud Pſal. 50. *Ecce .n. in iniquitatibus conceptus ſum*. Et ſupplicij quoad parientes. Geneſ. 3. *In dolore pariet filios tuos*. Sola igitur Maria ſuper omnes mulieres eſt benedicta: cuius virginitati additur fœcunditas, & fœcunditati in conceptu ſanctitas, & ſanctitati in partu iucunditas.

Quadruplex ratio benedictionis. Omnia autem ſupradicta confirmat Albert. in loco præallegato c. 200. inter alia di. quod quadruplex eſt ratio benedictionis. Dicitur enim benedictio, quandoque maledictionis euacuatio. iuxta illud Pſalm. 84. *Benedixiſti Domine terram tuam. auertiſti captiuitatem Iacob* &c.

Secundo dicitur fœcundationis ampliatio: iuxta illud Geneſ 1. *Benedixit eis di. Creſcite & multiplicamini, & replete terram*.

Tertio dicitur ſingularis gratiæ collatio. iuxta illud: *Benedixit Dominus Abraham*. Geneſ. 22.

Quarto dicitur congratulantium collaudatio. Vnde Matth. 21. dicebat populus Chriſto: *Benedictus qui venit in nomine Domini*. Et ſecundum omnem modum iſtum, & rationem fuit benedictiſſima virgo in mulieribus benedicta. Primo namque fuit benedicta euacuatione maledictionis mulierum: de quibus in præcedenti ſermone tractauimus probando quod omne væ mulierum ablatum fuit à glorioſa virgine. Inter alias autem maledictiones eſt ſterilitas. Nam vt ait Ambroſ. *Pudor eſt fœminis, nuptiarum præmia non habere* id eſt filios, Ideo opprobrium videtur fœminis non habere prolem, quibus hæc eſt cauſa nubendi. di. c. 1. 32. q. 2 propter quod vt habetur 1. Reg. 1. Fœmina exprobrabat Annæ eo quod ſterilis eſſet: quia ſterilitas lege damnabatur. Ab hac autem maledictione fuit beata virgo libera: quæ virginitatem ſterilem in mundo nobilitauit, & exaltauit: ac in ſe dedicauit Deo, & conſecrauit vt rem excellentem, & gratiſſimam Deo, & Angelis: quia replet paradiſum beatis. c. nuptiæ. 32. q. 1. & ſic non ſolum euacuata eſt hæc mulierum maledictione. immo eatum maledictionem in benedictionem mutauit. Euacuata quoque fuit maledictione illa, de qua inquit Hierony. ſuper Matth. & habetur in c. cōnubia. 32. q. 2. vbi ait: *Connubia legitima carent quidem peccato: non tamen tempore illo quo coniugales actus geruntur præſentia ſpiritus ſancti datur: etſi propheta eſſe videatur qui officium generationis exſequitur*. hæc ille. & hoc eſt propter libidinem, & delectationem inordinatam à qua ſecundum philoſophum ratio abſorbetur. Hæc enim maledictio non fuit in virgine beatiſſima quæ ſine carnali concupiſcentia generauit. Vnde ſuper illud Luc. 1. *Benedicta tu in mulieribus*, ait glo. *qui ſine exemplo muliebris conditionis virgo, & mater, Deum genuiſti*. In quibus verbis tangitur euacuatio prædictarum duarum maledictionum. Secunda benedictio dicitur fœcunditatis ampliatio, ſeu ſuperexaltatio. Nulla enim mulier vnquam fuit, vel erit ſic excellentiſſime fœcunda ſicut B. V. quæ virgo immaculata permanens Deum, & hominem concepit, & peperit creatorem, & redemptorem ſeculi: ac reconciliatorē & reformatorem pacis inter Deum & hominem. Et hoc eſt quod Eccleſia canit di. *Virga Ieſſe floruit: virgo Deum & hominem genuit, pacem Deus reddidit in ſe reconcilians ima ſummis*. *Benedicta fœcunditate.*

Benedicta ergo inter omnes mulieres fuit hæc mulier: quæ diuinam maieſtatem diuini vteri ſui carne veſtiuit. Quod in figura præmonſtratum fuerat Ionæ 2. vbi dicitur: quod rex Niniue deſcendit de ſolio & indutus eſt ſacco, & placandam iram Dei contra Niniuem. Dei enim filius rex regū: deſcēdit de cæleſti ſolio: & in vtero virginali indutus eſt ſacco noſtræ mortalitatis: in quo erat theſaurus ſanguinis ſui, cuius precio periturum mundum reconciliauit patri. Tertia benedictio dicitur ſingularis gratiæ collationis. Vnde pro maiori declaratione dictorum in principio huius partis, eſt ſciendum quod triplex bonum reperitur à Deo collatum coniugatis: viduis, & virginibus, mulieribus ſcilicet bonum, melius, & optimum: De quibus Beda in quodam ſermone ait: *Bona eſt caſtitas coniugalis, melior continentia vidualis, ſed optima eſt integritas virginalis*. Quæ omnia excellentiſſime fuerunt in virgine benedicta. *Tripliciter bonum collatum virginibus.*

Digitized by Google

ſta. In qua fuit vt ſup. dictum eſt, virginitas, coniugalitas, viduitas, & quicquid perfectionis reperitur in eis. In virginitate enim eſt triplex bonum ſcilicet, carnis incorruptio, nulli viro ſubiectio: & angelica conuerſatio. De primo dicitur: Sapien. 6 *Carnis incorruptio facit proximum Deo.* Et ratio eſt, quia vt ait Gregor. in quadam homil. *Tanto vnuſquiſque à ſuperno amore diſiungitur, quanto inferius delectatur.* Et ſic per contrarium tanto magis vnuſquiſque Deo approximatur & coniungitur, quanto magis delectationibus terrenis abſtrahitur. vnde quia per virginitatem abſtrahitur homo à maximis delectationibus: ideo magis approximatur, & coniungitur Deo, & hac de cauſa Sibyllæ & ſi gentiles, propter virginitatem creduntur recepiſſe ſpiritum prophetiæ. Sed beata virgo Maria in hoc omnes virgines exceſſit: quæ ab omni motu, & cogitatione turpi incorrupta fuit, & in puritate angelos ſuperauit. Secundum bonum virginum eſt: quia nulli viro ſubijciuntur ſicut coniugatæ. De quibus Auguſt. 32. q. 5. in c. doluit, inquit: quòd Dominus ſtatuit coniugatas eſſe quaſi famulas virorum, ſcilicet in diſpoſitione domus, & familiæ. Virgines namque ab huiuſmodi ſeruitute ſunt liberæ. 1. ad Corinth. ſeptimo.

Beata autem virgo licet coniugata, non fuit ſubdita viro, ſed eius Domina vt patuit ſupra, ſermone præcedenti. Vnde Ioſeph erat, ſicut ille maritus, qui vxorem ſuam appellabat dominam ſuam ſanctiſſimam. ff. de annu. liticia. § qui marco. & alias allegatur. l. qui marco. Item erat ſicut ille qui ſuam vxorem appellabat Dominam ſuam reuerendiſſimam, vt in authent. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. hoc omnino col. 2. Tertium bonum virginitatis eſt Angelica conuerſatio. *Omne enim ſimile appetit ſuum ſimile.* Eccleſiaſt. decimotertio. *Et omnia ſimilia coniunguntur.* 2. phyſ. & 8. ethi.

Cum ergo vt ait Hieronymus ad Euſtochium. Angelis ſit cognata virginitas, ideo Angeli cum virginibus delectantur conuerſari; Vnde angelus apparens Iohanni virgini, oſtendit ei illa mirabilia: quæ ſcripſit in Apocalypſi: & Gabriel Danieli caſtiſſimo duplicem aduentum ſaluatoris manifeſtauit. Sed nulla vnquam pura creatura maiorem habuit virginitatis puritatem, nec ſimilem beatæ virgini, ergo ipſa habuit maximam angelorum conuerſationem. Rectè igitur ei dicitur, *Benedicta tu in mulieribus.* ſ. virginibus.

In coniugatis etiam triplex reperitur bonum. ſcilicet fides, proles, & ſacramentum, vt ait Auguſtinus in lib. de nuptijs, & theol. in 4. diſtinct. 30. Fides quidem, vt alter alteri ſeruet fidelitatem: non commiſcendo ſe ſolum cum altera perſona. Sed beata virgo non ſolum cum altera ſe non commiſcuit, ſed nec etiam cum viro ſuo Ioſeph. Vnde vt ait Auguſtinus in lib. de nuptijs: *Tanto eius coniugium fuit ſanctius, quanto caſtius.* Bonum autem prolis ſequitur ex coniugio, & propter hoc eſt inſtitutum matrimonium. Hoc autem bonum fuit in beata virgine, quæ ſuper omnes coniugatas, vt ait Sedulius poeta, *Gaudia matris habens cum virginitatis honore. Nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem.*

Proles enim aliarum coniugatarum eſt pura creatura, & peccatrix: ſed proles virginis fuit Deus, & homo ſanctiſſimus. Tertium bonum coniugij eſt ſacramentum de quo Apoſtolus ad Epheſ. quinto inquit: *Hoc autem dico magnum ſacramentum in Chriſto & Eccleſia.* Significat enim coniunctionem Chriſti cum Eccleſia, id eſt, cum bonis fidelibus per dilectionem, & hoc quoad conſenſum mutuum voluntatis expreſſum per verba. Quo autem ad coniunctionem corporum per copulam, ſignificat coniunctionem Dei cum noſtra humanitate in vna perſona & ſic indiſſolubilis eſt talis coniunctio. Nunquam enim ſeparata eſt deitas ab humanitate, poſtquam eam ſibi vniuit. Hinc eſt quod matrimonium conſummatum per copulam nunquam diſſolui poteſt, vt correſpondeat ſignum ſignato. Hoc autem ſacramentum impletum eſt in vtero virginali, in quo facta eſt talis vnio, & ideo permaxime bonum iſtud coniugatorum reperitur in virgine.

In viduis autem reperitur triplex bonum, ſcilicet libertas contemplationis. Vnde de Anna propheteiſſa vidua dicitur Lucæ ſecundo. quod templum frequentabat ſeruiens Deo in orationibus die ac nocte. Secundum bonum eſt, carnis maceratio. Nam vt ait Apoſtolus 1. Timoth. 5. Vidua in delicijs viuens mortua eſt. Vnde & ſancta Iudith vidua ieiunijs inſiſtebat continuis. vt habetur libri ſui cap. octauo. Tertium eſt exercitium in operibus pietatis, & miſericordiæ. vt o

ſtendit Apoſtolus in præallegato c. Vnde & vidua illa Sareptana Heliam cibo neceſſaria pauit, vt habetur tertio, Regum decimo ſeptimo.

Hæc autem omnia ſine comparatione fuerunt in beata virgine Maria nam ieiunia non ſolum in lege mandata ſeruabat, ſed etiam vt ait Ambroſius in libr. de virginibus alia addebat, totaque dedita erat orationi, & contemplationi, Chriſtumque mendicum, & pauperem de ſua paupertate nutriebat. Vltra autem has gratias bonis mulieribus communes, habuit aliam ſingularem, quia omnium mulierum immo & virorum mater,& domina effecta eſt, cum eum genuerit,quia omnia creauit, & omnes redemit. Recte ergo illi dicitur: *Benedicta tu in mulieribus*, ſcilicet quoad ſpecialem gratiam ſuper omnes.

Quarta benedictio, dicitur congratulatio laudantium. De qua in cantico trium puerorũ, qui orabant in camino ignis, dicitur Daniel. tertio. *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.* Hæc autem benedictio eſt triplex in beata virgine ſuper omnes mulieres. Licet enim aliqui mulieres fuerint collaudatæ de virtutibus ſuis, & benedictæ ab hominibus, vt Iudith,& aliquæ aliæ, nulla tamen eatenus,vt Maria. Collaudata enim fuit benedicta virgo ab Angelis, vt patet ex præcedentibus cum ei dixit Angelus Gabriel: *Benedicta tu in mulieribus*,& merito,quia genuit Angelorum reſtauratorem,& conciuium ſuorum redemptorem. Reſtaurauit namque filius ſuus reddendo per æquipollentiam deperditum, ac multiplicando numerum,& augmentando ſuperadditum, ſcilicet quartam hierarchiam. Vnde ipſe eſt glorioſus ſuper omnem hierarchiam cum matre ſua aſſumpta in cælum, de quo gaudentes Angeli laudantes benedicunt Dominum, vt canit Eccleſia, Homines quoq; laudeuerunt beatam virginem per Eliz beth dicentes Luc. ſecundo. *Benedicta tu in mulieribus*. Et rationem huius benedictionis aſſignat Auguſtinus in quodam ſermone di. *Quæ vitam viris,& mulieribus peperiſti.* Laudata quoque fuit, & continue laudatur ab omnibus corporalibus rebus. quia eam immutauit cauſaliter innouando, quia filius eius eſt ille, qui inquit Apocalyp. vigeſimoprimo, & Eſaiæ, ſexageſimo quinto, *Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam &c.*

Item omnia corporalia nobilitauit per filium ſuum: cuius corpus aliquo modo cum omnibus corporibus cõuenit,& excedit,& ideo iſtis de cauſis benedicta eſt non ſolũ in mulieribus, ſed etiã ab omnibus mulieribus, & vniuerſis creaturis benedicitur, Vnde ſicut de Domino dicimus: *Benedicit omnia opera Domini Domino.* Ita de ipſa dicere poſſumus: Benedicite omnia opera Dominæ omnium.

Albertus vero ſuper *Miſſus eſt* cap. 201. dicit quòd iſtam benedictionem virginis comprehendere in ſe omnem aliam benedictionem, facile eſt videre ſingula diſcurrenti. Nos vero in hoc ſermone ſolum duas benedictiones explicabimus cauſa breuitatis, alijs in ſequenti ſermone dimiſſis. Prædictus autem doctor in capit. ſequenti inquit: *Prima benedictio eſt illa, qua benedixit Deus diei ſeptimæ in qua requieuit ab omni opere, quod patrarat Geneſ. primo. Eſt autem iſta benedictio operum conſummatio. & æternæ requiei præfiguratio. In beatiſſima virgine fuit perfectæ operum conſummatio, quia omnia creata in vno homine vniuntur cum creatore, & primum fit vltimum, & vltimum primum. Nõ enim eſt perfectio motus niſi in circulo. In ea etiam fuit non ſolum futuræ requiei ſignũ ſed etiam cauſa Si ergo dies ſeptima eſt benedicta propter ſabbatum dici, & tamen excelſior eſt ſabbatiſmus recreationis, quàm creationis ergo & maior benedictio: in omnibus enim requiem quæſiuit Eccleſiaſt. vigeſimo quarto, & in ipſa ſola inuenit, in qua inuenit omnia quæcunque quæſiuit, vnde & in tabernaculo eius requieuit vt in præallegatio. cap. dicitur.*

Hæc eſt enim vera Sion quam elegit DOMINVS in habitationem ſibi: ibi requies ſua in ſeculum ſeculi: ibi habitabit quoniam elegit eam. Pſalm. 131. Ex quibus apparet, quomodo beata virgo habuit ſeptimæ diei benedictionem. Sequitur quoque idem doctor in cap. 203. di. *Secunda benedictio qua benedixit Deus fuit illa quam dedit Adæ, & Euæ. di. Creſcite & multiplicamini & replete terram, & ſubijcite eam & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram: Geneſ. ſecundo. Hæc autem benedictio tria compl'ectitur in ſe, ſcilicet naturæ fæcundationem, terræ ſubiectionem, & animalium dominationem. Fæcunditas eſt duplex, ſcilicet carnalis & ſpiritualis. Beatiſſima autem virgo vtramque habuit in ſummo, vt patet ex præcedentibus. Vnde de ipſa dicitur Quoniam omnium bonorum mater eſt.* *Similiter bened. Adæ & Euæ.*

Sapien-

Digitized by Google

Sapien. ſeptimo. habuit etiam terræ ſubiectionem in ſummo. Tertiam namque corporis ſui præ omnibus habuit ſibi ſubiectam & in omnibus rationi parentem vt ſupra declaratum eſt in præcedenti ſermone. Dominationem quoque habuit, & ſubiectionem omnium animalium. Nam dominatur piſcibus maris, id eſt, dæmonibus in amaritudine inferni conſtitutis. Dominatur etiam volatilibus cæli, id eſt, eleuatis Angelis, & volantibus in cælum & ad altitudinem contemplationis Dei. Dominatur etiam per miſericordiam vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram, id eſt, omnibus hominibus in mobili vita conſtitutis. Et ſic beatiſſima virgo habuit benedictionem primorum parentum.

Benedictio Iacob.

Sequitur idem doctor ſequenti capit. di. *Iſaac benedixit Iacob. Geneſ. vigeſimoſeptimo di. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ; abundantiam frumenti, vini & olei & ſeruiant tibi populi: & adorent te tribus; eſto Dominus fratrum tuorum & incuruentur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi ſit ille maledictus: & qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur.*

Hæc quoque benedictio in tribus conſiſtit ſcilicet in abundantia neceſſariorum, vt ibi, *det tibi Deus* &c. In dignitate honorum, ibi, *Eſto Dominus fratrum tuorum*: & in admonitione incommodorum, ibi, *Qui maledixerit tibi* &c. Item per rorem cœli intelligitur gratia contemplationis, & per pinguedinem terræ gratia actionis, & ex his fit frumentum fidei, & vinum ſpei ac oleum charitatis. Sed conſtat quod beatiſſima virgo hæc omnia habuit in ſummo, ſcilicet contemplationem, actionem, fidem, ſpem & charitatem. ergo principium huius benedictionis. Iacob habuit in ſummo. Secundo in hac benedictione eſt dignitas honorum quæ intelligitur per hoc quod dicitur: *ſeruiant tibi populi, & adorent te tribus: Eſto Dominus fratrum tuorum: & incuruentur ante te filij matris tuæ.* Populi enim ſunt gẽtiles ad fidẽ cõuerſi: tribus Iudæi fratres ſui ſunt Chriſtiani, filij matris ſuæ ſunt Angeli. Omnes enim iſti ô benigniſſima virgo ſeruiunt tibi in Eccleſia militante: adorant te hyperdulia in Eccleſia triumphante, & incuruantur ante te: quia vbique & omnibus dominaris cum germina tibi pietate Tertium quod fuit in hac benedictione eſt incommodorum amotio, & laudis communicatio quod intelligitur per hoc quod dicit: *Qui maledixerit tibi*, ſcilicet, corde, ore, vel opere, *maledictionibus repleatur*, ſcilicet præſentis vitæ & futuræ. *& qui benedixerit tibi: benedictionibus repleatur*, ſcilicet in hac vita, & futura. Iſtam autem benedictionem habuit in ſummo beatiſſima virgo, quæ nunquam aliquod incommodum habuit quo caruiſſe ſecundum rationem voluerit: immo omne incommodum ſuum ſibi commodum fuit. Qui autem ipſam corde, ore, vel opere maledixerit, æternam maledictionem hæreditabit. Qui vero ipſam corde, ore, vel opere benedixerit, benedictionem gratiæ diuinæ in præſenti obtinebit: & gloriæ in futuro ipſa dicente Eccleſiaſt. vigeſimoquarto. *Qui me elucidant vitam æternam habebunt.* Ad quam nos perducat omnipotens Dei filius meritis ſuæ benedictiſſimæ matris. Amen.

DE

Digitized by Google

DE EIVSDEM BEATISSIMAE VIRGINIS ANNVNCIATIONE.

SERMO NONVS.

IN QVO OSTENDITVR B. V. CONſecutam fuiſſe alias benedictiones in ſcriptura contentas: idque confirmatur ex declaratione benedictionum Balaam, datarum populo Iſrael.

C*Vm deſcenderet ros: deſcendebat pariter & manna.* Nume. 11. Tempore veris quando philomela cantat, ros tunc incipit deſcendere, & campi germinare: quia imber abijt. Spiritualiter donec mundus fuit in hyeme peccati propter peccatum primorum parentum priuatus fuit rore. id eſt gratia ſpiritus ſancti. Vnde Aggæi. 1. dicitur: *Prohibiti ſunt cæli ne darent rorem.* Sed canente philomela i. Gebriele archangelo illud dulce carmen; *Aue gratia plena:* deſcendit ros de cælo. ſ. filius Dei in vterum virginis: & cū eo dulcedo benedictionis. & gratiæ: ceſſauitque gelu amaritudinis. & doloris. Hoc autem figuratum fuerat Iudicum 6. vbi legitur Dominum dediſſe ſignum Gedeoni quod liberarentur filij Iſrael de manu Madian, per hunc modum, ſcilicet quod ipſe Gedeon vellus in area poneret, & ibi tantum ros deſcenderet, & non in aliqua parte terræ: quod & factum eſt, & ſic poſtmodum percuſſo Madian: quieuit Iſrael multo tempore. Spiritualiter autē illud fuit ſignum quod genus humanum petebat à Domino Deo. Vnde Pſal 85. inquit Dauid: *Fac mecum ſignum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur:* Dominus vero dedit ſignum de rore cœli, quod deſcenderet in virginem Mariam. vnde Eſa 7. dicitur: *Propterea ipſe Dominus dabit vobis ſignum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium* &c. Quod ſignum cognoſcens Dauid, ait Pſal. 71. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.* Nam ipſa virgo beata fuit vellus quo cæleſtis agnus coopertus eſt. Ipſa igitur ſola fuit in qua ros deſcendit: cui canit Eccleſia: *Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam neſcio: quia quem cæli capere non poterant tuo gremio contuliſti.* Vnde Bern. ſuper *Miſſus eſt* exclamat di. *O venter capacior cælis, diffuſior terris, latior elementis, qui illum continere valuit, qui tribus digitis molem terræ appendit,* hæc ille. In hoc autem ſigno benedicto percuſſus eſt Madian, id eſt, diabolus, & liberati ſunt filij Iſrael, id eſt, fideles Chriſti, & longa, id eſt æterna requies data eſt illis in gloria cum Angelis Dei. Ideo Bernard. beatæ virgini vbi ſup. inquit: *Ex hoc beatam te dicunt omnes generationes, quia omnibus generationibus vitam, & gloriam inueniſti. In te enim angeli lætitiam iuſti gratiam, peccatores veniam meruerunt in æternum. Merito igitur in te reſpiciunt oculi totius creaturæ, quia in te & propter te, & de te benigna manus omnipotentis Dei quicquid creauit recreauit:* hæc ille. De qua benigna virgine duas in hoc ſermone conſiderationes faciemus.

Prima dicetur conſecutionis.

Secunda vero confirmationis.

PARS PRIMA HVIVS SERmonis: Quod beata virgo conſecuta ſit omnes alias benedictiones in ſcriptura contentas.

BEata virgo, vt etiam ſupra diximus ſermone præcedenti: conſecuta eſt omnes alias benedictiones quæ in ſacra ſcriptura reperiuntur. Inter alias recepit benedictionem omnium duodecim patriarcharum, quam dedit ſingulis eorum Iacob pater ipſorum, vt habetur Geneſ. 49. Sed quamuis omnes dicantur benedictiones: quædam tamen illarū ſunt magis propheticæ vel maledictiones: quibus omiſſis illas ſolum quæ vere ſunt benedictiones qualiter cōprehendantur ſub benedictone benedictæ V. Mariæ declarabimus. Dicit autem Alber. ſuper *miſſus eſt* c. 205. quòd cum filij Iacob diuerſas ſignificent virtutes. Iudas ſignificat charitatem. Et ideo in perſona Iudæ. 17. ibi ponuntur proprietates de charitate. Vnde dicitur ei ſic: *Iuda laudabunt te fratres tui manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum: adorabunt te filij patris tui. catulus leonis Iuda ad prædam aſcendiſti fili mi requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leæna quis ſuſcitabit eum? Nō auferetur ſceptrum de Iuda: nec dux de ſemo-*

Decem & ſeptem proprietates charitatis ſignificatæ in perſona Iudæ, cum benedicebatur à Patre.

Digitized by Google

de ſermone eius donec veniat qui mittendus eſt. & ipſe erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum ſuum & ad vitem, ô fili mi aſinam ſuam. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. pulchriores ſunt oculi eius vino & dentes eius lacte candidiores. Prima ergo proprietas eſt quòd charitas eſt digniſſima omnium virtutum. iuxta illud 1. Cor. 13 Maior horum eſt charitas. Primæ quoque Cor. 12. dicitur quòd eſt via excellentior. Quod etiam habetur de pœ. di. 2. ca. charitas. Et hoc intelligitur per hoc quod dicitur: *Iuda laudabunt te fratres tui.* Secunda eſt quòd ipſa eſt expugnatrix peccatorum. iuxta illud 1. Petr. 4 *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Tranſſumptiue in c. multæ 1. q. 1. & 23. q. 4. ipſa pietas. & 2. q. 7. c. quemadmodum & de pœni. di. 3. c. intantum. & extra de bap. c. maiores. Et idem habetur Prouerb. 10. & Iacob. vltimo. Et hoc intelligitur per hoc quod dicitur: *Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum.* Tertia eſt. quòd dat virtutibus eſſentiam virtutum. Et hoc intelligitur cum dicitur: *Adorabunt te filij patris tui.* Quarta eſt quòd armatrix eſt arduorum: Et hoc intelligitur cum dicitur: *Catulus leonis Iuda.* Quinta eſt quòd expoliatrix eſt dæmonum. Et hoc intelligitur cum dicitur: *Ad prædam aſcendiſti fili mi.* Sexta eſt quod victrix eſt paſſionum: & hoc intelligitur cum dicitur: *Requieſcens.* Septima eſt quòd superatrix eſt tentationum, & hoc intelligitur cum dicitur: *Accubuiſti vt leo.* Octaua eſt quòd facit pro dilecto animam ponere, & hoc intelligitur cum dicitur: *leæna.* Nona eſt, quòd nihil poteſt eam à dilecto ſeparare, quia inſeparabiliter eſt vnita Deo. de pœ. diſt. 2. c. charitas. Et ideo dicebat Paulus Rom. 8. *Quis nos ſeparabit à charitate Dei.* & hoc intelligitur cum dicitur *Quis ſuſcitabit eum.* Decima eſt quòd facit in æternum regnare. 1. Cor. 13. *Charitas nunquam excidit.* Tranſſumptiue in ca. charitas nunquam de pœ. diſt. 2. & hoc intelligitur cum dicitur: *Non auferetur ſceptrum de Iuda.* Vndecima eſt quòd facit filios Deo generare, quod intelligitur per hoc quod dicitur, *& dux de femore eius.* Duodecima eſt quòd facit Chriſtum de cœlo deſcendere: & hoc intelligitur, cum dicitur, *donec veniat qui mittendus eſt.* Tredecima eſt quod vnit membra Eccleſiæ in ſe. ex qua totum corpus eſt connexum, & compactum. & hoc intelligitur cum dicitur: *ligans ad vineam pullum ſuum.* Decimaquarta eſt quod vnit & ligat membra cum capite: & hoc eſt quod dicitur: & ligans ad vitem ô fili mi aſinam ſuam. Decimaquinta eſt quòd facit Chriſtum ſuo ſanguine nos lauare: iuxta illud Apocal. 1. *Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo,* & hoc intelligitur cum dicitur: *Lauit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ, pallium ſuum.* Decimaſexta eſt quòd fecit eum per doctrinam vocare, iuxta illud Io. vlt.: *Simon Iohannis diligis me? paſce oues meas.* & hoc intelligitur, cum dicitur: *pulchriores ſunt oculi eius vino.* Decimaſeptima eſt quòd fecit Chriſtum nos ſibi per ſacramenta incorporare: & hoc eſt quod dicitur: *Dentes eius lacte candidiores.* & ſic in vniuerſo ſunt decem & ſeptem proprietates charitatis, ſcilicet quod eſt digniſſima virtutum, expugnatrix peccatorum, dans virtutibus eſſe virtutũ: armatrix arduorum: ſpoliatrix dæmonum: victrix paſſionum: triumphatrix tentationum: facit animam pro dilecto ponere, & nunquam ab eo ſeparari, id eſt, in æternum regnare: filios Dei generare, Chriſtum de cælo deſcendere, vnire membra cum capite, ſanguine Chriſti lauare, per doctrinam vocare, per ſacramenta incorporare, quod intelligitur per hoc quod dicitur: *Dentes eius lacte candidiores.* Per lac enim intelligitur manſuetudo ſacramentorum de carne Chriſti, & paſſione fluentium. Iſtæ ergo ſunt proprietates charitatis in quibus conſiſtit benedictio Iudæ. Sed ad nobiliorem ſubſtantiam ſequuntur nobiliores proprietates, ergo quicunque habet charitatem in ſummo, habet & has proprietates in ſummo: & per conſequens benedictiones Iudæ in ſummo Sed beatiſſima omnium dominarum domina habuit charitatem in ſummo, ergo, & has proprietates habuit in ſummo.

De benedictione quoque Zabulon inquit idẽ doctor. cap. ſequenti, quod Zabulon interpretatur zelus animarum ſecundum magiſtrum Richar. de ſancto Victore qui ait: *Iſte eſt Zabulon qui iraſcendo iram Dei placare conſueuit, qui pie ſæuiendo dum hominum vitia percutit, quaſi non parcendo melius parcit. Abſque dubio nihil ſic placet Deo: nihil ſic placat Deum, quam zelus animarum. Debet autem Zabulon non ſolum delinquentes corrigere, ſed etiam tempore perſecutionis contra perſequentes defendere, & promptior eſſe ad mala ferenda quam inferenda. Et qua habet neceſſe quandoque pro culpa eorum iraſci: amplius debet dolere cum cogitur eos pro culpa percutere, quam cum cogitur pro eorum defenſione puniri. Libenter ergo ſe occurrentibus periculis obijcit. & contra ſæuientium procellas tempeſtatum ſe ſponte opponit, vt tempeſtatibus diu fatigatos, & tandem littoribus ereptos blande excipiat, & benigne foueat. Et quoniam ſcimus fieri vexationem animarum, quandoque per occultam ſuggeſtionem dæmonum, & quandoque per apertam perſecutionem hominum, vtrumque nouit Zabulon compre-*

hendere, & caute detegere, vigilatque contra ſæuitiam perſequentium, & contra fraudulentiam inſidiantium. Neſcio autem ſi poteſt homo à Deo in hac vita aliquid maius accipere. Ignoro ſi cui poſſit hac gratia maiorem aliquam Deus homini conferre, quam vt eius miniſterio peruerſi homines in melius mutentur & de filijs diaboli filij Dei efficiantur. An forte cuiquam maius eſſe videbitur mortuos ſuſcitare. Ergo ne maius erit ſuſcitaſſe carnem mortuam iterum morituram quam animam in æternum victuram ergo ne maius erit reſtituiſſe carni gaudia mundi, quam animæ gaudia cæli. O qualis dos, qualis dignitas, talem gratiam à Deo accipere! Non decuit cæleſtem ſponſum ſponſæ ſuæ aliam dotem donare, quam vt per adoptionis gratiam poſſit multos filios gignere Deo & filios iræ filiosque gehennæ regni cæleſtis heredes aſcribere. hæc ille. Ex quibus vt ait Albert. vbi ſupra, intelligitur quòd per Zabulon zelus animarum ſignificatur, qui habet decem proprietates. Prima quod odit peccatum. Et ideo zelo iuſtitiæ iuſti peccatoribus indignantur. c. vera. 45 di. Secunda quod maxime placat Deum. Tertia quòd non parcendo plus parcit. Quarta quod nihil plus placet Deo. Quinta quòd promptior eſt ad mala ferenda quam inferenda. Sexta quòd blande recipit pœnitentem. Septima quòd vigilat contra perſecutores, & manifeſtas inſidias. Octaua quòd homo non poteſt maius donũ accipere. Nona eſt quod eſt dos, quã cæleſtis ſpõſus dat ſponſæ ſuæ. Decima quòd filios Dei generat. ſ. quando eſt diſcretus ſicut eſſe debet. c. non in perpetuum 24. q. 3. Indiſcretus enim nec correctionem inducit nec ſalutem. c. cum beatus. 45. diſt. Iſtæ ergo ſunt proprietates zeli, in quibus conſiſtit benedictio Zabulon. Sed ad nobiliorem ſubſtantiam ſequuntur nobiliores proprietates. Ergo quicunque habet zelum animarum in ſummo, habet has proprietates in ſummo, & per conſequens benedictionem Zabulon in ſummo. Sed beatiſſima virgo habuit zelum animarum in ſummo, ergo benedictionẽ in ſummo.

Zelus animarum per Zabulon ſignificatus, habet decẽ proprietates

De benedictione quoque Iſachar dicit idem doctor cap. 207. quòd fuit in beata virgine. Dicitur enim Gen 49. Iſachar aſinus fortis accubans inter terminos, vidit terram quòd eſſet bona, & requiem quòd eſſet optima, & ſuppoſuit humerũ ſuum ad portandum, factuſque eſt tribus ſeruiẽs, vbi glo. inquit: *Recte poſt natiuitatem Gad & Aſer Lia talem filium genuit: quia niſi per abſtinentiam, & patientiam mens humana ad verum gaudium non pertinget.* Oportet enim non ſolum delectationem falſam, ſed & vana conturbatione excludere, & vult de veritate gaudere. Et iſte filius Iſachar. id eſt merces dicitur, quia illud gaudium verum tãquam mercedem omnium laborum expectamus. Scimus autem quòd mare ſemper fluctuat, terra autem in æternum ſtat, ſic & cetera elementa ſemper in motu ſunt: & ſola terra ſtante cetera ſtare neſciunt. Et ſcimus quia omnis quæ per varia deſideria fluctuat, quem adhuc ſecularium cauſarum procella exagitat, ad illud æternum gaudium non admittitur, & illo torrente voluptatis non potatur, quantò minus inebriatur. Hæc eſt terra illa bona, tranquillitas mentis quando mens in ſe tota colligitur, & in vno æternitatis deſiderio immobiliter figuratur. Hæc eſt terra quam promiſit Dominus dicens, *Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Pro hac terra Iſachar aſinus factus, & fortis effectus libenter ſupponit humerum ad portandum, & factus eſt tributis ſeruiens. Multum enim ſibi ſubito viluerat, qui ſe aſinum animal pene cæteris vilius reputabat. Multum concupiuit terram quam vidit, pro qua ad omnem laborem fortis perdurauit. Viderat nihilominus quòd ſane ad pulchritudinem illius terræ omnes pulchritudines iuſtitiæ noſtræ ſunt, vt pannus mẽſtruatæ. Viderat nihilominus quòd non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. In vno ergo ſibi vilis, in altero fortis effectus, de vno humiliatus, & de altero roboratus: fortitudinis ſuæ humerum ad omnẽ laborem libenter inclinauit, & in acquirendo diuina non ſua, vero regi tributum perſoluit. Vnde Pſalm. 72. *Vt iumentum factus ſum apud te.* Item *Propter te mortificamur tota die.* Quia vero huius vitæ bona ad neceſſitatẽ non reſpuebat, hanc terram penitus non deſerebat. Quia vero futuram vitam adhuc capere non poterat; inter terminos habitabat. nam iſtam tolerabat ad neceſſitatem, & illã concupiuit ad iucunditatem ſatagebat iſtã penitus deſerere, & in illam penitus intrare. Fecit ergo quod potuit, quotidie in illam nitebatur, & in iſta manere cogebatur, & ſic inter terminos morabatur hæc glo.

Ex quibus concludit Albertus ſic dicens: *Ex his concluditur quòd per Iſachar gaudium internum interpretatur, cuius in his verbis decem proprietates exprimuntur. Prima eſt quod falſam delectationem excludit: ſecunda quod vanam perturbationem elidit: tertia quod eſt merces laborum: quarta quod mentem ſtabilit, iuxta illud Statij. in Achilleidos:* dant gaudia vires. *Quinta quod animum roborat. Vnde Hugo de ſancto Victore, in diaſcali 2. ait:* Lætitia animus reparatur, *ſexta quod hominem humiliat: ſeptima quod*

Gaudium internum per Iſachar ſignificatum, decem habet proprietates expreſſas in eius benedictione.

Digitized by Google

quòd animum eleuat: octaua quod terram, ſcilicet viuentium reſpicit: nona quòd requiem ſentit; decima quòd gloriam Deo aſcribit & reddit, Iſtæ ergo proprietates ſunt interni gaudij, in quibus conſiſtit benedictio Iſachar. Sed beatiſſima virgo habuit gaudium in ſummo ergo & proprietas eius in ſummo; ergo & benedictionem Iſachar in ſummo. hæc ille.

Benedictione Dan & eius nomine ſignificatur reſtrictio cogitationum inutilium.

Qui etiam in capitulo ſequenti inquit: *Sequitur benedictio Dan. de quo dicitur, Dan iudicabit populum ſuum, ſicut & alia tribus in Iſrael.* Glo. vero ait: *Per officium Dan illecebroſas cogitationes comprehendimus, arguimus, & damnamus. Recte enim Dan iudicium vocatus eſt. Ex quibus,* ait Albertus: *colligitur reſtrictio cogitationum inutilium.* iuxta illud Hieronym. ad Euſtochium di. *Nolo ſinas cogitationes malas intrare animam tuam: ſed dum paruulus eſt hoſtis eum allide ad petram* &c. Iſtam autem reſtrictionem beata virgo in ſummo habuit, quæ taliter omnes cogitationes ordinata habuit, quòd nullus vel paruus motus illicitus contra eam exurgere potuit. & ſic benedictionem Dan habuit.

De benedictione etiam Gad dicit cap. 209. *Sequitur benedictio Gad. Gad accinctus præliabitur ante eum: & ipſe Gad accingetur retrorſum.* Vbi glo. inquit: *Quia ad Dan pertinet diſciplina ſenſuum, vnius eſt ſedare ciuilem diſcordiam; alius repellere hoſtilem pugnam hic vigilat contra ciuilem proditionem. ille contra hoſtium incurſionem. Fruſtra autem in obſeruando ciuium concordiam laborat, niſi eodem ſtudio Gad ciuitatem noſtram per ſenſuum diſciplinam muniat, & hoſtilium vitiorum agmina inſtante prælio acriter feriat. Vnde dicitur,* Gad accinctus præliabitur ante eum *Gad proculdubio tunc ſic accingitur quando ſenſuum diſſolutiones per diſciplinam reſtringit. Tunc fortiter dimicat, quando carnalia deſideria per carnis mortificationem trucidat,* hæc glo. Ad quæ hortatur philoſophus 3. Ethic. cap. vndecimo dicens. *Quemadmodum puerum oportet ſecundum præceptum pædagogi viuere, ſic concupiſcibile conſonari rationi* &c. Et 2. Pol. capite quarto. iterum dicit: *Magis oportet concupiſcentias regulare quam ſubſtantias* Et Ouidius in epiſtolis inquit: *Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas* Ex prædicta autem benedictione dicit Albertus colligi, quòd per Gad diſciplina ſenſuum intelligitur, cuius ſunt tres proprietates. Prima quòd ciuitatem mentis cuſtodit. Secunda quod hoſtilem pugnam repellit. Tertia quòd hoſtes per abſtinentiam diuertit. Has autem proprietates in ſummo habuit beata virgo, quæ ciuitatem ſui cordis taliter cuſtodiuit, quòd nunquam aliquis hoſtium ipſam impugnare attentauit. ergo benedictionem Gad in ſummo habuit.

Per Gad. intelligitur Diſciplina ſenſuū, quæ habet tres proprietates.

Idem quoque Albertus in ſequenti ca. dicit: Sequitur benedictio Neptalim, de quo dicitur: Neptalim ceruus emiſſus dans eloquia pulchritudinis. Vbi glo. ait: Sicut ad Dan pertinet per repræſentationem pœnæ reprimere exurgentia intra vitia: ſic ad Neptalim pertinet per conſolationem præmiorum inflammare bona deſideria. Quia vero quicquid ſcriptum reperit, ad ſpiritualem intelligentiam conuertit, conuerſionis nomen accepit. Sed notandum quòd non aui volanti, ſed ceruo currenti comparatur. Nam auis quidem volando longe à terra ſuſpenditur: Ceruus autem ad dandos ſaltus terræ vicinatur: ſed nec in ipſis ſuis ſaltibus ſeparatur à terra. Sic nimirum Neptalim, dum per rerum viſibilium formam, quærit inuiſibilium naturam, quoſdam ſaltus dare; non autem ad plenum volare conſueuit, quia in eo quòd ſe ad ſumma erigit, rerum corporalium ſecum vmbram trahens, ima omnino non deſerit. Sic nouit Neptalim carnalia ſpiritualibus miſcere: & per corporalia incorporalia deſcribere, vt vtraque hominis natura in eius dictis inueniat, vt ſe mirabiliter reficiat, qui ex corporea, & incorporea natura conſtat. Illud autem in huiuſmodi dictis valde mirabile eſt, quòd tunc fere ſemper blandiuntur, quando iuxta ſenſum litteræ nihil ſonare videntur. quale eſt illud: *Capilli tui ſicut greges caprarum.* & illud: *Naſus tuus ſicut turris Libani*, & ſimilia; niſi forte in huiuſmodi dictis hoc quod tam libenter amplectimur, ex iucunda quadam, vt ita dicam litteræ fatuitate, ad ſpiritualem intelligentiam conſurgere coarctamur. Hæc glo.

Benedictio Neptalim expon.

Ex quibus dicit Albertus vbi ſupra colligi. quòd per Neptalim intelligitur contemplatio inuiſibilium, per viſibilia cum doctrina. Ad quam contemplationem Deus hominem creauit, & ideo dedit ei oculos erectos ad cœlum iuxta illud Ouidij. in primo Metamor.

Per Neptalim ſignificatur contemplatio inuiſibilium per viſibilia.

Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cœlumque videre
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

De hoc etiam inquit Bernardus Siluester, in microcoſmo: *Bruta patenter habent tardos animalia ſenſus, Cornua deiectis vultibus ora ferunt. Sed maieſtatem mentis teſtante figura, Tollit homo erectum ſolus ad aſtra caput Vt cœli leges in deflexoſque meatus Exemplar vitæ poſſit habere ſuæ.*

pta, diuiſa in decem partes.

partes ipſam integrantes. Prima eſt Dei filiatio Secunda diuina imitatio,& hæ intelliguntur per filium bis poſitum. Tertia eſt augmentum ſapientiæ. Quarta augmentum gratiæ: & iſtæ duæ intelliguntur per *accreſcens* bis poſitum. Quinta eſt bona fama quantum ad ſeipſum, & hoc intelligitur per illud, quòd dicitur *decorus.* Sexta eſt ædificatio per exemplum, & hoc intelligitur per illud quod dicitur, *filiæ diſcurrerunt ſuper murum.* Septima eſt patientia ab opere, & hæc intelligitur per illud quod dicitur, *ſed exaſperauerunt eum.* Octaua eſt patientia ab ore, & hæc intelligitur per illud quod dicitur: *& iurgati ſunt.* Nona eſt patientia cordis, iniuriç: & hoc eſt quod dicitur: *Inuiderunt ei habentes iacula.* Decima eſt liberatio à malo culpæ; & hoc eſt quod dicitur: *ſedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt iacula.* Vndecima eſt temporalis origo, & hoc eſt quod dicitur: *Inde egreſſus eſt paſtor.* Duodecima eſt tentationis ſuperatio, & hoc eſt, quod dicitur: *Deus patris tui erit adiutor tuus*; Decimatertia eſt collatio boni gloriæ; & hoc eſt quod dicitur: *benedictionibus cæli deſuper.* Decimaquarta eſt collatio boni gratiæ, & hoc eſt quod dicitur: *benedictionibus abyſſi iacentis deorſum.* Decimaquinta eſt collatio boni naturæ. & hoc eſt quod dicitur: *benedictionibus vberum, & vulua.* Decima ſexta eſt collatio boni hæreditarij. & hoc eſt, quod dicitur: *benedictiones patris tui confortatæ ſunt de benedictionibus patrum eius, donec veniret deſiderium collium æternorum.* Decimaſeptima eſt bonitatis in alios hæreditatio, & hoc eſt quod dicitur: *In capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos.* in his autem integratur benedictio Ioſeph. Sed conſtat, ꝙ hæc omnia fuerunt in beatiſſima virgine in ſummo, quæ fuit ſumma filia Dei, & perfectiſſima eius imitatrix, habens plenitudinem ſapientiæ, gratiæ, famæ, exempli, patientiæ, immunitatis culpæ temporalis, origo Chriſti: plena etiam bono gloriæ, gratiæ, & naturæ, quæ omnium progenitorum virtutes cum excellentia habuit: & ſuam gratiæ plenitudinem ad omnes tranſmiſit. Et ſic patet qualiter benedictio Ioſeph in beatiſſimæ virginis benedictione incluſa ſit. hæc ille. Benedictio autem Beniamin hæc fuit: *Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia.* Dicit vero Albertus vbi ſupra. cap. 213. quod *hæc benedictio in tribus conſiſtit. Primum eſt perditorum omnium ereptio à culpa. Secundum de ereptione congratulatio in gratia. Tertium in futuro omnium & ſingulorum gloriatio in gloria. Et hæc in beatiſſima virgine fuerunt in ſummo, quæ ſummam in ereptione habuit victoriam ſummamque de ereptis in præſenti lætitiam, & ſummam in futuro gloriam, & ſic ſua benedictio benedictionem Beniamin includit. Si autem ſecundum tropologicum ſenſum per Ioſeph intelligitur gratia diſcretionis in actione: Per Beniamin vero gratia cogitationis, in contemplatione: Conſtat quoque quod hæc in ſummo habuit beata virgo, & ſic omnes benedictiones filiorum Iacob in benedictione dominæ noſtræ cum excellentia ſunt incluſa.* hæc ille.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis; in qua confirmatur prædicta veritas ex benedictionibus Balaam.

PRAEdicta veritas, ſcilicet omnes ſacræ ſcripturæ benedictiones fuiſſe in Maria virgine benedicta: confirmatur declarando benedictiones Balaam datas populo Iſrael. Quarum prima habetur Num. vigeſimotertio, vbi ait: *De ſummis ſilicibus videbo eum, & de collibus conſiderabo illum, populus ſolus, qui habitat, & inter gentes non reputabitur. Quis dinumerare poſſit puluerem Iacob, & noſſe numerum ſtirpis Iſrael. Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia.* hæc ibi.

Quæ benedictio ſecundum Albertum, vbi ſupra. cap. 224. *habet quinque particulares benedictiones. Prima eſt conuerſationis altitudo: & hæc eſt duplex, vel imitatione angelorum; & hoc eſt quod dicit:* De ſummis ſilicibus videbo eum: *vel imitatione ſanctorum & perfectorum hominum, & hoc eſt quod dicit:* de collibus conſiderabo illum. *Secunda benedictio eſt à malis ſeparatio: & hæc dupliciter, vel à communione dæmonum, & hoc eſt quod dicit:* populus ſolus qui habitat: *vel à conſortio malorum hominum, & hoc eſt quod dicit:* inter gentes non reputabitur. *Tertia benedictio eſt in ſe perfectio: & hæc dupliciter vel in actione & hoc eſt quod dicit* Iacob: *vel in contemplatione, & hoc intelligitur per Iſrael. Quarta eſt ſeminis multiplicatio, & hæc dupliciter, vel eſt multiplicatio ſpiritus: & hoc eſt quod dicit,* numerum ſtirpis Iſrael. *vel ſecundum carnem, & hoc eſt quod dicit,* puluerem Iacob. *Quinta benedictio eſt finis beatitudo, & hæc dupliciter, ſcilicet bona mors: & hoc eſt quod dicit:* moriatur anima mea morte iuſtorum: *& benedictio poſt mortem, & hoc eſt quod dicit:* fiant nouiſſima mea horum ſimilia. *Et ſic*

hec benedictio prima etiã fuit ſubdiuiſionibus decem habet benedictiones. Quarum primam beatiſsima virgo habuit, in ſummo, cuius conuerſatio ſumme angelica fuit, & in virtutum deiformitate, & in virginitatis dignitate. In carne enim præter carnem viuere, non eſt humana vita ſed angelica Secundam habuit ſimiliter in ſummo: quæ omnes pios patrum mores oſtendit in ſe, ſed exceſsit eoſdem: Vnde & in altiſsimis habitat hominum, & angelorum Tertiam etiam habuit in ſummo. Summa enim humilitas quæ in ipſa fuit; cum ſuperbia diaboli nihil commune habuit. Item ab errore, vel peccatis gentilium immuniſsima fuit: & ſic quartam benedictionem habuit. Quintam etiam in ſummo habuit: quia ſola perfectam contemplationem habuit in vita Sextam quoque quia qualibet actione liberi arbitrij meruit. Septimam etiam habuit, quia fæcunditatem carnis ſimul cum integritate poſsidens, Deum & hominem genuit: in quo omnes homines in filios ſpiritualiter regenerauit. & ſic etiam octauam benedictionem habuit. Nonam ſimiliter habuit, quæ morte glorioſa, & ſine dolore, & cum amore mortua fuit. Decimam etiam habuit, quæ glorioſiſsimè in anima, & corpore reſurrexit. Et ſic patet qualiter benedictiones primo datas omnes virgo glorioſa cum excellentia recepit. hæc Alber.

Secunda benedictio Balaam principalis habetur etiam Numer vigeſimotertio, vbi dicitur: *Non eſt idolum in Iacob, nec videtur ſimulachrum in Iſrael, Dominus Deus eius cum eo eſt: & clangor victoriæ regis in illo. Deus eduxit eum de Aegypto, cuius fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis. Non eſt augurium in Iacob, nec diuinatio in Iſrael. Temporibus ſuis dicetur Iacob, & Iſrael quid operatus ſit Deus. Ecce populus vt leæna conſurget, & quaſi leo erigetur Non accubabit, donec deuoret prædam, & occiſorum ſanguinem bibat* Hæc ibi.

Quæ benedictio ſecundum Albertum vbi ſupra cap. ſequenti ſimiliter continet decem particulares benedictiones. Prima eſt immunitas peccatorum corporalium, & eſt quod dicit: *Non eſt idolum in Iacob.* vel immunitas peccatorum ſpiritualium, & hoc eſt quod dicit: *nec videtur ſimulacrum in Iſrael.* Secunda eſt diuinum auxilium; & hoc eſt quod dicit: *Dominus Deus eius cum eo.* Tertia eſt admonitio prædicatorum, & hoc eſt quod dicit; *clangor victoriæ in illo eſt.* Quarta eſt de mundo eductio, & hoc eſt quod dicit: *Dominus Deus eduxit eum de Aegypto.* Quinta eſt in regno confirmatio, & roboratio, & hoc eſt quod dicit: *cuius fortitudo ſimilis eſt Rhinocerotis.* Sexta eſt humanæ ſapientiæ euacuatio, & hæc eſt duplex, vel quantum ad animalem intellectum; & hoc eſt quod dicit: *Non eſt augurium in Iacob*, vel quantum ad carnalem effectum; & hoc eſt quod dicit: *neque diuinatio in Iſrael.* Septima eſt diuinæ ſapientiæ repletio. & hæc iterum eſt duplex, vel quantum ad temporalia: & hoc eſt quod dicit: *Temporibus ſuis dicentur Iacob*, vel quantum ad ſpiritualia, & hoc eſt quod dicit, *& Iſrael quid operatus ſit Deus* Octaua eſt confidentia in fide, & hoc eſt quod dicit: *Ecce populus vt leæna.* Nona eſt exultatio in ſpe, & hoc eſt quod dicit: *quaſi leo erigetur.* Decima eſt refectio in charitate: & hoc eſt quod dicit: *Non accubabit donec deuoret prædam.*

Sunt autem iſtæ benedictiones cum ſuis ſubdiuiſionibus tredecim, quas omnes benedicta virgo excellentiſſime recepit. Primam enim & ſecundam in ſummo habuit, quæ nec venialiter vnquam peccauit. Tertiam etiam habuit in eo, quod gratia plena fuit. Quartã habuit; quia omniũ perfectiſſime doctrix fuit in opere. Quintã habuit; quia de mundo ſegregatiſſima fuit. Sextam habuit, quia in regni ſolio iuxta regem gloriæ, ipſa in reginam miſericordiæ ſublimata fuit. Septimam habuit; quia animalem ſenſum omnino euacuauit. Octauam habuit: quia ſuper omnes fidei eminentiam eminebat. Nonam habuit, quia carnalem affectum nullum habuit, in qua etiam fomes peccati extinctus fuit; Decimam habuit, quia diuina ſapientia plena fuit, quæ ipſam ſapientiam generauit. Vndecimam, duodecimam, & tertiamdecimam habuit in ſummo. quæ fide, ſpe, & charitate omnes anteceſſit. Et ſic patet qualiter ſecunda principalis benedictio Balaam in benedictione benedictiſſimæ virginis, cum omni excellentia comprehenſa ſit. Hæc Albertus.

Expon. Tertia benedictio Balaam. Num. 24. quæ continet 9. benedictiones.

Tertia vero benedictio principalis ipſius Balaam habetur Numer. vigeſimoquarto: vbi ait: *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael, vt valles nemoroſæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Deus quaſi cedri prope aquas, fluet aqua de ſitula eius, & ſemen illius erit in aquas multas. Tolletur propter Agag rex eius, & auferetur ſceptrum illius. Deuorabunt gentes hoſtes illius, oſſaque eorum confringent, & perforabunt ſagittis. Accubans dormiuit vt leo, & quaſi leæna quam ſuſcitare nullus audebit Qui benedixerit tibi, erit & ipſe benedictus, & qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur.* hæc ibi.

Dicit autem Albertus vbi ſupra cap. 216. quod in hac

Digitized by Google

in hac benedictione nouem benedictiones ſunt comprahenſæ. Prima eſt multiplicatio Eccleſiaſticarum actionum, Et hoc intelligitur per illud quod dicit: *Quam pulchra tabernacula tua!* Secunda eſt pulchritudo religionum, & hoc eſt quod dicit: *tentoria tua Iſrael.* Tertia eſt ordo, & inſtitutio prædicatorum, & hoc eſt quod dicit: *Fluet aqua de ſitula eius.* Quarta eſt regni Iudaici tranſlatio, & hoc eſt quod dicitur: *Tolletur propter Agag rex eius* Quinta eſt regni gentium eccleſiæ ſubiectio. Et hoc eſt quod dicit: *Deuorabunt gẽtes hoſtes illius.* Sexta eſt dæmonum confractio. & hoc eſt quod dicit, *oſſaq; eorum confringent* Septima eſt antichriſti interfectio, & hoc eſt quod dicit: *perforabunt ſagittis* Octaua eſt à ſomno mortis reſurrectio, & hoc eſt quod dicit: *Accubans, dormiuit vt leo.* Nona eſt bonorum & malorum remuneratio, & hoc eſt quod ait: *Qui benedixerit* &c. Qualiter autem iſta tertia principalis benedictio cum ſuis particulis conueniat beatiſſimæ virgini, facile eſt declarare. Ipſa enim fuit vt ſupra, ſæpius dictum eſt ſummæ actionis, contemplationis, & doctrinæ: & in ſuo partu abſtulit regnum Iudæorum, quæ regem genuit chriſtianorum, & per conſequens deſtruxit regnum gentium, & dæmonum, & antichriſti, quem filij ſui ore interficiet, ſecundum ſententiam Pauli ſecundo ad Theſſalon. ſecundo. & omnes bonos & malos remunerabit, quæ remuneratorum omnium generauit, & ipſum nobis in præmium donauit. hæc Albertus.

Quarta benedictio Balaam Num. 24. declaratur quæ continet 7. par.

Quarta benedictio principalis Balaam, quæ non tam dicitur benedictio, quã benedictionis cauſa, habetur etiam Numer. vigeſimoquarto, vbi ait: Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael & percutietur duces Moab, vaſtabitque omnes filios Seth, Et erit Idumæa poſſeſſio eius, hæreditas Seir cedet inimicis ſuis. Iſrael vero fortiter aget. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. Hæc ibi. Hæc autem benedictio ſecundum Albertum vbi ſup. cap. ſequenti. diuiditur in ſeptem partes. Prima eſt benedictiſſimæ virginis generatio. Secunda filij Dei ex ipſa incarnatio. Tertia vitiorum deſtructio. Quarta hominum liberatio. Quinta bonorum confirmatio. Sexta bonorum dominatio. Septima malorum damnatio. Prima intelligitur per hoc quod dicitur: Orietur ſtella ex Iacob. Secunda ex hoc quod dicitur: & conſurget virga de Iſrael. Tertia ex hoc quod dicitur: & percutiet duces Moab. Quarta per hoc quod dicitur: & erit Idumæa poſſeſſio eius. Quinta per hoc quod dicitur: Iſrael vero fortiter aget. Sexta per hoc quod dicitur: de Iacob erit qui dominetur Septima per hoc quod dicitur: & perdat reliquias ciuitatis. Patet ergo qualiter hæ quoque partes omnes benedictionis huius vltimæ procedunt, & dependent à benedictione beatiſſimæ virginis, quæ eſt radix, cauſa omnium benedictionum. Quicquid enim eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa omnium ſequentium cauſatorum. Vnde cum beatiſſima virgo fuerit cauſa generationis corporalis filij Dei. & illa ſit cauſa omnium benedictionum: patet quod in ipſa ſua benedictione aliæ omnes benedictiones cauſaliter ſunt incluſæ hæc Albertus. Et ideo non ſolum illi dicere poſſumus cum Angelo: *Benedicta tu in mulieribus*: ſed benedicta tu in omnibus creaturis, per quam creaturæ omnes ſunt à filio eius benedictæ: cui ſit honor, & perennis gloria per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

✠

DE

Octaua eſt victoria tentationum,&hoc eſt quod dicitur: *Dabit Dominus inimicos tuos*, &c. Nona eſt cũ tentatione prouentus, &hoc eſt q̃ dicitur: *per vnam viam venient* &c. Decima eſt ſpiritualis refectio,& hæc eſt duplex, ſ. de gratia contemplationis vel contritionis. Et propter hoc dicitur: *Emittet Dominus benedictionem ſuper cellaria tua.* Vel de labore ſatisfactionis. Et hoc eſt quod dicitur, *& ſuper omnia opera manuum tuarum.* Vndecima eſt cœleſtium donorum multiplicatio; Et hoc eſt quod dicitur: *Benedicet tibi in terra quam acceperis:* Vnde ibi glo. ait: *Gratia cœleſtium multiplicatio donorum.* Duodecima eſt ſanctorum aſſociatio; & hæc notatur cum dicitur: *Suſcitabit te Dominus Deus tuus ſibi in populum ſanctum.* Decimatertia eſt hoſtibus timoris incuſſio. Et propter hoc dicitur: *Videbunt omnes populi terrarum quòd nomen Domini inuocatum ſit ſuper te & timebunt te.* Decimaquarta eſt ſpiritualium, & temporalium ſucceſſio. Et propter hoc dicitur: *Abundare ſe faciet Dominus omnibus bonis.* Decimaquinta eſt in ſubditis proſperatio. Et hæc eſt triplex: Vel in religioſis. Et hæc notatur cum dicitur, *fructu vteri tui.* Vel in clericis, & hæc ſignificatur cum dicitur: *& fructu iumentorum.* Vel in laicis: & hoc eſt quod dicitur; *& fructu terræ tuæ.* Decimaſexta eſt abundantia diuinæ ſapientiæ. Et propter hoc dicitur: *Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum.* Decimaſeptima eſt doctrinæ præeminentia. Et hoc eſt quod dicitur: *vt pluuiam tribuat in tempore ſuo.* Decimaoctaua eſt bonorum operum frequentia. Et hoc eſt quod dicitur: *Benedicetque cunctis operibus manuum tuarum.* Decimanona eſt dignitatis excellentia. Et hæc eſt triplex, ſ. in dando, & non accipiendo, quia, *beatius eſt dare, quàm accipere.* Act. 20. & 16. q. 1. c. prædicator, & de cœle miſſa. c. cum marthæ. ver. fine. Et propter hoc dicitur: *Tu fœnerabis gentibus multis.* Vel in regendo, & non ſubeſſendo. Et hoc eſt quod dicitur: *Conſtituet te Dominus in caput, & non in caudam.* Vel in exaltando, & non deprimendo. Et propter hoc dicitur: *& eris ſemper ſupra, & non ſubter.* Vbi glo. ait: *Quia eris magiſter, & non diſcipulus: Dominus, & non ſeruus: prælatus, & non ſubditus.* Iſtæ autem omnes benedictiones ſecundum Albertum vbi ſupra, conueniunt beatiſſimæ virgini, vt patet ſingulas diſcurrenti, quas declarare particulariter in ipſa virgine cauſa breuitatis omitto maximè quia patent ex dictis in ſermone præcedenti. Benedictiones quoq; datæ ab ipſo Moyſe filijs Iſrael ſingulis in particulari eidem beatiſſ. V conueniunt; quæ habentur Deut. 33. vbi ait ad Ruben: *Viuat Ruben & nõ moriatur, & ſit paruus in numero.*

Bened. Moyſi datæ Ruben, expon.

Vbi tria dicuntur de Ruben. Primum quòd viuat per gratiam, quia *gratia Dei vita æterna*, ad Ro. 6. Et hoc intelligitur per illud quod dicitur, *viuat.* Secundum eſt quòd nõ moriatur per peccatum. *Anima enim quæ peccauerit ipſa morietur* Eze. 18. & 24. q. 3. c. ſi habes. Et propter hoc dicitur: *non moriatur.* Tertium eſt *quòd paruus ſit numero* i. paucos ſibi ſimiles habeat in bono. Quæ omnia excellentiſſimè fuerunt in ipſa virgine benedicta; ita quæ omnis gratia via fuit, & quæ nunquam peccauit; & nullum ſibi ſimilem in virtutibus habuit. Hæc Albert. vbi. ſup. c. 219. Qui etiam e. ſecun ti ait: *Hæc autem eſt benedictio Iudæ: Audi Domine vocem Iudæ; & ad populum ſuum introduc eum. Manus eius pugnabis pro eo & adiutor illius contra aduerſarios eius erit. In qua benedictione quatuor ponuntur. Primum precum exauditio. Secundũ ad populum introductio. Tertium eſt ſui ipſius defenſio. Quartum eſt aliorum protectio. Hæc autem omnia excellentiſſimè fuerunt in beatiſſ. V. in qua fuit exauditio in ſummo. Nam* 3 *Reg.* 2. *ipſi dictum fuit in perſona Berſabeæ.* Pete mater mea, quod vis; non enim fas eſt vt auertam faciem meam à te. *Et in perſona Heſter. ei dicitur. Heſter.* 5. c. Et ſi dimidium regni mei petieritis, impetrabis; Ipſam enim virginem filius eius nihil ei negans honorat. *Item introductio populi ei conuenit, quæ vt columba rubis populum in terram promiſſionis introducit. Item ſui ipſius defenſio in ipſa in ſummo fuit, quam hoſtis nunquam vel leuiter lædere potuit. Itẽ aliorum protectio ipſa fuit, quæ nos ab hoſte maligno protegit.* hæc Alber. Benedictio autem Leui fuit hæc: *Perfectio tua, & doctrina tua à viro ſancto tuo, quem probaſti in tentatione, & iudicaſti ad aquas contradictionis Qui dixerit patri ſuo, & matri ſuæ; neſcio vos: & fratribus ignoro vos: & neſcierunt filios ſuos: hi cuſtodierunt eloquium tuum; & pactum tuum ſeruauerunt. Iudicia tua Iacob & legem tuam Iſrael ponent thymiama in furore tuo. & holocauſtum ſuper altare tuum: benedic Domine fortitudinem eius: & opera manuum illius ſuſcipe. Percute dorſa inimicorum eius: & qui oderunt illum, non conſurgant.* Hæc ibi. In qua benedictione nouem ponuntur. Primum eſt vitæ perfectio, ibi, *perfectio tua.* Secundum eſt doctrinæ altitudo, ibi, *& doctrina tua.* Tertium eſt Chriſti eductio, ibi, *à viro ſancto tuo.* Quartum eſt omnium abnegatio; ibi: *qui dixerit patri ſuo, & matri ſuæ neſcio vos:* ſeruando exhortationem ſaluatoris Matt. 19. dicentis: *Omnis qui reliquerit patrem, aut matrem propter me, centuplum accipies, & vitam æternã poſſidebis.* Quintum eſt præceptorum, & conſiliorum impletio, ibi, *qui cuſtodiunt eloquium tuum* &c. Sextum eſt pro alijs interceſſio; ibi, *ponent thymiama in furore ſuo.* Septimum eſt de paſſione glorio-

Ben. data Iudæ c. p.

Ben. Leui in qua 9. ponuntur.

Digitized by Google

ibi, *benedic Domine fortitudinem eius.* Octauum eſt remuneratio de operibus bonis, ibi. *opera manuum eius ſuſcipe.* Nonum eſt hoſtium deſtructio: ibi, *percute dorſa inimicorum eius.* Qualiter autē in benedicta virgine hæc omnia fuerint, vt ait Alber. vbi ſupra. c. 221 eſt facile videre *Ipſa enim fuit perfectiſſima in vita; & altiſſima in doctrina quæ totam legem ſciuit. Chriſtum quoque de ſuo vtero eduxit, qui ibi quadraginta hebdomatibus, ſed diebus minus quieuit. Item omnia obnegauit, & perfectiſſimam paupertatem habuit, ac omnia præcepta ac conſilia in ſummo impleuit; & pro alijs interceſſio excellentiſſima in illa fuit: quæ omnibus dominum placuit, & adhuc pro nobis continue intercedit. Item poſt filium ſumma paſſionem habuit, & ſummam habet de paſſione glorιationem. Item quia ſummas, & nobiliſſimas actiones habuit, ſummam etiam remunerationē recepit. Item quia ſibi & omnibus nobis hoſtē vicit, à quo nūquā victa fuit: ſupremum de hoſte triumphum reportauit & ſic patet, qualiter beatiſſima virgo habuit benedictionem Leui.* hæc Albertus. Benedictio vero Beniamin hæc fuit.

In benedictione Beniamin quatuor ponuntur.

Beniamin amantiſſimus Domini habitabit confidenter in eo, quaſi in thalamo tota die commorabitur, & inter humeros illius requieſces hæc ibi. In qua benedictione ſecundum Albertum vbi ſupra. c. ſequenti quatuor ponuntur. *Primum eſt præ omnibus dilectio,* ibi. *Beniamin amantiſſimus Domini. Secundum eſt ſecura habitatio:* ibi, *habitabit confidenter. Tertium eſt, diuina inhabitatio:* ibi, *quaſi in thalamo tota die commorabitur. Quartum eſt, in operibus illius delectatio:* ibi, inter humeros illius requieſcet. *Hæc autem omnia habuit in ſummo beata virgo. quæ ſuper omnes puras creaturas dilecta eſt à Domino, & ſecuriſſima mulier in omnibus delectabit virum, & filium ſuum* hæc Albertus. Benedictio autem Ioſeph hæc fuit. *De benedictione* Domini *terra eius; de pomis cæli, & rore atque abyſſo ſubiacente, de pomis fructuum. Solis atque Lunæ, de vertice antiquorum montium; de pomis collium æternorum, & de frugibus terræ, & de plenitudine eius benedictio illius. Qui apparuit in rubo, veniet ſuper caput Ioſeph: & ſuper verticem Nazaræi inter fratres ſuos.* hæc ibi. Quæ benedictio ſecundum Alber. vbi ſupra. c. 223. in octo conſiſtit.

Benedictio Ioſeph in octo cōſiſtit.

Primum eſt diuinæ dulcedinis prægustatio: ibi, *de pomis cæli, & rore.* Ros inquantum illuminat intellectum, pomum inquantum reficit affectum. Secundum eſt in humanitate Chriſti delectatio: ibi *atque abyſſo ſubiacente.* Tertium eſt in operibus Chriſti refectio: ibi, *de pomis fructuum ſolis.* Quartum eſt de gratijs Eccleſiæ iucundatio: ibi, *& Lunæ.* Quintū eſt de gratijs & virtutibus antiquorum patrum exultatio: ibi, *de vertice antiquorum montium.* Sextū eſt modernorum perfectorum congratulatio: ibi, *de pomis æternorum collium.* Septimum eſt de gloria Eccleſiæ triumphantis exultatio: ibi, *de fructibus terræ, & de plenitudine eius benedictio illius.* Octauum eſt gloriæ Chriſti hominis participatio: ibi; *benedictio illius quæ apparuit in rubo.* Hæc autem omnia beatiſſima virgo habuit in ſummo, quæ ſummam diuinæ dulcedinis non tantum prægustationem; ſed etiam comeſtionem, & totum in ſe manna habuit: ſummam quoque in Chriſti humanitate dilectionem, & delectationē habuit, quando ludebat coram eo in orbe terrarum per ſingulos dies. Prouer. 8. Item de profectu Eccleſiæ congratulationem: quia ſummā ad ipſam habuit claritatem. Item de patrum ſanctitate exultationem, à quibus duxit originem, & quorum poſſederat perfectionem. Item de profectu modernorum congratulationem habuit. Quibus omnibus ipſa magiſtra fuit, & dux, ac exemplum, Item de Eccleſiæ triumphantis gloriæ ſumme gaudebat: vtpote illius gubernatrix, & regina. De gloria autem hominis Chriſti non partem, ſed totum habebat, cum quo vna eſt in natura, familiaris in gratia: in gloria ipſum & ſuam gloriam pluſquam ſe, & ſuam propriam dilexit, & diligit. Sic igitur conſtat manifeſte, beatiſſimam virginem omnes benedictiones Ioſeph in ſummo habuiſſe. hæc Albertus. Benedictio autem Gad hæc fuit:

Bened. Gad ſex comprehendit.

Benedictus in latitudine Gad, quaſi leo requieuit, cepitque gladium & verticem; & vidit principatum ſuum quòd in parte ſua doctor eſſet repoſitus, qui fuit cum principibus populi ſui, & fecit iuſtitias Domini & iudicium ſuum in Iſrael. hæc ibi. De qua benedictione dicit Albert. vbi ſupra. ca. ſequenti *quòd ſex comprehendit. Primum eſt regni dilatatio: ibi,* benedictus in latitudine Gad. *Secundum eſt per fortitudinem requietio: ibi* quaſi leo requieuit. *Tertium eſt hoſtium ſubiectio: ibi,* cepitque gladium. *Quartum eſt imperij adeptio: ibi,* & verticem. *Quintum eſt ſui principatus cognitio: ibi,* & vidit principatum ſuum. *Sextum eſt doctoris apud ipſum repoſitio: ibi,* quòd in parte ſua doctor eſſet repoſitus. *Hæc autē omnia in ſummo habuit beatiſſima virgo, ſcilicet primo regni dilationem, quia à ſolis ortu, & occaſu beatam ipſam dicunt omnes generationes quæ eſt regina cæli, & mundi, & angelorum atque hominum; quæ fortitudinē, & requiem atque de hoſtibus victoriam habuit in ſummo, vt iam pluries declaratum eſt ſummam imperij adeptionem habuit, ſuique principatus cognitionem habuit in ſummo, quia ſuper omnes choros angelorum & puras creaturas exaltata; diuinam operationem in ſe, & gloriam plenam cognoſcit. Item doctoris repoſitio apud ipſam fuit in ſummo, quia ille magiſtrorum optimus nouem menſibus repoſitus requieuit in vtero eius. Et*

ſic patet, qualiter beatiſſima virgo habuit benedictiones Gad in ſummo. hæc Albert. Benedictio autem Dan hæc fuit. *Dan catulus leonis fluet largiter de Baſan.* Quæ benedictio ſecundum Alber. vbi ſupra. c. 225. tria complectitur. Primum eſt humilitas: ibi, *catulus.* Secundum fortitudo: ibi, *leonis.* Tertium eſt largitas: ibi, *fluet.* Hæc autem benedictio in ipſa virgine glorioſa excellentiſſime fuit, quæ vt ſupra, in parte 4. huius operis ſermone 3. & 4. probatum eſt ſuper omnem creaturam fuit humillima, atque fortiſſima; adeo quòd vicit mundum, Deum, & diabolum. Item fuit largiſſima; nam Deo dedit mundum, homini regnum cœlorum, & ipſum Deum. Benedictio vero Neptalim hæc fuit. *Neptalim abundantia perfruetur: & plenus erit de benedictionibus Domini. mare & meridiem poſſidebit.* Dicit autem Albert. vbi ſupra. c. ſequenti. quod *benedictio iſta comprehendit quatuor.* Primum eſt abundantia donorum ſpiritualium: ibi, *abundantia perfruetur.* Secundum eſt plenitudo bonorum cæleſtium: ibi, *plenus erit benedictionibus Domini* Tertium eſt peccatorum conuerſio: ibi, *mare.* Quartum eſt iuſtorum conuerſatio: ibi, *meridiem poſſidebit.* Hæc autem omnia in ſummo fuerunt in beata virgine, quæ & gratia plena fuit: & ſuper omnes glorioſa, & peccatorum reconciliatrix, & mediatrix, ac ſaluatrix; & iuſtorum conſeruatrix. Et ſic benedictiones Neptalim habuit. hæc Alber. Benedictio autem Aſer hęc fuit. Benedictus in Iſrael Aſer; ſit placēs fratribus ſuis: tingat in oleo pedem ſuum: ferrum, & æs calceamentum eius: ſicut dies iuuentutis, ita & ſenectus tua hæc ibi. Hæc autem benedictio ſecundum Albertum vbi ſupra. cap. 226. continet ſex. Primum eſt filiorum multiplicatio: ibi, *benedictus in filijs Aſer.* Secundum eſt fratrum dilectio: ibi, *ſit placens fratribus ſuis.* Tertium eſt miſericordiæ abundantia: ibi, *tingat in oleo pedem ſuum.* Quartum eſt incorruptibilis patientia: ibi, *ferrum.* Quintum eſt ſonora doctrina: ibi, *æs calceamentum eius.* Sextum eſt in bono continuatio perſeuerantiæ: ibi, *ſicut dies iuuentutis tuæ.* Hæc autem omnia manifeſtiſſime fuiſſe in beata virgine patet ex prædictis, cū ſit omnium bonorum mater, ac plena charitate ad Deum: & dilectione ad proximum, reginaque miſericordiæ, ſummæque patientiæ, & doctrinæ; atque in bono perſeuerantiæ. hæc Albertus Poſt hæc autem poſuit Moyſes vbi ſupra, Deut. 33. benedictionem omnium ſimul dicens: Non eſt Deus alius, & Deus rectiſſimus accenſor cæli, auxiliator tuus. Magnificentia eius, diſcurrunt nubes habitaculum eius ſurſum; & ſubter brachia tua ſempiterna; eijcit à facie tua inimicum, dicetque contere; habitabit Iſrael confidenter & ſolus. Oculus Iacob in terra frumenti, & vini, cœlique caligabunt rore. Beatus es tu Iſrael; qui ſimilis tui popule qui ſaluaris? in domino ſcutum auxilij tui; & gladius gloriæ tuæ Deus tuus. negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis. hæc ibi. In hac autem benedictione ſecundum Albertum vbi ſupra. c. ſequenti. nouem continentur Primum eſt veri Dei cognitio: ibi. *Non eſt Deus alius, & Deus rectiſſimus*, Secundum ipſius Dei auxiliatio: ibi, *aſcenſor cæli auxiliator tuus.* Et hæc auxiliatio eſt quadruplex. Primo Apoſtolis ſpiritum ſanctum in terram mittendo: ibi, *Magnificentia eius diſcurrunt nubes.* Secundo pro nobis patrem interpellando: ibi, *habitaculū eius ſurſum,* vbi glo. ait: *Corpus à mortuis ſuſcitauit; & in dextera patris collocauit, & pro nobis intercedit.* Tertio gratiam præuenientem, & cooperantē porrigendo; ibi, *ſubter brachia tua ſempiterna.* Quarto hoſtem impedientem repellendo; ibi, *à facie tua inimicum.* iuxta illud Iohan. 12 *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* Tertiū principale in benedictione iſta eſt timoris mali ablatio: ibi; *habitabit Iſrael confidenter.* Quartum eſt ſaturitatis boni poſſeſſio; ibi, *ſolus oculus Iacob in terra frumenti, & vini.* Quintum eſt perfecta viſio Dei per ſpeciē; ibi, *cælique caligabunt rore.* vbi glo. ait, *pro ſubtili, ac leuiſſima Dei cognitione.* Sextū eſt ſummæ beatitudinis comprehēſio: ibi, *beatus es tu Iſrael.* Septimū eſt omnibus creaturis, prælatio, ibi, *quis ſimilis tui popule qui ſaluaris?* Octauum eſt diuina ſubuentio. Et hæc eſt duplex: ſcilicet vel nos iuuando contra malum: ibi, *in Domino ſcutum auxilij tui:* vel ad bonum operandum; ibi, *gladius gloriæ tuæ Deus tuus.* Nonum eſt hoſtium ſubiectio, & hæc etiam eſt duplex: Vna quòd nos puniendo modo, faciunt nobis coronas in futuro. Et ad hoc propoſitum exponit quædam glo illud Pſal. 128. *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores,* & notatur ibi, *negabunt te inimici tui.* vbi glo. ait, ſcilicet in præſenti vita. Alia vero, quia de eorum pœna nobis in futuro erit exultatio, ibi, tu eorum colla calcabis. Et ita intelligitur illud Pſalm. quinquageſimoſeptimo, Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam. Hæc autem omnia beatiſſima virgo poſſedit in ſummo. Ipſa enim ſuper omnem creaturam Deum cognouit; & nobiliſſimo auxilio innixa, ſcilicet ſuper filium ſuum dilectiſſimum corpore, & anima glorioſa aſcendit: & immundiſſima omnis timoris mali, ſub vmbra illius requieſcit; & torrente voluptatis eius ſuper oēs inebriata fuit; perfectiſſimāq; humanitatis, & Trinitatis

Bened. Dan tria complectitur.

Bened. Neptalim quatuor continet.

Ben. Aſer ſex cōtinet.

Benedictio omnium ſimul continet nouem.

 Chriſti

Digitized by Google

mo quia habuit bonitatem humanæ naturæ in ſummo. vnde Damaſcenus dicit, quòd aſſumpſit Dei filius primitias humanæ maſſæ i. humanitatē in ea puritate, quæ fuit in Adā in ſtatu innocētiæ & propterea dicitur Eſa. 7. quòd Emanuel partus ex virgine *butyrum & mel comedet, & ſciat reprobare malum & eligere bonum*, ſ. gratiæ. Dicitur autē comediſſe, id eſt vniſſe; ſicut quòd comeditur incorporatur, & vnitur comedēti. Butyrum, quòd eſt pinguedo lactis, id eſt innocentiam, & mel dulce i. ſapientiam. Secundum bonum quod in ſe habuit Chriſtus; eſt bonum diuinæ naturæ in ſummo; quia fuit verus Deus. Vnde Apoſto. ad Cor 2. inquit, *In quo* ſ. Chriſto *habitat plenitudo deitatis corporaliter*, & Act. 10. dicitur: *Deus erat in illo* &c. Tertium bonum eſt ex coniunctione diuinæ naturæ cum humana; & ſic omne bonum poſſedit in ſummo. De hac autem coniunctione inquit Leo Papa in quodam ſermone: *Salua igitur vtriuſque proprietate naturæ, & in vnam coeunte perſonam ſuſcipitur à maieſtate humilitas, à virtute infirmitas, & ab æternitate mortalitas, vt quod noſtris remedijs congruebat; mori poſſet ex vno, & reſurgere haberet ex altero.* Tertia ſignificatio benedictionis eſt congratulantium laudatio. De qua Raphael angelus ad Tobiam, & filium eius inquit: *Benedicite Deum cæli; & coram omnibus viuentibus confitemini illi; quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam*, & hæc eſt triplex, ſcilicet angelorum; hominum; & rerum corporalium. Angeli enim laudant & benedicunt fructum ventris Mariæ. Quia per ipſum reſtauratus eſt numerus diminutus eorum. Vnde eccleſia canit Deo patri: *Per quem*, ſ. Chriſtum *maieſtatem tuam laudant angeli; adorant dominationes; tremunt poteſtates. Cæli cælorumq; virtutes, ac beata Seraphin ſocia exultatione concelebrant.* Homines vero benedicere, & laudare debent Dominum Ieſum; quia factus eſt eorum frater: ductor, ac redemptor, in quo credentes ſaluantur; vt ait Apoſtolus Act. 4. Et ideo Mat. 21. dicitur: *Et qui præibant, & qui ſequebantur, clamabant: Oſanna filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine Domini, O ſanna in excelſis.* O ſanna autem idem, quod obſecro ſalua nos. Hi igitur qui præibant ſignificabāt patres veteris teſtamenti; qui vero ſequebantur, patres noui teſtamenti; qui omnes debēt gaudere, & congratulari de ſaluatione noſtra facta per Chriſtum. Tertio etiam alia corpora habent congratulari, & laudare modo ſuo, propter fructum ventris Mariæ, quia aliquo modo vnita ſunt cum ſuo creatore, inquantum ipſe factus eſt homo, qui participat cum omnibus corporibus; inquantum & ipſe corpus habet, & ipſe omnia de-

Qualiter omnia Chriſtum laudant.

mum renouabit, & meliorabit. Et ideo vt habetur Dan 3. Cantabant tres pueri in fornace di. *Benedicite omnia opera Domini Domino* &c. vſque in finem. Benedictus ergo eſt fructus ventris Mariæ ſecundum triplicem ſignificationem benedictionis Quantum vero ad ſuppoſitionem, benedictio iſta habet tria appellata: & pro omnibus his redditur locutio vera. Eſt enim benedictus fructus iſte triplici benedictione, ſcilicet naturæ, gratiæ, & gloriæ, & quælibet harum eſt triplex. Benedictio enim naturæ in eo fuit triplex; habuit namque corpus benedictum: animam benedictā: & deitatem benedictam. Corpus eius fuit benedictum tripliciter. Primo quoad materiam; quia ex materia incorrupta, ſcilicet ex puriſſimis ſanguinibus beatiſ. virginis fuit formatum. vnde Sap. 8. inquit diuina ſapientia: *Ad corpus incoinquinatum acceſſi.* Secundo fuit benedictum in harmonia, quia optime proportionatum cum omnimoda proportione humorum, adeo quod non incurriſſet aliquā infirmitatem, ſi diu vixiſſet: & morte violenta non fuiſſet occiſus: ſed ſenio defeciſſet, vt inquit Aug. Tertio fuit benedictum in forma, & hoc tripliciter, ſcilicet in congruentia quātitatis, in elegantia diſpoſitionis, & in venuſtate coloris; & ſic in ſtatura, in figura, ac in colore fuit pulcherrimus virginis. Cui inquit propheta Pſa. 44. *Speciosus forma præ filijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis propterea benedixit te Deus in æternum.* Habuit quoque animā benedictam iuxta illud Sap. 8. Sortitus ſum animam bonam. Fuit autem anima eius benedicta tripliciter. Primo ratione mali ab ea elongati, ſcilicet mali peccati fomitis, & ignorantiæ. Secundo ratione boni in ipſa concreati, ſcilicet intelligentiæ acutiſſimæ, memoriæ tenaciſſimæ, voluntatis ad omne bonum, ſine difficultate promptiſſimæ. habuitque omnium naturarum naturalem cognitionem: virtutum politicarum perfectionem; & ſupremam Dei dilectionem. Habuit quoque ad Deum ſummam imaginis ſimilitudinem, & ad corpus nullam contrarietatem: Vnde de Chriſto inquit propheta Pſal. 20. Deo patri: *Domine præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis:* Tertio fuit benedicta; quia habuit benedictam diuinitatem, & ſic habuit in ſe Trinitatem. Vnde de Chriſto dicere poſſumus illud quod canit Eccleſia. ſ. *Benedicta ſit ſancta Trinitas, atque indiuiſa vnitas.* Tria autem iſta ſancta in Chriſto; eſt ſancta eius caro: ſancta anima, & ſancta deitas: & in ea indiuiſa vnitas, ſcilicet in perſona, quia vna eſt perſona Deus & homo: non duæ perſonæ, nec duo ſuppoſita, ſed vnum. Habuit quoque fructus

Digitized by Google

bus; & nos omnes de plenitudine eius accepimus. Secundo tanto plenius fuit iſte odor, quod dæmones conturbauit: ideo aſſimilatur odori vitis quæ homines delectat, & bufones conturbat, vnde Eccle. 24. ipſa inquit: *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris.* Aſſimilatur etiam odori myrrhæ. Vnde ibidem ait: *& quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris* Sicut enim myrrha expellit vermes; ſic odor iſtius fructus expellit, & conturbat dęmones. Tertio tantus fuit iſtius fructus odor, quod totum mundum ſuauitate repleuit, ita vt quilibet clamet, & dicat Can. 1. *Trahe me poſt te: in odorem curremus vnguentorum tuorum*, & illud Iob. 9. dicere poteſt Chriſtus: *Dies mei tranſierunt, quaſi naues poma portantes.* Sicut enim in nauibus poſt poma remanet odor: ſic completa mortali Chriſti vita, qui per mare huius mundi nauigauit: odor ſuæ conuerſationis nobiſcum remanſit. Secundo iſte fructus eſt benedictus in ſapore.

Benedictio in ſapore.

Et primo animam noſtram delectat. vnde Can. 2. dicitur: *Fructus eius dulcis gutturi meo* Et propter Petrus in Chriſti transfiguratione, tanta iſtius fructus fuit repletus dulcedine, quod voluit ibi ſemper manere, vt habetur Mat. 17 Et de hoc prędixerat propheta, Pſal. 33. dicens: *Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus.* Et Pſalm. 30. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcōdiſti timentibus te* Secundo appetitū prouocat. Vnde Ber. ſuper *miſſus eſt* inquit: *Fructus iſte ſemel guſtatus, dulcedine ſua magis excitat appetitum, noſque inuitat ad ſe dicens: Qui edunt me, adhuc eſurient.* Tertio omnia amara dulcorat. vnde Deut. 33. dicitur: *Inundationes maris quaſi lac ſugit.* Illæ enim inundationes maris, quaſi lac ſugit qui mundanas amaritudines delectabiliter recepit. & Iudith. 5. ſcriptum eſt: *Fontes amari dulcorati ſunt eis ad bibēdum:* vnde Paulus in ſuo raptu de dulcedine iſtius fructus guſtauit: & omnia aduerſa poſtmodum gaudenter ſuſtinuit. Et ideo dicebat. 2. Cor. 12. *Gaudeo in tribulationibus meis.* Quarto omnia alia dulcia in amaritudinem, & inſipiditatem cōmutat. Vnde Iob. 27. dicitur: *Anima ſaturata.* i. Dei amore repleta, *calcabit fauum.* i. deſpiciet omnem dulcedinem mundanam, & terrenam. Tertio iſte fructus eſt benedictus in ſpecie ſiue decore. vnde Pſ. 49. ait: *Ex Sion ſpecies decoris eius.* Eius autem ſpecies primo eſt tam pulchra, & ſpecioſa, quod requirit à nobis magna purificationem, iuxta illud Mat. 5. *Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.* Secundo eſt tam gratioſa quod in ea habemus noſtram delectationem, iuxta illud 1. Pet. 1. In quem deſiderant angeli proſpicere, & Heſter. 15. Facies tua plena eſt gratiarum. Tertio eſt tam glorioſa, quod in eo habemus noſtram beatitudinem, iuxta illud Pſal. 126. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini filij merces fructus ventris. Dicitur autem Chriſtus fructus terræ virginalis, non ratione ſeminis; ſed ratione ſoli. articul. t. l. qui fecit. ff de vſuris. & in l. partum C. de rei vendi. Quarto iſte fructus eſt benedictus propter triplicem gratiæ benedictionem, quæ fuit in ipſo. Prima eſt gratia vnionis, de qua dicitur Iohan. 1. *Verbum caro factum eſt: & habitauit in nobis.* Secunda gratia influxionis: Nam ipſe eſt caput Eccleſiæ, & in illam influit ſenſum fidei rectæ; & motum operationis bonæ, iuxta illud Iohan. 1. *De plenitudine eius omnes accepimus* &c. Tertia eſt gratia immenſurationis; ipſe enim habuit gratiam ſine menſura. Iohan. 4. Iſta autem benedictio triplex ſignificata eſt. Deut 33. vbi dicitur: *Benedictus in filijs Aſer, ſit placens fratribus ſuis; tingat in oleo pedem ſuum. Ferrum, & æs calceamentum eius.* Per Aſer enim qui interpretatur benedictus, intelligitur Chriſtus, qui veram & ſempiternam habet beatitudinem, ipſe autem qui eſt caput Eccleſiæ, ad Col. 1. & de ſacra vnct. c. vnico. §. ad exhibendum, habet gratiam influxionis in membra fidelium. Et ideo eſt placens, & gratus, & hoc eſt quod dicitur: *ſit placens fratribus ſuis.* Habet enim gratiam copioſam ſine menſura. Ideo dicitur: *tingat in oleo pedem ſuum,* Cæteri enim ſancti vix tingunt in oleo ſpiritus ſancti digitum ſuum. Chriſtus autem à capite vſque ad pedes totus in oleo tinctus fuit: & ideo Eccleſia gratias agit Deo, Pſal. 22. di. *Impinguaſti in oleo caput meum,* id eſt Chriſtum. Habet etiam gratiam vnionis, & propter hoc dicitur, *ferrum, & æs calceamentum eius:* per ferrum enim quod omnia domat; intelligitur potētia Dei; per æs vero quod eſt incorruptibile: intelligitur æternitas Dei. Fuit enim iſte fructus virginalis calceatus ferro, & ære. quia inſeparabiliter fuit vnitus diuinitati, quæ habet inſuperabilem poteſtatem: & interminabilem æternitatem, cum quo benedictiſſimo Domino noſtro hic mereamur vniri per amorem, vt in futuro ſeculo illi coniungi valeamus per infinitam gloriam. Amen.

Chriſtus benedictus in ſpecie.

✠

DE

DE IESV BENEDICTO FRVCTV BEATAE VIRGINIS.

SERMO VNDECIMVS.

IN QVO EXCELLENTIAE HVius ſanctiſſimi nominis fuſe referuntur.

EGo ſum lux mundi Iohan. 8. Tẽpore noctis obſcuræ, res quæ cadit inter ſordes, vt pluries inueniri non poteſt, niſi accenſo lumine diligenter quęratur; & euertantur loca, vbi eſt perdita. Spiritualiter autem humana natura de manibus primorum parentum cecidit inter ſordes, & pulueres peccati, diabolo ſuadente; & adeo immerſa eſt, vt inde reduci non potuerit; quia non erat in ea lux gratię: ſed caligo peccati occupauerat vniuerſum mundum. Sed venit beata virgo Maria, quæ accenſo lumine diuino, quæſiuit ipſam humanam naturam perditam: & inuentam aſſociauit, & copulauit cæleſti angelorum collegio. hoc autem per figuram ſignificatum eſt Lu. 15. vbi dicitur; quod quædam mulier habens decem drachmas, cum vna earum eſſet perdita, accendit lucernam, & euertit domum, & quæſiuit diligenter, & inuenit eam: & ea inuenta conuocauit amicas, & vicinas dicens: *congratulamini mihi, quia inueni drachmam perditam*. Per decem namque drachmas denorantur nouẽ angelorum ordines, & humana natura; ex quibus conſiſtit cælorum ornatus, & pulchritudo. quia denarius numerus eſt completiſſimus. harum autem drachmarum vna, ſcilicet humana natura, de manu innocentiæ cecidit: & ſordibus eſt immerſa, & nõ erat qui eam inde poſſet eruere. Ex hoc autem erat totum vniuerſum turbatum: quia ſuo carebat decore: ſed tantæ calamitati compatiens ſanctiſſima mulier, ſcilicet virgo beata Maria impleuit ſuæ mentis lucernam oleo ſanctæ humilitatis, in quam lumen diuinæ maieſtatis deſcendit. Vnde ipſa inquit Eccleſiaſt. 24 *Ego feci in cælis, vt oriretur lumen indeficiens*, reuoluitque totam domum. quia, ſcilicet ipſam humanam naturam quaſi euertit, & mutauit, vt ipſa fieret mater; & virginitatis pudicitiam non amitteret. Releuauit igitur hanc drachmam de luto infernalium ſordium: & angelorum conſortio adiunxit. Quo facto vocauit amicas, & vicinas, id eſt animas ſaluandorum dicens illud Prouerb. 8. *Venite ad me omnes qui concupiſcitis me: & à generationibus meis adimplemini*. Hæc autem omnia facta ſunt in incarnatione verbi diuini in ipſa virgine, mediante angelica ſalutatione, in qua in vtero virginali lux vera deſcendit quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Iohan. 1. Vnde ipſe ait Iohan. 12. *Ego lux in mundum veni*, quod etiã inſinuant verba thematis noſtri. De hac autem luce æterna incarnata, vnam tantum conſiderationem faciemus, quæ dicetur nominationis.

QVARE FRVCTVS VTERI virginalis nominatus ſit Ieſus, & de triginta excellentijs iſtius nominis. Conſideratio vnica.

SEcundum ſanctum Bonauenturam in euangelio Luc. & beatum Thom. in 3. parte ſummæ. q. 37. ar. 2. Fructus vteri virginalis filius Dei conuenientiſſimè appellatus eſt Ieſus in ſua circuncisione, ſicut habetur Luc. 2. vbi dicitur: *Vocatum eſt nomen eius Ieſus*: quia nomina debent proprietatibus rerum eſſe correſpondentia. §. ſed ſi quis, in aut. de conſue. & §. eſt & aliud, inſti. de dona. cum multis ſimilibus, hoc autem nomen conuenit proprietati verbi incarnati: quia Ieſus ſaluator interpretatur. c. 1. de immu. Eccle. lib. 6. Ipſe vero filius Dei incarnatus eſt, vt mundum ſaluaret, vt dicitur Iohan. 3. De hoc igitur ſacratiſſimo nomine loqui aliquid volentes; poſſumus quaſi innumeras eius excellentias demonſtrare, quarum triginta ſolummodo cauſa breuitatis explicabimus. Prima autem dicitur prædeſtinationis. Ab æterno enim hoc nomen prædeſtinatum & prænominatum fuit. vnde Eſa. ſexageſimotertio dicitur: *Domine à ſeculo nomen tuum*. & propheta Dauid Pſalm. 71. inquit:

Prima excellentia nominis Ieſu eſt prædeſtinationis.

Sit

Sit nomen eius benedictum in ſecula, ante ſolem permanet nomen eius, In libro etenim æternæ prædeſtinationis quem ſcripſit Deus, de quo habetur Exod. 32. qui dicitur liber vitæ: in quo ſunt ſcripti omnes electi, vt habetur Dan. 12. De quo etiam facit mentionem ſaluator Luc. 10. dicens apoſtolis: Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis, ſcriptum eſt in principio hoc nomē mellifluum Ieſus. Vnde ipſe ait Pſal. 39. In capite libri ſcriptum eſt de me. De hac etiam æterna nominis Ieſu prædeſtinatione, & prænominatione inquit Propheta ipſi filio Dei Eſa. 62. Vocabitur tibi nomen, quod os Domini nominauit: & eris corona gloriæ, & diadema regni in manu Dei.

2. Excel. præfigurationis. Secunda excellentia dicitur præfigurationis. Iſtud enim nomen præfiguratum fuit in veteri teſtamento. Triplicem enim Ieſum legimus in Iudæa fuiſſe. Primus fuit Ieſus Naue, qui fuit Ioſue: & hic dicitur ſaluaſſe populum Iſrael, quia introduxit eum in terram promiſſionis, quam etiam ei diuiſit: vt habetur Ioſue. 13. & 18. capi. Et fuit figura Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui introduxit omnes electos in gloriam ſempiternam. Secundus fuit Ieſus filius Ioſadech: qui fuit ſacerdos ſanctiſſimus qui reędificauit templum, de quo Zach. 3. dicitur: Oſtendit mihi Dominus ſacerdotem magnum Ieſum. Iſte igitur figurauit ſimiliter Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: qui fuit ſacerdos, & obtulit ſeipſum patri in ſacrificium, atque templum gratiæ, & veritatis ædificauit. Tertius fuit Ieſus filius Sirach: qui fuit propheta & doctor ſapientiſſimus: atque renouauit ſapientiam de corde ſuo vt dicitur Eccle. 1. & iſte ſimili modo figurauit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū, qui fuit propheta magnus in opere, & ſermone: & ſapientiam noui teſtamenti ſuo ſancto ſpiritu innouauit.

3. Prophetationis. Tertia excellentia huius digniſſimi nominis, dicitur prophetationis. De illo enim prophetæ per multa tempora ante incarnationē ipſius filij Dei pronunciauerunt. Vnde Abacuc ſui libri, c. 3. dicebat: Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo. Ieſu meo. Et 3. Eſdre 7. dicit Deus pater: Et erit poſt annos hos, morietur filius meus Ieſus, & conuertetur ſeculum.

4. Annunciationis. Quarta excellentia dicitur annunciationis. Fuit enim hoc nomen mirificum per angelum annūciatum benedictæ virgini, dum ei dixit Luc. 1. Paries filium & vocabis nomē eius Ieſum.

5. Reuel. Quinta excellentia dicitur reuelationis, vt enim habetur Matth. 1. hoc nomen magnificum à Deo per angelum reuelatum fuit Ioſeph ſponſo beatæ V.

6. Saluationis. Sexta excellentia dicitur ſaluationis: quilibet enim deuotus huius ſanctiſſimi nominis, ſalutem conſequetur æternam. Vnde vt habetur Matth. 1. Angelus apparens Ioſeph in ſomnis, & ei præcipiens, vt filium ex virgine naſciturum appellari faceret Ieſum, aſſignauit rationem di. *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum* & Act. 4. dixit Petrus: Non eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus in quo oporteat ſaluos fieri credentes, & Pſ. 15. inquit David Saluabit eos propter nomen ſuum. Ipſe ergo filius Dei rectiſſime Ieſu id eſt, ſaluator, dictus eſt, à ſaluando. ca. decet. de immu. Eccle. lib. 6. vbi Archi. quia eſt ille qui ait Eſai. 43. Non eſt abſque me ſaluator, & Oſeæ 13. Saluator non eſt præter me. Qui incarnari deſiderabat, Eſaiæ c. 45. Aperiatur terra & germinet ſaluatorem. Ille eſt de quo Zach. 9. dicitur: Ecce rex tuus venit tibi iuſtus, & ſaluator. Nomē enim Ieſu ſaluatoris eſt nomen regale. Vnde Pilatus ſcripſit ſuper eius crucem: Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. vt habetur Ioh. 19. Ipſe inquam eſt ille de quo dixerunt angeli paſtoribus Luc. 2. Annuncio vobis gaudium magnum, quia natus eſt hodie vobis ſaluator. De quo etiam dicebat apoſtolus ad Phil. 3. Saluatorem expectamus Dominum Ieſum & c. De quo ſimiliter inquit Ioh. ſuæ primæ canonicę. 4 c. Pater miſit filium ſuum ſaluatorem mundi. De quo etiam dicitur Luc. 19. *Filius hominis venit ſaluum facere quod perierat* Et 1. ad Timo. 1 *Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum, vt peccatores ſaluos faceret.* De hoc quoque prædictū fuerat Iob 30 vbi dicitur: Et ſi corruerit: ipſe ſaluabit.

7. Remiſſionis. Septima excellentia huius nominis, dicitur remiſſionis. Vnde ſciendum eſt, quod antiquitus in veteri teſtamēto erat terribile nomen Dei, ita quod inquit Eſaias propheta ſui libri. c. 30. *Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius & grauis ad portandum*: ſed hæc Dei terribilitas tēperata eſt in fonte miſericordiæ, & pietatis: id eſt in vtero virginali per Ieſum Chriſtum Dominū noſtrum. In tantum autem hoc precioſum nomē Ieſu, diuinam iram contra peccatores mitigat: & tantum à cęleſti patre veneratur, quod nullum eſt adeo graue peccatum, quod ab eo, ſi per hoc nomen venia deuote poſtuletur; non protinus remittatur. Vnde Act. 10. dicebat Petrus: *Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eū.* Et 1. Ioh. 2. ait apoſtolus: Scribo vobis filioli mei: quia vobis remittuntur peccata veſtra propter nomen eius. Ea propter inquit ſanctus Bernardinus in quadrageſimali ſuo, de religione chriſtiana, ſermone 49. Sicut grauiter æſtuanti, & longo ſitis ardore ſuccenſo, fons frigidus ſalubris, & gratus efficitur: ſic mentibus iniquitate depreſſis: no-

men Ieſu culpæ grauedinem, & peccati merorem expellit. Dicitur enim Act. 22. Ablue peccata tua, inuocato nomine Ieſu. vnde pſal. 24. dicebat: Propter nomē tuū Domine propitiaberis peccato meo: multum eſt enim. Hæc ille. Ex quibus colligi poteſt, quod quicunque etiam ſceleratiſſimus in vltimo fine vitæ conſtitutus, non valens aliter de peccatis ſuis pœnitentiam agere, niſi per cordis contritionem: tunc ſi vere inuocat corde hoc nomen Ieſu, remiſſionem conſequitur ſuorum peccatorum. Scriptum eſt enim Iohel. 2. & ad Roman. 10. *Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit:* tranſſumptiue in ca. adhuc inſtant, de pœ. d. 3. Ideo pſal. dicebat pſal. 78. *Propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum*. Magnam enim miſericordiam facit Deus, & humaniſſime iudicat, & punit peccata eorum qui fuerunt amatores nominis ſui. Vnde idē propheta Pſal. 118. inquit: Aſpice in me, & miſerere mei: ſecundum iudicium diligentium nomen tuum. Octaua excellentia

8. Iuſtific.

dicitur iuſtificationis, & hæc ſequitur poſt præcedentem, de qua inquit apoſtolus. 1. ad Cor. 6. di. *ſed abluti eſtis: & ſanctificati, & iuſtificati in nomine Domini Ieſu Chriſti*. Nona excellentia dicitur receptionis. i. ſpiritus ſancti, per huius ſanctiſſimi nominis inuocationem, Vnde 1. ad Cor. 12. dicitur: *Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto*. Quod exponit Alexander de Ales dicens;

9 Excell. recep. ſpūs ſancti.

Expon 1. ad Cor. 12. Nemo pōt dicere Do, Ie. etc

quod nemo poteſt dicere corde, ore, & opere, Dominus Ieſus niſi in virtute ſpiritus ſancti; & nullus etiam poteſt prædicto modo proferre hoc ſanctiſſimum nomen; quin illa prolatione efficiatur dignus vita, & gloria ſempiterna. Nam omnes actus, qui eliciuntur à ſpiritu ſancto; meritorij ſunt gloriæ ſempiternæ: vnde magni theſauri, & diuitiæ reconduntur in hoc nomine Ieſu hæc ille. Et ideo illud deuotiſſime adorare debemus. Ait enim Petrus Rauen. ſuper *Miſſus eſt, Cum nomen Ieſu adoramus, totam deitatis maieſtatem adoramus*. Si ergo adorantur reges, id eſt cum reuerentia adeuntur. 2. Reg. 1. & princeps terrenis dicitur adorari modo prædicto, l. 2. C. de fabric. lib. 11. Item adorari dicitur cum ſalutatur l. 2. C. de conſu. libro 12. & l. 1. C. de ſilentiarijs. eodē li. & ſimiliter quādo principis nomen nominatur. detectione capitis veneratur; multo magis hoc fieri debet ſanctiſſimo imperatoris cæleſtis nomini, quia ſicut adorando imagines, non picturam, ſed picturæ repræſentationem veneramur. c. placuit. de conſe. diſtinct. 3. Vnde metrice dicitur: *Effigiem Chriſti cum tranſis, pronus adora: Non tamen effigiem, ſed quē deſignat honora*. Ita etiam debemus adorare, & honorare particulari aliqua reuerentia nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod totius deitatis repræſentat maieſtatem. Decima excellentia dicitur cumulationis, ſcilicet gratiarum & meritorū. 10. Excellentia.

Vnde Chryſoſto. in quodam ſermone ait: *Quo nomen Domini diligitur profundius & inuocatur frequētius; eo exaltat in Deum altius*, ſcilicet per meritorum, & gratiarum cumulationem. Ideo hoc intelligens ſapiens Eccleſiaſticus ſui lib. 51. c. inquit Domino Ieſu: Laudabo nomen tuum aſſidue; & collaudabo illud in confeſſione. Idcirco etiam dicitur de beatis, 144. millibus ſequentibus agnum vbicunque ierit. Apoc. 14. habentibus nomen eius ſcriptum in frontibus ſuis. Vndecima excellentia dicitur exauditionis; ſcilicet orationū noſtrarum in virtute nominis Ieſu. 11. Excell.

Ipſe enim inquit Iohan. 16. *Si quid petieritis patrē in nomine meo, dabit vobis*. Super quibus verbis ait Auguſtinus. Non petitur in nomine ſaluatoris, quod petitur contra rationem ſalutis: proinde ſancta Eccleſia, quæ ſemper ſalutaria petit, in omnibus orationibus ſuis, & petitionibus exauditur; quia in eis ſemper adiungit in officijs ſacris: Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Vnde Ambro. ſuper Ioan. inquit: Nemo dicat ſe eſſe pauperem, cum petat patrem in nomine filij: quia accipiet dona Dei Sicque fiet diues in Domino, qui deuotus extiterit eius nomini glorioſo. Sunt namque pleríque, qui in neceſſitatibus ſuis confidunt in temporalibus bonis: ſed iuſti confidunt in inuocatione Domini noſtri Ieſu Chriſti. Vnde propheta pſal. 19. di. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei noſtri inuocabimus, tranſſumptiue 23. qua ſt 3. 5. Item ab aliquo. Duodecima excellentia dicitur deductionis. 12. Excell.

Virtus enim huius ſaluberrimi nominis nos deducit per viam virtutis. Vnde propheta pſal. 22. inquit: Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum. Et ideo quia omnes ſumus, vt paruuli in via Dei; nos exhortatur idem propheta ad laudandum hoc ſanctiſſimum nomen, quo dirigimur, per rectam ſemitam dicens pſal. 112. *Laudate pueri Dominum laudate nomen Domini*. Poſſumus enim dicere Domino Ieſu Chriſto illud pſal. 30. *Propter nomen tuum deduces me, & enutries me*. Decimatertia excellentia dicitur honorationis, 13 Excell.

hoc enim ſanctiſſimum nomē ab angelis maxime veneratur Vnde Orig. in quadam hom. inquit: *Nomen Ieſu nomē eſt glorioſum: & omni cultu digniſſimum*. Dicunt aūt quidā deuoti doctores, maxime S. Bern. in quodā ſerm. quod cū Paulus raptus fuiſſet in paradiſum, ſicut ipſe atteſtatur 2. ad Cor. 12. Tunc didicit nomen Domini Ieſu perfecte ab omnibus adorādū.

Poſſu-

Digitized by Google

Poſſumus.n. contemplari. quod in priuata viſione ipſe Paulus vidit glorioſum Ieſũ quod cõſtitutus erat in gloria Dei patris in cæleſtibus ſuper omnem principatum, & poteſtatẽ, & omne quod nominatur, non ſolũ in hoc ſeculo: ſed etiã in futuro. Cum igitur cerneret illũ in tantã gloriam ſublimatũ, totus ſpirituali inflammatione accẽſus, ex amore illius magna voce exclamauit dicẽs Ieſu amor meus: Ieſu dilecte meus: Ieſu redẽptor meus: ad cuius nominationem omnes ciues beati adorauerũt eũ maxima reuerẽtia. quia vt dicit Alex. de Ales, & S. Bonau, Ieſus eſt nomẽ deitatis relatæ ad humanitatẽ relatione rationis. Chriſtus autẽ eſt nomen humanitatis relatæ ad diuinitatẽ relatione reali. In ipſa igitur angelorum veneratione intellexit ſpiritu ſancto edocẽte, quod nomen Ieſu eſſet adorãdũ ab omnibus. Vnde poſtea è cœlo regrediens ac illa quę viderat recolẽs, ſcripſit illud, quod habẽt ad Phil. 2. *In nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtiũ terreſtriũ, & infernorum: cæleſtiũ.* ſ. per gloriã, terreſtriũ per gratiam, & infernorũ per iuſtitiã ſempiternam. Ea propter Eccleſia volens hoc ab omnibus adimpleri ſtatuit in c. de cet. de immu. eccl. di. *Conuenientes in eccleſiã, nomen illud quod eſt ſuper omne nomen, à quo aliud ſub cælo non eſt datũ hominibus, in quo ſaluos fieri oporteat credentes, nomen videlicet Ieſu Chriſti, qui ſaluũ facit populum ſuũ à peccatis eorũ: exhibitione reuerẽtiæ: ſpecialis, extollant, & quod generaliter ſcribitur, vt in nomine Ieſu omne genu flectant, ſinguli ſingulariter in ſeipſis implentes, præcipue cum aguntur miſſarum ſacra ſolẽnia glorioſum illud nomẽ quandocunq; recolitur, flectant genuã cordis ſui: quod vel capitis inclinatione teſtentur.* hæc ibi. Et fuit hoc ordinatum à Papa Gregor. in cõcilio Lugd. Si igitur nomẽ Domini Ieſu ab omnib. angelis ſic veneratur, & adoratur; patet quãta debet ab hominibus reuerẽtia honorari: quãtũq; peccẽt illi huius ſanctiſſimi nominis inimici, qui cõtra Eccleſię præceptũ: imo cõtra mandatum apoſtolicũ, & verius ſpiritusſancti facientes; non ſolũ ipſi non adorãt; ſed non adorandũ prædicãt, atq; illud adorandũ perſequuntur. Dicit aũt huius nominis manifeſtator glorioſus ſanctus, pater meus Bernardinus vbi ſupra, Vere venerabilis reuerẽtia, & veneratio reuerẽda; vt dignitas tãti nominis haberetur in terris, quod angelorũ hierarchię venerãtur in cælis. Tã ſingularis.n. reuerẽtię eſt nomẽ Ieſu, ꝙ ab eius venerabili laude nullus excipitur ſtatus; nullus excluditur locus, nullum præſcribitur tẽpus; nullũ remouẽdũ eſt opus. Primo.n. nullus excipitur ſtatus. Vnde propheta ait pſ. antepe. Reges terræ, & oẽs populi principes, & oẽs iudices terræ: Iuuenes & virgines, ſenes cũ iunioribus laudẽt nomẽ Domini, quia exaltatũ eſt nomẽ eius ſolius. Cõfeſſio eius ſuper cælũ, & terram. Reges autẽ terræ dicimus optime ſe regẽtes; & voluptatibus corporũ imperantes: iuxta illud poetarũ, Tu ſi animo regeris, rex es; ſi corpore ſeruus. Quæ verba dixit S. Catharina Maxentio Imperatori. Dicuntur etiã populi quicũq; ſunt in vnũ ad honorandum nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in vnitate fidei cõgregati; principes vero, & iudices ſunt angelici ciues, principãtes per potentiã, & iudicantes per ſapiẽtiã, iuuenes ſunt charitate feruentes; virgines caſtitate fulgentes; ſeniores autẽ à voluptate deficientes, & à libidine frigeſcẽtes: iuniores ſunt balbutientes. Laudent, inquit nomẽ Domini, vt nullus ſtatus, nõ dignitas, nõ ſexus, nõ ætas ab ei⁹ laude intelligatur excludi; Quia exaltatum eſt nomẽ eius ſolius; & confeſſio eius ſuper celũ, & terram. Hæc aũt confeſſio laudem illam deſignat; quæ tanto nomini perhibetur in terris; etiam celebrari in cęlis; tamen non immerito ſuper vtrumq; conſiſtit, quia nec cęleſtia, nec terreſtria poſſunt illis laudibus æqualia reperiri. Secundo ab eius laude nullus excluditur locus. vnde Eſa. 24. ſcriptũ eſt: In doctrinis glorificate Dominum, & in inſulis maris nomen Dei Iſrael. Vbi eſt enim locus, vbi non ſit diffuſũ nomen dulcis Ieſu? vt verificetur quod ſcribitur Can. 1. Oleum effuſum nomen tuum; propterea apoſtolus pręco glorioſi nominis Ieſu, diffundebat hoc venerabile nomen, vbi non fuerat nominatum, iuxta quod Dominus Act. 8. dixit ad Ananiam *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Iſrael.* Inde eſt quod tibi Domine Ieſu Chriſte poſſum⁹ cum propheta teſtimonium perhibere dicentes: Secũdum nomen tuum Deus; ſic & laus tua vſq; in fines terræ. Sicut enim in toto orbe terrarum nominis Ieſu reuerentia dilatatur; ſic in Eccleſia, quę per totũ mũdũ diſtẽditur ipſi deuotio laudis offertur & miniſtratur. Vnde propheta inquit: *Omnes gẽtes quaſcunque feciſti venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum.* Et ne locum aliquẽ credas excluſũ, audi eũdẽ prophe. dicentẽ, pſal. 112 *A ſolis ortu vſq; ad occaſũ laudabile nomen Domini.* Tertio ab eius laude nullũ præſcribitur tẽpus. Nã ſicut localiter nõ circũſcribitur; ita nec tẽporaliter diffinitur; propterea inquit prophet. vbi ſupra. Sit nomẽ Dñi benedictũ, ex hoc nũc & vſque in ſeculũ. Sicut.n. ipſe æternus eſt, quẽ omnes creaturæ in vnũ laudãt, & cõmẽdãt; ita & laus ei⁹ nominis in ęternũ perſeuerat: hoc ergo eſt nomẽ ꝙ permanet in æternũ, ſicut prophe. inquit dicẽs: Sit nomẽ ei⁹ benedictũ in ſecula. 4. ab eius laude nullũ remouẽdũ eſt op⁹. Vnde apoſt. ad Col. 3. ait

Ieſus eſt nomẽ deitatis relatæ ad humanitatẽ relationẽ rationis, Chriſtus humanitatis relatæ ad deitatem relationem reali.

Oẽs ſtatus debent nomen Ieſu honorare.

Digitized by Google

Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere: in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite. Optimus enim ordo eſt, vt totius verbi vel operis noſtri à nomine Ieſu initium & origo ſumatur, & in Ieſu conſummatio referatur. Nam & per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum orationes Eccleſiæ terminantur. Quare ſi dormitum accedis: ſi inde reſurgis: ſi cibum, vel potum ſumere incipis, vel deſinis; ſi ſcribis, vel legis, ſeu aliud operaris, nomen Ieſu reuerẽtialiter interponas, exemplo Pauli qui hoc ſuadebat. Vnde Act. 9. ſcriptũ

14. Excell. eſt: Diſputabat autem Paulus in ſynagoga per omne ſabbathum, interponens nomen Domini Ieſu, hæc S. Ber. Decimaquarta excellentia huius digniſſimi nominis dicitur timorationis. Dæmones enim hoc ſacratiſſimum nomen valde pertimeſcunt. Nam de credentibus Marc. vlt. dixit Dominus: *In nomine meo dæmonia eijcient*. Hinc enim poteſtatem dedit diſcipulis ſuis Mat. 10. di. *Eijcite dæmonia*. Quod explentes 72. c. diſcipuli, vt dicitur Luc. 10. reuerſi ſunt cum gaudio dicentes: Domine in nomine tuo dæmonia ſubijciuntur nobis. Quibus Chriſtus reſpondit: Videbam ſatanã, ſicut fulgur de cælo cadentem. quæſt. d. Nolite mirari, ſi nomen meum dæmones expaueſcunt, quod eos ab homine pellit, cum virtute eius ſatanas cum omnibus angelis ſuis de cælo ſicut fulgur ceciderit. Vnde Apoc. 7. de angelis bonis, qui pugnauerunt cũ Lucifero, & vicerunt eũ, dicitur: Et ipſi vicerunt eum propter ſanguinem agni, & verbum teſtimonij, quod habebant. ſcilicet no-

Nomen Ieſu fugat dæmones. minis Ieſu; vnde exultantes canebant: Facta eſt ſalus, & virtus & poteſtas Chriſti eius. Nec mirũ ſi per hoc nomen dæmones effugantur, cum eius terrorẽ, & fortitudinem ſuſtinere nõ poſſint. Vnde Hiero 10. dicitur: Magnus es Domine; & magnũ nomẽ tuũ in fortitudine; & Pſal. inquit Pſal. 110. Sãctũ, & terribile nomen eius. Sanctũ quippe eſt angelis bonis. Terribile vero eſt dæmonibus, & viris impijs; vnde pſ. 98. etiã dicitur: Cõfiteãtur nomini tuo magno; quoniã terribile & ſanctum eſt. Si igitur volumus dæmonem ſuperare: debe-

Expon ſpiritualiter illud 1. Reg. 17 de Dauid interficiente Goliã mꝰ facere, ſicut fecit Dauid: de quo legitur. 1. Reg. 17. quod in pera ſua accepit quinq; lapides de torrente: & accepto baculo ſuo, perrexit cõtra Goliã Philiſtæũ; & interfecit eũ. Sic. n. & nos debemus in pera. i. in mente noſtra accipere quinq; lapides de torrente, id eſt, quinque vulnera ſaluatoris, meditando deuote eius paſſionem, quæ per torrentem ſignificatur, iuxta illud pſal. 109. De torrẽte in via bibit, & cũ baculo. i. in virtute crucis ire cõtra Philiſtæũ. i. diabolũ; & proſternere eũ in nomine Domini Ieſu Chriſti. Nõ poteſt. n. diabolus hoc ſanctiſſimũ nomẽ ſupportare. Vnde legitur quod quadã nocte voluit ipſe malignus ſatanas S. Antoniũ de Padua dormiẽtẽ ſuffocare, qui propter ſtricturam euigilans, atq; protinus nomẽ Domini Ieſu inuocans, liberatus eſt. Nam diabolus ſtatim audito hoc nomine aufugit. In ciuitate quoq; Papienſi quædam nobilis matrona, nomine Domina Catharina, vxor domini Hiero. de Lotonibus, in cuius domo ego exiſtens ſcholaris morabar: dum quadam vice ad domũ perrexiſſet cuiuſdam ſuæ quæ habebat in domo pediſſequã dæmoniacam, & loqui inciperet ipſa domina Catharina cum diabolo; ipſe diabolus dixit illi. Tu bonam fortunã habuiſti: quia cum ego vellem intrare in corpus tuum, fui prohibitus. Cui illa ait. Quando hoc fuit? & quare intrare in me non potuiſti? reſpondit diabolus, Tali die, quando tu eras in ſuperliminari oſtij ſalæ, ego volui intrare in corpore tuo: ſed tu inuocaſti illud nomẽ, quod ego ſuſtinere non poſſum, & ideo intrare non valui. Tunc illa ſuper hoc cogitans recordata eſt, & mihi retulit quod illa die ſibi exiſtenti in ipſo loco, tantus horror in ipſam venit, quod videbatur ei quod à mille dæmonibus circundata eſſet: vnde, & præ nimio horrore capilli eius erecti ſunt; ipſa vero exclamauit: O Ieſu, quid eſt hoc? & ſtatim fuit liberata. Nam omnes dæmones protinus aufugerunt. In quadam etiam Italiæ ciuitate vt mihi retulit quidã frater noſter fide dignus, erat quædam monialis, quæ diu vexata fuit à diabolo: & tandem decepta fuit ab eo & inducta vt ſeipſam ſuſpenderet per gulam. Et cum ipſa reſpondiſſet diabolo, ſibi viſibiliter apparenti, quod nõ habebat chordam idoneam ad ſuſpẽdium; ſtatim diabolus dedit ei vnam catenam ferreã cum qua ſe ſuſpendit. Caſu vero abbatiſſa vadens ad locũ in quo erat illa monialis ſuſpenſa; & videns eam ſic ſuſpenſam, genu flexa cœpit fortiter clamare & dicere: O Ieſu; & ſtatim illa catena confracta eſt, & euanuit; & illa monialis, quæ adhuc mortua non erat liberata fuit; omniaq; ſicut per ordinem acciderant, ipſi abbatiſſæ, & prædicto fratri, qui hæc mihi retulit, enarrauit. Narrauit quoque mihi quidam frater noſter nomine Pacificus de Triuilio, qui nunc moratur mecum in hoc loco ſanctæ Mariæ de Angelis apud Mediolanũ, quod cum ipſe eſſet confeſſor cuiuſdam congregationis monialium noſtrarum, diabolus aſſumpſit formam cuiuſdam monialis ex antiquioribus, & magis reputatis in monaſterio, & dixit cuidam moniali iuueni: O ſi ſcires, quid pater noſter confeſſor dicit de te, tu non haberes in eo confidentiã, nec vnquam ires ad cõfitendum ei, ipſe enim

de te

Digitized by Google

de te deriſum facit, & habet malam opinionem. Credens autem ipſa monialis quod illa perſona, quæ ei loquebatur eſſet monialis prædicta, adeo cœpit diffidere de ſuo confeſſore quòd nunquã ibat ad illum, immo etiam vocata ire differebat, & omnia diuerticula quærebat, vt non iret. Dubitans autẽ confeſſor, quòd diabolus aliqua verſutia ipſam decepiſſet, fecit tandem illam, licet cũ magna difficultate ad ſe venire. Quam interrogans de cauſa, quare ad eum non veniebat, ſicut aliæ moniales ad confitendum, ipſa tandem cum multis lachrymis & ſuſpirijs reſpondit, quod talia & talia audierat de eo: non nominando tamẽ perſonam, quæ ſibi iſta dixerat. Cognoſcens autem confeſſor diaboli fallaciam dixit illi. Vade & dic illi perſonæ, quæ tibi hæc ſuggeſſit, quod mentiris per gulam. Tunc illa ad cellam ſuam ire volens: cum iret ſuper quandã ſcalam, ecce quod diabolus in forma prædictæ monialis ſibi denuo apparuit, & interrogauit eam, dicens: Quomodo feciſti cum confeſſore, & quid dixit tibi? Cui illa reſpondit. Dixit mihi quod vos mẽtimini per gulam. Tuc diabolus reſpondit, ipſe eſt vnus ribaldus, & bene mentitur per gulam, non autem ego. Hoc autem audiens ipſa monialis, & horrens talia audire de ſuo confeſſore, exclamauit di. O Ieſu quid audio hodie? Ad hanc autem nominationẽ Domini Ieſu ſtatim diabolus diſparuit, & illa monialis territa cucurrit ad cellam illius monialis, in cuius forma ſibi diabolus apparuerat, & omnia ei narrauit quæ acciderant per ordinem, & ab ea intelligens quòd ipſa nunquam ſibi talia dixerat de confeſſore, nec cogitauerat, illa iuuenis perrexit ad confeſſorem, & fallaciam diabolicam ei detexit, declarans quomodo ad nominationem Ieſu euanuit ab oculis ſuis, & fugit.

Aliud quoque mirabile accidit. Nam cum B. Bern. Papiam de Mediolano perrexiſſet, quidam vxorem ſuam dæmoniacam ad illũ adduxit, Tũc diabolus per os eius dicere cœpit: Nunquid me de hac fœmina expelles? Cui ſeruus Dei Bernardus reſpondit, non Bernardus eijciet te, ſed Dominus Ieſus Chriſtus. Mox autem vt S. Bern. orare cœpit, ſpiritus nequam dixit: Quam libenter egrederer, ſed non poſſum. quia nõ vult Deus magnus. Cui ſanctus. Et quis eſt Deus magnus? Ad quem ille, Ieſus Nazarenus. Cui rurſus ait Bern. vidiſti ne vnquam illum? Quo reſpondente quòd ſic: iterum interrogauit eundi. Vbi vidiſti eum? Et ille, in gloria. Cui ſanctus, Et tu in gloria fuiſti? Qui ait, vtique. Cui Ber. Et quomodo inde exiſti? Et ille, cum multis cecidimus. Et quidem omnia prædicta voce lugubri per os vetulæ omnibus audientibus loquebatur. Cui etiam ait S. Bern. Nunquid in illã gloriam redire velles? Et ille magno eiulatu exclamans, ait: Tarde eſt. Tunc vero orãte viro Dei, egreſſus eſt. Sed cũ B. Bern. inde abiiſſet, eo iam elongato, iterum diabolus inuaſit illã Vir autem eius ad S. Bern. accurrens, quid acciderat indicauit. At ille præcepit collo eius alligari chartulã, in qua verba hæc ſcripta erant: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, præcipio tibi dæmõ, ne hanc mulierẽ contingere præſumas, q̃ cũ factũ fuiſſet, poſtea ad eam accedere nunquã auſus eſt. Ex quibus omnibus concluditur quod dæmones vehementer timent virtutẽ nominis Ieſu. Vnde exclamabant Matth. 8. *Quid nobis et tibi Ieſu fili Dei? Cur veniſti ante tempus torquere nos?* Fugiũt ergo dæmones, cum hoc ſanctiſſimum nomẽ inuocari ſentiunt, ac ſi torquerentur; & horribile tonitrum ſentirent. iuxta illud Pſal. 76. *Vox tonitrui tui in rota.* Vnde magiſter Iohannes Alemanus in ſuo quadrageſimali, ſermone 19. inquit: *Cum nomen Domini Ieſu deuote inuocatur, expellitur ſtatim diabolus.* Vnde Pſal. 17. ait. Laudans inuocabo Dominum, ab inimicis meis ſaluus ero Et hũc modum inuocandi nomen Domini habuit nobilis homo ille, qui purgatorium ſancti Patricij ingrediens, omnes diabolicas illuſiones euaſit, cum dixit. Ieſu fili dauid miſerere mei. Hæc ille.

Decimaquinta excellentia huius benedicti nominis dicitur ſuperationis. ſ omnis tentationis. Conſuetum eſt quippe quòd quando quis, cupit, & quærit derelinquere prauam vitam, & in nouũ hominem ſe mutare, diabolus ſuis inſidijs, & toto conamine ſe opponit. proinde Eccleſiaſt. 2. dicitur: Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore: & præpara animam tuam ad tentationem. Vnde Greg. ſuper Lucam ait: Appropinquante ſaluatore, appropinquat tentatio; lucem rectitudinis ſequitur vmbra tentationis. proinde ſi inſurgit diabolus noli fili timere: ſed ſta in acie fortiter dimicando. apprehende arma, & ſcutum, & erige contra eum vexillum ſalutis, quod eſt Ieſus inuocando illum. Nullum enim eſt validius remedium contra diaboli tentamenta, & mundi blandimenta, atque contra carnis ſpurcitias, quã frequens Ieſu nominatio. Vnde Bern. ſuper Cant. ſerm. 15. ait: Triſtatur aliquis veſtrũ veniat in cor Ieſus, & pſallat in os, & ecce exortum lumen nominis vmbram effugiat, atq; ſerenum reddit. labitur quis in crimen: currit inſuper ad laqueum mortis deſperando: nonne ſi inuocet nomen vitæ, confeſtim reſpirabit ad vitam? Cui aliquando ſtetit ante faciem ſalutaris nominis duritia, vt aſſolet, cordis: ignauiæ torpor, rancor animi acci-

Digitized by Google

Lege ſcripturam ſacram: & in tota ſilua euangelica non inuenies inuocantes hoc nomen, accepiſſe repulſam. Audiui etiam quam plurimos enarrantes in multis periculis ſiue equitando, ſiue itinerando, ſiue per mare eundo: ſiue cadendo, in huius nominis inuocatione illæſos euaſiſſe. Deficiet enim mihi tēpus enarrare, quoties à magnis periculis memini me per inuocationē huius nominis liberatum. Quando ergo lectum intratis in nomine Ieſu: quando comeditis, aut bibitis, in nomine Ieſu: quando equum aſcenditis aut deſcenditis in nomine Ieſu, quando aliquod opus inchoatis, & relinquitis in nomine Ieſu, quando loqui incipitis, in nomine Ieſu facite: & ſic in omnibus liberi eritis hæc ille. Vnde ait pſal. 9. Sperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine. & pſal. 43. iterum dicit: *Exurge Domine adiuua nos: & libera nos propter nomen tuum.* Ipſum enim eſt illud nomen de quo dicitur Exod. 15 *Omnipotens nomē eius.* Ideo. n. pſal. dicebat pſal 123 *Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.* Decimaſeptima excellentia dicitur curationis. Per hoc enim nomen infirmitates ſanantur: & multa miracula fiunt. Vnde Petrus Rauen. ait: *Hoc eſt nomen quod dedit cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis curſum: ſermonem mutis, vitamque mortuis, totamque diaboli poteſtatem de obſeſſis corporibus effugauit.* hæc ille. Proinde Albti. de Roſari. in ſuo lectionario in verbo, Ieſus, dicit: Nomen Ieſu eſt non ſolum miſerorum refugium, & lugentium ac mœſtorum ſolatium, ſed etiam infirmorum remedium. videtur enim eſſe quaſi theriaca, de qua dicit Auicenna, 2. canonis quod eſt ſublimior omnium medicinarū, & melior earum propter ſui multitudinem iuuamenti. & addit quod illi, qui vtitur theriaca tempore ſanitatis, non nocent venena, & fit ſecurus ab ægritudinibus peſtilentiæ. Et reuera hoc nomen Ieſu non ſolum contra mala præſentia expellenda valet: ſed etiam contra futura repellenda, & vtiliter contra omnia, hæc Albti. vbi ſup. Et ideo ſi quia infirmitas tibi, vel tuis occurrit, non ſpreto remedio naturali, recurre ad inuocationē Ieſu. Sæpe quidem contingit, quòd non poſſunt remedia naturalia adhiberi: vel propter eorū carentiam, aut propter morbi, & infirmitatis ignorantiam: ſed quia eſt quaſi irremediabile malum. propter quod recurrēdum eſt ad remedium quod fidelibus ſuis Mar. vltimo reliquit Deus ſuper terram di. Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur; in nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint non eis nocebit, ſuper ægros manus imponent & bene habebunt. Nec recurrendum eſt ad fatuas, & inſanias, & omnino erroneas incantationes quorumdam, qui credūt ſe inuocare nomen Domini, & inuocant nomen diaboli in incantationibus ſuis, eo quòd ſæpe nomina ignota ibi ponuntur, atque ſæpe mendacia interponuntur, licet ſæpius Pater noſter, & Aue maria ad operimentum maliciæ dicatur, & quāuis aliquando liberati videantur aliqui huiuſmodi incantationibus: tamen permittente iudicio Dei, dæmon ipſe qui ex verſutia ſua fecit hominē vel puerum ægrotare, eo inuocato per impiam incantationem, auferens ipſam infirmitatem & languorem, infligit per infidelitatem, & errorem culpam mortalem in corde. Proinde propheta pſal. 39. hoc præuidens ait. Beatus vir cuius eſt nomen Domini ſpes eius: & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas. De pluribus autem relatione fide digna teſtimonia noſtris temporibus audiuimus, qui iuxta verbum Domini ſuper ægrotantes manu impoſita, ad inuocationem huius glorioſi nominis liberati ſunt. Nam ſicut effuſum vnguentum miniſtrat gratiam ſanitatis in corporibus, ſic nomen Ieſu dat ſalutis gratiam animabus ſimul, & corporibus. Vnde Pſal. 105. propheta ait: Sanauit eos propter nomen ſuum, vt notam faceret populis potentiam ſuam. Et quod mirabilius eſt; etiam peccatores infideles ad inuocationem nomini I E S V feciſſe miracula, & ſanaſſe infirmos manifeſte comprobatur. Vnde de beato Dionyſio Areopagita legitur, quod cum adhuc gentilis exiſtens diſputaret Athenis cum Paulo, quadam vice cæcus quidam à natiuitate tranſibat per viam, quem videns Dionyſius ait Paulo: Si vis vt credam quæ prædicas de Ieſu Nazareno, quem aſſeris eſſe filium Dei: dic huic cæco, vt in nomine eius videat: & ſi illuminatus fuerit ad inuocationem ipſius credam illi. Sed ne vtaris verbis magicis; ego præſcribam tibi formam verborum. Dic ergo ſic: O cæce: in nomine Ieſu Chriſti nati de virgine, crucifixi, & mortui, qui reſurrexit, & aſcendit in cælum, vide. Reſpondit autem Paulus; hoc eſt minimum, & facillimum virtuti nominis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed vt omnis ſuſpicio mali de medio tollatur, volo quod tu eadem verba proferas. Cum ergo Dionyſius prædicta verba dixiſſet illi cæco, ſtatim perfectiſſime illuminatus eſt, & Dionyſius credidit in Dominū noſtrū Ieſum Chriſtū. Multa quoq; alia exempla adducere poſſumus, quæ cauſa breuitatis omitto. Sicut eſt de illo claudo ex vtero matris ſuę, qui ſtabat ad portā templ. Hieroſolymitani

17. Excellē. Miracula fiunt per nomen Ieſu.

Digitized by Google

In tenebris vſque huc ſumus, caligat noſter oculus, ceſſitat greſſus, non recipimus viſum niſi Ieſus ſua refulgentiæ lumine radioſa notum faciat in cordibus noſtris lumen, num: lumen enim eſt nomen IESV, quo ſta here cordis noſtri myſteria reſerat, ſicut lumen ſolis materialia manifeſtat. Reſpondet Bernard. *Nonne huius nominis luce Deus vocauit nos in admirabile lumen ſuum? In hoc ſiquidem libro illi patres antiqui per meditationem, & contemplationem ſic ſtudebant, quod diuinis myſteriis eruditi litteris mortuis, & palpantibus non egebant. Tu vero quanto magis à terra ſubtraheris, & ad alta te ſuſtollis, & ad Ieſum conuertis intuitum mentis: tanto magis recipis verum lumen.* Nam vt dicitur *Matth. 17. Apoſtoli ad montis ſupercilium iam aſſumpti, & in montis ſpecula conſtituti, leuantes oculos neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum, propter hoc enim erat in gloria populus Iudæorum. Quia notus in Iudæa Deus: in Iſrael magnum nomen eius. Nunc vero quia non crediderunt Ieſum: cæcitas perſeuerat in eis.* hæc ille.

Vigeſima ſecunda excellentia dicitur inflammationis: quam ponit ſanctus pater meus Bernardinus: qui nominis huius fuit ſingulariſſimus prædicator. Vnde etiam ad hoc oſtendendū Deus tranſtulit eum de hoc mundo ad cœlum, quando in choro fratrum canebatur in vigilia aſcenſionis illa antiphona ad magnificat: *Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus, nunc vero ad te venio:* Dicit enim prædictus ſanctus vbi ſupra. *Aliam gratiam ſperare debet anima in nomine regis Ieſu, quæ nominatur inflammationis.* ſecūdum enim Bern. Per nomen Domini venitur ad rem nominis, quia per cognitionem ſui nominis venitur ad dilectionē, & fruitionem nominis. hinc Pſal. 53. ait: *Confitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum eſt.* Super quo Auguſtin. inquit: *Nomen Domini bonum eſt: quia ipſum bonum eſt, quo bonis fruimur. vt ipſum diligamus, & totum cor ponamus ad eum amandum, & laudandum.* Hæc ille.

Vigeſima tertia excellentia dicitur roborationis De qua dicit ſanctus Bernardinus inquit vbi ſupra. [Aliam quoque gratiam in nomine Ieſu anima ſperare debet, quę dicitur roborationis roboratur enim ſpiritus in virtute huius nominis ad omnia aſpera perferenda In cuius myſterium Act. 21 propheta Agabus tulit Zonam Pauli. & alligans ſibi pedes & manus, dixit; hoc dicit ſpiritus ſanctus: virum cuius Zona hæc eſt; ſic alligabunt Iudæi, & tradent in manus gentium. Reſpondit autem Paulus & dixit: Non ſolum alligari, ſed & mori in Hieruſalem paratus ſum pro nomine Domini Ieſu Chriſti. Ecce cohortis humanæ Centurio, & dux Chriſtianæ militiæ, nec fractus periculo, non ſuperatus prælio, virtute dimicans non furore, non cedit gladiis, ſed magis hoſtibus dat pauorem: ſic deſpicit vniuerſa ſupplicia, ſicut ſolet herba putrefacta contemni, & ſicut adamas ferri deſpicit ſectionem. minas, & verba tyrannorum ludum quendam æſtimat puerorum, quoniam præmium erat ei diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Status igitur miles inuictus, depoſitoque animæ, & corporis torpore: fragilitatem noſtram conſolidat, & prouocat pro nomine Ieſu ad viriliter dimicandum, ſui ducis exemplo, de victoria iam ſecuri, qui ad Rom. 8. inquit: Certus ſum quia neque mors neque vita, neque creatura aliqua poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Hic eſt equus qui terram vngula fodit; exultat audacter. In occurſum pergit armatis, contēnit pauorem; non metuit vulnera, non diſcrimina, neque ſanguinem, neque mortem. Alacri ac ſecuro corde pericula ſubit armatus nomine Ieſu Chriſti. Simili ardore nominis Ieſu flagrabat in corde ille puſillus grex duodenarius Eccleſiæ primitiuæ Vnde virtute illius tot vicit, & fregit genera beſtiarum, quot iugo nominis Ieſu Chriſti, ſubdidit differentias nationum. Vere bellatores inclyti, qui flecti non poterant, ſed occidi, perhibentes teſtimonium verbo Dei teſtimonium, ſcilicet Ieſu Chriſti cum propheta dicentes: In nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.] hæc ille. Debemus ergo eſſe conſtantes in omnibus aduerſitatibus tolerandis, dicentes cum propheta. Pſalm. 52. *In nomine ſancto eius ſperauimus.*

Vigeſimam quartam excellentiam ponit beatus frater Michaël de Carcano, vbi ſupr. quæ dicitur refrigerationis, & eſt quaſi idem cum præcedente. ait autem ſic: [Dico igitur quod hoc nomen Ieſu eſt refrigerium patientibus. Quamuis enim Dominus ſeruos ſuos in tentatione ſuccūbere non permittat, nihilominus permittit eos ſuſtinere afflictiones. ſed deſperandum non eſt, nec obliuiſcendum tunc nominis dulcis Ieſu, ſed tunc maxime inuocandum. Proinde conſolādo patientes Matt. 5. c ipſe Dominus ait: Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter nomen meum. Gaudete & exultate quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis: Inflammatis amore Ieſu inæſtimabilis lætitia eſt pro nomine eius pati, ſolum ex inebriatione ſui amoris, & appetitu ſimilitudinis cordis eius,

Digitized by Google

eius, nullo alio præmio expectato. Nõne ſæpius eſt gaudium homini, pati pro amico mortali: etiam cũ neſcit ille pro quo talis paſſio ſuſtinetur? Quãto magis pro Domino immortali Ieſu Chriſto qui tanta pro nobis paſſus eſt? Ideo Augu. inquit: Dat magnam audaciam nomen Domini ſcriptum in cordibus iuſtorum contra impetum malorum: vt patienter toleretur, & prudenter euitetur. Vnde B. Agatha iudici ſibi tormenta a ſpera comminanti, inuicto animo reſpondit dicens: Si feras mihi promittas: audito Chriſti nomine manſueſcunt. Si ignem adhibueris: rorem ſaluificum mihi de cœlo Angeli miniſtrabunt.

Propter virtutẽ enim huius ſancti nominis martyres in tormentis omnibus triumphabant, dicẽtes cum propheta, Pſal. 123. Adiutorium noſtrũ in nomine *Domini* &c. Nec mirum ſi eum tanto gaudio tanta martyres ſuſtinuerunt, quia ipſe erat qui in eis omnia ſupportabat. ſicut Apoſtolus ad Phil. 2. ait: Operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. Vnde & Apocal. 2. c. animæ patienti propter nomen ſuum Dominus dicit: Patientiam habes, & ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti. Ille nempe propter nomen Domini Ieſu ſuſtinet, qui paſſione ſua glorificat nomen Chriſti: & non propter nefaria opera, ſed propter ſacra virtutum inſtituta Chriſtianæ religionis perſecutiones ſuſtinet patienter. ſicut beatus Petrus ſuæ. 1. canonicæ cap. 4. inquit: Nemo veſtrum patiatur quaſi fur vel homicida, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Chriſtianus non erubeſcat, glorificet autem nomen Domini iuſto nomine.] hæc ille. Nos vero huius excellentiæ poſſumus dare exemplum de beato Ignatio Epiſcopo Antioch. qui ductus Romam à Traiano Imperatore exhortatus, vt negaret Dominum Ieſum Chriſtum: Reſpondit; Nequaquam, & hoc facere non poterat, quia habebat nomen eius ſcriptum in corde ſuo. Vnde cum fuiſſet martyrizatus, extractũ fuit cor eius à corpore, & inuentum fuit nomen Ieſu ſcriptum in eo litteris aureis; & in qualcunque partes diuidebatur, ſemper inueniebant hoc mellifluum nomen litteris ipſis aureis inſcriptum.

Vigeſima quinta excellentia dicitur refrenationis, ſcilicet malarum cogitationum. Vnde ſanctus Bernardinus vbi ſup. ait: [Scimus quod impoſſibile eſt mentem diuerſis cogitationibus non pulſari, ſed in nobis eſt propter maximam cogitationum diuerſitatem ſub diſciplinæ regulam reformari. Si enim memoriter nomen Ieſu tenuerimus mente, iam pene ſpirituales effecti, tam faciliter noxia non euagabimur cogitatione. Semper eſt ergo de tanti ſuauitate nominis aliquid memoriæ commendandum, quod ruminatum iugiter paſcat auidius appetitum. Et licet ipſum nomẽ Ieſu ſub effectibus varijs imprimere memoriæ valeamus: ideo quod multum iuuat, & expedit ipſum imprimere ſub triumphali titulo & beneficio paſſionis, vt iuxta Apoſtolum ad Hebræ. 12. aſpiciamus in autorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta. Saltem igitur aliqua diei hora recogitemus Dominicæ paſſionis inſignia, ad fruendum ſuauiter in conſcientia, recolendumque fideliter in memoria, & proſequendũ firmiter in actionis induſtria. Tantæ enim pietatis exhibitæ ſatis eſt impium obliuiſci, cum peregrinantis, atque recedentis amici præſentiam ſub memoria cuiuſdam teneamus ſigni:] hæc ille. Ad hoc autem peragendum nos hortatur ipſe Dominus Can. 8. d. *Pone me vt ſignaculum ſupra cor tuum* & Bernard. ſuper Cant. dicit. [Nomen Ieſu ſemper tibi in ſinu ſit, ſemper in manu, quo tui omnes & ſenſus dirigãtur, & actus. Nihil enim ita exercitatos reparat ſenſus, virtutes roborat, vegetat bonos mores atque honeſtos, caſtaſque fouet affectiones. Si enim per mentis pigritiam, atque torporem ſedes, ſanat te Ieſus: habes enim in nomine Ieſu, vnde affectus tuos vel prauos corrigas, vel minus perfectos adimpleas. Item vnde tuos ſenſus aut ſerues vt non corrumpantur, aut ſi corrumpantur, ſanes.] Beatus quoque frater Michael de Carcano vbi ſupra ait: [Frequentius factis experimur dilectiſſimi in nobis, quod ſubito replemur tædio, & languore, mœſtitiæque pondere premimur, & aridi redd mur. horret cella, lectio diſplicet, vagatur animus, tepor & rigor in toto ſentiuntur affectu, quantumcunque prolongetur oratio, magis tepiditate grauatur, quam ſuauitatis dulcedine condiatur, nec regni deſiderio, nec gehennæ ſupplicio. Somnus iſte lethargicus aut ſoluitur aut fugatur, ſed facto modico temporis interuallo, ex intimo cordis affectu, inuocato Ieſu ſolitarij reſidemus, ſubitque alacritas gaudij tam immenſi, quod nec lingua loquitur, nec vocabuli oratione profertur. vnde Ioan. 11. cum non aderat Ieſus, moritur Lazarus, mœſtitia repletur domus. ſed ecce Ieſus domum ingreditur, ſorores plenas mœſtitia, & ex ſua præſentia conſolatur: Lazaruſque reſuſcitatur. Debet igitur quicunque fidelis nomen Ieſu ſemper in corde gerere, Ait enim Bernar. ſuper Cant. Qui ſequuntur agnum, debent habere nomen eius, & nomen

patris

Digitized by Google

patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Sicut enim radix arboris quanto magis figitur in profundo, tanto eius fructus amplius expanditur in excelſo: Sic nomen Ieſu in intimo cordis fixum atque ſolidius radicatum, eueniret fac t abundantius & vberius inundantiam gratiarum.] hæc beatus Michael vbi ſupra.

Vigeſima ſexta excellentia dicitur deſiderationis. De qua ſanctus Bernardinus vbi ſupr a ait: [Nomen reg.s Ieſu eſt deſiderabile niſi enim deſiderium in anima prouocaret Eſai. 26 cap. non affirmaret dicens: Domine nomen tuum memoriale in deſiderio animæ.] hæc ille Qui etiam ibidem exponens illud Eſa. 12. [Haurietis aquas in gaudio de fontib. Saluatoris]inquit: [De tuo nomine dulciſſime Ieſu Chriſte, vbertate ſuperirrigua funduntur aquæ copioſiſſimæ ſalutares, quæ non ſolum ſitim temperant peccatorum, ſed magis prouoceant deſiderium, & æſtuare faciunt ad fruitionem dilecti, donec inuenerit quod requirit.] hæc ille. Et propter hanc cauſam Apoſtoli baptizabant omnes qui conuertebantur ad fidem in nomine Domini Ieſu, vt habetur Acto. 2. & 10 cap. Quod peragebant ad inducendum omnes ad amorem & deuotionem huius ſanctiſſimi nominis; Dei, ſo etiam vbique prædicabant Vnde beatus Ioannes Euangeliſta dicebat pro conſuli. [Ne Chriſtum Dominum meum negabo, neca prædicatione nominis eius quieſcam, donec conſummem curſum miniſterij quod ſuſcepi.]

Vigeſima ſeptima excellentia dicitur delectationis. De qua loquitur ſanctus Bernardinus vbi ſupra di [Nomen Ieſu eſt delectabile. quis enim ignorat, quod ſi deſiderium in nomine Ieſu impleatur, delectat animam? Propterea Pſalm. 134. ait: pſallite nomini eius quoniam ſuaue. Tanta eſt enim ſuauitas nominis Ieſu Chriſti, qua per interni guſtus experientiam palatum cordis afficitur: quod oris lab is non profertur. vnde Apocal. 2 ſcriptum eſt: Vincenti dabo manna abſconditum, & nomen nouum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit. Manna quippe abſconditũ, Ieſus eſt, qui pœnitentes, & agonizantes in ſolitudine mundi & in certamine carnis ſuauitate ſua reficit, & oblectat. Nomen autem nouum ſcribitur, cum nominis Ieſu nouitas & dulcedo interiora penetrans labiis cordis infunditur, quidem per ſolam experientiam guſtus ſpiritualis agnoſcitur, quia virtutem huius nominis nemo ſcit niſi qui accipit] hæc ille. Ideo Dauid P ſ. 51. dicebat: *Expectabo nomen tuum, quoniam bonũ eſt in conſpectu ſanctorum tuorum.* Et de electis dicitur Pſalm 44. *Memores erunt nominis tui Domine, in omni generatione, & generationem,* ſcilicet in vita æterna iuxta illud Pſalm 68 *Et qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.* Quæ omnia conſiderans idem propheta dicebat Pſalm. 102. *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius.* Et loquens Deo iterum dicebat: *Confiteamur nomini ſancto tuo, & gloriemur in laude tua.*

Vigeſima octaua excellentia dicitur admirationis. de qua Eſa 9 dicitur: *Et vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius &c.* Adeo enim admirabile eſt hoc nomen, quod Deus noluit illud multis antiquis patribus reuelare. Nam Moyſi dicenti ſibi Exo 3. *Si dixerint mihi filij Iſrael, quod nomen eſt tuum, quid dicam eis?* Reſpondit Deus: *Sic dices illis, Qui eſt, miſit me ad vos.* Propterea Salomon dicebat Prouerb. 3. *Quod nomen eſt eius, & quod nomen filij eius, ſi noſti?* quaſi dicat eſt inſcrutabile. Tanta eſt enim claritas huius nominis, vt perfecte inueſtigari non poſſit. vnde Sanctus Bernardinus vbi ſupra ait: [Quantumcunque protendas puriſſimam oculorum aciem: ſi non habueris per gratiam organi ſanitatem, videre non poteris exceſſiuam improportionabilis luminis claritatem. Si enim in ortu ſolis, cum effulget ſuper hemiſphærium noſtrum, claritatẽ rad orum eius nequis. ſpicere, ſed reuerberaris lumine orientis; quomodo ſolis iuſtitiæ ſplendorem, videlicet nominis Ieſu per vniuerſa mundi climata rutilantis, quis poterit comprehendere? Quapropter in huius myſterium Gen 32 colluctanti Iacob dixit Angelus magni conſilij, Ieſus Chriſtus: Quid quæris nomen meum, quod eſt mirabile? Stupet cœlum, tremunt Angeli, creatura non ſuſtinet, natura non ſufficit, ratio non agnoſcit incarnationis myſterium, & nominis Ieſu incomprehenſibile ſacramentum, quod pacem terris, gloriam cœlis, ſalutem perditis, vitam mortuis maxim: b li pietate diſpenſat. Vere igitur nomen mirabile, quod verbis minificatur & figuris; quod ſub modio latere non potuit, ſed ſuper effulſit: licet renitentibus gentibus & Iudæis, quia virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti; & gratia magna erat in omnibus illis, Actor 4 Longum enim eſſet proſequi mirabilia & miracula, quæ in hoc nomine facta ſunt temporibus noſtris, & quotidie fiunt, quæ memoriam fallunt, & ſermonem excedunt, ac in numerandis mirabilibus tanti nominis omnis lingua an-

Digitized by Google

gua angelica, vel humana reperitur penitus inæqualis. Vnde propheta volens, nec valens explicare mirabilia eius, quaſi ſubſiſtens in illo nomine, pedemque retrahens, ait Pſalm. 8. Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Nam in terra viuentium mirabilis eſt huius nominis gloria. Et in terra peregrinantium mirabilis eſt huius nominis gratia.

Et in terra morientium mirabilis eſt huius nominis iuſtitia, vt iuxta Apoſtol. In nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua cõfiteatur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.] hæc ille. Quæ omnia confirmat, & faciẽda approbat propheta, Pſal. 144. di. *Laudationem Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomini ſancto eius in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.* Et Pſal. 68. iterum dicit: *Laudabo nomen Dei cũ cantico, & magnificabo eum in laude.* & Pſalm. 71. ait: *Benedictum nomen maieſtatis eius in æternum, & replebitur maieſtate eius omnis terra.* Et Pſalm. 74. etiam ait: *Confitebimur tibi Deus, confitebimur & inuocabimus nomen tuum.*

Vigeſima nona excellentia dicitur exaltationis de qua Eſai. 12. dicitur; *Mementote quoniam excelſum eſt nomen eius.* Nullum enim nomen ita magnificauit, & exaltauit Deus, ſicut nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti. Vnde Apoſtol. ad Phil. 2. ait: *Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.* Et ideo optime faciet Eccleſia inſtituẽdo particulare feſtum de triumphanti nomine Ieſu cum ſpeciali officio ab vniuerſis Chriſticolis celebrandum: quod quidem officium ego, ipſo Domino Ieſu adiuuante, cõpoſui.

Trigeſima excellentia dicitur deuotionis Nã nomen Ieſu eſt dulce vnguentum medicatibus. iuxta illud Cant. 1. *Vnguentum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te nimis.* Quod exponens Origenes ait. [Planum eſt quod ad effuſionem olei ſequitur locti impinguatio, in quo facta eſt olei effuſio: ſic eſt neceſſarium, vt in cordibus fidelium in quibus fuerit nomen Domini frequẽtatum, pinguis deuotio ſubſequatur, quæ adoleſcentulas, id eſt nouas animas in pœnitentiæ labore ad currendum poſt dilectum ardentiſſime excitet in amorem.] hæc ille. Sanctus quoque Bernard. ſuper Cant. ſermone 15. inquit: *Ieſu dulcis memoria, dans vera cordis gaudia: ſed ſuper mel, & omnia, eius dulcis præſentia. Nil canitur ſuauius, auditur nil iucundius, nil cogitatur dulcius,* *quam Ieſus Dei filius,* hæc ille. Qui iterum ait vbi ſupra: *Non tantum eſt lux nomen Ieſu, ſed cibus. An non toties confortaris, quoties Ieſu recordaris? Aridum eſt nomen Ieſu, aridus eſt omnis animæ cibus, niſi hoc oleo condiatur.* O quanta dulcedo ſtillare videtur ex labiis innocentis, quando doctus à deuota matre, non valens adhuc dicere, Pater noſter, nec Aue Maria, eum teneri ẽtia nominat Ieſu. Nam nomen Ieſu mel eſt in ore: & melos in aure. Hoc eſt enim nomen de quo inquit Dei filius Exo 6. *Nomen meum Adonai non indicaui eis,* ſcilicet indeuotis, & perſequentibus nomen meum.

Quid ergo dicemus de quibuſdam, de quibus ſcripſit ſanctus Bernardin. epiſtolam manu propria cuidam reuerendiſſimo cardinali, legato Bononienſi, ſe lamẽtans valde, & conquerens, quod cum ipſe munis ſudoribus nomen Domini Ieſu per totam Italiam diſcurrens feciſſet, vt dignum erat ab omnibus venerari: ipſi conſtitutiones quaſdam fecerunt præcipientes confeſſoribus ſuis, ne aliquem in confeſſione audirent, qui hoc glorioſum nomen in domo ſua ſcriptum, vel depictum teneret: & quod crudelius & abominabilius, eſt cum eorum conuerſis ad quærendum panem pergerent: clamabat in plateis, & ad portas domorum alta voce, Fora Ieſu Faciebantque ſibi portari ab eorum, non dicam deuotis, ſed cõplicibus omnes Ieſus ſcriptos, & depictos, & cum maximo Ieſu Chriſti Domini noſtri vituperio comburebant. in muris autem depictos, ſeu ſculptos roſtris ferreis deuaſtabant. O Turcis & Saracenis peiores, O tigribus & feris omnibus crudeliores. Vos eſtis illi de quibus inquit Dauid loquens Deo Pſalm. 73. *Polluerunt tabernaculum nominis tui.* & ibidem: *Vſquequo Deus, improperabit inimicus, & irritat aduerſarius nomen tuum in finem,* & iterum: *Memor eſto huius inimicus improperauit Domine, & populus inſipiens incitauit nomen tuum.* De glorioſo autem Bernardin. paupertatis amatore, & ſequacibus eius nomen Domini Ieſu magnificantibus, & defendentibus prophetauit idem propheta in prædicto Pſalm. dicens: *Pauper, & inops laudabunt nomen tuum.* Contra vos vero rebelles huic ſancto nomini imprecatur Deum, & rogat, vt vos puniat. Pſal. ſeptuageſim. octau. di. *Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.* Tranſiumptiue 23 qu 5 §. hinc notandum O perditi inimici nominis Ieſu, profecto iſti faciunt contra illud præceptũ Dei, Leui. 19. *Non polluas nomen Dei tui.* De talibus

con-

Digitized by Google

conqueritur Dei filius di. Eſa. 52. *Nomen meum tota die blaſphematur.* ſ. ab ipſis. de quibus dici poteſt illud Eſa. 64. *Non eſt qui inuocet nomen tuum.* Iſti. n. voluerunt facere ſicut Iudæi dicentes illud Hie. 11. *Mittamus lignum in panem eius, & nomen eius non memoretur amplius.* De talibus dici poteſt illud Actu. 3. *Ignorantes Ieſum crucifixerunt eum.*

Nos vero debemus ſeruare illud Eſa. 12. *Confitemini Domino & inuocate nomen eius. Memento-te quoniam excelſum eſt nomen eius.* Et tunc dicere poterimus Domino noſtro Ieſu Chriſto illud Hie. 14. *Nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos.* De nobis quoque dici poterit illud Sophoniæ. 3. *Sperabunt in nomine Domini* & illud Amos. 5. *Stabunt in ſublimitate nominis Domini Dei ſui.* De nobis etiam qui deſcendimus de populo gentili, & honoramus nomen Domini Ieſu, dicere poteſt ipſe Dominus illud Malach. 1. *Magnum eſt nomen meum in gentibus.* & iterum ibidem: *Nomen meum eſt honorabile in gentibus.* & iterum: *Offertur nomini meo oblatio munda,* ſ. a nobis. Iſtis vero qui non ſolum inſurgere auſi ſunt contra precioſum ſanguinem ipſius, & puritatem matris ſuæ: ſed etiam de nomine ſancto ſuo vituperium facere præſumpſerunt, dicere valet illud Malach. 1. *vos polluiſtis nomen meum:* & pater cœleſtis dicere poteſt filio illud Oſeæ 1. *Voca nomen eius, non populus meus.* De ipſo quoque Domino noſtro Ieſu Chriſto dici poteſt illud 1. Mach 6 *Dedit ſe vt liberaret populum & acquireret ſibi nomen æternum.* Rogemus ergo ipſum Dominum Ieſum Chriſtum, vt nos faciat annumerari cum illis de quibus dicitur Apocal 22. *Videbunt faciem eius & nomen eius in frontibus eorum.* Propter tantas autẽ excellentias benedicti nominis huius exclamat

Bernard. extollit nomen Ieſu.

ſanctus Bernardinus vbi ſupra di. [O nomẽ Dei Ieſu exaltatum ſuper omne nomẽ. O triumphale nomen. O gaudium angelorum. O lætitia iuſtorum. O pauor inferorum: in te omnes ſpes veniæ: in te omnis ſpes gratiæ: in te omnis ſpes gloriæ. O nomen dulcoroſum, tu peccatoribus veniam præſtas, tu mores renouas, tu mentes diuina dulcedine reples, tu phantaſmata pellis. O nomen gratioſum, per te alta myſteria reuelantur, per te animæ ad diuinum amorem inflãmantur, roborantur in pugna, & à cunctis periculis liberantur. O nomen glorioſum, nomen deſiderabile, nomen delectabile, nomen admirabile, nomen venerabile, tu dulciſſimum nomen regis Ieſu, ſic paulatim ad cæli faſtigia per gratiarũ chariſmata mentes fidelium ſurſum rapis, vt omnes qui ad deuotionem huius nominis intrant, virtute eius gloriam inueniant, & ſalutem per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.] Hæc ille. *Amen.*

DE EADEM BEATISSIMAE VIRGInis Annunciatione.

SERMO DVODECIMVS.

In quo explicatur, quare Verbi ſe ancillam appellauerit: quomodo in ſalutatione angelica commendetur: quis digne dicat Aue Maria; & cuius conditionis ſit huiuſmodi ſalutatio.

TV *es qui liberas ab omni malo.* Sapien 16. Vnigenitus Dei filius volens humanum genus de manu diaboli liberare, incarnatus eſt, & liberauit nos, ſicut liberauit Codrus Rex Athenienſium Populum ſuum De quo narrat Auguſt. 18. de ciuit Dei c. 19 quòd cum regio ſua, & ciuitas ingenti bello hoſtium debellaretur, humani auxilij diffidentia ad oraculum Apollinis confugit: ac ſciſcitatus eſt quomodo tam graue bellum diſſolui poſſet; Reſpondit autem Apollo. quòd hoc fieret, ſi ipſe hoſtili manu occubuiſſet, quod cum in hoſtium caſtris intellectum fuiſſet: ordinauerunt quòd nullo modo regem Athenienſium occiderent. Videns igitur Codrus ciuitatem ſuam nullo modo pacem habere poſſe, niſi ipſe ab hoſtib. interficeretur: depoſuit regis inſignia, & habitum pauperis induit, & caſtra hoſtium eſt ingreſſus, vbi quendam ad pugnandum prouocans interfectus occubuit, ſicque ciuitatem ſuam liberauit. Simili etenim modo verbum Dei, rex Eccleſiæ militantis, videns humanum genus, & ciuitatem huius mundi ab infernalibus hoſtibus obſeſſam, & captiuatam, cognoſcenſque eam non poſſe aliter ita congrue, & iuſte liberari, quàm per incarnationem, & mortem ſuam: *cum in forma Dei eſſet, exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens,*

Simile de Chriſto, et Codro rege Athenienſ.

Digitized by Google

quidem illam non de ſubſtantia carnis ſuæ Chriſtum edidiſſe dogmatizabat. Alius de ſpiritu ſancto non concepiſſe ſibilabat. Alius poſt partum virginem cognitam blaſphemabat. Sed contriti ſunt inſidiatores, conculcati ſupplantatores, confutati derogatores, et beatam eam dicunt omnes generationes.

Quartum ſignum bonæ ancillæ eſt, quando fideliter ſeruit Domino ſuo. Nam ſeruus dicitur à ſeruiendo. facit l. naturalis in princip. ff. de præſcrip. ver. & 33 quæſt. 1. ca nulli. Vel dicitur a ſeruando l. & in ſeruorum & l. libertas §. ſeruitus. ff. de ſta. ho. & § ſerui inſti. de iure per. Appellatione autem ſerui comprehenditur etiam ancilla l. ſeruis legatis. ff. de le. 3. & l. in teſtamento §. ſerui ff. de verbo ſignific. Illa ergo eſt bona ſerua, & ancilla Domino ſuo, quæ ad omnem obedientiam eius eſt parata. iuxta illud Pſalm. 22. *Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum* &c. Per oculos autem intelliguntur affectiones & intellectus. Per manum autem Dei intelligitur eius potentia, vel filius Dei. Sicut enim homo per manum operatur; ſic per verbum Dei facta ſunt omnia, iuxta illud Pſalm. 32. *Verbo Domini cæli firmati ſunt* &c. Vel per manum Dei intelligitur eius voluntas. Quia ſicut homo operatur manu, ſic & Deus operatur ſua voluntate. Vnde dicit Auguſt. quòd *Dei facere eſt, à ſe fieri velle.* Beata igitur virgo ancilla Dei ſuos oculos. i. affectiones ſuas, & intellectum ſemper habuit in manibus Dei. i. in potentia Dei conſiderando in ſeipſa opera ſuæ potentiæ. Vnde ipſa dicit Lu. 1. *Quia fecit mihi magna qui potens eſt:* Item ibidem. *Fecit potentiam in brachio ſuo* &c. Habuit etiam intellectum, & affectum in Dei manu. i. in filio Dei, ipſum ſuper omnem intellectum angelicum cognoſcendo, & eum ſuper omnia diligendo. Habuit etiam oculos ſuos, & totum affectum, & intentionem ſuam in manu Dei. i. in voluntate Dei. Quia quicquid Deus voluit, ipſa ſemper voluit. Nam cum Deus voluit, vt votum virginitatis emitteret: ſtatim emiſit. Cum etiam voluit vt matrimonium contraheret; ſtatim contrahere conſenſit. Item cum voluit vt filium Dei conciperet: ſtatim deſiderauit, & conſenſum præſtitit. Cum etiam voluit vt in Ægyptum fugeret, ſtatim iuit. Item cum voluit vt inde rediret; ſtatim rediit. Et ſic oculi eius ſemper fuerunt in manu Dei. Et conſequenter merito dicere potuit: *Ecce ancilla Domini.* Iſta autem ancilla figurata fuit, 1. Regum 25. vbi dicitur, quod cum Dauid: id eſt Deus, miſiſſet nuncium, ſcilicet Gabriel archangelum ad Abigail, di. *Rex Dauid.* i. Deus pater rex cæleſtis *miſit me, vt accipiat te in vxorem* Ipſa reſpondit: *Ecce famula tua ſit tua ancilla, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei: & feſtinauit; & facta eſt vxor eius* In beata igitur virgine eſt falſificata illa ſententia Gualterij de Caſtilione li. 8. dicentis: *Ante feret ſtellas tellus, ſeptemque triones Abluet oceanus, & ſic cum piſcis amabit: Quàm ſerui ad Dominum ſit veri nexus amoris Inter eos nulla eſt concordia, nam licet extra Pax prætendatur, ideo confligitur intus Pacem vultus habet, agitant præcordia bellum.* Ipſe enim loquitur de ſeruis coactis, qualis non fuit beata virgo, quæ Deo ſeruiuit ex amore, iuxta illud Ouid in li. ſine titulo. *Quis ſeruitutem ferre fatetur amor?* Omnes ergo per deuotionem debemus effici filij huius ancillæ: vt vnuſquiſque noſtrum dicere poſſit Deo cũ propheta Pſal. 85. *Saluum fac filium ancillæ tuæ.*

B. V. habuit præcipuè quartam

PARS SECVNDA HVius ſermonis: In qua commendatur B. V. à gratijs, quæ illi innuuntur Salutatio. Angelica.

SIcut dicit Bernard. ſuper *Miſſus eſt* Salutatio Angelica in ſecretario Trinitatis Dei facta eſt, & digito Dei ſcripta: & cum in conſiſtorio ſuper cæleſtis palatij annotatione diuinæ maieſtatis ſumpſiſſet originem, vni de fortiſſimis palatij, ſcilicet Gabrieli, data eſt ad deferendum. In qua quidem ſalutatione datur intelligi, quod beata virgo habuit omnes gratias ſpirituales, quas cæteræ mulieres habere deſiderabant temporaliter. Deſiderant enim habere pulchritudinem: nobilitatem, diuitiarum vbertatem, ſponſum pulchrum, & nobilem, famam celebrem, & nobilẽ. Primo namque beata virgo habuit magnam pulchritudinem: primo ſpiritualem, quia nullam vnquam habuit maculam peccati, vt diffuſe probaui in 1. parte principali huius operis. Item habuit formoſitatem corporalem: vt probaui in 2. parte principali huius operis ſer. 4. Et quoad omnes iſtas formoſitates, dixit ei ſponſus eius cæleſtis Can. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Non enim fuit aliqua macula in eius corpore, non in ſua mente, vel memoria, vel affectu Non inquam macula originalis peccati; non actualis mortalis, aut venialis. Et ideo ad commodandum eam de hoc, dixit ei Angelus, *Aue.* i. ſine væ alicuius culpæ vel maculę, & conſe-

Maria habuit omnes gratias ſpirituales, quas temporaliter aliæ mulieres deſiderant

Digitized by Google

conſequenter tota formoſa. Vnde illi dicit Hugo de ſancto Victore ſuper Cant. *Quam pulchra es & ſuauis, quam creator rerum probat: quam inſpector cordium laudat, quam diligit autor pulchritudinis cuius teſtimonium perhibet Magiſter veritatis.* hæc ille.

Secundo habuit magnam nobilitatem, vt probatum eſt in ſecunda parte huius operis, ſermone primo. Habuit enim nobilitatem originis de regali ſtirpe, vt ibidem patuit. Item nobilitatem moris, quia fuit omnium bonorum morum honeſtate præclara vt ait Ambro. in lib. de virginibus. Item nobilitatem virtutis, quia omni virtute fuit repleta, vt dicitur Eccleſiaſt. 24. Et hanc triplicem nobilitatem tangit propheta Pſalm. 44. dicens: *Aſtitit regina à dextris tuis.* Ecce nobilitas originis: *in veſtitu deaurato,* ecce nobilitas moris: *circundata varietate.* Ecce nobilitas virtutis. Iſtam ergo triplicem nobilitatem matris Dei inſinuamus, cum eam Mariam in prædicta ſalutatione appellamus. Vt enim dictum eſt in 3 parte huius operis. Inter alias interpretationes Maria interpretatur, maris ſtella, à ſtando in omnium virtutum firmitate. Et ſic patet nobilitas virtutis. Item interpretatur illuminata. Et per hoc denotatur nobilitas moris, & omnis honeſtatis in quibus illuminata fuit. Item interpretatur domina: ex quo denotatur nobilitas originis. Recte ergo ei dicimus: *Aue Maria* i. domina nobiliſſima. Ad perfectum autem Dominum, ſicut dicit Dionyſius in libro de diuinis nominibus, tria requiruntur. ſcilicet, præeminentia, continentia, & permanentia. Si enim debet eſſe [illegible] perfectus Dominus, oportet o[illegible] quibus præemineat, & quod aliquos poſſideat, & ſub ſe contineat, & ab ipſo Dominio non cadat. Iſta vero tria habet iſta domina noſtra, vnde ipſa dicit Eccleſiaſt. 24. *Ab initio, & ante ſecula creata ſum.* Ecce præeminentia. Ipſa enim ante omnia ſecula præceſſit, non tempore, ſed dignitate. *Et vſque ad futurum ſeculum non deſinam:* ecce permanentia, *& in Hieruſalem poteſtas mea:* ecce continentia. huic ergo reginæ, & dominæ dicere poſſumus illud Pſalm. 144. *Regnum tuum regnum omnium ſeculorum, & dominatio tua in omni generatione, & generationem.*

Tertio habuit ſpiritualium diuitiarum vbertatem, iuxta illud Prouerb. vlt. *Multæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias, tu vero ſupergreſſa es vniuerſas.* Vere enim omnes ſupergreſſa eſt, quia ea quæ cæteræ habuerunt particulariter: ipſa habuit vniuerſaliter, vt ſupra pluries eſt declaratum. Sicut enim ſecundum philoſophum ea quæ ſparſa ſunt in animalibus per naturam, collecta ſunt in homine per rationem, vt ſimplicitas in columba, benignitas in agno, liberalitas in leone: Ita omnes gratiæ quæ ſparſim alijs datæ ſunt, in Maria in ſimul fuerunt collectæ. Et propter hoc ei dicimus *gratia plena.*

Quarto habuit ſponſum nobilem ſcilicet Deum. Ideo ei dicitur, *Dominus tecum.* Fuit enim ſecum Dominus pater, qui ſponſam ſuam fecit valde potentem: Dominus filius, qui matrem ſuam fecit valde ſapientem: Dominus ſpiritus ſanctus, qui dilectam ſuam fecit valde clementem: iuxta illud Prouerb. vltimo: *Manum ſuam miſit ad fortia:* ecce quam potens, *& os ſuum aperuit ſapientiæ.* ecce quam ſapiens, *& lex clementiæ in lingua eius.* ecce quam clemens. vnde Bernardus in quodam ſermone inquit: *Tecum Dominus, vt te ſanctificet, tecum vt te conſeruet, tecum vt faciat matrem de filia, & reginam de ancilla, ac cælum de terra. Tecum pater cum filio filius, cum paracleto: tota Trinitas opere indiuiſo.* hæc ille. Qualiter autem beata virgo fuerit ſponſa omnipotentis Dei, declaratum fuit in præcedenti parte huius operis, ſer. vlt. ideo hæc pertranſeo.

Quintò habuit famam celebrem. Ideo dicitur ei Luc. primo: *Benedicta tu in mulieribus.* i. ſuper omnes mulieres benedicta & laudata. vbi Bern. inquit: *Benedicta tu in mulieribus: quia ſingularis meriti es. Benedicta, quia mulierum ſaluatrix es. Benedicta, quia virgo & mater es. O vere fœmina ſuper omnes fœminas benedicta; o vere gemma inæſtimabilis de theſauro celeſtis ſapientiæ producta, & totius Trinitatis artificio incomparabiliter adornata vere tu es benedicta in mulierib. quia tu es martyrum gloria, virginum decus, innocentiæ ſpeculum, caſtitatis exemplar, & integritatis forma.*

Sexto habuit nobilem prolem. Ideo ei dicitur: *Benedictus fructus ventris tui.* De iſta autem benedictione fructus dicitur Geneſ. 27. in benedictione facta Iacob: *Det tibi Deus abundantiam frumenti, vini, & olei.* In iſto enim fructu beatæ virginis ſ. Domino Ieſu Chriſto, ſunt tres ſubſtantiæ, ſcilicet caro, quæ ſignificatur per frumentum, quæ fuit mortua in paſſione, ſed pullulauit in reſurrectione, & multum fructum attulit in ſpiritus ſancti miſſione, iuxta illud Ioan. 12. *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Per oleum vero intelligitur eius anima, quæ oleo ſpiritus ſancti totaliter fuit vncta, iuxta illud Pſalm. 44. *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.* Per vinum autem quod ſecundum Pſal. *Lætificat cor hominis,* intelligitur

In Chriſto ſunt tres ſubſtantiæ ſignificatæ Gen. 27. bened. Iacob.

eius.

Digitized by Google

eius diuinitas, in cuius viſione conſiſtit gaudium, & iubilus omnium ſanctorum. iuxta illud Iob 54 *Videbis faciem eius in iubilo.* De iſto autem frumento, oleo, & vino, venter beatæ virginis confecit nobis vnguentum mirabile ad curanda, & perfecte ſanāda omnia vulnera noſtra, iuxta illud Eccleſiaſt. 28 *Vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & vnctiones conficiet ſanitatis.* Ex quibus omnibus patet, qualiter ſalutatio beatæ virginis omnes cauſas comprehendit, propter quas ipſa merito commendari debet.

PARS TERTIA HVius ſermonis: à quibus dicenda ſit hæc ſalutatio angelica; qualiter & propter quid.

SAlutatio angelica à patre ad quem ſpectat auctoritas, fuit imperata: à filio qui eſt patris ſapientia fuit dictata: & à ſpiritu ſancto fuit cōſcripta. De quo, propheta inquit Pſalm. 44. *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.* & à tota Trinitate, vt ſupradictum eſt, fuit Gabrieli commiſſa. Et iſta ſalutatio talis, & tanta, cum deuotione maxima eſt dicenda. Videamus igitur à quibus debeat dici, qualiter, & propter quid.

Primo autem dico, quòd debet dici maxime à viris cæleſtibus, & deuotis, quod ſignificatur per hoc quòd iſtam ſalutationem tres compoſuerūt, ſcilicet Angelus qui dixit, *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Eccleſia vero addidit, Maria: Elizabeth autem adiunxit: *Et benedictus fructus ventris tui.* Et rationem aſſignat Nico de Lira ſuper Lucam: Quia quando Angelus ſalutauit beatam virginem, nondū conceperat Dei filium. Et ideo non dixit: *Benedictus fructus ventris tui* Sed quando ipſa virgo ſalutauit Elizabeth, habebat in vtero Dei filium benedictum. Angelus autem eſt cæleſtis, & purus. vnde Dionyſius in lib. de Angelica hierarchia ait: *Angelus eſt ſpeculum purum, clariſſimum, & incōtaminatum, incoinquinatum, ac immaculatum.* Eccleſia etiam eſt ſine macula, & ruga, vt dicitur ad Epheſ 5. & in c. Eccleſia. de pœn. di 1. Elizabeth vero fuit iuſta, & ſine querela, vt dicitur Lu. 1. Ex quibus datur intelligi quod quicunque ipſam ſalutationem virginem digne, & meritorie vult dicere, debet h[?]bere corpurum, & angelicum, quantum ad Deum, & eſſe ſine macula peccati, quantum ad ſeipſum: & eſſe ſine querela, quantum ad proximum. Vel poteſt dici quòd per angelum ſignificantur virgines: iuxta illud Berna di: *Quid decorius virginitate, quæ de homine angelum facit?* Per Eccleſiam vero ſignificantur viduæ. Eccleſia enim quodammodo vidua manſit: quando ſponſus ſuus ad cælum aſcendit. Per Elizabeth, quæ erat copulata coniugio, intelliguntur coniugati. Illi igitur qui ſeruant virginitatem: & qui digne cuſtodiunt ſuam viduitatem: & qui licite vtuntur copula matrimoniali: hanc ſalutationem digne dicere poſſunt. Nihilominus tamen etiam peccatores, non debent ab eius ceſſare laude. Vnde Hierony in ſermone ad Euſtoch. ait: *Si virgo es, lauda, quia meruiſti eſſe quod laudas: ſi continens es, venerare, & lauda: quia non aliunde conſtat, vt poſſis quàm gratia Chriſti: quæ fuit pleniſſime in Maria, quam laudas. Quod ſi coniugata, aut certe peccatrix es, nihilominus confitere, & lauda: quia inde miſericordia omnibus profluxit, & gratia, vt laudent. Et quamuis non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris: noli tamen ceſſare: quia inde tibi promittitur venia, vnde & omnibus, vt laudes,* hæc ille. Secundo videndum eſt qualiter iſta ſalutatio ſit dicenda. *Qualiter ſit dicēdū, Aue Maria* Et reſpondetur quòd eſt dicenda frequenter, humiliter, & deuote. Primo quidem frequenter beatam virginem ſalutare debemus: quia frequenter ab ipſa beneficia multa accepimus Ideo ad hoc peragendum exhortamur, Eſai. 23 vbi dicitur: *Sume citharam,* id eſt ſalutationem angelicam: quæ quando dicitur, facit virgini quandam melodiam: *& circumi ciuitatem,* id eſt glorioſam virginem Mariam; in qua omnes ciues, id eſt cogitationes, fuerunt vnitæ in vnam fidem. & dicitur circumi, quia tota, & in circuitu eſt laudanda. Nihil enim in ea fuit, quod non fuerit laude dignum. Deinde ſubdit propheta: *bene cane, frequenta canticum, vt memoria tui ſit.* Ille enim bene canit, qui corde, ore, & opere eam laudat. Ille canticum frequentat, qui ab eius laude nunquam ceſſat; & talium virgo beata habet memoriam: quia eos corporoſe [?] ueratur dum vitam æternam eis donat. Iuxta illud Eccleſ. 24. *Qui me elucidant, vitam æternam habebunt.* Secundo iſta ſalutatio eſt dicenda humiliter. Et illa humilitas non tantum debet eſſe in corde: ſed etiam in corpore, ſcilicet in genu flexione Non eſt enim magnum, ſi ad iſtam ſalutationem mortalis homo genua ponit in terram; ad cuius prolationem rex gloriæ de cælo deſcendit in terram. Non eſt enim magnum, ſi ad illam ſalutationē ſe humiliat vermiculus, ad cuius prolationē altiſſimus factus eſt paruus. Non eſt magnū, ſi ſeruus ſe hu-

ſe humiliter, & genua flectat; quando reginam cæli, & terræ ſalutat. Cui dici poteſt illud Iudith. 11 *Humilium, & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio.* Tertio dicenda eſt hæc ſalutatio deuote. Tunc autem deuote dicitur; quando dicitur cum cordis attentione, cum recta intentione & cum fide & ſpei certitudine. Debet igitur dici cum attentione cordis: ne ipſa conqueratur, & dicat illud Eſai 29. *Populus hic labiys me honorat: cor autem eius longe eſt à me.* Debet etiam dici cum recta intentione. Multi enim ſalutant perſonas nobiles, vt videantur eis familiares: Et ſimiliter multi ſalutant beatam virginem, vt deuoti eius eſſe videantur & credantur. De talibus poteſt dici illud Matth. 6. *Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.* Debet etiam dici cum fide, & ſpei certitudine, vt ſcilicet ea quæ petimus; ab ipſa nos habere ſperemus. Superba eſt enim illa domina, quę ſalutantes non reſalutat. Et quia regina noſtra eſt humillima: ideo eos qui deuote eam ſalutant, ipſam digne laudando reſalutat, etiam ipſa ad ſe inuitando; & dicendo illud Eccleſ. 24. *Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me* &c. Tertio videndum eſt in hac parte, propter quid ipſa ſalutatio ſit dicenda. Et reſpondetur quòd propter tria, ſcilicet propter debitum, exemplum, & fructum. Primo propter debitum: quia ſalutatio debetur amicis, beneficis, & dominis: & ipſa eſt amica noſtra, iuxta illud Eccleſ. 24. *Ego mater pulchræ dilectionis,* id eſt quæ pulchrè diligo, & pulchrè amari volo. Cantic. 2. *Surge, propera amica mea.* Eſt etiam benefica noſtra. Id eo dicitur Sapient. ſeptimo. *Propoſui pro luce habere illam* &c. Et infra: *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa* &c. & eiuſdem lib. c. 8 *Propoſui hanc adducere mihi ad conuiuandum: ſciens quoniam mecum communicabit de bonis ſuis.* De beneficijs autem, quæ ab ea recipimus, dicit Auguſtinus in quadam oratione: *Per te virgo beata hæreditabimus miſericordiam miſeri, & ingrati gratiam, peccatores veniam, ſublimia infimi, cæleſtia terreni: Deum homines, mortales vitam, patriam peregrini.* Ideo illi poteſt conuenire illud ad Roman. vlt. *Salutate Mariam: quia multum laborauit in vobis.* Laborauit quidem filium nutriendo, in Ægyptum fugiendo, diſcipulos docendo, paupertatem ſuſtinendo, & pro nobis orando. Eſt etiam domina noſtra, cui canimus in officio quotidiano: *O glorioſa Domina* &c. Et ideo ex debito eſt à nobis ſalutanda. Secundo debemus eam ſalutare propter exemplum. Habemus n. de hoc exemplum ab angelo, qui eam ſalutauit in thalamo. Vnde dicitur Luc. 1. *Ingreſſus angelus ad eam, dixit: Aue* &c. A Ioanne etiam qui eam ſalutauit in vtero. Vnde dicitur Luc. 1. *Exultauit infans in vtero eius.* A Chriſto etiam ſalutata eſt in cælo, quod in figuram habetur. 3. Reg. 2. vbi dicitur: *Surrexit rex in occurſum matris: adorauitque eam.* id eſt, ſalutauit, quando, ſcilicet receptam in cęlum reduxit. Debemus ergo erubeſcere eam non ſalutare, poſtquam eam tales ſalutant, iuxta illud Eccleſiaſtici. 41 capit. *Erubeſcite à ſalutantibus de ſilentio.* Vnde Bernard. inquit: *Inuitat nos ad Mariæ ſalutationem Gabrielis exemplum; Ioannis tripudium, & reſalutat onus lucrum.* Tertio debemus eam ſalutare propter fructum. Si enim eam ſalutamus cum deuotione; ipſa nos reſalutat, gratiæ exhibitione. Specialiter autem tres gratias eam ſalutantibus dat. De quibus habetur Eccleſiaſtici. 15. vbi dicitur: *Obuiabit illi, quaſi mater honorificata.* Obuiamus illi enim nos ſanctis deſiderijs, & laudibus deuotis. Ipſa vero nobis obuiat auxilijs opportunis: & primo dat nobis panem gratiæ. Ideo ſequitur ibidem: *Cibabit illum pane vitæ & intellectus.* Secundo dat virtutẽ perſeuerantiæ. Ideo ſubditur; *& firmabitur in illo & non flectetur.* Tertio dat exaltationem gloriæ. Ideo ſequitur: *& exaltabit illum apud proximos ſuos.* Quidam autem deuotus prædicator dicit, quod quando ipſam benedictam virginem ſalutamus; imponimus manus in omnia eius merita, & gratias. Nam cum de excommunicato dicatur in ſecunda Ioannis canonica: *Qui dicit illi, aue, communicat operibus eius malignis.* De quo etiam habetur in c. ſe. ſi ſummus pontifex de ſentent. excomm. Et ideo dicit gloſſ. in c. ſi aliquando. eod. titul. quòd excommunicatum non debemus ſalutare. ſed dicere ſibi poſſumus: *Deus faciat te emendare.* Profecto ſi ſalutando malum, dicimur ponere manum in operibus eius prauis: multo magis ſalutando beatam virginem optimam, eius communicamus operibus bonis, quia bonum naturaliter eſt ſuiipſius diffuſiuum, & communicatiuum, vt ait Dionyſ. 4. de di. nominibus. Et ideo omnes ſeruare debemus illud documentum metricum: *Virginis intactæ cum veneris ante figuram: Os, venerando, caue ne ſileatur aue.* Romæ enim vetus Cardinalis facit reuerentiam alteri, & illi obuians eum ſalutat, & ab illo reſalutatur. Scriptum eſt enim Eccleſiaſt. 41. *Erubeſce à ſalutantibus de ſilentio.* Multo ergo magis debemus virginem glorioſam ſalutare deuotè.

Quare ſit dicendum, Aue Maria.

1. *Excell.*

Tres gratiæ dantur ſalutantibus Mariam.

PARS

PARS QVARTA HVius ſermonis: cuius conditionis ſit Angelica ſalutatio.

Salut. ang. eſt diabolo odioſa. SI quæritur qualis, & cuius conditionis ſit angelica ſalutatio? Reſpondetur quod eſt diabolo valde odioſa, Beatiſſimæ autem virgini valde gratioſa: & nobis valde fructuoſa. Primo dico quòd eſt diabolo valde odioſa; nec mirum, quia per illam fuit territus. Vnde dicitur Cant. 6. *Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.* Per illam etiam fuit confuſus, iuxta illud Iudith. 14 *Vna mulier fecit confuſionem in domo Nabuchodonoſor regis.* Per illam quoque fuit contritus; vt vt prædictum fuerat Geneſ. 3. vbi Deus dixit diabolo: *Ipſa conteret caput tuum* Per illam etiam fuit mortuus. Vnde figuraliter dicitur Iudicum 4. *Inter pedes Iahel ruit, defecit, & mortuus eſt Zizara*, id eſt, diabolus. Interpretatur enim Zizara excluſio gaudij. & ſignificat diabolum, quia cæleſti gaudio eſt excluſus; & alios excludere quærit. Quando igitur diabolus ſalutationem angelicam audit, ita eſt ei, ſicut ſi audiret terribile tonitruum, quo terreretur, iuxta illud Pſalm. 76. *Vox tonitrui tui in rota*: & ſicut ſi ebrius rotaretur; & ſicut ſi videret baculum, ſiue clauam, qua percutiatur, iuxta illud Numer. 24 *Conſurget virga, Deus Iſrael, & percutiet duces Moab*, id eſt, dæmones. Item ita eſt ſibi, ac ſi videret gladium, quo vulneraretur, & iugularetur, iuxta illud Iudith. 13. cap. *Amputauit Iudith caput Holofernis.* Iudith enim interpretatur glorificans: & ſignificat beatam virginem, quæ ſemper Deum glorificauit. Holofernes autem interpretatur infirmitas diſſenſionis: & ſignificat diabolum, qui multos robuſtos eneruat, & multos pacificos ad diſſenſionem prouocat. Tunc ergo Iudith caput Holofernis amputauit, quando b. virgo diabolo dominium abſtulit. Item ita eſt ſibi, ac ſi videret clauum, & malleum quo excerebraretur. De quo in figuram dicitur Iudicum 4. *Siniſtram manum miſit Iahel ad clauum; & dextram ad malleum, tempus Zizara valde perforans* *Beat. virg gratioſa.* Secundo dico, quòd iſta ſalutatio eſt beatiſſimæ virgini valde gratioſa. Cum enim eam audit, valde gratiſe recipit: quia in ea recitantur ſex priuilegia quæ ipſa habuit. Primum eſt; quia ipſa fuit ſpeculum totius mundi, iuxta illud Sapient. 7. *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula*, & hoc notatur, cũ ei dicitur, Aue, id eſt ſine væ alicuius culpæ, vt ſupra dictum eſt. Secundum eſt, quòd ipſa eſt lucerna ciuitatis ſupernę, quod notatur, cum dicitur Maria; quæ interpretatur illuminatrix. Vnde illud quod dicitur de Domino noſtro Ieſu Chriſto, Apoc 21 *Et lucerna eius eſt agnus*, poteſt dici de ipſa beata virgine. Sicut enim in cæleſti palatio Chriſtus eſt ſicut Sol, ita beata virgo eſt ſicut Luna. Et ideo Bern. inquit: *Maria præſentia totus illuminatur orbis, adeo vt & ipſa ſuperna ciuitas clarius rutilet virginea lampadis illuſtrata fulgoribus.* Tertium eſt quòd ipſa eſt aquæ ductus cæleſtis gratiæ, ſicut habetur Ecclеſ. 24. quod notatur cum dicitur: *gratia plena*, Vnde Bernar. hoc affirmans ait: *Propter ea generi humano fluenta gratiæ defuerunt; quia nondum interceſſerat aquæ ductus* Quartum eſt quod ipſa fuit thalamus regis gloriæ, in quo nouem menſibus requieuit; & de quo proceſſit *tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* Pſal. 18. Et hoc notatur cum ei dicitur, *Dominus tecum.* Quintum eſt quòd ipſa eſt facta receptaculum benedictionis æternæ; quod notatur cum dicitur. *Benedicta tu in mulieribus* Eua etenim incurrit maledictionem; ipſa vero attulit benedictionem. Vnde Aug inquit: *Maledictio Euæ in benedictionem mutatur Maria* Sextum eſt quòd eſt menſa refectionis ſupernæ; quod notatur cum dicitur: *Benedictus fructus ventris tui.* Iſtum enim benedictum fructum ventris ſui, dat nobis ad comedendum, & bibendum. Vnde ait Cantic. 5 *Comedite, & bibite amici, & inebriamini chariſſimi* Dat etiam ſeipſam nobis ad manducandum per deuotionem Vnde inquit Eccleſiaſtici 24. *Qui me edunt, adhuc eſurient; qui bibunt me, adhuc ſitient.* *Nobis valde fructuoſa.* Tertio dico, quòd ſalutatio iſta, eſt nobis valde fructuoſa; quia liberat à cõfuſione æterna, & præſeruat à culpa, ac dignos facit vita æterna. Vnde ipſa virgo beatiſſima inquit Eccleſiaſtici. 24. *Qui audit me, non confundetur*: ecce primum; *& qui operantur in me non peccabunt*: ecce ſecundum; *& qui elucidant me, vitam æternam habebunt*: ecce tertium. Iſta autem regina licet ſit tam nobilis & alta, quòd non poteſt digne laudari à nobis propter ſuam ſublimitatẽ; eſt tamẽ tam humilis, & pia, quòd laudes noſtras libenter recipit propter ſuam benignitatem. Quapropter eam omnes ſalutate, & laudate debemus: ideo illud quod de Deo dicitur Eccleſiaſtici quadrageſimo tertio poſſumus de ipſa Domina noſtra dicere, ſcilicet: *Benedicentes eam exaltate quantum poteſtis maior enim eſt omni laude.* Nullus enim ſufficienter laudare poteſt illam quam ſic humiliter ſalutauit angelus; quam ſic ſingulariter elegit pater æternus, iuxta illud

Digitized by Google

bus tribus humiliter ſtetit. Tertius hic fuit virginis aſcenſus, vt difficile rumperetur triplex funiculus. Feruebat ſiquidem in quærenda gratia charitas, ſplendebat in carne virginitas, in obſequio eminebat humilitas hæc ille. De qua viſitatione virginali tres conſiderationes faciemus.

Prima dicetur litteralis expoſitionis.

Secunda moralis inſtructionis.

Tertia vero virtualis aſcenſionis.

PARS PRIMA HVIVS ſermonis: in qua litteraliter exponitur Euang. Luc. 1.

NArrat Euangelium hodiernum Luc. 1 deſcriptum, quod Maria exurgens ſcilicet à quiete orationis, & deuotionis, quæ erat præuia omnibus operibus ſuis, vt inquit Nico de Lyra ſuper hoc verbo: *Abijt in montana*; proprium eſt nomen loci ſecundum quoſdam, quia locus in quo manebat Zacharias, erat altior Galilæa, à qua receſſit Maria, diſtans circa 74. miliaria a domo Zachariæ, quæ erant prope Hieruſalem circa quatuor miliaria. Theophilus autem expoſitor ait: *Propter hoc autem abijt in montana*: quia Zacharias in montanis habitabat. *Cum feſtinatione*: quod exponit Nicol de Lyra, eã feciſſe, vt oſtenderet quod virgo non debet morari in loco publico, nec ibi contrahere colloquia. Orig. autem dicit: *Ieſus qui in vtero illius erat, feſtinabat adhuc in ventre matris Ioannem poſitum ſanctificare*, vel abijt ad viſitandam Elizabeth cum feſtinatione; quia opus bonum quanto fit citius, tanto æterno regi eſt gratius, iuxta illud Prouerb. 22. *Vidiſti hominem velocem in opere ſuo: coram regibus ſtabit* Dicitur enim quod qui cito dat bis dat. vt notatur in § item ſi ſic Inſt. de fideiu & in § plus autem. Inſti. de acti. Et ſalutauit Elizabeth, quod fecit ſecundum Nico de Lyra, tum quia erat humillima; tum quia erat iunior, ideo prius eam ſalutauit; forte dicens illi, *Pax tibi*; ſicut dixit poſtea filius eius diſcipulis. *Pax vobis*. Ioan. 20. & Luc. 24 quia etiam ad eius obſequium venerat. Ideo prior eam ſalutauit. *Et factum eſt vt audiuit ſalutationem Mariæ Elizabeth*, &c Quod exponens Amb. vbi ſupra, ait; *Cito autem euentus Mariæ, & præſentia Dominica beneficia declarant ur*. Nam ſequitur: *Et factum eſt vt audiuit ſalutationem Mariæ Elizabeth: exultauit infans in vtero eius Vide diſtinctionem, ſingulorum que verborum proprietates. vocem prior Elizabeth audiuit, ſed Ioannes prior gratiam ſenſit; illa naturæ ordine audiuit, hic exultauit ratione myſterij, illa Mariæ; iſte Domini ſenſit aduentum.* Græcus verò expoſitor ſuper Lucam dicit: [Propheta enim parente acutius videt, & audit; ſalutatque prophetarum: ſed quoniam verbis non poterat; ſaltat in vtero; quod maximum extitit in gaudio; quis vnquam nouit tripudium natiuitate antiquius? inſinuauit gratia quæ naturæ ignota extiterant. reclusus ventre miles agnouit Dominum, ac regem oriturum ventris tegmine non obſtante myſticæ viſioni, inſpexit namque non palpebris, ſed ſpiritu] Origen. autem inquit: [Non antea repletus fuerat ſpiritu, donec aſſiſteret quæ Chriſtum gerebat in vtero. Tunc autem & ſpiritu erat plenus, & reſalutabat in parente. vnde ſequitur; & repleta ſpiritu ſancto Elizabeth, & exclamauit voce magna dicens benedicta tu inter mulieres.] Cuius rationem aſſignat Orig. dicens [Nulla enim vnquam tantæ fuit gratiæ particeps, aut eſſe poterit, vnius enim diuini germinis parens eſt vnica] Beda vero dicit: [Eadem autem voce ab Elizabeth, qua à Gabriele benedicitur, quatenus, & angelis, & hominibus veneranda monſtretur.] Theophilus vero addit: [Quia autem aliæ ſanctæ mulieres fuerũt, quę tamen genuerunt filios peccato inquinatos; adiũgit, & benedictus fructus ventris tui.] Origen. etiam inquit: [Fructum autem ventris Dei genitricis Dominum dixit; quia nequaquam ex viro, ſed ex ſola Maria proceſſit. Nam qui ſemen ſumpſerunt à patribus, fructus eorum exiſtunt] Seuerus vero ait: [In qua parte emergit Euthychetis redargutio; dum fructus vẽtris Chriſtus aſſeritur. Omnis enim fructus, eſt eiuſdem naturæ cum planta Vnde & virginem relinquitur eiuſdẽ fuiſſe naturę cum ſecundo Adam, qui tollit peccata mundi. Sed & qui phantaſticam opinionem de carne Chriſti confingunt, in vero Dei genitricis partu erubeſcant, nam ipſe fructus ex ipſa ſubſtantia procedit arboris. Vbi ſunt etiam, dicentes quaſi per aquæductum Chriſtum tranſiſſe per virginem, Aduertant ex dictis Elizabeth, quam repleuit ſpiritus ſanctus Chriſtũ fructum ventris;] hæc ille Sequitur: [Vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me?] Iſta autem, vt ait Nico de Lyra, non poterat ſcire Elizabeth, niſi per reuelationem ſpiritus ſancti. Super quibus verbis inquit Amb. vbi ſupra: [Non quaſi ignorans dixit, ſcit enim eſſe ſancti ſpiritus gratiã, & operationem, vt mater Domini matrem prophetæ ad profectum ſui pignoris ſalutet, ſed quaſi non humani hoc meriti, ſed diuinæ gratiæ munus eſſe cognoſcat, ita dicit] Origen etiam ait:

Expon. in montana.

Cum feſtinatione.

Expon & factum eſt &c.

Ben. fruct. ventris tui expon.

Vnde hoc mihi &c. expon.

[Conuenit autem hoc dicens cum filio; nam & Ioannes indignum ſe ſentiebat aduentu Christi ad ipſum. Diuina autem promiſſio duxerat Mariam ad Elizabeth vt Ioannis teſtimonium ab vtero perueniret ad Dominum. Tunc enim Ioannem Dominus in prophetam conſtituit.] hæc ille. Qui iterum ait: *Venerat autem mater Domini viſura Elizabeth miraculoſum conceptũ, quem retulerat angelus; vt per hoc ſequatur credulitas potioris ad virginem manaturi.* Et ad hanc fidem facit ſermo Elizabeth dicentis: *Et beata quæ credidiſti, quoniam perficiẽtur in te ea quæ dicta ſunt tibi à Domino* Vbi Amb inquit: *Vides minime dubitaſſe Mariam ſed credidiſſe, & ideo fructum fidei conſecutam.* Beda vero inquit: *Nec mirum ſi Dominus redempturus mundum operationem ſuã inchoauit à matre; vt per quam ſalus omnibus parabatur, eadem perſona fructum ſalutis hauriret ex pignore.* Ambroſius autem ſuper Lucam dicit: *Sed & vos beati qui audiſtis, & credidiſtis Quæcunque enim crediderit anima, & concipit, & generat Dei verbum, & opera eius agnoſcit.* Beda vero addit: *Omnis autem anima, quæ verbum Dei mente concepit, virtutum ſtatim celſa cacumina greſſu conſcendit amoris, quatenus ciuitatem Iuda, id eſt confeſſionis, & iubilationis arcem penetrare, & v[illegible] perfectione n[illegible] ſ[illegible]iſſe, & charitatis quaſi tribus in ea menſibus valeat commorari* Gregorius autem ſuper Ezechielem dicit: *Simul & de præterito, & de præſenti, & de futuro per propheticum ſpiritum Elizabeth tacta eſt, quæ & eam promiſſionibus angeli credidiſſe cognouit, & matrem nominans, quia redemptorem humani generis in vtero portaret, intellexit Et cum omnia perficienda prædiceret: quid etiam de futuro ſequeretur aſpexit.* Hæc ille Dicit autem Ambroſius, & Bernar. ſuper Lucam, quod cum in primo aduẽtu virginis ex ſalutatione eius tantum vibrari ſenſerit beatus Ioannes, & mater eius profecto conſtat eos multum profeciſſe ex diuturna eius manſione, ſcilicet per tres menſes quibus morã traxit in domo Elizabeth. Quia vero dicit euangelium quod exultauit Ioannes in vtero matris: Eſt ſciendum quod eſt differentia inter gaudere & exultare, quia gaudere eſt in animo lætari; exultare autem eſt oſtendere gaudium aliquod ſigno extrinſeco & manifeſto. Et ſi quæratur quod fuit hoc ſignum? Reſpondetur quod vt dicunt phyſici max me Auicenna. 21 3 c. de generatione embryonis Filius exiſtens in vtero matris tenet terga, ſeu ſpatulas verſus ventrem matris: Fac em vero verſus terga, & ſpatulas matris. Cum igitur beatiſſima virgo ſalutaret, & dulciter amplexaretur ſanctam Elizabeth, ſtatim. B Ioannes vertit faciem verſus ventrem matris ſuæ, & genibus flexis adorauit Chriſtum exiſtentem in vtero virginis benedictæ, quaſi quærens amplexari Chriſtum, ſicut mater Chriſti amplexata erat matrem eius. Non enim diſtabat nec ſeparabatur à Chriſto niſi per tenuem ventris parietem: gauiſus eſt ergo Ioannes non ſolum interius in animo ex præſentia Saluatoris, & matris eius; ſed etiam tali ſigno mirabili voluit indicibilem exultationem ſuam demonſtrare.

PARS SECVNDA HVius ſermonis, in qua moraliter expon. Euangel. occurrens, & octo traduntur documenta.

IN occurrenti euangelio dicuntur octo de B. virgine, quæ & nos eius imitatione debemus facere. Primo quod exurrexit ſtatim poſt con- 1. Docum.
ceptionem filij Dei, vt nos inſtrueret quod ſtatim quando concepimus propoſitum bonum, & ſalubre, iuxta illud Eſa. 26. *A facie tua concepimus, & quaſi parturiuimus ſpiritum ſalutis*, debemus exurgere à ſenſualitatibus, & peccatis, & à corporeæ accidiæ: iuxta conſilium prophetæ Eſa. 52 d c. *Conſurge, conſurge, induere fortitudine tua Sion* Et Pauli Epheſ. 5. exhortantis, & dicentis: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Chriſtus.* Et Prouer 6 inquit Salomon: *Vſquequo piger dormis? quando exurges à ſomno?* Secundo dicitur quod abiit ſeil. ecrã Galilæa: quæ interpretatur 2. Docum.
rota volubilis: vt nos inſtrueret diſcedere ab amore, & affectione rerum mundanarum volubilium, ſecundum conſilium Michez 2 dic. *Surgite, & ite: quia non habetis hic requiem*, vel vt inſtrueret nos ſtatim concepto propoſito bono, abire ad illud in opus producendum, iuxta illud Io. 5. *Surge tolle grabatum tuum, & ambula.* Tertio additur *cum feſtinatione*, vt inſtrueret nos de- 3. Docum.
bere eſſe feruentes & veloces ad bene operandũ, & ad currendam viam diuinorum præceptorũ, vt dicere Deo valeamus cum propheta. Pſal. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum.* de qua via etiam Prou 4. inquit Deus: *Viã ſapientiæ monſtrabo tibi: & ducam te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris, non arctabũtur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum.* Beda vero dicit: *Feſtinanter ire eſt non pedũ greſſus accelerare: ſed in fide ſemper ac virtute proficere.* Item hoc egit, vt nos inſtrueret ſine

mora.

mora, & feſtinanter conuerti ad pœnitentiam, iuxta illud Eccleſ. 5. *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Sicut ergo Maria feſtinauit: ita & nos debemus feſtinare ad bona opera accelerando: & quicquid boni agere valemus, inſtanter operando, iuxta illud Eccl. 9. *Quodcunque poteſt facere manus tua inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia, nec ſapientia erit apud inferos quo tu properas.* Ait enim Chryſ. in quodam ſermone: *Nihil eſt quod vitam noſtram ita valeat euertere; vt operum actionem diſſimulare ſemperq; differre, ſæpe enim illud omnibus nobis bonis facit excidere.* Hæc ille. Vnde dixerunt aliqui ſapientes, quod bonum opus nunquam eſt differendum, ne forte aliquo caſu ſuperueniente impediatur, iuxta illud Lucani in primo: *Tolle moras ſemper nocuit differre paratis.* Et ideo Cato moraliter in ſuis documentis ait: *Rem tibi, quam neſcis aptam dimittere noli: Ne rurſus quæras quæ iam neglexeris ante.* Et Horatius in epiſtolis inquit: *Tu quamcunque Deus tibi fortunauerit horam; Grata ſume manu: nec aulcia differ in horam.* Et Proſper in lib. epigram. canit: *Quid iuuat in longum cauſas producere morbi? Cur dubium expectat cras hodierna ſalus?* Martialis vero ait: *Viuendi recte fatuus procraſtinat horam.* Et Ouid. in primo de remedio exhortatur di. *Sed propera, nec te venturas differ in horas: Qui non eſt hodie cras minus aptus erit.* Et ibidem, *Vidi ego quod primo fuerat ſanabile vulnus, Dilatum longa damna tuliſſe mora.* Dicunt etiam prædicti ſapientes quod malum ſemper differri debet: ſi forte aliquis caſus ſuperueniens impediat eius perpetrationem.

Bonum opus nunquam differendum.

4. Docum. Quarto additur in montana, vt nos inſtrueret aſcendere ad vitæ altitudinem; appetendo cæleſtia, & appropinquando ad ea, ſeruando conſilium angeli quod dedit Loth Geneſ 19. c. di. *Ne ſtes in omni loco circa regionem, ſed in monte ſaluum te fac:* vt verificetur de vno quoque noſtrum illud Pſal. 83. *Aſcenſiones in corde diſpoſuit in valle lachrymarum in loco quem poſuit. Etenim benedictionem dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion.* Abijt quoque in montana, vt oſtenderet quàm via virtutum ſit difficilis 2. Eth. tamen non debet homo ratione difficultatis deſiſtere: ſicut nec illa ceſſauit ab aſcenſu montano, incedendo per viam ſaxoſam, & arduam, & pedeſter ambulando. Ad acquirendas enim virtutes non ſine labore peruenitur, ſicut nec ad montana ſine difficultate aſcenditur. Vnde metrice dicitur: *Abſque labore graui non poſſunt magna parari.* In hoc etiam labore quem ſuſtinuit beata virgo aſcendendo per hanc viam difficilem, oſtendit nobis veram eſſe illam Senecæ ſententiam in 2. libr. de ira dicentis: *Nihil eſt tam difficile, & arduum, quod non humana mēs vincat.* Et ideo licet verum ſit quod ait Imperator in § ſancimus. in aut. de mona. ſcilicet quòd non facilis eſt vitæ mutatio, ſed cum magno fit animi labore. Nos tamen ſciētes quòd animus omnia vincit, atque etiam vires corpus habere facit ſecundum ſententiam Ouidii in 2. de Ponto; Debemus proficiſci per viam arctam quæ ducit ad vitam, Matth. ſeptimo, ſcilicet per viam virtutis, quæ eſt ardua: & non ire per viam facilem, quæ deſcendit ad infernum, vt inquit Virgilius 6. Æneid. in perſona Sibyllæ dicens: *Facilis deſcenſus Auerni,* &c.

5. Docum. Quinto additur in ciuitatem Iuda. Iudas autem confitens interpretatur: vt nos inſtrueret ad confitendum peccata noſtra, & diuulgandas diuinas laudes, maxime eundo in eccleſias ad prædicationes, & Miſſas, ac alia diuina officia. Vel abiit in ciuitatem Iuda, vt nos inſtrueret ad intrandum clauſtrum regularis obſeruantiæ, quod eſt ciuitas confitentiū peccata, & laudes Deo canentium. De qua ciuitate exponi moraliter poteſt illud Eccl. 10. *Labor ſtultorum affliget eos qui neſciunt in vrbem pergere.*

6. Docum. Sexto additur, in domum Zachariæ, vt nos inſtrueret non debere ſequi cogitationes vanas, ſed ſemper memores eſſe mandatorū Dei ad faciendum ea: iuxta illud Nu. 15. *Memores præceptorum Domini faciant ea.* Zacharias enim memor Domini interpretatur. Intrauit etiam in domū Zachariæ, vt ſeruiret Elizabeth mater regis matri militis. In quo dedit nobis exemplum humilitatis, vt ſeruemus illud Matth. 20. cap. *Quicunque voluerit inter vos maior fieri, erit veſter ſeruus.* Quod faciebat Paulus qui dicebat 1. ad Corin. 9. *Cum liber eſſem ex omnibus, omnium me feci ſeruum, vt plures lucrifacerem.* Hoc autem perfectiſſime adimpleuit magiſter humilitatis Dominus noſter Ieſus Chriſtus qui de ſeipſo inquit Matt. 20. *Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare.* Et Luc. 22. dicebat Apoſtolis: *Ego autem in medio veſtrum ſum tanquam qui miniſtrat.* Ob quam cauſam Papa vocat ſe ſeruum ſeruorum Dei: vt patet in procemio decretalium, Sexti, & Clementinarū. Et ſimiliter Imperat. eodem reſpectu appellat ſe ſeruum. vt in l. 1. circa princ. C de offi. præfe. præ. Afri. Item intrauit in domum Zachariæ ſenis, & muti, vt oſtenderet quod fortiores debent ire ad domos infirmorum: & ſani fratres, vt infirmis miniſtrent, ſeruando conſilium Eccleſ. 7. dicentis: *Non te pigeat viſitare infirmum: ex hoc enim in dilectione firmaberis.*

Septimo

Digitized by Google

Septimo additur: & ſalutauit Elizabeth: vt nos inſtrueret, in ſolo Deo ſanctitatem noſtri deſiderij, & ſpem noſtram collocare; vt poſſimus dicere cum propheta illud Pſal 72. *Deus cordis noſtri & pars mea Deus in æternum.* Elizabeth namque Dei noſtri ſanctitas interpretatur. Item ſalutauit Elizabeth, vt nos inſtrueret bonum propoſitum, & gratiam præconceptam proximis communicare, ſicut ipſa fecit Elizabeth, & puero eius. Item ſalutauit Elizabeth prægnantem: vt nos inſtrueret de bono propoſito congaudere de bono propoſito ab altero cœpto. Quia ſcriptum eſt Eccle. 43. *Erubeſce à ſalutantibus de ſilentio.* Væ ergo illis, qui prægnantes ſpiritualiter faciunt abortiri, & prauis conſiliis ſuffocant partum in vtero. Scriptum eſt enim Amos 1. *Super tribus ſceleribus filiorũ Amon, & ſuper quatuor non conuertam eum; eo quod diſſecuerunt prægnantes Galaad.* Item beata virgo intrauit domum, & ſalutauit Elizabeth intus in domo; vt oſtenderet quod illi qui extra vagantur, indigni ſunt eius ſalutatione. Quia inquit Dominus Matt. 10. *Neminem in via ſalutaueritis.* Et Amos 5. dicitur: *In cunctis quæ foris ſunt dicetur væ.* Ambitioſi namque amant ſalutationes forenſes, ſicut eſt ſalutari in foro: vt inquit Dominus Matt 23. Eſau autem quia foris erat, amiſit benedictionem paternam primogenituræ Geneſ 27. Chryſoſtom. autem ſuper Matth. inquit, quod ideo viſitauit Elizabeth; vt arcanum Dei incarnationis myſterium, quod propalare nolebat, ipſi Elizabeth cognatæ ſuæ ſanctæ aperiret: & ſimul cum ea de acceptis à Deo beneficiis gratias illi referret. Aliis vero non manifeſtauit ratione, quam Chryſoſtom. vbi ſupra aſſignat dicens: *Celabat quæ ſupra dicta ſunt in ſe virgo: nec cuiquam hominum pandit. Non enim credebat ab aliis poſſe fidem adhiberi mirandis relatibus, imo magis putabat ſe pati conuitia, ſi diceret; quaſi volens ſcelus proprium palliare.* Græcus vero expoſitor ſuper Lucam ait: *Ad ſolam autem refugit Elizabeth: ſic enim conſueuerat propter cognationem & propter certam huiuſmodi coniunctionem.* Octauo additur quod manſit in domo Zachariæ quaſi tribus menſibus, vt ſcilicet nos inſtrueret perſeuerare in bonis operibus, & fugere hominum conuerſationes, quæ debent euitari maxime à virginibus, & aliis iuuenculis mulieribus. Ait enim Hieronym. in ſuo tranſitu: *Ego puto quòd ſi cum viris fœmina habitauerint, viſcarium diaboli non deerit.* Has autem rationes tangens Ambroſ in homil. occurrentis diei inquit: [Diſcite & vos ſanctæ mulieres ſolicitudinem, quam prægnantibus debeatis exhibere cognatis. Mariam quæ ante ſola in intimis penetralibus verſabatur, non à publico virginitatis pudor, non à ſtudio aſperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardauit. In montana virgo cum feſtinatione: virgo officij memor, iniuriæ immemor, affectu vigente nō ſexu, relicta petere it domo. Diſcite ſacræ virgines nō circumcurſare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miſcere ſermones. Maria in domo ſera, feſtinat in publico. Manſit apud cognatam ſuam tribus menſibus. Etenim quę propter officium venerat, inhærebat officio. Manſit autem tribus menſibus, non quod domus eam delectaret aliena; ſed quia frequentius videri in publico diſplicebat.] Hæc ille. Myſtice autem per Mariam quæ ſtella maris interpretatur, figuratur prælatus, qui debet cum ſubditis manere tribus menſibus, ſcilicet documentis imbuendo, exemplis confortando, & temporalibus fouendo. Vnde Petro dictum fuit à Domino Ioan. vlt. ter. *Paſce oues meas.* Poſtea vero debet reuerti in domum ſuam, ne propter aliena negocia negligat ſua, iuxta illud Gen. 30. *Iuſtum eſt, vt aliquando prouideam domui meæ.*

PARS TERTIA HVIVS ſermonis, in qua per hoc Euangelium conſiderantur nonnullæ virtutes. B.V.

IN ſacra ſcriptura dicitur quis exurgere tripliciter. Aliquando à ſomno culpę, vt dictum eſt in parte præcedenti. Vnde dicebat Apoſtolus ad Roman 13. *Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.* In peccatis enim permanens dicitur dormire: quia ſicut in ſomno dormiens nil meritorij operis agit, quia vſus liberi arbitrij eſt ligatus: ita peccator in tali ſtatu, licet opus agat de genere bonorum, nihil meretur, quoad vitam æternam conſequendam. Et ſicut dormientati in ſomnis videtur ſibi aliquando habere multas diuitias, & delicias, & in eis gaudere, ſed euigilans ſe illis vacuum videt, & quaſi illuſum, vnde triſtatur, ita peccatori videtur quod iſta bona mundi teneat, & poſſideat, & dum ſperat ſe in eis permanere, in morte quaſi euigilat, & tunc cernit illa bona fallacia fuiſſe, & tranſitoria, & eis carere, ſeu illa dimittere per mortem, ſicque affligitur, & multum dolet. Vnde Pſal. 75. inquit: *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.* Aliquando autem dicitur exurgere pœnitens in ſpe veniæ. Quando enim quis de pec-

de peccatis ſuis pœnitentiam agit, dicitur ſedere per humiliationem ſui. Nam & de more loquendi eſt, vt cum quis humiliatur, dicatur poſitus ad ſedendum. Vnde Chriſtus per Pſal. 138 humiliationem ſuæ paſſionis vocat ſeſſionem; dum patri ait: *Tu cognouiſti ſeſſionem meam*, id eſt, approbaſti, & gratam habuiſti humiliationem meam. Tali igitur humiliato, & ſedenti in pœnitentia dicitur, vt exurgat ſcilicet ſperando veniam peccatorum, & adiutorium gratiæ ad bene operandum. Nã vt ait Amb. de pœnitent. a. di. 1. c. nemo: *Nemo poteſt digne agere pœnitentiam, niſi qui ſperauerit veniã.* Vnde ipſis pœnitentibus dicit propheta Pſal. 126. *Surgite poſtquam ſederitis, qui mãducatis panem doloris*, i. vos qui paſcimini dolore, & lachrymis contritionis, poſtquam ſederitis, id eſt, humiliaueritis vos, ſurgite ad ſpem veniæ. Aliquando vero dicitur quis ſurgere ad profectum gratiæ, eleuando ſe ad contemplandum cœleſtia, & ad illa feſtinando. Et iſto modo loquitur ſpiritus ſanctus animæ à Deo dilectæ Cant. 2 cap. dicens: *Surge propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni*, ſcilicet ad contemplationem ſupernorum, & perfectionem virtutum. *Iam enim hyems*, ſcilicet peccatorum, *tranſijt, imber*, ſcilicet paſſionum, *abijt & receſſit: flores*, ſcilicet ſanctorum deſideriorum *apparuerũt in terra noſtra*, id eſt, in anima ſancta. Et iſto tertio modo ſurrexit benedicta virgo cum dicitur: *Exurgens Maria abijt in montana cum feſtinatione.* Vnde dicere poſſumus quod abijt primo in montana diuinorum ſcilicet ſanctiſſimæ Trinitatis. Nam tota Trinitas in ea ſuas excellentiſſimas proprietates poſuit. Secundo abijt in montana angelorũ. Omnes enim eorum dignitates, & omnia eorum miniſteria ipſa vna & ſola in ſe comprehendit. Tertio abijt in montana cœlorum; quia recte ipſa dicitur cœlum propter amplitudinem; habuit enim amplum affectum ad diligendum, amplum vterum ad Deum capiendum, amplum intellectum ad cognoſcendum, & amplum ſinum ad compatiendum. Quarto abijt in montana Patriarcharum. Omnes namq; gratias & excellentias quas habuerunt Patriarchæ, quibus Deo fuerunt accepti, multo excellentius habuit beata Virgo. Quinto abijt in montana Prophetarum. Ipſi enim quandoq; prophetabant de præterito, quandoque de futuro, & quandoque de præſenti occulto. Beata autem virgo omnibus his modis excellentiſſimè prophetauit. Sexto abijt in montana fœminarum: omnes enim benedictiones, quas habuerunt dominæ veteris teſtamenti, ſparſim & ſingulatim, hæc vna virgo ſimul complexa eſt.

Septimo abijt in montana creaturarum, ſcilicet recipiens in ſe omnes perfectiones earum, quæ omnia quia patent ex dictis in alijs ſermonibus, breuitatis cauſa pertranſeo ad præſens, ſolũ intendens hic declarare, quomodo ipſa glorioſa virgo aſcendit in montana veræ humilitatis, fraternæ charitatis, & contemplatiuæ iucunditatis. Quantum ad primum ſcilicet de vera humilitate poteſt exponi illud Gen. 19. *In monte ſaluum te fac.* Nam vt ait Gratianus in §. taciturnitas de pœni. di. 1. *Sine humilitate nemini poteſt eſſe ſalus.* Dicitur autem humilitas, & vallis, & mons diuerſis reſpectibus. Nam vallis dicitur quę eſt in imo. Per humilitatem aũt habetur vera cognitio propriæ vilitatis. Eſt enim humilitas vt ait Bern. virtus, qua homo veriſſima ſuipſius cognitione ſibi vileſcit. Et ſecundum hoc exponitur illud Pſal. 103 qui ait Deo: *Emittis fontes*, ſ. gratiarum, *in cõuallibus*, id eſt, in mentibus humilium. Mons vero dicitur humilitas in quantum per eam eleuatur mens ad cognitionem Dei, & aliarum virtutum, & demum exaltatur in cœlum. Quia *qui ſe humiliat, exaltabitur.* Mat. 23. Et ſecundum hoc Anſel. in li. de ſimilitudinibus aſſimilat eã monti, ad quem aſcenditur ſeptem gradibus. Exurgẽs igitur Maria, aſcendit hunc montem veræ humilitatis, & viſitauit Elizabeth ſe humiliando inferiori, pergens regina ad vaſallam, domina ad ancillam, mater Domini ad matrem ſerui. Quod intelligens Elizabeth viſitata, & à ſpiritu ſancto edocta: *exclamauit voce magna*: Quod exponens Ber. ait: *Nõ tam clamoroſa quam deuota.* Deuotio enim clamor eſt. Nam Exod. 14 Moyſes: & Dan. 13. Suſanna. & 1. Reg. 1. Anna ſine voce clamauerunt. Vnde non clamor, ſed amor clamat in aure Dei. Exclamauit autem id eſt, ex pleno clamauit. Repleta enim ſpiritu ſancto Elizabeth tacere nõ potuit. Nã *ex abundantia cordis os loquitur.* Matt. 12. Dixit autem: *Vnde*, id eſt, qua iuſtitia, vel quibus meis factis vel meritis accidit *hoc mihi* ſterili, ſeni, ac maledictæ *vt veniat mater Domini* mei, virgo fœcunda, iuuenis, ac benedicta *ad me*, & nõ ego ad illam diuinam, & reginam meam. Et ita exponit B. Amb. in quadam homil. Secundo B. virgo aſcendit in montana fraternæ charitatis. Charitas n. dicitur mons ille, de quo inquit propheta Pſal. 47. *Mons Dei mons pinguis; mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo. Deus* namque *charitas eſt.* 1. Ioan. 4. Et tranſſumptiue in c. abijt. 31. q. 3. Per iſtum igitur montem aſcendit beatiſſima virgo, vt ſalutaret Elizabeth, quo eam conſolaretur de donis à Deo receptis, & illam à verecundiæ pœna liberaret. Vt. n. dicitur Luc. 1. eru-

beſecbat Elizabeth, ſe grauidam repetiri in ſenectute, & carnalibus actibus operam dediſſe, & ideo occultabat ſe. Sed confortata ex verbis beatę virginis; quæ prius verecundabatur ſe eſſe grauidam, poſtea in Domino gloriabatur ſe prophetā, & plus quam prophetā concepiſſe, vt inquit Ambro. vbi ſupra. Aſcendit ergo regina cœli ſuper iſtum montem charitatis, vt ſua ſanctiſſima ſalutatione ſpiritu S. repleri faceret B. Ioannē, & matrem eius. Vnde dicitur in Euangel. hodierno: *Et factum eſt vt audiuit ſalutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius:* & ſic ſpiritum S. recepit virtute verbi virginei: & per ipſum ſpiritum S. baptizatus eſt, & ab originali peccato mūdatus eſt, vt inquit Petrus Damianus in quodam ſermone. Qua repletione Spiritus S. ſentiens B. Ioannes filiū Dei venire ad ſe, præ gaudio in matris vtero tripudiauit; & motu ſalutauit, quem voce non potuit. Exultauit enim quaſi geſtiens ſalutare Dominum ſuum, & matrem eius; eiſq; aſſurgere. Ideo Chryſ. ſuper Luc. ait: *Ideo Chriſtus fecit Mariam ſalutare Elizabeth, vt ſermo procedens de vtero matris, vbi habitabat Dominus, per aures Elizabeth ingreſſus deſcenderet ad Ioannem, vt illic eum vngeret in prophetam.* Hæc ille. De repletione quoque ſpiritus S. ipſius Elizabeth ex virtute ſalutationis virginalis dicitur vbi ſupr. *Et repleta eſt ſpiritu S. Elizabeth,* & prophetauit beatæ virginis dicens: *Benedicta tu in mulieres,* id eſt, inter omnes mulieres benedictas maiori benedictione inſignis, iuxta illud Eccl. 24. *In multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur.* Item benedicta tu ſingulariter, quæ es virgo cum fœcunditate, & mater cum virginitate, & genuiſti Deum qui creauit te. Tria vero fuerunt in B. virgine propter quę ſingulariter fuit benedicta. Primum fuit humilitas, quia enim ſe vacuam oſtendit, ideo impleri meruit. Vnde ei dixit angelus: *Aue gratia plena.* Secūdum fuit virginitas, quam vt melius cuſtodiret, frequentias hominum fugiebat, propter quod Dominum comitem habere meruit. Vnde ei dictum eſt, *Dominus tecum.* Tertium fuit Dei & proximi charitas, cuius amore hominum maledicta cōtempſit, & ideo benedicta fuit ab angelo, quia triumphantē Eccleſiam reparauit. Benedicta quoque fuit ab Elizabeth: quia Eccleſiam militantem iam quaſi mortuam ſuſcitauit. Quantum enim fuerit beatiſſima virgo repleta charitate, apparuit ex hoc, q ipſa poſtquam ſalutauit Elizabeth, manſit enim ea quaſi tribus menſibus. Quia enim vt habetur Luc. t quando ipſa benedicta Dei mater conceperat filium ſuum: erat ſextus menſis conceptionis

Propter tria fuit Maria ſingulariter benedicta.

B. Ioannis. Ideo ipſa piiſſima virgo voluit ibi circa tres menſes permanere, vt intereſſet natiuitati B. Ioannis, & illi charitatis obſequia impēderet. O igitur glorioſe præco, qui reginam angelorum in tuo ortu tibi miniſtrantem, & feruentem habere meruiſti. O immenſa reginæ cœli charitas: quæ Deum in vtero ſuo habens, cognatæ ſuæ Elizabeth, ac puero eius vt emptitia ancilla humillime ſeruiebat. Tertio aſcendit in montana contemplatione iucunditatis. Contemplatio enim dicitur mons iucundus, de quo inquit Deus Eſai. 56. *Adducam eos ad montem ſanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocauſta eorum placebunt mihi ſuper altari meo: quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis,* hæc ibi. Figuratur autem mons iſte per montē Thabor: ad cuius ſummitatem ducens Ieſus Petrum, Iacobum, & Ioannem, transfiguratus eſt ante eos. Matt. 17. oſtendens eis aliquanter gloriam ſuam. Ex cuius viſionis ſuauitate inebriatus Petrus aiti *Domine bonum eſt nos hic eſſe.* Ad huius ergo mōtis aſcenſum oportet ducere Petrum, qui interpretatur diſcalceatus: & Iacobum qui interpretatur ſupplantans: & Ioannem qui interpretatur in quo eſt gratia, id eſt, oportet mundum contēnere, diabolum, & eius tentationes ſupplantare, & carnis caſtimoniam gratioſam habere: & per hanc contemplationem aſcendit mens humana vſque ad exercitium patriæ ſupernæ: de qua Eſaiæ 51. dicitur: *Gaudium, & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.* Per hunc montem contemplationis tranſiuit beata virgo, quæ mentem ſemper in diuinorum contemplatione eleuatam tenuit: quod clariſſime in ſuo mirabili cantico myſticis ſententiis pleno oſtendit: de quo in ſequenti ſermone diſſeremus. Semper quoque delectata eſt habitare in montanis: quia fundamenta eius fuerunt in montibus ſanctis, vt dicitur Pſal. 86. Debemus igitur & nos per montana iſta aſcendere; & ibi tribus menſibus morari, id eſt in alto cōtemplationis perſeuerare, quouſque in nobis deficeret inordinatus amor mundi noſtri & noſtrorum. Siquidem menſis à mente dicitur: quod eſt defectus. Et hoc eſt quod dictū eſt Abraam Gen. 12. [Egredere de terra tua, & de cognatione tua: & de domo patris tui, & vade in terram quam monſtrauero tibi.] Ad hoc autem faciendum nos hortatur Deus, dicens cuilibet noſtrum illud Exo. 24. *Accede ad me in montem, & eſto ibi.* Iſte namque eſt mons ille, de quo ſpiritualiter exponi poteſt illud quod in eodem ca. dicitur. [*Habitauit gloria Domini ſuper montem Sinai.* In iſto monte exaudit Deus orationes ſibi factas,

3. Aſcendit in montana contemplatiua iucunditatis

Quomodo & nos aſcendere in montana debemus.

Digitized by Google

factas, vnde dicebat Pſal. 3. *Exaudiuit me de monte ſancto ſuo.* Oportet autem nos eſſe mũdos corde, ſi cum puriſſima virgine ad ſummitatẽ huius montis volumus peruenire. Dicit enim propheta Pſal. 14 [Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in mõte ſancto tuo?] Et reſpondet: [Innocens manibus, & mũdo corde.] Ideo dormientes in peccatis, & ſomnolenti, ac pigri non poſſunt aſcendere montẽ iſtum, iuxta illud Exod. 19. *Non poterit vulgus aſcendere in montem.* In montem, ſcilicet contemplationis, de quo Pſal. 83. dicitur: *Mons Sion in quo habitaſti in eo.* Sion quippe interpretatur ſpeculatio, quem montem Deus valde diligit, dicente propheta, Pſal. 77. [Induxit eos in montem ſanctificationis ſuæ: montem Sion quem dilexit.] Qui autem ſuper iſtum montem deuote aſcenderit, ſaluabitur. Scriptum eſt enim Abdiæ, vnico capitulo: *In monte Sion erit ſaluatio.* Non eſt vero mirandum, ſi beata virgo libenter montana aſcendit: nam & filius eius ſolitus erat aſcendere montes, cauſa orationis. vnde Matth. decimoquarto, dicitur: *Aſcendit in montem ſolus orare.* Et idem habetur Marc. ſexto. Iſte eſt mons de quo Apoc. 21. inquit beatus Ioan. Euangeliſt. *Suſtulit me in ſpiritu in montem magnum, & altum.* In iſtis quoque montanis contemplationis beatiſſima virgo bibebat aquas dulciſſimas diuinæ conſolationis. Prophetatum enim fuerat Ioel tertio, & Amos 9. *Stillabunt montes dulcedinem*, ſcilicet matri Dei. De iſtis etiam montibus prædixerat Dauid, Pſal. 103 *Rigans* ſcilicet Deus, *montes de ſuperioribus ſuis. ſuper montes ſtabunt aquæ*, ſcilicet diuinæ cõſolationis. In iſtis quoque montibus paſcit filius virginis deuotos ſuos tãquam in paſcuis, de quibus dici poteſt illud Iob 39. *Circumſpicit montes paſcua ſua.* In iſtis montibus ſtanti virgini benedictæ veniebat eius dulcis filius ad eam recreandam. Vnde ipſa inquit Can. 2. *Ecce iſte venit ſaliens in montibus.* Super iſtos montes ex charitate, & compaſſione deflebat ipſa virgo piiſſima peccata hominum, ſicut prophetatum fuerat Hieremiæ 9. vbi dicitur: *Super montes ſumam fletum.* Vnde & nos debemus in iſtis montibus peccata noſtra deflere: vt ſimus de illis de quibus dicitur Ezech. 7. *Erunt in montibus ſicut columbæ.* Columbæ enim habent gemitum pro cantu. In iſtis autem montibus paſcentur ſimul cum beata virgine animæ noſtræ ſpiritualis conſolationis refectione: ſicut prædictum fuit Ezech. 34 vbi dicitur: *in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael.* Iſrael enim videns Deum, vel Dei viſio interpretatur. Et ideo Deus nos hortatur aſcendere montes iſtos Ioſue 2. di. *ad montana conſcendite.* Verificabitur enim de nobis illud Iudicum 1. *Fuit Dominus cum Iuda & montana poſſedit.* Ad iſta autem montana non poſſunt peruenire cum beatiſſima virgine illi, qui ſunt implicati in terrenis cupiditatibus, qui dicere poſſunt illud Ioſ. 17 *Non poterimus ad montana conſcendere.* Ad ipſa montana maxime debent paſtores, & prælati conſcendere. Scriptum eſt n. Hiere. 33. [Habitaculum paſtorum in ciuitatibus montuoſis] In montibus enim iſtis inuenient beatam virginem quæ viſitabit eos, ſicut viſitauit cognatam ſuam Elizabeth. A qua nos etiam facit viſitari ipſe benedictus eius filius, Amen.

DE EIVSDEM SANCTISSIMAE Virginis Viſitatione.

SERMO SECVNDVS.

In quo de excellentia Cantici B. V. de eius canendi modo, ac cauſa pertractatur, etiam exponitur ipſum Canticum.

M*Agnificat anima mea Dominũ.* Luc. 1. Inquit diuus Ambroſ. ſuper Lucam: [Sicut peccatum à mulieribus incepit, ita & bona à mulieribus inchoantur. Vnde non ocioſum videtur, quod & ante Ioannem Elizabeth prophetizat, & Maria ante Domini generationem. Sequitur autem, vt Mariæ quo perſona melior, eo prophetia ſit plenior.] hæc ille. Beatus vero Baſilius addit dicens. [Virgo enim intentione ſublimi, ac ſpeculatione profunda, immenſitatem contemplans myſteriis, quaſi profundius gradiens magnificat Deum, dicens: Magnificat anima mea Dominum. Hoc aũt dulciſſimum canticum tympaniſtria

Digitized by Google

noſtra decantauit in domo Elizabeth: quando viſitata, ac ſalutata ipſa cognata ſua, ſentiens humillima Dei mater ſe beatam prædicari ab Elizabeth, protinus in laudes Dei prorupit, verba thematis noſtri decantans q. d. ſecundum Nico. de Lyra ſuper Luc. O Elizabeth tu me magnificas, ſed ego totum Deo attribuens, ipſum magnifico in hoc cantico. De quo tres conſiderationes faciemus.

Prima dicetur ſublimitatis.

Secunda modalitatis.

Tertia vero appellabitur cauſalitatis.

PARS PRIMA HVIVS ſermonis: in qua oſtenditur excellentia Cantici Magnificat, ſuper alia Cantica.

SVblimitas & excellentia cantici virginalis oſtenditur tripliciter. Primo ratione ordinationis. Nam vt dicunt doctores catholici, omnia cantica veteris Teſtamenti ſunt ſubordinata canticis noui Teſtamenti: maxime iſti excellentiſſimo cantico matris Dei, cui omnia illa cantica velut vmbra deſeruiunt. Præceſſit enim primo canticum Moyſi Exod. 15. ſcilicet, *Cantemus Domino* &c. Et ſecundum ſpiritualem ſenſum ſignificat liberationem à ſeruitute peccatorũ. Secundo canticum populi Iſrael, ſcilicet, *Aſcendit puteus* &c. Num. 21. Et notat largitatem gratiarum, & donorum. Tertio canticum Delboræ, ſcilicet, *Qui ſponte obtuliſtis animas veſtras* &c. Iudic. 5. & inſinuat obedientiam ſubditorum. Quarto canticum eiuſdem Moyſi, ſcilicet, *Audite cæli quæ loquor.* Deut. 32. & demonſtrat inſtructionem diuinorum eloquiorum. Quinto canticum Annæ ſ. *Exultauit cor meum in Domino* 1. Reg. 2. Et ſignat vbertatem gratuitorum. Sexto cantica diuerſa Dauid in Pſalmis: & figurant varietatem dulcium ſonorum. i. gaudiorum mentalium. Septimo cantica canticorum Salomonis: & ſignificant coniunctionem amorum. Hęc autem omnia cantica deſeruiſſe cantico virginali patet. Nam ipſam tympaniſtriam noſtram deſcribit euangeliſta à vitiis denudatam, cum ei per angelum dicitur *Aue*, id eſt, ſine væ, id eſt, ſine peccato. Item gratiis fœcundatam cum ſubdit, *gratia plena*: e Dei ſolius imperio ſubiugatam, cum infert, *Dominus tecum*: *benedicta tu in mulieribus*: quaſi diceret: Mulieres cæteræ ſub viri poteſtate ſunt: tu ſolius Domini, qui eſt tecum. Item inſinuat eã diuinis eloquiis illuſtratam, quando cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio, ruminans ſcripturas, & iterum quærens: *Quomodo fiet iſtud?* Item tanti filij deliciis plenã: quia inuenta eſt in vtero habẽs de ſpiritu ſancto, & modulatis gaudiis prædotatam; ac per amorẽ totaliter Deo coniunctam cum ad montem contemplationis & diuinæ laudis aſcenderet, cecinit dicens: *Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Et aduerte diligenter quòd quicquid in canticis canticorum petitur, aut factum eſſe deſcribitur: totum & plus hic lucide habitum inſinuatur. Nam ibi petitur oſculum cum dicitur: *Oſculetur me oſculo oris ſui* vt habetur Can. 1. c. hic habetur coniunctio, ſcilicet diuinæ naturæ cum humana. Ibi poſtulatur tractio dum dicitur in eodem c. *Trahe me poſt te.* Hic habetur diſcurſio: nam Maria pergit cum filio in vtero ad Elizabeth. Ibi quæritur locus paſtus, & accubitus, dum dicitur in eodem c. *Indica mihi quem diligit anima mea: vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Hic habetur euoans in vtero virginis, & paſtus eius alimentis. Item videbatur longe ſaliens in montibus, vt habetur 2. c. hic feſtinanter ducitur in montanis. Ibi quærebatur in lectulo, & non reperiebatur, vt habetur 3. ca. hic clauditur in corpuſculo, & reperitur in præſepio. Ibi vocatur dilectus, vt deſcendat, vt habetur 6. hic humiliatur vt ſe oſtendat, vt habetur 6. c. hic humiliatur vt ſe oſtendat. Ibi conuerſio eius ad humanam naturam ſperatur, vt habetur. 7. c. hic iam facta demonſtratur. Ibi incarnandus petebatur ad oſcula, & amplexus, vt habetur. 8. c. hic incarnatus alitur, & datur omnibus eius deſiderantibus amplexus. Secundo apparet huius cantici excellentia ratione comprehenſionis. Hoc enim canticum comprehendit in ſe canticũ vitæ æternæ, ſiue ſignificationem eius. De quo cœleſti cantico dicitur Apoc. 14. quòd ſancti cantabant canticum nouum ante ſedem Dei & agni. Sciendum ergo quod primus gradus, & ſummus beatitudinis, eſt viſio diuinitatis: in qua conſiſtit felicitas & ieiunium, de conſecra. di. 5. Et ex hoc gradu tanquam ex fonte omnis alius gradus beatitudinis deriuatur, vt inquit B. Thom. in 4. di. 49. & oẽs alij Theologi. Ibidem in qua viſione anima eleuata mox Deum magnificat, vt primus verſus inſinuat. Et quia tanti boni viſio ſine immẽſo gaudio eſſe non poteſt, ſtatim exultat Spiritus in Deo ſalutari ſuo, vt dicit ſecundus verſus. In hoc autem lumine, & gaudio anima ſe ipſam cognoſcit, & videt ſe illa tanta gloria indignam, & ſic fatetur ſe humilem ancillam, vt tertius verſus ſonat. Hinc cõparat præmia ad merita, & præmiatũ ad præmiatẽ, & ad-

Petita, aut facta eſſe deſcripta in hoc Cãt. Mag. clare inſinuãtur

Digitized by Google

& addit: *Quia fecit mihi magna*: mihi indigno magna præmia tribuendo præmians, qui potens eſt, vt habetur in quatto verſu. I. de vero proſpicit non ex meritis humilitatis, ſed ex mera miſericordia omnes beatos beatitudinem conſecutos: & dicit in quinto verſu: *Et miſericordia eius à progenie in progenies* &c. Poſtmodum de ipſa im proportionata pro portione. ſ. præmij, & præmiatæ animæ differens; cum anima habeat vltra id quod de ſui natura conſequi poteſt: fatetur id euenire ex mera Dei potentia, dicens in ſexto verſu: *Fecit potentiam in brachio ſuo.* Sed ipſa potentiſſima manu intuetur æquiſſimam iuſtitiam malos merito punientem, & dicit: *Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui*: & *depoſuit potentes de ſede.* in 7. verſu. Et quoniam non eſt parua portio illius ſummæ fœlicitatis, ſocietas beatorum tepleta ad ſuperabundantiam, & inebriata ab vbertate domus Dei, ipſos intuetur, & ait in verſu octauo: *Eſurientes impleuit bonis* & c. Quoniam vero iſta eſuries non eſt in patria, ſed fuit in via, ibi intuetur promiſſiones factas ſub duplici teſtamento teſtante Pſalm. 47. *Sicut audiuimus ſic vidimus* &c: exultatque in tali proſpectu, iuxta illud Can. 1 *Exultabimus & lætabimur in te memores vberū tuorum.* 1. teſtamentorum. Et ſicut ſunt duo teſtamēta, ſic ſubmittit duos verſus, ſcilicet: *Suſcepit Iſrael puerum ſuum*: & *ſicut locutus eſt* pro nouo teſtamento. Sic igitur apparet quomodo iſtud canticum canticorum ſcilicet, *Magnificat*, omnia cantica continet paradiſi. vbi effectualiter ſine ceſſatione cantatur hoc canticum nouum, *magnificat*. ſecundum illud Pſalm. 149 *Cantate Domino canticum nouum: laus eius in Eccleſia ſanctorum* Quod canticum dicitur nouum nouitate viniuerſitatis, quia factum eſt à matre & Domina vniuerſorum. Item nouitate poteſtatis, quia nunquā viſa eſt tanta poteſtas, ſicut illa de qua Hier. 31. ſcilicet: *Nouum faciet Dominus ſuper terram, fœmina circundabit virum.* Item nouitate iucunditatis. Nullum enim canticum cantatur in Eccleſia tam iucunditate, ſicut *magnificat*: hæc Ioannes Dominici Cardinalis ſuper Magnificat.

Magnificat dicitur canticum nouum.

Gerſonis expoſitio in Magnificat

Magiſter vero Ioan. Gerſon Cancellarius Pariſienſis in ſuo tractatu primo ſuper *Magnificat* dicit: [Quid appropriatius, quidue diuinius potetimus accipere, quam ipſummet pſalterium Mariæ decachordum, habens decem verſus, quaſi totidem chordulas ſonoriſſimas, conformiter ad illud vniuerſale decachordum totius rationalis creaturæ, quod connectitur ex 9 ordinibus angelorum quaſi 9. fidibus argutis, iuncta ex hominibus decima: quā in primis parentibus per peccatum ruptam ſummus noſter cithariſtat eparauit, vt concordaret pſalterium iucundum cum cithara. Eſt itaq; prima huius pſalterij Mariæ chordula ſonans Dei magnificentiam: quia Dominus eſt cuius eleuata eſt magnificentia ſuper cælos. *Magnificat* inquit, *anima mea Dominum*: non dicit iſtum, vel illum: ſed ſimpliciter, & antonomaſtice, Dominum. Secundo magnificatur in ſalutatione. propterea vocat ipſum ſalutare, quia Domini eſt ſalus. Tertio magnificus eſt in reſpectione humilium, & beatificatione: quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit. Quarto magnificus in magnorū operatione, & nominis ſui ſanctificatione. Quia inquit, fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctum nomen eius. Conſonat Pſ. 137. Quia magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum. Quinto magnificus eſt in miſericordia, & miſeratione timentibus eum. Sexto magnificus in ſuperborum mente, cordis ſui deiectione, ſiue diſperſione. Septimo magnificus in humilium exaltatione, potentibus de ſede depoſitis. Octaua magnificus in eſurientium impletione, cum diuites dimiſit inanes. Nono magnificus in perditorū liberatione: quia ſuſcepit Iſrael puerum ſuum. Decimo magnificus in promiſſorum ſuorum completione. Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraam, & ſemini eius in ſecula.] hæc ille. Cui cum reſpondiſſet eius diſcipulus, ſibi placere hanc expoſitionem: Nam ille tractatus procedit per dialogum: ſubiunxit prædictus doctor dicens: *Quid vero cenſeres, ſi varios omnium organorum ſacra ſcriptura modulos: imme voces omnis generis muſicorum cōcordare faceremus, cum hoc Mariæ pſalterio decachordo?* Et iterum dicit: *Stias ſimiliter, quæ in auribus ſuis noſtra pſaltria copioſiſſime, & diſtrictiſſime faciebat reſonare voces omnium muſicorum, dum mentis intuitum ſimul cum plectro meditationis liberrime diſcurſu, miraque celeritate diffundebat vbique: dum quaſi ſimul in omnes, & ſingulos ſe diffundebat affectus: quos ſolet humana mens ſingulatim variare canendo.* hæc ille. Et ideo poſſumus dicere quòd beata virgo figuratur per Philomelam, quia ſicut iſta auis ſuperat omnes alias aues in cantu, ita beata virgo oēs ſanctos. Et ideo illi dicere poſſumus illud, quod canit Ouid in lib. de Philomela di. *Dulcis amica veni, noctis ſolatia præſtans: inter aues etenim nulla tui ſimilis Tu Philomela potes vocū diſcrimina mille Mille potes varios ipſa referre modos. Nam quamuis aliæ volucres modulamina tentent, Nulla poteſt modulos æquiualere tuos. Inſuper eſt aliorum ſpacijs garrire diurnis, Tu cantare ſimul nocte, dieque potes. Sancta tamen Domino depromis*

 munera

munera laudis &c. Ex quibus omnibus patet ſublimitas huius cantici ratione compræhenſionis, quia in ſe comprehendit omnium aliorum canticorum perfectiones. Tertia ratio oſtendẽs excellentiam & ſublimitatem huius, dicitur concordationis. Hoc enim canticum concordat cũ oratione Dominica, quam fecit ſaluator noſter, & docuit. vt habetur Matt. 6 ſcilicet: *Pater noſter*, &c. Et hanc concordantiam declarat Ioan. Dominici vbi ſup. cuius verba cauſa breuitatis omitto. Poſt orationem ergo Dominicam nulla eſt excellentior, nulla ſublimior, nulla dignior, nulla vtilior, ac ſalubrior iſto benedicto cantico. Et ideo cuilibet deuoto inquit propheta Eſa. 23. *Bene cane: frequenta canticum.* Et Eze 7. *Canite tuba.* id eſt voce ſonora; *præparentur omnes*, ſcilicet ad canendum deuotè hoc canticum. hoc enim eſt illud canticum quod ſuaui ſono canitur, Eze. 33 Hoc etiam eſt illud canticum de quo prædixit Dauid Pſal. 49 di. *Immiſit in os meum canticũ nouum: carmen Deo noſtro* Vnde dicebat Pſ 68. *Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.* Et Pſal. 95 omnes inuitabat ad canendũ di. *Cantate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra* & Eccleſiaſt 49. dicitur: *Collaudate canticum, & benedicite Dominum.* & Eſa 42. *Cantate Domino canticum nouum: laus eius ab extremis terræ* & Micheæ 2. ſcriptum eſt: *Cantabitur canticum cum ſuauitate.* Beata autem virgo dicebat cum propheta Pſal 12. *Cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & pſallam nomini Domini altiſſimi.* Et Pſal. 58 *Vt cantem fortitudinem tuam*: quod fecit cum dixit. *Fecit potentiam in brachio ſuo*, &c. Item dicebat illud Pſal. 78. *Miſericordias Domini in æternum cantabo.* Quod fecit cum dixit: *Et miſericordia eius, à progenie in progenies*, &c Ipſa ergo ſeruauit præceptum ſpiritus S. dicentis per os Dauid Pſal 98 *Cantate & exultate, & pſallite.* Vnde & in eius perſona prędixerat idem propheta Pſal 70. *Exultabunt labia mea, cum cantauero tibi.* Dicebat quoque ipſa benedicta virgo illud Pſ. 1. c. *Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.* Quod fecit quando cecinit dicens: *Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles.* In hoc autem cantu ſuo dedit B. virgo exemplũ illis, qui ſunt diuino cultui deputati, vt deuotè cãtarent cantica diuina ſecundum ordinem Eccle. c. in die de conſecratione dist. 5. Et cum ipſa exultauit in Deo, dedit exemplum cantandi, & iubilandi magis corde, quam ore, ſicut poſtea ordinauit Eccleſia in c. non mediocriter. de conſe. di 5 & c. ſedulo 38 di & ca. cantantes vbi glo 92. d. ſt.

Poſt pater noſter magnificat excellit alias orationes.

PARS SECVNDA HVius ſermonis: in qua exponuntur duo primi verſus Mag. continentes modum canendi B.V.

INquit Nicolaus de Lyra ſuper Lucam quòd [in cantico B. virginis primo ponitur modus cantãdi, & hæc eſt pars præſens. Secundo ſubditur cauſa cantandi, ibi. Quia reſpexit &c, & hęc eſt pars ſequens. Circa primũ declaratur laus virginis tãquam magna cũ dicitur, Magnificat. Secundo vt deuota ibi, anima mea, non tantũ labia mea. Tertia vt debita, cũ dicitur Dominũ, cui, debetur laus & honor. Quarto vt iucũda ibi. Et exultauit ſpiritus meus. Quinto vt recta. ibi. In Deo ſalutari meo. Et dicit in Deo ratione creationis, ſalutari ratione creatiõis, meo, ratione aſſumptæ humanitatis, quia ſic fuit ipſius virginis, & nõ alterius.] hæc ille. Dicit aũt, *Magnificat anima mea Dominum*, non tamen addendo aliquid ad eius maieſtatis magnitudinẽ: quia immẽſa eſt, nec augeri poteſt, nec minui v. de Eccl. 18. di *Quis inueſtigabit magnitudinẽ eius? non eſt minuere, nec adaugere, nec inuenire magnalia Dei.* Magnificauit aũt eum eius magnificentiam omnibus nunciando. ſicut faciebat Dauid dicens Pſ. 33. *Magnificate Dominum mecum.* Et hanc expoſitionem approbat Io. Gerſon vbi ſup. di [*Dominus à creatura magnificatur, non in augmentum ſui in ſe, ſed quia magnus eſſe prædicatur, canitur, & laudatur, aut certe quia magnificam facit animam, cui magna facit qui potens eſt: nam quos iuſtificauit, hos & magnificauit. Nunquid parum tibi videtur magnificata B. Mariæ virginis anima, quæ operationi ſupra modum magnificè fuit auſa præbere conſenſum? Fiat inquit mihi ſecundum verbum tuum. i. fiam mater illius filij, cuius eſt pater Deus. Quid excelſius, quid ſublimius, & magnificentius poterit cogitari? quod & vidit, cum prophetice ſubiunxit. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*] hæc ille. Item Maria magnificauit Dominum humiliando ſe, iuxta illud Pſ. 63. *Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus* Magnificauit Dominum; illum omnib. præponendo, dicens cum propheta Pſa. 144 *Exaltabo te Deus meus rex* &c. Magnificauit Dominum eius corpus myſt. cum augendo iuxta illud Eſai. 33. *Magnificatus eſt Dominus: quoniam repleta eſt Sion iudicio, & iuſtitia* Magnificauit Dominum ipſum laudando, ac dicẽdo cum propheta Pſ 68.

Quomodo Dominus magnificatur à creatura.

Magni-

Digitized by Google

Magnificabo eum in laude. Magnificauit Dominũ ipſum benedicendo, iuxta illud Eccl. 44. *Benedicentes Dominum exaltate illum quantum poteſtis:* quia eſt maior omni laude. Magnificauit Dominum eius inimicos expugnando, iuxta illud Exo. 15 *Cantemus Domino, glorioſe n. magnificatus eſt* &c. Dicebat ergo continue ipſa B. virgo ſponſo ſuo cæleſti cũ Pſ. 70 *Repleatur os meum laude: vt cantem tota die magnitudinem tuam.* Item dicebat cum eodem propheta; *Magnificabo eum nimis in ore meo.* Omnes quoq; inuitabat ad idẽ faciendũ, dicens cum propheta Pſ. 66. *Omnes gentes magnificate eum.* Dicebat aũt Deo illud Exo. 15 *Quis ſimilis tui magnificus in ſanctitate?* Et illud Pſ. 8 *Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos.* Ex hoc autẽ cantico apparet excellentia, & altitudo, atq; audacia iſtius digniſſimæ virginis, quæ illũ magnificare attentauit, de quo dicitur Eccl. 43 *Quis magnificabit eũ ſicuti eſt?* quaſi dicat nullus. Ipſe nãq; eſt ille de quo B. Iob 23 ſui li. ca. di. *Nolo multa fortitudine contendat mecum, neq; magnitudinis ſuæ mole me premat.* Et rationem aſſignabat. 49. c. di. *Eſt enim magnus fortitudine, & iudicio, & iuſtitia, & enarrari non poteſt.* Vera eſt enim prophetæ ſententia dicentis Pſal. 47. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non eſt finis.* Et tamen iſta nobiliſſima puella eum magnificauit, id eſt magnũ fecit. Quia enim Deus magnus in eius vtero paruulus factus eſt: & in viſceribus eius creuit, & lacte eius nutritus, magnus factus eſt; Ideo merito inquit eius mater ſe illum magnificare. i. maiorem facere. Sanct. autẽ Bern. inquit: *Non laudatur hic magnus Dominus, & laudabilis nimis: ſed paruus Dominus, & amabilis nimis.* Dicit vero B. virgo: *Magnificat anima mea:* quia lingua non ſufficit. Vnde gl. inquit: *Quia tãto munere Dominus me ſublimauit, vt nullo linguæ officio explicari poſſit: ideo tantum animi interioris affectum in agendis gratiarum laudib. offero.* Vel dicit: Anima mea q. d. non ſolum corpus, & lingua: ſed principaliter anima mea magnificauit Dominum. Deus. n. vt ſup. diximus magnificandus eſt, & laudandus magis mente quam voce. iuxta illud Apoſtoli Eph. 4 *Cantantes in cordibus veſtris Deo:* vnde dicebat: *Pſallam ſpiritu, pſallam, & mente.* Ex quibus patet ſuauitas cantici huius virginalis. Licet. n. dicatur Eccl. 40. *Tibia, & pſalterium dulcem faciunt melodiam, & ſuper vtrunq; lingua ſuauis,* tamen dulcior eſt cantus ſpiritualis, ſcilicet iubilus cordis, & mentalis melodia. Scriptum eſt n. Eccleſ. 30. *Non eſt oblectatio ſupra cordis gaudium.* Quis ergo erit tantæ ſufficientiæ vt valeat explicare, vel percipere, cuius melodiæ eſt canticum, quod inſtrumentaliter virginis ſanctæ anima cantat? Conſidera ſi vales qualis ſit citharæ, qualis cithara, qualis & cantici materia. Nam etiã bonus cantor ſi voce rauca vtatur, male cantat, & bonus citharœdus fracto inſtrumento male citharizat. Nec etiã ſufficit vox pulchra, & inſtrumentum nobile, ſi autor artis ſit imperitus. iuxta illud Ouid. in 3. in li. de Ponto. c. 10. *Nõ bene cantantes labor eſt audire puellas.* Item data peritia artis, & inſtrumentorum compoſitione perfecta, ſi materia ſit diſplicibilis, de ſuauitate citharizantium, & canentium aliquid ſubtrahit. Ad faciendam ergo perfectam, & delectabilem melodiam requiritur bonus magiſter, bonum inſtrumentũ, & materia ſuauis, & delectabilis, quæ omnia erant in eo, de quo inquit Virgil. in 1. Æneid. *Cithara crinitus Iopas Perſonat aurata, docuit quæ maximus Atlas.* In iſto autem cantico citharœdus eſt ſpiritus ſanctus; qui etiam in omni inſtrumento inepto & vili ſuauiter ſonat. Vt enim inquit Gre. in ſer. Apoſtolorum: [Tetigit puerum citharœdum Dauid, & pſalmiſtam fecit. Tetigit etiam puerum iuniorem Danielem: & iudicẽ ſenum fecit. Paſtorem armentarium Amos, & prophetam conſtituit. Piſcatorem Petrum, & principem Apoſtolorum ordinauit. Telonarium & publicanum Matthæum: & Apoſtolum, ac euangeliſtam creauit. Perſecutorem fidelium Paulum, & prædicatorẽ gentium fecit.] Qualiter ergo cantabit & harmonizabit ſpiritus ſanctus, vbi inſtrumentũ eſt anima virginis ſanctiſſimæ? Sed adde nobiliſſimo citharœdo: & ſuauiſſimo ac optimo inſtrumento precioſam, ac delectabilẽ materiã. Quia in hoc digniſſimo cantu cantantur magnalia diuinæ laudis. Vnde bene cecinit virgo glorioſa dicens: *Magnificat anima mea Dominum:* quaſi diceret cum propheta: *Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorũ laudabo eum* Pſal. 108 Nimis inquit, non reſpectu magnificati: ſed reſpectu audientium, qui tam magna capere nequierunt. Vel melius exponẽdo: Confitebor Domino nimis in ore meo. i. ſi voluero magnificare Deũ in ore meo, nimis eſſet, & nimis prolixum, immo impoſſibile: vnde & Paulus quæ in paradiſo vidit loqui nõ potuit 2 ad Cori. 12 Magnificat ergo anima mea Dominum: quæ rapta eſt ad videndum eius magnificentiam: quia verbis hoc bene fieri nõ poſſet. Et bene notandum eſt, quod dicit, *anima mea.* Nullus n. proprie dicere poteſt anima mea, niſi qui totaliter habet animam liberam ab omni ſeruitute. vt inquit Archiepiſcopus Florentinus in 4. parte ſummæ tit. 15 c. 28. §. 2 vbi etiã dicit quod triplex eſt ſeruitus: à qua oportet

Spiritus ſanctus citharœdus.

Triplex ſeruitus qua ſcit animam eſſe ſuam non ſuam.

Digitized by Google

eſſe liberã, & immunẽ vt ſit anima ſua Prima eſt ſeruitus criminis, ſiue vitiorum, de qua dicitur Io. 8 *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Sed peccatum ſicut eſt triplex, ita & eius ſeruitus eſt triplex, Eſt enim triplex peccatũ. ſ. mortale, q̃ perfecte facit hominem ſeruum peccati, & diaboli iuxta illud 2 Pet 2. *A quo quis ſuperatus eſt, eius & ſeruus eſt* Et vt dicit Aug *Quis eſt ſeruus tot dominorum, quot vitiorum.* & hoc maxime impedit animam ne poſſit Deo vacare Per originale autem peccatum ſeruus hominis, & cuncta cogitatio eius prona eſt ad malũ ab adoleſcẽtia ſua vt dicitur Gen. 8 & c omnis ætas 12 q. 1. Nec liberatur anima ab impedimento talis ſeruitutis pugnæ carnis contra ſpiritum: vnde non poteſt ita libere volare ad Deum per contemplationem, & vacare diuinis. Nec aliquo ſacramẽto circuncisionis, vel baptiſmatis, vel alterius liberatur à tali ſeruitute: licet ſubleuetur plus & minus. ſed ſemper remanet pugna carnis, quę animam captiuam ducit ſub lege peccati ſecundum inclinationem: etſi non dominetur omnino. Veniale autem tepefacit animam, & pigriorem reddit ad aſcendendum in Deum, feruorem tollens ſpiritus. Secunda ſeruitus eſt ſanguinis, ſiue propinquorum: quæ etiam animam aliqualiter tenet captiuam ne in Deum totaliter vadat. Sicut patet de illo, qui Chriſtum ſequi cupiebat, ſed tamen retinebatur ne eum ſequeretur dicens: *Permitte me prius ſepelire patrem meum* Matth. 8. Contra quem defectum ſ. nimiæ affectionis ad parentes venit Dominus mittere gladium ſeparationis dicens: *Veni ſeparare filium aduerſus patrem: & filiam aduerſus matrem ſuam* &c. vt habetur Matth 10 & Luc 12. Et hoc ideo: quia caro, & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. vt ait Apoſtolus 1. ad Corinth. 15. Vnde & Ambroſ. inquit in c. cui portio. 12. q 1. *Hæc eſt vera ſacerdotis fuga, abdicatio domeſticorum, & quædam alienatio chariſſimorum, vt ſuis ſe abneget, qui Deo ſeruire geſtit* hæc ille. Tertia ſeruitus eſt mũdanarum, & terrenarum rerum, ſpinis ſuis ſollicitudinem animam ligatam tenentium, ne libere Deo ſeruire vacet, vt patet de illo qui Domino ſeruire cupiebat perfecte. Cui interroganti Dominum de via perfectionis, cum ipſe Dominus reſpondiſſet: *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia que habes, & da pauperibus, & ſequere me:* triſtis retroceſſit deſcendens ab eo: quia habebat multas poſſeſſiones. vt dicitur Matth. 19. Neceſſe eſt ergo vt anima, quæ vult intelligere magnalia Dei: & in conſpectu eius ſolius ſemper meditari, à iugo cuiuslibet harum ſeruitutum ſit libera, & immunis. In cuius figuram dixit Dominus Abrahæ Geneſ. 12. *Egredere de terra tua* id eſt mundanis cupiditatibus, *& de cognatione tua.* id eſt, de amicis, & attinentibus. *& de domo patris tui* id eſt, de vitiis, & de criminibus, per quæ quis efficitur filius diaboli: & de domo ac familia eius. iuxta illud Ioan. 8 *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri,* id eſt diaboli, *facere vultis.* Sequitur in dicto cap. Geneſ. *& veni in terram, quam monſtrauero tibi.* ſcilicet contemplationis & ſuauis perfectionis. Talis autem poteſt dici filius Dei renatus non ex ſanguinibus iniquitatũ: neque ex voluntate carnis neceſſitatum amicorum, neque ex voluntate viri ſ. mundi vanitatũ. Et conſequenter poteſt dicere anima mea. Cum autem, nullius creaturæ puræ anima ſit, quæ non fuerit ſubiecta peccato. Quia *ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* vt dicit Ioannes in Canonica ſua. excepta ſancta virgine. vt dicit Auguſt. Quæ etiam parentum amorem oblita eſt, ſegregata ab eis in ſua infantia, & Deo totaliter mancipata. vt hiſtoria natiuitatis eius edocet, & ab omni terrena cupiditate elongata Reſtat vt talis virgo ab omni iugo ſeruitutis excuſſa totam animam ſuam poſſidere: & dicere ſola potuerit, *Magnificat anima mea Dominum:* & ita cecinerit vſque in finem. Poterat enim dicere cum Pſal. 18. *Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.* Archiepiſcopus Florentinus, Cuius verba aut non concludunt intentum: aut neceſſario eſt dicendum, quòd beata virgo fuit totaliter libera, & immunis a peccato originali: aliter non ſemper potuiſſet dicere anima mea, vt ipſe præſupponit. Nam pro illo tunc, vel inſtanti, quo fuiſſet in peccato originali, non fuiſſet libera eius anima, ſed ſerua diaboli, & peccati: vt diffusè probauimus in parte prima huius operis. Sola ergo beata virgo inter puras humanas creaturas potuit dicere illud Ezec. 4 *Anima mea non eſt polluta ab infantia mea vſq; nunc.* Et illud Pſalm. 21. *Anima mea illi viuet.* ſcilicet ſemper, & nunquam diabolo ſeruiet. Et conſequenter ſemper magnificabit Dominum. In quibus verbis apparet virtus, & ſanctitas virginis, quæ non egit, ſicut multi alij, qui carmina vel alia opera ediderunt, in quibus deſcripſerunt facta egregia magnorum virorum: vt ab eis vel ab eorum poſteris diuitias, vel honorem conſequerentur. Alij vero laborauerunt tractare materias delectabiles, & obſcœnas, vt poetæ. Alij ſubtilia, vt philoſophi: & alij lucratiua, vt iuriſtæ. Alij temporum ſucceſſus, vt hiſtoriographi. Et ſic vt communiter ad capeſſendam, vel temporalem commoditatem, vel gloriam, & famam, vt in perpe-

In figuram immunitatis à tripl ſeruitute, velle dicitur Gen. 12 Egredere de terra tua &c.

Nota ex d. Antonini pro immunit. B. V. à pec. origin.

tuum:

tuum duraret eorum memoria. Sicut Ouid qui inquit in vlti. Metamor. *Iamque opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignis, Nec ferrum poterit, nec edax abolere vetuſtas.* Vnde de talibus verificatur illud Eccleſiaſtici vlt. ſ. *faciendi plures libros nullus eſt finis.* Beata autem virgo hoc cãticum edidit præciſe ad decantandas Dei laudes: & hic eſt eius omnis finis, & intentio. Et ideo dicit *Magnificat anima mea Dominum.* Et nota quod non dicit Deum, non ſponſum, non filium, nõ patrem: quamuis quodlibet horum dicere potuerit verè. Sed tãtum dicit Dominum: vt omni via proprias laudes fugeret; & diuinis tantum intenderet Si enim dixiſſet Deum, ſuam humilitatem tacuiſſet, quod fieri non poterat, cum eaſque ad redundantiam plena eſſet, & omni verbo, actu, geſtuque ſe humilem, & vilem prædicaret pro poſſe. Qui enim dicit Deum ſui, dicentis nullam conditionem exprimit; cum Deus non dicatur relatiue. Si autem dixiſſet ſponſum, patrem vel filium; multũ ſe laudaſſet Et ideo dicit Dominũ, q nomen eſt relatiuum ad ſeruũ, & ancillã: quia hoc nomen ſeruus & ancilla, eſt nomen vilitatis Et ſic ſicut reſpõdit Angelo. *Ecce ancilla Domini* ita nũc cecinit: *Magnificat anima mea Dominũ* Quia ergo B. virgo non quæſiuit famã, vel gloriã ſuam, ſed ſemper diuinam: ideo Deus reddit eam glorioſam, & famoſam. Ipſe n. inquit 1. Reg. 2. *Qui me glorificauerit, glorificabo eum.* Et non ſolum ipſa eſt famoſa, ſed etiam hoc eius canticum eſt famoſius omnibus alijs canticis: vnde omni die cantatur: & hora multum apta. ſ. in veſperis: & modo multum grato, & ſolemni magis quã omnia alia Eccleſiæ cantica. Alia quoque ratione dixit benedicta virgo, *Dominum* vt ſ. hoc ſuum canticum diuinæ laudis redderetur magnificum Nam ad magnam laudẽ quatuor requiruntur; ſcilicet vt fiat à magno laudante, magno modo, de magnis factis, & de magnis perſonis. Ex quibus omnibus hoc canticum redditur magnificum Nam laudans eſt magna. ſ. anima virginis tantis, & tanta. Modus eſt nobiliſſimus: quia exultauit ſpiritus eius &c. Itẽ de magnis factis, quæ in ipſo cantico narrantur. Reſtabat ergo vt eſſet tota magna. Et hoc fit cum ait *Dominum.* Et prudenter dixit abſolute *Dominum,* non illum, vel illum, quia nõ loquitur de aliquo Domino alicuius portionis mundi: vt fecerunt tragici, comici, & hiſtoriographi: ſed de Domino vniuerſali. Cui dicitur Heſter 13. *Dominus vniuerſorum tu es: & in ditione tua cuncta ſunt poſita.* De illo loquitur cui ſoli dicitur illud Exo. 21. *Dominus bonus innocens.* Qui eſt *Deus deorum & Dominus dominantium.* Deuteron. 10. Et cui dicitur Iudith. 9 *Dominus nomen eſt tibi ſoli: qui ſolus eſt Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.* Pſalm 23. Qui ſolus eſt Dominus virtutum Pſalm 46 Qui eſt *Dominus excelſus terribilis ſuper omnem terram,* ibidem. Cui inquit idem propheta Pſal. n. 83 *Nomen tibi Dominus, tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram* Cui etiam dicitur Eccleſiaſt. 43 *Terribilis Dominus, & magnus vehementer* & 2 Mach. 14. *Tu Domine vniuerſorum qui nullius indiges* Eſt ergo hoc canticum valde magnificum, quia de tanto Domino loquitur. Et ideo eſt excellentius omnibus ſcripturis mundialibus. Quo vero ad diuinas ſcripturas, eſt ſciendum ſecundum quoſdam catholicos doctores, quod tria ſunt quæ præferunt ſcripta ſcriptis. ſ. tẽpus in quo adinuenta ſunt: forma tradendi, & dignitas perſonæ tradentis. Reſpectu primi iſtud canticum præponitur omnibus ſcripturis veteris teſtamenti Reſpectu ſecundi præponitur omnibus epiſtolis, actibus & prophetijs noui teſtamẽti. Reſpectu tertij præponitur omnibus ſcriptis in Euangelijs, exceptis his, quæ de ore Chriſti emanauerunt. quia nulla perſona poſt Chriſtum dignior reperitur. Et ideo hoc canticum eſt refrequentandum, ſecundum prædictos doctores, qui etiam dicunt quòd alia quoq; ratione dixit beata virgo Dominum. vt ſcilicet mentem ad timorem, & reuerentiam Dei excitaret. Quia *initium ſapientiæ eſt timor Domini,* Eccleſiaſt. 1. Iſte enim terminus Dominus includit timorem filialem, qui eſt amoris: iuxta illud Malach. 1. *Si ego Dominus: vbi eſt amor meus?* Item dixit Dominum, vt proprietates Dei explicaret, qui non eſt Dominus, ſicut tyrannus temporalis; quia de prædatione ſubditorum dicitur Dominus, quaſi dominus, immo nihil ſed multum, & cuncta ſui tipio. Sed à largitione beneficiorum dicitur Dominus quaſi do munus. Et hoc inſinuauit cum eius beneficia commemorauit Primo data ſibi in particulari dicens: *Fecit mihi magna qui potens eſt:* & poſtmodum beneficia data omnibus dicens: *Et miſericordia eius* &c. Secundo à liberatione oppreſſorum dicitur Dominus, quaſi do manus. i. adiutorium. Et hoc inſinuauit cum eum ſalutarem appellauit, id eſt ſalutem dantem. Item cum dixit: *Depoſuit potentes ſede.* i. opprimentes alios, *& exaltauit humiles.* i. à potentibus depreſſos Tertio à debellatione inimicorum dicitur Dominus, quaſi do minas hoſtibus. Et hoc inſinuauit cum dixit: *Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.* Græcus autem expoſitor ſuper Luc. exponit hæc verba virginis: *Magnificat anima mea Dominum* dicens, quòd hoc inquit

Cur (Dominum) dicat; nõ Deũ nõ ſponſũ, filium; aut patrem.

Ex quatuor hoc Cãt. redditur magnificũ.

Cur abſolute dicat (dominum)

Hoc Cant. præfertur multis par. ſacr. ſcript. & qua ratione.

Expoſitio Græci.

inquit beata virgo, quaſi diceret: Mirabilia quæ Deus prænunciauit, in me corpore excrecebit. Sed anima mea infructuoſa apud Deum non erit. Concepit autem mihi, & voluntatis fructum afferre. Nam quanto amplio decoror miraculo, tanto teneor glorificare in me mirabilia operantē. Orige. autem ſuper hoc paſſu inquit. [Si autem Dominus nec augmentum, nec detrimentum recipere poteſt, quid eſt quòd Maria loquitur. Magnificat anima mea Dominum? Sed ſi conſiderem Dominum Saluatorem, imaginem eſſe inuiſibilis Dei, & animam factam ad eius imaginem, vt ſit imago imagis, tunc videbo, quoniam in exemplo eorum qui ſolent imagines pingere, quando magnificauero animam meā opere, cogitatione, & ſermone, tunc imago Dei grandis efficitur, vt ipſe Dominus cuius imago eſt, & in anima mea magnificetur.] hæc ille. Eiſdem dicit dnus Ambr. ſuper Luc. qui ait, *Magnificatur Dominus, non quod humana vox ei aliquid adiungat, ſed quia magnificatur in nobis, dū anima noſtra quæ ad imaginem Dei eſt creata, per iuſtitiam ſe Chriſto conformat, qui eſt imago patris. Et ſic dum ipſum Chriſtum imitando magnificat, quadam participatione magnitudinis eius ſublimior fit, vt illam imaginem ſplendido bonorum colore factorum, & quadam æmulatione virtutis in ſe videatur exprimere.* Magnificatur ergo Dominus non in ſe, ſed in nobis: ſicut etiam dicitur ſanctificari. Vnde ei dicimus: *Sanctificetur nomen tuum.* Hanc aūt magnificationē diuinam fiendam ab anima B. virginis prædixerat Propheta Dauid, qui in eiuſdē perſona inquit Pſal. 103. *Benedic anima mea Domino: domine Deus meus magnificatus es vehementer.*

Exp. Orig. ſuper prima verba Mag.

Et exultauit ſpiritus meus Exp. ab Hug. Card.

Sequitur autē B. virgo in cantico ſuo dicens: *Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Quod exponens Hugo Cardinalis dicit: [quod anima & ſpiritus idem ſunt ſed anima dicitur inquantum animat, & viuificat corpus, vnde hic bene viuendo magnificat Deum qui fecit eam. Spiritus autem dicitur, inquantum ſupercæleſtia contemplatur, cuius proprie eſt exultatio in Deo. Et hæc exultatio multum diſplicet diabolo. vnde 1. Reg. 4. Philiſtijm ingemuerunt di. Væ nobis. Nō. n. fuit tanta exultatio heri, & nudiuſtertius. Væ nobis, quis nos ſaluabit de manibus ſublimium deorum iſtorum? Bis aūt dicitur, Væ nobis, quia duplex eſt exultatio, quę diſplicet eis: Vna contra triſtitiam ſeculi De qua dicitur 2. ad Cor 7. Triſtitia ſeculi mortem operatur. Alia contra triſtitiam carnis quæ ſpiritum deijcit. De qua Prou 17. ſcriptum eſt: In mœrore animi. i. animæ deijcitur ſpiritus. Et propter hoc dicitur ad Phil. 4. Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete. Hæc exultatio ſiue hoc gaudium quod eſt in Deo: eſt contra gaudium diaboli: contra gaudium mundi, & contra gaudiū carnis. Gaudium vero diaboli eſt impietas cōtra Deum. Prouer 2. Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis. Gaudium mundi eſt vanitas contra proximum. Iob. 21. Gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos, & in pūcto ad inferna deſcendunt. Gaudiū carnis eſt voluptas contra ſeipſum. De quo Prouer. 14. dicitur: Extrema gaudij luctus occupat. In his autē non gaudebat B. virgo, ſed in Deo. Et ideo inquit: Exultauit ſpiritus meus. in quo nulla eſt ſimulatio: in Deo ſalutari meo. i. in filio Saluatore, nō in mundi honore, non in carnis voluptate, nō in generis nobilitate, non in corporis pulchritudine, non in mundi proſperitate, ſed in Deo ſalutari meo, iuxta illud Pſal. 83. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. & 1 Reg. 2. Exultauit cor meum in Domino, & exaltatu eſt cornu meum in Deo meo. Dicit autem Aug. in quodā ſerm. Exultat in Domino, qui terrena non curat, quem proſperitas non emollit, quem aduerſitas temporalis non frangit, quem ſola Dei memoria delectat iuxta illud Threno 3. Memoria memor ero. & tabeſcit in me anima mea.

Poteſt etiam ſic exponi: Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. i. à me ſecundum carnem concepto Vnde ipſa ſola & ſpecialiter, poteſt dicere eum ſuum.] Hæc Hugo prædictus. Sed licet hæc expoſitio ſit bona, tamen rectius. & melius dixiſſet exponendo in terminis, in quibus loquitur B. virgo, cum appellans ſalutare ſuum; quod ſic fuit ſuum ſalutare, vt nunquam eo modo fuerit alterius, quia nullum ſaluauit redimēdo a peccato originali per gratiam præſeruationis, niſi ipſam quā digniſſimo modo redemit. Sicut canit Eccleſia in officio conceptionis di *Nullum redemit ſibi ex omni gente dignius, qui te ſeruauit prorſus mundam paterno ſcelere.* Et ideo Chriſtus dicitur ſalutare beatiſſ. virg. nis particulari & ſingulari modo, & ita per antonomaſiam appellatur, & nullus alius poteſt ſic eum nuncupare Vera eſt illa ſententia, quam ego memini me ſcripſiſſe dicens B. virgini: *Te crimine ſolam immunem natus conſtituit eſſe tuus.* Non potuiſſet autem benedicta virgo dicere Deum Saluatorem ſuum ſpiritualem, niſi ab originalis peccati caſu, & damnatione præſeruaſſet, & ſaluaſſet. Hanc vero particularē, ac digniſſimam ſaluationē præuidens in ſpiritu Abacuc propheta, dicit in perſona virginis beatiſſimæ ſui lib. c. vl. *Ego autem in Domino gaudebo, & exul-*

B. V exultauit præcipue, ob præſeruationē à pec. orig.

Digitized by Google

& exultabo in Deo Ieſu meo. Ieſus n. idẽ eſt quod Saluator. Dauid quoq; Pſ 61. ait in perſona eiuſdẽ: *In velamento alarum tuarum exultabo.* Deus. n. alis benignitatis & miſericordiæ ſuæ velauit animam virginis, ne infici poſſet immunditia peccati originalis De qua velatione ipſa tunc, & etiam in hoc cantico exultauit. & non ſolum ipſa propter hoc exultauit, ſed etiam tota ciuitas cæleſt ſita vt poſſet dici illud Heſt 8 *Exultauit tota ciuitas*, & de omnibus ſanctis Angelis de ſalbatione, & præſeruatione dominæ ſuæ gratulantib. dici poſſet illud 1. Eſd 4 *Exultauerunt cum muſicis, & lætitia Dei.* De iſta quoq; exultatione virginis propter præſeruationem à c. ſu originalis p. c cati prædixit Dauid Pſ 15 in perſona eius dicens: *Prouidebam Dominũ in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris mihi ne commouear. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea* &c. Exultare autem debuit Maria ad gratiarum actionem in Deo reddendam, quia ipſe Deus exultauit in vtero eius, vt gigas ad currendam viam ſ ſuæ ſalutis, & totius mundi Pſ. 18. Vnde dicebat illud Pſ 65. *exultaui ſub lingua mea.* In perſona quoq; eius dixerat Dauid Pſ 70. *Exultabunt labia mea cum cantauero tibi, & anima mea quam redemiſti.* ſ. ab originali peccato præſeruando. Inuitabat etiam alios ad exultandum illud Pſa 80 *Exultate Deo adiutori noſtro* Et Pſ 94 di *Venite exultemus Domino: iubilemus Deo ſalutari noſtro* Ad hanc etiam exultationem exhortabatur beatam virginẽ Iohel propheta 2. c ſui libri dicens: *Exulta & lætare terra* Per terram n. vt ſæpe declarauimus intelligitur ſpiritualiter virgo benedicta Nec mirũ ſi ipſa exultauit. Nam de alijs ſanctis ſcriptum eſt Pſ 83 *Exultauerunt in Deum viuum* Et Pſal. 89. in perſona eorum dicitur: *Exultauimus, & delectati ſumus* Et Pſal 131. etiam canit Dauid Domino di. *ſancti tui exultent.* Et 144 *& iuſti tui exultabunt* Pſal quoq; 46. dicit electis, *iubilate Deo in voce exultationis*, & Pſal 106 iterum de ipſis ait: *annuncient opera eius in exultatione* Et Pſ 1 6 ſcriptum eſt: *Vox exultationis in tabernaculis iuſtorum.* Et Pſal. 125. *in exultatione metent* Et iterum: *Venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.* & Pſalm. 121. *Sancti eius exultatione exultabunt.* Quid ergo credendum eſt ſeciſſe iſtam ſanctiſſimam, & ſuper omnes à Deo electam virginem? profecto credendum eſt quod ſemper exultabat in Domino, ſicut de ea ſupradictum fuerat Eſai. 41. vbi dicitur: *Exultabis in Domino & in ſancto Iſrael lætaberis.* Vnde ipſa dicebat illud Eſai. 60. *Exultabit anima mea in Deo meo* Ipſa ergo faciebat in terris, quod ſancti facient in cælis De quibus dicitur Pſal. penul. *Exultabunt ſancti in gloria.* Et iterum: *Exultationes Dei in gutture eorum.* & Eſa 65. illis inquit Deus: *Gaudebitis & exultabitis vſq; in ſempiternum.*

Baſilius vero exponens prædicta verba cantici huius ſ. *exultauit* &c. ait: *Primus fructus ſpiritus eſt pax & gaudium Quia ergo virgo ſancta totam ſibi hauſerat ſpiritus gratiam, merito ſubiungit: Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Et idem animam dicit & ſpiritum Conſueta autem in ſcripturis exultationis prolatio, inſinuat alacrẽ quẽdã, & iocoſum habitum animæ in his qui digni ſunt: proinde vero exultet in Domino ineffabili cordis tripudio, & reſultatione a ſtrepitu honeſt: affectus Beda autẽ exponẽs illud, *In Deo ſalutari meo:* & aſſignans cauſam huius exultationis inquit: *Quia eiuſdem Ieſu. ſ. ſaluatoris ſpiritus virginis æterna diuinitate lætatur: cuius caro temporali conceptione lætatur.* Ambr vero dicit: *Magnificat ergo anima Mariæ Dominum, & exultat ſpiritus eius in Deo: eo quod anima & ſpiritu patri filioq; deuota vnum Deum per quem omnia pie veneratur affectu Sit autem in ſingulis Mariæ anima, vt magnificet Dominum Sit in ſingulis Mariæ ſpiritus, vt exultet in Domino*, Theophilus autem inquit. *Ille Deum magnificat, qui digne ſequitur Chriſtum. & dum Chriſtianus vocatur, Chriſti nõ minuit dignitatem, magna & cæleſtia operando: & tunc ſpiritus eius i ſpirituale chriſma exultabit s. perficiet, & nõ mortificabitur.* Orig. vero ait: *Prius autem anima magnificat Dominum, vt poſtea exultet in Deo niſi n. antea crediderimus, exultare non poſſumus.* Hæc ill . Exultare autem ſecundum Papiam, Hugnitionem & Catholicon eſt valde vel extra ſaltare: & eſt gaudium, quod non ſ lum verbis ex p imitur. ſed etiam geſtu corporis præ nimia lætitia oſtenditur: & talis fuit exultatio beatiſſimæ virginis, quæ exultauit. i extra totius humanæ naturæ facultatem ſaltauit, & exiliuit: ac tota in æternæ maieſtatis contemplationem abſorpta, gaudio ac lætitia inexplicabili in anima, & in corpore repleta fuit. Quia vero dicit exultaſſet ſpiritum ſuum, eſt notandum quod ſpiritus multipliciter accipitur, ſed quantum ad præſens ſpectat dico, quod accipitur primo pro flatu hominis. Iuxta illud Gen 2 *Inſpirauit in faciem eius ſ. Adæ ſpiraculum vitæ.* i. ſpiritum ſiue flatum. Pro aere etiã quo reſpiramus, ſumitur ſpiritus. Iuxta illud Pſ. 118 *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum.* Iſte ergo ſpiritus Mariæ, ſcilicet flatus, exultauit in Deo, qui totius ad gloriam Dei diffuſus pandit magnalia ſua. Spiritus etiam inquantum aer dicitur ſuus, dici poteſt, inquantum non ſolum aer, ſed etiam totius mundus factus eſt ſuus, cum Dei ſit: & per conſequens domina omnium.

Expoſitio Baſilij.

Beda.

Ambr.

Theophil.

Varie acceptiones ſpiritus.

Flatus Mariæ exultauit.

Digitized by Google

Aet ergo iſte ingrediens per os virginis ad tuum creatorem, qui eius latebat in ventre, modo ſuo exultabat, quia magis purificatus, atque radijs diuinitatis impletus dulciſſimè reſonabat. Secūdus ſpiritus dicitur Angelus iuxta illud Pſā. 103. di. Deo Qui facis Angelos tuos ſpiritus. Quælibet autem anima à principio creationis ſuæ habet Angelum ad ſui cuſtodiam deputatum. vt ait Hieronymus ſuper Matth. & ponit Magiſter ſententiarum in 2. diſtin. 11. Beata igitur virgo habuit inter alios vnum ſpiritum ſupremum: qui fortaſſis nec ante, nec poſtea datus eſt alicui ad cuſtodiam: ſed ſoli virgini huic ab initio reſeruatus. Sicut n. ſola mater vnigeniti filij Dei: & in gratuitis vniuerſis mirabiliter ſingularis; ſic etiam ſane dici poteſt, cuſtodiam ſibi ſingularem datam fuiſſe. Si n. habuit ſingulariſſimum ſponſum ad ſeruitium, & electiſſimum Apoſtolum ad obſequium; quare nō credatur habuiſſe nobiliſſimum ſpiritum ad auxilium? Hic igitur ſpiritus angelicus datus ſibi ad cuſtodiam, prius exultauerat de obedientia, humilitate, & alijs virtutibus ipſius virginis almæ. At vbi verbum Dei eius eſt carne veſtitum, exultauit in Deo ſalutari i. Ieſu Mariæ filio: quia deputabatur ad cuſtodiam, ſiue potius ad obſequium Domini Dei ſui. Si tenere quis velit: quòd Angelus matris ſit etiam Angelus prolis donec naſcatur, ſecundum quoſdam dicentes, quòd quando filius naſcitur, accipit Angelum proprium, quia tunc eſt ſicut fructus ab arbore matre præciſus: ſed donec eſt in ventre matris, eſt ſub cuſtodia Angeli materni, tanquā aliqua pars matris. Fructus n. pendens dicitur pars fundi l. fructus. la 2. ff. de rei vendi. Et hæc opinio fuit beati Tho. in 1 part. ſummæ q. 113 arti. 5. Vel vt aliqui allegant. in 113. quæſt 5. Quis ergo explicare poterit, quanto gaudio exultabat ſpiritus ille qui primo vidit Deum incarnatum? Qui fuit primus ſpiritus ſancti miniſter ad illud ineffabile opus. Qui primus corpuſculum illud aut formauit, aut formanti aſtitit. Qui primus inuiſibiles cunas Deo parauit. Qui primus cibum de matre in os diuinum expreſſit. Qui ſicut aſſiſtit viſione in cælo coram patre, ſic aſſiſtebat in terris filio incarnato. Qui primus illud vidit deſideratum commercium. Angelus quoque Gabriel accepto virginis reſponſo, & verbo Dei incarnato: protinus ad cælum totus iucundus ac exultans cæleſtem curiam lætificaturus aſcendit. Iſte autem Mariæ ſpiritus certus de præſenti; pro tota Hierarchia cælica exultabat, namq; hic optimus Mariæ ſpiritus exultabat, quoniam videbat ipſam Dei matrem effectam, & tanto filio dignam.

Angelus datus Mariæ ad cuſtodiā exultauit.

Tertio dicitur ſpiritus animus, iuxta illud Eccleſiaſt 3. *Quis ſcit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum?* Et vltimo eiuſdem libri ca dicitur *Reuertetur puluis.* i corpus, *in terram ſuam: & ſpiritus.* i. anima, *ad Deum qui dedit illum.* Et iſte ſpiritus Mariæ exultauit. Et eſt ſenſus, quòd ſpiritus i. anima, quæ magnificauit Deum quoad alios, etiam exultat quoad ſeipſam, ita quòd ſicut dilatatur Deus, id eſt magnus oſtenditur per os virginis in corda audientium eius magnificationem, ſic etiam creſcit in ipſo ſpiritu, vel anima ſua per maiorem inhærentiam, capacitatem & dilectionem eius. Vel eſt dicendum de mente quorundam doctorum, quòd anima Mariæ coniuncta corpori magnificauit Dominum: ſpiritus vero raptus à coniunctione corporis quantum ad ſenſum actualis informationis exultauit in Domino. Vnde Magiſter Ioannes Gerſon in tractatu ſecundo ſuper *Magnificat*, dicit: *Beata virgo fuit in exceſſu ſpiritus, vel in extaſi mentis reſpectu illorum, quorum non poterant ex ſua virtute, vel intelligentia propriam cognitiam accipere, vt quid eſſet Deus in ſe, & in ſua magnificentia. Quid Angeli per omnia. Quid felicitas, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit.* Hæc ille. Ex qua viſione ſupernaturali exultauit in Domino ſpiritus eius. O igitur beata beatorum virgo piiſſima, per iſtam ineffabilem exultationem tuam impetra & mihi à Domino quem tantopere magnificaſti, vt & ego illum digne merear magnificare, & ſpiritus meus exultare poſſit in Deo ſalutari tuo & meo. O beatiſſime ſpiritus virginis glorioſæ; quæ ſemper in Deo exultauit. Nec mirum, quia in ſe Deum habuit, qui habitat in humili ſpiritu. Eſai 57. Ipſa enim ſeruauit illud Eccleſiaſtic 7. *Humilia valde ſpiritum tuum.* Et ideo Deus ſemper habuit curam de ſpiritu ipſius virginis. Vnde dicere poterat Deo illud Iob. 10. *Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.* O benedicte ſpiritus Mariæ; de qua dici poteſt illud Pſal. n. 31. *Nec eſt in ſpiritu eius dolus.* Et ideo confidenter dixit in morte illud Pſa m 30. *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.*

Anima Mariæ exultauit.

Quarto accipitur ſpiritus pro feruore mentis iuxta illud ad Rom. 12. *Spiritu feruentes: Domino ſeruientes* Et 1. ad Timo 5 *Spiritum* i feruorem *nolite extinguere.* Et iſte feruor deuotionis virginis glorioſæ exultauit in Domino, id eſt, ipſam exultare fecit. Quinto accipitur ſpiritus pro Deo, quia ſpiritus eſt Deus. Ioann. 4. Vel particulariter accipitur pro perſona ſpiritus ſancti. Iſtum autem ſpiritū ſuum dicit B. virgo exultaſſe in Deo,

Digitized by Google

in Deo, quia ipſam exultantem fecit in ſe Deo ſalutari ſuo. Sicut etiam dicitur ad Rom. 8. *Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus:* quia nos poſtulantes facit & gementes. Exultauit ergo beatæ virginis ſpiritus afflatus a ore ſpiritus ſancti. Sicut etiam dicitur de Chriſto Lucæ 10. *In illa hora exultauit Ieſus in ſpiritu ſancto.* De hac afflatione ſpiritus ſancti in ipſam Dei matrē prædixerat Dauid dicens Deo Patri Pſal. 147. *Flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ,* ſcilicet diuinarum laudum ab ore virginis per hoc mirabile canticum. O Maria, quis erat ille ſpiritus qui tantum exultare faciebat ſpiritum tuum? Profecto erat ille de quo dicitur Sap. 12. *O quam bonus & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus!* Et Eccleſiaſt. 24. inquit ipſe Deus. *Spiritus meus ſuper mel dulcis.* O beatiſſima virgo tu ſemper habuiſti iſtum ſpiritū paraclitum, id eſt conſolatorem, qui te ſemper in omnibus tuis ſanctis operibus direxit. Vnde dicere poteras Deo illud Pſalm. 142. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* De te quoque dici poterat illud Eſai. 43. *Spiritus Domini ductor eius fuit,* & ideo eam mirabiliter exultare fecit. Tu etiam dicere poteras illud Ezec. 3. *Eleuauit me ſpiritus in cælum & terram.* Et illud Apocal. 21. *Suſtulit me ſpiritus ſanctus:* vt de ſpiritu dici poſſet illud 1. ad Cor. 2. *Spiritus omnia ſcrutatur etiā profunda Dei.* Et ideo continue exultabas tu in Deo ſalutari tuo. Sed dic mihi obſecro O genitrix Dei ſanctiſſima. Quis eſt iſte Deus in quo exultabas? Certe reſpondere potes. Iſte eſt ille, qui inquit Geneſ. 17. *Ego ſum Deus omnipotens,* & ideo fecit mihi magna qui potēs eſt. Ipſe eſt ille cui dicitur Num. 16. *Fortiſſime Deus ſpirituum.* Et ideo exultauit in eo ſpiritus meus. Ille eſt ille, de quo dicitur Deut. 4. & ad Heb. 12. *Deus noſter ignis conſumens eſt.* Et ideo igne ſui amoris accendit ſpiritū meum, ac eum exultare fecit. Ipſe enim eſt *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Pſal. 62. Ipſe eſt *Deus ſaluator meus.* Eſa. 12. Ipſe eſt *Deus abſconditus* ſcilicet in ventre meo. Eſa. 45. Ipſe eſt *Deus Dominus fortitudo mea.* Abacuc 3. Ipſe eſt *Deus totius conſolationis.* 2. ad Corinth. 1. Iſte eſt ille *Deus qui locutus eſt in ſancto ſuo.* Pſal. 107. id eſt in corde meo, & fecit me exultantem canere laudes ſuas in cantico iſto, quod vult ab omnib. frequentari, ac dici cum iubilo. Vnde dixit mihi Eſai. 49. *Spiritus meus, qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui à modo vſque in ſempiternum.* Sicut ergo ego exultaui in Domino, ita & ſemen meū ſeruiet ipſi. Pſal. 12. ſcilicet hoc canticum deuote decantando, & tunc de ſemine deuotorum meorum verificabitur illud Pſal. 36. *Et ſemen illius in benedictione erit.* Quilibet ergo deuotus meus debet magnificare mecum in hoc cantico filium meum; & exultare ei, ac dicere cum propheta Pſalm. 6. *Tu es ſalutare vultus mei & Deus meus.* Exultent ergo omnes gentes, quia gentibus miſſum eſt hoc ſalutare. Act. 28. Ipſe eſt enim ille de quo dicebat Iacob Deo, Gene. 49. *Salutare tuum expectabo Domine, & erit expectatio gentium.* Ipſe eſt ille de quo Dauid rogabat Deum Pſal. 50. di. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.* Et Pſal. 83. *Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.* Ipſe eſt ille, cuius incarnationem videntes prophetæ in ſpiritu exultabant. Vnde Eſa. 52. ſub lætitia dicebat: *Videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.* Si ergo ſancti Patriarchæ, & Prophetæ tantum exultauerunt propter huius ſalutaris expectationem; quare exultare non debet ſpiritus meus in Deo ſalutari meo, quem incarnatum habeo in vtero meo.

PARS TERTIA HVIVS ſermonis; in qua exponitur reliqua pars Magnif. continens cauſam huius Cantici.

CAuſa huius cantici virginalis, vt inquit Nico. de Lyra ſuper Luc. fuit vt Dei beneficia connumeraret, & ei gratias referret. Vnde primo connumerat beneficia ſibi collata ſingulariter. ibi, *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ,* &c. Secundo beneficia collata populo Iudæorū ſpiritualiter: ibi, *Suſcepit Iſrael puerum ſuum.* Circa primum dicit: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ,* quod ſecundum Nicol. de Lyra vbi ſupra. [Bene debeo magnificare, & laudare Dominum. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Nam licet ex omnibus virtutibus fuerim diſpoſita ad conceptionem filij Dei, ſpecialiter tamen hoc fuit ex humilitate.] Vnde diuus Hieron. in ſuo tranſitu inquit: [Maluit Deus de beata Maria incarnari propter humilitatem, quam propter aliā quantamcunque virtutem.] Hugo autem Cardinalis exponit hæc verba: [Reſpexit humilitatē ancillæ ſuæ id eſt me humilem ancillam. Placuit enim ei humilitas ancillæ, cui diſplicebat ſuperbia Euæ; vt ſicut per ſuperbiam Euæ mors intrauit in mundum: ſic per humilitatem ancillæ vitæ pandatur introitus.] Vnde in figuram dixit Lyra Geneſ. 29. [Vidit Dominus humilitatem meam

Præcipua diſpo. B. V. ad conceptionem Chriſti fuit humilitas.

nunc amabit me vir meus.] Habuit autē humilitatē B. virgo à patre ſuo Dauid, qui dixit 2. Reg. 6. *Ludam, & vilior fiam plus, quam factus ſum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus locuta es, glorioſior apparebo.* Item à filio qui dixit Matt. 11. c. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.*

Sed hic eſt notandum, q multipliciter reſpicit Deus hominē. Primo peccata dimittēdo, ſicut reſpexit Petrum, Luc. 22. Secundo reſpicit pœnam infligendo. Vnde Exo. 14. dicitur: *Reſpiciens Dominus ſuper caſtra Aegyptiorum interfecit exercitū eorum.* Et Abac. 1. inquit Deo propheta: *Quare nō reſpicis iniqua agentes?* Tertio reſpicit occulta cordium conſiderando, iuxta illud Can. 2. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciēs per cancellos.* Et hoc modo reſpexit Deus virginē benedictam, cuius occulta cordis ſemper tendebāt in Deum. Quarto reſpicit aliquem eius opera acceptando Gen. 4. *Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius.* Traſſumptiue in c. ſcriptum. 24. q. 5. & de pœ. di. 1. nunquid. & di. 5. c. cōſideret. & 3. q. 7. c. in graibus. Et hoc modo reſpexit Deus opera virginis glorioſæ, quæ illi erant gratiſſima. Quinto reſpicit gratiam inſpirando. Vnde orat Pſal. dicens: *Reſpice in me, & miſerere mei.* Et hoc etiam modo ſemper reſpexit eā, cui plenitudinem ſuarum gratiarum infudit. Sexto reſpicit approbando, iuxta illud Abac. 1. vbi dicit ei propheta: *Oculi tui mundi ſunt, & non poteris reſpicere ad iniquitatem* i. eam approbare, alias non eſſet ſumme bonus. Et iſto quoque modo reſpexit matrem ſuam, cuius omnia opera approbauit. Septimo reſpicit remunerando, iuxta illud Gen. 31. *Laborem manuum mearum reſpexit Deus.* Et hoc etiam modo reſpexit beatiſſimam virginem, cuius operationes magnifice remunerauit. Octauo reſpicit ab inimicis defendendo, & ab omni malo liberando, iuxta illud Exo. 2. *Reſpexit Deus filios Iſrael, & liberauit eos.* Hoc quoq; modo ſingulariter reſpexit Deus virginem benedictam, quam ab omnibus hoſtib. & malis liberauit & præſeruauit. Et ideo ipſa ſola ſemper Deū magnificauit: & exultauit in Deo ſalutari ſuo. Ipſam namque ſolam ſaluauit præſeruādo ab originali peccato, & ideo Deus ita fuit ſalutaris ſuus: quod nunquam fuit, nec erit alteri. Rationē autem huius magnificationis, & exultationis aſſignat dicens: *Quia reſpexit*, id eſt, ſemper oculo amoris, & gratiæ aſpexit: *humilitatem ancillæ ſuæ*, id eſt, quæ ſemper fui humilis ancilla eius. Non enim vnquam ſeruiui diabolo per peccatum originale: ſed ſemper fui eius ſeruitijs mancipata & dedicata. In his ergo verbis beata virgo oſtēdit ſe ſine originali peccato fuiſſe conceptam: & de hac præſeruatione gratias agit Deo ſalutari ſuo. Vnde notandum eſt: quod ſicut beata virgo, ſi concepta eſſet in peccato originali, non ſemper magnificaſſet Dominum, nec exultaſſet in Deo ſalutari ſuo; quia in illo inſtanti, quo fuiſſet in peccato, magnificaſſet diabolum, & exultaſſet in eo: ſicut peccatores dicuntur exultare in rebus peſſimis Prouer. 2. Ita etiam non ſemper fuiſſet reſpecta à Deo; quia in illo inſtanti fuiſſet ab ipſo Deo reprobata, & deſpecta: nec in illo inſtanti potuiſſet ſe appellare ancillam Dei: quia fuiſſet ancilla ac ſerua diaboli.

O igitur glorioſa virgo ſemper à Deo reſpecta, roga eum qui dixit Leuit. 26. *Reſpiciam vos, & creſcere vos faciam*, vt nos reſpiciendo per gratiā faciat in bonis operibus & virtutibus proficere. Tu quoque O benedicte Deus, ſicut reſpexiſti humilitatem ancillæ tuæ, & Dominæ meæ: ita nunc reſpice de ſanctuario tuo Deut. 26. & reſpice ad orationem ſerui tui 2. Reg. 8. *Reſpice, & exaudi me Domine.* Pſal. 12. Tu qui reſpexiſti humilem ancillam tuam virginem Mariam, reſpice ad humilitatem noſtram. Iudith 6. *Reſpice Domine in ſeruos tuos* Pſal. 89. Non eſt autem mirandum, ſi Deus reſpexit virginem Mariam pauperculam. Nam oculi eius in pauperem reſpiciunt. Pſalm. 10. Et quid mirum ſi humilitatem reſpexit ancillæ ſuæ, qui humilia ſemper reſpicit? Pſalm 112. & 137. Ille ergo, cui humilium & manſuetorū ſemper placet deprecatio Iudith 9. & qui ſemper reſpexit in orationem humilium Pſ. 101. ſemper exaudiuit, & gratam habuit orationem huius humilis ancillæ ſuæ. Vnde ipſa merito dicere poteſt Deo illud Pſal. 30. *Reſpexiſti humilitatem meam.* Ipſe enim inquit Eſai. 56. *Ad quem reſpiciam, niſi ad humilem*, &c. Quia etiam hæc humilis ancilla Dei fuit in fide ſtabiliſſimè, ideo eam reſpexit Deus. Cui dicitur Hierem. 5. *Domine oculi tui reſpiciunt fidem.* O igitur ancilla Dei, tu es illa quæ dicere potes illud Heſt. 13. vbi Heſt. regina in figuram tui dixit Deo: *Tu ſcis, quod nunquam lætata ſit ancilla tua, niſi in te Domine Deus.* In tui quoque figuram dixit Abigail 1. Reg. 25. *Famula tua ſit in ancillam.* O ancilla digniſſima, quæ propter humilitatem tuam facta es angelorum regina. Tu bene ſciebas, vt ait Ambroſ. quod *nulla maior eſt dignitas quam Deo ſeruire: cui ſeruire, regnare eſt.* Fac ergo & nos ſeruos tuos, & ex benignitate tua filios tuos: vt vnuſquiſque noſtrum poſſit dicere Deo illud Sap. 9. *Ego ſum filius ancillæ tuæ.* O humillima Dei ancilla, nunc ſuper oēs angelorum

choros

Digitized by Google

l

choros exaltata; profecto adimpleta eſt prophetia tua in qua pronunciaſti di *Ecce n. ex hoc beatã me dicent omnes generationes.* Quia n. Deus ab humilibus honoratur, vt dicitur Eccl. 3. ideo te omnium humillimam voluit ab omnib. merito honorari & beatificari. Item quia vt inquit filius tuus Luc. 18. *Omnis qui ſe humiliat, exaltabitur.* Et Deus humiles ponit in ſublime. Iob 5. *Et qui humiliatus fuerit, erit in gloria* Iob 22. Non immerito fecit te in cœleſt. curia ſuper omnium ſanctorum gloriam exaltari, quæ humilitate tua omnes ſuperaſti, & cunctos ad ſalutem perduxiſti. Vnde exclamat Aug. in ſerm. de aſſumptione di. [O vera humilitas, quæ Deum hominib. peperit: vitam mortalib. edidit, cœlos innouauit, mundum purificauit, paradiſum aperuit & hominum animas liberauit. Facta eſt Mariæ humilitas ſcala cœleſtis, per quam Deus deſcendit ad terras. Quid enim eſt dicere, Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ; niſi approbauit? Multi n. videntur in conſpectu hominum humiles eſſe, ſed eorum humilitas à Deo non reſpicitur. Si n. veraciter humiles eſſent: ab hominib. non ſe laudari vellent; & non in mũdo; ſed in Deo ſpiritus eorum exultaret.] hæc ille. Beda vero ſup. Lucam de benedicta virgine loquẽs ait: [Cuius humilitas à Deo reſpicitur, recte beata ab omnib. collaudatur.] Athanaſ. autem dicit: [Si n. ſecundum prophetam beati ſunt, qui habẽt ſemen in Sion, & proximos in Hieruſalem: quantum debet eſſe præconium diuinæ ac ſacroſanctæ virginis Mariæ, quæ ſecundum carnem verbi genitrix eſt effecta?] Græcus vero ait: [Non autem ſe beatã appellat maiori vexata gloria. Vnde omnis locus in ipſa ſuperbiæ, quæ ſe ancillã Domini nuncupauit: Sed ſacro tacta ſpiritu, quæ futura ſunt, præſciuit.] Hugo autem Cardinalis exponens illa verba: [Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.] inquit: [Id eſt omnes gentes,] ſ. Iudæorum & gentilium; virorũ, & mulierum, diuitum, & pauperum, Angelorum, & hominum; quia omnes per ipſam ſalutare beneficiũ acceperunt, Homines reconciliationem, Angeli reparationem. Chriſtus n. Dei filius operatus eſt ſalutem medio terræ. in vtero Mariæ, quæ quadã mirabili proprietate terræ medium appellatur. [Ad illam n. reſpiciunt,] vt Ber. inquit, [& qui habitant in cœlo, & qui habitant in inferno i. in purgatorio: & qui habitant in mundo. Primi vt reſarciantur. Secundi vt eripiantur. Tertii vt reconcilientur. Ex hoc ergo beatam te dicent omnes generationes O beata virgo, quia omnib. generationibus vitam, gratiã, & gloriam genuiſti: mortuis vitam, peccatorib. gratiam, miſeris gloriam.

Iõ dicitur Iudit. 15. Tu gloria Hieruſalẽ. tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri: quæ feciſti viriliter. Primũ eſt vox Angelorum, quorũ ruina per ipſã reparata eſt. Secundum eſt vox hominũ, quorum triſtitia per eã lætificata eſt. Tertium eſt vox mulierum: quarum infamia per ipſam deleta eſt: Quartum eſt vox mortuorum: quorum captiuitas per eã reducta eſt.] hæc ille. Qui etiã vbi ſup. declarat, quõ oẽs generationes beatificãt gloriosam virginem ſ. incipientium, proficientium, perfectorum, & beatorũ. Et iterum inquit: quod mundus illos dicit eſſe beatos, qui diuites ſunt, iuxta illud Pſal. 143. *Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt.* Sed Propheta inquit: *Beatus popul. cuius Dominus Deus eius.* Et talis fuit B. virgo. Itẽ ait, q̃ oẽs dicunt beatum illum à quo beneficia receperunt. Et ideo nos oẽs debemus dicere Beatã virg. Mariam; quia ab ea multa recepimus beneficia, maxime quatuor ſ. *Precium noſtræ redemptionis* 1. ad Cor. 5. *Medicamentum noſtræ ægritudinis* Eccl. 28. *Viaticum noſtræ peregrinationis.* Ioan. 7. *& præmium noſtræ retributionis.* Gen. 15. & Eſa. 62.

Omnes generationes B. dicunt Mariam.

Beatiſſima igitur virgo ab omnibus generationibus beatificatur. Et primo à generatione diuina, de qua inquit pater filio: vt habetur Pſ. 109. *Ante Luciferum genui te.* De qua etiam Eſa. 53. dicitur: *Generationem eius quis enarrabit? ſcilicet æternã,* q. d. nullus. Ipſe igitur Deus pater poſtquã cuncta creauit per verbum ſuum cum ſpiritu S. benedixit beatæ virgini in figuram, & beatam eã dixit, quando benedixit diei ſeptimæ, in qua requieuit ab omni opere, q̃ patrarat. Ge. 1. Eſt autem iſta benedictio operum conſummatio, à peccatis vacatio, & æternæ requiei præfiguratio. Quæ omnia perfecte reperiuntur in beatiſſima virgine: Fuit enim in ea perfecta operum cõſummatio, quando omnia creata in vno homine vniuntur cum creatore, & primum fit vltimum, & vltimum primum, non enim eſt perfectio motus vel operis, niſi in circulo. Fuit ſecundo in virgine ſancta à peccatis vacatio, in qua nullum vnquã fuit peccatum originale, vel actuale, mortale, aut veniale. Tertio hæc requies non tantum fuit futuræ requiei ſignum, ſed etiam cauſa. Si ergo ſeptima dies eſt benedicta propter Sabbatum Dei. i. ceſſationem ab operibus, & tamen excellẽtior eſt ſabbatiſmus recreationis, qua ſcilicet requieſcẽs in virgine mundum recreauit ſabbato recreationis: ergo & benedictio maior. In omnibus enim requiem quæſiuit, & in ipſa ſola inuenit, in qua inuenit omnia quæcunque quæſiuit, vnde in tabernaculo eius requieuit, Eccleſiaſtic. vigeſim. quart. Poſtquam vero ipſe Dei filius de virgine

Diuina generatio B. dicit Mariam.

natus

Digitized by Google

natus eonuerſatus eſt in mundo, ſemel prædicās mulieri exclamanti, & dicenti: *Beatus venter qui te portauit*, &c. Reſpondit; *Quinimmo beati qui audiunt verbum Dei: & custodiunt illud*, q.d. Non ſolum illa quæ me portauit beata eſt: ſed etiam omnes, qui audiunt verbum Dei, & obſeruant, & complent illud, opere beati ſunt. Et quia ipſa virgo perfectius audiuit & obſeruauit omnia mandata domini & conſilia, ideo beatiſſima & benedicta eſt ſuper omnes. Et ſic patet, quomodo diuina generatio beatam dicit virginem glorioſam.

Secundò eam dicit beatam generatio angelica, de qua poteſt exponi illud Gen. 1. *Iſta ſunt generationes cæli & terræ:* & dicitur ibi generatio, creatio à Deo: & generatio cœli, eſt creatio angelorum ſicut Aug. ſuper Gen. ad litteram exponit illud: *In principio creauit Deus cælum & terram*. i. angelicam naturam. Hæc autem generatio cæli. i. angelorum beatificat, laudat, & benedicit multipliciter virginem glorioſam. Vnde Gabriel pro omnibus dixit illi: *Aue gratia plena*, cum ſibi nũciauit conceptum filii Dei. Ad partum vero eius poſtquam Angelum cum magna luce apparens nunciauit paſtoribus cum magna iucunditate natiuitatem filij Virginis: facta eſt cum eo multitudo militiæ cæleſtis. i. Angelorum canentium. *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis* Luc. 2 quaſi dicerent: Gloria paratur in cœlis, propter Deum natũ ex virgine Maria. Et pax reconciliationis cum eo hominibus habentibus bonam voluntatem. In aſſumptione vero eius cum aſcendit cælum: vt canit Eccleſia, gaudent Angeli, & laudantes benedicunt Dominum: ac admirantes de tam excellenti gloria, dicunt: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens?* &c Can 6. Tempore quoque magni Gregorij, cum ipſe Gregorius in proceſſione progrediens per vrbem Romam, cum omni clero, & populo ad rogandum Deum pro ceſſatione ſæuiſſimæ peſtis, quæ Romanam vrbem inuaſerat: deferri faceret quandam tabulam, vbi depicta erat imago beatæ virginis Mariæ pro vexillo ante proceſſionem, viſi ſunt angeli circa figuram beatæ virginis canentes in laudem eius: [Regina cæli lætare hallelu iah. Quia quem meruiſti portare, alleluia. Reſurrexit ſicut dixit, alleluia.] Cui addidit Gregorius; [Ora pro nobis Deum alleluia.] De hac autem beatificatione Angelica habetur Cant. 6. vbi dicitur. [Surrexerunt filiæ Sion, beatiſſimam prædicauerunt eam] Filiæ enim Sion dicuntur Angeli, non propter ſexum, ſed propter intelligentiam, & claram atque continuã ſpeculationem diuinorum. Sion namque interpretatur ſpeculatio. Et ad hoc creati ſunt Angeli. Qui omnes ſurrexerunt ad laudandam, & beatificandam reginam ſuam virginem benedictam.

Tertio beatam dixit eam, & dicit generatio humana: de qua dicitur Eccleſiaſt. 1. *Generatio præterit*, ſcilicet per mortem, *& generatio aduenit* ſcilicet per natiuitatem aliorum hominum. Eſt autem triplex hominum generatio, ſcilicet reproborum, electorum, & doctorum. Et hæ omnes generationes beatam dicunt eam, & laudant. De generatione praua reproborum dicitur Deut. 32. *Generatio peruerſa eſt, & infideles filij*. Et Matt. 15 inquit Saluator. *Generatio praua, & adultera ſignum quærit*, &c. Iſta autem generatio praua ac infidelis, & adultera, eſt gentilium, Iudæorum, Saracenorum, Turcorum, Armenorum, Indianorum, Georgianorum, Neſtorianorum, & omnium ſchiſmaticorum; ac hæreticorum, Græcorum, & Latinorum, malorumque Chriſtianorũ: qui tamen omnes modo ſuo benedicunt B. virginem. Saraceni enim & Turci benedicunt eam venerantes in templis ſuis, & ei thurificantes, & nomen eius in tali reuerentia habentes; & blaſphemantes illam graui pœna mulctantur: vt patet in Alchorano Mahometi, lege eõrum. In quo libro dicitur ſic de ipſa virgine: Dixerunt angeli: O Maria, Deus annunciat tibi verbum ex ipſo, & erit nomen eius Ieſus filius Mariæ. Et iterum ibidem dicitur: Dixerunt Angeli. O Maria: Deus vtique elegit te clatam ſuper mulieres ſeculorũ. Et multa alia ibi dicuntur ad laudẽ virginis glorioſæ. De paganis vero, & gentilibus Latinis patet in Ouidio, qui in lib. de vetula multa prædixit de virgine benedicta ad eius commendationẽ. Item in Virgilio, qui in li. Bucoli ait: *Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna: Iam noua progenies cælo demittitur alto*, &c. Nam quamuis Hieron. dicat Virgilium non hæc intendiſſe dicere de Chriſto, vel matre eius; tamen poſſibile eſt etiam, quod ſicut Caiphas prophetauit de ſalute mundi per mortem vnius, ſ. Chriſti, non hoc intendens nec intelligens; ita Virgilius de Chriſto, & matre eius bene dixerit, vt ſentit Aug. & ſimiliter dici poteſt de Ouidio, & aliis paganis. Ex Græcis vero fuerunt multæ Sibyllæ: quæ multa ad commendationem Chriſti, & matris eius dixerunt: de qu ibus infra dicam in parte ſequenti huius operis ſermone 1. Schiſmatici quoque & hæretici, etſi in multis errent: vel quia diuiſi ſunt a veritate fidei, vel quia male ſentiunt de aliquibus articulis fidei, venerantur tamen B. virginem, exceptis illis qui aſſerunt ipſam habuiſſe alios filios ex Ioſeph, qui blaſphe-

Digitized by Google

blaſphemum eſt & iniquum dicere de matre Dei. Sed & mali Chriſtiani modo ſuo benedicũt virginem glorioſiſſimam. Nam & homicidæ, adulteri, inceſtuoſi, blaſphemi, proditores, & omniũ vitiorum ſpurcitia infecti aliquando venerantur ipſam, ieiunantes in honorem eius diem Sabbati, vel diem occurrentem Annunciationis ſuæ per totum annum ſemel in hebdomada, & ieiunãtes eius vigilias in pane & aqua: facientes eleemoſynas amore eius: immo etiam mulieres meretrices in die Sabbati non peccare propter reuerentiam virginis: & multi videantur B. virginem in maiori veneratione habere, quam Chriſtum filium eius; magis ex ſimplicitate moti, quam ſcientia. Sed quia *honor matris redundat in filium*. Prou. 18. patientiã habet filius Dei de hac quorundam virorum & mulierum ſimplicitate. Eccleſiæ quoque plurimæ per vniuerſum orbem conſtructæ & dedicatæ ad honorem ipſius virginis plenæ imaginibus eius oſtẽdunt deuotionem eximiam, etiam armigerorum, & aliorum mundanis deditorum, qui ad ipſam pijſſimam virginem ſe cõmendantes cum votis gratias ab ea innumeras recipiunt, & euaſiones ex periculis maximis. Generatio ergo etiam peccatorũ benedicit & beatificat matrem Dei. Generatio quoque rectorum, & electorum, de qua Pſal. 111. inquit: *Generatio rectorum benedicetur.* Et iterum. *Hæc eſt generatio quærentium Dominum.* Et Sap. 4. dicitur: *O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate.* Quæ generatio comprehendit congregationem omnium bonorum fidelium: ſimiliter quantũ poteſt, beatificat virginem benedictam, etſi non tantũ quantum meretur. Vnde ſtatuit Eccleſia officium particulare, quod dicitur ſingulis diebus ad honorẽ Dei, & quod ſingulis diebus ter pulſentur cãpanæ ad honorem eiuſdem benedictæ matris Dei, maxime de manè & de ſero: vt omnes ipſam immaculatam virginem genibus flexis adorantes venerentur ac beatificent, & ei ſe recommẽdent, & de perceptis ab ea beneficijs gratias agant. Generatio ergo electorum, & omnium fidelium beatã dicit dominam noſtram, quod patet ex multitudine eccleſiarum ſub eius titulo ædificatarum. Non enim ciuitas, vel caſtrum, ſeu villa, quæ nõ habeat eccleſiam, vel ſaltem capellam aliquã ad honorem virginis Mariæ, immo plures reperiuntur eccleſiæ ei intitulatæ, quam in honorem Saluatoris, & aliorum ſanctorum omnium. Et in ipſis Eccleſiis, & domibus priuatis vbique depingitur eius imago, quæ omnes attrahit & accendit ad eius amorem & deuotionem. Tales namque picturæ ſunt libri ignorantium litteras, in quib. legere poſſunt, & incitantur ad deuotionem. ca. prælatum de conſe. di. 3. Et vbi in eccleſijs in parte inferiori earum quaſi in ſancta, ponitur imago crucifixi, tanquam candelabrum ad illuminandum, & incitandum ad ſui imitationem, in parte ſuperiori, ſeu ſacrato quaſi in ſancta ſanctorum, & in loco propitiatorij, ſ. tabulæ altaris, ponitur communiter ſigna beatiſſimæ virginis cum filio in vlnis, vt mediante ipſa ſperemus propiciationem à peccatis noſtris apud filium ſuum. Hoc autem ſalubriter inſtitutum eſt, vt dum ſacerdos diuina ſacramenta pertractat, Mariam intuens, cogitet qualis fuit, creditum eſt ſolo verbo verbum carnẽ efficere. & qualis debet eſſe ſacerdos qui verbo ſuo, vel potius Chriſti, à ſe prolato vult corpus Chriſti, & ſanguinem efficere ex ſubſtantia panis & vini; & exemplo ſuæ humilitatis, & puritatis, diſcat humilem, & puram gerere mentem, ac mediatricem ponat ipſam virginẽ pijſſimam pro ſe interpellandum, ac digne, & fideliter miniſtrandum tantum ſacramentum. Fiunt in eccleſiis proceſſiones annuatim ad honorem Saluatoris in die Palmarum, & ſimiliter ad honorẽ matris ſuæ in die Purificationis ad correſpõdentiam ad ipſum diem Palmarum. Nam ſicut tũc portantur rami oliuæ cum palmis in ſignum victoriæ Chriſti de morte per reſurrectionem futuram, & ad ſignificandum etiam nos habentes victoriam de vitiis per pœnitentiam ad vitam gratiæ reſurrecturos: ita in die Purificationis candelas accenſas geſtamus in manibus lumen ardentiſſimæ charitatis ipſius virginis deſignantes: & eam nobis propitiam in noſtris operibus, & neceſſitatibus habere, & ſemper habituros proteſtantes. Ipſam quoque beatam prædicant, & beatificant omnes ſermocinantes, & prædicãtes Chriſticolis: exordium pro gratia impetranda à ſalutatione angelica facientes. Præterea cum octo ſint ſolennitates particulariter Deo cõſecratę, vt natiuitatis Domini, Circuncisionis, Epiphani, Reſurrectionis: Aſcenſionis, Trinitatis, Penthecoſtes, & corporis Chriſti: Ita octo ſunt celebrates ad honorem virginis benedictæ, ſcilicet eius immaculatæ, atq; ſacratiſſimæ Conceptionis: Natiuitatis: Præſentationis eius in templo: Annunciationis: Viſitationis: Purificationis: Aſſumptionis: & feſtum Niuis.

Tertia hominum generatio eſt ſanctorũ Doctorum, de qua Apoſtolus 1. ad Cor. 4. inquit: *In chriſto Ieſu per Euangelium ipſe vos genui.* Generare ergo dicuntur doctores, & prædicatores, & Eccleſiæ prælati eos, quos ſua doctrina trahunt ad bene operandum. Beata autem virgo à generatione

Digitized by Google

rratione omnium ſanctorum doctorum tam noui quam veteris Teſtamenti eſt beatificata. Nam omnes ſacræ ſcripturæ Teſtamenti veteris: & omnes autores, qui eas ediderũt, ipſam virginem in figurã beatam dicunt. Vnde Ruth 3 dicitur Ruth ex qua nata eſt beata virgo: *Benedicta tu filia à Domino*: & Iudith quæ caput amputauit Holofernis. & figurat ipſam virginem glorioſam. Similiter ab Ozia principe populi Iſrael multipliciter benedicitur. Vnde ei dixit, vt habetur Iudit. 13 c [Benedicta es tu filia a *D*omino, Deo excelſo præ omnibus mulieribus ſuper terram, & benedictus Dominus, qui te direxit in abſciſſione capitis principis inimicorum noſtrorum, quia nomen tuum ita magnificatum eſt, vt non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis tuæ.] Et iterum ibidem, quod [vniuerſi filii Iſrael adorauerunt Dominum dicẽtes ad eam: Benedixit te Deus in virtute ſua, quia per te ad nihilum redegit inimicos noſtros: Achior quoque ex gentili factus Iudæus ad eam dixit: Benedicta tu à Deo tuo, quoniam in omni gente quæ audierit nomen tuum, magnificabitur Deus Iſrael ſuper te.] Et 15. eiuſdem lib. c. dicitur quod [Ioachim pontifex ſummus de Hieruſalem venit Bethuliam, ad videndum eam cum presbyteris ſuis vniuerſis, & benedixerunt eam omnes vna voce dicentes: Quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, ideo eris benedicta in æternũ.] Quæ omnia fuiſſe incomparabiliter perfectius in inclyta mundi regina per iſtas duas mulieres figurata, apertiſſimè patet. Omnes etiã noui Teſtam. Doctores ſtupentes benedictiones glorioſæ virginis, & eius excellentiam, non ceſſant appellare beatam, atque collaudare, benedicere, & prædicare hanc virginẽ glorioſiſſimam, quæ virginitatis gloria permanente huic mundo lumen æternum effudit, Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Vnde canit Eccleſia, & fuit dictum B. Gregorij dicentis: [Beata es Maria quæ Dominum portaſti, creatorem mundi genuiſti qui te fecit, & in æternum permanes virgo.] Et iterũ: [Benedicta & venerabilis es virgo Maria, quæ ſine tactu pudoris, inuenta es mater Saluatoris,] &c. Omnes etiã alij Sancti immenſis eam extollunt præconiis. Et ſic patet, quomodo ipſam beatam dicũt oẽs generationes. Et ſi dicatur, ꝙ aliqui inueniuntur ita ſcelerati, quod eam nunquam benedicunt, ſed maledicunt: Item aliqui ſunt non ſolum infideles, ſed etiam de baptizatis, qui de illa notitiã non habent vt ſunt paruuli, & ideo etiã eam actualiter non benedicunt, Dico, quod põt exponi; *omnes generationes*. i. aliqui de omnib generationibus: quia de omnib. generationib. aliqui ſunt conuerſi ad fidem, qui laudant beatiſſimam virginem, & eam beatificant, & ita exponit Nico. de Lyra. & eſt diſtributio pro generib. ſingulorum. ſicut ſæpe diſtribuit terminus vniuerſalis in ſacra ſcriptura, & etiam in iure Canonico. vt in c. nam concupiſcentia. de conſtitu. & in ca. cum humilitatis 22. qu. 2. & in c. ſi quis omnem. 1. q. 7. & in c. mulier. 15 q. 1. De qua diſtributione habetur per Theologos. in 4 diſt. 46. Dicere tamen poſſumus, vt ſup eſt declaratum, quod quaſi omnes de ſingulis generationib beatificant mõ ſuo virginem benedictam, & ideo eam ſẽp per debemus benedicere, q a verificabitur de ea illud Nu. 24. *Qui benedixerit tibi, ipſe erit benedictus*. Maxime autẽ eam collaudare & beatificare debemus de hoc ſtupendo ac valde mirabili cantico ab ipſa edito: & dicere ei illud 1 Reg 25 *Benedictum eloquium tuum*. Et illud quod ait magiſter Ioãnes Gerſon in 4 tractatu ſuper *Magnificat* dicens: *Dignare nos laudare te virgo ſancta, O ter quaterque beata. Beata primo, quia credidiſti, clamat Elizabeth Beata ſecundo, quia gratia plena ſecundũ Gabrielis ſalutationẽ. Beata tertio & benedicta: quia benedictus fructus ventris tui, Beata quarto, quia fecit tibi magna qui potens eſt. Beata quinto, quia mater* Domini. *Beata ſexto: quia fœcundata virginitatis honore. Beata ſeptimo, quia nec primam ſimilem viſa es nec habere ſequentem* hæc ille. Merito ergo dixit Domina noſtra: *Beatã me dicent*, &c. In eius enim figuram prædixerat Lia Gen 30. [Hoc pro beatitudine mea: beatam me quippe dicent omnes mulieres] Magiſter autem Ioannes Gerſon in 5 tractatu ſuo ſuper *Magnificat* aſſignat rationem, quare ipſa glorioſa virgo beatificetur ab omnibus generationibus, dicens quod hoc ideo eſt, quia ipſa mater eſt illius, qui fecit oẽs generationes cæli, & terræ, & omnium, quæ in eis ſunt. Item quia ab initio, & ante ſecula ipſa prædeſtinata, vt affinis eſſet omnium generationum in omni genere affinitatis, ideo eam benedicunt, & laudant omnes generationes. Eſt enim noſtra ſoror ab humana ſpecie; eſt mater ex noſtra poſt filium regeneratione; eſt cognata angelis & nobis ex ſimilitudine intellectualis naturæ, eſt vnum cor nobiſcum, & vnus ſpiritus ex dilectionis obligatione. Maxime autem eam beatificant omnes generationes, quia cognoſcunt beneficiorum largitiones ex ea procedere. Ideo ipſa dicit Eccl. 24 [Memoria mea in generatione ſeculorum.] Sequitur autem virgo benedicta in ſuo cantico exponens, quare ab omnibus ſit beatificanda; & dicit: [Quia fecit mihi magna qui potens

tens

Expon. oẽs generationes, id eſt, aliqui de omnibus generationibus.

Quia fecit mihi magna, qui potens eſt. Expon.

Digitized by Google

tens eſt:] Quod exponens Theophylactus ait: [Oſtendit virgo non per ſuam virtutem ſe beatam prædicandam, ſed cauſam aſſignat dicens: Quia fecit mihi magna qui potens eſt. Quæ tibi fecit magna? Credo vt creatura ederes creatorem, famula Dominum generares; vt per te mundum Deus redimeret, per te illuminaret, per te ad vitam reuocaret.] Dicitur autem Deus potens eſſentialiter, quia per ſe, & ex ſe omnia poteſt. Vnde ad Roman. 11. dicitur: *ex quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia.* Ipſe enim eſt vere potens, quia de paruis & infimis facit magnos & fortes *pauperem enim facit & ditat, humiliat, & ſubleuat*, 1. Reg. 2. Beda vero dicit: *Reſpicit autem hoc ad initium carminis, vbi dictum eſt: Magnificat anima mea Dominum Sola enim anima illa, cui Dominus magna facere dignatur, dignis eum præconijs magnificare poteſt.* Si quis vero quærat quæ fuerint iſta magna, quæ Deus omnipotens fecit B. virgini? Reſpondit Hugo Cardinalis quod inter alia poſſunt 12 aſſignari *Primum fuit in vtero matris ſanctificatio*, & nos addere debemus, & ab originali peccato præſeruatio. [Secundum Angeli ſalutatio, Tertium gratiæ plenitudo. Quartum filij cõceptio Quintum fœcunda virginitas. Sextũ virginalis fœcunditas. Septimum honorata humilitas Octauum obedientiæ promptitudo. Nonũ fidei deuotio. Decimum eſt prudens verecũdia. Vndecimum verecunda prudentia. Duodecimũ dominium cœli,] hæc ille. Nos autem dicere poſſumus: quòd Deus nunquam fecit, nec faciet aliqua tam magna & excellentia in aliqua pura creatura, ſicut fecit in virgine glorioſa. Licet enim magnum fuerit creare de nihilo cœlum, & terram, & omnem ornatum eorum; tamen hæc quamuis ſint ampla, non ſunt adeo magna, vt ſint diuinæ Maieſtatis capacia. Corpus vero virginis minimum formatur: in quo eſſentialiter totus eſt Deus contentus; dicente Apoſtolo de Chriſto ad Coll 2. *In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis* Et propter hoc canit Eccleſia. *Sancta & immaculata virginitas: quibus te laudibus efferam, neſcio Quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contuliſti.* Magnum præterea fuit, quando Deus populum Iſrael de manu Pharaonis regis Ægypti ſignis magnis & prodigijs liberauit: ipſo Pharaone cum ſuis in mari ſubmerſo, vt habetur Exod 14 Sed maius fuit in virgine: qua non vnũ populum tantum, ſed genus humanum ſaluauit, diabolo infernali deuicto per eius filium, qui dixit Ioan. 12. *Nunc princeps huius mundi eycietur foras.* Magnum fuit, quando manna de cælo deſcendit Num. 11. ſed maius eſt, quod Deus in virginis vterum deſcendit. Magnum præterea fuit, quod Deus pauit populum Iſrael in deſerto quadraginta annis manna de cœlo. Item quòd de quinque panibus Chriſtus magnam hominum multitudinem ſatiauit. Matt 14 Sed maius fuit quod in virgine panem Angelorum, ſcilicet Chriſtum formauit: qui totum humanum genus ſui corporis ſacramento paſcere, & ſatiare venit, vnde ipſe inquit Ioan. 6 *Ego ſum panis viuus: qui de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Magnum fecit Deus, quando duxit mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo, vt habetur Deut. 32 Sed maius fecit in virgine, de qua ortam fecit petram illam, à qua fluxerunt aquæ gratiarum, & oleum pietatis, & miſericordiæ, iuxta illud 1 ad Corinth. 10 *Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus.*

Magnũ fecit Deus, quando Iordanis conuerſus eſt in ſuum fontem: vt habetur Ioſue 3. & etiam Pſal. 113. Sed maius fecit in virgine, quando antiquus dierum, & canus æternitate vidit virginem; & retroceſſit ad infantiam diei vnius: ſicut prædixit Daniel propheta 7 ſui lib c. dicens: *Antiquus dierum ſedit*, &c. Et vt breuibus omnia magna in creaturis facta comprehendam, nihil in eis tam magnificum eſt, quin vno ſolo actu virgo glorioſa omnes exuperet Maximum enim omnium quæ vnquam facta ſunt, aut fient, factum eſt in virgine, quando Deus qui fecit omnia, & à nullo eſt factus, nec creatus; factus eſt filius virginis: *& exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens* ad Phil 2. O mirabiliſſima & ſtupendiſſima dignatio diuina: quod in Virgine creator factus ſit creatura, Deus homo & homo Deus, infinitus factus ſit finitus: æternus temporalis: immortalis & impaſſibilis, paſſibilis, & morti ſubiectus: ditiſſimus, pauper & egenus: immenſus, paruulus & abiectus Quis vnquam audiuit talia? natura nõ capit, vſus nẽ ſcit, ratio humana nõ comprehendit. caligant oculi, ſtupeſcunt aures, turbantur omnes. Ecce quod mundus pugillo continetur: ſphæra centro clauditur, in centro iacet circulus: de vaſe prodit figulus; fontem excedit riuulus, pars excedit totum. lux monſtratur per ignorum; ſtella gignit ſolem: & vna puella regit Deum. Dicit ergo beata virgo; Ille qui facit magna, & inſcrutabilia, & mirabilia; quorum non eſt numerus. vt dicitur Iob 9. & cui inquit propheta, Pſalm. 85. *Tu es Deus, qui facis mirabilia.* Et de quo etiam dicitur Pſalm. 135. *Qui facit mirabilia magna*; fecit mihi mirabilia, & inæſtimabilia. Vnde dicere poteſt Deo ipſa virgo

be .ed.cta illud Pſal.89. *Miſericordia tua magna eſt ſuper me:* Sed O virgo gratiſſima, nunquid tu aliquid feciſti Deo? Nunquid vicem ei reddidiſti? Profecto ſi fas eſt dicere: tu ſecundum quid maiora feciſti Deo, quam ipſe Deus tibi & vniuerſo generi humano: volo ergo ego dicere quod tu ex humilitate reticuiſti. Tu enim ſolum cecinisti: *Quia fecit mihi magna qui potens eſt:* ego vero cano, & dico: Quia tu feciſti maiora ei qui potens eſt. Deus namque hominem de limo terræ formauit. Tu vero beatiſſima virgo Deum de tuis puriſſimis ſanguinibus generaſti: & illum puriſſima carne tua cooperuiſti, & veſtiſti. Vnde dicere potes illud Eccleſ. 24. *Ego feci in cœlis, vt orietur lumen indeficiens, & ſicut nebula texi omnem carnem.* Puriſſima autem caro tua præualet omnibus rebus mundi. Item Deus hominem de fructibus paradiſi educauit, & tu ipſum Deum paſciſti vbere de cœlo pleno, cuius lactis vna gutta præualet omnibus lignis paradiſi, fructibuſque omnibus totius mundi. Deus quoque hominem pellicea induit veſte; & tu virgo glorioſa Dei filium tuis panniculis inuoluiſti, & poſtea tunica inconſutili induiſti, quæ præualet omnibus tunicis mundi. Et ſic diſcurrendo probare poſſum, quod tu virgo digniſſima ſecundum quid multo ampliora beneficia contuliſti Chriſto, quam Deus homini in ſuæ creationis primordio. Sicut enim quanto perſona, cui damnum & iniuria infertur, eſt maioris dignitatis: tanto maius cenſetur damnum maiorque iniuria § atrox Inſti. de iniu. & l prætor § atrocem. ff. eo. tit. Ita beneficia alicui collata tanto reputari debent excellentiora, quanto excellentior eſt perſona cui conferuntur: & ideo tua erga Dei filium obſequia, & illa quæ ei beneficia contuliſti digniſſima, excellentiſſima, atque quodammodo incomparabilia fuerunt, hoc tamen vt tam magna facere poſſes Deo, fuit vnum de illis magnis, quod fecit tibi ipſe *qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.* O igitur beata per omnes generationes Hebræorum, Græcorum, Latinorum, & omnium generaliter nationum, & linguarum. O ſancta ſanctorum: O pulcherrima & prudentiſſima fœminarũ. Quid mirum, ſi per nomen ſanctum ſuum fecit tibi tã magna, tam ſtupenda, tamque admiranda, qui potens eſt? Nonne ipſe eſt qui dixit Gen. 32. *Quid quæris nomen meum, quod eſt admirabile?* Nonne ipſe eſt qui ait, Exod 3. *Ego ſum, qui ſum: hoc nomen mihi in æternum?* Nonne ipſe qui dixit Exod. 6. *Nomen meum Adonai non indicaui eis.* Quia ergo hoc nomen mellifluum indicauit tibi, fac vt etiam nobis eius virtutem oſtendere dignetur.

Quam vicem Maria reddiderit Deo.

Fac vt eius nomen benedictum deuote frequentetur à nobis, vt dicat ipſe filius tuus de nobis illud 2. Paralip 6. *Elegi Hieruſalem, vt ſit nomen meum in ea.* O glorioſum nomen, de quo propheta loquitur Pſal 110. *Sanctum & terribile nomẽ eius.* Profecto nullus vnquam hoc benedictum nomen tanta deuotione veneratus eſt, ſicut hæc ſapientiſſima tympaniſtria noſtra, quæ illud Eccl. 51 dicebat Deo: *Laudabo nomen tuum aſſiduè: & collaudabo illud in confeſſione.* Vnde per virtutem ipſius diuini nominis ſe ad tantam altitudinem perueniſſe profitetur dicens: *Fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctum nomen eius.* Super quibus verbis dicit Nico de Lyra: *Quicquid ſanctitatis poteſt cogitari, totum eminenter eſt in eo.* Hugo autem Cardinalis exponit dicens: *Sanctum dicitur ab effectu: quia participes ſui facit ſanctos, id eſt firmos, & mundos, ac finaliter beatos,* iuxta illud Ioel. 2. *Omnis qui inuocauerit nomen Domini ſaluus erit.* Sequitur autem: beata virgo in cantico ſuo dicens: *Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.* In quibus verbis connumerat beneficia communiter toti humano generi collata. Dicit ergo. *Et miſericordia eius,* ſcilicet in me inchoata, dilatatur, continuatur, multiplicatur, *à progenie,* ſcilicet Iudæorum, *in progenies,* gentium. id eſt, in omnes progenies mundi, quas cedituras præuidit. Et hoc eſt quod ſubdit *timentibus eum,* non mundum, non diabolum, ſecundum quod exhortatur Dominus Matt. 10. dicens: *Nolite timere eos qui occidunt corpus,* &c. Et ita exponit Hugo Cardinalis ſuper Lucam: vbi etiam dicit, quod talibus timentibus Deum ſit miſericordia ab ipſo, iuxta illud Malach. vltim. *Vobis timentibus nomen meum orietur ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius* vnde Act. 10 inquit beatus Petrus. *In veritate comperi, quia non eſt acceptator perſonarum Deus, ſed in omni gente, qui timet Deum, acceptus eſt illi.* Nicolaus vero de Lyra exponit: [Et miſericordia eius, id eſt, beneficium incarnationis quod ex miſericordia Dei factum eſt.

Vnde petebat Dauid dicens: Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam: quaſi diceret: Oſtendiſti potentiam in creatione mundi de nihilo, & ſapientiam tuam in mundi gubernatione ſic ordinata, & iuſtitiam tuam in peccatorum punitione, ſicut in diluuio, & ſubmerſione Sodomæ & Gomorrhæ. Et ideo oſtende nobis Domine miſericordiam tuam in filij tui incarnatione à progenie, ſ. Iudaica: Quia ſicut dicitur Ioan. 4. Salus ex Iudæis eſt. Quia incarnatio Dei facta eſt in virgine Iudæa natione. Sed quia beneficium incar-

Digitized by Google

incarnationis ad totum mundum diffunditur, ideo ſubditur: In progenies, ſcilicet omnium nationum. Veruntamen quia licet hoc beneficium incarnationis ſe extendat ad omnes, quantum ad ſufficientiam: non tamen quantum ad efficaciam: ſed tantum ad iuſtos. Ideo ſubditur: timentibus eum, ſcilicet timore filiali, & caſto] hæc ille.

Beda.

Beda vero inquit: [A ſpecialibus ſe donis ad generalia Dei iudicia conuertens; totius humani generis ſtatũ deſcribit, ſubdens: Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eũ, quaſi diceret: Non ſolum mihi fecit magna qui potens eſt, ſed in omni genere, qui timet Deum acceptus eſt illi]

Origen. & Aug.

Orig. autem & Aug. inquit: *Miſericordia Dei non in vna generatione, ſed in ſempiternum extẽditur à generatione in generationem.* Ipſe etenim Deus inquit Deut. 5. *Ego ſum Dominus faciens miſericordiam in multa milia diligentibus me, & cuſtodientib. præcepta mea.* Et idem habetur Exo. 20. & Pſal. 116. dicitur: *Miſericordia Domini manet in æternum.*

Græcus expoſ.

Græcus vero expoſitor ait: *Et miſericordia eius ſ. quã habet in generatione generationum, noſtram tractans ſalutem, ſolius intuitu pietatis. Miſeretur autem non quibuſcunque; ſed his quos timor eius compeſcuit in qualibet natione, vnde dicitur, timentibus eum, qui ſ. ad fidem & pœnitentiam conuertuntur. Nam qui obſtinati ſunt incredulitatis vitio, clauſerũt ſibi ianuam pietatis.*

Theophil.

Theophilus autem dicit: *Vel per hoc innuit, quòd timẽtes Deum miſericordiam conſequentur in generatione iſta, i. in præſenti ſeculo: & in futura, i. in ſeculo futuro: in hoc ſeculo centuplum accipientes, & in alio multo maiora, ſcilicet vitam æternam.* Illis autem qui non timent Deum, nec pœnitentiam agunt de peccatis ſuis; ſed aſſidue peccant, nõ miſeretur Deus. .. diaconi. 93. dist. Quia facere miſericordiam .. nalis, non eſt aliud quam ipſis fauere. 14 q. 6. c. ſi res aliena. Progreditur autem virgo benedicta in cantico ſuo dicens: *Fecit potentiam in brachio ſuo &c.*

Fecit potẽtiam & expon. Hugo.

vbi ait Hugo Cardinalis, quod quia vt inquit Pſal. 24. *Vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas* Ideo commendata miſericordia Dei in timentibus eum, commendat virgo prudens iuſtitiam in contemptoribus; oſtendens quid mereantur: & quid fecit illis dicens: Fecit potentiam in brachio ſuo, id eſt potenter per filium operatus eſt, per quem omnia creauit, recreauit, & glorificauit, & poteſtates aereas debellauit.

Filius dicitur brachiũ patris

Dicitur autem filius brachium patris. Quia ſicut à corpore exit brachium, & ab eodem, & à brachio manus, ita a patre filius, & ab eodem patre & filio, ſpiritus ſanctus, vnde Eccleſ. 36. dicitur: *Glorifica manum & brachium dextrum.* Item quia per ipſum operatur pater. Eſt autem filius, vt brachium figuli, qui vaſa glorioſa de luto fecit iuxta illud Eccl. 38. *Figulus ſedens ad opus ſuum in brachio ſuo formabit lutum, & ante pedes ſuos curuabit virtutem ſuam.* Item eſt vt brachium pugilis, qui pugnando brachium regis Ægypti i. diaboli infregit. Vnde dicitur Ezech. 30 *Filius hominis brachium Pharaonis regis Ægypti confregit &c.* Item eſt vt brachium nutricis ad portandum paruulos Eſa 40. *In brachio ſuo congregabit agnos,* & Oſe. 11 dixit Deus: *Ego quaſi nutritius Ephraim in brachijs portabam eos, & neſcierunt, quod curarem eos.* Ideo dicitur Eſa. 32. *Eſto brachium eorum in mane &c* Item fecit ipſe filius Dei potentiam in brachio ſuo in cruce extenſo: quia diabolum ſuperauit, & captiuos de inferno liberauit; ac electos omnes ad ſuperna leuauit. De primo autem, & ſecundo dicit Pſ. 135. *Qui percuſſit Ægyptũ cum primogenitis eorum, & eduxit Iſrael de medio eorũ in manu potenti & brachio excelſo.* De tertio autẽ prædixit ipſe Dominus Ioan. 12. *Cum exaltatus fuero à terra: omnia traham ad meipſum.* De hoc etiam brachio ſolum electis ſalutiferè reuelando dicitur Eſa 53 *Et brachium Domini cui reuelatum eſt?* Hoc eſt illud brachium, quo territi dæmones amittunt vires ſuas, iuxta illud Exod. 15. *Irruat ſuper eos formido, & pauor in magnitudine brachij tui Fiant immobiles quaſi lapis &c* De ipſo etiam brachio fit mentio Iob 40. c. vbi dicitur: *Si habes brachium ſicut Deus.* De hoc etiam brachio inquit propheta Deo patri, Pſal. 76. *Redemiſti in brachio tuo populum tuum.* Et Pſal 88. *In brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos meos.* Ipſe vero Deus in eodem Pſ. l. dicit de electo ſuo: *Brachium meum confortabit eum* Salomõ quoq; Sap. 5 de Deo inquit: *Brachio ſancto ſuo defendet illum.* Et 16. eiuſdem li. c. loquens Deo de malis ait, *per fortitudinem brachij tui flagellati ſunt &c.* In iſto igitur brachio Dei debent omnes potentiam, & fortitudinem, atq; ſpem ſuam ponere. & non facere ſicut quidam, qui ponunt ſpem ſuam in hominib. vel rebus mundanis. Contra quod ſcelus inquit Hiere. propheta. 17. ſui li. c. *Maledictus homo qui confidit in homine; & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius* De tali etiam dicitur. 2. Paral 32. *Cum eo eſt brachium carneum.* Et Ezech. 30. ait Dominus: *Comminuam brachium eius forte.* i. quod ipſe reputat eſſe validum. vnde & Hiere 48. de tali confidente in humano auxilio fragili dicitur *& brachium eius contritum eſt.* E contra vero eſt de confidente in brachio diuino. Vnde inquit Orige. *Timentibus autem ſe fecit potentiam in brachio ſuo: quia licet infirmus a Deũ*

acceſſeris, ſi timueris eum, promiſſam virtutem conſequeris. Venerabilis autem Beda exponens prædicta verba cantici virginalis, ait; *humani generis ſtatum deſcribens, quid ſuperbi, & quid humiles mereantur oſtendit di. Fecit potentiam in brachio ſuo i. in ipſo Dei filio. Sicut.n. tuum brachium eſt quo operaris: ſic brachium Dei dictum eſt eius verbum, per quod operatus eſt mundum.* Theophilus vero dicit: *In brachio ſuo ſ. eius filio incarnato potentiam fecit, quia natura deuicta eſt virgine pariente & Deo humanato.* Græcus autem inquit: [Fecit pro facie potentiam; non vt dudũ per Moyſen contra Ægyptios, nec per angelum, vt quando multa millia rebellium proſtrauit Aſſyriorũ, nec quoque alio mediante, ſed in proprio brachio triumphum docuit intelligibiles hoſtes ſuperando. Vnde ſequitur. Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. ſ. quamlibet mentem elaram non patentem eius aduentui, qui etiam apparuit, & vitioſas oſtendit ſuperbas eorum cogitationes.] Cyrillus vero ait: *Magis proprie dæmonum hoſtilis caterua intelligenda eſt hic, hos enim ſæuientes in terra diſſipauit adueniens Dominus, & compeditos ab eis obedientiæ ſuæ reſtituit.* Theophilus autem dicit: *Poteſt etiam hoc de iudæis intelligi, quos in omnem diſperſit regionem, ſicut nunc diſperſi ſunt.* hæc ille. vnd. Nico. de Lyra exponit: [Diſperſit ſuperbos .i. legiſperitos, & Phariſæos qui fuerunt ſuperbi mente cordis ſui ſpernentes conſilium Dei, vt dicitur Lu 7. c. Et ideo ipſi cum cæteris Iudæis 42. anno a paſſione Chriſti fuerant capti, & captiuati per Titũ, & Veſpaſianum, & per orbem diſperſi. Et loquitur hic virgo de futuro per modum præteriti, propter certitudinem euentus ſuæ prophetiæ Hugo vero Cardinalis exponit, diſperſit. ſuperbos, id eſt diſpergi permiſit, mẽte cordis ſui i. voluntatum, ac ſenſuum diuerſitate. Sicut enim multitudinis credentium eſt cor vnum & anima vna: Act. 4 Sic ſuperborum contrariæ ſunt opiniones, & voluntates, & ſenſus diuerſi, vnde Prouerb. 13 dicitur. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. Vel exponatur: Diſperſit i. ab inuicem ſeparauit, vel exules à regno diuiſit ſuperbos mente cordis ſui. q.d. non dico apparentes ſuperbos in exteriori habitu, ſed ſuperbos mente cordis ſui. i. qui habent ſuperbiam in voluntate interiori. Sæpe enim apparet ſuperbia in longis, & precioſis veſtibus, & in alijs actibus exterioribus, nec tamen eſt in mente, & ſæpe in curta & vili tunica eſt longa & magna ſuperbia. Vnde notandum quod eſt duplex ſuperbia ſ. interior & exterior, ſicut etiam eſt duplex humilitas, iuxta illud Eccl. 30 eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. Superbiens autem ſub habitu ſanctitatis eſt ſumme deteſtandus. c. hæc ſcripſimus 30 di. Deus autem omnes iſtos ſuperbos diſperſit, ſicut diſperſit ædificantes turrim Babel ſuper faciẽ vniuerſæ terræ. Gen. 11. Item diſpergit luxurioſos. i. permittit diſpergi à luxuria, non tantum mente cordis, ſed etiam paſſione corporis. Vnde Pſ. 82. inquit: Diſperſerunt in Endor qui interpretatur fons generationis. Similiter diſpergit auaros i. diſpergi permittit ab auaritia, & mẽte, & corpore. Vnde Exo. 5. dicitur: Diſperſus eſt populus per vniuerſam terram Ægypti ad colligendas paleas. Recte aũt diſperſus dicitur auarus, quia cuilibet rei quam poſſidet dat vnam partẽ cordis ſui. & ideo Eccleſ. 10 ſcriptum eſt: Auaro nihil eſt ſceleſtius. In vita enim ſua proiecit intima ſua. i. cor ſuũ. Vnde Pſ. in perſona auari dicit Pſ. 21. Effuſus ſ. ſicut aqua, & di. ſunt omnia oſſa mea. Sicut enim de aqua nihil remanet, cũ effunditur; ita de corde ſuo nihil remanet auaro, ſed totum effunditur exterius, ſuper rebus ſuis,] hæc ille. Ego vero dico quod cum radix omnis peccati ſit ſuperbia Eccle. 10. per ſuperbiam, quæ eſt rebellio contra Deum, intelligitur omne peccatum: Et ideo B. virgo in his verbis: *Diſperſit ſuperbos* &c. intellexit omnes peccatores quos Deus a facie ſua diſperdit, & ad æternã damnationem diſperdet. De quib. exponi moraliter poteſt illud Gen 6 *Diſperdam eos cum terra.* Et Num 16. *Eos repente diſperdam.* Et Pſal 77 dicit: *In malitia eorum diſperdet eos.* Et Pſal. 144. *Omnes peccatores diſperdet.* Et Pſalm 87. inquit propheta Deo: *Diſperſiſti inimicos tuos.* Et Pſa. 91 dicit: *Diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem.* Hoc autem nobis intimauit, vt hortaretur nos ad pœnitentiam Sciebat n.q. & ſuperbis, & quibuſcunq; peccatoribus ſe per pœnitentiam humiliantibus Deus indulget, iuxta illud 2 Paral. 12. vt ipſe Dominus inquit: *Quia humiliati ſunt, non diſperdam eos.* Vnde & propheta ait, Pſ. 77. *Propitius fiet peccatis eorum, & non diſperdet eos* O igitur piiſſima virgo, quæ nos ſic benigne admonuiſti, tu bene vides verificatum eſſe de nobis illud. 1. Macha. 11. *Diſperſi ſunt vnuſquiſque in locum ſuum.* Vnde etiã dicere poteſt illud 2. Reg 22 *Vnde Iſrael diſperſum in montem.* Et illud. 2. Paral. 10. *Dereliquerunt vrbes ſuas, & hinc illucq; diſperſi ſunt.* Et illud Eccl. 48 *Diſperſi ſunt in omnem terram* Vides benigna domina quòd de grege filij tui. i. de congregatione Chriſtianorum dici quodam modo poteſt illud Hier. 10. *Omnis grex eorum diſperſus eſt:* & quòd multi qui deberent eſſe ſancti, & filio tuo vniti per deuotionẽ, ab eo receſſerunt: & per peccatũ diſperſi ſunt. Vnde de illis dici poteſt illud

Theophil. *Græcus.* *Expon diſperſit ſuperbos &c.* *Cyrill.* *Theoph.* *Lyra.* *Hugo.* *Expoſ. auctoris.* *Oratio ad virginem ne diſpergamur.*

Threm.

Digitized by Google

Thren. 4. *Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij*, & ipſe benedictus paſtor noſter dicere poteſt illud Ezech. 34. *Diſperſæ ſunt oues meæ*. roga igitur ipſum benedictum filium tuum, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat Ezech. 18. De quo ſcriptum eſt Eſa. 11. *Diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ*. Cbſecra eũ qui congregat Iſrael. Eſa. 56. Qui ex te humanatus eſt, vt filios Dei qui erant diſperſi, cõgregaret in vnum Io. 11. de quo etiã prædixit Dauid progenitor tuus Pſa. 146. di. *Diſperſiones Iſrael congregabit*, vt nos ad ſe reuocare, & ſibi vnire dignetur. Tu quoq; ô Domina noſtra, cui tam magna fecit qui potens eſt: congrega diſperſionem noſtram. 2. Mach. 1. vt tecum magnificare Dominum valeamus, & exultare in Deo ſalutari noſtro. Et nõ ſimus cum illis ſociati, de quib. in ſequenti verſiculo cecinisti di.

Depoſuit potentes de ſede. *Hugo.*

Depoſuit potentes de ſede. Sed de illis humilib. quos exaltandos prænunciaſti. Hæc autẽ virginis benedictæ verba exponens Hugo Cardinal. di. *Depoſuit potentes de ſede, id eſt deponet, quia gloria peccatorũ ſtercus & vermis*. 1. Mach. 2. Exaltabit. i. *exaltabit humiles*. Per potẽtes aũt hic intelligi poſsũt ſuperbi. Vnde gl. ſuper prædicta verba inquit: *Potentes ſunt ſuperbi, qui ſupra modum ſe extollunt, & non in Dei virtute ſed in ſua potentia confidunt*. qui deponuntur. Nam vt inquit Seneca in lib. tragœdiarum: *Superbos ſequitur victor à tergo Deus*. Et Saluator ait: *Omnis qui ſe exaltat humiliabit*, &c. Mat. 23. & Lu. 18. *Superbia* enim *deorſum trahit, & humilitas ſurſum eleuat*. 96. di. c. cum ad verum. Merito autem debent humiles exaltari, & potentes deprimi, qui humiles, & impotentes oppreſſerunt, quia qui in vno aggrauatur, debet in alio ſubleuari. l. eũ qui. ff. de iuris. u. Potentes enim ſolent impotentium vires abſorbere l. generaliter. ff. de fideiuſſ. & de ſolu. l. ſi duo, & 17. diſt. c. ſi vir. & 76. di. c. ieiunium, & 14. q. 1. c. rogamus. & extra qui cle. vel vo. c. meminimus. &c. curſus & de cõceſ. præben. c. autoritate li. 6. Myſtice aũt exponitur ſecundum prædictum doctorẽ ſic *depoſuit potentes de ſede*, id eſt dæmones eiecit de cælo: & exaltauit humiles, id eſt homines loco eorum ſublimauit. Vnde Eccl. 10. di. *Sedes ducum ſuperborum deſtruxit; & ſedere fecit mites pro eis*. Ex hoc antẽ procedit quod dæmones ita inuident hominib. quia homines tenent per humilitatem locum eorum, quem ipſi amiſerunt per ſuperbiam. Vel per humiles intelliguntur angeli boni, in ſede fœlicitatis æternaliter exaltati, vt ait Magiſter Io. Gerſon in tractatu ſuper *Magnificat* in ſecunda partitione. Item *depoſuit potentes*, id eſt Iudæos, de ſede, ſ. litteralis intelligentiæ, in qua quieſcebant, non inueſtigantes ſpiritualem intelligentiam, & quaſi magiſtri docebant. vnde Mat. 23. inquit Dominus: *Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſæi*. Et exaltauit humiles, i. gentiles: ob humilitatẽ ad ſpiritualem intelligentiam ad prædicandum fidem euangelicam ſublimauit, vnde Eccl. 10. prædictũ, 1. *Radices gentium ſuperbarum areſecit Deus, & plantauit humiles ex gentibus*, & Mat. 21. inquit Saluator Iudæis: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructũ eius*. Et hoc ſignificatum fuit, 1. Reg. 4. vbi dicit, quod Heli ſacerdos non poterat videre lucernam. ſ. ſpiritualis intelligentiæ, & cecidit de ſella capta arca, id eſt finito ſacerdotio. vnde ad Hebr. 7. inquit Paulus. Translato enim ſacerdotio neceſſe eſt, *vt & legis translatio fiat*, hæc Hugo. Et ita fuit expoſitũ à Nico. de Lyra, qui ait: *Depoſuit potentes de ſede, id eſt Iudæos, qui erant potentes in lege, & prophetis, dimittens eos ex ſuo demerito in profundo erroris, ſecundum quod dicitur Roman. 11. Cæcitas ex parte contingit in Iſrael. Et exaltauit humiles, id eſt gentiles humiliter, et deuote prædicationem Apoſtolorum ſuſcipientes*. Cyrillus vero prædictas expoſitiones approbans, inquit: [Magna ſapiebant dæmones, & diabolus gentilium, ſapientes Phariſæi, & ſcribæ, hos tamen depoſuit, et exitq; humiliantes ſe ſub potenti manu Dei, dans illis virtutem calcandi ſerpentes, & ſcorpiones: omnemque poteſtatem inimici. Erant & quandoque Iudæi poteſtate ſuperbi, ſed proſtrauit hos incredulitas, ex gentibus autem ignobiles, & humiles per fidem ad pacem conſcenderunt] Grego. autem dicit: [Deitatis tribunal noſter intellectus eſſe cognoſcitur: ſed iniquæ poteſtates poſt tranſgreſſionem incubuerunt præcordijs protoplaſti tanquam in proprio ſolio. Ob hoc ergo venit Dominus, ac ſpiritus iniquos eiecit à ſedibus voluptatum, & proſtratos à dæmonijs exultauit, eorum conſcientias purgans, & eorum mentem ſtatuens propriam ſedem] hæc ille. Hugo autem Cardin. his etiam exponit di. [Depoſuit potentes de ſede, ſicut Paulum ſuperbientem de legali doctrina, & exaltauit humiles, id eſt ipſum humilem iam factum ad prædicandum fidem euangelii ſublimauit.] Moraliter autem ſecundum eundem, potentes ſunt qui non in Deo, ſed in ſua virtute confidunt, vt ſupra diximus: De quibus Eſa. 59. dicitur: *Confidunt in nihilum, & loquuntur vanitates*. Humiles ſunt qui ſe nihil reputant, & in ſolo Deo cõfidunt. Illos igitur depoſuit, id eſt, deiecit Dominus: hos vero exaltat. Vnde Iob. 12. dicitur: *Effudit oppreſſionem ſuper principes, & eos qui oppreſſi fuerant releuauit*.

Lyra.

Moraliter potentes qui ſint.

Ee

Digitized by Google

Et tunc verificatur illud Eccleſ. 4. *De carcere catenisq; interdum vnus egreditur ad regnum, & alius natus in regno inopia conſumitur.* Exemplum autem depoſitionis ſuperborum in ſe confidentium, & exaltationis humilium habemus in Saul rege ſuperbo depoſito; & Dauid humili ſublimato. 1. Reg. 15. & de Sobna de ſummo ſacerdotio depoſito, & Eliachim exaltato, vnde Eſai 22. inquit Dominus ipſi ſuperbo ſacerdoti in ſe confidenti: *Expellam te de ſtatione tua, & de miniſterio tuo deponam te, et vocabo ſeruum meum Eliachim, & induam illum tunica tua, & poteſtatem tuam dabo in manus eius.* Per potentes etiam intelliguntur vaneglorioſi, qui in fama ponunt ſuam potentiam, qui deponuntur à ſtatu gratiæ, ſicut depoſiti fuerunt illi de quibus dicitur Geneſ. 6. *Iſti ſunt potentes à ſeculo viri famoſi* &c. Item deponuntur illi potentes de quibus inquit Lucanus li. 8. *Virtus & ſumma poteſtas non coeunt* q. d. ſunt vitioſi. Item deponuntur illi potentes, de quibus dicitur Eſa. 5. *Væ qui potentes eſtis ad bibendum.* Et per iſtos intelliguntur guloſi. Item deponuntur iracundi, qui ſunt potentes in vindicta facienda. Vnde in figura dicitur Iudicum. 5. *Omnes potentes in Eſebon proſtrauerunt.* Eſebon enim interpretatur cingulum triſtitiæ vel cogitatio mœroris, & ſignificat iracundos, triſtes, & indignatos, & cogitantes ſe vlciſci de hoſtibus. Deponuntur quoque illi qui volunt eſſe potentes in hoc mundo ſuper alios, vt eos conculcare poſſint, & opprimere, ſicut Nembroth. De quo dicitur Geneſ. 10. quod cœpit eſſe potens in terra. Et idem dicitur 1. Paral. 1. Cum enim Deus ſit ſolus rex potens, vt ait Apoſtolus 1. ad Timot. 6. Non vult hanc ſuam potentiam ab aliquo vſurpari. Et ideo deponit eum qui illam præſumit vſurpare, vnde Ezech. 7. dicit: *Quieſcere faciam ſuperbiam potentis.* Econtrario vero exaltantur humiles i. illi qui ſeipſos viles reputant, ac per omnia diuinæ voluntatis diſpoſitioni ſe ſubijciunt, ſeruantes illud 1. Pet. 5. *Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt exaltet vos in tempore viſitationis.* Scriptum eſt enim Eccleſ. 11. *Sapientia humiliati exaltabit caput illius.* Inter omnes autem humiles tu principatum tenes, ô humillima virgo, ancilla Dei; quæ ſemper dicere potuiſti cum propheta Pſalm. 130. *Domine non eſt exaltatum cor meum; neque elati ſunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis; neque in mirabilibus ſuper me. Si non humiliter ſentiebam* &c. Et ideo ſuper omnes exaltata fuiſti. Quia n. tu fuiſti, vt vallis depreſſa per humilitatem; ideo merito ſublimari debuiſti. Scriptum eſt n. Eſa. 40. *Omnis vallis exaltabitur.* Quapropter dicere potes illud Eccleſ. 24. *Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi Cypreſſus in monte Sion. Quaſi palma exaltata ſum in Cadis, & quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas.* Proſequitur autem beatiſſima virgo in cantico ſuo di. *Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes.* Quod exponit Nicol. de Lyra di. quod per eſurientes deſignantur gentiles, qui cum magno deſiderio verbum Dei receperũt. Per diuites vero legiſperiti, diuitijs ſcripturarum prius repleti: quos dimiſit inanes per excæcationem eorum, & falſum intellectum ſcripturarum. Hugo vero Cardinalis dicit, quod per eſurientes intelliguntur non ſolum gentiles, ſed etiam omnes iuſtitiam & gloriam deſiderantes, iuxta illud Matth. 5. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.* Tranſſumptiue in c. acceſſerunt. de conſe. di. 2. Et de hoc in figura habetur. 4. Reg. 4. vbi Heliſæus repleri fecit vaſa vacua non pauca. Et ad hoc adduci poteſt illud 1. Reg. 2. *Repleti prius pro panibus ſe locauerunt & famelici ſaturati ſunt,* & Prouer. 13. dicitur: *Iuſtus comedit & replet animam ſuam, venter autem impiorum inſaturabilis.* Vnde ſequitur, *& diuites.* i. ſuperbos, vel diuites ad litteram *dimiſit inanes* i. vacuos omni bono, & virtute, iuxta illud Gualterij in Alexandriade: *Aufert pecunia mores, non afferre ſolet.* Et hæc intelliguntur de acquirentibus diuitias per fas, & nefas, qui remanent priuati lumine diuinæ cognitionis, & tenebrati in peccatis c. nonne 38. diſt. Ad hoc etiam facit quod difficile eſt ſimul virtutes, & diuitias poſſidere; & onuſtus pondere auri, Chriſtum pauperem non poteſt ſequi c. Socrates 12. qu. 2. Et ita exponi illud Pſalm. *Diuites eguerunt, & eſurierunt.* Vel exponatur *inanes.* i. fraudatos a ſpe ſua. Scriptum eſt enim Iob. 27. *Diues cum dormierit nihil ſecum afferet, aperiet oculos & nihil inueniet* & Sapien. 7. *Spes impij quaſi lanugo, quæ à vento tollitur: & tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur: & tanquam fumus qui à vento diffuſus eſt.* & Apocal. 3. *Tu dicis quia diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, cæcus, & nudus.* De tali etiam diuite inquit Proſper in lib. epigram. *Terrenis opibus cum diues gaudet iniquus: Veris ſe miſerum neſcit egere bonis. Cũ liceat aduerſus ceſſantibus, omnia parcant: Lege tamen mortis ſit faciendus inops.* Merito ergo tales diuites dimittuntur inanes: quia terreni ſunt. Terra autem dicitur inanis, & vacua Geneſ. 1. vnde Hier. 4. inquit propheta: *Aſpexi terram: et ecce vacua erat.* Item remanent auari inanes, quia auarus non implebitur pecunia. vt dicitur Eccle. 5. Vnde Horatius in epiſtolis ait: *Semper auarus eget.*

Digitized by Google

ſtet, & Hieron. in prologo principij bibliæ dicit: *Auaro deeſt tam quod habet, quam quod nō habet.* Auarus ergo cum non poſſit impleri pecunia, nō poteſt etiam in aliqua alia re impleri: quia nihil aliud amat, & ſeipſum, & animam ſuam vendit amore pecuniæ, vt ex ea impleat arcam. vnde Eccl. 10. dicitur: *Nihil eſt ſceleſtius quam amare pecuniam, hic.n.* ſ. amator pecuniæ ex auaritia, *animā ſuam venalem habet.* Ex quibus patet declaratio huius verſiculi: *Eſurientes* &c. Super quo etiam dicit gl. [Quia humana proſperitas præcipue in honoribus potentatuum, & in abundantia diuitiarum conſiſtere videtur: poſt deiectionem potentium, & exaltationem humilium, de diuitum exinanitione, & pauperum repletione mentionē facit.]

Baſil.

Baſilius vero approbans prædicta, ait: [Diſponit quidem nos præſens verbum etiā quo ad ſenſibilia: edocens rerum mūdanarum incertitudinem. Caduca ſiquidē ſunt hæc, ſicut vnda quæ ab impetu ventorum hinc inde diffunditur.

Eſurientes myſtice.

Intellectualiter autem ſumendo, eſuriebat genus humanum exceptis Iudæis: hos nāq; ditauerat legis traditio: & ſanctorum dogmata prophetarum. Quia vero non humiliter hæſerunt vero humanato, dimiſſi ſunt inanes nihil deferentes, non fidem, non ſcientiam: & ſpe bonorū priuati ſunt, & à terrena Hieruſalem, & à vita futura excluſi. Quos vero de gentibus fames, & ſitis contriuerat: cum hæſiſſent Domino, repleti ſunt ſpiritualib. bonis.] hæc ille. Glo. autem dicit: *Qui æterna toto ſtudio quaſi eſurientes deſiderant, ſaturabuntur; cū Chriſtus apparuerit in gloria, ſed qui terrenis gaudent, in fine totius beatitudinis inanes dimittentur.*

Gerſon.

Magiſter vero Ioan. Gerſon in tract. 9 ſuper *Magnificat:* ait: *Eſuries nobis neceſſaria eſt, ſi tātis quærimus impleri bonis. Eſuries autem cauſatur ex euacuatione ſtomachi à noxijs humoribus: hanc vere paupertas ſpiritus facit. Exemplum habemus Ieſu Chriſti crucifixi, qui non vult bibere vinum ſecularis delectationis, quia myrrhatum, quia felleū, quia acetoſum eſt ſpiritui. Vnde dicit cū propheta: Renuit conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum,* hæc ille. Qui iterum ibidem inquit: *Si eſurientes implentur bonis: ſi beati ſunt qui eſuriunt iuſtitiam: cū beatitudo nihil aliud ſit quam Dei fruitio, quod eſt omne bonum, conſequens eſt quòd eſurientes, de quibus Maria loquitur, ſint beati.* Dicit etiam ibi prædictus doctor: *Sicut Maria præ cæteris puris in via eſuriſt iuſtitiam: ſic præ cæteris puris viatoribus impleta fuit bonis ex illo, in illo, & per illū, qui eſt omne bonum dicens anima ſua: Benedic anima mea Dominum, qui replet in bonis deſiderium tuum.* Quibus autem bonis repleta fuerit in hac vita, ſubinfert idem doctor di. [Maria ſicut præ cæteris in via cognouit, credidit, & intellexit figuras legis, & naturæ, Chriſti ſacerdotum præſignantes, ſic in illis, aut per illas manducauit fruitiuè benedictum fructum ventris ſui, & ſpiritualiter eius ſacramentum: vnde exultauit ſpiritus eius in Deo ſalutari ſuo. Et iterum. Maria dū legebat Dauid patrem ſuum, dicentem Chriſto filio ſuo: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech qui. ſ. panem, & vinum obtulit, ex tunc intelligebat, & manducabat ſpiritualiter hoc ſacramētum benedictum, vnde cecinit. Magnificat anima mea Dominum. Item pſallens illud pſal. 110. Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.

Quibus bonis Maria fuerit impleta in hac vita.

Credebat & intelligebat hanc eſcam ſacramentalem figuram, & in figura comedebat eam; & teſtamentum ſperabat hæreditatis æternæ, & non minus refecta eſt, & impleta bonis huius ſacramenti, quā patres antiqui; de quibus ait Apoſtolus, quod eandem eſcam ſpiritualē manducauerunt, & eundem potum ſpiritualē biberunt. Biberunt autē de ſpirituali conſequente eos petra: petra autē erat Chriſtus, qui eſt vere panis qui de cælo deſcendit. Item Maria ſtans vel orans in templo aſpiciebat, credebat, & intelligebat omnes oblationes, victimas, & holocauſta. Sacrificia inſuper matutina, & veſpertina, manducans implebatur bonis huius benedicti ſacramenti, etiam ante conceptum benedicti fructus ventris ſui. Et ſicut intellexit filium ſuum fuiſſe agnum qui occiſus eſt ab origine mundi, prout Ioannes in Apocal. loquitur. Sic recolens ſacrificium Abel, & eius martyrium ſruebatur Chriſto agno, qui fuit figuraliter occiſus in eo, in quo fuerunt primitiæ martyrum, quique fuit virginitatis conſecrator, & dum celebrabatur phaſe, ſiue paſcha Iudæorum, celebrabat & ipſius anima cum exultatione ſpiritus paſcha noſtrū, quod eſt Chriſtus immolatus, quem epulabatur in azymis ſinceritatis & veritatis, fermento veteri reiecto & fermento malitiæ & nequitiæ. Item quocunq; loco fuerit corporaliter in veſpere cœnæ Dominis comedit ante & poſt inſtitutionem huius ſacramenti verum corpus, & bibit ſpiritualiter verum ſanguinem filij ſui plus appropriate quam Apoſtoli receperunt. Item veſpere dictæ cœnæ dicenda eſt frui corpore, & ſanguine filij ſui plus appropriare, quod ipſe Chriſtus dicitur ſe cibaſſe eodē pane, & vino myſtice conſecratis; quia non in fide, ſed in clara viſione, nec in augmentum charitatis ſeipſo fruitus eſt. Itē dicto veſperæ etſi non fuit inſignita charactere ſacerdotalis officij: nihilomi-

lominus tunc & antea, & poſtmodum fuit in regale ſacerdotiũ præ conſortibus ſuis inuncta non quidem ad conſecrandum, ſed ad offerendũ hãc hoſtiam puram, plenam, & perfectam in altari cordis ſui, in quo ſemper ignis ardebat holocauſti: fuit enim rubus ardens incombuſtus. Itẽ plus complacuit Deo, & plus humano generi profuit poſt Chriſtum, benedictum fructum, ſiue filium ſuum offerẽdo ipſum ſpontaneè in holocauſtum in ara cordis ſui feruentiſſima charitate ſuccenſi, quamuis hoc primitus fieret in ænigmatibus, & figuris ante cœnam hanc benedicta fructus ventris ſui.] Hæc ille. Qui etiam ibidem alloquens Saluatorem noſtrum ait illi: *Ieſu tua fruitio, eſurientes replens bonis, virtuoſius affecit Mariã ſpiritũ quàm corporalis contractio, & lactatio ſuauiſſima tuiipſius, qui es benedictus fructus ventris ſui.* Ratio, quia cũ maiori merito *Vnde exultauit ſpiritus eius in Deo ſalutari ſuo.* Et iterũ ait: *Ieſu tua fruitio, ſeu manducatio mirabilior fuit, & virtuoſior ſuo modo in Maria, quã ſola contrectatio, vel viſio corporalis, dum natus es in Bethleem Iuda, dum reclinatus ſuper fœnum iacuiſti in medio duorũ animalium in præſepio, quaſi pabulum iumẽtorum. Et certe comparatus eſt homo iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, quibus dediſti cibum, & ad quorum vilia, & ſordida corda ſæpe venis concinentibus cum Eccleſia choris Angelorum: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Ibidẽ etiam prædictus doctor ſubnectit di [Ieſu tua refectio; dum Maria recepit Eccleſiæ ſacramentum etiã ſacramentaliter, maxime poſt aduentum Spiritus Sancti, quando cœpit hoc ſacramentũ frequentari, fuit admirabilior ſuo modo quam materialis generatio verbi Dei. Hæc enim fruitio ſacramentalis ponis generationem verbi Dei, & aliud multum vltra in admirationem, & vtilitatem omnium à progenie in progenies timentibus eum. Ieſu tua fruitio ſacramentalis, quia Maria impleta eſt bonis, & exemplar erat & eſt omnibus fidelibus, quod eſuriant hoc ſacramentum, & impleantur bonis eius cum fidei certiſſimæ firmitate. Ieſu tua fruitio ſacramentalis impleuit Mariam prius bonis quam obiret, id eſt obuiam tibi Chriſto iret, & aſſumeretur in cælum. Nec abhorret à pietate fidei, quod tu benedictus fructus ventris ſui totus feſtinus adueniens dederis ſibi, ſicut poſtmodum Dionyſio in carcere, myſteriũ hoc tui corporis di. Accipe hoc mater mea, quod mox complebo tibi in regno meo.] hæc ille. Recurramus ergo omnes ad hanc benedictiſſimam virginem, & dicamus ei: O clauigera cellariorum regis pacifici. O repleta omnibus bonis filij tui. Ecce quod nos eſurientes conuertimur ad te eſurientem olim, ad te pauperem ſpiritu, & humilem ancillam Chriſti, iam beatã, iam benedictam per omnes generationes. Tu ergo piiſſima virgo nunc æternis epulis ſemper abundantiſſimè plena, porrige nobis panem, de quo quotidie ſplendide epularis, noli negare aliqua mica cum fragmenta vlceroſis nobis, & mendicis, quorum ſunt tot linguæ clamantes ad tuam miſericordiam, quot ſunt vlcera noſtram oſtendentia miſeriam, *panem ergo tuum cum eſurientibus, & egenis comede.* Tobiæ 4. Imitare filium tuum, qui *animam tuam eſurientem ſatiauit bonis* Pſ. 11. *Qui das eſcam eſurientibus* Pſ. 145. O igitur virgo benigniſſima, *animam eſurientem ne deſpexeris* Eccl. 4. Sed *frange eſurienti panem tuum.* Eſai 58. *Anima* enim *noſtra eſuriens dabit tibi gloriam* Baruch. 2. ſi eam impleri facies bonis filij tui. Obſecra ergo illum, vt nos non dimittat inanes bonis moribus, & plenos peccatis, ſicut dimiſit illos diuites, de quibus dicitur Micheæ 6. *Diuites eius repleti ſunt iniquitate.* Sed fac nos conſequi illas veras diuitias, de quibus dicit Apoſt. ad Ephe. 3. v. 16. *det nobis diuitias gratiæ ſuæ.* Fac nos conſequi *inueſtigabiles diuitias gratiæ Chriſti,* vt ibidem c. inquit Apoſtolus: Fac nos *habere remiſſionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ eius, & adipiſci diuitias gloriæ hæreditatis eius.* Ad Epheſ. 1. Sequitur autem in cantico virginali: *Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ* &c. In quibus verbis Beata virgo tangit beneficium inæſtimabile exhibitum toti humano generi communiter, ſed populo Iſraelitico ſpecialiter. Vnde exponit Nico. de Lyra ſic: [Suſcepit Iſrael puerum ſuum: quia Deus accepit carnem puerilem de populo Iſrael, quod fuit beneficium illi populo collatum particulariter, maxime quãtum ad credentes de populo illo Recordatus miſericordiæ ſuæ. Ad modum enim recordantis ſe habuit, quando filium ſuum patribus antiquis promiſſum in carne miſit. Ideo ſubditur: Sicut locutus eſt ad patres noſtros, i. ad Patriarchas & Prophetas, Abraam, & ſemini eius. ſecundum quod dicitur Geneſ. 22. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ. In ſæcula, quia caro humana permanebit æternaliter deitati vnita.] hæc ille. Hugo autem Cardinalis exponit ſic: [Suſcepit Iſrael, id eſt populus Iudaicus, puerum ſuum, nõ dicit Dominum; quia venit miniſtraturus, non dominaturus. Mat. 22. Filius hominis non venit miniſtrari ſed miniſtrare. Vnde dicere debebant Iudæi illud Eſai. 19. Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis &c. Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, id eſt ſibi promiſſæ

Quomodo mãducatio Sacramẽti repleuit Mariam bonis.

Recurſus ad Mariam, vt impleamur bonis.

Expoſ.

Lyra.

Hugo.

Digitized by Google

miſſæ iuxta illud pſal 63. Miſerationum Domini recordabor.] Vel ſic, *ſuſcepit Iſrael puerum ſuum.* id eſt, populum Iudaicum, vel magis populum Chriſtianum videntem Deum, ad ſanandum, vt medicus infirmum iuxta illud Pſalmi 102. *Qui ſanat omnes infirmitates tuas.* Vnde Eccleſiaſtic 38. dicitur: *Honora medicum, propter neceſſitatem etenim illum creauit altiſſimus.* Item ſuſcepit eum ad docendum, vt Magiſter diſcipulum, Ioan. 13 *Vos vocatis me, Magiſter, & Domine, & bene dicitis: ſum enim* Vnde Pſal 93 inquit: *Qui docet hominem ſcientiam* Et iterum: *Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* Item ad regendum, vt gubernator regit nauem. Vnde dicebat Propheta Pſal. 22. *Dominus regit me & nihil mihi deerit.* Itē ad paſcendum, vt paſtor gregem ſuum. Vnde dicebat Ioan. 10 *Ego ſum paſtor bonus* & Eſa. 40. dicitur: *Sicut paſtor, gregem ſuum paſcet* &c. Item ad lauandum pollutum iuxta illud Apoc. 1. *Ipſe dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.* Item ad ſoluendum vinctum de carcere peccati, & inferni, & illuminandum cæcum, iuxta illud Pſal 145. *Dominus ſoluit compeditos, Dominus illuminat cæcos* Item ad ditandum pauperem. Vnde 2. Cor. 8. ait Apoſtolus: *Propter nos egenus factus eſt, cum eſſet diues, vt illius inopia nos diuites eſſemus.* De hoc etiam dicitur 1 Reg 2. *Dominus pauperem facit, & ditat*: pauperem facit ſpiritu proprio & ditat Spiritu ſancto: pauperem facit ad modicum, & ditat in æternum. His modis ſuſcepit Iſrael puerum ſuum. Vnde Pſal. 118 rogabat dicens: *Suſcipe Domine ſeruum tuum in bonum:* Aliquando enim puer accipitur pro ſeruiente, vel pro ſeruo l. pueri. in prin ff de ve. bo. ſigni & leg. 3 l vxorem § teſtamento. & nomine in veteri 77. di. *Recordatus miſericordia ſua*, id eſt promiſſionis ſuæ miſericorditer factæ, & miſericorditer adimplendæ Abacuc 3. *Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.* Sequitur: *Sicut locutus eſt ad patres noſtros*, quibus promiſit ſe filium ſuum datorum, *Abraam & ſemini eius*, id eſt imitatoribus eius: nam Rom. 9 inquit Paulus. *Non omnes qui ex Iſrael ſunt, hi ſunt Iſraelitæ Neque qui ex ſemine ſunt Abraæ, omnes filij ſunt Abraæ.* Non enim filij carnis, hi filij Dei ſunt. ſed qui ſunt filij promiſſionis, æſtimantur in ſemine Et ad Gala. 3 dicitur: *Qui ex fide ſunt, hi ſunt filij Abraæ* Et notanter nominauit Abraam in particulari, quia ei ter fuit facta, ſpiritualis promiſſio de Chriſto naſcituro, vt patet Geneſ 18. & 21. & 22. Item vt habetur Gene. 18. ipſe Abraam tres vidit, & vnum adorauit, quem per ſpiritum intellexit gerere figuram filij Dei incarnandi. Item ſpiritualiter exprimitur, quia primus aperte prædicauit fidem. Vnde etiam dicitur pater fidei noſtræ, ad Romanos 4 *In ſæcula.* Quia gloria beatorum nunquam deficiet, ſed in æternum durabit. Vel *in ſæcula*, id eſt ſemini duraturo in ſæcula, vel miſericordiam conſecuturo in ſæcula ſæculorum Nos autem dicere poſſumus quod in ſacra ſcriptura aliquando puer accipitur pro paruulo Ieſu, vt in Miſſa Natiuitatis eius, dum canitur: *Puer natus eſt nobis* &c. Dicitur autem puer quaſi putus aer à puritate, ſecundum Archid in cap. 1. de cle. ægro. libro. 6. Et ſecundum Albericum de Roſate, in ſuo repertorio in primo alphabeto, in verbo *puer*: Puer pro Chriſto ſic poteſt etymologizari. Per. p. patris per. u. verbum, per. e æternaliter, per. r. regnans ſignificatur. Vel per p partus, per u. virginis, per æ. hæreditatem per. r. reſtituens. Vel per. p. paſtores per u. veros per. e. errantes per. r. reconcilians, vel reuocans. Vel per. p. panis, per. u. vinum, per. e. eſurientes. per. r. reficiens. Ipſe enim eſt ille, qui corpore ſuo precioſo ſanguine reficit omnes fideles. Et hoc prædixit prophetice beata virgo, dum cecinit: *eſurientes impleuit bonis*, id eſt implebit more prophetico. Prædicta autem expoſitio Hugonis, accepta eſt à gloſſa ſuper Magnificat In qua expoſitione huius penult. verſiculi dicitur: *Poſt generalem diuinæ pietatis, & iuſtitiæ commemorationem ad ſingularem nouæ incarnationis diſpenſationem conuertit verba dicens Suſcepit Iſrael puerum ſuum, quaſi medicus ægrum, viſibilis in homine factus, vt faceret Iſrael, id eſt videntem puerum ſuum.* Et addit Beda: [Obedientem, ſcilicet, humilem, nam qui contemnit humiliari, nō poteſt ſaluari] Baſilius vero dicta in præcedentibus appetebans ait: *Iſrael dicit non materialem, quem ſola nobilitas appellatio, ſed ſpiritualem, qui nomen fidei retinebit: habens oculos tendentes ad Deum videndum per fidem* Poteſt etiam ad Iſrael carnalem hoc aptari; cum ex eo quaſi infiniti crediderint Hoc autem fecit Deus, *recordatus miſericordiæ ſuæ: Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abraam & ſemini eius in ſæcula.* Nam Abraæ dixit Deus: *Statuam pactū inter me & te, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te.* cuius promiſſionis Dei genitrix recordata memoriam fecit. Beda verò etiam inquit: *Semen autem dicitur non tam carne progenitū, quam fide eius veſtigia ſecutū, cui aduentus Saluatoris in ſæcula promiſſus eſt.* Illius enim dicuntur filij Abraæ, qui eius fidem imitantur 22, q 2. §. item opponitur. Vnde Saluator Ioan. 8 inquit.

Sicut locutus eſt &c.

Author

Puer pro Chriſto etymologizatur.

Baſil.

Digitized by Google

quit: *Si filij Abraæ eſtis, opera Abraæ facite.* Gloſſa autem exponens *in ſecula*, ait: *Quia ipſa promiſſio hæreditatis nullo fine claudetur, & vſque in finem ſæculi credentes non deerunt, & beatitudinis gloria erit perennis.* Si autem quæratur, quare Deus primo promiſit Abraæ incarnationem filij ſui? Poſſumus inter alias cauſas aſſignare vltra prędicta; quod quia ipſe fuit primus, qui presbyter, id eſt ſenior appellatus eſt, vt dicitur in c. vltimo 84. diſtinct. Ideo Ieſus puer illi merito eſt primo promiſſus. O igitur ſanctiſſima cuius meritis, & interuentu ſuſcepit Deus puerum ſuum Iſrael, qui vt dictum eſt, interpretatur videns Deum, fac & me videre Deus filium tuum, fac vt in lumine tuo videam lumen. Tu enim Maria illuminans, vel illuminata vocaris, fac ergo etiam me illuminatum, & videntem, vt mihi dici poſſit illud Geneſis. 32. *Iſrael appellabitur nomen tuum.* Deus enim filius tuus bona promiſit Iſraeli, Numer. 10. Fac vt in me verificetur illud Deutero. 33. *Beatus tu Iſrael, quis ſimilis tui?* Diligit enim Deus Iſrael, & vult ſaluare eum in æternum. 2. Paralip. 9. *Et in Iſrael magnum nomen eius.* Pſal. 65. Vnde ipſe inquit Eſa. 19. *Hæreditas mea Iſrael.* Fac vt ſim ille, de quo dicitur Eſaia. 45. *Iſrael ſaluatus eſt in Domino ſalute æterna.* Fac vt ſim ille, de quo dicitur Oſeæ. 14. cap. *Ipſe germinabit quaſi lilium.* Et Baruch. 3. *Iſrael dilecto ſibi.* Ita vt mihi dicat filius tuus Deus meus illud Sopho. 3. *Iubila tu Iſrael.* Et illud Ioannis. 1. *Iſraelita in quo dolus non eſt.* Sed non ſufficit, quod ſim Iſrael, niſi etiã puer fiam, ſed innocentia, humilitate, & obedientia, qualis appellatus eſt Dauid annoſus, & Abraam centenarius. Ecce enim ô virgo digniſſima, quod Deus meus pro ſalute mea factus eſt puer tuus. Vnde Matthæi 2. de Magis dicitur: *Inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Et in eod. cap. dicitur Ioſeph ab Angelo *Tolle puerum, & matrem eius, defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri.* Et Lucę 2. etiam dicitur: *Cum completi eſſent dies octo, vt circuncideretur puer.* Et ibidem: *Cum inducerent puerum Ieſum* &c. Et iterum: *Puer autem Ieſus creſcebat, & confortabatur* &c. Cum igitur ſimilitudo ſit cauſa amoris, 8. Ethic. non eſt mirum, ſi puer tuus ita pueros diligit. Vnde Luc. 9. dicitur, quod Ieſus apprehendens puerum, ſtatuit illum ſecus ſe. & ait diſcipulis ſuis: *Quicunque ſuſceperit puerum iſtum in nomine meo, me ſuſcipit.* & Marc. 9 etiam dicitur, quòd accipiens puerum ſtatuit in medio diſcipulorum, quem cum complexus eſſet, ait: *Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit.* Item Luc. 18. ſcriptum eſt, quod offerebant infantes ad illum, vt eos tangeret. Quod cùm viderent diſcipuli, increpabant illos. Ieſus autem conuocans eos dixit: *Sinite pueros venire ad me, & nolite eos vetare, talium enim eſt regnum Dei.* Et poſtea intulit dic. *Quicunque non receperit regnum Dei, vt puer, non intrabit in illud.* Et iterum Matthæi 18. dicitur, quod quærentibus diſcipulis, quis maior eſſet in regno cælorum, Ieſus aduocans paruulum, ſtatuit eum in medio eorum, & dixit illis. *Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicunque ergo humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cælorum.* Quia vero diſcipuli hoc audito effecti ſunt ſicut paruuli, ideo Dominus meus, & filius tuus, ô virgo benedicta, eos poſtea appellabat pueros dic. Ioannis 21. *Pueri, nunquid pulmentum habetis?* Maxime autem beatus Ioannes Euangeliſt. & ipſe filius tuus adoptiuus, & tibi â filio tuo deputatus, vt tuus puer, effectus erat; de quo, vt canit Eccleſia, dixit idem filius tuus: *Ecce puer meus dilectus, quem elegi, pono ſuper eum ſpiritum meum.* Fac ergo & me eſſe talem puerum, & non de illis, de quibus dicitur 1. ad Corinth. 14. *Nolite pueri effici ſenſibus.* non inquam illum puerum malum, de quo dicitur Eſa. 66. *Puer centum annorum morietur.* Et de quo dicitur in cap. Paulus 2. qu. 7. *Maledictus puer centum annorum.* Non de illis malis pueris, qui fœtent vrina. Per vrinam autem fœtentem quæ de corpore egreditur, ſignificantur exteriora opera mali exempli. Contrarium autem faciebat Apoſtolus Paulus tanquam bonus puer dans omnibus odorem ſuauem boni exempli. Vnde dicebat 2. ad Corinthios 2. *Chriſti bonus odor ſumus in omni loco.* Non etiam facias me effici de illis pueris, qui ſunt timidi ad bonum aggrediendum, & peragendum, iuxta illud Iudicum. 8. *Timebat, quia puer adhuc erat.* Non de illis de quibus dicitur 1. Regum 2. *Erat peccatum puerorum grande nimis coram Domino.* Non de illis qui ſtercorizãt modo in lecto, modo in gremio matris, & ſignificant luxurioſos, & corruptioni carnali deditos. Iuxta illud Iohel. 1. *Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo.* Et eiuſdem libr. 3. c. *Poſuerunt puerum in proſtibulo.* Talis fuit quidam puer, qui in ſeptimo anno generauit filium, de quo per gloſſ. 20. quæſt. 1. c. in ſumma. & per doct. in cap. 3. de deſpon impu. & in ca. fin. de eo qui cogno. conſan. vxo. ſuæ, & per Hoſtien ſumma. in tit. de pœni. §. cui confitendi. ver. cui pueri. Non de illis qui ſemper habent facies, & manus immundas. Per faciẽ autem ſignificatur conſcientia, qua cognoſcimur

Nota qui pueri dicuntur mali in ſcriptura.

à Deo

Digitized by Google

à Deo cognitione approbationis, quando eſt bona. Per manus vero ſignificantur actiones corporales. E contra vero boni pueri habent faciem, id eſt conſcientiam mundam, quam ſæpe lauãt per confeſſionem, ſeruantes conſilium Prophetæ dicentis Eſaiæ 1. *Lauamini, mundi eſtote.* Et Saluatoris noſtri, qui ait Matthæi 6. *Faciem tuam laua.* Similiter habent manus, id eſt actiones corporales impollutas cuſtodientes illud Geneſ. 38. *Manus veſtras ſeruate innoxias.* Non etiam facias me effici de illis pueris, qui ſtant in luto, id eſt, dediti ſunt terrenis, quæ tanquam lutum ſunt in comparatione cœleſtium, iuxta illud Sapientiæ. 8. cap. *Tanquam lutum æſtimabitur argentum in comparatione illius.* Boni autem pueri rogant Deum cum propheta Pſalm. 68 dicentes: *Eripe me de luto, vt non infigar.* Non facias me effici de illis pueris, qui ſunt debiles ad opera virtutum, iuxta illud Eſa. 40. [Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent.] De hoc etiam habetur Threnorum 2. vbi dicitur. [Cum deficeret paruulus & lactens in plateis] Non de illis qui generant vermes. Per vermes autem qui rodunt viſcera, & inteſtina, ſignificantur ſecretæ detractiones, & crudeles infamationes impiorum. Vnde 2. Machab. 9 dicitur, quod de corpore impii Antiochi ſcaturiebant vermes. Non de illis qui non habent verum iudicium rationis. Et ideo accipiuntur in teſtes l. 3. §. lex Iulia. de teſti. & Inſti. de teſta. § teſtes. & 4. quæſtione. c. 1 & 2. Non de illis, qui dant precioſum iocale pro pomo, de quibus dicitur Threnorum 1. *Dederunt precioſa quæque pro vino,* &c. Non de illis qui de mane vſque in ſero ſemper comedunt, & ſignificant guloſos, de quibus dicitur Eſaia 56. *Canes impudentiſſimi, neſcierunt ſaturitatem.* Non de illis qui non clare loquuntur, iuxta illud Hiere 1. *Puer ego ſum, neſcio loqui.* Tranſſumptiue in ca. ſcriptura 8. q. 1. Item *neſciunt vocare patrem, & matrem,* Eſaia. 8. ſcilicet cœleſtem in orationibus ſuis, & neſciunt eum laudare, ſicut eis præcepit Propheta Pſal. 113. dicens, *Laudate pueri Dominum,* &c. Non de illis, qui multum dormiunt de quibus dicitur Eſa. 56. *Dormientes, & amantes ſomnia* Multum etiam dormire, eſt multum in peccatis iacere. at. in ca. ponderet. l di. Non de illis qui magis diligunt nutricem etiam ſeruam, quam matrem, id eſt, qui magis amant laudari, quam corrigi, & reprehendi. Nihil autem eſt miſerius illo qui vanis laudibus, & adulationibus delectatur. ca. nihil 83. di. Non de illis quibus dicitur Prouerb. 22. *Stultitia colligata eſt in corde pueri.* Non ſicut ille cui inquit Ouid. in 1. de reme. amo. *Tu puer es, nec te quicquam niſi ludere oportet, Lude, decent animos mollia regna tuos.* Non de illis qui ſeipſos diſperdunt, & ad domum reuerti neſciunt, domum ſcilicet cœleſtem, errantque in deſerto huius mundi iuxta illud Pſal. 106. [Errauerunt in ſolitudine, & viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.] Non de illis qui inuicem rixantur iuxta illud Geneſ. 25. *Collidebantur in vtero eius paruuli.* Non de illis qui clamoroſi ſunt iuxta illud Exo. 2. *Cernens paruulum vagientem.* Sed fac me puerum. malorum imperfectiones euitare, cum Paulo qui. 1. ad Corin. 13. dicebat: *Cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus ſapiebam vt paruulus, & cogitabam vt paruulus. Cum autem factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli.* Fac etiam me eſſe de illis pueris qui puero tuo Domino Ieſu aſſimilantur: qui ſunt innocentes, ſeruantes illud. 1. ad Corint. 14 *Malitia paruuli eſtote.* Scriptum eſt enim Iob 22. *Saluabitur innocens munditia manuũ ſuarum* Fac vt ſim de illis quibus dicitur Daniel. 1. in quibus nulla ſit macula. Item de illis qui paucis contenti ſunt, ſcientes ſcriptum eſſe Eccleſia 22. [Initium vitæ hominis aqua & panis, & domus protegens turpitudinem] Vnde Apoſtolus qui bonus puer erat, dicebat 1. ad Timoth 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.* Et ſic ſeruant ſobrietatem boni filii. Qui etiam in limo ſiue in puluere ſedent, ſeruantes illud Eſai. 4. *Deſcende: ſede in puluere.* Et ſic ſeruant humilitatem, quia *humilem ſpiritum ſuſcipiet gloria* Prouerbio. 29 Fac O mater Dei beatiſſima vt dicere poſſim illud 3 Reg. 5. *Ego ſum puer paruulus* ſcilicet humilitate. Item vt ſim de illis bonis pueris, qui motus carnis non ſentiunt, & caſtitatem perfectam ſeruant. De qua dicitur Sapien. 6. *Cuſtodia legum, conſummatio incorruptionis.* [Incorruptio autẽ facit eſſe proximum Deo.] Et adimplent conſilium Apoſtoli dicẽtis. 1. ad Timot. 1. *Teipſum caſtum cuſtodi.* Fac me eſſe de illis pueris, de quibus dicitur 1. Regum 12. *Mundi ſunt pueri à mulieribus.* Item de illis qui largi, & liberales ſunt etiam canibus: vnde Matth. 15. dicitur: *Catelli edunt de micis Dominorum.* Sicut enim quod Prouerb 22. ſcriptum eſt: *Victoriam, & honorem acquiret qui libenter dat munera.* Vnde ſeruant illud conſilium Domini dicentis Luc. 6 *Omni petenti te tribue* Qui obediunt parentibus iuxta illud Eccleſia 4. *Filij ſapientes Eccleſia iuſtorum, & natio illorum obedientia, & dilectio.* ideò dicitur. Per 1. *Quaſi filij obedientia,* &c. Scriptum eſt enim Prouer. 21. *Vir obediens loquetur victoriam* Qui amant ſe mutuo; quia, Eccleſi. 13. dicitur. *Omne animal diligit ſimile ſibi.* Et ſic habent charitatẽ,

 & ſunt

Digitized by Google

& ſunt veri Diſcipuli Saluatoris, qui ait Ioannis 13. [In hoc cognoſcēt omnes, quod diſcipuli mei eſtis ſi dilectionem adinuicem habueritis.] Qui non confidunt in ſe, ſed in patre ſuo, ſcilicet cœleſti: Sciunt enim ſcriptum eſſe Hierem 17 [Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & benedictus vir qui confidit in Domino] Vnde vnuſquiſque eorum dicit cum Prophe. Pſal 10. *In Domino confido*, &c. Qui clamorem de iniuriis ſibi illatis referunt patri ſuo, ſcilicet cœleſti iuxta illud Pſal. 119. *Ad Dominū cum tribularer, clamaui*, &c. Qui non ſunt ſolliciti de aliquo, ſeruantes illud quod ait Saluator Matt 6. ſcilicet, [Nolite ſolliciti eſſe dicentes, q̄d manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur.] Et illud, 1. Pet. 5 [Omnem ſollicitudinē veſtram proiicientes in Deum: quoniam ipſi cura eſt de vobis.] Qui cito, & de modico placantur, ſeruantes illud Ephe. 4 *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram* Et illud Matt. 6. *Dimittite & dimittetur vobis*. Et illud Eccleſiaſt. 28 ca. *Relinque proximo tuo nocenti tibi*. Qui homines perſonatos expaueſcunt, & fugiunt Vnde Seneca ad Lucillum ait: *Pueri hos amant cum quibus ludere conſueuerunt, & ſi perſonatos videant, expaueſcūt.* Scriptum eſt enim Eccleſia 9. *Longe eſto ab homine poteſtatem occidendi habente, & non ſuſcitandi.* Et eiuſdem lib 13. c. *Aduocatus à potente: diſcede.* Qui verecundi ſunt Ait enim Sen vbi ſup. *Verecundia bonum eſt in adoleſcente ſignum*. Vnde Comicus poeta ait: *Erubuit; ſalua res eſt*, & Eccleſi. 7. dicitur: *Verecundia eius ſuper aurum*. Et eiuſdem li 26. c. dicitur: *Gratia ſuper gratiam, mulier ſancta & pudorata*. Qui veraces ſunt, ſeruantes illud Epheſ 4. *Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo*. Scriptū eſt enim Prouerb. 12. *Labium veritatis firmum eſt in perpetuum*. Ideo de pueris, innocentibus dicitur Apoc. 14 *In ore ipſorum non eſt inuentum mendacium*. Qui non gloriantur de pompoſis, & vanis veſtibus, ſeruantes illud Eccle 11. *In veſtitu ne glorieris vnquam*. Qui permittunt ſe regi à ſuperioribus ſuis ſapientibus iuxta illud Ouidij in li. de arte amandi: *In puero eſt ætas mollis, & apta regi*. Qui ſimplices ſunt, & ſine dolo ac duplicitate, iuxta illud 1. Pet 1. *Sicut modo geniti infantes ſine dolo* Seruant enim illud Saluatoris conſilium Matth 10 *Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ*: Et illud Rom 16 vbi Apoſtolus [illegible] *volo eſſe ſapientes in bono, & ſimplices in malo.* Sim[illegible]*tas enim iuſtorum diriget eos.* Prou 11 & cum [illegible]*plicibus ſermocinatio eius*, ſcilicet Dei. Prouer. Ideo dicitur Sap. 1. *In ſimplicitate cordis quærit illum*. Qui libenter plorant, & libenter rident, iuxta illud Ioan. 16. *Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos. ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium* *Tempus* enim *eſt ridendi, & tempus flendi* Eccleſiaſt 3. Qui plorando naſcuntur. iuxta illud Sap. 7. *Primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans*. *Beati* enim *qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur* Matth 5 Qui non verecundatur manducare panem, iuxta illud Thren. 4 *Paruuli petierunt panem*, id eſt, qui ab omnibus addiſcere non verecundantur, ſed omnium panem id eſt doctrinam comedunt, tāquam ingenioſi pueri, ſicut fuit Salomon qui de ſe ait Sapien 8. *Puer eram ingenioſus* Qui ſemper ſunt hilares in bono, iuxta illud Eccleſia. 26. *Diuitis & pauperis cor bonum, & in omni tempore vultus hilaris. Hilarem enim datorem diligit Deus* 2. Cor 9 Qui credunt promiſſionibus; ſcilicet diuinis, & ideo conſequuntur eas. Vnde Numer. 14 inquit Dominus: *Paruulos introducam in terram, quæ diſplicuit vobis*. Qui amant veſtimenta decentia, & nitida, ſeruantes illud Eccl 9 *Omnī tempore ſint veſtimenta tua candida*. Qui Deum laudant, iuxta illud Pſal. 8. *Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem*, vnde quandoque eis datur ſpiritus prophetiæ ſecundum illud Luc. 1. *Tu puer Propheta altiſſimi vocaberis*. Talis puer erat Apoſtolus qui dicebat 1 Theſ 2. *Facti ſumus ſicut paruuli in medio veſtrum* Sciebat enim quod Dominus vocat paruulos ad regnum cœlorum di. Prouerb 9. *Si quis eſt paruulus, veniat ad me*. Et quod paruulos in oculis ſuis elegit ad regnū. 1 Reg. 15. vbi dictum eſt Saul: *Cum eſſes paruulus in oculis tuis, vnxit te Dominus in regem*, Nouerat etiam quod *Dominus ſapientiam præſtat paruulis* Pſalmo 18 vt inquit Salomon Prouerb. 8 *Intelligite paruuli aſtutiam*. Et 14 eiuſdem li. c. *Poſſidebunt paruuli aſtutiam*. Item quod *Dominus cuſtodit paruulos* Pſalm. 114. & quod *intellectum dat paruulis*. Pſalm. 118. vnde Saluator ait patri ſuo Matth 11. *Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus & reuelaſti ea paruulis*. & idem habetur Lucæ. 10 Sciebat quoque, quod boni pueri habitant cum Deo. iuxta illud Lucæ 11. *Pueri mei mecum ſunt in cubiculo*. O igitur beatiſſima beatorum, virgo piiſſima, quæ vides quod ego non ſum puer bonus, ſicut deſiderat videre filius tuus: rogo vt compatiaris mihi, & de me puero tuo dicas ei illud Matth. 8. *Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur, ſed tu dic verbo, & ſanabitur puer meus* Luc. 7. & tunc *oſcitabit puer, ſepties*. 4 Reg 4. & verificabitur in me illud 2. Para. 34. *Cum puer eſſet, cœpit quærere Dominum*. Dic virgo ſanctiſſima.

fili-

Digitized by Google

ſilio tuo: *Ne auertas faciem tuam à puero tuo.* Pſal 68. dic ei, non illud Pſalm 85. *Da imperium puero tuo*, ſed vt exaudiat me clamantem, & dicentem ſibi illud Sapien. 9. *Noli me reprobare a pueris tuis: quoniam ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillæ tuæ.* Et tunc ex ſua benignitate de me dicet tibi illud Oſeæ 11 *Puer meus Iſrael; & dilexi eum*, & illud Eſai. 11. *Ecce puer meus exaltabitur, & ſublimis erit valde.* Quæ verba habentur ibi ſecundum vnā tranſlationem. Tunc quoque dicet tibi benignus filius tuus illud Geneſis 43. *Ego ſuſcipio puerum*, & illud Iob 42. *Faciem eius ſuſcipiam.* Ego autem ei exultans dicam: *Exaltabo te Domine quoniam ſuſcepiſti me.* Pſalm 28. *Quia me propter innocentiam meam ſuſcepiſti* Pſalmo 40 ſcilicet à matre tua impetratam. Item *quia me ſuſcepit dextera tua.* Pſal. 62. Item *quia ſalus tua Deus ſuſcepit me.* Pſal 68 & *cum gloria ſuſcepiſti me*, Pſalmo 72. Tunc etiam dicam ei *Suſcepiſti me de vtero matris meæ*, Pſal. 138. Fac etiam O ſanctarum ſanctiſſima, vt puer tuus oſtendat ſe mihi, quia eum ex ex defectu meo perdidi. Vnde dicere poſſū illud Gen. 38 *Puer non comparet, & ego quò ibo?* Dic ergo ei de quo dicitur Pſal. 106. *Suſcepit eos de manu iniquitatis*, vt me quoque iniquum ſuſcipere dignetur: Ego autē dico tibi O puer Dominæ meæ, illud quod in eodem Pſalmo habetur, ſcilicet. *Suſcipe me ſecundum eloquium tuum.* Tu enim dixiſti Hierem 3. cap *Reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te* Ego vero toto corde reuertor ad te, & eo dicens illud Actuum 8. capit. *Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum*, vt te cum Beatiſſima matre tua ſemper magnificare poſſim, & exultare in te Deo ſalutari meo, cui ſit honor, & gloria, Amen.

SERMONVM MARIALIS
Pars VII.

IN QVA AGITVR DE B. Virg. Mariæ Parturitione, & proprio nomine appellatur, Fluuius dulcedinis infinitæ.

SERMO PRIMVS.

In quo referuntur Prophetiæ, Prodigia, & Miracula; ac conſolationes de Chriſti Ortu habitæ.

ANnuncio vobis gaudium magnū, quia natus eſt hodie Saluator mundi Lucæ 2. Et in Euangelio occurrentis ſolennitatis inquit Leo Papa in ſermone natiuitatis Domini: [Saluator noſter, dilectiſſimi, hodie natus eſt, gaudeamus: neque enim fas eſt locum eſſe triſtitiæ, vbi natalis eſt vitæ, quæ conſumpto mortalitatis timore, ingerit nobis de promiſſa æternitate lætitiam; nemo ab huius alacritatis participatione ſeceruitur: vna cunctis lætitiæ communis eſt ratio, quia Dominus noſter peccati, mortiſque deſtinctor, ſicut nullum à reatu liberum reperit, ita pro liberandis omnibus venit. exultet ſanctus, quia appropinquat ad palmam, gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniam, animetur gentilis, quia vocatur ad vitā,] hæc ille. Quæ verba accepit originaliter ab Auguſtin. in ſermo. 3 huius ſolennitatis. Omnes igitur in hac celeberrima feſtiuitate, non ſolum corde iubilare debemus: ſed etiam ore, & lingua lætitiam noſtram demonſtrare, vt poſſimus paruulo nato dicere cum Propheta. Pſal. centeſim. vigeſim. quint *Repletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exult.* Cauſam autem huius tanti gaudij, aſſignat Angelus in verbis Thematis noſtri: ſuper quibus tres ſolummodo deuotas conſiderationes faciemus.

Prima

Digitized by Google

Prima dicetur prophetationis.
Secunda declarationis.
Tertia conſolationis.

PARS PRIMA HVIVS ſermonis continet Prophetias de CHRISTO naſcituro ex virg.

QVia de prophetiis incarnationis, & natiuitatis Chriſti diffuſe tractaui in 1. parte Roſarij ſermonum ſer.14 parte 3. ideo hic breuius pertranſeo. Solum autem quinque prophetias referam prophetarum veteris Teſtamenti: vt appareat verificatum eſſe illud Amos 3. *Non faciet verbum*, ſcilicet incarnari & naſci *quin prius loquatur ad prophetas ſuos.* Harum autem prophetiarum prima de natiuitate eius ex virgine ſæpius allegata in præcedentibus ſermonib. habetur Eſai. 7 vbi dicitur. *Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel*, id eſt nobiſcum Deus. Secunda quod debebat naſci media nocte, habetur Sapien. 18. vbi inquit Salomon, *Dum medium ſilentium tenerent omnia, et nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus Domine à regalibus ſedibus venit.* Tertia, quòd deberet naſci in via, & non habere domum, vel habitationem propriam, habetur Hierem. 13. vbi illi dicit Propheta. *Quare ſicut colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum: quare futurus es velut vir vagus?* Quarta, quod debebat naſci apud Bethleem, habetur Micheæ 5. quæ Prophetia recitatur etiã Mat. 2. vbi dicitur: *Tu Bethleem terra Ephrata nequaquã minima es in millibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populum meum Iſrael, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis.* Quinta Prophetia, quod filius Dei qui in veteri Teſtamento dederat legem filiis Iſrael, debebat corporaliter cum hominibus conuerſari, & illis dare legem Euangelicam: habetur Baruch 3. cap. vbi dicitur de eo. [Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus illum, hic adinuenit omnem viã diſciplinæ, & tradidit eam Iacob filio ſuo, etiam Iſrael dilecto ſuo: poſt hæc ſuper terram viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.] Et in cap. ſequenti immediate ſubinfertur: *Hic liber mandatorum Dei, & lex quæ in æternum manet: omnes qui tenent eam, peruenient ad vitam: qui autem dereliquerint eam, in mortem.* Hæc ibi. Nõ ſolum autem Prophetæ Dei Chriſti natiuitatẽ prædixerunt: ſed etiam infideles, & pagani. Inter quos fuit Albumaſar libro 6 introductorij ſui in Aſtrologia, qui ſecundum translationem Hermanni ſecũdi, & Ioannis Hiſpalenſis dixit, quod vna virgo Hebræa pulchra, atq; honeſta, & munda, atque à viro ſuo intacta, debebat parere, & nutrire filium, quem appellaret Ieſum. Plato quoque de hoc prædixit ſecundum Hieronymũ & Auguſtinum in 7. libro confeſſionum. Vnde refert Ethicus philoſophus in commentario, ſuper illo verbo Boetij de diſciplina ſcholarium, ſcilicet: *Platonis probata diuinitas, quod in tumba Platonis inuenta fuit lamina aurea ſuper pectus eius, in qua ſcriptum erat: Crede in Ieſum Chriſtum naſciturum de virgine: paſſurumque pro humano genere, & tertia die reſurrecturum & merebuntur iuſti videre Dominum Deum ſuum Ieſum: regemq; ſuum verbum patris, atque principium cum eo cuncta componens*, hæc ille. Dicit etiam beatus Tho. 2.2. qu. 2 ar 7. quod multis gentilium facta fuit reuelatio de Chriſti incarnatione, ſicut patet in Balaam qui prædixit de natiuitate Chriſti Num. 24. di *Orietur ſtella ex Iacob* &c. Et in beato Iob, qui cum eſſet de populo gentili, prophetauit de ea ſui lib. cap. 19. loquendo more prophetico de futuris, tanquam de præteritis, dum dixit: *Scio quod redemptor meus viuit, & nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum ſaluatorem meum*, &c. Recitat quoque idem doctor vbi ſupra, inueniri in hiſtoriis Romanorum: quod tempore Conſtantini Auguſti, & Helenæ matris eius inuentum fuit quoddam ſepulchrum, in quo iacebat homo laminam auream habens in pectore, in qua ſcriptum erat ſic: *Chriſtus naſcetur de virgine, & credo in eum. O ſol, Helenæ, & Conſtantini temporibus, iterum me videbis*, id eſt videri facies Et quidam putant eſſe idem cum illo, quod refert Ethicus philoſophus, ſcilicet fuiſſe corpus Platonis talem laminam in pectore habentis. Legitur quoq; in Chronicis regum Caſtellæ, quod apud Toletum ſub quodam ſaxo inuentus eſt liber vetuſtiſſimus, qui ſcriptus erat littera Hebr. Græca, & Latina, & in illo dicebatur ſic: [Chriſtus filius Dei naſcetur de virgine Maria, & pro ſalute hominum patietur.] Virgilius quoq; in Bucolicis canit: [Vltima Cumæi iam venit carminis ætas: Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna: Iam noua progenies de cœlo mittitur alto.] Similiter Ouid in lib. de mutatione vitæ, qui intitulatur de vetula, ſic ait: [Vna quidem talis

Prophetia veteris Teſtam. quin que de ꝑartu B. virg.

Ethnicorũ prophetia.

fœli-

Digitized by Google

fœlicis tempore nuper Cæſaris Auguſti fuit anno bis duodeno. A regni nouitate sui. Qui ſignificauit Poſt annum ſextum naſci debere Prophetam, abſque matris coitu de virgine &c. Sibyllæ quoque ei prædixerunt de Chriſti natiuitate, ſicut declarat ſanctus Auguſtinus 18. de Ciuitate. Et Lactantius li. 1. & 4 diuinarum Inſtitutionū, quarum ſolummodo quinque dicta ad præſens recitabimus, quia de aliis diximus in dicto ſermone ſolat j noſtri. Prima prophetia eſt Sibyllæ Perſicæ, quæ ait: [Ecce beſtia, conculcaberis, & naſcetur Dominus in orbem terrarum, & gremium virginis erit ſalus populorum. Inuiſibile verbum palpabitur.] Secunda prophetia eſt Sibyllæ Libycæ, quæ ait: [Ecce veniet dies, & illuminabit Dominus condenſa tenebrarum, & ſoluetur nexus Synagogæ, & deſinent labia prophetarum, & videbunt regem viuentium, & tenebit illum in gremio virgo Domina gentium, & regnabit in miſericordia, & vterus matris eius erit ſtatera cunctorum.] Tertia prophetia eſt Sibyllæ Erythreæ dicētis: [In vltima ætate humiliabitur Deus, humiliabitur proles diuina, vnietur humanitati diuinitas: iacebit in fœno agnus, & puellari officio educabitur Deus, & homo. Signa autem præcedent apud Iudæos. Mulier vetuſtiſſima ſcilicet Eliſabeth, puerum concipiet. Stella orbis mirabitur, & ducatū præſtabit, ſcilicet Magis, ad ortum ſcilicet Chriſti. Hic habens annos triginta tres, eliget ſibi de piſcatoribus, & eiectis hominibus numerum duodenarium, vnumq; diabolum, ſcilicet Iudam, nō in gladio bello ve Æneadem vrbem, ſcilicet Romam: regeſque ſub jciet, ſed in hamo piſcatoris, ſcilicet Petri. Huic quatuor animalia, id eſt, quatuor Euangeliſtæ ſurgent in teſtimonium. Huic contradicetur a beſtia ſcilicet Antichriſto. Erit autem beſtia horribilis, ſcilicet Mahumeth, ab oriente veniens, cuius rugitus vſq; ad gentes Punicas audietur.] hæc illa. Quarta prophetia eſt Sibyllæ Tiburtinæ, quæ ait: [Naſcetur Chriſtus in Bethleem, annūciabitur in Nazareth regnante tauro pacifico, & fundatore quietis. O fœlix illa mater cuius vbera Chriſtum lactabunt.] hæc illa. Et in hoc cōcordat cum deuota muliere, quæ vt habetur Luc. 11. exclamauit dicens Chriſto: *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti.* Per taurum autem in prædicta prophetia intelligitur ſecundum gl. Octauianus Imperator, qui appellatus eſt taurus, quia habebat taurum pro inſigni. Pacificus quoque dictus eſt, quia multis annis vt infra dicetur, in magna pace mundum rexit, cuius tempore Chriſtus natus eſt. Quinta Sibylla eſt Cumæa in Italia nata, quæ fuit tempore Numæ Pōpilij, ſecundi Regis Romanorum, ſic dicens: [In diebus illis exurget mulier de ſtirpe Iudæorum, nomine Maria, & habebit ſponſum nomine Ioſeph, & procreabitur ab ea ſine commixtione viri, de Spiritu Sancto filius Dei, nomine Ieſus, & ipſa erit virgo ante, & poſt partum: qui vero ex ea naſcetur erit verus Deus, & verus homo, ſicut omnes Prophetæ prædicauerunt,] hæc illa. Ex quibus omnibus apparet nequitia, & damnoſa Iudæorum obſtinatio, qui nec ſuorum dictis prophetarum, nec gentilium de Chriſto ſic clare loquentium voluerunt credere in ipſum. De quibus canit Eccleſia in Miſſa occurrenti: *Si non ſuis vatibus, credat vel gentilibus, Sibyllinis verſibus hæc prædicta.*

Sibillarum prophetia.

PARS SECVNDA HVius ſermonis, in qua referuntur Miracula, & prodigia declarantia Chriſti ex Beata Virgine Natiuitatem.

NAtiuitas filii Dei, & parturitio matris eius, diuerſis eſt miraculis, & prodigijs declarata. Quorum primum ponit Innocentius Papa 3 dicens quod Romæ duodecim annis pax fuit: vnde Romani templum pacis pulcherrimum conſtruxerunt: conſuluerūtque Apollinem, quantum durare deberet prædictum templum. Qui reſpondit quòd duraret vſquequo virgo pareret. Quod audientes, dixerunt: ergo in æternum durabit. Credebant enim quod nunquam pareret virgo: prout etiam impoſſibile erat per naturam. Qua ex re in foribus templi ſcripſerunt: Templum pacis in æternum. ſed in ipſa nocte, in qua virgo benedicta peperit filiū ſuum Dominum Ieſum Chriſtum templum illud funditus corruit, & ibidem eſt modo Eccleſia S. Mariæ nouæ, in qua ego fui.

1. Prodigiū de templo pacis.

Secundum prodigium ponit Oroſius, & Innocentius prædictus, dicentes quod in die natiuitatis Domini fons aquæ in liquorem olei verſus eſt, & erumpens vſque ad Tyberim, tota die illa largiſſime emanauit. prophetauerat enim Sibylla, quod quando naſceretur Saluator, prorumperet fons olei: & ibi eſt modo eccleſia, quæ dicitur Sancta Maria trans Tyberim. Tertium prodigium ponit Chryſoſto. ſuper Matth. dicens, quod [Magis ſuper quodam monte orantibus in nocte natiuitatis Domini; ſtella ſuper eos apparuit, quæ

2. De fonte aquarum in oleum conuerſo.

3. Prodigiū ſtellæ Mag-

quæ formam pueri pulcherrimi habebat, & in eius capite crux pendebat, quę Magos alloquens dixit: Ite in Iudæam; & ibi puerum natum qui eſt Dei filius inuenietis. Et ipſi ſtatim receſſerunt & in Iudæam perrexerunt, quærentes, & dicentes: vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam eius in oriente; & venimus adorare eum] vt habetur Mat. 3. Quartum miraculum ponit Magiſter Bartholomæus Piſanus in ſuo Mariali di. quod vineæ Engaddi facientes balſamū, in nocte Natiuitatis Domini miraculoſe floruerunt, & liquorem ſuum dederunt, & hoc factum fuit, vt ſignificaretur, impletam eſſe ſcripturam, quæ in perſona Beatiſſimæ Virginis inquit Eccl. 24. *Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizās odorem dedi,* & ibidem: *Quaſi balſamum non mixtum odor meus.* Eius autem ſponſus ait Cantic. 1. *Vinea noſtra floruit, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Quintum prodigium fuit de boue, & aſino recognoſcentibus Chriſtum modo ſuo. Nam cum, vt infra dicetur, deberet Ioſeph à Galilæa proficiſci in Bethleem cum Beata Virgine prægnante, duxit ſecum bouem, forte vt ipſum venderet: & cenſum pro ſe, & vxore ſua ſolueret: & de reſiduo viueret, maxime quia timebat ipſam debere ante reuerſionem parere. Aſinum quoque duxit ſecum, forte, vt ſuper eum virgo benedicta grauida veheretur. Cum autem beatiſſima virgo filium ſuum peperit: ſtatim bos & aſinus genibus flexis creatorem ſuum adorauerunt. Et hoc prædictum fuerat Eſa. 1. vbi dicitur: *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum; & aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael autem me non cognouit dicit Dominus.* De quo etiam prophetauerat Sibylla Samia à Samo inſula dicta: quæ ait: *Ecce veniet diues, & naſcetur de paupercula, & beſtia terræ terrarum adorabunt eum, clamabunt & dicent: Adorate eum in atrijs celorum,* hæc illa. De hoc etiam prædixerat ipſe Dominus Eſa. 43. dicens: *Glorificabit me beſtia agri.* Quia comeſtione fœni, ſuper quod puer Ieſus iacebat, abſtinuit bos, & aſinus. Sextum prodigium ponit beatus Hieron. ſuper Eſai. 9. ca. dicens, quod in hora natiuitatis Chriſti omnes Sodomitæ per vniuerſum orbem mortui ſunt, quos fecit Dei filius eradicari, ne in natura, quam aſſumpſerat, tanta immunditia inueniretur. Vnde quidam dicunt Virgilium, qui illo vitio infectus erat, illa hora mortuum eſſe. Propter hoc etiam abominabile ſcelus Deus mittit fames, terræ motus, & peſtilentias, vt ait Imper. in authen. vt non luxu. contra naturam. col 6. circa medium & gl. in c. flagitia. 32. qu. 7. Quod peccatum propter ſui turpitudinē appellatur, nefanda libido, vt in §. itē lex Iulia. Inſti. de publi iudi. & c. in eo 32. q 4. Ideſt appellatur fœdiſſima nequitia. C. de adulte. l. fœdiſſimam. Tam horrendum etiam eſt vitium contra naturam, quod vt ait Auguſt. Deus videns humanam naturam eo vitio contaminatam, ferè deſiit incarnari. Septimum prodigium ponit Euſebius, & magiſter hiſtoriarum dicentes, quod in die Natiuitatis Domini in oriente apparuerunt tres ſoles, qui paulatim adinuicē appropinquantes in vnum ſolem redacti ſunt: per quod ſignificabatur, quod cognitio vnius Dei, & trium perſonarum diuinarum toti mundo imminebat: & quod Deus verus creator, & rector illis natus erat, quod prodigium quia Iudæi cæci & obſtinati non intellexerunt quid ſignificaret, ideo in errore ſuo remanſerunt. Vnde dicere poterunt illud Virgilij 3. Æneid. *Tres adeo incertos cæca caligine ſoles, Erramus pelago.*

4. *Miraculū de vin. Engaddi.*

5. *Prodig. de boue, et aſino.*

6. *Prodigiū De Sodomitis mortuis in natiuitate Chriſti*

7. *Prodigiū de trib. Solib.*

Octauum prodigium ponit Oroſius, Eutropius, & Innocentius 3. dicentes, quod Octauianus Imper. vniuerſo orbe ditioni Romanorum ſubiugato, intātum ſenatui placuit, vt eum pro Deo colere vellent. Prudens autem Imperator ſe mortalem conſiderans, & cognoſcens ſe immortalitatis nomen noluit vſurpare. Ad illorum autē importunam inſtātiam Sibyllam propheteſſam aduocauit, ſcire volens per eius oracula, ſi in mundo aliquis eo maior aliquando naſci deberet. Cum ergo in hac die natiuitatis Domini concilium ſuper hac re conuocaſſet; & Sibylla in camera Imperatoris oraculis inſiſteret, hora circiter tertia, vel ſecundum alios ſexta, aere liquido, puro, ac ſereno exiſtente, circulus aureus circa ſolem apparuit, & in medio circuli virgo quædam pulcherrima, ſtans ſuper aram, puerum geſtans in gremio. Tunc Sibylla hoc Cæſari oſtendit. Cū autem Imperator ad præfatam viſionem plurimum admiraretur, audiuit vocem de cælo dicentem: *Hæc eſt ara cæli.* Dixitq; ei Sibylla: Hic puer maior te eſt, & ideo ipſum adora. Intelligens igitur Imperator quod hic puer maior ſe erat, ei thura obtulit, & Deum ſe appellari non permiſit. Ipſa autem camera ad honorem beatiſſ. virginis dedicata eſt, vnde vſque in hodiernum diem dicitur, ſancta Maria ara cœli, & eſt in ordinis noſtri monaſterio, & ego in ipſa eccleſia, & capella Miſſam celebraui. Legitur quoque quod cum Hieremias propheta in Ægyptum deſcendit, dedit Ægyptiis ſignum, quod tunc idola ſua corruerent, quando virgo pareret. Et ideo ſacerdotes Ægyptij imaginem virginis cum puero in ſecretario templi adorabant, ſed in nocte qua benedicta virgo filium ſuum peperit, omnia idola corruerunt. Romæ etiam

8. *Prodigiū de Virg. cum puero in circulo circa ſolem viſa tempore Octauiani.*

Digitized by Google

etiam erat quædam magna ſtatua in aere diabolica arte ſubleuata, de qua reſponſum erat ab idolis, quod non caderet donec virgo pareret. Vnde in ſacratiſſima nocte Natiuitatis Domini cecidit, per quod ſignificatum eſt, quod poteſtas principis dæmonum per virginem contrita fuit. Ad cuius benedictę virginis gloriam hanc deuotam laudem dicamus: *ſalue regina miſericordioſa* &c vide in corona noſtra.c.58.

PARS TERTIA HVIVS ſermonis, in qua agitur de conſolationibus ex Chriſti Natiuitate habitis.

Prima Conſol. Dei

DE conſolationibus ex hac benedicta Chriſti natiuitate habitis nemo poſſit ſufficienter ſermocinari, tamen pro conſolatione veſtra quinq; ad præſens referemus. Prima dicitur diuinalis, ſcilicet ipſius Dei. Solent enim patres, quando eis naſcetur filius maxime primogenitus, tantam in lætitiam & gaudium proſilire, quod etiam nuncianti ſibi parturitionem ipſam, aliqua in ſignum boni, & gratiſſimi nuncii munera largiuntur, & eo maxime quando per multa tempora in deſiderio habendi ipſum filiũ permanſerunt. Cum igitur Deus per multa millia annorum ſteterit in deſiderio habendi filium ex immaculata virgine, vt patet Eſa 49. vbi ipſe ait: [Nunquid ego qui alios parere facio, ipſe non pariam? Ego qui aliis generationem tribuo, nũquid ſterilis ero?] q.d. non ſed tempore debito & ordinato filium ex puriſſima virgine habebo. Sequitur quòd in hac ſacratiſſima natiuitate filij ſui diſ lectiſſimi ſigna maximæ dilectionis oſtendit, & donaria gratiæ ſuæ abundãtiſſimæ, elargitus eſt, & annuatim in die iſta elargitur. non ſolum autẽ pater cœleſtis gauiſus eſt, ſed etiam Spirit.S. qui huius generationis mediator fuit Eſai.63. Et ipſe filius in die natalis ſui conuiuium fecit, & omni anno facit prima tribus ſuis, id eſt, Angelis, & Sanctis, ac deuotis ſuis. Sicut & de Herode legitur Matt 14. & Marci 6. quod in die natalis ſui fecit cœnam principibus ſuis, & tribunis ac primis Galilææ.

Deus in Natiuit. filij: copioſè gratiam ſuam fidelibus elargitur.

Omnes igitur in hac die confidenter poſtulẽt à Deo quaſcunque volunt gratias, & faciliime eas poterunt impetrare. Magni etenim principes in natalitiis ſuis, ſe ſubditis ſuis liberaliſſimos ſolent exhibere. Secunda conſolatio dicitur ſpiritualis, ſ. ſpirituum beatorum, omnium videlicet Angelorum, quæ in hac natiuitate indicibili gaudio hilarunt. Vnde vt habetur Luc.2. [poſtquã Angelus nunciauit paſtoribus Natiuitatem Saluatoris, facta eſt cum eo multitudo cæleſtis exercitus laudantium Deum, & dicentium: Gloria in excelſis Deo,] & cæt. Gratias enim Deo referebant, & valdè exultabant, quia natus erat ille qui eorum ruinam venerat reparare. De quo prophetauerat Dauid pſa.109. di. *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas*. De hoc autem gaudio Angelorũ inquit Aug in ſe mo. 10 de Natiuitate Domini dicens: *Hodie Chriſtus in lætitia eſt, & diabolus in luctu. Hodie Angeli in exultatione & dæmones in confuſione*, hæc ille. Tertia conſolatio dicitur paſtoralis. Sed antequam ad eius declarationẽ veniamus, eſt ſciẽdum quod natiuitas Domini fuit à tribus generibus creaturarum inter alias venerata, quæ aliquid morale nobis innuunt. Primo ab Angelis, qui vt ſupra dictum eſt, annunciauerunt ipſam natiuitatem dulciter decantantes, per quos ſignificantur innocentes & iuſti, qui partũ virginis digne celebrant, & decantant in cordib. ſuis Deo, ſecundum conſilium Apoſtoli ad Collo.3. Secundo ab animalibus fuit honorata, ſcilicet à boue, & aſino iuxta præſepe aſtantib. & circundantib. regem natum, & iſta animalia ſimplicia, & laborioſa ſignificant homines ſimplices ac bene operantes, qui partum virginis per opera miſericordiæ venerantur. Quos, & ipſe Dominus in cœleſti patria honorabit iuxta illud ad Rom. 2. [Gloria, honor, & pax omni operanti bonum.] Tertio fuit honorata à paſtorib. per quos ſignificantur animarum prælati, qui vigilant ſuper gregem ſuum. Vnicuique enim prælato inquit Dominus Ioannis 21 *Paſce oues meas*. Prælati igitur omnes debent de ſubditis ſuis diligẽtem curam habere, ſi Natiuitatem Chriſti cum ſanctis paſtoribus volunt honorare, & cum ipſis in hac die conſolationem de paruulo Ieſu recipere. Fuit enim hæc natiuitas valde conſolatoria prædictis paſtoribus qui cuſtodiebant vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et erat ille locus prope ciuitatem Bethlehem per vnum miliare, quibus vt dicitur Lucæ 2. [apparuit Angelus Domini, & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno:] Videntes n. Angelos moriebantur. Iudi.13. Secũdum aũt Bedam ſuper Luc. apparuit Angelus cũ claritate. quod in nulla alia apparitione Angelica factum reperitur, vt oſtenderet quod natus erat ille, qui [illuminare venerat eos qui in tenebris & in vmbra mortis ſedẽt, ad dirigẽdos pedes ſuos in viã pacis.] Luc. 1. Dixit autẽ illis Angelus: [Nolite timere. Ecce n. euãgelizo vobis gaudium magnum

3. Conſolatio Paſtor.

2. Conſol.

 gnum

gnum, quod erit omni populo, quia natus eſt hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignum, ſcilicet do: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio.] Cōſidera ergo O anima deuota, quārum exultauerunt ſancti paſtores: Meſſiam natū eſſe ab Angelo audientes, ſimul & videntes multitudinem maximam Angelorum, poſt iſtam annunciationem, cum ipſo Angelo dulciter canentem, & in cælum iubilando aſcendentem. Sequitur autem in Euangelio: [Et factum eſt vt diſceſſerunt Angeli ab eis in cælum, paſtores loquebātur ad inuicem dicentes. Tranſeamus vſq; Bethleem, & videamus hoc verbum quod fecit Dominus, & oſtendit nobis. Et venerunt feſtinā es, & inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio. Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc, & omnes qui audierant mirati ſunt de his quæ dicta erant à paſtoribus ad illos. Et reuerſi ſunt paſtores laudantes, & glorificantes Deum de omnibus, quæ audierant & viderant, ſicut dictum eſt ad illos.] Sed pro maiori declaratione prædictorum eſt ſciendum, quod homo libenter videt tria. Primo rem dilectam, & charam; vbi enim amor, ibi oculus libenter reſpicit. Et ideo paſtores affectuoſe perrexerunt ad videndum Chriſtum fideliſſimum amicum, qui venerat in mundum propter nimiam charitatem ſuā, vt ſaluaret eos. Vnde Apoſtolus ait Epheſios 5. *Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis* &c. Secundo libenter videt homo rem pulchram. Nam vt dicit Auguſt. 6 muſicæ: *Nihil amamus niſi pulchrū.* Vnde etiam Dionyſii in lib de diuinis nom. ait: *Bonum & pulchrum ſecundum omnem rationē cuncta deſiderant intueri.* Quia igitur Chriſtus erat *ſpecioſus forma præ filiys hominum,* vt dicitur pſalmo 44. ideo eum videre ſummopere deſiderabant. Tertio videt homo libenter rem nouam & rarā: vnde vulgo dicitur, quod omnia noua placent, & quæ ſunt pulchritudine decorata: vt in §. in ſecundo in præ ff. Perrexerunt ergo paſtores ad videndum omnium nouiſſimorum nouiſſimum, ſcilicet Deum humanatum. O paſtores currite, currite, & videbitis admirandam nouitatem, videte eum qui ad dexteram patris ſedet in fœno reclinatum, & illum cui cœlum ſedes eſt, præſepis anguſtia detineri, & qui vniuerſum mūdum nouo veſtit ornatu, pannis vilibus inuolui, & qui Dominus eſt Angelorum, collocari in medio iumentorum, & qui toti mundo dominatur, in alieno naſci, & cui omnis creatura ſeruire tenetur, obſtrictum in ſua natiuitate carere famulatu, habentem diuerſorium pro palatio, præſepe pro ſolio, pannos pauperculos pro purpureo & regali indumento, ac bruta animalia pro regia familia, videre paruulum infinitum. Et ideo dicitur: *Videntes cognouerunt de verbo* ſcilicet incarnato *quod dictum erat illis de puero hoc homine.* ſ. paruulo nato. Cogitate igitur O deuoti Chriſtiani, quale fuit gaudium iſtorum paſtorum, quando domum illam plenam multitudine Angelorum, & cœleſti claritate intrantes ingreſſi Saluatorem mundi natum inuenerunt, oculis propriis conſpexerunt; & fortè, vt pium eſt credere, manibus contrectauerunt, & dulciter oſculati fuerunt. Poſſumus autem deuote contēplari, quod ſtatim quando paſtores domunculam illā intrauerunt; videntes puerulum ipſum tam pulchrum, ac formoſum, a cuius facie radij clariſſimi exibant, & quem angeli adorabant & laudabant proni in terram maxima humilitate, & reuerentia adorauerunt eum. Deinde beatiſſ. Virginem cœperunt magnificare, aliquam deuotiſſimam laudem dulciter decantantes. Videns autem B. virgo ſanctos illos paſtores, deſiderantes oſculari benedictum filium ſuum, vultu iucūdo intuebatur ipſum, ſcire affectans vtrum eſſet contentus. Pius autem puer facie placida, & alacri inſpiciebat illos beatos paſtores, atq; ſignis quibus poterat manuum & vultus demonſtrabat ſe eſſe contentiſſimum, immo eos inuitare ad ſe oſculandum, & amplexandum videbatur. Quapropter beatiſſ. virgo filii ſui voluntatem cognoſcens, eis filium ſuum oſculandum, & amplexādum porrexit: quo reuerētiſſime, ac deuotiſſime amplexato, atque ab eo benedictione recepta, pleni ineffabili conſolatione receſſerunt. Lætentur itaque pauperes, quia ditiſſimus omnium pauper factus omnipotens, Deus primo ſe pauperibus manifeſtauit. Lætentur quoque paruuli, quia altiſſimus, & cunctorum maximus ſe infimum ac minimum fecit. Vnde hoc feſtum eſt maxime fratrum Minorum. Et ad hoc inſinuandum, voluit ipſe paruulus Ieſus locum Natiuitatis ſuæ eſſe ſub cura fratrum ipſorum. Tunc autē Deus factus eſt homo: quando homines volebant dii æſtimari. Tuncq; factus eſt puer paruulus, quādo homines deſiderabant magni reputari. Non tamen per ſuſceptionem huius paruitatis temporalis & humanalis eſt in aliquo inhonorata, vel diminuta magnitudo diuinitatis æternæ.

Pia contemplatio circa gaudiū paſtorum.

Sicut enim dicit Thom in 3. parte ſummæ. q. 2. *Diuinitas ſuſcepit humanitatem, quaſi per modum inſertionis: prout enim eſt ramus in arbore, ſic quo-*

quodammodo homo in verbo. *Item quaſi per modum inhabitationis. Vnde ſicut inhabitatio domus, non mutat inhabitantem, ſic nec humanitas diuinitatem. Poſtmodum quoque indutionis iuxta illud Philip. 2. Habitu inuentus vt homo.* Sicut ergo veſtis non mutat eam ponentem, ita nec humana paruitas diuinam celſitudinem. Modus tamen iſtius vnionis eſt ineffabilis. Vnde Ioannes Baptiſta dicebat Ioann. 1. *Cuius non ſum dignus corrigiam calceamẽti ſoluere.* Per corrigiam namque quæ adaptat calceum, intelligitur eius diuinitas, quæ glorificauit & ſibi coniunxit humanitatem: ac ſi diceret beatus Ioannes: Ego neſcitem, nec auderem exponere hanc inexplicabilem vnionem. De hac tamen admirabili vnione habemus cauſam maximæ exultationis, & lætitiæ: Gaudeant ergo omnes fideles cum ipſis paſtoribus in tanta huius diei feſtiuitate, quod fieri debere, vt oſtenderet ſancta mater Eccleſia, ordinauit quod quilibet non habens votum abſtinendi à carnibus in ſexta feria, poſſit eas comedere in ſignum lætitiæ, ſi Natiuitas Domini venerit in dicta feria. ea [illegible] de obſeruatione. Et idem dicendum eſt de ſabbato c. quia dies. de conſe. di. 5 & ibi doc. Ad hanc autem lætitiam nos hortatur Auguſtinus in quodam ſermone de Natiuitate Domini di. *Exultate virgines Chriſti, conſors veſtra eſt mater Chriſti. Exultate viduæ Chriſti, quia ipſe fœcundat virginitatem, cui vouiſtis continentia caſtitatem. Exultate coniugati fideliter viuentes, & omnes Chriſtiani diuina præcepta obſeruantes, quia eſtis matres eius, ſi facitis voluntatem patris eius.* Ipſe enim dixit ſcilicet Matthæi 12. *Qui fecerit voluntatem patris mei qui in cælis eſt, hic meus frater, & ſoror, & mater eſt.* Ego autem dico; Exultate, & vos peccatores, quia liberator veſter natus eſt, de cuius ortu in figuram Samſon dictum eſt matri eius, Iudic. 13 cui Angelus ait: *Concipies & paries filium, cuius caput non tanget nouacula, erit enim Nazaræus Dei ab infantia ſua & ex matris vtero, & ipſe incipiet liberare Iſrael de manu Philiſtinorum.* Iſte enim filius virgini per Angelum annunciatus, ab vtero matris Nazaræus, id eſt ſanctus de manu Philiſtinorum, id eſt dæmonum cœpit peccatores liberare in natiuitate, ſed conſummauit in ſua paſſione. Figura autem eius aduentus poteſt illa aſſignari quæ habetur 3. Reg. vltim. vbi dicitur: *Porro ex Iſrael mutauit habitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum.* venit enim mutatis veſtibus, id eſt aſſumptis humanæ naturæ qualitatibus, ne à diabolo agnoſceretur, vt confidentem dæmonem de ſua potentia aggrederetur, & manu ad manum, atque ictu ad ictum, cum eo decertaret, illumque proſternens peccatores de manu ipſius eriperet. Iubilẽt ego hodierna die omnes tam iuſti quam peccatores, quia econtrario contriſtantur maledicti dæmones. Vnde legitur quod cum quidam prædicator vellet in craſtino prędicare de natiuitate Saluatoris, ſatanas voluit eum ſtrangulare, ſed non potuit. Et interrogatus ab eo, quare hoc facere voluiſſet. Reſpondit, quia nihil poteſt prędicari, propter quod tantum nos affligamur, & potentia noſtra diminuatur, quantum propter filij Dei Incarnationem, & Natiuitatem. Exultent itaque vniuerſi fideles, & dulcia cantica modulentur, facta eſt enim perfecta conſonantia inter naturam acutam, & grauem, id eſt inter facturã, & factorem. Et ideo inquit Pſal. 97. *Pſallite Domino in cithara, in cithara & voce pſalmi, in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ iubilate in conſpectu regis Domini: moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum & qui habitant in eo* &c.

Diuinitas ſuſcepit humanitatẽ in Chriſto quaſi per modum inſertionis, inhabitationis, & induitionis.

Hortatio ad omnes, vt gaudeant.

Quarta conſolatio fuit ſanctorum patrum in limbo exiſtentium. Contemplantur enim quidam deuoti dicentes, quod ille Angelus qui natiuitatem Chriſti paſtoribus annunciauit, vel alius, ad limbum deſcendit cum claritate magna, annunciauitque eis Meſſiam ab eis tanto tempore expectatum ex virgine natum eſſe. Quidam autem dicunt quod in illa hora, qua Chriſtus natus eſt, non ſolum obſcuritas noctis, in meridianam lucem conuerſa eſt, ſuper hæmiſperium noſtrum, & totius orbis ſuperficiem illuminauit, ſed etiam vſque ad limbum deſcendit, de quo maximo ſplẽdore ſtupefacti ſancti patres, deſiderabãt ſcire, vnde tanta claritas procederet. Tunc ſurrexit rex Dauid in medium, & dixit: Nonne recordamini fratres, ac fratres; quod hodie ſunt nouẽ mẽſes ab illo die, quo nobis Angelus filium Dei incarnatum eſſe annũciauit? Gaudete itaque, quia iſta lux eſt illa de qua ego prædixi Pſ. 91. *Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde, miſericors, & miſerator, & iuſtus.* Tunc ſurrexit Eſaias propheta & ait: Hæc lux eſt illa de qua ego prophetaui libri mei c. 19 di. *Populus qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis, paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis* &c. Sancta quoque Heſter regina ſurgens inquit: Hęc eſt illa lux, de qua lib. mei 8. c. fuit prædictum ſcilicet, *Iudæis noua lux oriri viſa eſt, gaudium, honor, & tripudium apud omnes populos, vrbes, atq; prouincias.* Ipſis ergo ſanctis patribus in hac feſtiua collocutione exiſtẽtibus, apparuit Angelus Domini, & iucunda voce ait: *Annuncio vobis gaudium magnum* &c. Tunc

4. Conſolatio patrum in limbo.

Digitized by Google

Moyſes canere cœpit di. O vere beata nox quæ expoliauit Ægyptios ditauit Hebræos, hæc nox eſt de qua ſcriptum eſt: *Et nox ſicut dies illuminabitur. & nox illuminatio mea in delicijs meis* hæc nox ſola meruit ſcire tempus, & horam qua Chriſtus de virgine naſci dignatus eſt. Tunc omnes ſancti patres cœperunt ſimul Deum collaudare, & magnificare. Quinta conſolatio fuit beatiſſimæ virginis, quæ debuit poni ante præcedentes, ſed ideo eam in fine poſui, quia ea quæ in fine dicuntur, melius memoriæ imprimuntur, vt no. in l. & liquido ff. de condi & demõſt. Et idem dicit Gregorius in homilia Pentecoſtes. Dico igitur quod beatiſſima Virgo de parturitione, & natiuitate filij ſui benedicti indicibilem conſolationem recepit, quæ ſine vllo dolore, immo cum maxima iucunditate & ſuauitate eum parturiuit, ſicut ſup. probatũ eſt in parte præcedenti huius operis ſer. 7. part. 1 Et habetur a Theologis in 3. di 4. & ibi beatus Bona & Alexan Lombardus art 1 q 7. Vnde ipſa benedicta virgo reuelauit B. Brigidæ, quod in parturitione ſui filij tota repleta fuit dulcedine, non ſolum quoad omnia mẽbra corporis, ſed etiam quo ad omnes potentias animæ. Gaudebat etiam quia pepererat ſeruata virginitate cum pudoris lilio. Vnde legitur in chronicis ordinis noſtri, quod Deus ſemel reuelauit beato Ægidio noſtro, quo ſ[illegible] frater ibat ad eum, vt interrogaret qualiter virgo parturijt? Cui frater Ægidius perrexit obuiam eum baculo in manu. Et cum ei appropinquaſſet, dixit illi: Scio quid quæris. Tunc autem leuauit baculum terram percutiens, & dicens, Virgo ante partum. Et ecce ſtatim lilium ortum eſt. Deinde iterum dixit: virgo in partu Et ecce aliud lilium. Percuſſit etiam tertio dicens, virgo poſt partum Et ſtatim aliud lilium exortum eſt in ſignum pudicitiæ virginalis: Iucundabatur etiam de filio, quia ſibi erat vnicus, & totus ſuus, in cuius generatione nullus pater habebat partem. Et ideo ſicut ſecundum Scotum in 1 ſen. *Tota virtus æterni patris eſt in filio ſecundum diuinitatem, ſic in ipſius Christi humanitate erat tota virtus matris.* Conſolabatur etiam ſummopere conſiderans, quantum bonum eſſet ipſam peperiſſe talem filium. Vnde non ſolum gaudebat de ſe, ſed etiam de omnibus ſaluandis per ſuum partum, ſcilicet hominibus præteritis, præſentibus, & futuris. Iubilabat inſuper, quia vt inquit Petrus Ioannis ſuper Luc. Non ſolum conſiderabat humanitatem paruuli, ſed etiam diuinitatem verbi æterni, & clarius quam fecerit Paulus, quando raptus fuit ad cælum 2. Cori. 12. Et quam Stephanus videns cælos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris Dei. Act 7 A corpore etiam filij ſui, maximè à vultu iucundiſſimo exibat ſplendor mirabilis, totum illuminans mundum, & ſapor ac ardor indicibilis maternum lætificans corpus, & animam. Poſſumus autem deuote contemplari, quod benedicta virgo, & Ioſeph ſcientes natiuitatem Chriſti in proximo imminere, diligenter ſe præparabant ſecundum ſuam paupertatem ad recipiendum filium Dei. virgo parabat panniculos, & alia neceſſaria, vt faciunt mulieres, quando ſunt prope partum. Ioſeph vero emit vitulum, vt faceret feſtum. Cum autem audiſſet fieri præceptum Imperatoris, vt omnes ad ciuitates, à quibus trahebant originem, proficiſcerentur, de quo melius dicetur in ſequenti ſermone, cœpit flere, & ſic lachrymans perrexit domum, & cum maxima triſtitia, & dolore narrauit præconium, quod ſub pœna mortis ſenſerat fieri, ipſi beatæ virgini, & dicebat: Heu mihi miſero, quia cum neceſſe habeam ire ad ciuitatem Bethleem, non potero videre ſanctam natiuitatem filij Dei, à ſanctis patribus ita deſideratam, nec potero ſponſam meam adiuuare, & ſeruire ei, ſicut mereretur: ducere autem illam per tam longam & laborioſam viam, periculum eſt. Piiſſima autem virgo conſolabatur eum, dicens: Ne plores, ego enim Deo adiuuante incolumis veniam vobiſcum, & ibi pariam filium meum, ſicut prophetæ prædixerunt. Melius enim ſciebat, & intelligebat prophetias quam ipſi prophetæ, qui eas ſcripſerant. Tunc ſanctus Ioſeph eam reuerẽter ponens ſuper aſinam, manu ducebat vitulum. Ecce quomodo Regina cæli vadit comitata Et tunc verificata fuit prophetia Aggæi 2. c di. *Adhuc vnum modicum dicit Dominus, & ego mouebo cælum, & terram, mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus.* Modicum dixit, quia paruum tempus tranſiuit à prophetia Aggæi vſque ad natiuitatem Chriſti. Tunc autem Deus mouit cælum, quia angelicos ſpiritus totamque cæleſtem curiam pro natiuitate filij ſui gaudio, & lætitia, ac tripudio repleuit. Item mouit terram, id eſt virginem Mariam, vt ſicut terra dat nobis fructum corporalem, ita ipſa nobis fructum vitæ pariendo produceret. Mouit quoque mare, & aridam, quia omnes gentes tunc & per mare, & per terram proficiſcebantur ſinguli ad ſuas ciuitates natiuas. In ciuitatem ergo Bethleemiticã cum tãdem peruenissent propter tarditatem horæ, verificatum fuit in ipſis illud commune prouerbium: Semper caret bono hoſpitio, & bona cœna, qui ad hoſpitandum vadit tarda hora. Nam licet omni-

Cõtemplatur autor quomodo B Virg. & Ioſeph non inuenerint hoſpitium.

omnibus indifferenter debeat fieri hoſpitalitas. c. quieſcamus 42. di. quæ etiam apud barbaros inuiolabiliter cuſtoditur c. offerat. 32 q. 7. Tamē ipſos, quia forte ſine pecuniis erant, nullus, licet cum magnis precibus, & amore Dei rogarent, hoſpitare voluit. Vnus enim hoſpitalarius, videns Ioſeph pauperculum, & beatam Virginem grauidam, cogitabat quod ipſa occuparet totam vnam cameram. vnde dixit ei. Si citius veniſſetis, habuiſſetis hoſpitium, nunc vero tota domus plena eſt hoſpitibus, & ideo recedite. Alius vero cogitans, quod parum cum eis poſſit lucrari, dixit: Ego expecto vnum magnum Dominum cum magna comitiua, & ideo non poſſum vos hoſpitari. Alter autem interrogans ſanctum Ioſeph, vnde veniret. Intellecto itinere quod fecerant, dixit ei. O ſtulte ſenex quam magna fuit indiſcretio tua, ducere iſtam puellam ſic delicatam per tam aſperam, & difficilem ac longam viam: nolo in domo mea hoſpitari gentes indiſcretas. Ad alium ergo cum perueniſſet; ille cœpit eum irridere, dicens ſociis ſuis: Videte iſtum inſipientem ſenem, qui eſt zelotypus ſuę vxoris, & ideo ipſam vbique ſecum ducit: Vade igitur ſenex fatue, quia nolo ſtultos, nec zelotypos tenere in domo mea. Alius autem dixit ei: O ſenex dementate, quare circunducis per totam ciuitatem hanc iuuenculam grauidam? Reduc eam ad hoſpitale mulierum. Cum ergo ad illud perueniſſet, requirens hoſpitium: Reſponſum ei fuit quod illud erat hoſpitale infirmorum, vnde ibi non poterat hoſpitari. Alter vero hoſpes inquit: O inueterate dierum malorum, crudelis, & impie; quare vxorem tuam, cum vtero tam magno, & partui propinquiſſimam, cum periculo abortus in tam magnum tumultum hominum adduxiſti? quare non dimiſiſti eam requieſcere in domo tua? ne credas quod velim permittere; quod pariat in domo mea, & conturbet mihi totum hoſpitium. Vade ergo, & quære alibi habitaculum. Hæc autem omnia fiebant diuina diſpoſitione, quia hoſpites illi erant mali, & non merebantur hanc gratiam, vt in eorum domo Chriſtus naſceretur. Ab omnibus igitur vituperoſe repulſam habens, neceſſe habuit ad præſepe declinare. In quo introducta dilectiſſima ſponſa Dei, & ſua, non ſine lachrymis dixit Deo: O Domine Deus, parce mihi quod in tam vili loco collocaui matrem veſtram. Cum autem perrexit Ioſeph per ciuitatem, ad procurandum cibaria pro animalibus, & paleam pro ſternendis iumentis: & vt faceret lectum, ſicut melius poterat Reginæ cæli: Ipſa benedicta virgo partui vicina, contemplabatur interim humilitatem Dei, & ſui nihilitatem, & dicebat: O Domine Deus, rex regum, & imperator Angelorum, quæ ſum ego, vt habitare dignatus ſis 9. menſibus in vtero meo? Quæ eſt ſufficientia ancillæ tuæ, vt parere, & educare debeat regem æternæ gloriæ? Sed poſtquam tibi placuit me eligere in tuam matrem, fuit voluntas tua ſanctiſſima, & cum magno deſiderio à ſanctis patribus expectata. O fœlix illa hora, in qua videbo te Deum meum ex me natum, quando te meis brachiis dulciter aſtringam, ore deoſculabor, & meo lacte paſcam. In talibus autem deuotis orationibus exiſtente virgine, & Deo infinitas gratias de tanto beneficio ſibi collato referente, reuerſus eſt Ioſeph, & diuerſorium illud prout ſecundum poſſibilitatem ſuam valuit, ordinauit. Sed cum beatiſſima virgo ſciret per diuinam reuelationem ſe, in hac nocte ſacratiſſima debere filium ſuum parturire, tota ipſa nocte in oratione deuotiſſime ſtetit. Prima igitur vigilia noctis venit de cælo lux valde ſplendida, quæ ſolam virginem cooperuit, & magna multitudo Angelorum primæ Hierarchiæ pariter deſcendit, dulciter canentium illum verſiculum Pſalmi. *Egrediatur Dominus de loco ſancto ſuo, veniat, vt ſaluet populum ſuum.* In ſecunda autem vigilia noctis venit lux maior de cælo, quæ nō tantum Mariam, & Ioſeph cooperuit; ſed etiam totam domunculam, ſiue tugurium, in quo erat beata Virgo: & cum ea luce pariter deſcendit magna multitudo Angelorum ſecundæ hierarchiæ dulciſſimè canentiū, & dicentium: *Ecce iam venit deſideratus cunctis gentibus.* In hora vero mediæ noctis venit de cælo maxima lux: quæ non ſolum domum illam intra, & extra cooperuit: ſed etiam totam ciuitatem, immo etiam totum mundum illuminauit: ita vt quilibet miraretur, quod media nocte dies clara videbatur: & cum ea luce pariter deſcendit maxima multitudo Angelorum tertiæ hierarchiæ dulciſſime canētiū illud Eſa. 45. *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem*: & iſti omnes Angeli in humana ſpecie pulcherrima apparebant: & B. Virginem laudabant: atque ei gratias referebant, quia eorū reſtauratorem generaſſet. O benedicte Ioſeph, dic mihi, quid tunc faciebas? profecto lacrymas ex deuotione continere nō poteras. Ipſa vero Virgo beatiſſima tota abſorpta in abyſſo diuinæ contēplationis & cōſolationis, ſentiens in vtero ſuo ſacratiſſimo moueri filiū ſuum, & exire velle

Oratio virginis partui vicina ad Deum.

Digitized by Google

tuum amplexandum, ſicut feciſti paſtoribus, ſaltem ſummitatem pedis, vel manus eius ad reuerenter tangendum, & oſculandum: & concede nobis, vt hic te cum filio tuo diligamus, & veneremur in hac vita, vt poſt modum tecum, & cũ illo regnemus in æterna ſæcula ſæculorum. Amen.

DE EIVSDEM BEATISSIMAE Virginis Parturitione.

SERMO SECVNDVS.

In quo agitur de congruitate temporis, ac loci Chriſti naſcentis, de eiuſdem paupertate, ac demum ad tria quæſita reſpondetur.

G*Erminans germinabit, & exultabit latabunda & laudans* Eſa. 35. Suſcepit equidẽ beatiſſima Virgo inæſtimabile gaudium, cum vidit ſe peperiſſe ſine corruptione, & dolore. Ratio autem gaudij poteſt aſſignari. Nam ſi vt habetur Io. 16 *Mulier cum parit, triſtitiam habet: cum autem peperit puerum, iam nõ meminit preſſuræ, propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum:* multo magis gaudere debuit benedicta mater Dei, quæ peperit ſine dolore, neq; habuit triſtitiam, nec vt quidam fatue arbitrantur, iacens peperit filium ſuum, neque obſtetricum habuit adiutorium. Vnde Hiero. aduerſus Heluidium ait: *Nulla ibi obſtetrix fuit, nulla mulierum ſedulitas intereſſit, ipſa pannis inuoluit, ipſa mater & virgo.* Credo igitur quod appropinquãte hora partus, ſenſerit virgo purissima tantam intus lætitiam, quantam non ſenſerat vnquam omnib. diebus vitæ ſuæ: & oẽs ſenſus ſpirituales, & corporales quadã inenarrabili ſuauitate replebantur, & ſic repleta gaudio cum immenſo dulcore à nulla vnquam creatura guſtato, peperit mellifluum filium ſuum. O gaudium vere incogitabile; cũ virgo glorioſa videbat oculis corporeis, quem ſancti patres; cæteriq; electi tantum affectauerant videre, quem etiam non alterius filium eſſe ſciebat, quam ſuipſius, & Dei. De hoc autẽ gaudio B. Virginis prædixit Eſaias propheta in verbis thematis noſtri. Super quib. quatuor conſiderationes facimus.

Prima dicetur temporalitatis.
Secunda localitatis.
Tertia paupertatis.
Quarta vero cauſalitatis.

PRIMA PARS HVIVS ſermonis: in qua agitur de congruitate temporis Chriſti Natiuitatis.

PRo expeditione huius partis, eſt ſciendum, quod Chriſtus tanquam Dominus, & conditor omnium, elegit ſibi tempus in quo naſceretur, ſicut etiam elegit ſibi matrem, de qua naſceretur, vnde noluit naſci in æſtate, ſed in profundo hyemis, ſcilicet 8. Cal. Ianuarij, quando aſperitas hyemalis eſt maior: & ſic non delectabilitatem æſtatis, ſed aſperitatem hyemis ad natiuitatem ſuam elegit, vt ex tunc carnis afflictionem iam pateretur pro ſalute noſtra. Cuius temporis conuenientia, & congruitas ad natiuitatẽ Chriſti aſſignatur ſecundum Tho. in 3. parte ſummæ q. 35 art. 8 tribus rationibus. Et primo ratione radicationis, nam illo tempore lucis ſolaris claritas augmentum recipit, & ideo tũc Chriſtus naſci voluit, quando talis lux augeri incipiebat, vt oſtenderetur quod ipſe veniebat, vt homines creſcerent in lucem diuinam, ac tamdiu in hac luce proficerent, quamdiu pertingerent vſque ad perfectũ diem vitæ æternæ, vt demonſtraretur quod *ipſe eſt lux vera, quæ illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum.* Io 1. Vnde Aug. ſermone 10 de natiuitate Domini ait: *Hodie natus eſt Chriſtus, illuminatus eſt mundus. exultate ergo virgines ſanctæ, virgo nobis peperit, cui ſine corruptione nubatis; exultate omnes Chriſtiani, natalis eſt Chriſti: exultate ſerui, natalis eſt dominantis: exultate liberi, natalis eſt libertatis: exultate debiles & ægroti, natalis eſt redemptoris.* hæc ille.

Tempore augmenti lucis ſolaris Chriſt⁹ naſci voluit.

Secundo cõgruum fuit, Chriſtum tali tempore naſci, ſcilicet tẽpore Octauiani Cæſaris, nam tunc erat totus mundus ſub Imperio ipſius Imperatoris Romani in pace, & ideo Chriſtus voluit iſto tempore naſci, quia pacem omnibus dare veniebat. Vnde Hiero. ſuper Eſa inquit: *Veteres reuoluamus hiſtorias, & inueniemus vſq; ad 28. annum Cæſaris Auguſti in toto orbe terrarum fuiſſe diſcordiam ortam, orto autem Domino, bella ceſſauerunt: iuxta illud Eſai 2. Non leuabit gens contra gentem gladium, ad oſtendendum quod Chriſtus ideo naſci voluit, vt filios, qui erant diſperſi, congregaret in vnum, vt eſſet vnus paſtor, & vnum ouile. Io. 10.* hæc ille. Non tamen ſolũ ceſſauerunt tunc bella,

2. Tempore pacis totius mundi.

Digitized by Google

la, quinimo ante natiuitatem per 12. annos maxima pax fuit in toto mundo, ad oſtendendũ quod ille naſcebatur, qui eſt pax noſtra faciens vtraque vnum, vt ait Apoſtolus ad Ephe 3. Hinc eſt etiam quod autoritate iſtius vnius principis, & Imperatoris, totus mũdus deſcriptus eſt, iuxta illud Lu. 2. *Exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis* vbi Greg. ait: *Quid eſt quod naſcituro Domino mundus deſcribitur, niſi quia ille veniebat in carne, qui electos ſuos adſcriberet in æternitate?* quod contra de reprobis per Pſal. 68. dicit. *Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis nõ ſcribantur.* In quibuſdã vero chronicis legitur, quod appropinquante Chriſti natiuitate, Octauianus per mundum vias publicas fieri præcepit, & omnia debita Romanis dimiſit, vt oſtenderet quod ille in mũdum veniebat, qui debita peccatorum volebat dimittere, & cui debebat viam cordium ad illius ſuſceptionem omnes præparare, iuxta illud Eſa. 40 *Conſolamini popule meus, dicit Dominus, loquimini ad cor Hieruſalem, dimiſſa eſt iniquitas illius*, ſcilicet per incarnationem filij Dei. *ſuſcepit de manu Domini duplicia, pro omnibus peccatis ſuis. Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas Dei noſtri* Prædictus autem Imperator Octauianus, vt ſcribit Suetonius, & Eutropius, natus eſt ex patre Octauio ſenatore, & matre Actia nepte Iulij Cæſaris, genita ex Iulia ſorore ipſius Cæſaris, quæ nupſerat Lucio Balbo. De hoc Octauiano refert Plinius in 2. lib. naturalis hiſtoriæ, quod cum quadam vice vrbẽ Romanam intraret, apparuerunt ſtellæ in modũ coronæ poſitæ ſuper caput eius. Hinc ſedatis omnibus bellis, orbem totum ſubegit Imperio Romano, cunctis inimicis, & turbantibus imperiũ Romanum, deuictis. Vnde canebat Ouid. in 1. de faſtis: *Iupiter arce ſua totum cum ſpectat in orbem, Nil niſi Romanum, quod tueatur habet.* Quæ verba dixit tempore huius Octauiani Imperatoris. Regnauit autem annis 56. Duodecim cum Marco Antonio, & Marco Lepido. & 44. per ſe Et vt dicit Solinus de mirabilibus mundi, tempore huius Auguſti plurimum arma ceſſauerunt, & ingenia valde floruerunt Fuerunt enim tunc Horatius Flaccus, Virgilius, Ouidius, Macer, Catullus Veronenſis, Terentius Varro, Marcus Tullius Cicero, Appolodorus, Valerius Meſſala Valerius Maximus, Saluſtius, & alij quam plurimi, & vt dicit Oroſius, Octauianus ipſe rediens victor ab oriente; cum triplici triumpho vrbem ingreſſus eſt, & tunc Auguſtus appellatus eſt, & ſalutatus, eo quod imperium Romanum auxiſſet. Cum ergo pacificum teneret Imperium, edictum fecit, vt ſupradictũ eſt, vt deſcriberetur vniuerſus orbis,

De Octauiano Cæſare.

vt ſciret, quot prouinciæ, & quot homines eſſent in toto orbe, & dicebatur deſcriptio, quia numerus eorum qui cenſum ferebant, redigebatur in ſcriptis, vt refert Magiſter in hiſtoria ſcholaſtica. Dicebatur etiam profeſſio, quia quilibet offerens denarium ſuum præſidi, ponebat illum ſuper caput ſuum, & proprio ore profitebatur ſe eſſe ſubditum Imperio Romano. Regnante igitur iſto Imperatore pacifico, Chriſtus Dei filius naſci voluit, ratione quam ponit venerabilis Beda, ſuper Luc. di. *Naſciturus in carne Dei filius, ſicut de Virgine natus, diuinitatis ſibi decus oſtendit eſſe gratiſſimum, ſic pacatiſſimo tempore ſeculi procreatur, qui pacem quærere docuit, & pacis ſectatores viſitare dignatur. Nullum autem potuit maius eſſe pacis indicium, quam vna totum orbem deſcriptione concludi, cuius moderator Auguſtus tanta 12. annis circa tempus Dominicæ Natiuitatis pace regnauit, vt bellis totius orbis ſopitis Prophetia præſagium ad literam videatur impleſſe* hæc ille Theophilus vero dicit [Conueniens erat, vt per Chriſtum multorum deorum cultus deficeret, & vnus Deus coleretur, vnde vnus rex orbi imperaſſe deſcribitur Nec exiſtimare debemus regẽ regũ Ieſum Chriſtum ſub deſcriptione mundi natum abſq; myſterio, & rationabili cauſa,] quapropter Orige. ait. *Diligentius intuenti manifeſtum eſt, ſacramentum quoddam inde ſignificari, quod in totius orbis profeſſione deſcribi oportuerit Chriſtum, vt cum omnibus ſcriptus omnes ſanctificaret.* Tertia ratio quare tali tempore naſci voluit Chriſtus, dicitur ſubiectionis: quia, ſi licet tunc Iudæi, ſub iugo ſeruitutis erant, & ideo quia Chriſtus venit nos de ſtatu ſeruitutis in ſtatum libertatis reducere, ſicut mortalitatem noſtram ſuſcepit, vt nos ad vitam reduceret, ita vt dicit Beda, ſeipſum naſcens ſeruituti ſubdidit, vt a ſeruitute liberaret. Vnde Chryſ. ſuper Mat ait: *Quando Iudaica gens ſub Iudaicis regibus, quamuis peccatoribus erat, prophetæ mittebantur ad remedium eius: nunc autem quando lex Dei ſub poteſtate regis iniqui tenebatur, naſcitur Chriſtus, quia magna & deſperabilis infirmitas medicum artificioſiorem quærebat.* hæc ille. Præterea voluit & Chriſtus naſci tempore regis alienigenæ, vt impleretur prophetia Iacob Gen. vli. dicentis: *Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium & ideo iſto die debemus Deo laudes reddere, & æternã gloriam tota mente cogitare, quoniam eũ Deus fecit ſingulariter glorioſum filij ſui natiuitate.* Vnde Auguſt ſermone 14. de natiuitate Domini ait: *Hodie veritas de terra orta eſt, Chriſtus de carne natus eſt. gaudete itaq; ac ſolenniter hunc diem celebra-*

3. Tempore ſeruitutis Iudæorum, naſci voluit Chriſtus.

Digitized by Google

te, æternaque dona ſpe firmiſſima concupiſcite, filij Dei eſſe accepta poteſtate præſumite. propter nos enim temporalis effectus eſt temporum effector: propter nos in carne apparuit mundi conditor; propter nos creatus eſt creator. quid adhuc mortales rebus mortalibus oblectamini, & fugitiuam vitam, ſi fieri poſſet, tenere conamini? ſpes longe clarior affulſit in terris, vt terrenis vita promitteretur in cælis. hæc ille. Ex quibus omnibus patet, quam congruo tempore Chriſtus de virgine natus eſt.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis de congruitate loci Chriſti naſcentis

Chriſtus ſpiritualiter, quatuor ciuitates elegit.

Sicut Dominus noſter elegit tempus natiuitatis, ita etiam elegit locum. vnde ſciendum ſecundum Thom. 3. parte ſumm. q. 35 quod Chriſtus ſpiritualiter quatuor ciuitates elegit, ſcilicet Nazareth ſuæ conceptioni, Hieruſalem ſuæ paſſioni, Romam Eccleſiæ principatui, & Bethleem ſuæ natiuitati. Primo enim voluit in Nazareth concipi, & nutriri, ad exprimendam humiliationem, & extirpandam elationem. nam ſuperbi homines de hoc præcipue gloriantur, quod de ciuitatibus nobilibus ducunt originem, in quibus volunt præcipue honorari. Chriſtus autem vt ſuam humilitatem oſtenderet, & iſtorum ſuperbiam, & inanem gloriam confutaret, contrarium fecit, quia apud ciuitatem paruam, & ignobilem voluit concipi, & nutriri. Vnde Io. 1. dicebat Nathanael *A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?* quaſi admiratus, quod Chriſtus de tam vili ciuitate eſſet oriundus. Secundo elegit Hieruſalem paſſioni, tum vt in ea propter ſui nobilitatem, ſedem tectori conſtrueret, et templum Dei ædificaret, & ſic Hieruſalem eſſet ſimul et ciuitas regalis, & ſacerdotalis. Sacerdotium antẽ Chriſti, & regnum eius præcipue conſummatum eſt in paſſione eius. Tum propter ſui humiliationẽ, & noſtram eruditionem, vt dictum eſt, & his de cauſis noluit in Hieroſalem naſci ſed potius opprobriũ pati. Tertio inſuper noluit naſci Romæ, quia ſicut dicitur in quodam ſermone Epheſini concilij: *Si maximam Romam elegiſſet ciuitatem propter potentiam ciuium, mutatio crbis in orbis terrarum putarent: ſi vero filius fuiſſet imperatoris, vtilitati huius mundi adſcriberẽt. Sed vt humanitas Chriſti oſtenderetur, & diuinitas cognoſceretur orbem transformaſſe terrarum, pauperculam elegit matrem, ac pauperiorem & ignobiliorem patriã.* Nam vt dicit Apoſtolus 1. ad Corin. 1. *Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia.* Sed bene elegit Romam Eccleſiæ ſuæ principatui, vt videlicet ipſa eſſet caput Eccleſiæ, tum in ſignum perfectæ victoriæ, tum vt exinde fides deriuaretur & diffunderetur per vniuerſum mundum: tum vt ſua poteſtas magis oſtenderet, & ſic ipſe Chriſtus magis agnoſceretur, ſecundum illud Eſai. 26. *Ciuitatem ſublimem humiliabit, & conculcabit eam pes pauperis, & greſſus egenorum,* id eſt Apoſtolorum Petri, & Pauli. Roma enim eſt caput omnium ciuitatum. inſti. de ſatiſda. tu §. fi. & etiam caput totius orbis l. nemini. C. de conſue lib. 12. & eſt cõmunis patria. l. Roma ff. ad muni. & omnium terrarum, ac nationum continet principatum 2. q. 7. c beati. Quarto elegit Bethleem ſuæ natiuitati, vt ſup. dictum eſt, quia in omnibus actibus ſuis ſe humilem exhibere voluit. vnde dicitur in Euangelio huius feſtiuitatis Luc. 2. quod cum *poſt emanatum edictum Imperatoris de deſcriptione orbis, oẽs irent, vt profiterentur ſinguli in ciuitatem ſuam, aſcendit & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethleem, eo quod eſſet de domo & familia Dauid, vt profiteretur cũ Maria deſponſata ſibi vxore prægnante* Dauid enim erat de ciuitate Bethleem, vt habetur 1. Regum 16. Tres autem rationes poſſumus aſſignare, quare apud ciuitatem iſtam voluit Chriſtus naſci, vltra prædictas. Quarum prima dicitur adimpletionis, ſcilicet prophetiæ, quæ habetur Mich. 5. *Tu Bethleem* &c. quam poſui in præcedenti ſerm parte 1. Secunda ratio dicitur interpretationis, quia ſecundum Grego in moral. Bethleem interpretatur domus panis. Ipſe autẽ Chriſtus ait Io 6. *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi:* ergo ad hanc interpretationem verificandam, in Bethleem eum naſci congruum fuit. vnde Grego. in homil. natiui. Domini ait: *Locus in quo Dominus naſcitur, domus panis antea vocatus eſt, quia futurum profecto erat, vt ille ibi per naturam carnis appareret, qui electorum mentes in æterna ſatietate reficeret.* Tertia ratio dicitur ſignificationis, quia vt Greg. in prædicta homil. inquit: *Propter humanitatem, quam aſſumpſerat, quaſi in alieno naſcebatur non ſecundum poteſtatem, ſed ſecundum naturam.* Rex etiam dicit Beda: *In diuerſorio loco egit, vt nobis multas manſiones in domo patris ſui prepararet.* Et Auguſt. in ſerm. de purificatione Virginis. *In præſepe dignatus eſt poni, vt eſſet piorum cibaria iumentorum:* qui etiam Augu. propter prędicta hortatur fideles ad reuerentiam huius loci, in quo Chriſtus natus eſt in li. 1. cõtra Iulianum di. *Venerare natiuitatem quæ à terris na-*

Cur Chriſtus elegerit Romam Eccleſiæ ſuæ principatui.

Digitized by Google

natiuitatis vinculis liberatus es, honora Bethleem villam, & minimam, per quam tibi regreſſus ad paradiſum patefactus eſt.

PARS TERTIA HVIVS ſermonis de paupertate Dei naſcentis.

Primogenitus non reſpicit ſecundum, ſed quē nemo antecedat.
Luc.2.

LVcæ 2. dicitur: *Factum eſt autem cum eſſent ibi*, ſcilicet apud Bethleem, *impleti ſunt dies, vt pareret, & peperit filium ſuum primogenitum* hic autem non accipitur primogenitus reſpectu ſecundi, ſicut in l. qui duos 1. reſponſo. ff. de rebus dubijs, ſed dicitur primogenitus, quia eum nemo antecedit ſicut in l. proximus ff. de ver. ſignifi. & etiam habetur in dicta l. qui duos. Sequitur in Euangelio, *& pannis eum inuoluit, & reclinauit in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio*, & tunc verificatum eſt illud Luc. 9. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.* Diuerſorium vero quid ſit, tractant legiſtæ in l. ſi horreum, quæ eſt lex tertia. ff. in quibus cau. pignus vel hypo. contra. & canoniſtæ in c. quoniam 19. qu 3. Sed ſecundum magiſtrum in ſcholaſtica hiſtoria, dicitur operimentum, quod eſt inter duas domos, ſic . . . tantes ad colloquendū, vel propter aeris intemperiem diuertebant. In hoc ergo diuerſorio ſecundum quoſdam Ioſeph, qui faber erat, parauit præſepe boui, & aſino, vel ſecundum alios ibi erat præſepe per multa tempora factum ad ſeruitium tranſeuntium. Dicunt autem quidā deuoti doc. quod cum Ioſeph cum beata Virgine veniſſet ad ciuitatem Bethleem, tum quia pauperes erant, tum quia tarde venerant, plane eum pertexerant, quia beatiſſima Virgo erat vicina partui, vnde fuerant de vltimis. Item quia ex ipſa ciuitate multi reges, & potentes perſonæ originem traxerant, tam multæ gentes aduenerant, quod omnes habitationes erant occupatæ, cum hoſpitijs, vnde non potuerunt hoſpitium inuenire, & neceſſe habuerunt ad diuerſorium ſe reducere. Nos vero dicere poſſumus quod hoc diuina voluntate factum eſt, vt nobis daretur exemplū humilitatis, & paupertatis amplectendæ. Item vt verificaretur prophetia Eſai 1. *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe* Domini ſui, &c. Baruch 3. c. vbi dicitur, *Filio Dei in medio duorum animalium cognoſceris*, ſecundum vnam tranſlationem. Voluit autem Dominus poni in medio iſtorum duorum animalium, vt oſtenderet quod populum Iudaicum, & gentilem coniungere debebat ad ſuum ſeruitium. Nam tunc aratur in boue, & aſino, quando diuerſæ profeſſionis homines ſimul coniunguntur in vno officio c. in nona 16 q. 7. Mirare quæſo anima deuota quam extrema fuerit paupertas regis cælorum, & omnium creaturarum pro te naſcentis. Audi Hier. ad Marcellam dicentem: *Quo ſermone, qua voce ſpeluncam tibi ſaluatoris exponam, & illud præſepe, in quo infantulus vagijt, ſilentio magis quam ſermone honorandum eſt. vbi ſunt latæ porticus, vbi aurata laquearia, vbi domus damnatorum pœnis, laboreque veſtita, vbi inſtar palatij operibus extructa baſilica, vt vile corpuſculum hominis precioſius ambulet, & quaſi mundo quicquam non poſſit eſſe ornatius, tecta ſua magis velit aſpicere quam cælum? Ecce in hoc paruo terræ foramine cælorum conditor natus eſt: hic inuolutus pannis, hic viſus à paſtoribus, hic demonſtratus à ſtella, hic adoratus a Magis.* Et idem ad Euſtochium inquit: *Ille cuius pugillo mūdus concluditur, præſepis continetur anguſtijs. Quid erat videre filium Dei inuolutum pannis, vagientē, lachrymantem, & præ frigore tabeſcentem?* Eamus omnes quæſo cum paſtoribus, & dicamus ſibi. O Angelorum rex digniſſime, qui pro nobis ad hāc neceſſitatem veniſti, & ex paupercula matre natus in tugurio viliſſimo, non habes vbi caput reclines. Quid vis à nobis? quid tibi gratum perſoluere poſſumus? vis aurum, vel argentum, placent tibi gemmæ, vel iocalia, vel precioſa quæque delectabilia? & ſi forte illa ſpreueris quæ faciunt tantum ad ornatum, nō pro tua neceſſitate domum accipere ad habitandum, ligna, & pannos ad calefaciendum? & mox infantulus iſte clamabit. O rationales creaturæ, nolo mundi diuitias, nolo delicias, nolo magnificētias, ecce carnem aſſumpſi, vt pro vobis triginta & tribus annis laborans affligerer indeſinenter, in fame, & in ſiti, in vigilijs, in peregrinationibus, in anguſtijs, in perſecutionibus, in plagis, in verberibus, & in ſanguinis effuſione vſque ad mortem. ſi mihi placere cupitis, qui vos tā diligo, peccata veſtra mihi donate, illa ſuper humeros meos ponite, dolentes in corde veſtro de omnibus commiſſis veſtris, & ego pro vobis omnibus ſatisfaciam, ego omnium pœnitentiam portabo. O humani cordis duritiés cur non flecteris? cur non moueris ad vocem Saluatoris? ſed tu quid faciebas ô Virgo piiſſima, quando factorem omnium videbas in aſſumpta carne tam infimo in loco natum? credo quod lachrymas continere non poteras ante oculis tuis, quæ tanto magis compatiebaris, quanto clarius cernebas de altitudine ſacramenti. Nempe animus humanus excogi-

Hiero de præſepe Domini.

excogitare non ſufficit, qualiter tu virgo benigniſſima dilecti filij tui arctiſſimam paupertatem defleuiſti. Sed o benedicta virgo aliquantulum conſolare, conſiderans quod filius tuus fecit more bonorum & excellentium imperatorum, qui ante ſe deferri faciunt vexilla ſua, quę ad pugnam contra hoſtes deferre intendunt. Filius enim tuus in hunc mundum veniens, ſignum, & vexillum ante ſe portauit, in quo picta eſt humilitas, paupertas, & auſteritas: quibus malignũ hoſtem diabolum debellabit.

PARS QVARTA HVIVS ſermonis continens reſponſionem ad tria quæſita.

Cur in nocte Natiui. Domini miſſa celebretur.

PRo expeditione huius partis quæritur, qua de cauſa nocte natiuitatis Domini Miſſa celebretur, cum in aliis feſtiuitatibus tantum in die celebrare liceat? Ad quod reſpondet Teleſphorus à Petro Papa 4 vt habetur de conſecrat. di. 1. c. nocte ſancta, quod nocte ſancta natiuitatis Domini miſſas celebrant presbyteri, & hymnum angelicum, ſcilicet *Gloria in excelſis*, in eis ſolenniter decantant: quoniam & eadem nocte ab Angelo paſtoribus eſt nunciatus, & ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis laudantium, & dicentium: *Gloria in excelſis Deo*: ſuper quo dicit gloſſ. quod hæc verba tantum dicta ſunt ab Angelo: ſed alia, ſcilicet *& in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, addidit Hilarius.

Quare tres miſſæ dicãtur in die natalis Domini.

Quæritur ſecundo, quare tres miſſæ celebrãtur? Reſpondet Bernard. in gloſſ. extra de cele. miſ. c. conſuluiſti, quod celebrantur propter myſteriũ; quoniam per illas tres miſſas repręſentantur tres ſtatus, ſcilicet ſtatus ante legem, ſub lege, & ſtatus gratiæ. Nam illa quæ cantatur in nocte, repræſentat ſtatum illorum qui fuerunt ante legẽ, quoniam omnes erant in tenebris. Et ideo in aliquibus Eccleſiis dicitur in prima miſſa, *Populus qui ambulabat in tenebris*. Secunda miſſa dicitur in aurora, & ſignificat tempus ſub lege, in quo iam incipiebant ex parte ſcire Chriſtum, propter dicta legis, & prophetarum, ſed nõ plene, & ideo cantantur inter diem, & noctem. Et introitus dicitur, *lux fulgebit*. Tertia dicitur in die, per quam deſignatur tempus gratię ſcilicet præſens, in quo orta eſt lux Chriſtus Dominus noſter, & ideo in officio miſſæ dicitur: *Puer natus eſt nobis*. Alij autem dicunt quod quia in Chriſto ſunt tres ſubſtantiæ, ſcilicet diuinitas, anima, & corpus. Ideo in eius natiuitate tres cantantur miſſæ, vna in nocte profunda, ad ſignificandam diuinitatẽ, quæ omnino nobis eſt occulta. Alia in aurora ad denotandam eius animam, quæ nobis partim fuit occulta, & partim manifeſta. Tertia cantatur luce clara ad ſignificandam eius carnem, quæ nobis fuit manifeſta.

Quare tempore pacis naſci voluit Chriſtus

Tertio quæritur, quare Chriſtus naſci voluit tempore pacis? Reſpondetur vltra rationes ſupra allegatas, quod hoc fecit, vt impleretur prophetia Eſa. 2. *Conflabunt gladios in vomeres, & lanceas ſuas in falces, non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium*. Item vt ait Hugo cardinalis ſuper Lucæ 2. Hoc egit, vt oſtenderet quod ipſe reformaturus erat pacem inter Deum, & homines: inter Iudæum, & gentilem, inter hominem, & Angelum: fecerat ſiquidem pacem in cœlo, & venit facere pacem in terra. Vnde Iob 25. dicitur: *Qui facit concordiam in ſublimibus ſuis*. Item ad demonſtrandum quod ipſe eſt rex pacificus: vt canit Eccleſia in ſolennitate occurrenti, & ſic appellat eum Gregor. 9. in prologo decretalium. Quia ergo autor pacis non bene colitur, niſi tempore pacis cle. 2. §. ſcimus. de ſepul. & c. decet de immu. eccle. li. 6. Ideo voluit, vt tempore natiuitatis verificaretur illud Eſa. 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in requie opulenta, & in tabernaculis fiduciæ* tranſſumptiue in c. fundamenta. § proinde officij de elec. li. 6. q. d. naſcendo, Pacis lenitas ſopiat, quod belli calamitas introduxit l. 1 in prin. C. de cadu. tol. Intantum namque eſt amator pacis, quod eam vſque ad ſanguinis effuſionem quæſiuit. Vnde vt ait Pſalm 75. *Factus eſt in pace locus eius*. In hoc etiam oſtendit quod deſiderabat in nobis eſſe pacem, iuxta illud pſal. 88. *Audiã quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam*. Seruemus ergo, & pacem, & concordiam, ſi volumus paruulum Virginis libenter conuerſari nobiſcum. Vnde Apoſtolus 2. ad Cor 13. inquit: *Pacem habet Deus pacis erit vobiſcum*, ſcilicet hic per gratiam, & in alia vita per gloriam, Amen.

Digitized by Google

DE EADEM BEATISSIMAE Virginis Parturitione.

SERMO TERTIVS.

In quo agitur de noſtra & B. Virgin. exultatione in Chriſti Natali, de certitudine eiuſdem, de ſuo partu, & de eius vtilitatibus.

PEperit filium ſuum primogenitum. Luc. 2. Decet regiam maieſtatem aliquando viſitare gentem ſuam, & permittere ſe videri à ſeruis ſuis, & cum illis interdum loqui, eiſque gratias elargiri, præcipue quando raro ab eis viſus eſt. Conſueuit autem rex iſta faciens, parari facere ſolium, vel thronum eius decori regio congruentem, qui quidem thronus multiplici fit ornatus apparatu. Spiritualiter rex æternus Deus remotus ſtetit à ſuo populo indignatus propter culpam humani generis illis primis parentibus transfuſam. Sed tempore plenitudinis adueniente, quia voluit rex noſter ſe populo ſuo manifeſtare, & ipſū perſonaliter viſitare: fecit ſibi thronum pulcherrimum, ſcilicet Virginem glorioſam, per quam viſus eſt cum hominibus conuerſari, & puellæ brachiis baiulari, de quo throno inquit Propheta Pſalm. 88. *Thronus eius ſicut dies cæli.* de huius quoque throni innocentia habetur 2. Reg 14. vbi dicitur, *Rex & thronus eius ſit innocens.* Nam non ſolum Chriſtus, ſed etiam B. Virgo ab omni peccato immunis fuit. Huius item Throni admirabilis figura habetur 3. Regum 10. vbi legitur Salomonem feciſſe in domo Libani thronum de ebore grandem, quem veſtiuit auro mundiſſimo, & habebat ſex gradus. Inferioritas autem, & ſummitas eius rotunda erat, & in parte poſteriori erant duæ manus, tenentes ſedile hinc inde, & duo leones ſtabant iuxta manus, & duodecim leunculi ſtabant ſuper gradus, & in illo ſolio ſedens rex Salomon, conferebat gratias. Spiritualiter namque per hunc thronum intelligitur Virgo glorioſa, quæ fuit de ebore per virginitatem, & deaurata per perfectam charitatem: ſex gradus inferiores, ſunt ſex genera ſanctorum, ſuper quos ſublimata ſedet, vltra choros Angelorum, ſcilicet Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, & Virginum. Summitas vero huius throni pro tanto dicitur rotunda, quia rotunditas in figura perfectionem ſignificat, eo quod ſit capacior omnibus figuris. nam ſublimitas glorioſæ Virginis genitricis Dei omnibus eſt latior, & perfectior. Ipſa enim cum Cherubin eſt ſapientiſſima, cum Seraphin eſt ardentiſſima, omneſque alias habet perfectiones Angelorum, & Sanctorum ipſis omnibus excellentius. Vnde Paulinus Diaconus in ſermone virginis ait: *Nec mirum fratres chariſſimi, ſi hæc admirabilis Virgo, ſanctorum celſitudinem tranſcendit mortalium, cum in hac parte etiam excellat beatorum agmina Angelorum.* Hæc ille. Duæ autem manus tenent ipſam, ſcilicet duæ naturæ Chriſti, humanitas & diuinitas; duo quoque leones iuxta ipſam, quaſi ad cuſtodiam exiſtentes, & ab hæreſibus cuſtodientes, ſunt duo Teſtamenta. Duodecim vero leunculi ſunt 12. articuli fidei, quos habuit, & ſemper tenuit. In hoc ergo throno ſedens Chriſtus rex pacificus, præbet ſe populo clementem ac benignum, ac præſto omnibus ad hunc thronum accedentibus dona elargitur. vnde Anſel. in meditationibus beatæ Virginis, dicit ipſi matri Dei: *Tu domina porta vitæ, ianua ſalutis, via noſtræ reparationis, aula vniuerſalis pietatis, ac generalis reconciliationis, vas, & templum, & ſalus vniuerſorum: tu oſtendiſti mundo Dominum, & Deum ſuum, quem neſciebat. Tu viſibilem exhibuiſti mundo creatorem ſuum, quem prius non videbat. Tu genuiſti mundo reſtauratorem, quo perditus indigebat. Tu peperiſti mundo reconciliatorem, quem reus nō habebat: per fœcunditatem tuam peccator immundus eſt iuſtificatus, exul reductus. cælum, ſydera, terra, flumina, dies, nox, & quæcunque poteſtati humanæ, vel vtilitati ſunt obnoxia, ea amiſſis: de quibus valde gratulantur, ſunt per te quodammodo reſuſcitata, quadā ineffabili gratia decorata:* hęc Anſel. De cuius immaculatæ Virginis parturitione tres conſiderationes faciemus.

Anſel. ad B. Virginē.

Maria per thronum Salom. ſignificatur, ſpiritualiter & figuratione.

Prima dicetur exultationis.

Secunda certificationis.

Tertia vero fructificationis.

PARS I

PARS PRIMA HVIVS ſermonis in qua oſtenditur, quam gaudere debeamus in Chriſti Natiuitate.

Magis nobis exultãdum, quã Angelis in Chriſti ortu.

QVantum gaudere, & exultare in hac celeberrima feſtiuitate debeamus, vltra dicta in ſermo. 1. huius partis, parte vlt. oſtenditur ex hoc quod gaudium huius ſacratiſſimę natiuitatis Domini noſtri, à ſtella Magis in oriente, & à Sibylla Octauiano in occidente, & ab Angelo paſtoribus in Iudæa, quæ eſt in medio mundi, cum maxima lætitia eſt annunciatum. Si ergo tantum exultat ſublimitas Angelorum, multo magis iucundari, & gaudere debet humilitas hominum, ita per hoc ſublimata, quia natus eſt principaliter nobis. Non enim vt ait Apoſtolus ad Hebr. 2. Angelos, ſed ſemen Abrahæ apprehendit de virgine natus. Filius etenim Dei, vt hominem liberaret ab æterna morte factus eſt homo, vt ait Leo Papa in ſer. natiuitatis. & hac de cauſa maxime debet lætari humanum genus: nam ſi in aliqua ciuitate obſeſſa à peſſimis inimicis homines illius ciuitatis fame & ſiti deficientes, omnes in procinctu eſſent, vt traderentur in ore gladij ad mortem, quidamq; adueniens eos liberaret, quis ibi eſſet qui non ſumme gauderet, & ſolennia ageret? Cum igitur ciuitas huius mundi obſeſſa eſſet, & poſſeſſa à diabolo, & Angelis eius, adeo q; deficiebant homines fame veritatis, & ſiti bonitatis, vnde hinc emigrantes ad mortem æternã deſcendebant, venit de cęlo vteri virginalis rex magnus, factus paruus, Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio, contra antiquũ hoſtem, & nos de manu eius eripuit, & liberauit, & ideo ſummopere nos oportet gratulari. Figura autem huius habetur 4. Reg. 19. vbi dicitur, quod tempore Ezechiæ regis Iuda, obſeſſa fuit ciuitas regalis Hieruſalem ab immenſa multitudine exercitus Sennacherib, regis Aſſyriorum, & ita coarctata quod homines eius timebant capi, atque in multa amaritudine, anxietateque lachrymantes reſidebant, ſed media nocte Angelus Dei deſcendens de cœlo liberauit eam occiſis 185. milibus virorum de exercitu Sennacherib, propter quod deuictus, & confuſus reuerſus eſt in terram ſuam, populus autem liberatus multis diebus feſtinauit, gratias agens Deo, repletus multis diuitis de ſpoliis inimicorum. Quanto ergo magis exultare debet genus humanum, de aduentu Regis Angelorum? qui in carne apparens, proſtratis hoſtibus eius de ipſorum ſupernis cubilibus, glorioſisque ſedibus, atque cœleſtibus opibus illã copioſè ditauit. Super omnes autem homines gaudere debuit ipſa, quæ illum peperit virgo benedicta. Sed forte quis dicet: vnde gaudium habere potuit de partu iſto, cum ſola eſſet cum vetulo Ioſeph ſponſo ſuo, non in domo à frigore, & ventis protecta, ſed in pandochio vndique tenebroſo, & magis animalibus; quam hominibus apto, non confortata à ſocietate mulierum eam viſitantium, ſed ab omnibus fœminis ſegregata: non in lecto quieſcens, ſed in terra, vel lapide duro, vbi non erat ignis deſeruiens, ſed frigus intenſum mediæ noctis: vbi etiam non erant cibi delicati, quibus indigent mulieres in partu, non confectiones, non vina precioſa, ſed auſteritas, & paupertas immẽſa. Quæ ergo illi fuit cauſa gaudendi? Ad hæc reſpõderet B. virgo, ſi præſens adeſſet. Gaudium experta ſum & delectationem, quæ declarari non poteſt. *Illud enim*, vt ait deuotus meus Ber. ſuper Eccleſiaſticum, [ſolum eſt verum & plenum gaudium, quod non de creatura, ſed de creatore concipitur, cui comparata omnis aliunde iucunditas, mœror eſt, omnis ſuauitas dolor eſt, omne dulce amarum eſt, omne poſtremo quod delectare poteſt, moleſtum eſt. Si enim propheta gaudebat in Domino, & exultabat in *Deo* Ieſu ſuo Abacuc 3. quare ego gaudere, & exultare in eo non debui ex vtero meo nato? Si Abraham à longe præuidens filij mei natiuitatem exultauit, vt habetur Ioan. 8. quomodo ego ſine ingenti gaudio, & exultatione eſſe potui, cum ipſum Meſſiam ex me genitum vidi? certe cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum: qui cum ſit fons, & origo omnis bonitatis, omnis dulcedinis, & ſuauitatis, cuius odore reuiui ſcunt mortui, cuius aſpectu lætificantur Angeli, cuius iuſſu mouentur cœli, ſuperabundabam gaudio, ipſum ex meis viſceribus generatum aſpiciendo: nec egebam conſolatione humana cum abũdarem diuina, nec ſocietate mulierum, cum adeſſet exercitus Angelorum canentium; nec terrenum cibum affectabam, quia panem viuum de cælo miſſum omnem ſaporem, & omne delectamentum in ſe continentem, & omnem appetitũ ſatiantem habebam. Mirabili igitur modo gauiſa eſt beatiſſima virgo, cum vidit æternam fœlicitatem ex ſe progenitam, nam gaudium oritur ex bono adepto. Vnde Iob 3. dicitur: quaſi effodiẽtes theſaurũ, gaudentq; vehemẽter cũ inuenerint

tant ſepulchrum, & hoc quia ſperant ibi inuenire theſaurum, quem cupiunt. Antiqui enim in ſepulcris dominorum, cum eis ponebant theſauros. cum ergo quanto maius eſt bonum, tanto maius gaudium ſequatur eum habentem, perfecto ex ſummo, & vniuerſali bono habito a benedicta virgine, ex partu ... incomparabilis conſolatio cauſata eſt. Maxime vero gaudebat, quia licet aliæ matres ... poſſint in veritate dicere filium ex toto eſſe ſuum, cum ex parte ſit viri, ipſa tamen ſola peperit filium ex toto ſuum. Pellamus autem deuote meditantes partum mentem beatæ virginis, quod licet ipſa benedicta virgo non eſſet obligata edicto Augusti Cæſaris de deſcriptione facienda, quia erat mater regis ſummi per conceptionem ... electa, tamen ad oſtendendum exemplum humilitatis, & reuerentiæ maioribus, & præſidentibus, etiam ſecularibus, & dyſcolis impendendæ voluit obedire. Octauiano infideli, iuxta illud 1. Pet. 2. *Subditi eſtote Dominis veſtris, non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam dyſcolis, & malis*, & propter eandem cauſam voluit etiam filius eius obedire præceptis principum ſecularium, vt patet in ſolutione cenſus Matt. 17. Vnde inquit Greg. in ... quid ergo ... qu. 3. *Quid ergo mirum ſi peccator homo obedientiæ in præſentis vitæ breuitate ſe ſubijcit, quando hæc mediator Dei, & hominum tenuit?* Beata igitur virgo, vt dictam obedientiam adimpleret, diſceſſit a ciuitate ſua Nazareth, quæ erat in prouincia Galilææ: & perrexit in Bethleem, quæ erat in prouincia Iudææ, cuius diſceſſio fuit valde moleſta illis bonis mulieribus, quæ erant vicinæ habitationi virginis in Nazareth: vt contemplatur Dominus Ioannes Dominici in quodam ſerm. Nam videntes beatam virginem grauidam, licet crederent eam ex Ioſeph concepiſſe, expectabant cum magno deſiderio præſentes eſſe in partu eius. Erat enim tanta pulchritudo, & honeſtas, & ſanctitas, affabilitaſque, & ſapientia eius, quod videbatur quaſi vna fruitio conuerſari cum ea, & loqui ſecum, propter quod vicinæ eius affectabant eſſe cum ea. Sed ipſa ſe totam Deo reſeruans, amabat ſolitudinem, ac rariſſime ad oſtium domus ſe recipiebat, minus ad feneſtras aſpiciebat, ſed in templo & in domo orationi vacabat, hominum conuerſationem fugiens, vt cum Deo, & Angelis familiarius confabularetur, & in lege Domini meditaretur die, ac nocte. Veram enim ſciebat eſſe Proſperi ſententiam in lib. epigra. dicentis. *Seruare legem poſſunt vtcunque ferentes, Si mundi a ſtrepitu libera corda vacent.*

Quare Maria voluit obedire edicto Cæſaris

Poterant ergo illæ vicinæ dicere inter ſe: veniet pro certo dies partus eius, & tunc indigebit noſtro adiutorio, ac vocare nos faciet ad adiuuandum, intrabimuſque domum eius, & habebimus copiam conuerſandi cum ea. O quam fortunatæ gratioſæ ſi fuiſſent tam ſanctæ, tamque honeſtæ, ac pulchræ iuuenculæ: ita humilis eſt, & amoroſa, quod dare alij nollet ad tractandum filium ſuum, ſed ipſum ſuis vberibus lactabit, & licet eum tenebit in gremio, vel brachijs ſuis, nos aliquando reuerenter auferemus illum de manibus ſuis, & ducemus in domos noſtras, & conſolationem habebimus de filio ſuo, & ipſa neceſſe habebit quandoque conuerſari nobiſcum. Sed diuina diſpoſitione prædictæ mulieres fraudatæ ſunt à ſuo deſiderio. Nam ipſa piiſſima Virgo cũ ſponſo ſuo Ioſeph ad Bethleem ciuitatem profecta eſt, vbi vt contemplatur S. Vincent. in quodã ſermo. cum ad quoddam hoſpitium diuertiſſet, hoſpes cernens Ioſeph vilibus veſtibus indutum, & pauperem arbitratus, dixit ei: Non poſſum bone ſenex vos hoſpitari, quia plures nobiles expecto iſto ſero, & tunc, ſcilicet Ioſeph cognouit veram eſſe illam Ouidij ſententiam in 1. de Faſtis: *Pauper vbique iacet.* Perrexit ergo ad alium hoſpitem, qui interrogauit eum dicens: Domine quot equitaturas, & famulos habetis? qui reſpondit nullas, ſed aſellum, & bouem, & vxorem meam tantum.

At ille inquit: Iſtud hoſpitium non eſt pro vobis, ſed pro habentibus multam pecuniam ad expendendum, ite ad hoſpitale pauperum. Fugit igitur ad alium hoſpitem, qui dixit illi: O ſenex miſer, quomodo non erubuiſti ducere in vxorem tam delicatam iuuenculam, vade ad aliud hoſpitium: quia hic non poteris manere, & ſic paupérculus Ioſeph neſciebat quo iret, & præcipue dolebat de beata Virgine, quam ſciebat matrẽ Domini ab omnibus hominibus venerandam, & nouerat teneram eſſe virginis verecundiam, vnde valde dolebat de deriſionibus, quæ eis fiebant propter paupertatem, iuxta illud Iuuenalis lib. 1. *Nil habet infœlix paupertas durius in ſe, Quam quod ridiculos homines facit.* Sed confortabat eum beata Virgo illud di. Sene. ad Lucilium: *Placeat nobis, quicquid Deo placet, ob hoc ipſum, quod ſibi placet*, & etiam forte confortando eum, quod hæc triſtitia verteretur in gaudium. Non ergo diffidamus de diuina bonitate, ſed firmiter ſupernum expectemus adiutorium. Nam non eſt abbreuiata manus Domini, eamus igitur ad aliquem locum remotum à tumultu hominum, vt poſſi-

Digitized by Google

vt poſſimus quietius Deo vacare, & ipſe cui eſt cura de omnibus, prouidebit nobis. Quærentes ergo inuenerunt diuerſorium ſiue crottam, atque tugurium, in quo intrantes, peperit ibi virgo glorioſa ſuum benedictum filium, Gaudia matris habens cum virginitatis honore. Vt enim inquit Origen. ſuper Lucam. Sicut Abacuc intrauit ad Danielem in lacu leonum, deferens ei prandium bonum, & exiuit non apertis oſtijs, ſed clauſis: ſic beata Maria ſaluis clauſtris pudoris concepit, & peperit filium ſuum primogenitum: cui protinus genu flectens, & eum adorans dixit: Salue mi dilecte fili, adoro te Deum meum, qui dignatus es pro ſalute mea, & omnium hominum, hanc vallem lachrymarum intrare. poſtmodum vero deoſculata eſt faciem gratioſi filij ſui, di. O facies plena omnium gratiarum, in quem deſiderant Angeli proſpicere. Deinde deoſculans manus dicebat: O manus beatiſſimæ, quot infirmos eſtis ſanaturæ, quot miracula operaturæ? oſculabatur etiam pedes di. O ſanctiſſimi pedes, quantum diſcurretis per varias ciuitates, & caſtra ad docendum, & laborandum pro conuerſione peccatorum: & in talibus ſuauiſſimis eloquijs, dulciter amplexabatur ſuum chariſſimum vnigenitum, tota repleta, dulcedine ab eo ſimiliter ſuauiſſime amplexata, ita vt dicere poſſet illud Can. 2. *Laeua eius ſub capite meo, & dextera eius amplexabitur me*, & ipſe paruulus Ieſus verba matris lambens, & oſculans, dicere poterat illud Can. 4. *Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ, ſoror mea, ſponſa mea: pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum, ſuper omnia aromata. fauus diſtillans labia tua, ſponſa; mel & lac ſub lingua tua. & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.* gaudebat ergo beatiſſima virgo, & ſimul valde obſtupebat de admirabili natiuitate filij ſui, qui natus erat de ipſa matre ſine patre, mirabatur quòd æternitas facta ſit noua, immenſitas parua, pulchritudo deformis, maieſtas abiecta, ſapientia muta, fortitudo infirma, iuſtitia vt rea, & opulentia facta ſit egena.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis de certitudine, quam habuit beata Virgo de ſuo partu.

De duodecim ex quibus B.V. certitudinem habuit.

NVlla mulier de ſuo partu vnquam fuit certior beata Virgine, vt patet 12. diſcurrēdo Primo enim fuit certificata de materna habilitatione, id eſt quod erat electa à Deo, vt eſſet mater filij Dei, vnde illi inquit Angelus Lucæ 1 *Inueniſti enim gratiam apud Deum, ecce concipies in vtero, & paries filium*, & ſic fuit certificata quod erat idonea mater filij Dei. Secundo certificata fuit de futuræ natiuitatis vaticinatione. Si enim alij prophetæ prophetantes, fuerunt certificati à Deo intrinſecus de veritate, quam prædicebant, quod ſic erat verum, ſicut ipſi ſpiritu prophetico, videbant, & annunciabant, ſic ipſa ſimiliter cognouit certiſſime facta reuelatione Angelica ſpiritu prophetico, quod erat illa vera futura mater filij Dei, quam prophetæ prædixerant. Tertio fuit certificata de materni amoris duratione. Multæ nanque ſunt matres quæ pariunt filios, quæ tamen in proceſſu temporis perdunt gratiam virorum, & filiorum. Maria autem non ſolum in ſuo conceptu certificata fuit, quod in ſuo vtero fieret indiuiſibilis vnio diuinitatis, & humanitatis in vna perſona, ſed etiā fuit in gratia confirmata. ſecūdum omnes Theolo. in 3. ſent. diſt. 3. Quarto certificata fuit de nominis filij diuulgatione; & hoc quando dixit illi Angelus, vt habetur Luc. 1. *Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur*: quod factū eſt quando *dedit illi Deus nomen, quòd eſt ſuper omne nomen*, ſecundum quod ait Apoſtolus Philip. 2. vt ſcilicet nominetur Deus, & filius Dei. Quinta certificata fuit de regni filij ſui perpetua duratione; & hoc quando dixit illi Angelus, *& regni eius non erit finis*. In cuius ſignum habemus quod omnia regna, & imperia finem habuerunt, & verificata fuit ſententia Goffredi in poetria dicentis c. 33.

Hoc vnum præſcire potes, quia nulla poteſtas
Eſſe moroſa poteſt, quia res fortunæ ſecundas
Imperat eſſe breues. ſi vis exempla, priores
Reſpice fortunas, emarcuit illa priorum
Florida proſperitas. Minos ſubuertit Athenas;
Ilion Atrides, magnæ Carthaginis arces
Scipio, ſed multi Romam fuit alea fati
Tempore verſa breui breuis eſt diſtantia læti
Nominis, & mæſti nox eſt vicina diei.
Hæc aliena docent, & te tua fata docebunt. hæc ille. Nihil enim eſt ſtabile, ac perpetuum in hoc mundo hominibus. l. 2 §. ſed quia Domine. C. de vete. iu. enu. & §. vt autem in aut. de non alie. aut permu. re. eccle. & § hanc dicentes in aut. vt omnes obe. iudi. De dominationibus autem cito tranſeuntibus, iuxta illud Lucani in 1. *Summiſque negatum ſtare diu* Patet diſcurrendo breuiter, & conſiderando finitiorem trium regnorum potentiſſimorum Finitum nanque eſt regnum Aſſyriorum in 1249. annis Regnum Medorum nō durauit niſi annis. 249. Regnum Romanorum

Digitized by Google

ſub regibus durauit.242.annis. In ſignum vero, quod regnum Chriſti non habet finem, iam durauit 1492.nec vnquam terminabitur. Sexto certificata fuit in Iohannis exultatione Luc. 1. vbi dixit Eliſabeth: *Exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Hæc enim exultatio fuit inuſitata, & ideo miraculoſa maxime, quia facta fuit in vtero, & etiam acceleratus fuit in infante vſus rationis, & voluntatis, vt poſſet inter viſcera materna agnoſcere, credere, & conſentire. Septimo certificata fuit in Eliſabeth teſtificatione, quia dictum fuerat per Angelum Luc. 1. *Ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua.* Cumq; Maria iuiſſet in mōtana & ſalutaſſet Elizabeth, ipſa teſtificata fuit verba Angelica fore vera di. Vnde hoc mihi, vt mater Domini mei veniat ad me? Octauo certificata fuit de Ioſeph approbatione. Cui Angelus apparuit in ſomnis Mat. 1. di. *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. quod enim in ea natū eſt, de Spiritu Sancto eſt.* Quod factum Ioſeph approbauit, dum ipſam in vxorem duxit, & ſimiliter cum eo virginitatem perpetuam vouit. Nono certificata fuit de paſtorum veneratione, quibus in hac nocte apparens Angelus dixit illud Luc. 2. *Annūcio vobis gaudiū magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Saluator,* &c. Qui paſtores venerunt, & inuenerunt iuxta verbū Angeli, per quorum paſtorum venerationem fuit certificata beata Maria. Decimo certificata fuit de Angelorum iubilatione. Vnde Luc. 2.c. legitur, quod facta fuit multitudo cœleſtis exercitus cum Angelo canentium, & dicentium: *Gloria in altiſſimis Deo.* Vndecimo certificata fuit de ſancti Simeonis amplexatione. Vnde legitur Lucæ. 2. quod cum quadrageſimo die à natiuitate Chriſti Maria & Ioſeph portauerunt Ieſum in templum, tūc Simeōn fuit ductus ſpiritu in templum, Cumque vidiſſet iſte ſenex puerum Ieſum, eodem Spiritu ſancto inſpiratus, cognouit eum mundi Saluatorem. Aperiens autem brachia ſua ſenilia ipſum amplexatus eſt di. *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine,* &c. Quæ verba cum amplexu tam feruido fuerunt Mariæ manifeſtiua filii ſui natiuitatis iucundæ. Duodecimo, & vltimo fuit certificata de ſanctæ Annæ vaticinatione. Nam legitur Lucæ 2. quod ipſa non recedebat de templo ſeruiens Deo die noctuque ieiunijs, & orationibus vacās: & ſpiritu Dei mota in ipſa hora, qua puer fuit præſentatus ſuper altare, ſuperuenit & ipſa & Dominum laudabat, & ſpiritu prophetico plena omnibus præſentibus expectantibus redemptionem Iſrael loquebatur, quia ſcilicet hic paruulus nuper natus erat mundi Saluator. Et eſt aduertendum ſecundum Thom. parte 3.q. 36.ar. 5. quod iſtæ duæ manifeſtationes ſunt excellentiores alijs reuelationibus.

PARS TERTIA HVIVS ſermonis, de Chriſti ortus vtilitatibus.

INquit Leo Papa in quodam ſermone: *Quæ hoc ſacramentum mens comprehendere? quæ hanc gratiam valeat lingua narrare:* q.d. nulla, nihil enim vtilius, ſalubriuſque humano generi contingere potuit, quam Chriſti ortus, de cuius vtilitatibus aliquid breuiter in hac parte loquemur. Omittendo ergo quod Chriſtus per humanitatem, quam aſſumpſit, factus eſt mediator noſter, & ſatisfactor pro peccatis atque redemptor humani generis, iuxta illud Apoca. 4. vbi ei dicitur: *Redemiſti nos Domine Deus in ſanguine tuo* &c. Solum referam ſex fructificatores. Prima quarum dicitur inclinationis, ſcilicet diuinæ maieſtatis. Nam videmus temporaliter, quod non paruam gratiam ſibi reputant fieri ſubditi, ſi rex, aut princeps eorum dignetur viſitare ſua habitacula. Quantam ergo gratiam fecit nobis Dominus Deus noſter creator, & gubernator omnium creaturarum? Ad nos deſcendit de cælis, & tenebras noſtras viſitauit. Ex quo colligit Ambro. in quodam ſermone, cum quanta ſollicitudine homines ſe præparare debeant ad Chriſti natiuitatem ſuſcipiendam di. *Ecce ſi quis noſtrum ſeniorem ſuum in domum ſuam ſuſcipere debuiſſet, ab omnibus ſordibus, & immundis rebus ipſam domum mundaſſet, & quæcunque neceſſaria eſſent ſecundum ſuam poſſibilitatem præparaſſet. Et ſi hoc facit mortalis ſuſcepturus mortalem, quanto magis ſe mundare debet creatura, vt ſuo creatori apparenti in carne non diſpliceat* hæc ille. Qui ibidem ponit Dei dignationem di. *Ille iuſtus venit ad nos peccatores, vt ex peccatoribus faceret iuſtos, pius venit ad impios, vt ex impijs faceret pios: humilis venit ad ſuperbos, vt ex ſuperbis faceret humiles quid plura? Ille natura bonus venit ad nos homines qui pleni eramus omnibus malis.* hæc Ambro. Sed ſi iſtam inclinationem melius vis attendere, conſidera quod ex hac Domini noſtri natiuitate ipſe qui eſt creator, & pater noſter, de quo Deutero. 32. dicitur: *Ipſe enim eſt pater tuus qui poſſedit, & fecit, & creauit te dignatus eſt fieri frater noſter.* Quam inclinationem tangit Auguſt. in 13. de Trinit. Vnde Apoſtol. Hebræ.

1 Vtilitas ex Chriſto natiuitate quod frater noſter effectus ſit.

bræ. ſecundo ait: *Non confunditur eos vocare fratres di. Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Pſal. 21 Ipſe quoque inquit Magdalenæ, vt habetur Iohan. 20. *Vade & dic fratribus meis: aſcendo ad patrē meum.* &c.

Et ideo ipſe Dominus, à nobis appellatur frater noſter, vt in c. olim 8. q. 1 O quam ingens eſt hæc gratia. O quam benigna diuinæ maieſtatis inclinatio, vt is qui vniuerſorum eſt Dominus fiat frater miſeri peccatoris. Sic filij Iſrael audientes quia Deus viſitaſſet eos, adorauerunt proni in terram Exod. 4. In cuius figuram Areuna videns regem Dauid ad ſe venientem, egreſſus eſt obuiam illi, & adorauit prono vultu in terram ac dixit: *Quæ cauſa eſt, vt Dominus meus rex veniat ad ſeruum ſuum.* vt habetur a. Reg. vlt. & 1. Paral. 21. Sic quælibet anima deuota conſiderans tantam dignationem, & inclinationem altiſſima maieſtatis Dei, dicere debet illud quod habetur Iob. 7. *Quid eſt homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor ſuum? Viſitas eum diluculo, & ſubito probas illum.* Et Pſal. 7 *Quid eſt homo quod memores eius, aut filius hominis, quoniam viſitas eum?* Huic autem ſic Domino ſuo obuianti occurret ipſe rex cœleſtis, & amplexans illum dicet ei: *Ego ſum frater tuus, noli timere* Heſter. 15. Hæc igitur fuit prima vtilitas natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia frater noſter effectus eſt Quam quidem poſt conceptionem ſuam deſiderabat ſancta mater Eccleſia di. illud Can 8. *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris?* q. d. licet per incarnationem frater meus, factus ſis, deſidero tamen te foris videre. ſcilicet ex vtero iam egreſſum per natiuitatem, vt te deoſculer, & te adorem.

2. Vtilitas quod humana natura nobilitata, & exaltata eſt.

Secunda fructificatio dicitur ſublimationis. Non eſt enim adeo paupercula, & infimi generis mulier, quæ non nobilitetur, ſi à nobili ducatur in matrimonium, & vtique iuxta nobilitatem viri eſt etiam nobilitas vxoris, ſecundum leges. C. de legibus l. mulieres, & ff. de ſenatoribus l. fœminæ. Cum ergo natura noſtra iuncta ſit matrimonialiter ipſi regi regum, & Domino dominantium Apocal. 19. cap. & vere iuncta Dei filio, quis digne poſſit exprimere ipſius exultationem? De hoc enim matrimonio ait Apoſtolus Ephe. 5. *Sacramentum hoc magnum eſt in Chriſto, & in Eccleſia.* tranſſumptiue in c. debitum extra de biga. Hanc enim ſibi copulauit Chriſtus, ſcilicet naturam noſtram in thalamo vteri virginalis. Hinc Grego. ait. *Iam intelligis charitas veſtra, quis eſt rex regis filij pater, ille vtique cui per pſal. 61. dicitur, Deus iudi. tuum regi da, & iuſti tuam fi. re. Qui fecit nuptias filio ſuo.* Tunc enim Deus pater Deo filio nuptias fecit. quando hunc in vtero virginis humanæ naturæ coniunxit, quando Dominum ante ſecula fieri voluit hominem in fine ſæculorum, vterus autem genitricis virginis, huius ſpōſi thalamus fuit, de quo dicitur Pſal. 18. *Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* De hoc & Leo Papa in ſer. in natali Domini ait: *In natali enim Domini. fratres chariſſimi, quaſi in nuptijs ſpiritualibus ſponſæ ſuæ Eccleſiæ Chriſtus adiunctus eſt. Tunc veritas de terra orta eſt, tūc iuſtitia de cælo reſpexit, tunc proceſſit ſponſus de thalamo ſuo, hoc eſt verbum Domini de vtero virginali, proceſſit enim de ſponſa ſua Eccleſia, id eſt, humanam carnem ſuſcepit.* Cum itaque ex nobilitate ſponſi ſponſæ metiatur nobilitas, quanta eſt nobilitas noſtræ naturæ, quæ Dei verbo eſt coniuncta, vnde tanta vnitas eſt inter hominem illum & Deum, vt Deus dicatur hic homo. O magna nobilitas ô mira noſtræ naturæ ſublimitas, & in tantæ ſublimitatis, & exaltationis ſignum Angeli, qui ante natiuitatem ſe ab hominibus adorari patiebantur, vt patet Geneſ. 16. & in pluribus alijs locis, hoc poſt Chriſti incarnationem, & natiuitatem non patiuntur, vt patet Apocal. vlt. vbi quando beatus Iohan. Euangeliſta voluit Angelum adorare, prohibuit Angelus di. *Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum.* Vnde Gregor. in homilia ſuper illud: *Erant appropinquantes* &c. ſic ait: Timet Angelus ab homine adorari, quando naturam humanam videt in Deo ſic ſublimatam, vt fieret vna perſona, & ideo conſiderantes per incarnationem filij Dei humanam naturam tantum nobilitatam, & exaltatam, inſtruimur, vt eam diligenter conſeruemus, ne eam inquinemus, & maculemus peccando. Vnde Auguſtinus in libr. de vera relig. ſic ait: *Demonſtrauit nobis Deus, quàm excelſum locum inter creaturas habeat natura humana in hoc quod hominibus in vero homine apparuit,* & Leo Papa in ſermone de natiuitate Domini ſic dicit: *Agnoſce ô Chriſtiane dignitatem tuam, & diuinæ conſors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuerſatione redire* &c. Et quamuis hæc coniunctio inter, ſcilicet perſonam diuinam & humanam naturam, ſit facta in conceptione, & in natiuitate, tamen innotuit, tanquam ſi in conceptione facta fuiſſet deſponſatio, hic vero bannum nuptiarum, & etiam traductio. Quapropter Auguſtinus magnificat iſtam natiuitatem in ſermone primo de accedentibus ad gratiam di. *Hæc natiuitas mira eſt, quia qualem genuit, talis &*

Aug. extollit natiuitatem Chriſti. *genuit. ideo virgo Mater, quia verbum caro factum eſt. ſi enim hæc quæ genuit, talis eſt, illud quod genuit, quale eſt? Vis noſcere qualis eſt qui ſic natus eſt? Audi quis & quantus eſt: Verbum patris, artifex mundi, lumen cœli, pax terræ, integritas Virginis, fœcunditas matris, Angelorum laus, hominum ſalus, deſertorum via, errantium venia, vulneratorum medicina, bonorum iucunditas, martyrum victoria, infantium palma. Adhuc amplius audi. Qui ſic natus eſt extinctor mortis, oppreſſor diaboli, petra fundamenti, lapis angularis, mons Dei, ſcala cœli, ianua paradiſi, ciuitas regis magni, agnus, & paſcua, ſponſus, & ſponſa, reſurrectio & æterna vita, quoniam per ipſum, & ex ipſo, & in ipſo ſunt omnia, hæc & quæcunque dixerimus de Deo, parua ſunt. Non enim ſufficit lingua enarrare, vel laudare, quam mens pauida, & infirma non valet comprehendere. hæc tamē Maria, quæ talem peperit virgo & mater gratia fœcundata, Spiritu Sancto impregnata, nouum germen, nouum partum agnoſcit, vidit oculis, miratur mente, integra perſeuerat in carne. Amplectitur manibus quem portat, mundum regentem. Lac infundit cæleſti potu, figit dulciſſima oſcula pia mater verbo, quia miſericordia & veritas occurrerunt ſibi. & quem oculis carnis intuetur filium, mente conſpicit Deum: ſuſcepiſſe ſe gaudet perpetuam poſteritatem non amiſſa integritate, vitam fert in gremio, veritatem portat in corde, quoniam veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cælo proſpexit. Maria de homine patre terra, Chriſtus ex Maria ſine homine patre, veritas ex terra.* hæc ille.

Quoniam igitur iſta omnia conueniunt Chriſto, ſecundum humanitatem, patet quod na-

3. Vtilitas eſt, Maxima dilectio nobis ſignificata in natiuitate Chriſti. tura humana ex incarnatione, & natiuitate filij Dei multum ſit ſublimata. Tertia vtilitas in hoc partu dicitur oſtenſionis, ſcilicet dilectionis Dei ad nos. Cum enim ex magnitudine doni, argui ſoleat magnitudo amoris, iuxta illud Gregor. in homilia Pentecoſtes: *Probatio dilectionis exhibitio eſt operis*: vnde ad hoc propoſitum Dominus approbauit ſententiam Phariſæi Luc 7. Certe ex Chriſti incarnatione, & natiuitate maximus amor Dei ad nos oſtenditur. Quid enim maius, quid ſublimius nobis dare potuit quam filium ſuum æqualem ſibi? Vnde & ipſe Chriſtus ex hoc arguens ait Iohan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Hinc bene exclamat Gregor. di. *O ineſtimabilis dilectio charitatis, vt ſeruum redimeres, filium tradidiſti.* Inde eſt quod canit Eccleſia: *Propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos Deus: miſit filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati*, vt habetur Ephe. 2. & Rom. 8. Magnam enim charitatem Deus nobis oſtendit in eo, quod miſit legatum ad nos iuxta illud Abdiæ 1. *Auditū audiuimus à Domino. & legatum ad gentes miſit* De quo dicitur Prou. 12. *legatus fidelis ſanitas.* Et 1. Ioh. 4. dicitur: *In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Deus filium ſuum vnigenitum miſit in mundum, vt viuamus per eum.* Maxima vero, quia miſit eum in ſimilitudinem carnis peccati, vt ſplendor paternæ gloriæ non ſolum carnis nube velaretur, ſed etiam ſimilitudine peccati denigraretur: vt peccator enim circunciſus eſt, & redemptus. Luc. 2. Hinc iterum 1 Ioa. 4. di. *In hoc eſt charitas, non quia nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & filium ſuum miſit propitiatorem pro peccatis noſtris.* Vere non video quomodo maius ſignum dilectionis Deus pater nobis oſtendere potuiſſet. Vnde Ber. in li. de diligendo Deo, excellentiam huius dilectionis conſiderans ait: *Multum meruit Deus de nobis, qui & immeritus ſe ipſum dedit nobis.* Quid enim melius ſeipſo poterat dare, ergo ſi Dei meritum quæritur illud eſt præcipuum, quoniam ipſe prior dilexit: dignus plane vt redametur, præſertim ſi aduertatur quis, quos, quare, & quantum amauerit: quis enim? nonne is cui omnis ſpiritus confitetur: *Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges*, Pſal. 15. Vera huius charitas maieſtatis, quippe non quærentis quæ ſua ſunt 1. Cor. 13. Quibus autem tanta charitas exhibetur. *Cum adhuc*, inquit, *inimici eſſemus per mortem filij eius reconciliati ſumus*, vt dicitur Ro. 5. Dilexit ergo nos Deus gratis, & inimicos: ſed quantum dilexit, ſic vt filium ſuum vnigenitū daret. Super quo ait Chryſ. *Nemo amator carnalium, etiam ſi ſit ſupra modum inſaniens, ita exardeſcere poteſt in amorem dilectæ ſuæ, quemadmodum Deus effunditur in amorem animarum noſtrarum, & certe non paruum donum, non parua vtilitas eſt oſtendiſſe ſe tantum hominem diligere.* Quapropter Aug. in ſer. 9. de natiuitate Domini ait: *Sit ergo peccatum, & pœna peccati quæ per ſcelus corruptæ mulieris intrauit in mundum, per inuiolatæ virginis partum aufertur: & quia in conditione humani generis per mulierem, quæ de ſolo viro facta eſt, contigit, vt mortis vinculo teneremur obſtricti, hoc in redemptione humani generis diuina bonitas egit, vt per virum, qui de ſola muliere natus eſt, vita hominibus redderetur. Illic humanā naturam nequiſſima deceptione ſibi diabolus in peccati ſimilitudine ſociauit, humanam hanc Deus naturam in vnitate perſonæ ſuſcepit, ibi fœmina decepta eſt, vt fieret filia diaboli, hic virgo gratia repleta eſt, vt fieret mater ſummi, atque incommutabilis vnigeniti Dei. Ibi Angelus dictus per ſuperbiam ſeductæ mulieris animum obtinuit, hic Deus humilians ſe per*

Digitized by Google

per miſericordiam vterum incorruptæ virginis ex ea naſciturus impleuit. Dei enim filius Ieſus Chriſtus, qui in forma Dei erat ipſe ſecundum Apoſtolum ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, formam ſerui, id eſt naturam ſerui in ſuam accepit illam Deus perſonam, atque hominum factor in ſimilitudinem hominis factus habitu inuentus, vt homo & humiliauit ſemetipſum factus obediens patri vſque ad mortem crucis. hæc ille.

4. vtilitas quia adoptati ſumus in filios per Chriſti natiuitatem.

Quarta vtilitas dicitur adoptionis. Non enim ſufficere diuinæ maieſtati viſum eſt, ſi nos viſitaret, ſi noſtram naturam matrimonialiter copularet, ſi ſe nos diligere ſumme demonſtraret, ſed vt omnem dilectionis gradum expleret, Nos quoque voluit adoptare in filios, vt confidenter dicere poſſemus: *Pater noſter qui es in cælis,* &c. Ma. 6. c. quod ante incarnationem non poterant dicere ſancti. *Ob hoc enim* vt ait Aug. in quodam ſermone de natiuitate Domini; *vnigenitus qui eſt in ſinu patris dignatus eſt naſci ex homine verus homo, vt nos naſci faceret ex Deo.* Hoc autem Apoſtolus oſtendit dicens ad Gal. 4. *Cum autem venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege; vt eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.* Ecce enim ſecundum Aug. vbi ſup. *quemadmodum natus Deus homo fecit vt nos homines naſceremur ex deo. Quod etiam oſtendit bea. Io. 1. c. euangelij ſui dicens: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Et hanc adoptionem recepimus in homine ſecundo, quam perdideramus in primo.* hæc ille.

Effectiue & meritorie dicimur adoptati in filios.

Per Chriſtum ergo hominem filij facti ſumus ſaltem meritorie. Et hoc tangit S. Bonauen. & alij doc. in 1. di. 26 & in 3. diſt. 10. maxime ipſe S. Bonauen. ar. vl. q. 2. dicens, *Quod ſi quæratur, an ſimus filij adoptionis per Chriſtum. Hoc poteſt dupliciter intelligi, aut ſecundum cauſam effectiuam, aut meritoriam. Si importat cauſam meritoriam vel diſpoſitionem, abſque dubio verum eſt quod ſumus filij adoptionis per Chriſtum.* Ipſe enim nobis meruit gratiam, per quam ſumus filij adoptiui: in quantum eſt caput eccleſiæ vt habetur Col. 1. & ad Ephe. 5. & in cle. vnica in prin. de iureiu. & in c. vnico. §. ſed vbi de ſa. vnc. & hoc non ſolum reſpicit diuinam naturam, ſed etiam naturam aſſumptam. *Si* vero importat cauſam effectiuam adhuc verum eſt. Deus enim pater nos adoptauit per filium, & Spiritum Sanctum quoad conſummationem. Ad noſtram enim adoptionem duo concurrunt, ſcilicet redemptio, quæ facta eſt per filij miſſionem, & gratificatio, quæ facta eſt per miſſionem Spiritus Sancti. Et hoc eſt quod dicit Auguſt. in lib. de Spiritu & anima. c. 6. *A patre per filium, & Spiritum S. ad nos diuina deſcendit: pater ſiquidem tradidit filium, quo redimeret ſeruos: miſit Spiritum Sanctum qui ſeruos adoptaret in filios: filium dedit in precium redemptionis: Spiritum ſanctum in priuilegium adoptionis.* hæc ille. Hanc autem vtilitatem extollit Iohan. Apoſto. in 1. cano. c. 3. di. *Videte qualem charitatem Deus pater nobis oſtendit, vt filij Dei nominemur, & ſimus.* Sicut Apoſtolus Paulus Gala. 3. dicit: *Omnes enim filij Dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Et vt oſtendat quanta vtilitas tibi inde proueniat, etiam vltra dignitatem filiationis, arguit ſic Rom. dicens: *Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.* Ecce quanta vtilitas, vt hæredes Dei ſimus. Hanc eandem ſententiam confirmat ad Gal. 4. ca. dicens: *Iam non eſt ſeruus, ſed filius, quod ſi filius & hæres per Deum:* & merito. Nam non ſolum filius naturalis, ſed etiam adoptiuus eſt hæres patris adoptantis l. pe. C. de adop. & l. ſi pater ff eo. tit. & § item adoptiuos. inſti. de hære. quæ ab inteſta. defe. Ex prædictis etiam patet quantum nos diligat pater noſter cœleſtis filios ſuos. Nam filius dicitur à philos Græce, quod eſt amicus Latine, vt no. inſti. qui dari. tu. poſ. §. fi. Item quanta ſit dignitas noſtra: nam filius adoptatus conſequitur nomen dignitatis paternę l. cum adoptiuum. C. de decu. lib. 10. vnde filius regis, vel comitis dicitur rex vel comes. 24. q. 1. c. vl. Et ideo nobis inquit Pſal. 81. *Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. O quanta gratia;* ait Auguſt. *Qui ſerui digni non eramus, filij efficimur,* & ſic patet quarta vtilitas.

Quinta vero dicitur conſolationis, ſcilicet fidei noſtræ. Cum enim vt inquit Apoſt. Rom. 10. ex verbis Eſa. 53. c. *Fides fit ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti.* Reuera niſi Chriſtus perſonaliter veniſſet, vix fuiſſent credita, quæ prophetæ prędixerunt. Tam ardua enim ſunt credibilia noſtræ fidei, quod eã homini aſſerenti vix vel vnus homo credidiſſet: vnde neceſſarium fuit vt ipſa veritas per ſe deſcenderet, nobiſque viſibilis appareret, vt ex viſibilibus ad inuiſibilia raperemur, & mens noſtra tanto iam firmius audita crederet, quanto eum à quo audiſſet, fallere non poſſe minime dubitaret. Hinc cauſam natiuitatis ſuæ ipſe teſtatus eſt Iohan. 18. dicens: *Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati.* Et ideo nunc tanto infidelitas peccatum

Digitized by Google

maius eſt, quanto & is qui hanc prædicauit veritas eſt. Hinc ait Iohan 15. *Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* Sic etiam vt fidem antiquorum patrum confirmaret, viſibilis voluit apparere in ſpecie ignis, & flammæ. Exo. 3. & 20. c. *Vos inquit audiſtis, quia de cælo locutus ſum vobis.* Quia igitur fides noſtra magis certificatur ex hoc, quod non Angelo, vel homini, ſed ipſi Deo loquenti credit: voluit filius Dei incarnari, vnde Auguſtinus. 11. de ciuit. Dei ait: *vt homo fidentius ambularet, ipſa veritas Dei filius homine aſſumpto conſtituit, atque fundauit.* hæc ille, & ſic patet 5. vtilitas. Sexta autem dicitur confirmationis, ſcilicet ſpei noſtræ. Quis enim nunc poteſt eſſe deſperationis locus, vbi ſe videt homo effectum Dei filium, illumque ſuum fratrem effectum, de hoc Bernard. ait: *Merito mihi ſpes magna eſt in Chriſto, puto enim quod iam me ſpernere non poterit os de oſſibus meis, & caro de carne mea:* hęc enim mouit fratres Ioſeph, ne eum interficerent Gen. 37. cum Iudas dixit: *Caro enim, & frater noſter eſt:* ſic Chriſtus Ieſus, ex quo homo factus eſt, & frater noſter, miſeretur noſtri, etiam ipſo iure propinquitaris. *Nemo enim carnem ſuam vnquam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam,* vt ait Apoſtolus ad Ephe. 5 tranſſumptiue in c. non æſtimemus 13. q. 2. Item omnis homo naturaliter diligit proximum ſibi, Eccle. 13. & tenetur eum diligere. 23. q. 4. c. debet homo, & de pœni di. 2. §. proximos autē, & §. proinde. Dicit autem Montanatius in luna celeſti: *Quiſquis amat ſeruis,* ergo Chriſtus debet nobis ſuccurrere, tanquam noſter proximus. Omnes enim homines ratione eiuſdem naturæ dicuntur proximi, de pœni. di 2. charitas. 5. item non illi. Vnde nobis per beatam virginem factus eſt debitor, ex quo factus eſt homo. Ait enim Caſſiodo. lib. 12 epiſtolarum: epiſtola 5. *Gratificante natura illis amplius debemus, qui nobis aliqua proximitate iunguntur.* Poſſumus autem inducere Dominum Ieſum ad ſubueniendum nobis, & eum rogare ne permittat nos comburi igne infernali, dicendo illi illud Horatij in 2. lib. epiſtolarum epiſtola 19 *Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet* Præterea per hoc quod filius Dei eſt vnitus nobis, noſtram aſſumendo carnem, maxime ſpes noſtra erigitur, quod diligamur ab eo, vnde Auguſtinus 14. de Trini ait: *Quid eſt enim quod tantum mentes erigat, & ab immortalitatis deſperatione ſubleuet, quam quod nos tanti fecit Deus, vt eius filius immutabiliter bonus in ſe manens quod erat, & à nobis accipiens quod non erat, dignetur noſtrum inire conſortium mala noſtra mor... perferre?* Et 10. de ciui. Dei cap 29. ait: *Gratia Dei non potuit gratius commendari, quam vt ipſe vnicus Dei filius in ſe incommutabiliter manens indueret hominem & ſpem dilectionis ſuæ daret hominibus homine medio, quo ad illum ab hominibus veniretur, qui tamen longe erat immortalis à mortalibus, incommutabilis à commutabilibus, iuſtus ab impijs, beatus à miſeris: & quia naturaliter indidit nobis, vt beati immortaleſque eſſe cupiamus, manens beatus ſuſcipienſque mortalitatem, vt nobis tribueret quod amamus, perpetiendo contemnere docuit, quod timemus.* hæc ille.

Præterea charitas noſtra ad Deum per incarnationem, & natiuitatem filij Dei maxime excitatur, & inflammatur. Vnde Auguſtinus in lib. de catechizandis rudibus, ait: *Quæ maior eſt cauſa aduentus Dei, niſi vt oſtenderet dilectionem ſuam in nobis?* ſubdit; *ſi amare pigebat, ſaltem non redamare pigeat.* Item per natiuitatem filij Dei, regulata eſt noſtra operatio, quia ipſa nobis exemplum præbuit recte viuendi, & recte operandi, vnde Auguſtinus in quodā ſermone de Natiuitate Domini ſic ait: *Homo ſequendus non erat, qui videri non poterat. vt ergo exhiberetur homini, & qui ab homine videretur, & quem homo ſequeretur, Deus factus eſt homo.* Et in lib. de agone Chriſtiano idem ait: *Hæc medicina hominum tanta eſt, quanta non poteſt cogitari maior. Nam quæ ſuperbia ſanari poteſt, ſi humilitate filij Dei, non ſanatur? & quæ auaritia ſanari poteſt ſi paupertate filij Dei non ſanatur? Quæ iracundia ſanari poteſt, ſi patientia filij Dei non ſanatur? Quæ impietas ſanari poteſt, quæ charitate filij* Dei *non ſanatur? Poſtremo quæ timiditas ſanari poteſt, ſi reſurrectione Chriſti non ſanatur? Erigat ergo ſpem ſuam genus humanum, & recognoſcat naturam ſuam. Videat quantum locum habeat in operibus Dei:* hæc ille.

7. vtilitas charitas noſtra excitatur & inflammatur.

Regulatur noſtra operatio.

Poſtremo ex ciuitate filij Dei producitur homo ad ſui plenam fruitionem. Nam per humanitatem Chriſti collocata eſt nobis ad plenum participatio diuinitatis, quæ vere eſt beatitudo hominis. vnde Auguſtinus in quodam ſermone de natiuitate Domini, ſic ait: *Factus eſt Deus homo, vt homo fieret Deus* De iſta autem & alijs prædictis vtilitatibus, ait idem Auguſtinus in ſermone 8. de natiuitate Domini: Ceſſet omnis ſollicitudo, Chriſtus ad nos charitas venit: ceſſet omnis infirmitas, hodie Saluator apparuit; ceſſent bella; deſinant lites: hodie pax vera de cœlo deſcendit: ceſſet hominis amaritudo, hodie pertotum mundum melliflui facti ſunt cœli. Fugiat mors, quia vita

Digitized by Google

vita nobis eſt data de cœlo hodie ſuper terram: gaudent Angeli, lætantur Archangeli, gloriantur prophetæ: inuitantur ſancti: turbantur mali: gratulantur boni. In præſenti per gratiam, in futuro per gloriam in ſæcula ſæculorum. Amen.

DE EADEM BEATISSIMAE VIRGINIS PARTVRITIONE.

SERMO QVARTVS.

IN QVO OSTENDITVR, QVOMODO Beata virgo dicenda ſit Chriſti mater, & econtra Chriſtus eius filius, & qua ratione id meruerit.

N*E dimittas legem matris tuæ.* Prouerb. 1. Nulla res adeo difficilis, quam non reputet perficere maternus amor. Exemplum videmus in gallina, quæ cum ſit animal infirmum, & debile, pro liberatione tamen pullorum aggreditur fortiora ſe, vt canem, imo & hominem, vt pariter pro educatione filiorum ſollicite laborat. Hoc pro tanto dictum eſt, vt oſtendatur quod mater feruenti affectu filios diligit ſpiritualiter. Peccator in præſenti vita omnium eſt conſilio deſtitutus, niſi virginis matris, quæ ſingulari prærogatiua dicitur mater peccatorum, & aduocata adiuuetur interuentu. Hæc enim omni ſollicitudine ſe interponit pro filijs ſuis: etiam contra fortiorem ſe: quia cum peccator per culpam mereatur mortem, ipſa totis viribus Deum inuadit precibus, & ſuffragijs, & pro peccatore intercedit. ideo ſi quis eius conſilio acquieuerit de filio perditionis filium faciet hæredem gloriæ. Cuius figura habetur Gene. 27 vbi Rebecca dedit Iacob filio ſuo conſilium de habenda hæreditate primogenituræ. vide ibi hiſtoriam per Rebeccam namque, quæ interpretatur, multum accepit, ſignificatur beata virgo Maria, quæ ſuper omnes alios plus gratiæ accepit. cui dicitur illud Prouerb. 31. *Tu ſupergreſſa es vniuerſas*, per patrem Iacob Iſaac, qui interpretatur riſus, intelligitur Chriſtus diſpenſator hæreditatis ſupernę. Sed nota quod hæc hæreditas debetur ſancto, & iuſto, de quo inquit Deus per Pſal. 88. *Et ego primogenitum ponam illum* &c. per Iacob autem leuē, id eſt politum. intelligitur peccator virtutibus ſpoliatus. Igitur hęc piiſſima mater cupiens hunc peccatorem ducere ad pœnitentiam & ad hæreditatem cœli obtinendam, dicit ei: Audi conſilium meum fili mi iuxta illud Pſalm. 33. *Venite filij audite me*, porta, inquit, duos hædos, ſcilicet contritionem, & confeſſionem, & ego eos igne charitatis decoquam, dabiſque eos patri tuo Chriſto, vt tibi benedicat ante mortem. Sed reſpondet peccator: Ego ſum leuis, ſcilicet ſenſualitatibus, & delicijs, & ſpoliatus virtutibus ac meritis. Qui vero hæreditatem primogenituræ vult obtinere, debet eſſe piloſus, id eſt virtutibus plenus. cognoſcet ergo me peccatorem, & ſine virtutibus, ac maledicet mihi, ſed confortat eum mater ſua, & ſic eius conſilio obediens pergit ad gregem fidelium, rediens ad patrem Chriſtum, tangitur ab eo qui inueniens eum veſtitum virtutibus per humilitatem, & habentem manum piloſam per effectum boni operis, dicit: *Vox quidem vox Iacob eſt ſed manus, manus ſunt Eſau.* ac ſi diceret: vox quæ intonuit contra me propter peccata tua, erat vox peccantis, ſed manus tua videtur manus iuſti, & & ſic non cognoſcit ipſum: quia ipſe ait Eze. 18. *In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius, quas operatus fuerat, non recordabor.* Benedicit ergo eum in rore cœli, & pinguedine terræ, tribuens hic ei gratiam, & in futuro gloriam. Quia igitur bonum eſt conſilium matris noſtræ, ad illam recurrere debemus. vnde Bern. in quodam ſermone ait: *O peccator, ſi ad maieſtatem filij Dei non audes accedere, vt non liqueſias quaſi cera à facie ignis, vade ad matrem miſericordiæ, & oſtende ei tua vlcera, & ipſa oſtendit filio ſua vbera, & filius oſtendet patri latus, & vulnera. pater non negabit filio poſſidenti nec filius negabit matri interpellanti, nec mater negabit peccatori plorãti.* Hæc ille. Ipſa enim ſemper pro nobis orat ſuum dilectiſſimũ filium. De cuius parturitione tres cõſiderationes faciemus.

Nota figurã Gen. 27. pro B. V. intercedente pro peccatore.

Prima dicitur appellationis.

Secunda meritationis.

Tertia vero filiationis.

Digitized by Google

PARS PRIMA HVIVS SERmonis quod ex partu Chriſti B. Virg. dicenda ſit mater Dei.

PRo expeditione huius partis quæritur, nunquid beata virgo pro eo quod peperit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vere appellanda ſit mater Dei? Et reſpondet Rich noſter in 3. diſt. 4 ar. 2 quod beata virgo vere appellanda eſt mater Dei, quia omnia quæ requiruntur ad rationē maternitatis, fuerunt in ipſa reſpectu IeſuChriſti, vnde ſicut Chriſtus dicitur verus filius virginis, ita ipſa dicitur eius vera mater. primum patet Lucæ. 1. cum ei dixit Angelus : *Paries filium* &c. Luc. 2. dicitur, *Peperit filium ſuum primogenitum*, &in eodem c. etiam habetur, quod beata virgo dixit Domino Ieſu Chriſto. *fili quid feciſti nobis ſic*? Secundum vero patet Matth. 2. vbi Angelus dixit Ioſeph: *Accipe puerum & matrem eius*, & Lucæ 2. dicitur: *dixit mater eius ad illum* &c. & Iohan. 2. ſcriptum eſt: *erat mater Ieſu ibi*. Ideo Ioh. Damaſcenus inquit: *Theotocon vere ſanctam Mariam prædicamus virginem*. & in c. Cyrilli, approbatis in Epheſina ſynodo, dicitur: *Si quis non confitetur ſanctam virginem, genitricem Dei, anathema ſit*, & ſancta mater Eccleſia in diuinis officijs illam ſic crebro nominat. vnde in officio miſſæ inducit principium cuiuſdam ſalutationis Sedulij poetæ, qui ait:

Salue ſancta parens, enixa puerpera regem:
Qui cœlum terramque regit per ſæcula, cuius
Numen, & æterno complectens omnia gyro,
Imperium ſine fine manet, quæ ventre beato
Gaudia matris habens cum virginitatis honore,
Nec primam ſimilem viſa es, nec habere ſequentem.
Sola ſine exemplo placuiſti fœmina Chriſto Et iterum:
Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis,
In tua ſe clauſit viſcera factus homo.

Et in eadē etiā miſſa canit Eccleſia. *Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti, Dei genitrix intercede pro nobis*. Et in veſperis: *Aue maris ſtella Dei mater alma*: & in completorio: *Sub tuum præſidium confugimus Sancta Dei genitrix*. Et in litanijs: *Sancta Dei genetrix ora pro nobis*. Si enim eius filius non fuiſſet Deus, & homo quomodo 40. diebus ſtetiſſet in deſerto ſine corporali cibo? Mat. 4. & ſuper vndas maris ſiccis pedibus ambulaſſet? Mat. 14. & propria virtute reddidiſſet cæco nato viſum? Iohan. 9. & quatriduano mortuo vitam? Iohan 11. & faciem ſuam in ſolis claritatem transformaſſet in transfiguratione: Mat. 17. & furentes Iudæos & Pilati milites vnica voce ad terram proſtraſſet? Iohan. 18 & quomodo proximus morti tam fortiter clamaſſet, vt petræ ſcinderentur? Mat. 27. Et ideo filio virginis dicitur Eſa. 45 *Vere tu es Deus abſconditus*. Merito igitur Virgo glorioſa dicitur concepiſſe, & pepeiſſe Deum. Quare autem hæc ſit conueniens, & propria locutio, declarat S. Bonauen. in 3. diſt. 4. & B. Tho. in 3. parte. 35. art 4. quia *omne nomen ſignificans in concreto naturam aliquam, poteſt ſupponere pro qualibet hypoſtaſi illius naturæ*.

Cum autem vnio incarnationis ſit facta in hypoſtaſi, manifeſtum eſt, quod hoc nomen Deus poteſt ſupponere pro hypoſtaſi habente humanam naturam, & diuinam: & ideo quicquid conuenit diuinæ naturæ, & humanæ, poteſt attribui illi perſonæ ſine hypoſtaſi: ſecundum quod pro ea ſupponit nomen ſignificans humanam naturā. Concipi, autem, & naſci perſonæ attribuitur, & hypoſtaſi ſecundum naturam illam in qua concipitur & naſcitur. Cum ergo in ipſo principio conceptionis fuerit humana natura aſſumpta à diuina perſona, conueniens eſt quod vere poſſit dici, Deum eſſe conceptum, & natum de virgine. Ex hoc enim dicitur aliqua mulier alicuius mater, quia eum concepit & genuit. Quare & B. V. vere dicitur mater Dei, non quod ſit mater diuinitatis: ſed quia perſonæ habentis diuinitatem, & humanitatem, eſt mater ſecundum humanitatē, & ideo dicitur mater Dei propter communicationem idiomatum. Et ita exponi debent verba, quæ ponit Aug. in lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus, dicens: *Natus eſt ſecundum veritatem diuinæ naturæ ex Deo Dei filius: natus eſt ſecundum veritatem humanæ naturæ ex homine hominis filius: vt nō adoptione, non appellatione, non nuncupatione, ſed natura in vtraque natiuitate naſcendo filij nomen haberet*. hæc ille. Fuit ergo virgo ſanctiſſima, vera, & naturalis mater Chriſti, quod probatur ex dictis B. Tho. in 1. parte ſum. q. 27. & in 3. parte q. 32. art. 1. Nam ad rationem veræ paternitatis, vel maternitatis, & filiationis concurrunt præcipue tria. Primum eſt generatio viuentium: vt viuum generet viuum, & propterea quia ignis generans non eſt quoddam viuens, non dicitur pater, aut mater ignis generati. Secundum eſt collatio ſubſtantiæ. Nam faber lignorum non dicitur pater ſcamni, aut cuiuſlibet alterius artificij, quod ipſe fabricat, quia non communicat ſibi ſubſtantiam ſuam. Tertium eſt materiæ præparatæ adminiſtratio: propterea terra non dicitur proprie mater hominis, quia eſt materia remota. Quartum vero addi poteſt,

Quomodo verificetur illa locutio. Deus natus eſt ex virg.

B. V. eſt mater Dei probus communicationem idiomatum.

Quatuor concurrentia ad rationem veræ paternitatis, vel maternitatis.

Digitized by Google

poteſt, quod eſt aſſimilatio in natura ſpecifica. Ideo capillus ab homine generatus, non dicitur filius hominis: quia non aſſimilatur homini ſpecifice. Cum ergo beata virgo viuens genuerit Chriſtum viuentem, communicaueritque ei corpulentam ſubſtantiam, adminiſtraueritque ad formationem corporis eius materiam præparatam: & Chriſtus ab ea genitus fuerit, ei ſimilis in ſpecie, quia perfectus homo fuit ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens, ſequitur quod fuit eius naturalis filius, & ipſa ipſius vera mater. Si autem aliquis obijceret: quod Chriſtus ex beata V. miraculoſe natus eſt, ſed miraculoſa generatio non ſufficit ad rationem maternitatis, vel filiationis, non enim dicimus, Euam fuiſſe filiam Adę. ergo videtur quod Chriſtus non debeat dici filius Virginis. Reſpondere poſſumus ſecundum Damaſ. in 3. li. quod natiuitas temporalis, qua Chriſtus natus eſt propter noſtram ſalutem, eſt quodammodo ſecundum nos, quoniam natus eſt homo ex muliere, & tempore conceptionis debito: ſuper nos autem, quoniam non ex viri ſemine, ſed ex Sancto Spiritu, & de Sancta virgine ſuper legem conceptionis. Ex quo, vt inquit B. Tho. in 3. par. ſum. q. 35. e. ex parte matris natiuita. illa fuit naturalis: ſed ex parte operationis Spiritu Sācti fuit miraculoſa, vnde ipſa Virgo benedicta eſt vera mater Dei Quis ergo explicare valeat, quanto affectu filium ſuum geſtauit in vtero, peperit in diuerſorio, reclinauit in præſepio, ſuoque lacte pauit vbere de cœlo pleno? Quis enarrare ſufficiat quanto gaudio eius infantilia membra contrectabat, dum inuoluebat pannis, & ſtricta cingebat faſcia? Quis inſuper excogitare queat, quam gratiſſima fuerit amborum conuerſatio amoris pinguedine plena? Conuiuebant profecto dulciter, colloquebantur ſuauiter, & virgo ore melliflũo, fili mi, ſæpius ingeminabat, audiebatque reſpondentem filium cum omni reuerentia: Genitrix mea colendiſſima, mater mea dilectiſſima, parens mea amantiſſima, ſuauiſſimaque, ſibi inuicem oſcula propinabant.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis, An Beata virgo, & quomodo meruerit fieri mater Dei.

PRo expeditione huius partis quæritur, nunquid beata Virgo meruit fieri mater Dei. Et reſpondetur ſecundum Rich. in 3. di. 4. ar. 3. q. 1. quod incarnatio filij Dei poteſt conſiderare dupliciter, ſcilicet quantum ad eſſentiam; & quantum ad circunſtantiam Primo modo nullus vnquam potuit mereri incarnationē filij Dei, quòd probari poteſt multipliciter, ſed ad præſens ſolum probabimus duobus modis. Primo quia fundamentum meriti non poteſt cadere ſub meritum, ſed incarnatio filij Dei ſemper fuit fundamentum omnis meriti poſt lapſum humanæ naturæ, inquantum ſine fide eius implicita, vel explicita, nunquam potuit quis mereri vitam æternam. Vnde Auguſt. in li. enchridion. c. penul. di. *Nec antiquorum quicunque iuſtorum præter fidē Chriſti ſalutem potuit inuenire.* ergo &c. Ideo inquit Apoſt. ad Titum 3. *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos: ſed ſecundum ſuam miſericordiam. ſaluos nos fecit.* Et confirmantur prędicta per illud, quod dicitur ad Rom. 11. ſcilicet *ſi gratia Dei iā nō ex operibus, alioquin iam non eſt gratia*, hæc ibi. quæ enim non datur gratis, non eſt gratia c. gratiam. 1. q. 1. ſed ſecundum Augu. 13. de trini. c. 19 In rebus per tempus ortis illa ſumma gratia fuit, quod homo in vnitate perſonæ coniunctus eſt Deo. ergo nullius merito eſt Deus incarnatus: ſed ex [illegible] gratia Cuius incarnationem non potuiſſe ab aliquo mereri, probatur alio modo ſic: Nam incarnatio filij Dei fuit infinita, tum quia Deus eſt infinitæ excellentiæ, iuxta illud Pſal. 48. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis.* Tum quia fuit ad reparandam humanam naturam: quæ quamuis habuerit infinitatem indiuiduorum in actu, habuit tamen in potentia, vt ait Porphyrius in vniuerſalibus. quia niſi Deus præfixiſſet numerum, erat apta nata communicari in infinitum Ergo meritum nullius hominis puri, immo nec omnium hominum ſimul ſufficere potuit ad impetrandam filij Dei incarnationem, per quam humana natura erat reparanda. Si autem loquamur de prędicta incarnatione ſecundo modo, ſ. quantū ad circunſtantiā, hoc poteſt eſſe dupliciter, ſ. aut quantū ad circūſtantiā tēporis, aut quantum ad circunſtantiam perſonæ, in qua debebat incarnari. Primo modo poteſt dici, quod ſancti patres veteris teſtamenti meruerunt quod filius Dei naturam humanam aſſumeret eo tempore quo incarnatus eſt. Ipſi enim feruentiſſimis deſiderijs, & orationibus præſuppoſita filij Dei incarnatione futuram meruerunt eius accelerationem. Nam ſecundum omnes theologos maxime S. Bonauen. in 3. di. 4. & Rich. ibidem ar. 3. q. 2. & in 4. di. 15. ar 4. q. 7. & B Tho. 2. 2. q. 38. ar. 16. Ille qui orat pie, humiliter, & reuerenter, fideliter, & perſeueranter, & petit neceſſaria ad ſalutē,

Quoad eſſentiam nullus vnquam potuit mereri incarnationem filij Dei

Quoad circunſtantiam tēporis, SS. pat. meruerunt incar. filij Dei.

Digitized by Google

pterea in cantico ſuo cecinit, Luc. 1. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Tertia fuit eius fides quã explicauit, dum proſecuta eſt: *Fiat mihi.* Tunc enim captiuauit omnem intellectum in obſequium Dei: credíditque ſimpliciter, & puriſſime, quæcunque fuerant ſibi per Angelum intimata Hinc Eliſabeth commendans illam dixit. *Beata quæ credidiſti: quoniam perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino.* Quarta virtus fuit charitas, quam demonſtrauit dum ait; *ſecundum verbum tuum* Tunc enim omne cor ſuum, & omne eſſe, omnino obtulit voluntarie Deo. Quia propter tantam Dei gratiam in hoc actu recepit, quod ſicut perfectiones diuinæ omni intellectui ſunt incomprehenſibiles: ſic perfectiones gratiarum quas beata virgo ſuſcepit in conceptione filij Dei ſolo diuino intellectui, & animæ Chriſti fuerunt comprehenſibiles. Vnde creditur quod ad illam abyſſum imperſcrutabilem omnium chariſmatum Spiritus ſancti, quæ in ipſam Dei genitricem deſcenderũt in hora conceptionis filij ſui, intellectus humanus, vel angelicus nunquam potuit attingere.

Perfectiones gratiarum, quas B. Virg ſuſcepit in cõcep. filij Dei ſoli Deo, & animæ Chriſti fuerunt, comprehenſibiles.

Multa nanque plura operatus eſt Deus in virgine, & quidem grandia, quam ea quæ ſcripta ſunt, aut excogitata ſecundum ſententiam diui Hieronym. in ſermo ad Euſtochium. Pro concluſione autem huius partis dico, quod quia beata virgo fuit puriſſima, & nunquam aliqua peccati ſorde maculata, atque omnibus virtutibus redimita: meruit effici mater Dei merito cõgrui, iuxta illud Anſel. in lib de conceptu virginali: *Decuit vt conceptio illius hominis de matre fieret puriſſima, ſanta puritate, qua ſub Deo nequeat maior intelligi &c.* Vnde canit Eccleſia: *Beata viſcera Mariæ virginis, quæ meruerunt portare æterni patris filium.*

PARS TERTIA HVIVS ſermonis de filiatione Chriſti reſpectu B. Virg.

Nemque de filius hõis in Euang. & Baptiſta.

VT patere poteſt ex prædictis, ſicut beata virgo eſt vera mater Dei, ita & Dei filius eſt verus filius virginis, ita quod ipſa benedicta virgo habet vnum, & eundem filium cum Deo.

Notandum tamen pro maiori declaratione prædictorum, quod quantum ad præſens ſpectat, triplex reperitur filiatio, ſcilicet naturalis, legalis, & ſpiritualis, licet quinque genera filiorum diſtinguantur a iuriſtis, vt per glo. inſti. de adop. in prin. & in aut. quibus mo na. effi. ſui, §. 2. Filiatio naturalis eſt, qua quis efficitur filius per carnalem generationem. Filiatio legalis eſt quæ fit per imperialẽ adoptionem. Filiatio ſpiritualis eſt, quæ fit per ſpiritualem baptiſmi regenerationem. Et ſecundum hanc triplicem filiationem virgo Maria habuit tres filios. Primus fuit Chriſtus, per quem, naturalem generationem habuit, quia eum de ſuis viſceribus generauit. Vnde ad Gal 4. dicit Apoſtolus: *Miſit Deus filium ſuum natum ex muliere, &c* & Rom. 1. *Qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem* Ex quibus verbis habetur, quod beata virgo ex progenie Dauid duxit originem. Si enim Chriſtus ſecundum carnem ex ſemine Dauid natus eſt, & in carne Chriſti non fuit, niſi ſemen virginis, manifeſtum eſt, ipſum ex ſemine Dauid deſcendiſſe. Non ſolum autem hoc oſtenditur ex Apoſtolica autoritate, ſed etiam ex teſtimonio Eccleſiæ, quæ errare non poteſt. Ait enim: *Natiuitas glorioſæ virginis Mariæ ex ſemine Abrahæ, orta de tribu Iuda: clara ex ſtirpe Dauid.* Oſtenditur etiam hoc ex voce ipſius Dauid prophetæ ipſam exorantis, vt Gabrieli aſſentiat, dicens ei pſal. 44. *Audi filia, & vide* &c. Quia igitur beata virgo fuit mater filij Dei, & ipſe Dei filius, ex tali maternitate tria conſecuta eſt. Primo maternæ autoritatis imperium. Vnde Luc. 2. dicitur: *Et erat ſubditus illis* Ideo Augu. inquit: *Hoc ſingulariter illa fœmina habuit, vt ſibi habeat naſcendi humanitate ſubditum, quem non ſolum humana, verum etiam angelica natura veneratur & adorat altiſſimum* Secundo conſecut: eſt miſericordiæ, & pietatis perfectum affectum. Vnde Ber. in quodam ſermone inquit: *Quantum viſcera illa virtus pietatis affecit, in quibus nouem menſibus pietas requieuit: nam & ante mentem, quam ventrem repleuit, & cum ex vtero proceſſit ab animo nõ receſſit.* Tertio cõſecuta eſt ſublimationem ad filium. Vnde Damaſ inquit: Decuit matrem ad filium ſublimari, vt ad ipſum aſcenderet, ſicut ipſe ad illam deſcenderat. Secundus filius Beatæ Virginis fuit Iohannes Euangeliſta, qui fuit eius filius per imperialem adoptionem. Eſt autem adoptio quędam legalis filiatio inducta ad ſolatium eorum qui filios non habent, l. cum eum C. de adop & l. adoptio. ff. eodem titu. Quia autem beatiſsima Virgo erat in morte noſtri Saluatoris priuanda ſuo dilectiſsimo filio, ideo ad aliqualem conſolationẽ eius ipſe imperator cœleſtis in tribunali crucis exiſtens, publico edicto Iohannem matri ſuæ in filium adoptauit dũ ait: Mulier, ecce filius tuus.

Maria habuit tres filios iuxta triplicẽ filiationem.

Tria Maria ex maternitate ſua conſecuta eſt.

Iohan. hal it tria priuilegia, ex ſui adoptione.

Ex illa autem adoptione Iohannes tria priuilegia habuit. Primum eſt quod factus eſt Gabrielis Archangeli ſocius. Vnde Petrus Damianus inquit: *Iohannes Archangelo Gabrieli ad cuſtodiam Dei matris ſocius eſt datus, vt ille integram virginem inuiſibiliter cuſtodiret, & iſte forinſecus fragilitati fœmineæ, obedientiæ ſuæ miniſterium exhiberet.* Secundum eſt, quod factus eſt verbo Dei magis intimus. Vnde idem doctor ait: *Quanto Iohannes familiarior cum matre Dei conſeruatur, tanto vicinior verbo efficitur.* Tertium eſt, quod factus eſt quadam ſpirituali gratia frater Saluatoris, dicente eodem doctore: *Sicut dixit Dominus matri. Hic eſt filius tuus, ita dixit Diſcipulis: Hoc eſt corpus meum & cauſatum fuit in illis verbis, vt ilico panis ille dominicum fieret corpus.* Ex quadam itaque ſimilitudine, ſi dicere audeamus: Beatus Iohannes non ſolum filij poſitus eſt nomine: ſed propter iſta verba Dominica, quoddam maius neceſſitatis ſacramentum apud B. Virginem meruit obtinere. Tertius filius fuit Iohannes Baptiſta, qui fuit eius filius per ſpiritualem baptiſmi regenerationem. Ipſa enim eũ baptizauit non baptiſmo fluminis, ſed baptiſmo flaminis, ſicut dicit Chryſoſto. Cum enim beata virgo Maria ſalutauit Elizabeth, vox ſalutationis per aures eius ingrediens ad puerum deſcendit, virtute cuius ſalutationis puer Spiritum ſanctum accepit. Vnde dixit Elizabeth benedictæ virgini: *Ecce enim, vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Per illam ergo virginis ſalutationem recepit Iohannes Spiritus ſancti infuſionem ſicut prædixerat Gabriel Angelus patri ſuo Zachariæ Lucæ. 1. dicens: *Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ.* Per illam autem Spiritu ſancti repletionem meruit à peccato originali emundationem. Si ergo ad vocem ſalutationis Mariæ puer Spiritu ſancto repletus eſt, & ab originali peccato purgatus, aperte claret, quod beatæ Virginis ſpiritualis filius, effectus eſt, quia per Spiritum S. per eam fuit baptizatus. Sciẽdum eſt igitur, quod Beatus Iohannes in vtero materno exiſtens virtute ſalutationis Beatæ Virginis quattuor prærogatiuas accepit. Primo exultationem, quia exultauit in vtero matris audiens melliflua verba beatæ Virginis. Secundo à peccato originali purgationem, vt ſupra dictum eſt. Tertio Spiritus ſancti receptionem: quia Deum in vtero virginali eſſe cognouit: & illum, vt potuit per illam exultationem in vtero adorauit. Quarto Spiritus ſancti repletionem: quia non ſolum ipſe repletus eſt Spiritu ſancto prophetico, ſed etiam matrem repleri fecit. Vnde Lucæ. 1. Poſtquam dictum eſt, quod exultauit infans in vtero eius: ſequitur, *& repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth. & prophetauit,* &c.

Ioh. Baptiſta quatuor prærogatiuas accepit ex ſalut. B. Virginis.

Sed his duabus vltimis filiationibus dimiſſis, concludamus noſtrum ſermonem in filiatione naturali Domini Noſtri Ieſu Chriſti ex Virgine: de qua & de eius effectu loquens Bernardus, inquit: *Quamuis Deus cum omnibus ſit: ſpecialiter tamen eſt cum Maria, cum qua tanta vtique connexio ei fuit, vt illius non ſolum voluntatem, ſed etiam carnem ſibi coniungeret, & de ſua virginea ſubſtantia vnum Chriſtum efficeret, vel potius vnus Chriſtus fieret, qui licet nec totus de Deo, nec totus de Virgine, totus tamen Dei, & totus Virginis eſſet: nec duo eſſent filij, ſed vnus vtriuſque filius,* qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

DE

DE EIVSDEM BENEDICTAE VIRGINIS PARTVRITIONE.

SERMO QVINTVS.

IN QVO AGITVR DE CONDITIOnibus partus Virginei, commendantur venter & vbera B. Virg. oſtenditur omnibus fuiſſe præſignificatam Chriſti Natiuitatem, afferuntur inductiua filij Dei, vt in mundum veniret, ac demum nonnulla moraliter exponuntur in Euangelio.

G*Ratia mulieris, ſedulæ delectat virum ſuum* Eccleſ. 26. Multũ honoris confert viro ſuo vxor ſollicita, ſi contingat peregrinos ad domum ſuam declinare, qui commode non poſſet illis miniſtrare niſi vxore mediante. Quędam enim mulieres ſunt ita promptę, & vt vulgariter dicitur, aduiſatæ, quod dicto citius, vt ita loquar, videntur omnia ad viri nutum miniſtrare. Spiritualiter, paterfamilias domus, eſt Deus pater, qui volens mortalibus peregrinis nimio frigore fatigatis prouidere de cibo, voluit virginem Mariam ſuam eſſe ſponſam, cuius ſollicitudine Eccleſiæ filijs ad conuiuium diuinum venientibus preparatet neceſſaria. De qua ſponſa dicitur pſal. 127. *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.* Et figuratur Gen. 18. vbi dicitur, quod cum tres Angeli in forma trium virorum veniſſent ad tabernaculum Abrahæ, vocauit Abraham vxorem ſuam Saram, & dixit ei: *Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes.* Per tres autẽ viros intelliguntur tres potentiæ animæ, quibus ipſa anima Deo & Angelis aſſimilatur. Vel per tres viros intelligitur triplex hominum genus, ſeu triplex tempus, ſcilicet tempus legis naturæ, ſcripturæ, & gratiæ. In omni enim tempore fuerunt omnes potentiæ animæ peregrinæ à Deo poſt lapſum Adæ. Item omnes homines cuiuſcunque generis & conditionis, fuerunt peregrini, & neceſſe habuerunt applicare ad tabernaculum Abrahæ, id eſt ad fidem eius, quam habuit de Meſſia venturo. Volens ergo Deus omnibus hominibus tam veteris quam noui teſtamenti prouidere de vero pane, id eſt, de filio ſuo, qui eſt *panis viuus de cælo deſcendens.* Iohan. 6. c. a. Elegit virginem benedictam, quæ tria ſata ſimilæ commiſcuit, vt inquit Bern. dum in vtero ſuo nouum, antiquum, & æternum coniunxit, nouum, ſcilicet animam Chriſti de nouo creatam, antiquum, id eſt corpus eius de natura veteris Adæ productum, & æternum, id eſt Dei verbum, quia coniunctione mirifica omnes fideles refecit: non ſolum poſteros per ſacramenti ſuſceptionem, ſed etiam primos per credulitatem. Vnde inquit Leo Papa in quodam ſermone: *Verbi incarnatio hoc contulit faciendo, quæ fecit quod ſacramentum ſalutis humanæ in nulla vnquam antiquitate ceſſauit: nam quæ prædicauerunt Apoſtoli, hæc annunciauerunt prophetæ, nec ſero eſt impletum quod ſemper eſt creditum: nec minus adepti ſunt qui in illum crediderunt promiſſum, quàm qui receperunt donatum,* hæc ille. Fuit ergo beata virgo Maria mulier illa ſedula, quæ virum ſuum, id eſt ſponſum ſuum cæleſtem Deum oblectauit, dum venientibus ad eum peregrinis, id eſt hominibus per fidem, panem dulciſſimum, id eſt filium ſuum concipiendo, & parturiendo protulit. De qua Dei matre, & eius partu quinque conſiderationes faciemus. Prima dicetur conditionis. Secunda cõmendationis. Tertia oſtẽſionis. Quarta inductionis. Quinta vero expoſitionis.

PARS PRIMA HVIVS SERmonis, de conditionibus partus virginalis, & ipſius virginis parturientis.

PRo expeditione primæ partis ſermonis noſtri, eſt ſciendum primo quod partus B. V. fuit diſſimilis à partu aliarum mulierũ. Cæteræ. n. mulieres ante partum habent timorẽ, ne in partu periclitentur, In partu habent dolorẽ, & poſt partum incurrunt languorem. B. autem virgo nec ante partum timorem habuit, nec in partu dolorem, nec poſt partum languorẽ. Primo enim ante partum timere non potuit: quæ ſe ab æterno à patre cæleſti electam ſciebat in ſponſam, iuxta illud Pſ. 138. *Elegit Dominus Sion elegit eam in habitationem ſibi.* Per Sion namq; intelligitur B. V. quæ ſemper Dei gloriã ſpeculabatur. Sion enim ſpeculatio interpretatur. Non etiam debuit timere

Digitized by Google

quæ Dei filium in vtero habebat. Eccle. 24. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Timere nō potuit, in quam Spiritus S. cum plenitudine gratiæ ſuperuenit Luc. 1. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,* & quam Dei Angelus cuſtodiebat. Angelus. n. eam cuſtodiuit, & in mundum venientem; & in mundo exiſtentē, & de mundo recedentē. Vnde ipſa dicere poterat illud Iudith, 14. *Viuit Dominus quoniam cuſtodiuit me angelus eius, & hinc euntem & ibi commorantem, & inde reuertentē.* Secūdo in partu non habuit dolorem, & hoc conueniens fuit multis rationibus, de quibus tractaui in 5. parte huius operis ſerm. 7. par. 1. de quibus vnam tangit Hugo de S. Victore di. *Eua poſtquam malam delectationē conceperat; quod filios in dolore paritura eſſet audiuit, vt aperte demonſtraretur, quod non idcirco pariat cum dolore, eo quod à viro, ſed quia ex libidine concepit. B. autem V. non ſolum ſine libidine concepit: ſed nec de ſemine viri accepit, & ideo ſine dolore filium edidit.* Aliam etiam rationem tāgit prædictus doctor dicens: *Abſit, vt triſtitia & gemitus ibi interuenerit, vbi gaudium omnimode prædicator Gaudebat n. in immenſum de tanta prolis maieſtate, de conſeruata ſibi virginitate, de humani generis ſaluatione, & de angelica iubilatione, quia ibi angeli aderant qui epithalamium decantabant.* Et iterū idem ait: *Abſit vt ibi triſtitia interuenerit, ad cuius partum multitudo angelorum cecinit.* Tertiam rationē aſſignat Damaſ. qui inquit: *B. V. dolores quos effugit pariens, hos in Chriſti paſſione ſuſtinuit.* Tertio poſt partum nullū ſenſit languorem. Non enim potuit languere, quæ medicinam cæleſtem. i. filium Dei in vtero portauit; qui ſicut dicitur Mat 4. *Sanat omnes languores & omnes infirmitates.* Item nō potuit languere illa, cū qua erat gigas fortiſſimus, qui omnem imbecillitatem ſuſtentauit, de quo dicitur Pſ. 18 *Exultauit vt gigas ad currendam viam* &c. Vnde Augu. in quodam ſermone in perſona virginis loquitur di. *Qui natus eſt ex ventre meo, exiuit vt gigas magnificus; & venter meus non eſt pudore euacuatus.* Nō potuit etiā languere illa, cum qua erat Dei virtus, quæ ipſam confortabat, & firmiter roborabat, de quo dicitur Eſai. 40. *Qui lapſis dat virtutem, & his quæ non ſunt, fortitudinem & robur multiplicat.* qui ſibi refrigerium præſtabat, & nullam pati moleſtiam permittebat, vnde dicit ei angelus Lu. 1. *Virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Secundo principaliter in hac parte eſt ſciendum, quod partus beatæ virginis fuit multæ puritatis, & hoc dupliciter. ſcilicet ex parte matris, & ex parte prolis. Primo enim in matre fuit tanta puritas, quod nec in conceptu, nec in partu ſua potuit violari virginitas, ſed ſeruata puritate virginali, ipſa eum concepit & peperit. Nec mirum; quia ipſa eſt ſydus Dei, ideo peperit filium tanquam diuini ſplendoris radium, ſydus enim radium ſuum emittit ſine ſui corruptione; & virgo peperit filium ſuum ſine ſui violatione. Vnde canit Eccleſia. *Sicut ſydus radium profert, virgo filium pari forma: neque ſydus radio: neque mater filio fit corrupta.* Hinc etiam eſt quod propheta ortum Chriſti aſſimulat luci: dicens Pſalm 96. *Lux orta eſt iuſto* Et Pſalm. 111. iterum ait: *Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde.* Item quia beata virgo eſt campus Dei: ideo filium ſuum generauit tanquam florem amœnum.

Sicut enim flos de campo, oritur ſine campi foſſione, ſic Chriſtus de virgine natus eſt ſine matris corruptione. Vnde ipſe inquit Can. 2 *Ego flos campi.* Quia vero eſt Libanus Dei, ideo generauit thus odoriferum. Sicut autem thus quod emanat cortice non inſcio, eſt magis odoriferum, & precioſum, ſic filius virginis qui egreſſus eſt non inciſo cortice, id eſt non violato virginali pudore, totum orbem ſuo odore repleuit. Vnde ipſa virgo inquit illud Eccleſiaſtici 24. *Quaſi Libanus non inciſus euaporaui habitationem meam.* Secundo iſta puritas attenditur ex parte prolis In Chriſto enim eſt diuinitas, anima, & corpus. Eius autem diuinitas eſt puriſſima: de qua Sapientiæ 7. dicitur: *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula.* Eius quoque anima à Deo fuit puriſſima creata. Vnde ipſe filius virginis dicere poteſt illud Sapientiæ. 8 *Sortitus ſum animam bonam.* Eius etiā caro fuit pura, quia de puriſſimis ſanguinibus virginis aſſumpta. Vnde Damaſ. ait: *Templum conſtruxerat ſibi Chriſtus ex caſtis, & puriſſimis ſanguinibus virginis anima rationali, & intellectuali animatum primitias maſſæ noſtræ* Tertio in hac parte dico quod partus virginis fuit multæ paupertatis, vt ſupra declaratum eſt in ſecundo ſermone huius partis, parte tertia. Caruit enim beata virgo omnibus illis, quæ cæteræ mulieres in partu ſuo deſiderant habere. Primo nanque caruit ſeruientium peritia; quia nullam ſeruitricem habuit, ſed ipſa vt inquit Hieronymus contra Heluidium, puerum pannis inuoluit, & in præſepio collocauit. Nulla enim mulier aſſiſtere voluiſſet pauperculæ peregrinæ in diuerſorio poſitæ, & in media nocte: loco autem domicillarum habuit bouem, & aſynum. Secundo caruit pannorum copia quibus ſe, & puerum regere poſſet Vnde Beda in quodam ſermone de Domino noſtro ait: *Qui totum mundum vario veſtit ornatu: pannis vilibus inuoluitur.* Tertio caruit ignis præſentia, qui

Partu- *riæ fui-* *tæ paupe-* *tis.*

multum

Digitized by Google

multum vtilis fuiſſet propter hyemem, & noctem, tam ad calefactionem pueri, & membrorum conſolidationem, quàm etiam ad illuminationem loci tenebroſi. Quarto caruit ciborum abundantia, quia cum eſſet paupercula parce viuebat, & puerum non nutricibus dabat lactandum; ſed proprijs vberibus nutriebat. Vnde canit Eccleſia: *Ipſum regem angelorum ſola virgo lactabat vbere de cælo pleno.* Quinto caruit cameræ pulchritudine, & lecti mollitie, nam pro camera habuit ſtabulum, quod non eſt habitaculum hominum, ſed iumentorum: pro lecti mollitie puer habuit præſepe, & fœnum. Iſtam autem tantam paupertatem Chriſtus in ſe, & in matre eligere voluit, vt diuitum ſuperbiam confunderet, & pauperibus conſolationem daret. Vnde Ber. inquit: *Nimirum ſi voluiſſet venire, poterat mouendo cælum, concutiendo terram, & emittendo fulgura; non ſic autem proceſſit, ſed non tantum homo factus eſt; ſed etiam pauper, & pauperem matrem elegit, quæ careret cunis quibus infantem reclinaret, & hoc fecit humanam volens conculcare ſuperbiam*, hæc ille. Quarto principaliter dicitur, quod partus virginis fuit multæ nouitatis, accipiendo nouum proprie.

Partus Mariæ fuit multæ nouitatis.

Non enim dicitur nouum quod alias eſt vſitatum. l. non eſt nouum vbi doc. ff. de legi. nec dicitur nouum, quod aliquando factum eſt; licet modo renouetur. c. Acacius. 24. q. 1. & c. ſatis. 34. q. 1. & c. præceptis 12. diſ. ſed illud proprie dicitur nouum, quod nunquam fuit c. auaritiæ, & ibi Archid. de elect., lib. 6. Iſta autem nouitas maxime fuit triplex. Nam primo fuit nouitas generationis; noua enim, & inaudita generatio fuit, quando de ſola matre voluit naſci. Vnde dicit Aug. in ſermone de natiuitate Domini: *Præceſſerat prima generatio ſine viro, & fœmina ſicut in Adam. Secunda de viro ſine fœmina ſicut in Eua. Erat tertia de viro & fœmina ſicut in nobis. Reſtabat ergo quarta ſine viro de fœmina cunctis viuentibus deſiderata, quæ tres prædictas liberauit.* Secundo fuit ibi nouitas vnionis, quia ſecundum Bernard. in vnam perſonam vnita ſunt tria, ſcilicet nouum antiquum, & æternum, vt ſupra dictum eſt, ſcilicet, anima, caro, & diuinitas. Item vnita eſt ſuprema natura, ſcilicet ipſa diuinitas, & natura media, id eſt anima, & natura infima, id eſt caro. Tertio fuit ibi nouitas ſignorum, de qua inquit Ber. in ſer. de natiuitate Domini: Innoua Domine ſigna; immuta mirabilia, quoniam ipſa conſuetudine viluerunt priora plane, ſolis ortus, & occaſus, terræ fœcunditas, temporum viciſſitudo, miracula magna ſunt, ſed toties viſa viluerunt. Ecce inquit noua facio omnia, & vere noua miracula, conceptus fuit ſine pudore, partus ſine dolore, & mater ſine corruptione; virgo peperit, & poſt partum virgo inuiolata permanſit; fœcunditatem matris habens cum virginitatis honore. De iſta etiam mirabili nouitate dicit Auguſt. in lib. de ſymbolo. *Paris mater, & virgo fœta, & intacta, factor omnium fit creatura. portatur manibus qui regit omnia, lambit vbera, regens ſydera, tacet & verbum eſt, necdum quis eſſet demonſtrabat, & vniuerſa creatorem ſuum indicabant*, & hæc ſufficiant quoad conditiones partus virginalis. Quantum vero ad conditiones ipſius virginis matris parturientis, eſt ſciendum quod mater Chriſti primo fuit filio valde vnita. Vnde ipſa inquit Cant. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Et 7. eiuſdem lib.. c. iterum ait. *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.* In tantum autem fuit mater filio vnita; quod ſine ea non reperitur. Nam Luc. 1 dixit ei angelus: *Ecce concipies in vtero & paries filium.* Nec mirum, quia eius vterus erat flos puritatis, iuxta illud Can. 1. *Lectulus noſter floridus.* ſine matre filius non inuenitur. Vnde Mat. 2. dicitur, *Intrantes domū inuenerunt puerū cū Maria matre eius.* Nec mirū, quia ipſa eſt via veritatis: quæ Eccle. 24. inquit: *In me omnis gratia vitæ, & veritatis.* Sine matre filius non crucifigitur. Vnde Iohan. 19. dicitur. *Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius* &c. Nec mirum, quia ipſa eſt mater pietatis, & ex pietate materna ibi ſtabat, & cum filio crucifigi parata erat. Nam ei prædictum fuerat Luc. 2. *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Sine matre ſpiritus ſanctus à filio non deſtinatur. Vnde Act 2. dicitur: *Erant omnes perſeuerantes in oratione cum mulieribus, & Maria mater Ieſu*, & ſic orantes receperunt ſpiritum ſanctum. Nec mirum, quia ipſa eſt aquæ ductus gratiæ ſpiritualis: iuxta illud Eccle. 24. *Ego quaſi aquæ ductus exiui de paradiſo.* Secundo dico, quod mater Chriſti fuit filio valde chara, quod quidē ille oſtendit, quando in cruce exiſtens tantam curam de ea habuit quod illam Iohanni commendauit. Chriſtus namq; in hac vita quinq; habuit, & poſſedit. Habuit quidē aliquando quandā, licet paruā pro expenſis ſibi datā pecuniā, habuit corpus, & animā, habuit matrem, & Eccleſiā. Ea aūt quæ fuerunt viliſſima, cuſtodi viliſſimo, ea vero quæ fuerunt chara, & chariſſima cuſtodibus charis, & chariſſimis commendauit. Nam pecuniā, quam contemptibilem, & viliſſimam reputauit, cuſtodi viliſſimo, id eſt Iudæ Iſcarioth recommendauit. Corpus vero ſuum charis cuſtodibus dimiſit, ſ. Ioſeph de Arimathia, & Nicodemo.

Eccleſiam

Eccleſiam autem quam habebat chariorem, chariori cuſtodi tradidit. ſ. Petro Apoſtolo: ſed matrem quam habebat chariſſimam, chariſſimo cuſtodi commendauit. ſ. Iohanni Euangeliſtæ. Animam vero quam habebat ſupercharissimam, cuſtodi ſupercharissimo recommendauit. ſ. patri æterno, dicens Luc. 23. *Pater in manus tuas commẽdo ſpiritum meum*. Ex hoc autem, quod Iohannes à Chriſto ſuper omnes alios diſcipulos dilectus, vt Iohan. 21. habetur, Mariam in cuſtodiam accepit, oſtẽditur quod ipſa benedicta virgo filio ſuo chariſſima fuit. Tertio dico quod fuit in maxima reuerentia filio, quod patet ex quinque. Primo, quia ſibi ſubditus eſſe voluit iuxta illud Lu. 2. *& erat ſubditus illis*. Secũdo, quia eius voci protinus obediuit, ſicut patet Iohan. 2. Cum enim vinum in nuptijs defeciſſet, & virgo dixiſſet miniſtris: *Quodcunque dixerit vobis facite*, ſtatim vt filius cognouit, quod mater hoc dixerat, miraculũ fecit, & aquam in vinum mutauit. Tertio ex eo quòd filius in occurſum perrexit, quando ſcilicet ipſa de hac vita tranſiuit. Quarto ex hoc, quòd ipſam ad ſuam dexteram collocauit. Quinto ex hoc quòd eam noſtram petitionariam fecit, de quibus tribus vltimis habetur. 3. Reg. 2. ſub figura Berſabeæ matris Salomonis, vbi dicitur: *Surrexit rex in occurſum matris, adorauitque eam*. Ecce quia reuerenter ſibi obuiauit, poſituſque eſt thronus matri regis, quę ſedit ad dexteram eius. Ecce quia eam ad ſuam dexteram collocauit. Deinde ſubditur: *Dixitque ei mater: Petitionem vnam paruulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. Dixitque ei rex Pete mater mea: neque enim fas eſt, vt auertam faciem meam à te*. Ecce quia noſtram petitionariam eam fecit. Quarto dico, quòd beata virgo fuit Dei filio mater vera, quòd patet ex eo quòd ſibi carnis ſubſtantiam miniſtrauit, atque conuenientem locum, ac conueniens nutrimentum ei exhibuit, & nouem menſibus eum in vtero portauit, & fouit, & ei nato de neceſſarijs prouidit. Ideo ipſe Dominus noſter Sapientiæ ſeptimo, inquit: *In ventre matris figuratus ſum caro*. Ecce locus conueniens: nouem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine: Ecce quia in eius vtero nouem menſibus ſtetit, ita quòd, ſicut dicit Augu. & Dama. de decimo aliquid tetigit. Poteſt enim mulier portare filium decem menſibus in vtero, & non plus niſi per duos dies vltra decimum menſem l in teſtamento. § ſi ff. de ſuis & legi. hæ. & § mulier. vbi gl. in aut. de reſti. & ea quæ. pa. col. 4 & l. gallus in prin. vbi glo. in verbo menſes. ff. de lib. & poſth. & ibi per Bal. & ff de ſtatu ho. l. ſeptimo menſe. vbi glo. Poſtea ſequitur *ex ſemine hominis*. Ecce quia ei ſubſtantiam carnis miniſtrauit: & dicit hominis non hominum: Cæteri enim ſunt nati ex ſemine hominũ: Chriſtus autem ſolum ex ſemine hominis, id eſt virginis, vnde Chriſtus non vocat ſe filium hominum, ſed filium hominis, vt habetur Mat. 16. & 26. & Mar. 2. 9. & 10 & Luc. 5. & 6. & Iohan. 13. c. & vocatur ibi ſemen eius, ſanguis virgineus à ſpiritu ſancto totaliter deauratus Deinde ſubdit: *Et delectamento ſomnij conuenientis*. Ecce conueniens nutrimentum, & miniſterium. Ipſa enim, vt vera mater eum natum pannis inuoluit, & ſuo lacte pauit. Vnde canit Eccleſia: *Membra pannis inuoluta virgo mater alligat & manus, pedeſque, crura ſtricta cingit faſcia*. Et iterum: *Ipſa regem angelorum ſola virgo lactabat* &c. Ideo quando ipſa virgo voluit nobis filium placare, poteſt dicere illud 2. Mach. 7 *Fili miſerere mei quæ te in vtero nouem menſibus portaui, & lac triennio dedi, & alui, & in ætatem iſtam perduxi*. Quinto dico, quòd beata virgo fuit Chriſti tota mater: quia ei totam ſubſtantiam corporalem miniſtrauit, ita quòd nullus pater aliquid ſibi dedit. Ideo dicitur Hiere. 31. *Nouum faciet Dominus ſuper terram: fœmina circundabit virum*. Solet autem homo circundare quod ſuum proprium eſt. Nulla ergo mulier inquam, puerum perfecte circundedit, quia caro pueri tota ſua non fuit, ſed pater ibi partem habuit. Virgo autem beatiſſima filium ſuum in vtero circundedit: quia ibi de alieno nihil fuit. Vnde fuit ſicut figura circularis.

Maria fuit tota mater Christi.

Nam aliæ figuræ, ſecundum Augu. ex pluribus lineis perficiuntur, figura vero circularis vna tantum linea clauditur. corpus autem Chriſti formatum eſt tantum vna linea, id eſt ſola carne virginea. Illud etiam quod eſt circundatum, ex omni parte eſt clauſum. Nam ſi aliqua apertura ibi fuerit, bene circundatum non erit. Nulla igitur mulier puerum in vtero circundedit; quia nulla clauſa in conceptione, ſed omnis aperta fuit, ſola autem virgo filium circundedit, quia ex omni parte clauſa fuit, ſcilicet ante partum in partu, & poſt partum. Et ideo dicitur Can. 4. *Hortus concluſus: fons ſignatus* &c. Sexto fuit filio ſuo pia, & ſtudioſa mater, quia ei ſollicite omnia pietatis officia exhibuit, vt diffuſe tractaui in 3. parte huius operis ſerm 1. parte 2.

Et pia & ſtudioſa mater.

Et ideo hic pertranſeo.

✠

Digitized by Google

PARS SECVNDA HVIVS Sermonis, in qua præcipue commendatur venter & vbera B. Virg.

INquit deuota quædam mulier Domino noſtro Ieſu Chriſto, vt habetur Luc. 11. *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti*, & communiter tenetur quòd hæc mulier fuit beata Marcellina, pediſſequę ſanctę Marthæ. In quibus verbis commendat ventrem illum ſacratiſſimum, qui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum peperit; & vbera eius ſanctiſſima; quæ ipſum virgineo lacte nutrierunt. De primo autem, i. de ventre virginali dixit Deus ſponſæ ſuæ Can. 7. *Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus lilijs.* Eius enim venter fuit plenus illo tritico, de quo dicitur Iohan. 12. *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit* &c. Hoc autem triticum fuit inſtar aceruí. Aceruus enim tritici in imo eſt latus, in medio partim latus, & partim anguſtus; Chriſtus autē quantum ad naturam infimam, id eſt humanam fuit nobis manifeſtus, quantum vero ad naturam mediam, id eſt animam fuit partim occultus, & partim manifeſtus, ſed quantum ad naturam ſummam, id eſt diuinam, fuit nobis valde anguſtus, id eſt occultus. Iſtud autem triticum fuit generatum in ventre ipſius benedictæ virginis, qui fuit vallatus lilijs. Et dicit lilia in plurali, quia omnia quæ in ipſa fuerunt, pura, & munda fuerunt; habuit enim mundas cogitationes, intentiones, locutiones & operationes. Et dicit vallatus: quia venter eius lilijs puritatis, & munditiæ vndique fuit circundatus, ſcilicet intus & extra ſurſum, & deorſum, à dextris, & à ſiniſtris, ante & retro: ita quòd hoſtis in eius nunquam intrare potuit, nec aliquam impuritatem immittere valuit. Nā intus inueniebat lilium puritatis, extra liliū caſtitatis, ſurſum lilium contemplationis, deorſum lilium humilitatis, à dextris lilium temperantiæ, à ſiniſtris lilium patientiæ, ante lilium prouidentiæ de futuris, retro lilium iuſtitiæ de præteritis. Ex quibus patet, quàm vere locuta ſit prædicta mulier dicens: *Beatus venter qui te portauit* Nos vero dicere poſſumus: Beatus venter Mariæ virginis, qui fuit thalamus Chriſti iuxta illud Pſal. 18. *Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo*, qui fuit requies ſaluatoris ſui. Vnde ipſa virgo inquit Eccle. 14. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Qui fuit fōs omnium gratiarum iuxta illud Cant. 4. *Fons hortorum puteus aquarum viuentium* &c. In hoc autem diſtat ille fons ab alijs fontibus, quòd alij fontes aquam hauriunt ab inferiori, & redundant ad ſuperius. Iſte vero fons cœleſtis aquas ſuarum gratiarum habuit a ſuperiori, id eſt ab altitudine Trinitatis, & fluit ad nos inferius per dona ſuæ largitatis. O beatiſſime venter matris Dei, profecto tu fuiſti apotheca omnium charismatum Dei. Vnde Bern. inquit: *Apotheca eſt Maria omnium gratiarum, in qua cæleſtis pigmentarius cum omnibus ſuis vnguentis ſe collocauit, & cum omnibus delicijs accubuit.* Tu fuiſti ſpiritus ſancti habitaculum, vnde inquit angelus Luc. 1. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, vere enim ſuperuenit, quia ſuper omnem aliam creaturam in te deſcendit. Tu fuiſti armarium diuinæ ſapientiæ, continens illum de quo dicitur ad Col. 1. *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi* Tu fuiſti receptaculum lucis æternæ, concipiens illum, de quo ſcriptum eſt Sapientiæ. 7. *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula.* Et Heb. 1. *Qui cum ſit ſplendor gloriæ* &c. Tu mundo produxiſti ſuauitatem diuini odoris: vnde dicere potes illud Eccle. 24. *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris*, ideo adoleſcentulæ, id eſt animæ deuotæ, clamant, & dicunt illud Cant. 1. *Trahe me poſt te, in odorem curremus vnguentorum tuorum.* Tu peperiſti paradiſi dulcorem, illum videlicet, qui dixit Can. 1. ſpiritus meus ſuper mel dulcis. Tu protuliſti ignem ęternum diuini amoris illū, ſcilicet de quo ſcriptū eſt ad Hebr. 12. *Deus noſter ignis conſumens eſt.* Qui quidem ignis in te nouem menſibus habitans, totam te charitatis ardore incendit Vnde Hiero. in ſermone ad Euſtochium ait: *Mariam totam impleuerat ſpiritus ſanctus, ac totam incanduerat diuinus amor, ita vt in ea nihil eſſet quod mundanus violaret affectus.* Sicut enim aurum ad præſentiam ignis liqueſcit, ſic & eius anima ad præſentiam ignis diuini tota liquefacta fuit. Vnde ipſa virgo beatiſſima dicebat illud Cant. 5. *Anima mea liquefacta eſt.* Eius quoq; vēter dulcedine ineffabili repletus eſt. Et ad hoc exponi poteſt illud quod ipſa ſponſa Dei inquit Cant. 5. ſcilicet *venter meus intremuit ad tactum eius*, ſcilicet ex nimia, & inſolita ſuauitate quam ſenſit in conceptione illius. De hoc ſanctiſſimo ventre exponi poſſunt illa verba Prouerb. 18. ſi attribuantur Deo, ſcilicet. De fructu oris mei replebitur venter eius Iſte eſt ille venter beatiſſimus, qui nobis peperit fructum, & mercedem ſalutis æternæ. Vnde Dauid Pſal. 126. inquit: Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini filij merces, fructus ventris. De quo fructu ad Dei dexteram exultando potuit Deus dicere ipſi beatæ virgini illud Pſal. 131. ſcilicet. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem meam.*

Venter Mariæ ſicut aceruus tritici vallatus lilijs. Can. 7.

Eſt apotheca omnium charismatum Dei.

Eſt thalamus ſponſi.

De ſecretis autem conſolationibus huius beatiſſimę vẽtris virginalis, poſſumus dicere illud Prouerb. 11. *Quis inueſtigabit omnia ſecreta ventris.* De quo etiam ventre pleno aquæ dulcedinis principaliter intelligi debent verba ſaluatoris noſtri, Iohan. 7. dicentis: *De ventre eius fluent aquæ viuæ.*
Talem ergo conſideremus ventrem, & replebimus mentem, exclamemus quoque cum deuota muliere prædicta, & dicamus Domino noſtro Ieſu Chriſto: *Beatus venter qui te portauit*, venter, ſ. immaculatus, venter intactus, venter ſanctus, puritate plenus, innocentia decoratus, venter illibatus, venter mundiſſimus, venter impollutus.
Beatus venter qui æternæ beatitudinis aditum reſerauit: beatus venter qui orbem vniuerſum benedictione repleuit, beatus venter, per quem peccatores veniam, iuſti gratiam, angeli lætitiam; filius Dei humanę carnis ſubſtantiam, totaq; Trinitas gloriam percepit. De beatitudine vero vberum ſequitur: *& vbera quæ ſuxiſti*, ſcilicet ſunt beata, ipſa enim pauerunt paſcentem omnia. Sed ſciendum eſt quòd B. V. habet vbera ſpiritualia, quæ ſunt eius pietas, & charitas, quibus non conſolatur, & nutrit, iuxta illud Eſaiæ. 66. *Satiamini ab vberibus conſolationis veſtræ* Habent autem vbera vim attractiuam, conuerſiuam, & effuſiuam. Primo habent vim attractiuam, cum ſint ſpongioſa, & poroſa. Et eodem modo vbera virginis benedictæ habent vim attractiuam, quia nos ad ſe, & ad Deum trahunt. Sunt autem quatuor quæ naturaliter trahunt, ſcilicet ſimile, calidum, & quædam proprietates rerum, ſicut patet adamante, & vacuum; & ſimiliter iſta quatuor inducunt beatam virginem, vt per vbera ſuæ charitatis, & pietatis nos ad ſe trahat. Vnde propter iſta quatuor poſſumus ſibi dicere illud Cant. 5. *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, & immaculata mea.* Primum quidem quod attrahit eſt ſimile: & ideo ipſa nos debet attrahere propter ſimilitudinẽ naturæ, vnde ei dicitur: *Soror mea*, vt enim ſcriptum eſt Eccle. 13. *Omne animal diligit ſimile ſibi.* Secundum quod attrahit, eſt calidum, & ideo ipſa nos debet attrahere, propter calidum charitatis intimæ. Et hac ratione dicitur *amica mea*, i. quæ me intime diligit, vnde ipſa inquit Cant. 5. *Ego dilecto meo*, ſcilicet intendo per amorem, *& ad me conuerſio eius.* Tertiũ quod attrahit, eſt proprietas naturalis, ſicut apparet de calamita attrahente ferrum, & ideo ipſa virgo nos ferreos, id eſt in malo obſtinatos, & duros debet attrahere propter proprietatem ſuæ miſericordiæ, ſicut enim *Deo eſt proprium miſereri ſemper, & parcere*: ſic etiam matri eius, & ideo ſubditur: *Columba mea*, ſicut enim columba caret felle, ſic & ipſa fel amaritudinis, ſed tota plena eſt dulcedine pietatis. Ideo ei dicitur Cantic. 1. *Meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis* Vbera enim Euæ fuerunt plena vino, id eſt ſententia mordacis iuſticię. Sed vbera beatæ virginis fuerunt meliora: quia plena ſunt lacte dulcis miſericordiæ. Quartum quod attrahit, eſt vacuum, & ideo ipſa nos debet attrahere propter vacuum humilitatis profundæ, vnde ſubditur. *Immaculata mea.* Ipſa enim omnino ſe euacuauit ab omnibus maculis mundi, maxime à macula ſuperbiæ. Sicut enim ſuperbia cor facit inflatum, ſic humilitas cor facit vacuũ, quia autem illud dicitur vacuum, in quo nihil eſt l. ſi. ff. de iniuſto. rup. irritoque teſt. Ipſa virgo benedicta recte vacua ab omni ſuperbia fuit, quæ nihil elationis vnquam in ſe habuit; & ideo à tali vacuitate reginæ noſtræ debemus attrahi, vt non alta, ſed humilia ſentiamus.

Commendantur vbera Mariæ ſpiritualia quæ ex vi attractiua.

Expon. Cant. 1. Meliora ſunt vbera tua vino.

Secundo dico, quod vbera habent vim conuerſiuam, ſunt enim poſita in pectore; vt cordi ſint vicina, vt ſic per calorem cordis fiat decoctio ſanguinis, & in materiam lactis facilius conuertatur. Vnde lac dicitur ſanguis bis coctus, ſemel in venis, & ſemel in mamillis, & ſecundum Papiam, dicitur lac, à leucos Græce quod eſt album Latine, quia ſanguis in mamillis efficitur albus, vt inquit Archidia. in c. denique 4. diſtin. Iſtam autem vim conuerſiuam in nobis habent vbera virginis glorioſæ: faciunt enim in nobis quatuor conuerſiones, propter quas ipſa dicit Eccle. 24. *Ego mater pulchræ dilectionis* &c. Primo namque per vbera ſuæ charitatis, & pietatis ipſa conuertit frigus noſtrum in calorem, quando à nobis expellit torporẽ, & nobis dat feruentẽ amorẽ. Ideo *ego mater pulchræ dilectionis*. i. quæ frigus, & torporem expello, & calorem diuini amoris induco. Secundo conuertit noſtrum mœrorem in gaudium, & delectationem: quando ſcilicet aufert triſtitiam ſeculi, & dat timorem Dei, ſcilicet filialem, qui quidem eſt delectatio cordis, iuxta illud Eccle. 1. *Timor Domini delectabit cor & dabit lætitiam & gaudium in longitudinem dierum.* ideo ſequitur; *& timoris*, De iſta autem delectatione dicitur Eſai. decimoquinto, delectabitur infans ab vbere, quamuis ſi in propria ſignificatione accipiatur infans, ſcilicet pro eo qui fari non poteſt: vt in l. mulier. ff. de verbo ob. vnde puer ſtatim cum egreditur de vtero matris, dicitur infans l. arretuſa. ff. de ſta. ho. Iſta verba principaliter intelligi poſſunt de Domino noſtro Ieſu Chriſto infante, qui delectabatur ſugere vbere ſuauiſſima matris ſuæ benedictæ. Tertio conuertit tenebras

2. Ex vi conuerſiua.

noſtras

Digitized by Google

noſtras in lucem, quando ſcilicet expellit à nobis ignorantiam,& errorem, & dat veram Dei cognitionem. Ideo ſubdit, *& agnitionis*. De hac autem virtute exponi poteſt illud Eſai. 66. *mamilla regum lactaberis*. Reges enim fuerunt Apoſtoli,& ſacri expoſitores, horum vero regina fuit beata virgo Maria. Tunc autem iſtorum regum mamilla lactamur, quando eorum ſacris doctrinis, ac meritis, & exemplis in Dei erudimur cognitione.

Quarto conuertit tempeſtatem in tranquillitatem: quando ſcilicet aufert dubietatem vacillantem,& dat ſpem animæ, & tranquillitatem, ideo ſubdit,& ſanctæ ſpei, ſpes enim animam firmat, & tranquillam facit, iuxta illud ad Hebræ. 6. *Confugimus ad tenendam propoſitam nobis ſpem, quam ſicut ancora animæ habemus tutam, ac fixam.* Iſtam ſpem propheta ab vberibus beatæ virginis ſe recepiſſe gloriabatur dicens Pſalm. 21. *Spes mea ab vberibus matris meæ.*

3. Ex vi effuſiua.

Tertio vbera habent vim effuſiuam, quia lac effunduntur, eſt autem lac candidum, nitidum, frigidum,& pingue, & ſignificat quatuor beneficia, quæ recepimus ab vberibus charitatis, & pietatis beatæ virginis Mariæ, de quibus dicitur Thren. 4. *Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores.* Eſt enim lac candidum, quia Nazaræi, id eſt eius deuoti recipiunt candorem innocentiæ ideo dicitur: *Candidiores Nazaræi eius niue*. Secundo lac eſt mundū quia eius deuoti recipiunt ab ea nitorem munditiæ, ideo ſubditur, *nitidiores lacte*. Tertio lac eſt natura frigidum, quia recipiunt ab ea refrigerium contra æſtum concupiſcentiæ, ideo ſubditur, *rubicundiores ebore antiquo*. Ebur enim eſt natura frigidum Quarto lac eſt pingue: quia ab eius vberibus recipiunt pinguedinem deuotionis internæ, ideo ſubditur *ſapphiro pulchriores*. Sapphirus habet colorem æthereum, vnde ſignificat cæleſte deſiderium. Ea propter vnuſquiſque deuotus ad alterum dicat illud Prouerb 7. *Veni inebriamur vberibus*, ſcilicet benedictæ virginis.

Triplex lac ſpirituale dat nobis B. virg.

Ipſa enim dat nobis triplex lac ſpirituale. Primum eſt lac cœleſtis doctrinæ, ſicut enim nutrix groſſa cibaria comedit,& ſibi incorporat, & in lac conuerſa puero infundit. Sic beata virgo magnas,& difficiles ſententias memoriæ commendabat, iuxta illud Lucæ. 2 *Maria conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo.* Et illa poſt modum ſic digeſta diſcipulis effudit, vt ait Beda ſuper Lucam. Secundo dat nobis lac pietatis, & miſericordiæ, ſanguis enim in nobis ſæpe accenditur,& cor ad iracundiam concitatur, Sed in beata virgine totus ſanguis iracundiæ conuerſus fuerat in lac dulcis miſericordiæ: quia nihil in ea ſeuerum, vel auſterum fuit: ſed tota lactea, & mellea, id eſt dulcis,& pijſſima extitit. iuxta illud Cantico. 4. *Mel & lac ſub lingua eius.* Vnde Bern. ait: *Reuolue totam ſcripturæ ſeriem: & ſi quid in Maria auſterum, inuenerit, de cæteris eam ſuſpectam habeas, & ad ipſum accedere verearis*. Tertio ipſa dat nobis lac ſpiritualis gratiæ. Vnde dicere poteſt illud Eſai 55. *Venite emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac* Per quæ intelligimus gratiam Dei lætificantem,& dulcorantem animam. Ad præſtandum autem iſtam gratiam, non requirit beata virgo à nobis magnam precum ſonoritatem, ſed tantum mentis affectum, & ideo dicit, *abſque argento*: nec requirit vt cum ea commutationem aliquam faciamus, ſed gratis donat. Et ideo inquit, *& abſque vlla commutatione*. Nec mirum ſi de hoc vino,& lacte ipſa nobis abundanter effundit, cum eo plena ſit. vnde Cant. 5. ait: *Bibe vinum meum cum lacte meo*. Sciendum autem quòd ſanguis, qui conuertitur in lac, ex illa duplici decoctione de qua ſupra dictum eſt, non ſolum trahit albedinem; ſed etiam ſaporoſitatem,& vbertatem. Lac igitur beatæ virginis primo habuit albedinem, quam traxit à duplici decoctione. Prima decoctio fuit facta ab igne ſpiritus ſancti in vtero matris ſuæ, quando ſpiritus ſanctus eam ſanctificauit. Secunda vero in filij Dei conceptione, quando in eam ſpiritus ſanctus ſuperuenit. Secundo eius lac habuit ſaporoſitatem, quam traxit à ſpiritus ſancti deputatione.

Lactis Mariæ mirabiles qualitates.

Nunquam enim aliqua mulier habuit lac tam ſaporoſum, ſicut ipſa. Et ratio eſt, quia lac aliarum mulierum habet multum impuritatis. Et ideo nō poteſt eſſe multum magni ſaporis Lac autem beatæ virginis ſic fuit à ſpiritu ſancto deputatum; quòd factum eſt dulciſſimum, & nimium ſaporoſum;& quia fuit optimi ſaporis, ideo fuit optimi nutrimenti: de quo lacte inquit Augu. in ſermone annunciationis: *Lacta Maria creatorem tuum, panem cœli, precium mundi. Præbe lambenti mamillam, & ille pro te percutienti præbeat maxillam, lacta eum qui fecit te talem, vt ipſe fieret in te.* Tertio ſe eius lac habuit vbertatē à cæleſti ſubminiſtratione, non enim lac ſuum fuit à natura propinatum, ſed de cælo largiter ſubminiſtratū. Vnde canit eccleſia: *Ipſum regem Angelorum ſola virgo lactabat vbere de cælo pleno.* Ipſa igitur virgo tam dulci ac ſaporoſo lacte mamillas plenas habens, de filio ſuo natu gaudebat, dicēs illud Can. 1. *Inter vbera mea cōmorabitur*,& ipſi filio ſuo blādiendo dicebat illud Cant. 7. *Dabo tibi vbera mea.*

Digitized by Google

De iſtis autem vberibus prædixerat ſponſus cæleſtis qui in eodem. c. inquit: *Erunt vbera tua ſicut botri vineæ.* Hanc autem matrem lactantem filium Dei, & ipſum paruulum Ieſum, deſiderabat videre Synagoga, quæ dicebat Cant. 8. *Quis det mihi te fratrem meum, ſugentem vbera matris meæ?* Ipſi quoque virgini dicebant patres veteris teſtamenti illud Can. 1. *Exultabimus & lætabimur in te memores vberum tuorum.* De iſtis etiam vberibus exponere poſſumus illud Eſa. 66 *Sugetis & ad vbera portabimini, & ſuper genua blandietur nobis, ſicut mater blandietur filio ſuo.*

PARS TERTIA HVIVS ſermonis, quod Natiuitas filij Dei fuerit præoſtenſa omnibus creaturis rationalibus.

1. Angelis oſtenſum fuit hoc myſterium. INcarnatio, & natiuitas filij Dei omnibus creaturis rationabilibus eſt præoſtenſa. Primo angelis, vt inquit Auguſt 5. ſuper Gen. ad litterã. Et ſcilicet Ber. ſuper Ionæ. 1. c. di. quòd Lucifer cognouit naturam humanam debere peruenire ad hanc dignitatem, vt eſſet Deus. Hoc quoque myſterium præcognitum fuiſſe angelis declarat beatus Thom. 2. 2. q 2. art. 7. Secundo hoc myſterium fuit oſtenſum patriarchis, videlicet Abel; *2. Patriarchis.* in quo fuerunt tria iuſtitiæ præconia, ſcilicet virginitas ſacerdotum, & martyrium, quibus ipſe primus geſſit figuram Chriſti, vt inquit Auguſt. in lib. diuerſarum quæſtionum ad Oroſium, & etiam ſuper Mat. Vidit etiam hoc myſteriũ Noe in arca fœderis, de quo Gene. 9 dixit Deus *Hoc erit ſignum fœderis inter me, & terram. Arcum meum ponam in nubibus cæli.* Quod exponens Iohannes euangeliſta Apoca 10 dicit: *Vidi alterum Angelũ fortem deſcendentem de cælo amictum nube, & iris in capite eius,* Iſte autem Angelus eſt filius Dei. Nubes vero leuis eſt humanitas de virgine ſumpta. Vnde Eſa. 19. dicitur: *Aſcendet Dominus ſuper nubem leuem:* Arcus autem iſte eſt diuinalis miſeratio. Nam in arcu ſunt duæ partes, prima quæ eſt fortis, eſt lignum, ſecunda debilis, eſt linum. Et tamen pars debilior. ſ. linum, ſiue chorda inclinat partem fortiorem ſ. lignum. Et ſimiliter in Chriſto humanitas tanquam pars debilior inclinat diuinitatem fortiorem ad fugiendum diabolum, & miſerendum homini. Et iſte arcus apparuit in cælo. i. in vtero virginali in ſignum fœderis noſtræ ſaluationis. Abraham quoque vidit hoc myſterium: de quo dicitur Gen 15. *Eleuãs autem oculos ſuos Abraham, cum occubuiſſet ſol, apparuit clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens per diuiſiones illas.* Per clibanum autem fumantem intelligitur vterus virginalis, ſpiritu ſancto obumbratus. Luc. 1. Per lampadem vero intelligitur Chriſtus, iuxta illud Eſa. 6 *Saluator eius, vt lampas accendatur.* Ideo gauiſus eſt Abraham, vt dicitur Iohan. 8. videns diem Domini incarnandi. Iſaac etiam vidit hoc myſterium per figuram, quę habetur Gene. 34. vbi dicitur: quod Abraham dixit ad ſeruum ſeniorem domus ſuæ: *Non accipies vxorem filio meo, in quorum terra habito: ſed ad terrã & cognationem meam proficiſceris. & inde accipies vxorem filio meo Iſaac.* Et iſta ſponſa tandem fuit *Figura incarnationis & natiuitatis Chriſti.* Rebecca, de qua in eodem c. dicitur, quod eo tempore *Iſaac ambulabat per viam quæ deducit ad puteum, cuius nomen eſt viuentis, & egreſſus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die. Cumque leuaſſet oculos vidit camelos venientes procul. Rebecca quoque inſpecto Iſaac, deſcendit de camelo, & tollens cito pallium, operuit ſe: ſeruus autem cuncta quæ geſſerat narrauit Iſaac. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris ſuæ & accepit eam in vxorem: & intantum dilexit eam quod dolorem qui ex morte matris ſuæ acciderat, temperauit,* Allegorice autem exponendo dico; quod per Abraham, qui interpretatur pater multarum gentium, ſignificatur Deus, qui eſt pater omnium per creationem. Seruus autem ſuus fuit Gabriel, cui Deus dixit cum incipere vellet myſterium incarnationis ſuæ. *Non accipies vxorẽ filio meo in quorũ terra habito,* id eſt de cœlo, in quo principaliter habitat, vbi eſt angelica natura. Nõ enim fuit voluntas Dei patris; quòd filius ſuus angelicam naturam aſſumeret, ſed humanã. Vnde ad Hebræ. ſecundo dicitur: *Nuſquam enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ.* Igitur accepit filius Dei vxorem in alia terra, in qua nos cognati eius, ſcilicet per animam creatam ab eodẽ patre habitamus. Hæc autem vxor Rebecca, ſignificat humanam naturam, ſiue Eccleſiam: Rebecca enim interpretatur, multum accepit, quia magnũ fuit, immo maximũ quòd filius Dei ſe ei ſociaret, & plus quã ſi totum mundũ, & totũ cęlũ ſibi daret. Iſaac vero qui interpretatur riſus, eſt Dei filius, qui riſus eſt, & gaudium omnium electorũ, & qui in ſua natiuitate totũ mũdũ lætificauit. Ipſe vero egreſſus eſt ad meditandũ in agro. i. in mũdo, quãdo diſpoſuit omnia quę pertinẽt ad ſalutẽ noſtrã. *Ambulat aũt per viã quæ ducit ad puteũ.* Hæc vero via eſt charitas, de qua Aug. de laudibus eius inquit: *Via igitur eſt charitas Qualis via ſuperexcellẽs. Cuius via hominis ad Deũ & Dei ad hominem Per iſtã viã venit filius Dei ad puteũ Puteus autem fuit virgo benedicta. Puteus certe plenus aquis ſalutaribus.*

Vnde

Vnde ipſi inquit Angelus: Aue gratia plena. Puteus inquam altus contemplatione, & profundus humilitate: puteus latus charitate: puteus irriguus ſanctitate: puteus apertus omnibus gratioſitate. Puteus enim eſt apertus. l. fluminum. § fi. ff. de dam. infec. & aliàs allegatur. l. ſi damni §. item videamus, eodem titulo cum ibi nota. Iſte eſt puteus, qui appellatus eſt viuentis, & videntis Gen. 16. *Hic eſt puteus aquarum viuentium* Can. 4. Et ideo cuilibet noſtrum dicitur Prouerb. 5. *Bibe fluenta putei tui.* Sequitur autem in prædicta hiſtoria, *& inclinata erat iam dies.* .i. vltima ætas, & finis temporum erat. *Cumque leuaſſet oculos ſuos*, intendens in finem mundi, *vidit camelos*, id eſt gentiles ad fidem venientes dorſo curuo: quia idolis erant dediti. Rebecca vero id eſt Eccleſia, viſo Iſaac, id eſt Chriſto deſcendit de camelo, id eſt de conuerſione veteris vitæ, & pallio ſe operuit, quia priſtinam conuerſationem erubuit, & pallio honeſtatis ſe cooperuit, quam Iſaac, id eſt Chriſtus, in tantum dilexit, quòd eam ſibi in ſpōſam copulauit: & dolorem qui ex morte matris ſcilicet, Euæ, vel ſynagogæ, acciderat propter præuaricationem, temperauit. Hanc autem meditationem Iſaac, ſcilicet quòd tunc cognouerit Chriſtum incarnandum; declarat Eccleſia, quæ canit de Chriſto: *Vergente mundi veſpere. vti ſponſus de thalamo, egreſſus honeſtiſſima virginis matris clauſula.* Quibus verbis aliqualiter tangit hanc figuram.

Iacob etiam vidit hoc myſterium. Quia vt habetur Gene. 28. *Vidit ſcalam ſuper terram, cuius cacumen pertingebat ad cælum: & Dominum innixum ſcalæ: et Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam: & ait. Vere Dominus eſt in loco iſto.* Et iterum Geneſ. 32. inquit: *Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.* Per hanc autem ſcalam intelligitur humanitas Chriſti, cui coniuncta eſt diuinitas, quæ eſt lætitia angelorum.

Ioſeph quoque cognouit myſterium Dominicæ incarnationis, quando expoſuit ſomnium pincernæ Pharaonis de tribus propaginibus in vite, dicens: *Tres propagines tres adhuc dies ſunt, poſt quos recordabitur Pharao miniſterij tui, & tunc reſtituet te in gradum priſtinum.* Gen. 40. Tres enim dies ſignificant tria tempora, ſcilicet, legis naturalis, ſcriptæ, & gratiæ. In tertio autem tempore, Deus pater miſertus eſt generi humano, & ipſum reſtituit ad participandā gloriam diuinitatis in Chriſto. Tertio principaliter dico: quod prophetæ viderunt hoc myſterium. Moyſes videlicet in rubo ardente, & non combuſto. Exod. 3. Per ignem enim figurabatur ſpiritus ſanctus, cuius virtute virgo concepit: quo igne deſiderat Eccleſia aduri, dicens Deo: *Vre igne ſancti ſpiritus renes noſtros, & cor noſtrum Domine &c.* Per rubum vero figurabatur vterus virginalis, iuxta illud quod canit Eccleſia dicens: *Rubum quem viderat Moyſes incombuſtum, conſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem. Dei genitrix intercede pro nobis.* Aaron autem vidit hoc myſterium quando virgo ſua ſicca, & arida floruit, frōnduit, & fructum amygdalinum fecit. Nume. 17. Per hanc enim virgam figurabatur beata virgo; de qua Eſa. 11. prædictū fuit: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* & hoc non naturaliter, ſed virtute Dei.

ophe. [margin]

Gedeon quoque hoc myſterium vidit in vellere: quando pluuia deſcendit in vellus, terra non madefacta. Iudi. 6. per pluuiam enim figurabatur Dei filius qui deſcendit in vellus. id eſt, in vterum virginis, iuxta illud pſalm. 71. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus, terra non madefacta.* id eſt, virginitate matris incorrupta. iuxta illud quod canit Eccleſia. *Quando natus es ineffabiliter ex virgine, tunc impletæ ſunt ſcripturæ: ſicut pluuia in vellus deſcendiſti; vt ſaluum faceres genus humanum &c.* Ioſue etiam vidit hoc myſterium in ſtatione ſolis, quando dixit: *Sol contra Gabaon ne mouearis: & ſtetit ſol ſpacio vnius diei in medio cæli* Ioſue 10. Quia ſol. i. filius Dei. de quo Malach. 3. dicitur: Vobis timentibus nomen meum orietur ſol iuſtitiæ. ſtetit in medio cæli, id eſt in vtero virginali. Vnde pſalm 47. inquit: Suſcepimus Deus miſericordiam tuam *in medio* templi tui: Dauid quoque hoc myſterium præuidit, quando prophetauit pſalm. 83. di *Veritas de terra orta eſt.* id eſt, filius Dei: qui inquit Iohan. 14. *Ego ſum via veritas, & vita:* eſt ortus de terra id eſt de virgine Maria. Similiter hoc myſterium cognouit Daniel propheta: qui ait ſui libri capit. 7 *Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce in nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat, & dedit ei Dominus poteſtatem, honorem, & regnum, poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum quod non corrumpetur.*

Quarto principaliter cognouerunt hoc myſterium 12. Sibyllæ. Quarum prima ſcilicet, Perſica depingitur veſtita aurea veſte cum velo albo in capite. Secunda vero ſcilicet Libyca, depingitur ornata ſerto viridi florum in capite; veſtita pallio honeſto, & non multum iuuenis. Tertia autem, Delphica, veſtita veſte nigra, & capillis circumligatis capiti, in manu cornu tenens, & iuuenis. 4. Sibyllis.

Quarta vero Chimica, veſtita celebina veſte deaurata: capillis per ſcapulas ſparſis, & iuuenis. Quinta autem, ſcilicet. Erythræa monachali veſte induta, nigro velo in capite: manu geſtans gla

dium nudum, non multum antiqua, mediocriter facie turbata; habens ſub pedibus circulum aureum ornatum ſtellis ad ſimilitudinem cœli. Sexta vero. ſ. Samia iuuenis, habens formoſum pectus; ſubtili velo capite cooperto; manum ad pectus tenens, enſem nudum ſub pedibus habens. Septima autem. ſ. Cumana veſtita aurea veſte, librum apertum & altum in manu geſtans, & alium librũ in ſiniſtra habens ſuper genu, capite diſcooperto. Octaua vero. ſ. Helleſpontina vetula, & antiqua, veſte rurali induta, ligato velo antiquo capite ſub gula circumuoluto vſque ad ſcapulas, quaſi deſpecto habitu. Nona autem ſ. Phrygia induta veſte rubea, nudis brachijs, antiqua facie, Saturnina, crinibus ſparſis per dorſum, digito indicans Decima ſ. Tyburtina, multum ſenex, veſte rubea induta, deſuper ad collum pellem hircinam per ſcapulas habens, capillis diſcoopertis; breue in manu tenens. Vndecima. ſ. Europa, decora: iuuenis, facie rutilans, velo ſubtiliſſimo capite ligato, induta veſte aurea, breue in manu tenes. Duodecima ſ. Agrippa veſtita roſea veſte, non multum iuuenis, manum tenens in gremio quaſi admirans, & ſiniſtram manum tenens, oſtendendo deorſum cum breui ſcripto. Quarum dicta hic non refero, quia ſupra poſui in primo ſermone huius partis. Et in prima parte Roſarij ſermonum ſermone 14.

5. patribus noui teſtamenti.

Quinto principaliter dico: quòd hoc myſterium fuit oſtenſum, & declaratum viſibiliter patribus teſtamenti: quibus inquit ipſe ſaluator. Luc. 8 *Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei* Vnde etiã Apoſtolis dicebat Luc 10. *Beati oculi qui vidẽt, quæ vos videtis*. ſ. filium Dei humanatum & natum ex virgine.

PARS QVARTA HVIVS ſermonis, quæ induxerint filium Dei, vt veniret in hunc mundum.

Chriſtus venit in carne, vt eſſet magiſter noſter

SI quæratur, quid induxerit filium Dei venire in hunc mundum. Reſpondetur vltra prædicta ſecundum Bonauenturam in vlti. quæſtione, prologi ſententiarum, quod ipſe Dominus venit, vt eſſet magiſter noſter, Si. n. ipſe non diceret. fruſtra quis legendo laboraret. Legerat ipſe in illo ſtudio cœleſti ſubtilem theologiam, theoriaſque altiſſimas ſpiritibus angelicis in throno diuinitatis in medio Trinitatis. Et tunc venit practicare ſtando inter Mariam, & Ioſeph in medio bouis, & aſini. Quia enim homo per peccatum factus erat vt beſtia, iuxta illud pſalm. 48 *Comparatus eſt iumentis inſipientibus: & ſimilis factus eſt illis*. Ideo in ſtabulo & inter beſtias eum quæſiuit: ibique poſuit ſuam cathedram ad legendum omnes ſcientias taliter, quod quilibet de quacunque ſcientia ibi poteſt diſcere. O grammatice veni, ſi vis audire tuam lectionem. Dicit ille præceptor, interrogans puerum: Quot ſunt partes orationis? Et ipſe reſpondet. Octo ſcilicet, Nomen, verbũ, &c. Et ego dico tibi. quod inuenies practice omnes has partes in hoc puero. Primum enim eſt nomen: quia Ieſus. Secundo verbum ſcilicet æternum. Tertio participium, quia capit nomen, & verbum, id eſt, humanitatem, & diuinitatem. Quarto eſt pronomen: quia appellatur Chriſtus, & nos nunc dicimur chriſtiani à Chriſto, & in paradiſo appellabimur, Ieſuaniã Ieſu. Quinto eſt præpoſitio cui vnum tãtum accidit, ſcilicet, quia, ſeruit caſui. & tantum accuſatiuo, & ablatiuo nõ nominatiuo, id eſt, illis qui appetunt nominari, & exultari ſuper alios ex ſuperbia. Non genitiuo, id eſt, his qui gloriantur de genere: vel qui generationi laſciuæ, id eſt, luxuriæ deſeruiunt. Non datiuo, id eſt his qui dant ad rodendum proximo Nec vocatiuo, id eſt adulatoribus, & ſimulatoribus, ac hypocritis qui dicunt Domine Domine &c. Seruiuit tamen accuſatiuo, quia orauit pro accuſatoribus, & crucifixoribus. Et ablatiuo, id eſt, his, qui ſibi abſtulerunt honorem: pro quibus apud patrem interceſſit. vt habetur Luc 23. & prædictum fuerat Eſa. 53. O rhetorice, & tu quid quæris? Nonne ita ornate eloqueris, vt corda flectere poſſis? Sed quid tantum inflexit mundum, quantum doctrina Chriſti? Vnde humanum genus poteſt dicere de Chriſto illud, quod dicitur in quarto Aeneidos.

Solus hic inflexit ſenſus, animumque labantem,
Impulit.

O dialectice quid quæris? Certe veritatem.

Veni igitur ad puerum iſtum, qui eſt veritas. Iohan. 14. &c. qui contempta. 8. diſt. O arithmetice quid quæris? Nonne numerum? Vnde incipis numerare dicens: Vnus, duo, tres & cætera. Ecce quod in hoc puero eſt vnus: id eſt vna perſona, duo, id eſt, diuinitas & humanitas, & tres, id eſt anima, corpus, & æterna maieſtas. O geometra; quid quæris niſi figuras circulares & cætera.

Audi quid de Deo dicit Triſmegiſtus: Deus eſt ſicut ſphæra intelligibilis, cuius centrum eſt vbique, circumferentia vero nuſquam. Sed in ipſo quadratur circulus. quia ipſe Deus factus eſt homo.

Digitized by Google

homo, qui eſt de quatuor elementis, & humoribus. O muſice, veni ſi vis audire melodiam dulciſſimam. Nunquam enim audiſti tam ſuauem harmoniam de fa naſa naturæ acutæ, id eſt, factoris, in fa naturæ grauis: id eſt facturæ: & inter has notas cantant omnes Angeli, & ſancti. O aſtronome: vis bene diuinare? veni ad præſepium, & inuenies pulcherrimum aſtrolabium, in quo poteris videre tuam fortunam. vade & inſpice, & videbis ſolem in virgine inter ſcorpionem, & libram, id eſt Deum iratum, & iuſte punientem O nobilis intellectus, vis altas res addiſcere? vade ad ſcholam iſtius bambini: quia ipſe eſt infinitæ ſapientiæ. *Nam ſapientiæ eius non eſt numerus.* Pſalm. 146. O philoſophe quid quæris niſi ſapientiam humanorum, vel cæleſtium? veni ergo ad paruulum iſtum, qui oſtendet tibi mundanarum, & temporalium rerum vanitatem: iuxta illud Eccleſiaſt. primo. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*: ac faciet amare cæleſtia: dicens: Quæ ſurſum ſunt quærite; non quam ſuper terram ad Col. 3. O iuriſta quam optas ſcire iuſtitiam bene adminiſtrare, id eſt, ius ſuum vnicuique tribuere &cæt. l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iure. veni ad gymnaſium huius paruuli, qui tibi oſtendet hoc facere, dicens: *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari: & quæ ſunt Dei Deo*, Matth. 22. O medice: ecce quod altiſſimus de terra, id eſt, de virgine Maria, creauit medicinam Eccleſiaſt. 38. Nam puer iſte factus eſt omnium languentium medicina, qui ſolo verbo curat omnium infirmitatum genera. vnde Sapient 16. inquit Salomon illi. *Tuus Domine ſermo ſanat omnia.* O Theologe, vis veram ſcientiam de Deo? Ecce quod puerulus iſte Deus eſt, qui docet hominem ſcientiam pſalmo nonageſimo tertio. Iſte autem omnium doctorum optimus, non in throno ſedet aureo; vt faciebat Hiarchas Brachmanus: ſicut refert Hieronymus in epiſtola ad Paulinum, docens de natura, & de moribus, ac de curſu dierum, ac ſyderum. Non in regali requieſcit ſolio ſicut Salomon 1. Paral. 28. *Diſputauit ſuper lignis à cedro Libani vſque ad hyſſopum, & diſſerens de iumentis, & volucribus, reptilibuſque & piſcibus* &c. 3 Reg. 4. Ecce enim plus quam Salomon hic. Matth. 12. Sed eius ſchola eſt diuerſorum eius cathedra præſepium. Ipſius ſedes eſt fœnum. O digniſſima ſchola, O ſacratiſſima cathedra. Currite omnes & pergite ad audiendum iſtum paruulum, qui multas legit lectiones.

Nota huius Magiſtri lectiones.

Prima eſt: quod ipſe verus Deus, & homo eſt ſuper omnia diligendus Ratio eſt: quia *ipſe prior dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis.* 1 Iohã. 4. Secunda, quod ei eſt inſtanter obediendum quia *ipſe pro nobis factus eſt obediens* &c. ad Phil. 2. Tertia quod pro ipſo, & proximo eſt moriendum 1. Petri 2. *Chriſtus pro nobis paſſus eſt, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* Quarta quòd oportet ſemper orare, & nunquam deficere Luc. decimo octauo, ipſe enim non ſolum in vita: ſed etiam proximus morti orauit in cruce. vt dicitur ad Hebræ. quinto. Quinta quod à peccato eſt abſtinendum. Ipſe enim venit effundere ſanguinem: vt nos lauaret à peccatis noſtris Apoſtolus 1. Sexta. quod mundus eſt ſpernendus, ſicut ipſe poſtea fecit fugiens, cum Iudæi vellent eum facere regem. Ioannes ſexto. Septima, quod inimicis eſt parcendum: ſicut ipſe poſtea fecit ſuis occiſoribus. Lucæ 23. Octaua quòd ab incepto opere bono non eſt ceſſandum: ſicut ipſe poſtea egit, qui ab incepto humanæ redemptionis opere nunquam ceſſauit, donec perfecte compleuit. Vnde in cruce dixit: *Conſummatum eſt.* Iohan. 19. Item licet ſibi à Iudæis ſuggereretur, vel deſcẽderet de cruce Mat. 27. Ipſe tamen noluit: ſed in cruce voluit mori, & terminare Nona quod pœnæ & aduerſa ſunt patienter toleranda: quod poſtea oſtendit facto. Ipſe enim in tot tribulationibus non aperuit os ſuum, vt prædictum fuerat Eſa. 53. Decima quod caro eſt maceranda, iuxta illud ad Col 3. *Mortificate membra veſtra* &c. Ipſe. n. vt nos ad prædicta animaret, venit ad tolerandum multa mala, & ſpõte ſubdidit corpus multis afflictionibus Vnde inquit Eſa. 1. *Corpus meum dedi percutientibus & genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me.* Ante enim quã Deus incarnaretur, dicebant homines Deum nihil vnquam moleſtiæ pertuliſſe. Et ideo ipſe venit experiri, & probare, vt exẽplo eius diſcamus aſpera ſufferre: & ſenſualitatem mortificare, & refrænare. Et propter hoc etiam in magna ſiti potari voluit aceto, & felle. Iohan. 19. Vndecima lectio fuit, quod continue debemus animã noſtrã Deo cõmendare. Quod ipſe poſtea fecit, qui in cruce ſpiritum ſuum patri cõmendauit. Luc. 23. Duodecima lectio fuit de omnib. virtutib. Superbis. n. legebat de humilitate, quã in ſeipſo oſtẽdebat: quia exinaniuit ſeipſum &c. ad Phil. 2. Auaris de euangelica paupertate, quia inuolutus erat vilibus pãniculis: & ſic de ſingulis. Stabat aũt ad pedes Salomonis reg. Saba. i. virgo benedicta. audiẽs ſapientiã eius, qui *factus eſt nobis ſapientia à Deo.* 1. Cor. 1. Has autẽ lectiones cœpit legere magiſter ille eximi⁹ in diuerſorij gymnaſio: quas reperiuit poſtea in doctorũ medio, in tẽplo. Luc. 2. Sed lecturã ſuã compleuit in crucis pulpito.

Venit

Digitized by Google

moda induerunt, ſcilicet horrorem, obſcuritatem triſtitiam, & frigiditatem. Ante ipſius autem aduentum homines erant in tenebris, quia erant in horrore, & timore: ex eo quod erant in poteſtatem dæmonum traditi. Vnde tunc dici poterat illud Exod. 10. *Factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Aegypti*. Erant etiam in obſcuritate: quia erant multiplici ignorantia inuoluti. Vnde dicere poterant illud Iob 38. *Nos quidem inuoluimur tenebris* Erant quoque in triſtitia, quia Dei viſione erant priuati. Vnde dicere poterat humanũ genus illud Tob. 5. *Quale gaudium mihi eſt, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video?* Erant etiam homines in frigore, quia erant ab igne diuini amoris elongati. De quo dicit ipſe ſaluator Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram*. Iſte autem populus ambulans in tenebris, hodie vidit lucem magnam, ſcilicet Dominum Ieſum: qui ait Ioann. 8. *Ego ſum lux mundi*. Lux autem habet ſecurum reddere, illuminare, lætificare, & calefacere. Primo ergo Chriſtus ſecuritatem attulit homini, expellendo ab eo timorem, ac refrænando dæmonis poteſtatem. Vnde pſalm. 103. inquit: *Ortus eſt ſol*, id eſt Chriſtus, *& congregati ſunt*, ſcilicet dæmones: *& in cubilibus ſuis collocabuntur*, Secundo nos illuminauit dans veram Dei cognitionem, iuxta illud Luc 1. *Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent; ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis*. Tertio nos lætificauit, reſtituens Dei viſionem, de qua exponi poteſt illud Prouer. 15. *Lux oculorum lætificat animam*. Quarto nos inflammauit, infundens diuinum amorem. Vnde pſal. 104. inquit: *Ignem miſit, vt luceret eis per noctem*. Iſta quoque quatuor hodie Angelus de cœlo nobis attulit Remouit enim obſcuritatem, & induxit illuminationem. Vnde de paſtoribus dicitur Lu. 2. *Claritas Dei circumfulſit illos*. Remouit etiam timorem, & induxit ſecuritatem cum ait: *Nolite timere*. Remouit quoque triſtitiam & induxit lætitiam dicens: *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum*.

Gaudium magnum in natiuitate Christi quo ad 4. dimenſiones.

Hoc autem gaudium fuit magnum, quantum ad quadruplicem dimenſionem. Nam fuit altum taliter, quod vſque ad cœlos aſcendit: & Angelos ſic lætificauit, quod cœlos reliquerunt: & ad paſtores venientes ſuum eis gaudium retulerunt. Fuit etiam profundum, quia infernum penetrauit, & ſanctos patres, qui erant in limbo lætificauit. iuxta illud Eſa. 9. *Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis*. Fuit quoque longum, quia iuit vſque in orientem, & Magos ſic lætificauit, quòd ſua regna reliquerunt, & ad puerum cucurrerunt, Iuit etiam in occidentem, vbi Auguſtum lætificauit, ita quod ipſius Chriſti imagine vſ thura illi obtulit. Vnde Sapient. octauo dicitur *Attingit à fine vſque ad finem fortiter* &c. Fuit inſuper latum, quia perfudit præteritos. Iohan 8. *Abraam pater veſter exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauiſus eſt*, ait ſaluator. Item præſentes. Vnde Angelus dixit paſtoribus: *Annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo*. Luc. 2. Item extenditur ad futuros, vnde Ambro ait: *Hæc eſt gloria natalis Domini, vt in futurum tranſeat ad prædeſtinatos, & in perpetuum maneat ad deuotos*. Quarto Angelus remouit frigiditatem: & adduxit verum ignem, cum annunciauit Chriſti ortum di *Natus eſt vobis hodie ſaluator* &c. Secundo venit Chriſtus in mundum: vt humani generis infirmitates ſanaret. Homo enim inter alias patiebatur quinque infirmitates, ſcilicet tumorem ſuperbiæ, cæcitatem ignorantiæ, inſipiditatem in mente, vulnerationem culpæ, & fœtorem conſuetudinis prauæ. Sed ab ipſis infirmitatibus nos ſanauit filius virginis per quinque remedia, quæ adduxit.

2. principaliter venit Chriſtus. infirmit. ſanaret.

Portauit enim carnem de qua fecit emplaſtrum: ſanguinem, de quo fecit collyrium: ſpiritum humanum, de quo fecit mel dulciſſimum: animam, quæ fuit vas vnguentarium: & diuinitatem, quæ fuit balſamum precioſum. Prima igitur infirmitas, erat tumor ſuperbiæ, qui primo ortus eſt in cœlo: deinde in terreſtri Paradiſo, & tandem ſparſus eſt in toto mundo. Et ideo Chriſtus de ſua carne fecit emplaſtrum, quod ipſum tumorem maturauit, & fregit. Fit autem emplaſtrum de herbis, & floribus abſciſſis, contritis, & coctis. Caro autem Chriſti fuit herba, ſicut & noſtra, iuxta illud Eſa. 40. *Omnis caro fœnum*. Fuit etiã flos: & hoc propter innocentiam, & puritatem; & fuit abſciſſus per mortem, Eſa. 53 *Abſciſſus eſt de terra viuentium & contritus per flagellationem*. Ibidem Attritus eſt propter ſcelera noſtra. Et coctus per pœnarum nimiam aduſtionem, Vnde inquit per pſalm. 101. *Oſſa mea ſicut cremium aruerunt*. Ecce humilitatis exemplum; ſuperbię medicamentum Secunda infirmitas, erat cæcitas ignorantiæ. Et ideo Chriſtus de ſanguine ſuo fecit collyrium quo ceci illuminantur.

Et propter hoc dicitur Apocalypſis tertio. *Collyrio vnge oculos tuos vt videas*. Illud autem collyrium factum de ſaliua, & terra, Ioan. 9. id eſt de deitate & humanitate. Et de melle & cera, id eſt, de diuinitate melliflua, & carne incorrupta. Figura autem huius collyrij habetur primo Regum 14 de Ionatha: qui *guſtauit de fauo mellis: & illuminati ſunt oculi eius* Tertia infirmitas erat inſipiditas in mente; qua ſpiritualia ſibi deſipiebant.

Digitized by Google

& ideo Chriſtus de ſpiritu ſuo mel dulciſſimum fecit & inſipiditatem hominis dulcorauit. Vnde ait Eccleſiaſt. 24. *Spiritus meus ſuper mel dulcis.* Eius autem dulcedo non ſentiebatur, quando in vaſe corporis clauſa tenebatur. Sed quando inclinato capite tradidit ſpiritum tunc eius dulcedo repleuit cœlum, & mundum. Vnde canit eccleſia: *Hodie per totum mundum melliflui facti ſunt celi.* Quarta infirmitas erat vulnus culpæ, iuxta illud Eſa. 1. *Vulnus, & liuor, & plaga tumens &c.* Et ideo Chriſtus de anima ſua fecit vas vnguentarium, in quo continentur omnia vnguenta omnium vulnerum, & infirmitatum. Omnia enim vulnera animæ cauſantur aut ex infirmitate, aut ex ignorantia, aut ex malitia. Sed Iohan. 1. dicitur: *Vidimus gloriam eius,* id eſt glorioſam miſericordiam eius, quæ ſanat vulnus cauſatum ex malitia. Sequitur paulò poſt, *plenum gratiæ & veritatis* Gratia autem eius ſanat vulnus cauſatum ex infirmitate: veritas vero vulnus cauſatum ex ignorantia. Quinta infirmitas erat fœtor. Chriſtus attulit diuinitatem, tanquam balſamum precioſum, cuius odorem ſenſit Lazarus quatriduanus, ac fœtidus, & reuixit. Iohan. 11 Eſt autem prima dies mala delectatio. Secunda, malus conſenſus. Tertia, malum opus. Quarta, mala conſuetudo, & tunc homo efficitur fœtidus coram Deo & mundo.

Qui ergo ad odorem iſtius balſami non reſurgit, magis eſt inſenſibilis, quam mortuus, fœtidus & immundus. Propter has autem curationes inquit propheta de Chriſto, Pſalmo 102. *Qui ſanat omnes infirmitates tuas,* & Auguſtinus prædicta confirmans inquit: *Magnus de cœlo venit medicus, quia per totum mundum magnus iacebat ægrotus.*

Poſſumus autem dicere, quod quædam infirmitas cauſatur in homine ex comeſtione: & tali modo infirmatus eſt Adam, qui de poma vetito comedit, & ideo infirmitatem mentis, & corporis incurrit. Hoc autem vitium gulæ hodie in multis dominatur: & ideo ſæpe infirmantur & moriuntur. Scriptum eſt enim Eccleſiaſti. 37 *In multis eſcis erit infirmitas, & propter crapulam multi perierunt.*

Hanc autem infirmitatem venit ſaluator noſter ſanare per diætam, ieiunando quadraginta diebus &c. Matthei quarto: vt etiam nos doceret abſtinere à nociuo cibo: & gulam refrænare; ſi volumus ſani viuere. *Qui enim abſtinens eſt, adijciet ſibi vitam.* Eccleſiaſtico 37. Secũdo cauſatur infirmitas ex nimia frigidatione. Peccatum enim mortale eſt notabiliter frigidum, ita quòd ignem diuini amoris extinguit, vnde Hierem. ſexto dicitur: *Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam, ſic frigidam facit malitia animam:* quod frigus peccati facit animam pigram in bono opere. iuxta illud Prouerbio. ſecundo. *Propter frigus piger arare noluit,* id eſt cor ſuum ſcindere per contritionem, & ſerere per bonum opus. Hanc autem infirmitatem ſanauit per ſudorem ſanguineum. In ſudore enim lachrymarum homo frigidus inflammatur.

Vnde ait Gregorius de Magdalena, quod frigida venit ad Chriſtum, ſed inflammata receſſit poſt lachrymas. Ignis igitur amoris, qui erat in Chriſto ipſum ſudare fecit ſanguinem. Vnde Lucæ vigeſimo ſecundo dicitur: *Et factus eſt ſudor vultus eius, ſicut guttæ ſanguinis &c.* Et ſic infirmitatem frigidationis curauit.

Tertia infirmitas cauſatur ex nimietate, & corruptione ſanguinis. Sanguis autem nimius, dicitur abundantia terrenorum, quæ ſæpe eſt cauſa peccati. Vnde pſalm. 72. ait: *Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum.* Sanguis autem putridus, dicitur ipſa carnalis concupiſcentia, quæ animam maculat, & coram Deo putridam facit. De hoc autem ſanguine exponi poteſt illud Eſa primo, *Cum multiplicaueritis orationes veſtras, non exaudiam vos. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* Et Oſeæ quarto: *Sanguis ſanguinem tetigit.* Hanc autem infirmitatem ſanauit per minutionem ſanguinis in manibus, & pedibus, & latere &cæt. Iſtam autem minutionem nos facimus, quando venam oris noſtri in confeſſione aperimus. Vnde Prouerb. decimo dicitur: *Vena vitæ os iuſti, os autem impiorum operit iniquitatem.*

Quarta infirmitas cauſatur ex humorum, id eſt vitiorum corruptione. Vnde pſalmo decimo tertio ait: *Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt &c.* Et iſtam infirmitatem ſanauit filius virginis per aſſumptionem amaræ medicinæ: de qua ipſe ait Pſalmo 68. *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.* Et ideo & nos debemus bibere amaram potionem contritionis, & doloris peccatorum noſtrorum: iuxta illud Hieremiæ 32. *Pone tibi amaritudinem* &cæt. Quæ medicina quanto erit amarior, tanto erit virtuoſior ad malos humores expellendos. De qua exponi poteſt illud Eſai. vigeſimo quarto: *Amara erit potio bibentibus eam.* Alias quoque infirmitates humanas venit Chriſtus ſanare vnguentis ſuæ gratiæ. De quibus dicitur Eccleſiaſt. 38, Vnguentarius conficiet vnguenta ſanitatis.

Digitized by Google

Venit Chriſtus perditos ſaluare.

Venit etiam in mundum filius Dei perditos ſaluare. Vnde Pſalmus 73. ait: *Deus autem rex noſter ante ſecula: operatus eſt ſalutem in medio terræ*, id eſt in humana carne. Caro enim Chriſti non dicitur terra, ſed medium terræ, Natura quippe noſtra habuit duplicem extremitatem. Vnam, qua fuit ſub innocentia. Aliam vero, qua modo eſt ſub miſeria. Chriſtus ergo aſſumpſit naturam noſtram cum innocentia, & quantum ad hoc participauit cum prima extremitate. Item aſſumpſit eam cum miſeria, id eſt, cum pœnalitate, & quantum ad hoc participauit cum ſecunda. Natus quoque eſt, vt reduceret exules, & peregrinos, & ideo venit portans ſecum regnum. Propter quod dicitur Eſa. nono, *Et factus principatus ſuper humerum eius*. Iſte autem principatus eſt dignitas regalis, quam portauit, vt nos reges faceret: vel eſt onus peccatorum noſtrorum, quod portauit vt nos alleuiaret. iuxta illud Eſa. 53 *Vere languores noſtros ipſe tulit*. Vel eſt crux, quam ipſe ſuis humeris portauit, vt nos tanquam ad vexillum colligeret. iuxta illud Eſa. decimo primo: *Leuabit Dominus ſignum in nationes* &c. Quia igitur filius Dei tantum nos honorauit, quia fecit nos ſimiles ſibi in creatione, & fratres ſuos in redemptione: & faciet cohæredes in glorificatione, atque humanatus eſt pro noſtra ſalute: Ideo merito debemus eum honorare, & debitas ei gratias referre.

Exules reducere.

Gratias exterius referimus quadrupliciter.

Modus autem referendi gratias aliquando fit per ſolam vocis expreſſionem. Aliquando per manuum eleuationem. Aliquando per genuflectionem. Aliquando per totam corporis proſtrationem, Et hoc ſignificatum eſt Gene. 17. vbi Abraam audita futura natiuitate Iſaac, cecidit in faciem ſuam, ſcilicet gratias referendo. Omnes ergo non ſolum corde, & corporali veneratione gratias puerulo nato referamus, ſed etiam ſermone dicentes illud 4 Reg. 7. *Hæc dies boni nuncij eſt. ſi tacuerimus, & noluerimus nunciare, ſceleris arguemur*. In terram quoque nos proſternere debemus ſaltem corde, vt de ſua viſitatione ſibi gratias rependamus. Sicut figuratum fuit Exodi quarto vbi dicitur: Audierunt quod viſitaſſet Dominus filios Iſrael: & proni adorauerunt. Legitur quoque Ionæ tertio quod rex indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere, & omnes ſerui eius idem fecerunt. Tunc autem rex Chriſtus ſedit in cinere, quando indutus eſt carne. Et ideo & nos debemus ei conformari in humilitate, & gratias illi referre, tympanum aſſumentes, & di. illud Exodi 15. *Cantemus Domino* &c. In tympano enim eſt forma ſphærica, pellis raſa, & per eum cauſatur melodia. Et ſic in Chriſto eſt diuinitas æterna, caro quæ fuit crucifixa, & anima omni iubilatione plena. Item tympanum fit de corio in ligno extenſo, & virga percuſſo, & corium id eſt corpus Chriſti fuit extenſum in cruce, iuxta illud pſalm. 103. *Extendens cælum ſicut pellem*. Et percuſſum diſciplina patris. Eſa. 53. *Propter ſcelus populi mei percuſſi eum*. Iſtud ergo tympanum debemus aſſumere per meditationem, & ſibi cantare per gratiarum actionem. iuxta illud Apoſtoli 2. Theſſa 2 dicentis: *Nos autem gratias agere debemus Deo ſemper*. Item debemus, dicere Deo cum propheta pſalm. 32. *In pſalterio decem chordarum pſallam tibi*. Per pſalterium enim decem chordarum. intelligitur Chriſtus incarnatus, in quo fuerunt quinque chordæ, id eſt, quinque vulnera, quibus oſtenditur eius humanitas, & quinque aliæ quibus oſtenſa fuit ſua diuina maieſtas. ſcilicet natiuitas ſupernaturalis, gloria reſurrectionis maieſtas aſcenſionis, miſſio ſpiritus ſancti, & iudiciaria poteſtas.

PARS QVINTA HVIVS ſermonis; in qua moraliter tanguntur nonnulla circa Euangelium præſentis ſolemnitatis.

VOlens aliquid moralitatis tangere circa expoſitionem euangelij præſentis ſolennitatis, dico quod per Mariam, quæ illuminata interpretatur, ſignificatur anima à Deo inſpirata, & illuminata: quæ tunc concipit, & parit Ieſum, id eſt ſaluatorem, quando bonum propoſitum concipit in corde; & poſt modum illud producit in opere. Et ideo boni religioſi, qui a Deo inſpirati de intranda religione profeſſionem in ea fecerunt, poſſunt dicere Deo illud Eſa. vigeſimoſexto: *A facie tua concepimus, & parturiuimus ſpiritum ſalutis*. Iſtum autem puerum ſic conceptum extrahit de ventre matris auſteritas vitæ, cantans & iubilans in pœnis, & mortificatione carnis cũ patulo vagitu. Paupertas autem illum pannis inuoluit, humilitas vero in præſepio reclinat. Et iſtæ tres virtutes ſunt, quaſi tres optimæ obſtetrices. Sed o religioſe, ſi iſtum paruulum in te natum vis nutrire, & fouere, attende quia eſt inuoluendus, reclinandus, cuſtodiendus, leuandus, lauandus, deducendus, & cibandus: & ad hæc omnia quærendæ ſunt nutrices, gratioſæ virgines, quia eſt virginitatis filius, id eſt ſpecioſæ virtutes. Excludendæ autem ſunt rugoſæ

Digitized by Google

vetulæ, id eſt inueteratæ malitiæ. quia à malo oculo tenellum paru... ſolent faſcinare. Iſtæ autem bonæ nutrices non debent eſſe ſolæ: quia virtutes conſociantur in charitate. Ait enim propheta pſalm. 44. Adducentur regi ſcilicet nato, virgines in plurali, vt ſcilicet ſeruiant ſedulo officio, poſt eam reginam, quæ ipſum de ſpiritu ſancto genuit: debent ergo eſſe geminæ ad omnia officia. Primo aũt inuolućdus eſt paruulus, ſed non niſi mundis pannis. Ferant igitur duæ puellæ pannos mundos. Vna pannos abluat, promittens quod eos quotidie lauabit, & hæc eſt contritio quæ dicit: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo*. pſalmo ſexto. Altera pannos extendit, vt deſiccentur ad ſolem, & hæc eſt confeſſio, quæ abſcondita producit in lucem di. *Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino &c.* pſalm. 31. Secundo ad reclinandum puerum duæ ſe offerunt, vna lectũ parat: & hæc eſt ſancta meditatio quæ ſternit cor floribus ſcripturarum, & canat eum ſponſa: *Lectulus noſter floridus*. Cant. primo. Alia puerum reclinat: & hæc eſt charitas quæ Ieſum amplexatur brachijs amoris, & inter ſua ſuauiſſima vbera facit eum dormire, di. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus, mihi inter vbera mea commorabitur*. Cant primo. Tertio ad puerum cuſtodiendum duæ ſe offerunt. Vna cum cuſtodit à ſtrepitu intrinſeco, & hæc eſt tranquillitas, quæ claudit cubiculum, & ſi modicum quid ſiniſtrum audierit, dicit: *Quis es tu, qui clamas & inquietas regem*: primo Reg. vigeſimoſexto. Altera eum cuſtodit ab incurſu extrinſeco: & hæc eſt æmulatio, quæ nihil ſiniſtrum ſinit intrare in tota domo cordis vel corporis. Quæ ſi viderit oculum, aurem, vel aliquem ſenſum aliquid apportare nocituum, clamat: *Filij mortis eſtis vos; quia non cuſtodiſtis Dominum veſtrum regem*, primo Regum vigeſimoſexto. Hanc B. Petrus clauicularius regis noſtri locat oſtiariam multo meliorem, quam illa quam inuenit in domo principis ſacerdotum. Ioan. 18. Et magis ſollicitam, quam illa quæ purgans triticum Isboſeth; obdormiuit. 2. Reg. quarto *Quis, eſt*, inquit Beatus Petrus, *qui vobis noceat ſi boni æmulatores fueritis* primo Pet. 3. Anima mea hanc loca ad ianuam cordis, ſi vis Chriſtum cuſtodire, quia dura ſicut infernus æmulatio, & lampades eius lampadas ignis atque flammarum. Cant. octauo Quarto ad puerum leuandum duæ ſe offerunt.

Vna eum excitat, & euoluit quoties ſonuerit horologium amoris: & hæc eſt ſollicita deuotio, quæ ſingula myſteria voluit, & ruminat, quibus quaſi pannis inuolutus eſt puer noſter Ieſus, qui amictus eſt lumine ſicut veſtimento, pſalm. 110. Reuela ait pſalm. Deo, *oculos meos, & conſide. mira de le. tua* Deuotio namque eſt feruor mentis reuoluens animam in Chriſtum. Vnde propheta ait pſalmo 62. *Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea*. Altera vero eum alloquitur: ſed non niſi de legitima licentia ipſius, & hæc eſt attenta oratio, quæ dicit: *Domine labia mea aperies* &c. pſalmo 50 Huiuſmodi autem vox eſt dulcis paruulo, & ideo poſtea ſimul cantant, deuotio, & oratio. *Exurge quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem*. pſalmo 53 Quinto ad puerum balneandum duæ ſe offerunt, vna balneum parat, & hæc eſt pietas, qui videns lachrymantem puerum, & audiens eius ploratum educit aquam calidam abundanter de fontibus cõdis ſui di. *Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt*. Cantic. quinto. Et non ſolum aqua abluit, ſed vnguento vngit & ait: *Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens* pſalmo vigeſimoprimo, vnde illi dicit paruulus: *Odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata* Cant. quarto. Altera vero puerum tenet, & hæc eſt perſeuerantia, quæ tandiu tenet donec ſibi placuerit in hac lachrymarum valle in aquis noſtræ miſeriæ balneari, dicens: *Tenui illum nec dimittam*. Cant. tertio. Sexto ad puerum deducendum duæ ſe offerunt. Vna eum geſtat dicens cum Paulo primo ad Corin. ſexto. *Glorificate & portate Deum in corpore veſtro*. & hæc eſt obedientia non coacta, quæ à poſteriori ſupra dorſum portat onera contra cor. ſed materna & voluntaria quæ filium à patre anteriori portat ſupra pectus delicioſe inter brachia. & ſic vult portari paruulus noſter Ieſus di. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, & ſicut ſignaculum ſuper brachium tuum*. Cant. octauo. Altera præcaueat, ne genua offendat ad lapidem impatientiæ, & ſic læ dat paruulum quacunque occaſione. & hæc eſt circunſpectio quæ iugiter clamat obedienti iuſto:

Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat, primò ad Cor. decimo. Cantant ergo hæ duæ deducentes paruulum. Incipit autem obedientia iubilans in operibus & dicit: In manibus portabunt te. Et reſpondet circunſpectio præcauens ab exterioribus ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. pſal 90. Septimo ad puerum cibandum duæ ſe offerunt. Vna eum paſcit, & hæc eſt miſericordia, quæ membra eius reficit. Vnde ipſe Dominus ait Mat. 25 *Eſuriui & dediſtis mihi manducare &c*, ſubdit:

Quod

Digitized by Google

Quod enim vni ex minimis meis, ſcilicet membris, *feciſtis, mihi feciſtis*. Hæc tamen non de furfure, cibo porcorum, imitatrix Cain, ſed de ſimilia delicatiſſima, imitatrix Abel, parat polentam, deinde in manu pueri ponit pomum cantans: Omnia poma noua, & vetera, dilecte mi ſeruaui tibi. Cantico. 7. Altera vero eum lactat & potat, & hæc eſt manſuetudo, quæ de cordis vberibus dulces ſermones eliquat. *Nonne* inquit Sapiens, *ardorem refrigerabit eos? ſic & verbum*. Eccleſiaſt. 18. Hæc dicit paruulo: *Dabo tibi vbera mea*. Cant. 7. Et iterũ: *Dabo tibi poculum ex vino condito*. Cant. 8. Ipſe autem puer reſpondet ei: *Fauus diſtillans labia tua: mel & lac ſub lingua tua* Cant. 4. Iſtis autem nutricibus officium ſuum dulciter explentibus, & nunc reclinantibus, nunc excitantibus, nunc paſcentibus, nunc deducentibus &c. in ſpiritoali tripudio enutritus, *puer Ieſus creſcit ætate, ac ſapientia. & gratia coram Deo, & hominibus* Luc. ſecundo. Et tunc dicere poſſumus illud Eſa. 9. Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Loquendo autem de Chriſto ad litteram dico, quòd licet ipſe Dominus Ieſus hodie fuerit paruulus, quando ad ætatem, matrem, ſtaturam, familiam, pomum, lectum, cibum, & veſtimentum. Poteſt tamen dici quòd fuit paruulus triplici alia ratione. Primo; quia offenſus de facili poteſt placari, vt ſupra diximus; Qui enim ante dixerat tanquã implacabilis Ezechiel. 7. *Non parcet oculus meus ſuper te, & non miſerebor*, modo dicit Eſaiæ 40. *Prædicate annum placabilem Domino*. Secundo quia emendo faciliter decipi poteſt paruulus: vnde aliquando pro vno pomo dat totam ſuam hæreditatem. Olim autem Deus regnum ſuũ valde chare vendebat, quia nullus ipſum emere poterat, nec pro aliqua graui pœnitentia, nec pro morte aliqua, ſed modo dat ipſum regnum pro calice aquæ frigidæ. Matth. 9. Immo etiam pro vna bona voluntate. Vnde inquit Pſalmus. 9. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus. Ideo Deum quodammodo decipimus; quia eius regnum quaſi pro nihilo ab eo obtinemus. Vnde Pſalm. 55. dicit Deo: *Pro nihilo ſaluos facies illos*. Et de beatis in figuram iterum ait: *Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem*. Tertio dicitur paruulus; quia ad inſtar paruuli debet à nobis ſpiritualiter concipi per bona propoſita, & poſtea parturiri per bona opera, vt prædiximus iuxta præallegatam autoritatem Eſa. vigeſimoſexto, A facie tua concepimus &c. Sed multi ſunt qui abortum faciunt, quia bonum propoſitum ad opus non perducunt. iuxta illud Eſaiæ. 35. *Venerunt filij vſque ad partum, & virtus non eſt pariendi*. Debet quoque nutriri per perſeuerantiam, & ideo cuilibet fideli dicit Deus pater illud Exodi ſecundo: *Accipe puerum iſtum, & nutri mihi*. Debet etiam portari per patientiam: iuxta illud Eccleſiaſtici ſexto: Subijce humerum tuum, & porta illam: ſcilicet ſapientiam quę Chriſtus eſt. Si enim ipſum ſaluatorem portauerimus per deuotionem in hoc ſeculo, ipſe nos ab Angelis ſuis portari faciet in cœlum perenniter regnaturos cum eo, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Chriſtus natus fuit paruulus, multiplici ratione.

✠

SERMONVM MARIALIS PARS OCTAVA.

IN QVA TRACTATVR DE BENEDICTAE MATRIS DEI Purificatione.

ET PECVLIARI NOMINE Sancti Sanctorum dedicatio nuncupatur.

SERMO PRIMVS.

IN QVO EXPLICATVR RITVS Candelarum; redditur ratio præcepti præſentationis pueri in templo quadrageſimo die: Item cur B.V. cum non indigueris purificatione, vt oſtenditur, voluerit tamen purificari.

L*Vmen ad reuelationem gentium.* Lu. 2. Hodie ſacroſancta mater Eccleſia ſumma cũ veneratione, & reuerentia, ac honore ſolennitatem deuotiſſimam purificationis immaculatæ virginis matris Dei ac redemptoris noſtri feſtiuis laudibus veneratur: quamobrem congruum videtur, vt & nos ſeruuli eius deuoto mentis affectu de tanta feſtiuitate memoriam recolamus. Vnde quia inquit philoſophus 1. Ethi quod ſermones inquirendi ſunt ſecundum materiam de qua ſunt, tunc enim ſufficienter dicetur, ſi ſecundum ſubiectam materiam dicetur. Ideo licet de tam celeberrima ſolemnitate ſermocinari me ineptum videam: tamen pro modulo ingenij mei aliquid eloqui amore eiuſdem pijſſimę virginis, de ſanctiſſima ipſius purificatione conabor. Ait enim Leo Papa in ſermone de Dominica infra octauam natiuitatis Domini: *Ratio adeſt non tacendi, vbi oritur difficultas fandi.* Maxime autem ad prædicandum de hac feſtiuitate me inducit diui Ambroſij dictum in libr. de virginitate qui ait: *Talis fuit Maria, vt eius vita omnium ſit diſciplina. Vnde non eſt vllatenus dubitandum, quod quicunque porrigit; & maxime dum paruulum filium ſuum in templo præſentauit: cum ingenti myſterio, & pro omnium omnimam eruditione perfecit.* Ipſa namque fuit lumen, quod gentibus in tenebris cæcutientibus ſolem iuſtitiæ Dei filium reuelata facie contemplandum oſtendit. De cuius purificatione quatuor conſiderationes faciemus.

Prima dicetur illuminationis.
Secunda cauſationis.
Tertia dubitationis.
Quarta vero appellabitur purificationis.

PARS PRIMA HVIVS SERmonis; in qua explicatur ritus candelarum accenſarum in hac ſolennitate, & eius cauſa.

FOrte intelligere deſiderant multi, quare Eccleſia ordinauit, quòd in iſto feſto purificationis virginalis portentur candelæ in manibus accenſæ, propter quod hæc feſtiuitas candelaria appellatur. Non autem ſtatuit hoc fieri in annunciatione, quæ eſt magna feſtiuitas, & maior iſta; nec etiam aſſumptione, quæ eſt maior omnium virginis feſtiuitatum. Non etiam in natiuitate eiuſdem, ſed ſolum in purificatione. Videtur enim eis quòd ſaltem in aſſumptione deberent potius portari candelæ accenſæ ad ſignificandum, quod ſicut in cælis illo die à tota curia cæleſti cum hymnis, & canticis, ac laudibus honorata eſt: ſic & in terris honorari debeat. Vnde quàm plures mouentur nouitate rerum, videntes in præſenti ſolemnitate confluere plebem ad Eccleſias, & cum luminaribus proceſſionaliter pergentem. Quibus, vt tantæ admirationis cauſa tollatur, & deuotione potius, quam admiratione incitentur, ſatisfacere cupiens, dico, quòd quadruplici ratione hoc conuenientiſſime Eccleſia ordinauit. Primo propter remouendam erroneam conſuetudinem, ſecundo propter oſtendendam virginis puritatem, tertio, propter colendam hodiernam præſentationem, quarto propter noſtram inſtructionem. Quoad primam rationem dico, quòd vt refert autor rational. diuinorum. Romani quando cultoris idolorum dediti erant, de quinto in quintum annũ in Kalendis Februarij ad honorem Februæ matris Martis, quem Deum belli appellabant, luſtrabant vrbem tota nocte cum cereis, & facibus accenſis, vt eius

Quatuor rationibus hodie portātur candela accenſa.

Primò vt ritus idolorū mutaretur.

Digitized by Google

vt eius filius eis de hoſtibus victoriam daret, cuius genitricem tantis laudum præconijs efferebant. Et iſtud ſpacium dicebatur luſtrum. Vnde canit Eccleſia *Luſtris ſex qui iam peractis*, Sex enim luſtra faciunt 30. annos. Nam ſpacium 5 annorum appellatur luſtrum, vt in auth. h. conſti. in no. conſt. in medio col. 8. & not. l. ea ſi quis nec cauſam §. penult. ff. ſi. cer. pe. & l. item quæritur §. ſi in pleto. ff. loca In eodem etiam menſe ſacrificabant Plutoni, qui dicebatur Februus: & reputabatur ab eis Deus inferni, vt ipſe cum cæteris dijs inferorum propitiaretur animabus damnatorum. Cui etiam efficiebant hoſtias ſolennes, excubantes cum laudibus in templo cum cereis accenſis. Arbitrabantur etiam Romani ſequentes, quorundam poetarum fabulas, maxime Ouid. in 4. de faſtis. & 5. Meta. quòd in principio huius menſis Pluto de vrbe ſuſtulit Proſerpinam ob eius formoſitatem, quam ſecit dream: vnde Ceres mater eius, & cognati cum facibus eam quæſierunt in nocte in monte Aethna qui eſt in Sicilia, in quo dicitur eſſe porta inferni: propter quod mulieres Romanæ his diebus feſtum luminarum exercebant. Et iſtam hiſtoriam, vel verius fabulam repræſentantes, vrbem Romanam cum facibus & luminaribus circumibant.

Sergius Papa acclorit as ritus huius.

Quos abominabiles errores conſiderans Sergius Papa, ſimul cognoſcens, quòd difficile eſt reſiſtere conſuetudini, quæ aſſimilatur naturæ. 7. Ethic. Vnde conſuetudo dicitur altera natura. vt ait gloſſa in l. 1. ff ad Macedo. & de poſthu. l. 1. §. beſtias. de acqui, re. do. l. naturale. §. in his. & de libe & poſthu. l. ſi quis poſthumos, in prin. & inſti. de re. di. §. cernens. vbi glo. Animaduertenſque prædictas hæreticas, & diabolicas ſuperſtitiones adhuc eſſe recentes in populis chriſtianis, ratione aſſuefactionis, quos oportebat ingenio ſub iugo Chriſti flecti pia cautela, ſtatuit hunc diem cum cereis benedictis, & proceſſione ſolenni per orbem terrarũ ad honorem beatiſſimæ virginis Mariæ, matris Domini Ieſu Chriſti Dei noſtri celebrari, quæ non fuit rapta à Plutone Dei inferuali, ſed ſuſcepta in ſponſam à Deo omnipotenti, & æterno, qui fecit cælum & terram; nec fuit mater matris Dei belli: ſed illius qui ſolus eſt verus Deus, qui fecit pacem æterni patris ſui cum homine. Remanſit ergo eadem ſolẽnitas proceſſionis, & illuminationis: ſed alia fit intentione quam prius. Fit enim ad ſignificandum quod pulcherrima atque ſanctiſſima Dei genitrix fuit illud lumen, quod orbem vniuerſum per filium ſuum illuſtrauit.

Secundo hoc fuit ordinatum, propter oſtendendam virginis puritatem. Quia enim beatiſſima virgo ſemper fuit pura, munda, clara, & immaculata, volens Eccleſia hanc ſuam puritatem, & operum claritatem oſtendere, ne aliquis deceptus vocabulo purificationis, crederet eam aliquando fuiſſe maculatam, ſtatuit, vt omnes cum cereis accenſis non mortuis, eam honorarent, volens per lumen ſignificare, quòd ipſa virgo benedicta fuit tota ſplendida, & luminoſa intus, & foris. Intus per puram conſcientiam, ac ſinceritatem, & ſanctam voluntatem, quam coniunctam ſemper habuit cum Deo. Exterius vero per omnimodam ſanctitatem. Vnde de ipſa fulgentiſſima matre Dei dicere poſſumus illud Apoca. 1 *Facies eius ſicut ſol lucet in virtute ſua.*

2. oſtenderetur virginis puritas.

Tertio hoc inſtitutum fuit propter recolendam hodiernam præſentationem. Sicut enim declarabitur in parte vltima huius ſermonis, hodie corporaliter præſentatus fuit Dominus Ieſus in templo. Vbi fuerunt quatuor ſanctiſſimi homines, qui cum laudibus, & iubilis, ac luminaribus ipſum honorabant. ſ. Maria, & Ioſeph, Simeon, & Anna propheriſſa: qui omnes cum alijs etiam adorauerunt reuerẽter ipſum Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum: quia non eſt verſimile, quod ſanctus ille ſenex eſſet ſolus, quando beata virgo in templo præſentans filium ſuum, dedit illũ in vlnas eius. Hoc igitur Eccleſia repræſentans, facit proceſſionem cum cereo accenſo qui in manibus portatur: per quem ſignificatur ipſe Dominus Ieſus, qui hodie ad templum eſt portatus. Tria enim ſunt in cereo accenſo. ſ. cera, licinium, ſiue ſtupinum, & ignis: quæ ſignificant tria quæ ſunt, & erant in Chriſto Cera enim ſignificat carnem Chriſti ſine commixtione, & corruptione viri Licinium vero album in cera latens, ſignificat animam Chriſti puriſſimam, & omni ſanctitate candidiſſimam in corpore latentem. Ignis vero ſiue lumen ſignificat diuinitatem Chriſti, quia vt dicitur ad Hebræ. 12. *Deus ignis cõſumens eſt.* & ſæpe legitur appatuiſſe in igne vt in rubo. Exod. 3. Et in columna ignis. Exo. 13. Item deſcendit in ignem ſuper montem Sinai. Exo. 19. Et ideo inquit quidam verſificator. *Hãc in honorẽ piæ candelam porto Mariæ. Accipe per ceram carnem de virgine veram Bombycis puritas animam perepti me notat. Per ſumma laudem deitatis tolle cacumen*

3. vt recolatur hodierna præſentatio.

4. ad noſtrã inſtruct.

Quarto hoc fuit inſtitutum propter noſtram inſtructionem. In hoc enim inſtruimur, quòd ſi volumus ante Deũ eſſe purificati, & mundi, tria nobis ſunt neceſſaria. ſ. fides vera, actio bona, & intentio recta, Duo, prima, ſ. fides vera cum operatione

ratione noſtri. Per candelam enim accenſam ſignificatur, quod debemus habere vitam ſanctam, & famam præclaram. Primo autem vitam ſanctã faciunt bona opera, fides recta, & intentio ſincera. Operatio bona ſignificatur per ceram, quia ſicut cera mediante rore cœleſti gignitur, ſic bona operatio à Deo tantum habetur, iuxta illud ad Philip. 2. Deus eſt qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. Fides autem intelligitur per lumen. Vt enim candela ſine lumine non lucet, ſic noſtra operatio ſine fide Deo non placet. iuxta illud Hebræ. 11. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.* Intentio vera recta ſignatur per licinium, quod eſt occultum, & candidum, & luminis baiulum. Sic enim intentio noſtra debet eſſet occulta. Vnde Gregorius in quadam homil. ait: *Sic autem fit opus in publico, vt tamen intentio maneat in occulto.* Debet etiam eſſe candida .i. pura iuxta illud Matt. 6. *Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit*, debet quoq; eſſe luminis baiula, quia debet opera noſtra coram Deo præſentare, & ab eo remunerationem expectare, de quo Matth. 6. inquit ſaluator, *Et pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.* Secundo per candelam ſignificatur fama præclara. Candela enim accenſa lucet, abſcondita non emittit ſplendorem, & extincta fœtet. Sunt autem quidã feruentes in vita, & lucidi in doctrina, qui ſunt ſicut candela accenſa, & de ſingulo eorum dici poteſt illud Ioh. 6. *Ipſa erat lucerna ardens, & lucens ante Dominum.* Alij vero ſunt contenti habere bonam vitam tantum, & abſcondunt ſuam doctrinam, & iſti ſunt ſicut candela abſcondita, facientes contra dictum Saluatoris, qui ait Luc. 11. *Nemo accendit lucernam, & abſcondit eam ſub modio* &c.

Sunt etiam alij, qui nec ardent, nec lucent; ſed fœtent per mala opera. Et iſti ſunt ſicut candela extincta, quæ quidem non lucet, ſed fœtet. Et de iſtorum fœtore dicitur Eſa. 34. De cadaueribus eorum aſcendet fœtor. Animæ enim peccatorum ſunt cadauera, quia ſunt mortuæ, iuxta illud Ezech. 18. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. c. ſi habes. 24. q. 3. c. peccatum enim eſt mors animæ. Et de talibus cadaueribus aſcendit fœtor per malum exemplũ. Nos vero illos non imitari debemus, ſed ſeruare illud, quod admonet Saluator. Matt. 5. di. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra bona opera, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Et tunc poterimus digne intereſſe candelarum proceſſioni in hac ſacratiſſima die. Hæc eſt enim illa ſolemnitas tantis decorata myſterijs, tantiſque honoribus ſublimata, quam omnes præcipua debent deuotione celebrare. Vnde Augſt. in quodam ſermone inquit: Celebremus ergo diem feſtum non humanæ deuotionis, ſed diuinæ dignationis, nõ infirmitatis ſed æternitatis, non informationis; ſed reformationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, hæc ille.

Hortatio ad populum.

Ad proceſſionem quoque popule mi, cum profunda humilitate, & deuotiſſima meditatione incedere debes, recogitando dignationem altiſſimi Dei, qui hodie paruulus ad templum portari voluit, vt nos magnos in cæleſti faciat fœlicitate. Conſiderando inſuper, quòd per hanc proceſſionem repræſentamus tam ſaluiferum, magnumque ſacramentum, Summa ergo cum reuerentia, & honeſtate debes aſſociare benedictam Dei matrem ad templum incedentem, cum illo ſuo pulcherrimo. 40. dierum gigantello in brachijs, atque illum cum ea æterno patri pro totius mundi ſaluti offerre. Candelas etiam benedictas magna cum deuotione in domibus ſuis debent ſinguli cuſtodire. Ad audiendam quoq; prædicationem de tam celeberrima feſtiuitate debent omnes cum puritate cordis, & animæ mundicia accedere, ibi deuotiſſime permanere. Prædicatores etiam debent mundi, & puri eſſe ab omni peccatorum immundiria quantum humana fragilitas patitur, qui puriſſimæ & immaculatæ virginis purificationem volunt populis declarare. Videmus enim quòd ſi aliquis indignus loquatur de aliqua excellenti, ac nobiliſſima perſona, illi dicitur quòd prius vadat ad lauandum os ſuum. Omnes ergo qui volunt de hac puriſſima virgine loqui, prius debent mente, & labijs eſſe mundati. Vnde quilibet peccator ſentiens in ſe alicuius peccati immunditiam, debet dicere illud Eſa. 6. *Vir pollutus labijs ego ſum: & in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Deinde rogare debet Dominum, vt mittere dignetur ſeraphin de cælis, qui tangens labia iniquitatem auferat, & præcordia emundet, quo de tam excellentis reginæ purificatione digne valeat prædicare.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis, in qua redditur ratio illius præcepti ceremonialis, de præſentatione pueri in templo quadrageſimo die.

PRO expeditione huius partis quæritur, qua de cauſa Deus ordinauerit præceptum ceremoniale præſentationis pueri in templo quadrageſimo die natiuitatis eius, quod habetur Leuit. 12. Ad quod reſpondent expoſitores ibi, quòd hoc fecit multiplici ex cauſa. Primo, vt per hoc intelligatur, quòd ſicut corpus pueri quadraginta diebus in materno vtero organizatur, & quadrageſimo die anima corpori infunditur, ſicut in templum, vt inquit Auguſt. in lib. 83. quæſtionum, & Alexan. de Ales in tertia parte ſummæ in tractatu de ſanctificatione B. V. q. 6. & glo. or. ſuper Leuit. 12. c. & de hoc etiam tractant leg. ſtæ in l. gallus. in prin. ff. de lib. & poſt. & canoniſtę. 5. di. in prin. Ita quadrageſimo die à natiuitate puer in templum materiale Domino debet præſentari. Secundo, vt ſicut anima poſt quadraginta dies corpori infuſa, ſtatim per culpam peccati maculatur, ſic puer quadrageſimo die templum ingrediens per hoſtias ab ipſa macula amplius expietur. Tertio ſecundum Fran. de May. in ſermone præſentis ſolemnitatis, vt detur intelligi, quòd ſicut in quadraginta, ſunt quatuor, & decem, ita tem illi qui volunt templum cæleſte ingredi, debent decem præcepta cum fide quatuor euangeliorum perfecte ſeruare. Quia vero corpus fœminæ organizatur in octuaginta diebus; & octuageſima die anima corpori infunditur, ſecundum prædictos doctores. Ideo ſecundũ præceptum prædictum legis, puella debebat præſentari in templo octuageſima die. Sciendum ergo quòd quando mulier pepererat maſculũ, efficiebatur immunda ſeptem diebus à conſortio hominum, & ab ingreſſu templi, poſt ſeptem autem dies efficiebatur munda quoad conſortium hominum, ſed quoad ingreſſum templi remanebat immunda vſque ad quadrageſimum diem, in quo præſentabat filium in templo, & purificabatur. Si vero peperiſſet fœminam remanebat immunda, quoad conuerſationem hominum, & quoad ingreſſum templi quatuordecim diebus, poſt quos efficiebatur munda quoad hominum conuerſationẽ, remanebat autẽ immunda quoad ingreſſũ tẽpli vſq; ad 80. diẽ in quo præſentabat filiã in templo, & purificabatur. Et hæc omnia habẽtur Leuit. 12. Cauſas autem quare Deus voluit

quare corpus fœmina tardius organizatur, quã pueri.

tantam eſſe differentiam in organizatione corporis fœminæ & pueri, & infuſione animæ eorũ, aſſignant doctores vbi ſupra. Prima eſt quia Chriſtus aſſumpturus erat carnem in ſexu virili, ideo vt ipſum honoraret; & ampliorem ſibi gratiam faceret, voluit vt citius formaretur, & mater citius mundaretur. Secunda vt quoniam mulier prius peccauit quam vir, & fuit cauſa peccati viri, vt in c. Adam. de pœ. diſt. 7. Vnde Eccle. 37. dicitur: *A muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur*, & per conſequens Deũ plus fatigauit, qui noſtris malis operibus fatigatur, iuxta illud Eſai. 43. Seruire me feciſti in peccatis tuis, & præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Sicut ærumnæ eius ab ęrumnis viri duplicatæ ſunt exterius in mundo. Vnde inquit glo. ordinaria ſuper Leuit. 12. quòd tota maledictio Adam data eſt ſuper Euã. Et vltra ei addidit Deus: *In dolore & ærumna paries* &c. Ita etiam duplicarentur eius ærumnæ in vtero. Tertia cauſa eſt, vt oſtenderetur, quòd ſemper mulier debet eſſe ſubiecta viro. Ideo noluit eam Deus ante virum formare, nec æqualiter; ſed poſt in duplum.

PARS TERTIA HVIVS SERmonis, in qua ſoluitur dubitatio, num B. Virg. egeret purificatione.

NOn immerito hic quæri poteſt, nunquid B. V. indigebat purificari? Et reſpondetur ſecundum omnes doctores ſuper Euangelio hodierno, & B. Tho. in 3. parte ſummæ q. 37. quòd non. Vnde dico quòd non indigebat nec ratione ſui parturientis, nec ratione prolis, nec ratione legis, nec ratione myſterij, ſiue ſignificationis. Primo non indigebat ratione ſui: nihil enim purificatur niſi immundum, ſed ipſa tota erat puriſſima, tota ſanctiſſima, & tota mundiſſima. Siquidem ſpiritus ſanctus ſanctificauerat eius mentem, iuxta illud Luc. 1. Spiritus S. ſuperueniet in te. Filius Dei ſanctificauerat eius ventrem. Ideo ei dictum fuit vbi ſupra, *& virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Pater vero cæleſtis ſanctificauerat eius ventrem, & mẽtem, iuxta illud pſal. 45. *Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.* Secundo non indigebat purificatione ratione prolis, quia in filio nulla fuit impuritas, ſed omnimoda ſanctitas. In ipſo namq; fuit triplex natura, ſcilicet diuinitas vera, anima lucida, & caro immaculata: Vnde Sap. 7. dicitur. *Candor eſt lucis æternæ, quoad animam lucidam, & ſpeculum ſine macula*, quoad carnem

nem immaculatam, *& imago bonitatis Dei*, quoad diuinitatem veram, ſecundum quam filius Dei, eſt imago Dei patris iuxta illud Col. 1 *Qui eſt imago Dei inuiſibilis*. Quod etiam non indiguerit purificatione ratione prolis, patet. Nam vas plenum flore amœno, & repletum balſamo, & perfuſum ſolari radio, nullam ex his immundiciam contrahit, ſed efficitur magis purum, & magis odoriferum, ac magis lucidum. Tertio non indiguit purificatione ratione legis, lex enim purificationis poſita Leuit. 12. c. tria ſupponebat, ſcilicet fractionem virginitatis, vnde dicit *mulier*, quæ ſignificat ſexus fractionem in concipiendo, & pariendo. Supponit etiam ſeminum commixtionem, & ideo dicitur, *in ſuſcepto ſemine*. Tertio ſupponit aſſimilationem, vt ſcilicet filius ſit ſimilis parentibus in natura. Ideo dicitur *peperit maſculum*. Iſta autem tria in virgine non fuerunt. Nam in ea nulla fuit fractio virginitatis, ſed perpetua illibatio qui fuit virgo ante partũ in partu, & poſt partũ. Ibi etiã non fuit ſeminũ cõmixtio, quia non concepit ex ſeminum commixtione, ſed ex myſtico ſpiramine, & ideo ad hanc legem non tenebatur, in qua ipſa non comprehendebatur. Quando enim aliqua lex datur ſub conditione, non obligat niſi illos quos tangit illa conditio, vt ait Franciſcus de May. vbi ſupra. Cum ergo lex dicat: *Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit maſculũ immunda erit* &c. Concluditur quòd beata virgo, quæ non peperit ſuſcepto ſemine, non fuit immũda, quia obligatio ſub conditione non ligat ante impletam conditionem. l. cedere diem ff. de ver. ſi. l. legata. ff. de condi. & de. l. 1. C. de condi. inſer. c. de illis. &c. verum, extra de condi. appo. & nota. in c. non ſolum. 32. q. 8. Dicit ergo glo. ſuper Leuit. 12. c. quod *Moyſes ſpiritu Dei cognoſcens quòd beata virgo debebat concipere, & parere filium ſine ſeminis ſuſceptione, & conſequenter non fieri immunda myſterialiter, addidit: Si ſuſcepto ſemine* &c. quaſi diceret. Nemo intelligat hanc oblationem immunditiæ contrahendæ comprehendere matrem filij Dei, quia ipſa non cõcipiet, nec pariet filium de ſemine ſuſcepto, de ſpiritu S. & idcirco immaculata permanebit. De qua Ber. in quodam ſermone inquit: Putas enim quòd dictu rus Moyſes mulierem, quæ peperiſſet filium immundam eſſe, non timuerit ſuper matre Domini blaſphemiã irrogare? Et idcirco præmiſit. Si ſuſcepto ſemine, alioquin ſi non parituram præuidiſſet ſine ſemine virginis, quæ neceſſitas erat de ſuſcepto ſemine facere mentionẽ? Patet ergo ꝙ lex illa matrẽ Domini non includit, quæ nõ ſuſcepto ſemine filiũ peperit, hæc ille. Vnde inquit Fran. de May, in ſermone occurrẽtis ſolẽnitatis:

3. *Non ratione legis.*

In inſtitutione huius ſacramenti clare prophetauit Moyſes, quòd virgo erat paritura ſine virili ſemine, & ſic iſtius ſacramenti inſtitutio Infert virginis partum, cum dicit: Si ſuſcepto ſemine peperit maſculum &c. Nam quando quis in aliqua lege, vel pacto, aut promiſſione, vel iuramento apponit conditionem, per hoc dat intelligere, quod caſus ille quandoque eueniet, vel ſaltem euenire poſſet, ſine tali conditione, alioquin illa conditio fruſtra, & in vanum eſſet appoſita. Exemplum de lege habemus, Exod. 20. vbi Deus dedit legem: Si quis occiderit proximum ſuum, cum hac conditione quòd hoc fecerit per induſtriam, ab altari inquit meo euelles eum. Iſta aũt conditio appoſita dat intelligere, quòd aliquis erat occiſurus, & per induſtriam, & ille non erat euellendus ſic ab altari; vt ibi patet. Exemplum de pacto habemus. 2. Reg. 3. vbi Dauid fecit pactum cum Abner principe militiæ populi Iſrael, cum hac conditione quòd redderet ei vxorem ſuam Michol. Ex quo dedit intelligere, quòd aliter poterat euenire factum pacis, & ideo dixit: Non videbis aliter faciem meam. Exemplũ promiſſionis habemus Ioſue. 15. vbi Caleb promiſit dare filiam ſuam vxorem cum hac conditione, ſcilicet, ſi quis caperet ciuitatem, quam expugnabat, quia notum erat quòd poterat dare ſine tali conditione, & ideo poſuit conditionem. Exemplũ iuramenti habemus pſ. 131. vbi dicitur, quòd Deus iurauit Dauid dare regnum ſempiternum filijs ſuis; ſi cuſtodirent legem ſuam, dans intelligere quòd aliter eſſet, ſi conditio non eueniſſet. Deus ergo qui dixit per Moyſen, Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit maſculum, &c. dedit intelligere quòd quandoq; mulier eſſet paritura maſculum ſemine non ſuſcepto, aliter fruſtra addidiſſet, *ſi ſuſcepto ſemine*, cum via naturali aliter parere non poſſet. Sicut homo non poteſt videre ſine oculis apertis, nec ambulare ſine motione pedũ, hęc ille. Nos au ẽ dicere poſſumus ex mente ipſius doctoris, quòd hæc locutio diuina de muliere pariente cõtinet duo, ſ. vnũ affirmatiuũ ex verbis, cum dicit: *Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit maſculum, immunda erit.* Aliud vero negatiuũ virtualiter continet, ſcilicet ſi mulier non ſuſcepto ſemine peperit maſculũ, nõ erit immunda. Quo præſuppoſito, dico quòd prædicta locutio negatiua, quæ in affirmatiua virtualiter includitur, nõ fuiſſet verificabilis, Dei verbũ ꝙ per Moyſen dixit, fuiſſet ridiculoſum, ſicut ridiculoſa eſſet promiſſio ſi quis princeps diceret ſubditis ſuis, ſi quis ambulauerit ſine pedibus, vel locutus fuerit ſine lingua, vel viderit ſine oculis, dabo ſibi centum

3. Cauſa legis ſeruata. Tertia ratio dicitur obſeruationis. Licet enim princeps ſit ſolutus ſuis legibus l. princeps. ff. de legi. tamen decet eum legibus viuere, l. digna vox C. eo. tit. Lex perfecto C. de reſt. 2. q. 7. c. nos ſi incompetenter, & c. confidimus. & c. ideo. 5. his ita reſpondetur. 25. q. 1. & c. iuſtum eſt. 9 di. & c. cum omnes, de conſti. & ff. quod quiſque iu. per totũ. maxime in l. 1. vbi dicitur: *Quis aſpernabitur idem ius ſibi dici, quod ipſe alijs dixit vel fecit? quod quis in alterius perſonam æquum eſſe credidit. id in ſua quoque perſona valere patiatur.* Ideo Chriſtus voluit ſeruare legem, quam ipſe dederat, licet ad eam non teneretur per naturam ſuam, nec mater eius per ſui gratiam, quia Auguſta ex gratia imperatoris gaudet priuilegijs eius. d. l. princeps. Fœminæ enim coruſcant radijs maritorum. 4 ſi vero. & alias allegatur. 5 hæc itaq; in aut. de conſu. & l. fœminæ. ff. de ſe na. & hanc rationem probamus dicto eiuſdem ſaluatoris noſtri qui inquit Matt. 5. *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.* *4. Vt prophetiæ implerentur.* Quarta ratio dicitur verificationis, vt ſ. verificarentur ea quæ prædixerant prophetæ de præſentatione Chriſti in templo, maximè Aggæi. 2. vbi inquit Deus: *Adhuc vnum modicum eſt, & ego mouebo cælũ, & terram. & veniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloriam,* ſcilicet templum Salomonis. Item Dan. 7. inquit propheta: *Aſpiciebã ego in viſione noctis, & ecce in nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum.* pſal quoque pſalm. 10. cecinit dicens: *Dominus in templo ſancto ſuo.* ſ. veniet. & Malach. 3. prædictum fuerat: *Statim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator quem vos quæritis, & angelus teſtamenti, quem vos vultis.* *5. Vt excuſationem tolleret Iudæis* Quinta ratio dicitur excuſationis, ſ. ne tempore ſuæ prædicationis Iudæi ſe excuſare poſſent & dicere Chriſto: Doctrinam tuã nolumus accipere, quia aſſimilis es patribus noſtris, & legis traditiones non obſeruas. Vt ergo eis omnes cauſas dubitandi, & reſiſtendi auferret, voluit legis *6. Vt liberaret nos à iugo humanæ legis.* ceremonias obſeruare. Et hanc rationem tangit B. Tho. in 3 parte ſum. q. 37. Sexta ratio dicitur liberationis. Vt. n. Dei filius nos liberaret à iugo præceptorũ ceremonialium legis antiquæ, voluit ipſe eam cum matre ſua perfecte adimplere. Et hanc rationẽ tangens venerabilis Beda in ſer. feſtiuitatis hodiernæ inquit: *Vt nos à legis vinculo ſolueremur, ſicut Chriſtus ita & B. Maria legi eſt ſponte ſubiecta.* In tantum autem eſt lex purificationis ablata, quòd mulier ſi vult poteſt eadẽ hora qua filium peperit, intrare templum Dei, vt ei gratias [illegible] cat, c. ſi mulier, de conſe diſt. 5. & c. 1. de puri. [illegible] Hoc etiã eſt illud quod inquit Paulus Gal. 4. d. *Miſit Deus filium ſuum natum ex muliere factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret.* B. vero Tho. in 3. parte ſum. q. 37. ar. 3. addit dicens: *Et vt iuſtificatio legis in ſuis membris ſpiritualiter impleretur. Nam propter hoc ipſum voluit hoſtias legales pro ſe offerri qui erat vera hoſtia, vt figura veritati coniungeretur & per veritatem figura approbaretur,* hæc ille. Vt ergo lex purificationis, & præſentationis terminaretur, voluit ipſe ad eã venire. Nam, ſicut experientia videmus, adueniente luce ceſſant tenebræ, & adueniente ſplendore ſolis recedit vmbra, & ita adueniente purificatione vera, quæ eſt Chriſtus ceſſauit typica, id eſt figuratiua purificatio. Sicut enim in circuncißione Chriſti euacuata eſt lex circuncißionis, & mutata fuit circuncißio in baptiſmum, ſic nunc in purificatione innocentiſſimi Chriſti, & puriſſimæ matris eius euacuata fuit illa purificatio antiqua. Vnde Aug. in quodam ſermone ait: *Dominus quidem ſuſcepit circunciſionem, ablaturus ipſam circunciſionem; ſuſcepit vmbram, daturus lucem, ſuſcepit figuram, impleturus veritatem. Ipſe enim nobis legem dedit,* hæc ille. Chriſtus namq; nobis veram purificationem attulit. i. fidem, iuxta illud Act. 15. *Fide purificans corda eorũ.* Vt ergo Chriſtus illi veteri purificationi finẽ imponeret, & hanc nouam, ac nobiliorem. ſ. fidem induceret voluit purificari, hinc eſt quod patres de cætero non tenentur ad ſolutionem illarum antiquarum ſolutionum pro filijs, nec matres ad purificationem, vel templi ingreßionem, nec filij ad illam redemptionem, de qua in ſequẽti ſermone dicetur, quia Chriſtus omnia abſtulit, vnde merito honorandus & glorificãdus eſt. Hinc Aug. in quodam ſer. ait: *Quis igitur fratres chariſſimi non adoret primum, & nouiſſimum initium, & finẽ. Quis inquã non adoret eum per quem aſpirauit dies, & fugatæ ſunt vmbræ? natus. n. eſt imperator. vt abſolueretur peccator. Dominus nãq; Ieſus tribuit nobis magnã ſpem per carnẽ, quam ſuſcepit, magnam gratiam, magnã conſolationem,* hæc ille. Septima ratio dicitur occultationis, ſcilicet diaboli. Nam ſicut inquit Auguſt. 3. de trini. *Diabolus multa poteſt virtute ſuæ naturæ, à quibus tamen prohibetur diuina virtute: vnde virtute ſuæ naturæ poterat diabolus cognoſcere matrẽ Dei non fuiſſe corruptam, ſed virginem remanſiſſe, prohibitus tamen eſt à Deo cognoſcere modum partus diuini.* Nam in infantia Chriſti oportebat impedire malitiam diaboli. ne eum acrius perſequeretur, quando Chriſtus, nec pati diſpoſuerat, nec virtutem ſuam oſtendere volebat, ſed omnibus alijs infantibus ſe ſimilem exhibere, vnde Leo papa in ſer. Epiphaniæ ait: quod *Magi inuenerunt Ieſum quantitate paruum, alienæ opis indigentem, fandi impotentem*

Digitized by Google

tentem, & nulla ab humanæ infantiæ generalitate diſferetum. Cum ergo beata virgo venit hodierna die in templum, vt purificaretur, occultatum fuit diabolo, quod ipſa eſſet mater Dei. Octaua ratio dicitur abiectionis, ne. ſ. Chriſtus ab infidelibus abijceretur tanquam illegitime natus, vt de Ambro. ſuper Luc. di. *Quid Iudæis, quid Herodi poſſet aſcribi ſinatum ex adulterio viderentur perſequi?* Nam de natis ex adulterio dicitur in c. ſi gens. 56. di. *de tali commixtione meretricum exiſtimandum eſt degeneres populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum vniuerſam plebem ad deteriora & ignobilita vergentem & nouiſſime nec bello ſeculari fortem, nec ſtabilem, nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem eſſe venturam* hæc ibi. Propterea virgo beata hodie offert filium ſuum in templo, vt approbetur ex lege quod non eſt natus ex fornicatione.

Ne Chriſtus abijceretur ab infidelibus.

9. Ne vt adultera occideretur.

Nona ratio dicitur defenſionis, vt ſcilicet defenderetur. b. virgo ne occideretur. Nam ex parte matris ſuæ erat de ſtirpe Aaron vt dictum eſt in 2. parte principali huius operis. ſer. 1. parte 2. Virgo autem de ſtirpe ſacerdotali propter ſtuprum occidebatur, ſicut ſcriptum eſt Leui. 21. ſimiliter ſecundum legem lapidabatur non ſolum illa, quæ iam erat deſponſata, vel nupta, ſed etiam illa quæ in domo patris cuſtodiebatur vt virgo, quandoque nuptura. Dicitur enim Deut 22 *ſi non eſt in puella inuenta virginitas, lapidibus obruent eam viri ciuitatis illius, & morietur*, quoniam nefas fecit in Iſrael, vt fornicaretur in domo patris ſui, beata igitur virgo Maria hodie venit in templum, vt ſe reddat immunem ab hac pœna, ne ſ. à Iudæis tanquam adultera occideretur.

10. Vt hæretici confutarentur.

Decima ratio dicitur deteſtationis, deteſtandus enim erat error hæreticorum, qui male de humanitate Chriſti ſenſerunt, maxime Heluedij, qui dicere præſumpſit matrem Chriſti à Ioſeph poſt partum fuiſſe carnaliter cognitam, hoc enim derogat dignitati, & ſanctitati matris Dei, quæ ingratiſſima videretur, ſi tanto filio contenta non eſſet, & ſi virginitatem quæ in ea miraculoſe conſeruata fuerat, ſponte perdere voluiſſet per carnis concubitum. Deteſtandus etiam fuit error Manichæi; qui dixit Chriſtum non verum, ſed phantaſticum corpus habuiſſe. Hoc enim derogat dignitati perſonæ aſſumentis, quæ cum ſit veritas, non decuit, vt in opere eius aliqua fictio eſſet. Reprobandus etiam fuit error Valentini: qui dixit Chriſtum attuliſſe corpus cœleſte, quia ſic non ſaluaretur veritas humanæ naturæ in Chriſto Refutantur autem hi errores per hoc quod beata virgo fuit vera mater Chriſti, vt habetur Mat. 1. vnde in capitulis Cyrilli approbatis in Epheſina ſynodo dicitur: *quòd ſi quis non confitetur b. virginem genuiſſe ſecundum carnem verum Deum, anathema ſit*, & Ro. 9. inquit apoſtolus, quod ex *Iudæis eſt ſecundum carnem Chriſtus, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula*. Non eſt autem ex iudæis niſi mediante. b. virgine. Ideo hodie ipſa præſentat ipſum in templo tanquam eius vera, & naturalis, ac digna, & immaculata mater, deteſtans ſupradictas erroneas opiniones hæreticorum.

11. Vt templum ſanctificaretur.

Vndecima ratio dicitur ſanctificationis, ſcilicet templi, vnde Aggæi 2. poſt prophetiam ſupra ſcriptam de aduentu Chriſti in templum ſubditur: *Et magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ plus quam primæ*, & in f. a. *Ex die iſta benedicam &c.* Malach. quoque 3. poſt ſupraſcriptam prophetiam ſubditur: *Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum, & ſedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui.* Sicut ergo, vt ſanctificaret baptiſmum, Iohannis venit ad baptiſmum, vt inquit Hiero. Aug. & Chryſoſt. ſuper Mat. Ita vt ſanctificaret templum, voluit in eo præſentari vnde Gregor. Nyſſenus ſuper Luc. ait: *Qui terrenæ contagia corruptelæ non ſenſit, non indigebat in templo ſanctificari per quem ſanctum ſanctorum ipſum erat templum ſanctificandum.*

12. Propter myſticam ſignificationẽ oblatorum animalium.

Duodecima ratio dicitur ſignificationis, ſcilicet propter myſticam ſignificationem. Nam Leuit. 12. c. præcipitur, vt illi qui poſſent, offerrent agnum ſimul, & turturem, ſiue columbam, pro filio, vel filia, qui vero non ſufficerent ad offerendum agnum, offerrent duos turtures, aut duos pullos columbæ. Chriſtus ergo qui, *cum diues eſſet, propter nos egenus factus eſt, vt illius inopia diuites eſſemus*; vt dicitur, 2. ad Cor. 8. pro ſe pauperum hoſtiam offerre voluit, ſicut in ipſa natiuitate pãnis inuoluitur, & reclinatur in præſepio. Voluit autem de iſtis animalibus pro ſe oblationem offerri Propter eorum ſignificationẽ. Turtur enim quia eſt auis loquax prædicationem, & confeſſionem fidei ſignificat, quia vero eſt animal caſtum, ſignificat caſtitatem, & quia eſt ſolitarium animal ſignificat contemplationem. Columba vero eſt animal manſuetum, & ſimplex, vnde ſignificat manſuetudinẽ, & ſimplicitatem. Quia autem eſt animal gregale, ſignificat vitam actiuam. Huiuſmodi vero hoſtia ſignificabat perfectionem Chriſti, & membrorum eius. Vtrumque autem iſtorum animalium propter conſuetudinem gemendi, præſentes ſanctorum luctus deſignat. Sed turtur qui eſt ſolitarius, ſignificat orationum lachrymas. Columba vero quæ eſt gregalis, ſignificat, publicas orationes Eccleſiæ. Vtrumque autem animal duplicatum offertur, vt ſanctitas ſit, non ſolum in anima ſed etiam in corpore. Et hæc omnia probantur per dicta ſacrorum expoſitorum præſentis euangelij ſi-

Digitized by Google

mul illa coniungendo. Dicit enim Beda in hom. *Hoſtia autē hec pauperum erat: præcepit quippe Dominus in lege, vt qui poſſent agnum pro filio, aut filia ſimul & turturem, ſiue columbā offerrent. Qui vero non ſufficiebant ad offerendum agnum, duos turtures, vel duos columbæ pullos offerrent. Ergo Dominus cum diues eſſet, pauper fieri dignatus eſt, vt nos ſua paupertate diuitiarum ſuarum donaret eſſe participes.* Cyrillus vero ait: *Videndum eſt autem quid hæc oblata inſinuant. Nimirum loquaciſsima eſt turtur in auibus, at columba eſt animal manſuetum, talis autem factus eſt erga nos ſaluator, manſuetudinem perfectè colens, & vt turtur orbem allexit; replens hortum ſuum proprijs melodijs. Offerebatur ergo turtur, & columba, vt ipſe per figuram nobis pandatur paſſurus in carne pro vita mundi,* hæc ille. Et Beda vbi ſupra, dicit: *Vel columba ſimplicitatem, turtur indicat caſtitatem. quia & columba ſimplicitatis, & caſtitatis amator eſt turtur, ita vt ſi cōiugem caſu perdiderit, non vltra aliam quærere curet. Merito ergo turtur, & columba, Domino offeruntur in hoſtiam quia ſimplex, & pudica fidelium conuerſatio eſt illi iuſtitiæ ſacrificium gratum.* Athanaſius autē addit: *Ideo vero bina iuſsit offerri, quia homine conſiſtente ex anima, & corpore duplum à nobis poſcit Deus, caſtitatem. ſ. & manſuetudinem non ſolum corporis, ſed etiam animæ, alioquin erit homo fictor, & hypocritæ gerens in tegumentum occultæ malitiæ innocentiam apparentem.* Beda vero vbi ſupra, etiam dicit: *Cum autem vtraque auis propter conſuetudinem gemendi præſentes ſanctorum luctus deſignet, in hoc tamen differunt, quod turtur ſolinagus, columba autem gregatim volare conſueuit, & ob id iſte ſecretas orationum lachrymas, illa publicos Eccleſiæ conuentus inſinuat. Vel columba quæ gregatim volat, actiuæ vitæ frequentiam demonſtrat, turtur vero quæ ſingularitate gaudet ſpeculatiuæ vitæ culmina denunciat. Et quia æquè vtraque conditori accepta eſt hoſtia, conſultè Lucas, vtrum turtures, an pulli columbarum pro Domino ſint oblati, non dixit; ne vnum alteri viuendi ordinem præferret ſed vtrumque ſequendum doceret,* hæc ille.

Moraliter exponuntur oblationes purificationis. Per oblationes ergo quæ fiebant in templo in purificatione, ſignificabatur oblatio, quam facere debent, qui volunt intrare templum cœleſte. Vt enim ſepe ſupra dictum eſt, omnes debebant offerre, aut agnum, aut duos turtures, vel duos pullos columbarum. Beata autem virgo non obtulit agnum, vel quia paupercula erat, vel quia verum illum agnum Deo offerebat, qui abſtulit peccata mundi, vt dicitur Iohan. 1. Illi ergo offerentes agnum, ingrediuntur templum cœleſte, qui Deo offerunt innocentiam, iuxta illud pſal. 25. *Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me, et miſerere mei. Et iſti dicuntur diuites,* vt ait Hugo Cardinalis ſuper Lucam, quia *redemptio animæ viri diuitiæ propriæ.* Prouer. 13. Illi vero offerentes turturem, intrant cœleſte templum, qui vitam ſequuntur contemplatiuam. Sed illi offerunt columbam & ingrediuntur templum paradiſi, qui deuote vitam ducunt actiuam. vtraq; autem auis bina ponitur, quia & vtraque gemitum pro cantu, & vita contemplatiua debet habere duplicem oculum, vnum ad contemplandum, & deſiderandum cœleſtia, & alium ad videndū, & deſpiciendum terrena. Et ſimiliter vita actiua debet habere duplicem actum animi, ſcilicet vnum erga ſe ad ſui gubernationem, & alium erga proximum ad illius ædificationem. Vtraque etiam vita debet habere duplicem gemitum ſecundum Gregor. Nam contēplatiua debet habere gemitum amoris, qui fit pro deſiderio patriæ cæleſtis, & gemitu deuotionis, qui fit pro conſideratione Dominicæ paſſionis. Similiter & actiua vita debet habere duplicem gemitum, vnum compunctionis, pro peccatis proprijs, & alium compaſſionis pro peccatis, & miſerijs alienis, ita vt vnuſquiſque actiuam, vel contemplatiuam peragens vitam, dicere poſſit illud Thren. 1. *Multi ſunt gemitus mei.* De gemitu autem amoris exponi poteſt illud Can. 2. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis quia amore langueo.* De gemitu vero deuotionis illud Ro. 8. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. De gemitu autem doloris pro peccatis proprijs exponitur illud pſal. 37. *Rugiebam à gemitu cordis mei.* De dolore vero compaſſionis proximi, illud Thren. 1. *Omnes portæ eius,* ſcilicet Hieruſalem *deſtructæ. Ideo ſacerdotes eius gementes.* Decimatertia ratio dicitur præſentationis, quam ponit Athanaſius ſuper Lucam dicens: *Sed quando à paternis affectibus latuit Dominus, aut quis locus excipitur ab eius imperio, vt ibi exiſtendo ſemotus à patre ſit, niſi afferatur Hieroſolymam, & introducatur in templum? Sed forte cauſa noſtri huiuſmodi ſcripta ſunt. Sicut enim non gratia ſui homo factus eſt, & circumciſus in carne, ſed vt nos per gratiam faceret deos, & vt ſpiritualiter circumcidamur, ſic propter nos ſiſtitur Domino, vt diſcamus Deo præſentare noſipſos.* Beda quoque vbi ſupra ait: *Poſt 33. circumciſionis diem Domino ſiſtitur, myſtice inſinuans neminē niſi circūciſū vitijs, Dominicis dignū eſſe cōſpectibus, neminēq; niſi mortalitatis nexibus abſolutū ſupernæ ciuitatis gaudia poſſe perfecte ſubire,* hæc ille. *13. Vt diſcamus nos Deo præſentare.*

14. ratio dicitur inſtructionis, vt ſ. nos inſtrueret, *14. Vt nos inſtrueret eſſe renouā-dos.* q ſi volumus tēplū æternū ſupernæ patriæ introire, debemus nos renouare: q renouatio figuratur p animalia in tēplo Deo offerēda. Vnde ſciendū q in veteri teſtamēto præcipue fiebat oblatio de 6. generib. animaliū, de trib volatilibus quæ ſunt paſſer, turtur, & colūba, & de trib. greſſibilib q ſūt: bos, & ouis, & capra, ad demōſtrādū peccati reatū

Digitized by Google

DE EADEM INTEMERATAE Virginis Purificatione.

SERMO SECVNDVS.

In quo primum moraliter exponitur Euangelium hodiernum, deinde agitur de Chriſti & B. V. ſubiectione in hodierna præſentatione; tùm myſtice declaratur myſterium Purificationis; & quando eius feſtum fuerit inſtitutum, ac denique diſſeritur de conſolatione B. V. & Simeonis exultatione.

S*Vſcepimus Deus miſericordiam in medio templi tui* Pſalm. 47. In ſacra ſcriptura aliquando accipitur templum, pro templo ſpirituali: de quo inquit Apoſtolus 1. Corint 3. di. *Neſcitis quia templum Dei eſtis vos* & 6 eiuſdem epiſtolæ ca. iterum ait: *Neſcitis quia membra veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti, qui in vobis eſt?* Et 2. Corint. 7. etiam dicit: *Vos enim eſtis templum Dei.* Super omnes autem electos, beatiſſima Dei genitrix virgo eſt templum diuinæ Maieſtatis. Vnde de ipſa merito intelligi poſſunt verba propoſita. De quo templo etiam intelligi ſpiritualiter poteſt illud, quod inquit Deus. 3 Reg 9 di. *Templum quod ſanctificaui nomini meo propitiaui.* Sed heu quia de quibuſdam hodie verificatum eſt illud. 2. Parali. 24. *Dereliquerunt templum Domini Dei ſui.* Et illud 2. Eſdræ 1. *Polluerunt templum ſanctum Domini.* Et illud Pſalm. 78. vbi propheta inquit Deo, *Polluerunt templum ſanctum tuum.* Quidam enim non ſolum dereliquerunt deuotionē, quam habere tenentur erga beatam virginem Mariam, ſed etiam eam blaſphemant, & eam maculatam, & pollutam oſtendere quærunt. Et ideo non eſt mirum, ſi eius excellentiam, & maieſtatem contemplari: atque illius puritatem conceptionis intelligere non poſſunt, propter ſuam obſtinationem. Vnde de illis verificatur illud 4 Paralip. 7. *Non poterant ſacerdotes ingredi templum Domini* Quia vero nunc communiter omnes Chriſtiani huius ſacratiſſimi tēpli virginalis ſanctitatem venerantur, ideo de illis verificatum eſt illud 4 Reg 11 *Ingreſſus eſt omnis populus templum Domini.* Merito autem dicitur beata virgo templum, quod interpretatur, tectum amplum, ſecūdum Iſido 15. Etym & Arch 16. q 6. c. & hoc diximus, quia fuit tam ampla charitate, vt Deum in ſe recipere potuerit In hoc templo laudabat Dominum princeps prophetarum Dauid. Vnde dicebat Pſal. 5. *Adorabo ad tem ſan. tuum, & confitebor nomini tuo.* Hoc enim eſt illud templum, de quo ſpiritualiter intelligi poteſt illud, Eze. 42. *Ingreſſa eſt gloria Domini templum.* Et illud Apocal. 15. *impletum eſt templum Domini Maieſtate eius.* Hoc etiam eſt illud templum de quo dicitur Apoc. 11. *Apertum eſt templum Dei in cælo.* Beata enim virgo ſemper eſt parata ſubuenire recurrentibus ad eam, atque eos defendere ab omnibus malis. Quemadmodum etiam Eccleſia defendit & adiuuat paruulos expoſitos ante eam. c. ſi. 87. di. Et ſicut etiam ad Eccleſiam confugientes non debent ſecundum iura extrahi violenter de ea. vt habetur in c. reum. 17. qu 4 & c. inter alia. de immu ec & l. præſenti, C de his qui ad ec. confu. Ita ad beatam virginem recurſum habentes ſaluantur ab hoſtibus, & liberantur. Vnde ipſa figurata fuit per illud templum, de quo 1. Mach. 10. dicitur: [Quicunque confugerint in templum, obnoxij regi in omni negocio dimittantur.] Litteraliter vero templum accipitur pro Eccleſia materiali, vt in c. ex multis. 1. q. 3. & ita exponere poſſumus verbum Thematis noſtri, in quibus omnes Chriſtiani debent Deo gratias referre, quia receperunt ſaluatorem in templo per matrem ſuam hodie præſentatum. Ipſum namque recepit ſanctus ille ſenex Simeō in vlnas ſuas de ſinu glorioſæ virginis: cui tanquam perſonæ communi, & totius humanæ naturæ procuratori, ipſa puriſſima virgo filium ſuū donauit, & liberaliter obtulit de qua ſanctiſſima ſolemnitate præſentationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & purificationis matris eius, iterum quatuor conſiderationes faciemus.

Verba Thematis literaliter accipiuntur in præſenti.

Prima dicetur expoſitionis.

Secunda ſubiectionis.

Tertia declarationis.

Quarta vero appellabitur conſolationis.

PARS PRIMA HVIVS ſermonis, in qua moraliter exponitur Euangelium hodiernum.

VOlens moraliter exponere euāgelium hodiernum, dimittam expoſitionem litteralem illorum verborum: [Poſtquam completi ſunt dies purgationis Mariæ] &c. In præcedenti enim ſermo. patuit quod non fuit purgata ab aliqua macula, ſed voluit ſeruare cerimoniam purgationis ad exemplum veræ humilitatis. Hęc enim eſt vera humilitas, quæ non vult humilis prædicari, ſed vilis reputari, vt ait Ber. Aliis quoq; de cauſis hoc egit, quas ibidē retulimus. Sed addere poſſumus, quod etiam voluit ad templum ire pro purificatione propter exemplum, & meritum obedientiæ, quæ plus facit quàm tenetur facere, vt inquit Hugo Cardinalis ſuper *Luc.* vbi etiam dicit quod B. virgo hoc etiam fecit in ſignū futuri, & faciendi. Conceptus enim Mariæ ſignificat, conceptum fidelis animæ, cuius ſponſus eſt Chriſtus, iuxta illud Io.3. *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt.* Ipſe enim illi inquit Oſeæ 2. *Deſpenſabo te mihi in fide.* Semen ſponſi eſt eius gratia qua fœcundatur anima, iuxta illud Eſa.6 *Semen ſanctū erit, quod ſteterit in ea.* Ex hoc autem ſemine naſcuntur filij ſancti ſ. ſancta deſideria, & bona propoſita, ac opera. Vnde ſuſcipienti tale ſemen, inquit propheta, Pſalm.127. *Et videas filios filiorum tuorum.* Sicut autem beata virgo Maria voluit purgari, licet non indigeret, ita poſt partum bonorum operum debet ſe anima reputare immūdā, iuxta illud Iob 9. [Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti.] Et infra: [Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me.] Moraliter etiam per Mariam ſignificatur vita actiua, & contemplatiua. Dicitur enim ſtella maris; vnde ſtella ad contemplationē pertinet, mare vero ad actionem. Purgari autem debet vita actiua à ſordibus operum, & ab immunditia affectionum, & à turpitudine cogitationū, quæ tria tanguntur Eſa 1 cum dicitur: *Lauamini* ſ. ab immunditia affectionum, *mundi eſtote.* ſ. ab omnibus immundis operib. *& auferte malum cogitationum veſtrarum* quoad tertium. Contemplatiua autem vita purgari debet ab affectibus, & cogitationibus tantum. Vnde contemplatiuo dici poteſt illud Ioſ.17 *Non habebis ſortem vnā, ſed aſcendes in montem,* ſ. contemplationis, *et ſuccides tibi, atque purgabis ad habitandum ſpacia,* ſcilicet fugiendo omnia mundana. Dum autem dicitur in Euangelio, quòd *Maria, & Ioſeph tulerunt puerum Ieſum in Hieruſalem* &c. In hoc datur forma parentibus, vt offerant filios ſuos Domino, eos ducendo ad Eccleſias, & prædicationes, & inſtruendo in bonis morib. & virtutibus: ſeruando illud Eccleſ.7 *Filij tibi ſunt, erudi illos, & incurua eos a pueritia eorum,* & Leuit.15 dicitur. *Docebitis filios Iſrael, vt caueant immunditias, & non moriantur in ſordibus ſuis.* Prou. quoque 4 inquit Salomon: [Nam & ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea, & docebat me.] Sed multi offerunt filios ſuos potius diabolo, quam Deo, curioſe, ac vitioſe ornando, & vitiis ac malis moribus eos imbuendo. Vnde Pſal. de illis inquit Pſal. 105. *Immolauerunt fi. ſuos dæmonijs.* Eſt etiam notandum quod hic dicitur Ieſus portari in Hieruſalem: nam Matt.2. dicitur portari in Ægyptū, & Matt. 4 dicitur duci in deſertum, & portatus in montem excelſum, & ſuper pinnaculum templi. Hieruſalem enim eſt vita contemplatiua, vbi eſt veræ pacis viſio: ſic enim interpretatur Hieruſalem. Vnde canit Eccleſia: *Vrbs B. Hieruſalem dicta pacis viſio.* Ægyptus vero ſignificat vitā actiuam, vbi eſt mœror, & turbatio. ſic enim interpretatur Ægyptus. Et ideo inquit Dominus diſcipulis ſuis 10.16. *In mundo preſſuram habebitis,* & Luc.10. dicitur, quod Maria ſedebat ſecus pedes Domini: Martha vero ſollicita erat, & turbata erga plurima. Deſertum vero eſt clauſtrum vbi ieiunat, & diabolus ſuperatur. Mons excelſus eſt faſtigium prælationis. Pinnaculum templi, eſt ſedes magiſtralis. In his igitur quinque locis inueniri poteſt Ieſus i. ſalus. Sed tamen conſiderandū eſt, quis eum ibi portauerit. Nam in Hieruſalem, & in Ægyptum ipſum portauit Maria, & Ioſeph. i. augmentum, ſcilicet fides, & charitas. Spiritus autem ſanctus duxit eum in deſertum. In montē vero & ſuper pinnaculum templi tulit illum diabolus. Ideo licet etiam Deus ferat aliquos ſuper montem prælationis, & ſuper pinnaculum cathedræ magiſtralis, tamen valde timendum eſt tā prælatis, quam magiſtris, ne eos diabolus in ipſum montē prælationis, & ſedis magiſtralis portauerit. Vnde Maria flens, & dolens dicebat Ioan. 20. *Tulerunt Dominum meum, & neſcio vbi poſuerunt eum.* i. an ſuper montem, an ſuper pinnaculum. Dicit autem gl. ſuper Lucam, quod quatuor perſonæ portauerunt Ieſum in hac die. ſ. Maria, Ioſeph, Simeon, & Anna, per quos ſignificatur q. Chriſtus per gratiam à quatuor perſonis portatur. Primo ab illis qui habent pœnitentiam amaram,

Vita acti. ua ac contemplatiua quomodo purganda.

Ieſus portatus ad diuerſa loca, quid ſignif. moral.

Digitized by Google

tam, qui ſignificantur per Mariam, quæ amarum mare interpretatur: & taliter portabat Apoſtolus dicens ad Gal 6. *Ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.* Et ad Hebr.13. *Exeamus ad eum extra caſtra, improperium eius portantes.* Secundo portatur ab illis qui habent bonam operationem continuam, qui ſignificantur per Ioſeph, qui vt diximus, interpretatur augmentum. Tales enim ab adoleſcentia incipiunt, & vſque ad mortē non deficiunt, vnde Thren.3. dicitur: *Bonum erit viro, cum portauerit iugum Domini ab adoleſcentia ſua.* Tertio portatur ab his qui habent etiam in aduerſis longanimitatem, & perſeuerantiam, ſeruātes illud Eccle.6 *Subijce humerum tuum, & porta illam*, ſcilicet diuinam ſapiētiam. Quidam autem ſubiiciunt os, quia ſciunt alios inducere ad pœnitentiam. Quidam digitos, qui aliqualē, ſeu modicam habent patientiam. Quidam manum ſiniſtram: qui ſunt patientes in paruis tribulationib. & aduerſis. Quidam manum dexteram, qui ſunt patientes in proſperis. Quidam vero ſubiiciunt humeros, qui ſunt patientes in grauibus tribulationibus, & pœnis. Quarto portatur ab illis qui habent puritatem, & munditiam, qui ſignificātur per Annam, quæ munditiam, & continentiam ſeruauit. Portant enim Chriſtū qui habent munditiam corporis 1.Cor in 6. *Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.* Item illi qui habent puritatem mentis. Vnde ſponſa inuitat ſponſum Cā. 1. dicens: *Lectulus noſter floridus.* Beatus igitur ille, de quo verificabitur illud Geneſ.47. *Suppoſuit humerum ſuum ad portandum*, ſcilicet, Dominū Ieſum. Ipſe enim ſaluator in morte eius dicet illud Eze.12. *In humeris portatus ſum*, ſ. à te, & ideo ego nunc portabo te in cœlum. Per oblationes autem, quæ fiebant in purificatione moraliter ſignificabatur oblatio, quam quilibet Chriſtianus redemptori ſuo debet offerre. De qua Bernard in quodam ſermone inquit: [Quis mihi tribuat, vt oblationem meam dignetur maieſtas tanta ſuſcipere? Duo minuta habeo Domine, corpus & animam dico. Et hæc tibi perfecte poſſum in ſacrificium laudis offerre. Bonum enim mihi longeque glorioſius, atque vtilius eſt, vt tibi magis offerar, quā deſerar mihi ipſi. Nam ad meipſum anima mea conturbatur.] hæc ille. Omnes ergo deuote offeramus nos Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui pro nobis obtulit ſeipſum Deo patri, & quotidie præſentemus iſta duo munera, ſicut faciebat quidā religioſus dicens ei: [Quid tibi pro tantis reddam, dulciſſime gratis Saluator, meritis nil ſatis eſſe poteſt. Vt tamen exigua, vel ſaltē in parte rependam, Quæ potero, tota munera mente feram. Omne igitur toto mihi quod contingit in orbe: Atque animam iuncto corpore ſemper habe.] O igitur deuoti Chriſtiani, vt non ingrati ſimus Domino noſtro Ieſu Chriſto, de tanto nobis collato beneficio, ſi non habemus res temporales, quas illi offeramus, ſaltem offerre ſuſtinemus ſibi cor noſtrum immaculatum. Hoc eſt enim quod ipſe à nobis habere deſiderat, dicens illud Prouer.23. *Fili præbe mihi cor tuum.* O igitur fornicator, & adulter, O luxurioſe, & immunde; ſi aliud offerre non præuales, ſaltem offer illi peccatum cordis tui, & tu auare inſatiabilitatem tuam, & tu peſſime peccator contritionem omnium peccatorum tuorum; quia *cor contritū, & humiliatum Deus non deſpiciet*, Pſal 50. Vnde idē propheta inquit Pſal.84. [Audiam quid loquatur in me *Dominus Deus*, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. Et ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad cor.] Sequitur in euāgelio: *Et ecce homo erat in Hieruſalem, cui nomen Simeō*, &c. Pro cuius declaratione eſt notandum, quod Dominus ſciens multos ſe habere debere cōtradictores, multos adhibuit ſuæ incarnationis teſtes: ſcilicet magis credatur duobus affirmantibus, quàm multis negantibus, & contradicentib. ſecundum Inno. in c. quid perſonale. de verb ſig & Io. An in c.1. de reſcrip. li 6 & gloſſ. in l. diem. §. ſi plures. ff. de arbi. Voluit etiam habere teſtes digniores quibus magis creditur, etiam quando tot ſunt ab vna parte quot ab alia ſecundum glo. in aut de teſt § ſcimus. colla.7 & Spec. in ti. de teſt. §. quoniam vero porro & probatur in l 3. in princ. ff. de teſti. Primo autem adhibuit Mariam, & Ioſeph, Secundo Angelos, Tertio paſtores, quarto reges. ſ. Magos: Quinto Simeonem, & Annam ſenes: qui omnes nato Domino teſtimonium reddiderunt. Ioannes vero, & Elizabeth nondum nato, ſed concepto teſtimonium ſuum dederunt. Prophetæ, autem & Patriarchæ ab initio mundi factis & dictis, nec conceptū, nec natum, ſed conceptum, & naſciturum, ac paſſurum præſagiti ſunt. Apoſtoli vero natum, paſſum, & glorificatū vbique prædicauerunt. Oēs ergo iſti teſtes fuerunt Dominicæ incarnationis. Quibus Eſa 43 ipſe Dominus ait: *Vos vos omnes teſtes mei.* De hac autem teſtificatione inquit Amb ſuper Luc *Non ſolum ab angelis, & prophetis, & paſtoribus & à parentibus, ſed etiam à ſenioribus, & iuſtis generatio Domini accepit teſtimoniū.* Sequitur: *Et homo iſte iuſtus, & timoratus* &c. Iſte Simeon commendatur principaliter de tribus. Primo enim, quātum ad proximum, dicitur iuſtus. Secundo quantum ad Deum, dicitur timoratus. Merito autem poſt iuſtitiā ſubditur timor; quia ipſe timor eſt cuſtodia iuſtitię, iuxta illud Ecc.1. *Qui ſine timore eſt, nō*

Oblationes hodiernæ quid ſignificent moraliter.

Chriſtus voluit habere teſtes ſuæ incarnationis.

poterit iuſtificari. Tertio dicitur, *Et ſpiritus ſanctus erat in eo,* quantum ad ſe. In ipſo autem datur forma cuilibet bono ſacerdoti, qui debet eſſe homo per manſuetudinem, nam Matth 5. dicitur: *Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram* id eſt Eccleſiam. Secundo debet eſſe Simeon, id eſt, audiens mœrorem per compaſſionem, ſicut faciebat Propheta, qui ait Eze. 3. *Veni ad tráſmigrationẽ, et ſedi vbi illi ſedebant, & manſi ibi ſeptem dieb. mœrens in medio eorum.* Tertio debet eſſe iuſtus, alioquin manſuetudo, & compaſſio, & facilitas veniæ, occaſionem tribueret delinquendi c. vt clericorum, extra de vita, & hone. cleri. & c. peu. vbi glo. de tranſia præla. & in aut. vt hi qui oblig. ſe ha perhi. res in § vt autem non demus. & ca. eſt iniuſta. 23. qu. 4. Et propter hoc dicitur, quod nimia manſuetudo crudelitas eſt. c. ipſa pietas, eadem quæſtione & cauſa. Ideo inquit Salomon Sap 1. *Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram* Quarto debet eſſe timoratus. Scriptum eſt enim Eccl. 27. *Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua.* Quinto debet eſſe ſollicitus pro communi vtilitate. Vnde dicitur hic, *expectans conſolationem Iſrael* Seruabat enim illud Act. 20. *Attendite vobis, & vniuerſo gregi.* Sexto debet eſſe habitaculum ſpiritus ſancti per humilitatem. Quia *humilibus dat gratiam Deus* Iacob 4. Vnde dicitur: *Et ſpiritus ſanctus erat in eo.* Scriptum eſt enim Eſa vlt. *Super quem reſpiciam, niſi ſuper humilem, & quietum?* Poteſt & aliter exponi ſecundum moralitatem hoc, quod dicitur: *Et ecce homo erat in Hieruſalem,* &c. Hieruſalem enim quæ vt ſupra dictum eſt, interpretatur viſio pacis, ſignificat eminentiam vitæ clauſtralis. Ex qua videri poteſt pulchritudo pacis cœleſtis, in quam aſcendit populus Dei. Qui autem ſunt in imo vitæ ſæcularis, non poſſunt quæ remota ſunt videre. Simeon vero figuram tenet bonorũ clauſtralium. Vnde dicuntur hic ſex de eo quæ debẽt eſſe in bono clauſtrali. Primum eſt vt ſit audiens triſtitiam, quod hoc nomen Simeon ſonat, nam ea quæ ad luctum pœnitentialem excitant, libenter debet audire, non ea quæ commouent ad riſum Ait enim ſaluator: *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* Matt 5. Econtra vero de diſſolutis inquit Lu 6. *Væ vobis qui ridetis, quia lugebitis, & flebitis.* In hoc ergo nomine, Simeon, inſinuatur nobis amor diſciplinæ S. cundũ eſt amor obedientiæ, quod notatur ibi, *iuſtus.* Vulgariter [illegible] iuſtus dicitur, qui nihil vult de alieno habere Iuſtus ergo eſt ille qui de his, quæ à ſe aliena [illegible] cum clau [illegible] habere Ideo B. dicebat fratribus ſuis: [Qui vult curam ſemel nobis commiſiſtis, qui a curius de vobis vos

In Simeon. datur forma boni ſacerdotis.

intromittitis?] Tertium eſt timor, vnde additur *timoratus, Initiũ enim ſapientiæ timor Domini.* Eccle 1. Debet ergo clauſtralis eſſe talis, vt verificetur de eo illud Eſa 11. [Et replebit eum ſpiritus timoris Domini.] Quartum eſt, q habeat continuam anhelationẽ ad ſpiritualia, & ſupernas conſolationes Ideo dicitur, [expectans conſolationem Iſrael.] Nõ enim debet quærere mundanam conſolationem, quæ amittere facit diuinam, dicente Ber. [Delicata eſt diuina conſolatio, & non datur admittentibus alienam.] Quintum eſt deſiderium proficiendi. Ideo dicitur, [Et ſpiritus S. erat in eo.] Vnde ait Bern. [Teſtis inhabitantis, & trahentis ſpiritus S. eſt bona volũtas] Nam ſicut apparet in velis cum à ventis feruntur, ſic bene apparet cum ventus ſpiritus S. cor hominis percutit, quia eum ad bonum propoſitum, & opus virtuoſum implendum induxit, iuxta illud Pſal. 142 [Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.] Sextum eſt q deſideret videre Chriſtum ante mortẽ ſuam Ideo dicitur: [Reſponſum acceperat Simeon a ſpiritu S. non viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Domini.] Debet autẽ appetere illam viſionem quam efflagitabat Pſal. centeſimo quinto. dicens. [Viſita nos in ſalutari tuo, ad videndum in bonitate electorum tuorum Apparet n. Dominus Ieſus, etſi nõ ſemper corporaliter, tamen virtualiter, & ſpiritualiter per internam conſolationem electis ſuis, ita vt quaſi certos eos reddat de ſalute ſua, dicens animæ fideli illud Pſ 34 [Salus tua ego ſum.] Vnde ipſi electi tantam fiduciam de ſalute ſua habentes in hac vita, dicunt cum Apoſtolo illud Phil. 1. [Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto] Sequitur euang. [Et venit in ſpiritu in templum.] Hoc aũt factum eſt, vt oſtenderet quod & nos debemus in ſpiritu S. obuiare Chriſto Domino venienti in templum, vt poſſit de vnoquoq; noſtrum dici illud Eſa 64 [Occurriſti lætanti, & facienti iuſtitiam. Propter hoc etiam iſta ſolennitas nõ ſolũ purificatio, & candelatia, ſed etiã hypapãteſis, i. occurſus vel obuiatio appellatur vt ait Alex de Ales in 4. ſui compen. Debet igitur quilibet intrare eccleſiam ex deuotione, & non ex cupiditate, ſicut aliqui faciunt, qui ſolũ propter pecuniam ad eccleſias vadunt, vt cantent Non debet etiam quis intrare in templum in ſpiritu ſuperbiæ, ſicut ambitioſi qui ſibi vſurpant dignitates Eccleſ. Non in ſpiritu auaritiæ ſicut Simon Magus. Non in ſpiritu inanis gloriæ, ſicut illi qui ſe ornant pompaticè vt appareant hominibus alijs maiores & digniores. Non in ſpiritu ſimulationis, ſicut hypocritæ, vt videantur alijs ſanctiores. Non in ſpiritu luxuriæ ſicut illi, qui ideo ad eccleſias vadunt, vt au-

Qualiter obuiare Chriſto debemus.

Digitized by Google

vt mulieres videant; & mulieres, vt videant viros, & concupiſcant, vel concupiſcantur. Non in ſpiritu vanitatis, ſicut illi qui vadunt ad eccleſias cauſa ſolatij; vel vt vana loquantur, ſiue de temporalibus. Non ſpiritu accidiæ, ſicut illi qui in eccleſijs dormiunt, quando dicuntur diuina officia, vel quando prædicatur, & non orant, nec ſtãt attenti. Tales enim non inueniunt Chriſtũ, nec illum amplexãtur brachijs ſpiritualibus animæ. In ſpiritu ergo ſancto debet vnuſquiſque templum intrare, vt poſſit puerum Ieſum videre, & amplecti cum ſancto Simeone. Sequitur autem in euangelio; quod prædictus Simeon accepit eum in vlnas ſuas, id eſt in brachia ſua, ad innuẽdum quod per opera bona venitur ad ſalutem. Non enim ſufficit fides habenti tempus, & modum bene operandi, iuxta illud Iac. 2. *Quid proderit fratres, ſi fidem dicat quis ſe habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides ſaluare eum?* quaſi dicat nõ. Vnde etiam addit. [Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita fides ſine operibus mortua eſt.] Vnde 1. ad Cor. 3. dicitur: *Vnuſquiſq; propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem.* Gloſſa vero ſuper hoc euangelio dicit, quod per hoc quòd ſenex accepit infantẽ, inſtruimur, quòd depoſita vetuſtate debemus induere nouitatem vitæ, iuxta illud ad Epheſ. 4. *Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem qui ſecũdum Deum creatus eſt.* Item per hoc quod vlnæ iuſti ſenis corpore ſuſcepti pueri teguntur, ſignificatur quòd lex vetus operienda erat gratia euangelica. Item per hoc denotabatur; quòd mundus in peccatis inueteratus Chriſtianæ infantiæ nouitate erat induendus. Item vt inquit Hugo Cardinalis vbi ſupra: [Simeon qui Ieſum in vlnis portauit, tenet figuram bonorum actiuorum. Maria vero quæ in vtero ipſum detulit; tenet figuram bonorum contemplatiuorum, qui in corde Chriſtum geſtant. Ioſeph autem qui creditur eum in humeris in Ægyptum portaſſe: tenet figuram prælatorum, qui magis pro Chriſto laborant, & minus eius viſione perfruuntur.] hęc ille. Beda vero ſuper illa verba *iuſtus, & timoratus*: ait: *Quia difficulter iuſtitia ſine timore cuſtoditur. Non illum dico timorem, qui temporalia ſibi bona ſubtrahi perhorreſcit; quem perfecta dilectio foras mittit, ſed timorem Domini ſanctum, qui manet in ſecula, quo iuſtus Deum quanto ardentius diligit, tanto ſolertius offendere cauet.* & Amb. addit: *Et bene iuſtus qui non ſuam, ſed populi gratiam requirebat.* Vnde ſequitur: *Expectans conſolationem Iſrael.* Quod exponit Greg. Nicænus di. *Non vtique mundanã fœlicitatem in conſolationem Iſrael prudens Simeon expectabat, ſed veram translationem ad veritatis decorem per ſeparationem à legis vmbra. Habuerat namque per oracula, quod viſurus eſſet Chriſtum Dominũ prius quàm de ſeculo præſenti transmigraret.* Vnde ſequitur: *Et ſpiritus ſanct⁹ erat in eo*, a quo. ſ. iuſtificabatur. Ambr. autem dicit: *Cupiebat ipſe quidem corporea vinculis fragilitatis abſolui, ſed expectabat videre promiſſum. Sciebat enim quia beati oculi qui viderent Dominum.* Greg. vero 18. moralium inquit: *In quo etiam diſcimus, quanto deſiderio ex plebe Iſraelitica ſancti viri incarnationis eius myſterium videre cupierunt.* Beda autem dicit: *Videre autem mortem, expiare eam ſanctificat. Multumq; fœlix mortem videbit carnis, quicunq; Chriſtum Domini prius oculis carnis videre ſategerit, conuerſationem habendo in cæleſti Hieruſalem, ac templi Dei limina frequentando: hoc eſt ſanctorum, in quibus Deus habitat, exempla ſectando. Eadem autem ſpiritus gratia qua olim venturum præcognouerat, & nunc venientem cognouit.* Vnde ſequitur: *Et venit in ſpiritu in templum.* Vbi inquit Origen. *Et ſi tu vis tenere Chriſtũ, & amplexari manibus, omni labore nitere, vt ducem habeas ſpiritum, veniaſq; ad templũ Dei.* Gregor. vero ait: *Quàm beatus ille ſacer ad ſacra introitus, per quem ad vitæ terminum maturauit? beatæ manus quæ verbum vitæ palpauerunt, & vlnæ quoque, quas ad ſuſceptionem parauit.* Beda autem inquit: [Accepit autem iuſtus ſecundum legẽ puerum Ieſum in vlnas ſuas: vt ſignificet iuſtitiam operum, quæ ex lege erat per manus & brachia figuratorum; humili quidem, ſed ſalutari fidei euangelicæ gratia imitanda. Accepit ſenior infantem Chriſtum, vt inſinuet hoc ſeculum quaſi ſenio iam defectum ad infantiam, & innocentiam Chriſtianæ religionis rediturum,] hæc ille. In quibus verbis confirmat ea quæ ſuperius dixim⁹ de ſenectute Simeonis. Origenes vero de eodem Simeone loquens ait: [Si ad tactum fimbriæ veſtimenti mulier ſanata eſt, quid putandum eſt de Simeone, qui in ſuas vlnas accepit infantem; & gaudebat videns paruulum à ſe geſtari, qui venerat ad vinctos ſoluendos, ſciens neminem eum poſſe de clauſtro corporis emittere, cum ſpe futuræ vitæ: niſi eum quem in brachijs continebat?] Auguſt. autem in ſermone hodiernæ feſtiuitatis de tanta filij Dei humilitate, & tam grandi myſterio exultans exclamauit dicens: [O omnipotentia naſcentis, ô magnificentia de cælo ad terram deſcendentis. Adhuc in vtero portabatur, & ex vtero matris à Ioanne Baptiſta ſalutabatur in templo præſentabatur, & à Simeone ſene, famoſo, annoſo, probato, coronato cognoſcebatur.

Per accipere in vlnas, quid innuatur moraliter.

Exultans admiratur Augu. humilitatem Christi.

Digitized by Google

Tunc cognouit, tunc adorauit, tunc dixit: Et nūc Domine dimitte ſeruum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Differebatur exire de hoc ſeculo, vt videret natum per quem conditum eſt ſæculum. Agnouit infantem ſenex, & factus eſt in puero puer Innouatus eſt in ætate: quia plenus erat pietate Rogo, fratres chariſſimi, quis ſit iſte ſenex Simeon? quam magnitudinem ſentiebat in paruulo? Quod videbat, maret portabat: quod intelligebat, mundum regebat. Ipſe ferebat: & Christus regebat. Simeon ſenex ferebat Chriſtū infantem, Chriſtus regebat Simeonem in ſenectute. Quid igitur dixit Simeon, audite. Nunc dimittis Domine ſeruum tuum in pace. In pace inquam, quam commendaturus es diſcipulis tuis di[cens]. Pacem m[e]am do vobis, pacem meam relinquo vobis. D[ict]um enim fuerat ei à Domino, [q]u[o]d non guſtaret mortem, niſi videret Chriſtum Dominum natum. Natus [est Chri]ſtus. Ille veniebat: & iſte ibat. Sed niſi veniret ille, iſte ire nolebat. Iam ſenectus matura excludebat, ſed ſincera pietas detinebat. At vbi natus eſt Chriſtus. At vbi eum à matris manibus portatum vidit, & diuinam infantiā pia ſenectus agnouit. Accepit eum in manibus ſuis & dixit: Nunc dimittis Domine ſeruum tuum in pace. Impletum eſt deſiderium ſenis in mundi ipſius ſenectute. Ipſe ad ſenem venit, quæ mundum inueteratum inuenit. In iſto quidem ſeculo diu eſſe nolebat: Chriſtum in hoc ſeculo videre cupiebat, cantans cum propheta & di. Pſalm. 84. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis. Denique vt noueritis ita eſſe iſtiuſmodi lætitiam, cōcludit di. Nunc dimittis Domine ſeruum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Hæc ſunt teſtimonia tua Domine Ieſu: antequam tibi ſternerentur fluctus maris, campi cederent imperanti, antequā ventus te iubente ſiluiſſet, mortui te vocante ſurrexiſſent, ſol te moriente palluiſſet: terra te reſurgēte tremuiſſet: cælum te aſcendente patuiſſet. Adhuc enim in manibus matris portabaris, & iam Dominus orbis agnoſcebaris.] hæc ille. Dixit ergo Simeon, *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine.* Vbi Theophilus ait: *Quod dicit, Domine, confitens eſt, quod ipſe mortis eſt, & vita dominus: & ſic puerum quem ſuſcepit Deum confitetur.* Origen. vero ad lit: *Quaſi diceret: Quamdiu Chriſtum non tenebam, clauſus eram: & de vinculis exire non poteram.* Baſilius autem dic. *Si voces iuſtorum inquiras: omnes ſuper hoc mundo, & eius flebili mora ingemiſcunt. Heu mihi dicit Dauid: quia incolatus meus prolongatus eſt.* Ambroſ. vero inquit: [Vide ergo iuſtum velut corporeæ carcere molis incluſum velle diſſolui, vt incipiat eſſe cum Chriſto. Sed qui vult dimitti, veniat in tēplum: veniat in Hieruſalem, expectet Chriſtum Domini, accipiat in manibus verbum Dei, & cōtempletur velut quibuſdam fidei ſuæ brachijs, tunc dimittetur, vt nō videat mortem, quam viderit vitam] Græcus autem expoſitor ait: *Simeon benedicebat Deum inter catera: quod promiſſa ſibi facta, ſer tita erant efficacia veritatem. Nam cen olationem Iſrael oculis perſpicere meruit, & manibus portare,* hæc ille *Deſiderium omnino ſi compleatur delectat animam.* Prouer. 13. Et homo ſe reputat lucrari, quando quod deſiderat obtinet I cum ſeruus, cum ibi no. ff. de condi. cau da cau non ſe. Et ideo valde delectatus eſt Simeon de completione promiſſi diuini. In pace autem dixit ſe dimitti: Quia de ſanctis dicitur Eccleſ. 44. *Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt.* Vnde Dauid Pſal 4. dicebat: *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam.* Greg. vero Nicænus inquit: *Quia poſtquam Chriſtus culpam beſtilem deſtruxit: noſque patri reconciliauit, facta eſt tranſlatio ſanctorum in pace.* Origen. autem dicit: *Quis eſt qui de ſeculo iſto recedit in pace, niſi is qui intelligit quod Deus erat in Chriſto mundum recōcilians ſibi, nihilq; habet inimicum Deo, ſed bonam pacem bonis in ſe operibus aſſumpſit:* Græcus vero ait: *Fuerat autem ſibi repromiſſum, non viſurum ſe mortem niſi prius videret Chriſtum Domini.* Et ideo implementum oſtendens ſubdit: *Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.* Quod exponens Hugo Cardinalis ſuper Lucam dicit: [Oculi ſcilicet exteriores, & interiores. Interiores Deum, exteriores hominem: quia ipſum quem tenebat in brachijs, verū Deum, & verum hominem edidit, & tandem viſurum ſe facie ad faciem ſperauit] Sicut etiam de Abraam dixit Dominus Iudæis: *Abraam pater veſter exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt:* Ioannis 8. Beati ergo fuerunt oculi Simeonis. Inquit enim Saluator diſcipulis ſuis Lucæ. 10. *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis.* Dixit autem Simeon: *ſalutare tuum,* id eſt Chriſtū. de quo dicitur Lu. 9 *Filius hominis non venit perdere, ſed ſaluare.* Sequitur autem: *Quod paraſti ante faciem omnium populorum:* quia omnes populi eum deſiderabant, & expectabāt. De Iudæis enim habetur Eſa: 62 vbi propheta in perſona omnium d cebat: *Vtinam diſrumperes cælos, & deſcenderes.* De gentibus autem Geneſ. 49. vbi dicitur: *Et erit expectatio gentium.* Et Aggæi. 2. *Veniet deſideratus cunctis gentibus.* De vtriſque etiam Eſa. 52 dicitur: *Præparauit Dominus brachium ſanctū ſuum, in conſpectu omnium gentium, & videbunt omnes*

Canticū, Nunc dimittis, exponitur.

Digitized by Google

omnes fines terræ ſalutare Dei. Cyrillus autem dicit: *Fuerat Chriſti myſterium, quod patuit in vltimis temporibus ſeculi, præparatũ ante mundi conſtitutionem* Vnde ſequitur: *Quod paraſti ante faciem omnium populorum* Grego. vero inquit [Attende etiam ſagacitatem digni & venerandi ſenis: antequam dignus videretur beata viſione præſtolabatur conſolationem Iſrael: vt autem, quod poſtulabat obtinuit, exclamauit ſe vidiſſe ſalutem omnium populorum. Adeo infantis ineffabile iubar illuſtrauit eum, vt proceſſu temporis ſecutura mox ſibi fierent nota.] Theophilus autem addit: *Signanter dicit: ante faciem, vt ſcilicet omnibus eius incarnatio appareret.* Hoc autem ſalutare, dicit eſſe gentium lumen, & gloriam Iſrael. Vnde ſequitur: *Lumen ad reuelationem gentiũ; & gloriam plebis tuæ Iſrael.* Quod exponens Athanaſius ait: *Gentes ante Chriſti aduentum in vltimis tenebris erant conſtitutæ, ac cognitione diuina priuatæ.* Cyrillus vero addit: *Sed Chriſtus adueniens, factus eſt lux tenebroſis, & erraticis, quos diabolica manus preſſit: vocati ſunt autem à Deo patre ad notitiã filij, qui eſt lux vera,* hæc ille. De hoc autem prædictum fuerat Eſai. 9. vbi dicitur: *Populus gentium qui ambulat in tenebris, vidit lucem magnam. habitantibus in regione vmbra mortis lux orta eſt eis* Grego autem Nicænus ait: *Ideo ſignanter dixit: plebis tuæ: quia non ab eis tantum eſt adoratus, ſed inſuper ex iis eſt ſecundum carnem natus.* Beda vero ait: *Et bene reuelatio gentium Iſraelis gloria praefertur: quia cum plenitudo gentium introierit, tunc omnis Iſrael ſaluus erit.* Hæc ille. Hoc autem inquit Paulus ad Rom. 11. Hugo autem Card. vbi ſup exponens hoc verbum; *Lumen ad reuelationem gentium,* ait: *Non quòd ab hoc verbo ſumsit occaſionem Eccleſia, vt cum luminibus faceret proceſſionem.* Eſt autem candela, quaſi quidam liber laicorum, eis oſtendens qualiter ignis charitatis Chriſtum in noſtrum ſeruitium expẽdit. Vnde & nos debemus ad hoc attendere, vt ei lucem bonorum operum rependamus Concludendo autem hanc partem dico: quòd ſanctus Simeon in hoc cantico laudauit paruulũ Ieſum quadrupliciter. Primo quòd ſit pax. De quo Eph. 2. dicitur: *ipſe enim eſt pax noſtra* &c. & ad Col. 1. *Pacificans per ſanguinem ſuum ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt.* Secundo quòd ſit ſalus: vnde Mat 1. dictum fuit Ioſeph *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Tertio quòd ſit lumen de quo Ioan. 1 dicitur: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum.* Quarto quod ſit gloria, de quo inquit David Pſalm 16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.*

PARS SECVNDA HVius ſermonis; De Chriſti & B. Virg. ſubiectione eius in templo, præſentatione, & oblatione.

QVia primus Angelus, & primus homo lumen gratiæ amiſerunt propter ſuperbiam ſuam; lumen rapere volentes diuinæ gloriæ: piiſſimus Deus hominem, qui in tenebris ſedebat huius mundi, & lumen cæli videre non poterat: vt dixit Tobias Raphaeli Angelo. Tob 5. decernens illuminare, & viam ducentem ad lumen gloriæ verbo, & exemplo ei oſtendere, lumen ſ verbum diuinum de lumine patre genitũ miſit in mundum obumbratum carne humana, ſecundum illud quod promiſerat per Ezec. prophetam eius li 32. c. di. *Solem nube tegam* i deitatem verbi nube humanitatis. Vnde humilitatem docuit verbo, cum dixit Matth. 11. *Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde.* Et hodie facto ſe oſtendit humilem, quando in templo voluit præſentari ipſe, qui ſuos electos facit ſibi templũ: ac vt quidam dicunt quinque ſiclis redimi tanquam ſeruus, qui eſt Dominus vniuerſorum. & pro ſe ſacrificium offerri tanquam ſi eſſet peccator expiandus oblatione, qui cunctorum peccata purgauit à matre virgine: vt paruulus & infirmus eſt deportatus, qui immenſus omnia portat, & ſuſtentat verbo virtutis ſuæ. Vnde Ambro. in ſermone hodierno inquit: [Offer beata Maria virgo tanquam legem obſeruans in templo, quem edidiſti, vt non omnibus ſed paucis reueletur. Quis eſt iſte quem genuiſti? ô quam paruus, ô quam magnus eſt quem peperiſti? paruus in humanitate, magnus in diuinitate: paruus in regno Iudæorũ, magnus in regno gentium. Quis putas nobis poſſet indicare inter huiuſmodi obſequia animi tui ſenſum, cum hinc cerneres ex te natum tantillum infantem: illinc attenderes Deum immenſum hinc creaturam, illinc creatorem, hinc infirmum, illinc fortiſſimum: hinc alẽdum, illinc alentem. hinc non loquentem, illinc Angelos docentem. quis inquam pectoris tui arcana reuelare valeat? quib. modis cogitatum ad vtrãq; flectebas, cum vnum Dei, atq; hominis filium in manibus tenens, hinc adorares vt Dominũ, illinc oſculareris vt paruulum? Quis ad tam ineffabile miraculum non obſtupeſcat? Quis nõ pene elinguis fiat? Tenet puella in gremio ſuum & omnium crea-

um creatorem. O admirandum ſpectaculum, ad quod non ſolum humana, verum etiam Angelica ſtupeſcit natura] hæc ille. Hoc etiam eſt illud lumen quod præparauit Deus pater ante faciem omnium populorum, vt per ſuum exemplum omnis perfectionis ſemitam nobis oſtenderet. Omnis enim Christi actio noſtra eſt instructio. c. ſolemnitas. el. 2. & ibi glo. de conſe. di. 1. & c. ſi ſolus 8. di. & c. Dominus noſter 56. di. & c. ſignificaſti de elec. & c. Deus omnipotens 2. q. 1. Ipſe ergo Christus fuit luminare maius, quod Deus dedit nobis vt vniuerſum orbẽ illuminaret. Beata autem virgo fuit luminare minus, cuius vita inclyta cunctas illuſtrat eccleſias. Et ideo hodie in ſignum huius dantur candelæ accenſæ in manibus fidelium, candela enim repræſentat benedictam virginem: quia ſicut candela eſt cera mollis & ductilis, ſignificans humilitatem: & licinium album ſignificans puritatem: & lumen ardens innuens charitatem: ita ipſa in ſummo habuit iſta perfectiſſime: in quibus eam debemus imitari; quia eius vitam nobis Deus dedit in exemplum. Vnde beat. Thom. in 3 par. ſummæ q. 37. ar. 4 ait: [Sicut plenitudo gratiæ à Christo deriuatur in matrem, ita decuit vt mater eius humilitati conformaretur; & ideo ſicut Christus licet legi non eſſet obnoxius, voluit tamen circunciſionem, & alia legis onera ſubire, ad demonſtrandum humilitatis, & obedientię exemplum, eadem ratione voluit & matrem ſuam implere legis obſeruantias, quibus tamen non erat obnoxia.] hæc ille. Vnde ſciendum quod ipſa benedicta virgo ſe ſubiecit triplici cerimoniæ legis. Primo ſe ſubdidit legi purificationis quæ data erat mulieribus generantibus filios ſecundum modum naturalem: vt dicitur in ſpeculo hiſtoriali. Nam communiter omnis mulier concipit cum libidinoſa delectatione, quod prouenit ex corruptione peccati primorum parentum. Et ideo Deus ordinauit omnes mulieres ſic concipientes debere purificari ab hac immunditia. Quam ordinationem voluit immaculata virgo obſeruare, vt ſe conformaret filio ſuo: qui cum eſſet innocentiſſimus, inter peccatores reputatus eſt. vt prædictum fuerat Eſai 53 *Et formam ſerui accepit in ſimilitudinem hominum factus*, ad Philip 2. O igitur profunda humilitas, atque perfectiſſima obedientia glorioſæ virginis, qua meruit de diabolo perfectam victoriam reportare. Sicut enim diabolus vicerat Euã inobedientem diuino mandato; ita ipſa obediens illum ſuperauit. Scriptum eſt. n. Prouer. 2. *vir obediens loquitur victoriam.*

Candela accenſa in manib. fidelium ſignif. Maria.

Maria ſubiecit ſe triplici legis cerimoniæ.

Secundo ſe ſubiecit legi præſentationis. Vnde ſciendum quod de prole nata duplex præceptum tradebatur in lege. Vnum quidem generale quãtum ad omnes, vt ſ. completis diebus purificationis matris, in templo præſentaretur, & offerretur pro ea ſacrificium, ſiue eſſet maſculus ſiue fœmina, vt habetur Leuit. 12. Et hoc quidem ſacrificium vt inquit gloſſ. ſuper Leuiticum, fiebat ad expiationẽ peccati, in quo proles erat concepta, & nata: quia regulariter omnis qui naſcitur, in originali peccato naſcitur. Et licet per circumciſionem prædictum peccatum originale tolleretur: tamen etiam purificatio, & præſentatio erat indicta ad confirmationem circunciſionis, & maiorem deletionem fomitis ipſius peccati: ſicut etiam nũc licet per baptiſmum tollatur peccatum originale, tamen poſtea ſuſcipitur ſacramentum confirmationis, & chriſmatur baptizatus c. t & ibi gloſſ. de conſe. di 5 Vnde inquit gloſſ. in c. reſponſo. de ſen. excom. quod contẽnens ſacramẽtum confirmationis poſt baptiſmũ non eſt Christianus. facit etiam ad hoc gloſſ. in ca. veniens de t anſac. Præſentabatur quoque proles in templo non tantum ad expiationem, ſed etiam ad quandam conſecrationem ipſius. Et ideo aliquid offerebatur in holocauſtum, & aliquid pro peccato. Diuites enim offerebant agnum in holocauſtũ, & turturem, aut pullum columbæ pro peccato. Pauperes vero par turturum, vel duos pullos columbarum. vnum in holocauſtum: & alterum pro peccato. Si autem quæratur, quare Deus iuſſit offerri pullos columbarum, & non columbas. Reſpondet Bernard. & Hugo Cardinalis ſuper Luc. quod hoc ideo fecit, quia laſciuam autem in tali ætate offerri decuit pro Saluatore, qua luxui apta non eſſet. Aliud vero erat præceptum de primogenitis, tam in hominibus, quam in iumentis: Sibi enim Dominus deputauerat omne primogenitum Iſrael pro eo, quod ad liberationem populi Iſrael percuſſerat primogenita Ægypti ab homine vſque ad pecus: primogenitis Iſrael reſeruatis: vt habetur Exod. 13, & Deut 15. Primogenita autem Leuitarum non redimebãtur: quia deputati erant ad perpetuum Dei cultum. Alii vero primogeniti aliarum tribuum redimebantur quinque ſiclis argenti, vt habetur Numer. 18. Et ideo aliqui dicunt beatam virginem redemiſſe filium ſuum quinque ſiclis. Sed alii, & forte melius dicunt, eam non redemiſſe eum, quia totaliter diuinis erat mancipatus officiis, & ſacerdos erat in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, ſicut prædictum fuerat Pſalm. 109. Et hæc præſentatio figurata fuit 1. Reg. 1 quando Anna obtulit filium ſuum Samuelem Domino corã Heli ſummo

Proles nata duplici præcepto ſubijciebatur.

Digitized by Google

ſummo ſacerdote. Nam pari modo imò excellentiori obtulit beata virgo filium ſuum Domino coram ſancto Simeone, qui fuit non ſolum primogenitus ipſius ſanctiſſimæ virginis vt habetur Luc. 2. ſed etiam primogenitus in multis fratribus. Rom. 8. & eſt ſanctus ſanctorum Dan. 9. Et ideo ipſi ſoli conuenit proprie illud quod lex dicebat. ſ. quod *omne primogenitum maſculinum ſanctum Deo vocabitur.* vt habet Exo. 13 & etiam recitatur in euangel. hodierno Vt. de Grego. Nicænus inquit: *Solus autem hic partus maſculinus ſanctus eſſe conſpicitur, qui nihil de fœmineitate culpæ portauit.* Vnde & Gabriel quaſi hoc decretum ad ipſum ſolum pertineret, memorans dicebat: *Quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei:* & in cæteris quidem primogenitis ſanctos illos vocari euangelica ſolertia ſtatuit, tanquam oblatione diuina ſortitos huiuſmodi nomen. At in totius primogeniti creaturæ quod naſcitur, ſanctum pronunciat Angelus, quaſi proprie ſanctum exiſtens. Ambroſ. quoque idem affirmans ait: *Solus per omnia in natis de fœmina ſanctus fuit Dominus Ieſus: quem per figuram futuri myſterij legis diuinæ præſcripta ſignabant: eo quod ſolus ſanct' Eccleſiæ virginis ad generandos populos aperiret genitale ſecretum.*

Tertio ſubiecit ſe beata virgo cerimoniæ oblationis, offerens pro ſe, & filio quod in lege fuerat ordinatum. De qua oblatione facta pro Chriſto admirans S. Cyrillus exclamat dicens. *O profunditas ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. offert hoſtias, qui per ſingulas hoſtias honoratur cum patre. Figuras legis cuſtodit veritas, qui legis eſt conditor: ſic Deus legẽ cuſtodit vt homo.* Vnde ſequitur: *vt darent hoſtiã, ſecundum quod dictum eſt in lege Domini: par turturum, aut duos pullos columbarum.* Sed hic quæri poteſt quidnam fecerit beata virgo de theſauro illo, quem obtulerunt Magi filio ſuo in magna quantitate, & quomodo infra ſic paucos dies à die Epiphaniæ ſit facta adeo paupercula, quod non potuit emere agnum ad offerendum. Ad quod reſpondetur, quod ipſa non fecit, vt faciũt multi, qui theſaurizant in hoc mundo, & pauperibus nihil impendunt: ſed ſeruauit illud: Pſal. 111. *Diſperſit, dedit pauperibus* vnde nihil ibi reſeruauit. Et ratio huius poteſt aſſignari. Quia vt inquit Auerroes in lib. de ſubſtantia orbium. materia repleta vna forma non ſuſcipit diuerſas formas; verbi gratia: Pulpitum poſtquam habuit iſtam formam, non poteſt habere aliam manente prima. Similiter vana mulier habens frontẽ meretricis; non poteſt habere frontem, ſeu faciem honeſtatis, & cor plenum immunditia non poteſt eſſe plenum puritate.

Quid fecerit Maria de theſauro, Chriſto à regibus oblato.

Cum igitur B. virgo fuerit repleta pietate circa proximum & amore diuino, non potuit repleri cupiditate, & amore terrenorum; & ideo dedit pauperibus, & diſpenſauit theſaurum prædictum, vt ſic pietatem erga proximum conſeruaret, & ſanctitatis formam non amitteret per terrenorum abundantiam. Nouerat enim filium ſuum amatorem eſſe paupertatis, & oculos eius in pauperem reſpicere: vt ait Dauid Pſalm. 10. Et verum eſſe illam Sen. ad Lucillum ſententiam, quod *nemo altius eſt Deo dignior, quam qui opes contempſit.* Sciebat quoque quòd onuſtus pondere auri Chriſtum pauperem non poteſt ſequi e Socrates 10. q. 2. Sed pro morali declaratione prædictorum poſſent hic fieri ſex quæſita. Primum vnde mouetur offerens hãc oblationem. Secundum per quem defertur talis oblatio. Tertium quid eſt iſta donatio. Quartum quo dirigitur talis oblatio. Quintum cui datur talis offerenda benedictio. Sextum quæ fuerit huius præſentationis aſſociatio. Ad primum reſpondetur, quod à Bethleem mouetur offerens iſtam oblationem: ad ſignificandum quod quicunq; vult de ſe facere cum Ieſu ſacrificium, primo recedere debet à Bethleem id eſt, à cura carnis, quia ait Apoſtolus Rom. 8. *Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini,* ſ. vita ſpiritualium. Et iterum: *Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.* Licet enim antiqui doctores dicant quod Bethleem interpretatur domus panis; tamen moderni interpretantur domum carnis. Qui ergo vult Deo mundam oblationem offerre, debet recedere de domo carnis, id eſt ſenſualitatis & ſollicitudinis temporalium, & ſeruare illud Geneſ. 12 vbi Abraam audiuit Dominum dicentem ſibi: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.* Ad hoc etiam faciẽdum hortatur propheta dic. Pſalm. 44. *Obliuiſcere populum tuum, et domum patris tui: & concupiſcet rex ſpeciem tuam.* Domus autem patris noſtri eſt caro, quam à patre noſtro recepimus: vt in ea quamdiu hic viuimus, habitemus: à qua debemus ſpiritualiter recedere debemus, id eſt ab eius concupiſcentijs elõgari. Ad ſecundum dico, quod Maria & Ioſeph fecerunt hanc oblationem. Et hoc ad inſinuandum, quòd ad benefaciendum debet te dirigere pura virgo Maria. id eſt, pura & recta intentio. quia vt ait Ambroſ. in lib. de officijs: *Intentio tua operi tuo nomen imponit:* & omnia denominãtur à fine. 2. de anima & l. ſi is qui 400 §. ſed ſi opus. ff. ad l. fal. & l. ſtipulatio. § opus ff. de operis no. nun Et ideo finis maxime eſt attendendus l. denique. ff. de mino. & l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de

Declarant moraliter nonnulla quæſita.

1. Vnde debeat offerens moueri.

2 per quem oblatio debet deferri.

ff de inoffic. teſta. Debet quoque ibi eſſe Ioſeph qui interpretatur accreſcens, vel augmentum, ad denotandum quod quando quis aliquam Deo oblationem facit operando aliquid boni pro amore eius, debet habere voluntatem creſcendi ſemper de bono in melius, iuxta illud Pſalm. 83. *Ibunt de virtute in virtutem*: & plus faciendi ad pœnitentes ſi poſſet. Bona enim voluntas pro facto reputabitur, quando per nos non ſtat quin eam effectui mancipemus. l. cum hæres § ſtichus. ff. de ſtatu lib. & ad idem facit tex. in c. dixi & multis capitulis ſequentibus. de pœn. di. 1. Ad tertium reſpondetur quod Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum tulerunt, & præſentauerunt Deo: ad denotandum, quod ille qui vult Deo gratum ſacrificium offerre, debet ſibi Dominum Ieſum præſentare, id eſt vitam ſuam ipſius vitæ conformare. Qui enim vt dicitur 1. Ioan. 2. dicit ſe in Chriſtum credere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare, maxime in humilitate, conſiderando quod ille qui eſt via, veritas, & vita, Ioan. 14. ſe duci ab aliis tanquam ignarum permiſit. Vnde euangelium inquit: *Cum inducerent puerum Ieſum* &c. Et ille qui ſolus ſanctus, & bonus eſt, tanquam immundus, voluit cum matre expiari. Et ille qui cælo non capitur, & omnia regit: hodie in vlnis ſenis ſe recipit, & portari permiſit.

3. quid debeamus offerre.

Vbi facienda oblatio.

Ad quartum reſpondetur, quòd ad templum obtulerunt, ad denotandum quòd debemus eccleſias frequentare; & ibi orationes noſtras Deo offerre. di. Pſal. 67. *In eccleſiis benedicite Deo Domino de fontibus Iſrael.*

5. cui detur oblatio.

Ad quintum reſpondetur quòd ad Simeonem ſacerdotem tulerunt: ad ſignificandum per cuius manus debeat fieri ſacrificium noſtrum, quia per manus Simeonis, qui interpretatur obediens. Quære ergo tibi in patrem ſpiritualem aliquem timoratum, iuſtum, & diuinis mandatis obedientem: quia male poteſt aliis præcipere, qui non didicit obedire. Aſſume tibi aliquem doctorem, in quo ſit ſpiritus ſanctus, qui ſit antiquus, id eſt, practicus, & expertus, qui ſit mundus, & liber à vitiis: ne per malum exemplum, vel doctrinam peſtiferam ad illa te inducat. Elige ergo virum irreprehenſibilem ſub cuius gubernatione regaris: quia ſtatus ſubditorum eſt integritas præſidentium cap. miramur 61 diſt. & è contra vero langueſcente capite cætera membra ſibi ipſo dolent. cap. ſunt plurimi, & cap. ex merito 6. q. 1. Et propter hoc, leges ordinauerunt, vt aſſumendus ad docendum alios, præcellat cæteros moribus l. magiſtros. C. de profeſ. & medi. libro 10. Ideo Seneca hortabatur Lucillum epiſtola 53 dicens: *Illum elige doctorem, quem magis admireris, cum videris, quàm cum audieris.*

6. quid ſimul cum Chriſto offeretur.

Ad ſextum reſpondetur quòd par turturum, aut duos pullos columbarum ſimul in præſentatione Chriſti obtulerunt: Si autē dicamus quòd etiam quinque ſicles pro redemptione dederunt, hoc fuit ad denotandum quod quinque ſenſus corporis debet referre Deo in ſacrificiū, vt quidam deuoti doctores dicunt. Ideo autem euangeliſta ſpiritu ſancto ductus poſuit disiunctiue par turturum, aut duos pullos columbarum, quia aliquibus conuenit offerre turtures, aliquibus vero columbas. Nec omnes volūt offerre turtures, nec omnes columbas. Aliqui enim qui volunt Deo ſacrificium offerre, & remanere in vita actiua, & habitu laicali, ſecum debet deferre par turturum, id eſt vnitatem: quæ denotatur per vnum par: & fidelitatem, quæ per turtures deſignatur. Tu ergo qui in laico habitu vis te Deo ſacrificare, ſerua vnitatem vt non quęras, vel ſequaris ſectas, diuiſiones, partialitates, & huiuſmodi, ſed vnionem dilectionis & charitatis, dando eleemoſynas, & ſubueniendo proximis: faciendo illud quod dicitur Tob. 4. *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, ſi exiguum habueris, ex hoc exiguo communica.* Serua quoque fidelitatem faciendo illud, quod in eodem c. dicitur. *Attende tibi ab omni fornicatione: & præter vxorem tuam non patiaris crimen ſcire.* Serua fidem, legendo & audiendo ſacras ſcripturas: audiendo diuina officia, prædicationeſque, & illis credendo operibus adimple. Et ſic offeres Domino par turturum. Alij vero volentes ſe perfectius Domino conſecrare, intrando religionem, debent offerre duos pullos columbarum per binarium autem numerum qui eſt principium diuiſionis, deſignatur quòd tales debent eſſe diuiſi, id eſt, ſeparati à mūdanis, ſed inter ſe debent eſſe quaſi vnum par, ſimul vniti, & ſine diuiſione. Quia inquit propheta Pſal. 132. *Ecce quam bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum.* Columbarum pulli ſunt calidi, ſed caſti, ad innuendum quòd religioſi debent eſſe calidi id eſt feruentes in diuino amore, ſed puri & mundi à carnalitate, ſeruando illud Lucæ 12. *Sint lumbi veſtri præcincti & lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Columbarum pulli non volant diſcurrendo: ſed clauſi manent in nidis ſuis. Sic & religioſi, non debent diſcurrere vagi per ciuitates & villas, niſi pro magna neceſſitate, vel vtilitate: quia religioſus extra cellam ſuam vel monaſterium, eſt ſicut piſcis extra aquam. c. placuit 16 qu. 1. Debent ergo remanere clauſi in cellis, & in clauſtris ſuis: quia locus eſt conſeruatiuus

Digitized by Google

ſiuus locati. vt di. 4. phyſic. Columbæ gemunt loco cantus, & ita religioſi debent lugere peccata ſua, & dantium eis eleemoſynas, ne ſint de illis quibus dicitur Pſalm 126 *Qui manducatis panem doloris* Debent quoque conſummare vitam ſuam in fletu, & mœrore pœnitentiæ. Vnde monachus dicitur à monos Græce, quod Latine dicitur vnus: & achos, quod eſt triſtis quaſi vnus, & triſtis. d. ca placuit vt 16 qu. 1. Debet n. lugere in hoc ſeculo, vt poſt mortem gaudeat in cælo. iuxta illud Henrici Samarienſis lib. 2 *Vna ſerena dies multorũ nubila penſat: Et lutũm tergit quod facit vnda ſolum.* In illa n. felici ſſima die tranſitus boni religioſi omnis mœſtitia, in ſempiternum gaudium conuertetur. Sicut etiam columbæ habitant in cauernis petræ *petra autem erat Chriſtus.* vt ait Apoſtolus 1. Cor. 10. Sic vita religioſorum debet eſſe confixa in cruce cum Chriſto, vt vnuſquiſque eorum dicere poſſit cum Paulo ad Gal. 6. *Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Columbæ habent collum variatum ac quaſi depictum, & totum fulgens. Et ſic religioſi debent eſſe ſpeculum aliorum, & lux mundi per bonum exemplum, ſeruando illud quod hortatur Saluator Matth. 5. dicens: *Vos eſtis lux mundi. Sic luceat* &c Ioan. autem Andreæ in c. vnico de ſacra vnctio. ponit ſeptem proprietates columbæ dicens: quòd ſignificant ſeptem dona ſpiritus ſancti, contra ſeptem peccata mortalia. Sed hic de proprietatibus alijs columbæ pertranſeo: quia in 2 parte Roſarij ſermonum. ſermone 38 parte 4 poſui ſedecim eius proprietates. Solũ dicam illud, quod inquit Saluator Matth. 10 c. ſ. *Eſtote ſimplices ſicut columbæ* vt poſſitis cum puriſſima virgine Maria hodierna die oblationem mundam offerre.

PARS TERTIA HVIVS ſermonis: in qua myſtice declaratur myſterium Purificationis & de alia Inſtitutione huius feſti.

PRo maiori declaratione prædictorum, ſunt videnda duo: primum eſt circa ſignificationem ſacramenti purificationis: ſecundum circa purificationem beatæ virginis. Quo ad primum dicit Franc. de May vbi ſup. quòd ſecundũ ſenſum myſticum mulier decubans in puerperio immunda: eſt anima peccatrix, quæ concepit peccatum conſentiendo, & peperit perficiendo. De quo conceptu, & partu infœliciſſimo dicitur Iac. 1. *Concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum. Peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem.* Iſta autem mulier poſt talem partũ immundiſſimum & doloroſum conuertens ſe ad ſeipſam, & intelligens peccatum proprium, debet primo conſummare ſuam immũdiciam ſeptem diebus. i. ſeptem Pſalmis pœnitentialibus, quibus culpa abſtergitur. Quorum primus eſt peccati recordatio aſſidua: ſicut dicebat ſanctus Ezechias: vt habetur Eſa. 38 dum ait Deo: *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Secũdus dies eſt peccati conſideratio profunda, vt intente conſideret, quantum malum fecit in eo, quod Dei maieſtatem lethaliter offendit: ſicut faciebat ſanctus Dauid Pſ. 37. di. *Quoniã iniquitatẽ meã annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.* Ad quod hortatur propheta Hiere. 2 di. *Vide vias tuas in cõualle.* f. humilitatis profundę. Tertius dies, eſt peccati deteſtatio amara, vt ſibi peccaſſe diſpliceat, & peccatũ abhorreat: ſicut faciebat Pſ. 118. di. *Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum.* Quartus dies, eſt peccati renunciatio perfecta, vt proponat firmiter nunquam ad perpetrata redire, nec perpetratis delectari: ſicut illi qui *lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis.* vt inquit Salomon Prou. 2. Quintus dies eſt peccati lamentatio, vt ploret & lugeat propter peccata commiſſa: ſicut faciebat Pſ. qui dicebat Pſ. 6. *Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis ſtratum meum rigabo.* Deus n. ex contritione plangentis peccata ſua parcit, & indulget. Ad quod applicari poſſet illud Ouid. in 1 de Ponto di. *Parcendum eſt animo miſerabile vulnus habenti.* Sedulius etiam inquit: *Culpa fugit: cedunt lachrymis delicta refuſis* Satis autem eſt durus, cuius mẽtis dolorem oculi carnis nequeunt declarare. vt ait Aug. de pœ. d. 1 c. 3 § his auctoritatibus & alias allegatur. c. ſunt plures. Sextus dies eſt remiſſionis expectatio, vt non deſperet de miſericordia Dei, quæ eſt maior omni culpa, ſicut deſperauit perditus ille Cain, qui dixit Gen. 4 *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* Septimus dies eſt remiſſionis exoratio, vt rogare Deum non ceſſet pro remiſſione tantorum peccaminum, dicens cum publicano Luc. 18 *Deus propitius eſto mihi peccatori* Et cum cæco mendico: *Ieſu fili Dauid miſerere mei.* vt in eodem ca. Lu. habetur. Iſtis vero conſummatis ſeptem diebus. ſ. in actibus virtuoſis, quibus immunditia peccati conſumitur: debet iſta mulier. i. anima peccatrix octauo die circumcidere puerum, quem peperit pollutum. i. ſordidatum. Iſta autem circumciſio fit per

Digitized by Google

actum confeſſionis in qua præciditur peccatum, ſicut in circunciſione carnis præputium De qua mentis circunciſione dicitur Deuter. 30. *In illo die circuncidet Dominus cor tuum , & animam tuam* Et 10. eiuſdem lib. c. inquit Deus: *Circuncidite preputium cordis veſtri.* Sed poſt iſtam emũdationem: ſeptem dierum dicit lex, quod illa mulier debet manere in ſua purificatione triginta tribus diebus. Iſti autem 33. dies ſignificant vitam Chriſti, qui vix triginta tribus annis, ſicut docemur in euangelio, quia poſtquam eſt à peccato emundata, non poteſt perſeuerare in bono, niſi imitando ea quæ Chriſtus operatus eſt in ſua vita, ſicut docet Auguſt. in li. de vera religione. Et tandem in fine iſtius vitæ procedentis per iſtos triginta tres dies, talis anima offert ſacerdoti noſtro, id eſt Chriſto, qui eſt *ſacerdos in æternũ ſecundum ordinem Melchiſedech.* ad oſtium tabernaculi, id eſt ad introitum paradiſi, duos pullos columbarum, id eſt intellectum, & voluntatem fertiliſſimam fructibus bonorum operum. Vel per duos pullos columbarum intelligitur anima, & caro caſtiſſima, quibus oblationibus talis anima intromittitur in tabernaculum patriæ cæleſtis & æternæ felicitatis. Quoad ſecundum de Purificatione virginis eſt ſciendum, quod vt legitur in quadam Hiſtoria , & etiam refert Magiſter Albert. de Padua in ſermone præſentis feſtiuitatis; *Feſtum Purificationis glorioſæ virginis antiquitus non fiebat. Tempore autem Iuſtiniani Auguſti apud Conſtantinopolim facta eſt magna hominum mortalitas Cumque plaga inualeſceret, nec vllum remedium poſſet reperiri , reuelatum eſt cuidam ſancto viro, vt 4 nonas Februarij Purificatio beatæ virginis celebraretur : & ſic omnis mortalitas ceſſaret in hominibus. Quam ſolemnitatem dum fideles celebrarent , omnis peſtis abſceſſit.* Dicit quoque Franciſ de May. vbi ſupra , quòd [beata virgo poſt partum filij ſtetit in Bethleem, vbi pepererat, vſque diem quadrageſimum, in quo venit in Hieruſalem, & obtulit Deo filium in illo templo, in quo ipſa fuerat educata. In quo templo morabatur Anna propheteſſa , quæ diu ibi ſteterat Nam vt habetur Luc. 2. Hæc ſanctiſſima mulier, cum vix iſſet ſeptem annis cum viro ſuo , tranſtulit ſe poſt mortem viri ad templum, & ibi moram traxit vſque ad annos. 84. Secundum autem communem opinionem habebat annos. 10. quando ad habitandum in templo acceſſit Ex quo colligimus quod in eo ſteterat annis.
64 Cum igitur mater Domini ibi fuerit educata: (Vnde dicit Auguſt. in quodam ſermone, quòd Ioſeph accepit eam de templo Domini, quo tempore nullo dubitante erat ibi ipſa Anna propheteſſa , nam adhuc non tranſierat annus a tempore quo beata virgo fuerat de templo aſſumpta) Conſtat quod ipſa Dei mater benedicta fuit ſub cura ſtudus ſanctiſſimæ propheteſſæ educata.] hæc Franc. Qui etiam ibidem inquit: quòd *ſenectus ſancti Simeonis fuerat à Deo detenta in hoc ſeculo, ne tranſiret donec poſſet ſanctis patribus in limbo detentis nunciare noua Dominica natiuitatis Quemadmodum aliquando contingit nuncios retinere , vt videant verum euentum ad certius nunciandum. Vnde Chriſto viſo dixit. Nunc dimittis &c. Et tunc impleta fuit prophetia Malach. 3. vbi Deus dixit : Ecce ego mitto Angelum meum id eſt, Simeonem, qui præparabit viam ante te. Et ibidem dicitur : Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator, quem vos quæritis &c Sicut enim beatus Io. prænunciauit patribus , Chriſtum ad inferna venturum, ſecundum Greg Ita ſanctus Simeon prænunciauit, eum ad terram veniſſe Ipſe enim fuit primus qui illuc peruenit de ſanctis poſt Chriſti aduentum* hæc ille Tempore autem iſtius Simeonis, vt dicunt doctores, erat communis opinio apud omnes intelligentes, quod immineret aduentus Chriſti ſecundum ſigna à prophetis, & patriarchis data. Qua propter Simeon ſeneſcentius Deum patrem rogabat pro emiſſione redemptoris. Et ideo vt dicit euangelium occurrẽtis feſtiuitatis; Reſponſum acceperat à Spiritu ſancto, ſcilicet qui in ipſo erat, vt dicit gloſſ. non viſurum, id eſt experturum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Domini. Vnde dicere poterat illud Iob. 19. *In carne mea videbo Deum Saluatorem meum.* Dicit autem Magiſter Albertus de Padua vbi ſupra : *Notandum quod reſponſum non datur niſi petenti, & interroganti: vnde cum dicitur quod iſte homo recepit reſponſum à Spiritu ſancto, datur intelligi quod frequenter cum ſuſpirijs , lachrymis, & gemitibus orando clamabat ad altiſſimum , vt mitteret conſolationem Iſrael.* & forte verba plorantis, & orantis hæc erant : O Domine quare tardas? quare faciem tuam auertis, obliuiſceris inopiæ , & tribulationis noſtræ? Tu enim diſtulisti Chriſtum tuum vſque adhuc : ſed instat tẽpus opportunum, nunc eſt expediens. Mitte ergo Saluatorem perditis , captiuis redemptorem, & conſolatorem mœſtis veni Domine libera nos. Scio autem quia non longe eſt tempus aduentus tui , & ideo nolo mori niſi te videam, per quem mors inimica vincetur: volo videre dum nec fontem vitæ amplectar: nolo ex hoc ſeculo recedere, niſi tu venias per quem conditum eſt ſeculum. Quibus dictis, totus ad lachrymas & gemitus

conuet

Digitized by Google

conuertebatur deprecans Deum, vt hoc ſuum deſiderium adimpleret. Vnde reſpondit ei Spiritus ſanctus illud Dan. 10. *Noli timere vir deſideriorum, confortare, & eſto robuſtus.* Dixit quoque ei Deus: Confide ſenior, vigorem ſume, non te concutiat mors vicinior, non morieris niſi videas, niſi etiam tangas, niſi vlterius amplexeris Chriſtum. Quo reſponſo ſenex ſanctus valde confortatus eſt: & quaſi iuuenis effectus ex feruore. Sed de hac latius dicetur in ſequenti parte, quæ nullatenus contrariatur his quæ hic dicuntur. Nam potuit eſſe quod ſanctus Simeon multo tempore rogauit Deum promiſſione Meſſiæ: quem tamen neſciebat de Spiritu ſancto concipi debere: & ſic perſeuerando in hac ſua petitione tandem certificatus eſt, & reſponſum habuit in Ægypto, vt in dicta parte ſequenti dicetur. Pro concluſione autem huius partis eſt ſciendum, quod vt inquit Franciſc. de Mayro vbi ſupra exponens illa verba euangelij hodierni: *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ*: In cœleſti patria quatuor gradus impletionis inueniuntur: quorum primus eſt ſecundum continentis exigentiam, & iſto modo ſunt plenæ animæ ſanctorum diuina gloria, quia data eſt eis fœlicitas, ſecundum exigentiam ſuorum meritorum, de qua plenitudine ad litteram dicit Propheta Pſalm. 15. *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vſque in finem.* Secundus gradus eſt ſecundum continentis ſufficientiam, & iſto modo ſunt plenæ gratiæ voluntates Angelorum; quia non ſolum ſecundum exigentiam meritorum, ſed etiam ſecundum ſufficientiam naturalium donorum acceperunt magnam fœlicitatem, vt dicere poſſint Deo illud propheticum Pſ. 89. *Repleti ſumus mane miſericordia tua, exultauimus & delectati ſumus.* Tertius gradus eſt ſecundum continentis excellentiam, vltra quam nihil capi poteſt. & iſto modo eſt plena donis gratiæ anima Virginis benedictæ, quantum capere poteſt, quãtis nullius Angeli capacitas ſit taliter adimpleta. De qua plenitudine ſanctiſſimus Gabriel Lucæ 1. inquit: *Aue gratia plena.* Quartus gradus eſt ſecundum continentis redundantiam, ſicut teſtatur beatus Ioannes 1. c. Euangelij ſui dicẽs: *De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam, pro gratia*, quam quidem gratiam communicauit matri ſuæ. Quia vero quando aliquod vas eſt totaliter plenum ſecundum totam ſuam exceſſentiam, impoſſibile eſt illud ad aliquam partem inclinari quin redundet, ideo quia mater Domini hoc modo eſt gratia adimpleta: debemus eſſe precibus inclinandæ, vt ſuper nos redundare faciat de ſua gratia. Rogemus igitur ipſam piiſſimam virginem, vt ſicut conſolata eſt ſanctum Simeonem ſenem, dum eum tangere & oſculari permiſit filium ſuum, ita etiam dignetur nobis ſuũ impartiri patrocinium, & impetrare a paruulo ſuo Ieſu hanc pro nobis gratiam: quod ſi cum non poſſumus, quia non meremur in hoc ſæculo, ſaltem fœliciter videamus in futuro.

Quatuor gradus impletionis, in patria.

PARS QVARTA HVIVS ſermonis: De B. Virginis conſolatione in hoc feſto, & Simeonis exultatione.

Licet Beata Virgo Maria in hac die habuerit aliquantulum doloris: habuit tamen plus conſolationis. Vnde videndum eſt in hac parte. Primo de eius conſolatione. Secundo de Simeonis exultatione. Quo ad primum dico: quod quælibet anima fidelis debet deuote contemplari, quanta fuerit benignitas Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui hodierna die ad templum velut peccator voluit deportari, & paruulus quadraginta dierum, in ſacerdotis manibus præſentari. Cogita ergo, O deuota anima, quomodo infantulus Chriſtus paruulorum more propter frigus plangebat & dic ei. O Ieſu dulcis. O Imperator mundi, O Saluator noſter. quid plangis bone Ieſu? Quid ploras fili Dei? O peccator, ecce quòd plangit impaſſibilis peccatum tuum: cogitabat namq; hodierna die dulcis Ieſus, quod ſicut nunc offerebatur in templo, ita alia vice offerri debebat in cruce, ad columnam, ad effuſionem ſanguinis, ad puncturas ſpineas, ad mortem in medio latronum lancea perforari, clauis trãsfigi, & vituperoſe occidi. Flebat igitur & mater eius piiſſima, flebat Ioſeph, & lacrymis continere non poterant, videntes Dei filium lachrymari, hic tamen triſtitia virginis, & ſponſi ſui protinus in conſolationem verſa eſt, quando in templo exiſtentes audierunt Simeonem, & Annam tanta præconia de paruulo Ieſu prædicantes, atque illum tanquam verum Deum adorantes: O quanta conſolatio fuit tunc ipſius glorioſæ virginis, quando ſuo ſponſo cœleſti cum videbat filium ſtare, ac reuerentia obtulit filium ſuum benedictum, ac audiuit ſpõſum ſuum gratiose eius oblationem ſuſcipientem, atque verbis ſuis dulciter reſpondentem. Poſſumus enim deuote meditari, quod iſta Virgo benedicta, cum peruenit

ſet ad templum geſtans reuerenter in brachiis nobiliſſimum illum gigantellum, ſpecioſum forma præ filiis hominum, genibus flexis, atque manibus iunctis eum profundiſſima cordis deuotione; oblationem ſuam fecit, orando ad Dominũ. Ad hanc autem orationem puriſſimæ Virginis deſcendit lux magna de cœlis, quæ illam ac puerum ſuum cooperuit, repletumque eſt templum gloria Domini. Audiuitque ipſa benedicta Virgo ſponſum ſuum cœleſtem ſibi pulcherrime reſpõdentem. O quale igitur gaudium, O quanta ſuauitas, O quam immenſa dulcedo, O quam ineffabilis iucũditas tunc animam puriſſimæ Virginis repleuit, cum ex vna parte audiret benignum ſponſum ſuum ſibi melliflua verba propinantem. Ex alio vero videret multitudinem Angelorum copioſam filium ſuum reuerenter adorantem. Ex alia autem teneret in brachiis ipſum dulciſſimũ filium ſuum ſuaues amplexus eius collo, ac melliflua oſcula ori ſuo dulciter imprimentem. Fiebat ſanctus Ioſeph ex deuotione ac flens, & videns hæc mirabilia, & totus conſolatione replebatur. Poſt conſolationem vero Mariæ, & Ioſeph ſubſecuta eſt conſolatio ſancti ſenis Simeonis.

De bibliotheca Ptol.

Pro cuius meliori declaratione eſt ſciendum ſecundum magiſtrum hiſtoriarum, quod Ptolem. Philadelphus rex Ægypti fuit valde ſtudioſus, & librorum cupidus. Vnde ſuæ bibliothecæ præfecerat quendam ſapientem nomine Demetrium, à quo cum quæſiuiſſet numerum librorum, qui erant in ſua bibliotheca: Reſpondit adeſſe librorum 24. milia volumina, & cito poſſe accreſcere vſque ad 50. milia volumina. Addiditque nunciatum ſibi eſſe, Iudæos habere legem diuinam digito ipſius Dei viui ſcriptam, pro qua ſummopere erat inſudandum, vt ex Hebræo in Græcum traducta eloquium, in arcanis regalibus haberetur. Sed nullum eſſe qui poſſet hoc agere niſi natione Hebræum. Nam Theopompus, cum hiſtoriis, quas ſcribebat, hanc voluiſſe interſerere, in amentiam verſus eſt. Et ob eandem cauſam Theodectus factus eſt cæcus. Quare mi Domine rex Ptolomæe tibi ſupplicandum eſt ſummo Iudæorum pontifici, vt deſtinare dignetur viros Græca, & Hebraica lingua peritos, qui hanc legẽ de Hebræo in Græcum traducant.

Hiſtoria tranſlationis bibliæ, per 72 interpretes

Hoc autem audiens quidam ex conſiliariis regis Ariſtæus nomine, ac calamitati Iudæorum compatiens, ſubiunxit dicens: Bonum eſt mi rex quod Demetrius inſinuat, ſed vt facilius obtineas quod impetrare oportet, redde pontifici captiuos, quos detines Iudæorum. Cuius conſilium placuit regi, & Iudæorum captiuos 120. milia liberauit. Iuſſitque dari eis 120. marcas auri, vel argenti. Quo facto Eleazar ſummus ſacerdos ei deſtinauit ex ſingulis 12. tribubus ſex viros ſapientiſſimos in vtraque lingua, qui ſunt numero 72. vt legem diuinã interpretarentur. Qui cum ad regem perueniſſent, facta prius magna diſputatione, & probato in conſpectu Ptolomæi, quod tantum vnus eſt Deus: datæ ſunt ſingulis ſingulæ cameræ, & deputatis cuſtodibus, nullus alteri loqui, vel ſcribere poterat, vel quouis modo aliquid inſinuare. Et diuiſa biblia, contigit Simeoni ſeni liber Eſaiæ interpretandus. Qui cum veniſſet ad illum locũ Eſai. 7. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium*: ſtupefactus, ac timens, ne Ptolomæus diceret in diuina ſcriptura eſſe mendacium: quia impoſſibile videbatur quod virgo conciperet, & pareret filiũ, abraſit ly *virgo*, & ſcripſit *alma*. hoc enim vocabulum aliquando idem ſignificat quod Virgo abſcondita. Aliquando alma idem eſt quod ſancta, & ſic accipitur in c. alma. de ſen. exc. li. 6. & in c. 1. de rel. & ve. ſan. eodem lib. vbi dicitur, *Alma mater Eccleſia*, & ita etiam accipitur in c. antiquis 9 qu 3 vbi dicitur *alma ſedes noſtra*, &c. Et almus idem eſt quod ſanctus. Vnde ſanctus Benedictus dicitur almificus in c. ſunt nonnulli. 16. q. 1. Aliquando alma idem eſt quod pulchra, vel excelſa, & ita accipitur in l. 1. C. negotiatores ne mil. l. tent. lib. 12 vbi dicitur *in alma vrbe*. Non ſolum autem interpretatur ſancta, vel pulchra, vel excelſa: ſed etiam nutriens, vt ait Catholicon. De qua interpretatione tractat Archi. in c. gloſſorius. de reli. & ve. ſan. li. 6. vnde etiam illa quæ non eſt virgo, dicitur alma, & ita appellant poetæ Venerem, quæ virgo non fuit, quod oſtendit Virgilius, qui in 1. Æneid. introducit Didonem, quæ ſic inquit: *Tu ne ille Æneas quem Dardanio Anchiſe Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad vndam?* Cum autem Simeon ſcripſiſſet, *Ecce alma concipiet*, reperit poſtea diminutus ibi ſcriptum *Ecce Virgo concipiet*. Vnde ſecundo abraſit *Virgo*, & ſcripſit *alma*, & iterum poſtea reperit ſcriptum: *Ecce Virgo concipiet*: vnde rurſus, & tertio abraſit *Virgo*, & ſcripſit *alma*, & ſimiliter poſtea reperit ſcriptum. *Ecce virgo concipiet*, & illa dictio *Virgo* erat ſcripta litteris aureis. Quapropter cognoſces Simeon hoc eſſe cœleſte myſterium, proſtratus in terram orauit Dominum, vt ei reuelare dignaretur quidnam hoc ſignificaret, & an mater redemptoris debebat remanere Virgo in conceptu, partu, & poſt partum, rogauitque Deum, vt ſibi concederet videre ipſam virginem cum filio, antequam moreretur, & reſponſum accepit, quòd illa Virgo pareret Meſſiam filium Dei, qui redi-

meret.

Digitized by Google

mere Iſrael, & quod ipſe non moreretur donec ipſum reciperet in vlnis ſuis, & propter hoc dicitur in hodierno Euangelio. Reſponſum acceperat Simeon à Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Domini. *Et venit in Spiritu in templum*, vbi dicit gloſ. quod cum ibi B. Virgo aduentaſſet, Spiritus ſanctus reuelauit Simeoni & dixit; Ecce Simeon, quod completũ eſt deſiderium tuum: ecce quod iam videbis Meſſiam tibi promiſſum, vade igitur citò ad templum, & ibi eum reperies, & in brachiis tuis accipies, & deuotè adorabis. Cogita ergo O anima deuota, quanto cum gaudio, & exultatione, ac feruore ſanctus ille ſenex Simeon ad templum properauit, & quanta cũ reuerentia Saluatorem mundi adorauit: conſidera etiam quanta fuerit benedictæ Virginis clementia, & benignitas, quæ filium ſuum ipſi Simeoni oſculandum, & amplexandum liberaliter obtulit: vnde ſequitur in euangelio [& accepit eũ in vlnas ſuas] O Simeõ quid agis? an fortè neſcis quod iſte eſt qui terram palmo concludit? Nonne ipſe eſt *quem cæli cælorum capere nequeunt?* vt dicitur 2. Paral. 2. Quomodo ergo eum capis in brachiis tuis? O benedicte ſenex, tu compleuiſti vnum de maximis deſideriis, quæ habebat Beatus Auguſtinus. Tria enim cupiebat, quæ habere non potuit, ſcilicet videre Romam in flore, Paulum prædicantem, & Chriſtum in carne. O cũ quanta ſuauitate, cum quanta lætitia, cum quanta dulcedine, & cum quanta teneritudine benedictum Ieſum in manibus tuis ſuſcepiſti. Quam dulciter ſtringebas inter brachia? Quam ſuauia figebas oſcula? O deuoti Chriſtiani rogemus & nos piiſſimam Virginem, vt etiam nobis porrigere dignetur, ſicut obtulit Simeoni puerum ſuum benedictum, vt poſſimus eum amplecti, & oſculari. Arbitror autem quod ſanctus ille ſenex Simeon habens *Do*minum Ieſum in manibus, exclamauit, & dixit: O benedicte puer, tu es redemptor meus, tu es expectatus à cunctis gentibus, tu ſanctorum gloria, tu Angelorum Dominus. Iſtæ ſunt manus, quæ vniuerſum orbem fabricauerunt, hi ſunt pedes, quorum ſcabellum adoratur. Iſti ſunt oculi bonos & malos contemplantes: nunc vident te oculi mei, nunc tractant te manus meæ. Nunc ergo dimitte me exire de hoc ſeculo, vt vadã ad ſanctos patres, qui ſunt in limbo, & ad portem eis hoc bonum nouum: Dimitte, ne videam te in cruce ſuſpenſum, ne videam te inter duos latrones crucifixum. O Maria, ecce quod *tuam ipſius animam pertranſibit gladius*: quæ verba lachrymando dicebat ſanctus Simeon ipſi B. Virgini. O quot gemitus, quot ſuſpiria, quot lachrymæ ibi ſunt effuſæ ab iſto ſancto ſene, vna cum ipſa Virgine ex recordatione paſſionis Chriſti. Sed demiſſa hac lugubri meditatione, reuertamur ad exultatione ipſius Simeonis. Credo enim quod tanto geſtiuit gaudio, videns Saluatorem mundi, ac eum in vlnis ſuis baiulans, vt verbis exprimi non poſſit. O benedicte ſenex, quem accepiſti in vlnis tuis? Nonne regem regum, & dominũ dominantium? Quem ad tuum pectus dulciter deduxiſti? nonne filium Dei? quem ſuauiter aſpexiſti, & iucundo vultu tibi arridentem, & blandientem contemplatus es? nonne creatorem vniuerſi, & ſaluatorem mundi? O fœlicia brachia O beati oculi tui. O fœlices manus tuæ, quæ meruerunt tanto priuilegio decorari. Decantabat ergo iſte benedictus ſenex, & dicebat: [Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.] Viderunt non per ſomniũ, non per phantaſmata, non in figuram: ſed viderunt corporaliter, viderunt pœnitentialiter, viderunt certitudinaliter, viderunt facie ad faciem Saluatorem ſæculorum, ac plaſmatorem meum. O dulcis Ieſu, iam contentus moriar, iam ſecurus ex hac vita recedam: iam gaudens primos parentes cum Patriarchis, & prophetis viſitabo: & annunciabo eis, quod te palpabilem præbuiſti in manib. peccatorum: annunciabo eis quod te tetigerunt manus manus meæ: quod te amplexata ſunt brachia mea, quod viderunt te oculi mei. O ſi quis vidiſſet illum beatum ſenem, poſtquam amplexato & adorato Domino receſſit, vt ad domum ſuam pergeret, & ibi ex hac vita migraret, non potuiſſet ſe à lachrymis præ deuotione continere. Exiſtimo enim quod per viam ibat dulciter decantando: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine*, &c. Et cum his dulcibus canticis cum ad domum ſuam peruenisſet, genibus flexis in terram, manibuſque, & oculis in cœlum eleuatis, gratias agens Deo de tanto myſterio ſibi reuelato, & oſtenſo fœliciter migrauit ad Dominum: cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

SER-

SERMONVM MARIALIS Pars Nona.

IN QVA TRACTATVR DE Beatiſſimæ Matris Dei aſſimilatione: & vocatur hæc pars proprio nomine Hortus delitiarum, ſiue Paradiſus voluptatis.

SERMO PRIMVS.

In quo quindecim enumerantur, & fuſè explicantur aſſimilationes ipſius B. Virginis.

SPecioſa, & *delicata aſſimulaui te filia Sion.* Hieremiæ 6.c. Inquit magiſter Bartholomæus Piſanus in ſuo Mariali: [Omnium rationabilium & intellectualium ſpirituum appetitus, ſtudium, ſollicitudo, & cura, etſi ad ſummi boni plenitudinem obtinendam, veluti imperfecti ad perfectū, effectus ad cauſam, inquietis ad quietem, & quæ ſunt finis ad finem, tendat, incitetur, & pergat, prout experientia conuincit, philoſophi pariter atteſtantur & ſancti. Ad id vtique bonum percipiendum, obtinendumque ſic humana natura inualida cernitur, & probatur, vt gratia remota nec ad ipſum quærendum aſſurgat, & intellectus attingere nequeat, naturalibus cauſis fretus. Noſtram ergo naturam ad *Deum* participandum, vt finem ab ipſo autore omnium *Deo* conditam, & creatam, ſed ad conſequendum impotentem effectam tam peccato, quam viribus cernens & attendens altiſſimus, licet lucem inacceſſibilem habitet, vt ad ipſum homo haberet acceſſum, tam pro futuro quam in præſenti, tenebras potuit latibulum ſuum, videlicet carne ſe veſtiendo humana, vt quem cernere hic in ſua deitate non poſſumus, in noſtra ſaltem mortalitate conſiſtentem videremus. Sed quo in loco hoc noſtrum celebratum eſt gaudium, vt Deus nobis perſonaliter vniretur, fieretq; Deus homo, & ſumma imis, terrenis cœleſtia, & diuina mortalibus ueſterentur, niſi in horto concluſo, fonte ſignato, paradiſi medio, thalamo veri ſponſi, Salomonis lectulo, cubiculo Aſſueri, ſummi Dei templo, cœlo, loco, & oraculo, ventre, ſcilicet, & vtero intemeratæ Virginis Mariæ? Hæc in ſole altiſſimus tabernaculum locauit, carnemq; ex eius puriſſimis ſanguinibus aſſumpſit, & vt gigas potens, ex ea integra manente exiuit, ac ſe præ filiis hominum ſpecioſum oculis mortalium videndū obiecit. Maria ergo cum medium fuerit, vt lux ſuperna in præſenti panderetur hominibus, indubitanter eſt tenendum, ipſam nunc in gloria eſſe portam, viam, ſcalam, & ianuam, vt deitas in patria cernatur beatifice, & fidelibus referetur] hęc ille. Si igitur B. Virgo à nobis quærat, dicens illud Eſa. 40. c. *Cui aſſimilaſtis me?* Nō ſolum eam aſſimilare poterimus prædictis, ſed etiam vnuſquiſque noſtrum ei reſpōdere poterit verba Thematis noſtri. Super quibus vidimus quindecim aſſimilationes ipſius benedictæ Virginis.

QVOD MATER DEI aſſimilatur paradiſo voluptatis, & dicitur hortus deliciarum. Aſſimilatio Prima.

DE benedicta Virgine dicitur in figura Geneſ. 2. *Plantauit Deus paradiſum voluptatis,* id eſt Mariam *à principio,* id eſt, in partibus orientis, ſcilicet gratiæ. *In quo poſuit hominem, quem formauerat,* quia *Deus* in eius vtero poſuit Chriſtum, quem operatione ſpiritus ſancti formauit. Ille autem locus eſt valde amœnus, quia ibi ſunt omnia illa, quæ viridarium faciunt amœnum, quæ etiam fuerunt in B. Virgine. Et inter alia ſunt quinque. Primum eſt diuerſitas arborum. vnde dicitur Gen. 2. *Produxit Deus omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue.* Iſta autem diuerſitas arborum fuit in matre Dei, quę dicit Eccl. 24. *Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano,* &cæt. Vbi ponuntur ſex differentiæ arborum quæ fuerunt in ea, ſcilicet cedrus contemplationis excelſæ, cypreſſus odoriferæ famæ, palma glorioſæ victoriæ, roſa patientię, oliua miſericordię, & platanus fidei perfectæ. Platanus enim habet folia ad modum ſcuti, & ſignificat fidē: ſiue quia ad modum ſcuti habet tres angulos, id eſt, tres articulos principales, quibus credit in ſanctam

Trini-

Digitized by Google

Trinitatem, ſiue quia ad modum ſcuti defertur, & habetur in læua, id eſt in præſenti vita, & non in dextera, i. in beatitudine: quia hic eſt fides, ibi viſio, & ſpecies: ſiue quia fides eſt nobis ſcutū contra diaboli tentamenta. vnde Apoſtolus ad Eph. 6. ait: [In omnibus ſumentes ſcutū fidei, vt poſſitis omnia tela inimici ignea extinguere.] Non tantum autem in paradiſo erit diuerſitas arborū, ſed maxime fuit ibi à Deo poſitum lignum vitæ in medio paradiſi Gen. 2. De quo ſic dicit Auguſti. [Virgo Paradiſus dicitur in cuius medio poſitum eſt lignum vitæ, cuius folijs ſanantur infirmi, cuius odor viuificat mortuos, cuius ſapor dulcorat amaros, cuius vmbra refrigerat miſeros, cuius aſpectus lætificat Angeles.] hæc ille. Secundo in paradiſo fuit iucunditas riuulorum, Vnde Geneſ. 2. dicitur: [Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigādum paradiſum, qui diuiditur in quatuor capita. Iſte fluuius paradiſi eſt abundantia Spiritus S. quæ fuit copioſiſſime in Maria, & diuiditur in quatuor capita. Quia vnum mittit ad contemplatiuos, dans eis gratiam, & deuotionem orandi. Aliud mittit ad actiuos, dās eis gratiam perſeuerandi. Aliud mittit ad prælatos, dans eis gratiam præſidendi. Aliud vero mittit ad ſubditos, dans eis gratiam obediendi. Tertio fuit in paradiſo auræ tenuis gratum refrigerium: vnde Gen. 3. dicitur de Adam: [Cum audiſſet vocem Domini deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem:] Iſtud autem refrigerium fecit in B. Virgine Spiritus ſancti gratia, iuxta illud Luc. 1. [Spiritus S. ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi,] id eſt, ab omni æſtu carnalis concupiſcentiæ te refrigerabit. Quarto in paradiſo fuit cantus auium maxime ſpiritualium, ſcilicet Angelorum, qui laudē Dei ſemper cantant, iuxta illud Iob 34. [Cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filii Dei] Iſtæ igitur aues, id eſt, Angeli ad honorem benedictæ Virginis decantauerunt in ſuo ortu, iuxta illud Heſter 8 [Iudæis noua lux oriri viſa eſt.] &c. Cātauerunt etiam in ſuo partu dicentes: [Gloria in excelſis Deo, &c. Luc 2. Item in ſua aſſumptione, vnde in figura prædictū fuerat. 2. Reg. 6. [Deducebant arcam Domini.] id eſt, beatam Virginem. [cum iubilo, & clangore tubæ.] Et etiam modo cantant in ſua glorificatione, & ſimiliter Chriſtus cum eis laudat matrem ſuam. iuxta illud Prou. vlt. [Surrexerunt filii eius, & beatiſſimā prædicauerunt, vir eius & laudauit eam.] Quinto in paradiſo terreſtri fuit dulcedo fructuum, de quibus licitum erat comedere, dicente Domino Gen. 2. [De omni ligno paradiſi comede.] Vnus tantum fructus fuit prohibitus, de quo ibidem ſubdidit Deus: [De ligno autem ſcientiæ boni & mali, ne comedas.] Beata autē Virgo Maria meliorem & dulciorem fructum protulit, illum ſcilicet, de quo ipſi Virgini dictum fuit Luc. 1 *Benedictus fructus ventris tui.* Iſte etiam eſt fructus ille qui inquit Ioan. 6 *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.* Fructus quidem ſcientiæ boni, & mali, fuit occaſionaliter cauſatiuus mortis, dicēte Domino Gen. 2. primis parentibus: *Quacunque hora comederitis ex eo, morte moriemini.* hic autem fructus beatæ Virginis eſt viuificatiuus, vnde dixit: *Ego ſum panis viuus:* fructus etiam omnis paradiſi terreſtris fuit de humo productus: iuxta illud Geneſ 2. *Produxit autem Dominus Deus de humo omne lignum,* &c. Sed fructus virginalis fuit de cœlo delatus, vnde ait, *qui de cælo deſcendi.* Item fructus ligni vitæ poſitus in medio paradiſi, conſeruabat vitam corporalem: vnde poſt peccatum Adæ dixit Deus Angelis Gen 3. *Videte ne forte ſumat de ligno vitæ, & viuat in æternum.* Iſte autē fructus cœleſtis dat nobis vitam cœleſtem perpetuā, vnde dicitur Io. 6 *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Beata igitur Virgo quæ nobis attulit hunc cibum benedictum, *facta eſt quaſi nauis Inſtitoris de longe portans panem ſuum.* Prouer. vlt. O igitur Domine Deus, qui formaſti Adā in agro Damaſceno. & poſtea eum tranſtuliſti in paradiſum terreſtrem, Gen. 2. & ibi Nico. de Lyra, & c. illud. & ibi gl. 40 di Et per glo. in l aſſumptio. ff. ad muni. & per Magiſtrum ſen. in 2. ſent. d. 17. & per magiſtrum in hiſtoria Eccle. me quoque de agro Damaſceno, in quo eſt terra rubea, id eſt de rubedine peccati eripe, *& libera me de ſanguinibus,* Pſal 50. ac transfer in paradiſum terreſtrē ad deuotionem benedictæ matris tuæ, quæ eſt amœnior paradiſo illo terreno. Fac vt ſuperem omnes in amore huius amœniſſimi paradiſi: ita vt in bono dicatur de me illud Ezech. 31. *Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei* tranſſumptiue in c. principium de pœ. di. 2. Hic eſt enim ille paradiſus, de quo inquit filius Dei, Eccleſ 24. *Ego ſicut aquæductus exiui de paradiſo.* Iſte autem virginalis paradiſus alium paradiſum produxit, vnde dixit illi eius ſponſus cæleſtis. Cant. 4. *Emiſſiones tuæ paradiſus.* Et ideo ipſe paradiſus cæleſtis Dominus noſter poſtea dixit latroni conuerſo: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Lucæ. 23. & tranſſumptiue in c baptiſmi vicem de conſe. di. 4. O igitur Domine Ieſu, paradiſe de paradiſo, rogo te, ne emittas me vnquam de hoc paradiſo voluptatis, ſicut eieciſti Adam. Geneſ 3 & c. Adam, & c. quælibet 40. diſt. Gratia enim huius benedictæ matris tuæ

quæ eſt ſicut paradiſus in benedictionibus. Eccl. 24 Fac ergo vt dicere poſſim continue illud Gen. 3. *Vocem tuam audiui in paradiſo.* Fac vt non ſolũ ſemel mihi dici poſſit illud Ezech. 28. *In delicijs paradiſi Dei fuiſti*, ſed perpetuo dicatur illud 2. Cor 12 *Raptus eſt in paradiſum*, & illud Eccl. 44. *Translatus eſt in paradiſum*. Et tunc ero ſecurus, & conſolatus. Cum enim de paradiſo materiali dicatur, Gen 3. quod *Deus collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, atque verſatilem ad cuſtodiendum ne quis introeat.* Multo magis ad cuſtodiam iſtius cœleſtis paradiſi collocauit multos Angelos, & flammam ignis Spiritus Sancti ad defendendum ne aliquis dæmon vnquam in eum introiret per peccatum: & non ſolum ad cuſtodiendum ipſum paradiſũ, ſed etiam eos qui in illum per deuotionem ingrediuntur. O igitur fœlix: O fortunatus: O beatus ille, qui in paradiſum iſtum deuoto mentis affectu introierit. Nam inquit Saluator noſter Apoc. 2. *Dabo ei edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei.* In hoc etiam paradiſo inuenies omnia bona, quæ dicuntur fuiſſe in paradiſo materiali. de quo ait Damaſc. li. 2. [Paradiſus in oriente poſitus eſt omni terra excelſior temperato, & tenuiſſimo, ac puriſſimo aere fulgens: plantis ſemper floridis comatus: ac bono odore plenus, lumineque repletus,] hæc ille. Et idem dicit Auguſtinus ſuper Gen. & 24. de ciuitate Dei. Bern. etiam ſuper Canti. inquit: [Habitabit homo in paradiſo, & in loco voluptatis conuerſatio eius, vbi nihil doloris, aut moleſtiæ ſentiebat, odoriferis ſtipatus malis & pomis, fulcitus floribus, honore & gloria coronatus: & magna claritate ob inſigne diuinæ ſimilitudinis refulgebat. Et erat ei ſors, atque ſocietas cum beata plebe Angelorum, & cum militia cœleſtis curiæ, atque exercitus] hæc ille. Alberic⁹ autem de Roſate in ſuo dictionario in verbo paradiſus dicit: [Iſte paradiſus dicitur amœniſſimus ex mirificis inſertionibus, ex pulcherrimis plantationibus, ex fragrantiſſimis aromatibus, ex vernantibus floribus, ex temperatiſſimis roribus, ex moderatiſſimis ventis & flatibus, ex amœniſſimis auium cantibus, ex puriſſimis fluminibus, ex validiſſimis ſepibus, & ex oculatiſſimis cuſtodibus] Ibidem etiam inquit prædictus doctor ſecundum Catholicon: quod paradiſus dicitur, quaſi parans Dei viſum. Quæ omnia excellentiſſime fuiſſe in paradiſo noſtro virginali, poſſent moraliter declarari: ſed breuitatis cauſa pertranſeo: relinquens illa contemplanda ſagaciſſimo, ac prudentiſſimo lectori, qui nouit ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo, atque de exiguis eximia cogitare. Secundo principaliter in hac parte dico, quod B. Virgo eſt hortus deliciarum: quem quidem hortum Deus manu ſua plantauit. Vnde in figura dicitur Heſter 1 c. *iuſſit rex*, id eſt *Deus*, *conuiuium præparari in veſtibulo horti, & nemoris*, i. in vtero Virginis, *quod regio cultu, & manu conſitum erat.* Tunc enim Deus ibi parauit conuiuium: quando naturam humanam ſuæ diuinitati vniuit. De iſta etiam plantatione dicitur Eccle. 43. *Plantauit illum Dominus* Item de ipſa benedicta Virgine poteſt exponi illud Ezechiel 17. *Plantabo eam, & erumpet in germen, ait Dominus.* Et illud eiuſdem li. c. 47. *Super aquas multas plantata eſt.* Secundo Deus iſtum hortum plantatum conſeuit diuerſis arboribus, id eſt diuerſis virtutibus. Vnde in huius ſignificatione poteſt exponi illud, quod dicitur Eccleſiaſt. 2. vbi ait Salomon, id eſt, Deus: *Feci hortos, & pomeria, & conſeui ea cuncti generis arboribus* Et dicit hortos in plurali: quia Deus conſeuit, & hortum ſui corporis Virginitate, & hortum ſuæ mentis humilitate. Tertio ipſum conſertum diuerſis riuis gratiarum irrigauit, & quodammodo inebriauit, iuxta illud Eccleſiaſt. 24. *Rigabo hortum plantationum mearum, & inebriabo partus mei fructum.* Quartum ipſum irrigatum, totum amœniſſimum fecit, iuxta illud Ezech. 27. *Terra illa inculta*, id eſt Maria, quæ fuit integra, & illibata, *facta eſt vt hortus voluptatis*, & in iſtum hortum ſic delitioſum Deus deſcendit, & ibi comedit, quia carne & ſanguine Virginis ſe ibi pauit, & lilia collegit, quia in eius puritate multum delectatus fuit. Vnde Cant. 6 inquit ipſa ſponſa cæleſtis: *Dilectus meus deſcendit in hortum ad areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat.* Iſte autem hortus fuit clauſus, irriguus, amœnus, & fructiferus. Primo namque fuit hortus clauſus, quia ita ſemper habuit B. Virgo cor clauſum malo, quod nunquam in illud ſubintrauit aliqua dæmonis ſuggeſtio, vel praua delectatio: & hoc eſt quod dicitur Can 4. *Hortus concluſus es ſoror mea ſponſa, fons ſignatus*, quod ideo dicitur, quia nunquam eius cor ſubintrauit aliquis prauus conſenſus, Deus enim ipſam ſignauit, & clauſit, & ipſe ſolus clauẽ portauit, cuius theſaurus intus latebat. Quod autem prædicta verba canticorum intelligantur de B. Virgine, patet per glo. in ea. omnibus 24 q. 1 Et notandum quod in præallegata autoritate bis dicitur *hortus concluſus*, quia Virgo glorioſa in corpore, & in anima ſic ab omni infectione, & vitio clauſa fuit, quod nunquam aliquam maculã recepit. Secundo fuit hortus irriguus: iuxta Can. 4. *Hortus irriguus.*

Maria aſſimilatur horto deliciarum.

Maria fuit hortus clauſus.

Fons riguus.

Digitized by Google

Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Aquæ enim gratiarum iſtius horti bonos fœcundant, & ideo dicitur fons hortorum. Boni enim ſunt hortus Dei, qui ſenſus ſuos clauſerunt contra delectamenta mūdi. Iſtæ etiam aquæ peccatores mortuos in peccatis viuificant. Et ideo dicitur puteus aquarum viuētium. Mali enim, qui ſunt profundati in peccatis, ſunt puteus diaboli, & ideo Deo de malis dicitur Pſal.24 *Deduces eos in puteum interitus.* Vnde etiam exorabat Deum idem propheta dicens Pſal.68. *Neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.* Aquæ igitur Beatæ Virginis ideo dicuntur viuæ, quia ipſos peccatores per peccatum mortuos ad vitam gratiæ reuocant. Iſtæ etiam aquæ beatos in cælo lætificant. Et ideo dicitur: *quæ fluunt impetu de Libano.* Vnde & propheta inquit Pſal. 45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.*

Tertio iſte hortus fuit amœnus. Et ideo poſtquam ſponſus cæleſtis ſponſam ſuam commendans dixit: *Hortus concluſus es* &c. ſtatim amœnitatem iſtius horti deſcripſit dicens: *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum Punicorum, cum pomorum fructibus Cyprus cum nardo, & crocus cum fiſtula: et cinnamomum cum vniuerſis lignis Libani. Myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis.* Ecce quod amœnus, & delitioſus eſt hortus iſte: quia emiſſiones ſuæ, id eſt, virtutes, quas emittebat, fiunt quaſi paradiſus, id eſt delicioſæ, & amœnæ. Deinde oſtendit ſuam amœnitatem, quia ibi fuerūt mala Punica cum pomorum fructibus, id eſt virtutum odorabilitas, & deuotionis myrrha ſuauitatis. Nam mala Punica habent grana ordinata, & poma ſunt dulcia. Ad iſta autem poma, ipſa ſponſa inuitat ſpōſum ſuum, dicens Can. 5 [. Veniat dilectus meus in hortum, vt comedat fructum pomorum ſuorum.] Ibi etiam cyprus cum nardo, id eſt fama odorifera, & humilitas profunda, quia cyprus eſt herba humillima, & nardus eſt odoris boni. Vnde Tibullus ait: *Illius puro deſtillant tempora nardo* Ibi quoque fuit nardus, & crocus id eſt feruens charitas, & cæleſtis cōtemplationis ſublimitas Nardus enim eſt herba calida, & crocus habet colorem aureum. Vnde Virgilius 4. Georg inquit: *Et glaucas ſal ces, caſiamque, croceumq; rubentem.* Et de hac herba fit optimum, & vtiliſſimum vnguentum, vt inquit Plin. 21. lib naturalis hiſto Vnde Propertius canit: *Et crocino nares myrrheus vngat onyx* Ibi etiam fuit fiſtula, & balſamum cum vniuerſis lignis Libani: quia in ea fuit puritas conſcientiæ, odor bonæ famæ, & incorruptibilitas in carne. Fiſtula enim habet ſuam virtutem in medulla, & cinnamomū habet odorem ſuum in cortice: lignum vero Libani eſt imputtibile. Ibi quoque fuit *myrrha, & aloe cum omnibus primis vnguentis*: quia in ea fuit amaritudo tribulationis pro filii ſui paſſione, & amaritudo compaſſionis pro miſerorum cōpaſſione, & afflictione, atq; ſuauitas deuotionis in mente, Myrrha enim eſt amara, & ſimiliter aloe, vnguenta vero ſunt ſuauia. Quarto iſte hortus fuit fructiferus. Tunc autem hortus fructificat, quando bene irrigatur, & ventus frigidus & ſiccus ab eo amouetur, & vento calido & humido bene perflatur: & ſic iſte hortus fuit fructiferus. Nam primo fuit bene irriguus: modo lachrymis doloris præ filij paſſione: modo lachrymis compaſſionis pro miſerorum afflictione: Modo lachrymis deuotionis pro deſiderio cæleſtis patriæ: Et modo lachrymis lamentationis pro incolatu præſentis miſeriæ, vnde ſibi poteſt conuenire illud, quod dicitur Eſai 58. *Eris quaſi hortus irriguus: & ſicut fons cuius non deficiunt aquæ.* Secundo ventus aquilonaris ab iſto horto fuit excluſus: nam ab auſtro Spiritus ſancti fuit perfuſus. vnde Cantic.4 inquit cæleſtis ſponſus: *Surge aquilo,* (alia autem littera dicit, *fuge aquilo*) *& veni auſter: perfla hortū meū, & fluant aromata illius:* per Aquilonem autem intelligitur ſuggeſtio diaboli. Aquilo enim eſt ventus frigidus, & ſiccus, ac pluuiæ diſſipatiuus. Diabolus enim infrigidat à Dei amore. iuxta illud Eccleſiaſt 43. *Frigidus ventus Aquilo flauit.* Item deſiccat & euacuat ab omni deuotione: iuxta illud Iob 26. *Qui extendit Aquilonem ſuper vacuum.* Item diſſipat cæleſtis gratiæ pluuiam: iuxta illud Prou.25 *Ventus Aquilo diſſipat pluuiam:* ſed iſte ventus ab horto virginali penitus fuit fugatus.

Hortus fructiferus.

Non enim potuit aliquod frigus immittere, quia ipſa ſemper fuit feruentiſſima: nec in aliquo deſiccare, quia ſemper fuit deuotiſſima: nec aliquam guttam cæleſtis pluuiæ ab ea expellere, quia omni gratia fuit pleniſſima Per auſtrū autē intelligitur afflatio Spiritus ſancti. Auſter eſt enim ventus calidus, & humidus, & fœcundatiuus; qui quidem hortum virginalem perflauit, quia fecit ipſam calidam per charitatem, humidā per pietatem, & fœcundam per operum vbertatem: & ſic fluxerunt aromata odorifera. qui odor adinſtar balſami quodammodo Deum recreauit, & adinſtar cinnamomi homines confortauit, quia cinnamomum ſtomachum confortat, & ad inſtar myrrhæ dæmones effugauit, quia odor myrrhæ vermes expellit. Et propter iſta tria dicitur in perſona Virginis, Eccleſiaſtic. vigeſim. quart.

Digitized by Google

aliquando amaritudine: aliquando vero ſimul vtraque. Nam fuit tota plena dulcedine in Chriſti conceptione, iuxta illud Canti. 4. *Fauum diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua.* Quæ verba exponens Hugo de ſancto Victor. in perſona Chriſti ait: *Mel erat diuinitas mea: cera vero humanitas tua. Inde meipſum feci fauum mellis, quod enim impreſſum eſt in te, aſſumptum eſt de te.* hæc ille. Qui etiam alloquens beatam Virginẽ inquit: *O quam dulcis, & ſuauis es: quæ ſola digna eras, vt ſuperna dulcedinis oſculum in tuo conceptu ſuſciperes, & totius mundi ſuauitatem in partu ſtillares. Ideo mel & lac ſub lingua tua: hoc eſt verbum patris ſub carne tua: & ſub lingua tua, quia abſcõditum mel & lac* Deus homo *Mel diuinitas, & lac humanitas: quia mel rorore cæli: & lac exprimitur de carne.* Secundo fuit plena amaritudine in filij paſſione, ſicut prædixerat ei Simeon Luc. 2. dicẽs: *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Vnde Bernard alloquens beatam Virginẽ ait: *Animam Chriſti non attigit crudelis lancea, quia Chriſtus iam ſpiritum ſuum emiſerat, ſed tua ibi erat. Nam gladius doloris animam tuam pertranſiuit, vt te plus quam martyrem non immerito prædicemus In qua nimirum ſenſum corporeæ paſſionis exceſſit affectus compaſſionis* Tertio fuit dulcis, & amara poſt Chriſti aſcenſionem Amara quidem propter filij ſubtractionem. Vnde Hierony. vbi ſup. inquit: *Quantis putas Virgo filij doloribus afficiebatur, quæ deſiderio æſtuabat, dum animo reuolueret cuncta quæ viderat & audierat: puto quod quicquid humanæ virtutis eſt, cogitare non ſufficiat* &c. Fuit etiam plena conſolatione propter filium, quem ad patris dexteram ſublimatũ videbat. Et propter fidelium inſtructionem, quia eorum magiſtra remanſerat, & Apoſtolos ac diſcipulos docebat. Vnde Hieron. vbi ſupra ait: [Ecce Domino Ieſu aſcendente in cælum, Virgo vacat in ſchola virtutum, ac meditatur in lege mandatorum Dei, vt ipſa ſit forma diſciplinæ Chriſti, & exemplum perfectionis Conuerſatur cum ſenatoribus cæli, infra curiam paradiſi ſub diſciplina Spiritus ſancti. Inuenitur prima inter primas cohortes ſummi regis, quorum vita iam non erat de terris, ſed de cælis.] Tertio cedrus conſideratur, quantum ad ſuccum, qui multiplicem habet virtutem Nã caliginem oculorum detergit, tumorem deprimit; carnes à putrefactione cuſtodit, & contra morſus ſerpentum nobis ſubuenit, vt dicitur in lib. de propriet. re. Iſte autem ſuccus eſt amor, ſiue charitas beatæ Virginis, quæ in nobis multa bona facit. Nam detergit caliginem ignorantiæ lumine ſuæ veritatis, & ideo vocatur Eccleſiaſt. 24.

Cedri ſuccus valet ad multa.

Mater agnitionis, quia ignorantiam repellit, & veram de Deo nobis cognitionem infundit Vnde de ipſa exponi poteſt illud Prouerb. 14. *Sapiens mulier ædificat domum ſuam.* Secundo deprimit tumorem ſuperbiæ, exemplo ſuæ humilitatis. Non eſt enim aliquis ita ſuperbus, nec ita ſublimis, qui non debeat humiliari ex conſideratione tantæ humilitatis, & tunc beata Virgo de ſuperbis ad humilitatem ſuo exemplo reuocatis dicet illud Eccleſ. 24. *Omnium excellentium, & ſublimium colla propria virtute calcaui.* Tertio cuſtodit à putredine luxuriæ, virtute ſuæ virginitatis, & puritatis, & ideo aſſimilatur myrrhæ Eccleſ. 24. vbi ipſa ait: *Quaſi myrrha electa, dedi ſuauitatem odoris.* Sicut enim myrrha conſeruat carnem à putrefactione, ſic eius puritas & virginitas conſeruat nos ab omni fœtore carnalis concupiſcentiæ. Quarto ſubuenit nobis contra morſus ſerpentum, id eſt dæmonum, imperio ſuæ poteſtatis. Nam Geneſ. 3. dixit Deus diabolo: *Ipſa conteret caput tuum.* Tunc enim Maria caput ſerpentis conterit, quando prauas ſuggeſtiones dæmonũ à nobis expellit. Sicut igitur Cedrus Libani, qui candidatio interpretatur, odore ſuo fugat ſerpentes, & interficit vermes; ſic ipſa beatiſſima Virgo fugat ſerpentes, id eſt dæmones, & extinguit vermes, id eſt prauas cogitationes, & reddit candidas mentes. Secundo dico quod eſt quædam Cedrus maritima, quæ eſt parua, ſed fructifera, & odorifera, & figurat benedictam Virginẽ. fuit parua per humilitatem, fructuoſa per fœcunditatẽ, & odorifera per ſanctitatem. Poma autem iſtius Cedri triplicem habent ſubſtantiam. Prima eſt calida, media temperata, vltima vero eſt frigida. fructus igitur iſtius Cedri ſignificat benedictum fructum beatæ Virginis, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui conſtat ex tribus ſubſtantiis, ſcilicet diuinitate, anima, & carne Quarum prima, ſcilicet diuinitas, eſt valde calida, quia eſt omnium vitiorum conſumptiua, & omnium cordium inflammatiua. iuxta illud ad Hebræos 12. *Deus noſter ignis conſumens eſt* Media autem, ſcilicet anima fuit valde temperata, quia omnes virtutes in ipſa ſuum tenuere medium, & nulla vnquam ad aliquod declinauit extremum Vltima vero, ſcilicet caro, fuit frigida, quia ab omni inordinato calore fuit penitus aliena O igitur benedicta virgo, tu es illa arbor diuina ſuper omnes fructuoſa, de qua poteſt exponi illud Pſalm. 79. *Arbuſta eius Cedros Dei*, & illud Pſal. 91. *ſicut Cedrus Libani multiplicabitur*, & illud Numer. 24. *Quaſi Cedrus prope aquas*, ſcilicet diuinarum gratiarum. Et illud Pſal. 103. *Cedri Libani quas plantauit,*

2. Cedri maritimæ qualitates.

Digitized by Google

tanit, ſcilicet dextera Dei, & ſequitur in eodem pſalmo. *Illic paſſeres nidificabunt*. paſſeres, id eſt humiles. Paſſer namque eſt auis parua. In tuo enim exemplo, & patrocinio, ô Virgo humillima, omnes deuoti faciunt ſuum fundamentum, & nidum ſuæ deuotionis in te conſtituunt. Tu etenim es illa de qua prædixit Deus: Ezech. 17. dicens: *Sumam de medulla Cedri ſublimis, & plantabo ſuper montem excelſum, & eminentem In mõte ſublimi Iſrael plantabo illam, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in Cedrum magnã, & habitabunt ſub ea omnes volucres, & vniuerſum volatile ſub vmbra frondium eius nidificabit, & ſcient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum ſublime, & exaltaui lignum humile*, hæc ille. De te quoque exponi poteſt illud Eccleſiaſtic. 1. *Quaſi plantatio Cedri in monte Libano* Sicut enim hæc Cedrus eſt altiſſima, & omnium arborum domina, & regina, vt ait Rabanus, ſuper Pſal. ita & tu es omnium Sanctorum altiſſima, atque Regina. O igitur Domine Deus, mitte mihi obſecro ligna cedrina de Libano 2. Paralip. 2. id eſt deuotionem beatiſſimę Virginis matris tuæ, vt poſſim dicere cum alijs deuotis eius, illud Cant. 1. *Ligna domorum noſtrarum Cedrina*. Et vt cordi noſtro, quod eſt oſtium animæ, faciamus illud quod dicitur Cantico. 8 ſcilicet, *Compingamus illud tabulis Cedrinis*. Fac igitur ô bone Ieſu, vt faciam voluntatem tuam in lignis cedrinis. 3. Regum 5. Fac vt verificetur in me illud. 3 Regum 6. *Texit domum laquearibus cedrinis*. Et iterum illud; *operuit domum lignis cedrinis, & parietes domus intrinſecus tabulatis cedrinis* Fac vt de porticu animæ meæ verificetur illud quod in 7. eiuſdem libri c. habetur, ſcilicet, *Porticum texit lignis Cedrinis à pauimento vſque ad ſummitatem*. Fac etiam, vt de me dici poſſit illud quod in eodem c. ſcriptum eſt, ſcilicet, *Tabulatis Cedrinis veſtiuit totam cameram*, id eſt animam. Et illud quod in 6. eiuſdem libri. c. habetur, ſcilicet *Cedro omnis domus intrinſecus veſtiebatur*, & iterum ibidem: *Omnia Cedrinis tabulis veſtiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete* Per lapidem enim hic moraliter intelligi poteſt peccatum, quod in die iudicij non apparebit in illo, qui fuerit veſtitus hac Cedro precioſa, id eſt deuotione beatiſſimæ Virginis. Fac igitur ô benigne Ieſu vt tibi in veritate dicere poſſim illud, 2. Regum. 7. *Vides quod ego habitem in domo Cedrina?* Et illud, 1. Parali. 17 *Ego habito in domo Cedrina*.

QVOD BEATA VIRGO dicitur Libanus. Aſſimilatio Tertia.

Licet ſecundum grammaticos Libanus in maſculino accipiatur pro monte. In fœminino pro arbore Et in neutro pro thure. Tamen ſcriptura ſacra quæ aliquando tranſgreditur regulas Donati, vt certius exprimat intellectum Spiritus ſancti, & quæ non eſt ſubiecta regulis Priſciani, vt in c. indignum 38 di. accipit in maſculino Libanum pro arbore, cui aſſimilatur beatiſſima Virgo. Vnde ipſa ait Eccl 24. *Ego quaſi Libanus non inciſus euaporaui habitationem meam*. Ab iſta enim arbore quandoque fluit thus cortice inciſo, & illud non eſt ita bonum: quandoque vero fluit cortice nõ inciſo, & hoc eſt magis lucidum, & magis electum, & tali Libano nõ inciſo aſſimilatur beata Virgo. In quacunque autem ſignificatione Libanus accipiatur, cãdorem ſonat. In Virgine vero fuerunt tria candida, & nõ inciſa, ſcilicet ſpiritus, anima, & corpus, de quib. dicitur 1. ad Theſſal. 5. *Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer Spiritus videatur, & anima, & corpus in die Domini noſtri Ieſu Chriſti ſine querela ſeruetur*. ſicut autem dicitur hic Libanus meus: hæc Libanus arbor, & hoc Libanũ thus: ſic dicitur nunc ab Apoſtolo hic Spiritus, hæc anima, hoc corpus. Spiritus ergo Mariæ dicatur mons Libani, corpus vero ipſius dicatur thus Libani, ſiue Libanum. Iſta enim tria non ſolum fuerunt candida per puritatem, vnde illis nomen Libani optime congruit, ſed etiam fuerunt non inciſa, & nunquam diuiſa. Et ideo benedixit beatiſſima Virgo, quaſi Libanus non inciſus &c. Spiritus enim eius nũquam fuit à Deo diuiſus: quia nunquam ab eo per peccatum aliquod ſeparatus fuit. Anima quoque eius nunquam fuit diuiſa à ratione, quia ab eius dominio nunquam receſſit. Corpus etiam ipſius nunquam fuit diuiſum, quia ſemper integrum, & illibatum remanſit. Talis ergo Libanus euaporauit habitationem ſuam, quia illos in quibus habitat, per gratiam euaporat, id eſt odore bono replet, per odoriferam conſcientiam. Vnde ibidem ipſa ait, & *ſicut cinnamomum & balſamum aromatizans odorem dedi* &c. Quoſdam enim confortat, vt perſeuerent in domo gratiæ, & his eſt odor cinnamomi, quia cinnamomum habet confortare. Quoſdam vero præſeruat à corruptione culpæ, & iſte eſt odor balſami, quia balſamum à corruptione præſer-

Libanus ſonat candorem.

Tria candida in Maria.

nat. A quibuſdam autem fugat vermes tentationis diabolicæ, & iſtis eſt odor myrrhæ quæ fugat vermes. Beatiſſima ig. tur virgo ſeruauit illud Eccleſ. 39. *Quaſi Libanus, odorem ſuauitatis habete.* Et ideo de ipſa dici poteſt illud Canticorum 5. *Species eius vt Libani* & illud Eſai 35 *Gloria Libani data eſt ei.* De illa quoque exponi poteſt illud quod prædictum fuerat Oſeæ. 14. *Erumpet radix eius vt Libani. Aperi* igitur ô *Libane portas tuas* Zachar. 11. e. vt in medio eius erat *fons hortorum, & puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* Canticorum. 4. Et tu Domine Ieſu, qui in hoc monte candido natus es: dic mihi illud Hieremiæ 22. *Aſcende Libanum,* id eſt deuotionem matris meæ. Felix enim ille, qui de lignis iſtius Libani faciet ſibi ferculum, ſicut Salomon in figuram fecit Canticorum 3. ca. Fac vt de me verificetur illud Eſaiæ 40. *Gloria Libani ad te veniet.* Et illud Ezechielis 17 c. *Aquila grandis magnarum alarum longo membrorum ductu plena plumis, & varietate venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri, & ſummitatem frondium eius, & tranſplantauit eam in terram pro ſemine, vt firmaret radicem ſuper aquas multas, & cum germinaſſet, creuit in vineam latiorem: & fructificauit in palmites, & emiſit propagines.*

QVOD BEATA VIRGO dicitur Cypreſſus, Aſſimilatio Quarta.

Fingunt fabulæ poetarum quod quidam puer nomine Cypariſſus in ſui nominis arborem conuerſus eſt: de quo per Ouidi tractatur in 3. lib. Meta. De hac vero arbore quæ Cypariſſus dicitur, loquitur Virgilius in 3. Æneid. di. *Aerea quercus, & conifera Cypariſſi* & Martialis ait: *Daphneas platanos, & aereas Cypariſſos.* Hanc tamen arborem Latini communiter appellant Cypreſſum: quam etiam aliqui mutato, y græco in u noſtrum appellant cupreſſum: iuxta illud Virgilij in 1. Georgic. *Et teneram à radice ferens Syluane cupreſſum,* de quo vide. C. de cypreſſis ex luco damnatorum, ſuper rubrica lib 11. Sacra autem ſcriptura appellat dictam arborem cypreſſum, cui aſſimilatur beata Virgo, quæ inquit Eccleſiaſtic. 24 *Quaſi cypreſſus in mente Sion ſcilicet exaltata ſum.* Eſt autem Cypreſſus arbor odorifera, ſolida & virtuoſa, vt ait Iſidorus 17. etymologia. Quoad primũ dico quod lignum Cypreſſi exiccatum magis redolet quàm viride: & igni appoſitum, vel ſoli expoſitum multum redolet. huius quoque ligni odor fugat ſerpentes & vermes. Et ratione iſtius odoris; dicitur cypreſſus Virgo benedicta Fuit enim odorifera: primo quia fuit ab omni humore mundanı amoris penitus exiccata, ſecundo quia fuit igni Spiritus ſancti appoſita: imo tota fuit in igne amoris conuerſa tertio quia fuit ſoli diuino expoſita, immo ipſa fuit ipſo ſole tota veſtita, vt dicitur Apocalyp. 12. Et quia ſic fuit tota odorifera, ideo odor ſuæ ſanctitatis expellit ſerpentes, id eſt diabolicas tentationes, & vermes, id eſt malas cogitationes conſcientiam corrodentes. Secundo Cypreſſus eſt arbor ſolida Ex qua ſoliditate accidit, quod non poteſt putrefieri: nec aliquo pondere flecti, & quod eſt apta conſeruationi, vt ait Iſido. vbi ſup. & eodem modo beatiſſima Virgo ſic fuit in Dei gratia ſolidata, quod eius corpus nunquam potuit putrefieri, nec in vita per aliquam corruptionem, quia fuit prædita Virginitate, nec in morte per aliquam reſolutionem, quia fuit veſtita immortalitate Sicut etiam Cypreſſus pondere aliquo non curuatur, ſed ſemper in ſua rectitudine perſeuerat; ſic beata Virgo intantum fuit in Dei gratia ſolidata, quod nullo pondere alicuius tribulationis vnquam fuit à ſua rectitudine incuruata. Paſſa eſt enim magnum pondus tribulationis, quando puella tenera, & delicata, & de nouo ſurgens à partu in Ægyptum fugit: & per ſeptem annos ibi peregrina remanſit. Paſſa etiam eſt magnum pondus tribulationis, quando filium ſuum vidit ante oculos ſuos crucifigi, & vulnerari. Sed quoniam ſolidata erat in gratia Dei, ideo flecti non potuit per aliquam impatientiam, ſed ſemper tenuit rectitudinem iuſtitiæ, & fidei ac gratiæ. Nec mirum, ſi fuit ſic firma & ſolida, quia ſeptem columnis, id eſt ſeptem donis Spiritus ſancti fuit ſtabilita, & fundata. iuxta illud Prouerb. 9. *Sapientia ædificauit ſibi domum, & excidit columnas ſeptem* Eſt etiam lignum Cypreſſi aptum conſeruationi. Et propter hoc de ipſo fiunt capſellæ, & alia vaſa, in quibus ſanctorum reliquiæ conſeruantur: quia propter ſuam ſoliditatem non patitur, vt res poſitę in eo aliquam recipiant corruptionem Quia igitur beatiſſima Virgo fuit valde ſolida in propoſito Virginitatis, & in imo humilitatis, ideo eius virtus fuit idonea ad recipiendũ, ac conſeruandum, & retinendum Dei filium nouem menſibus in vtero eius. Tertio Cypreſſus eſt arbor virtuoſa. Omnia enim quæ in Cypreſſo ſunt, medicinalia & virtuoſa exiſtunt, ſcilicet folia, cortex, & fructus, vt dicit Plateatius, & Dioſcorides, prout etiam ponitur in li. de proprie. te. Et ſimiliter omnia quæ fuerunt in bea-

Cypreſſus, arbor odorifera, ſolida & virtuoſa.

in beata Virgine, virtuoſa extiterunt. Primo folia, id eſt eius verba, fuerunt valde virtuoſa. Nam vnum verbum dixit, ſcilicet, *Ecce ancilla Domini*, Luc. 1. quod fuit tantæ virtutis, quòd Deum incarnari fecit. Aliud etiam verbum dixit, ſcilicet ſalutando Eliſabeth. vt ibidem habetur, quod fuit tantę virtutis, vt ipſam Eliſabeth repleuerit Spiritu ſancto, & Ioannem in eius vtero exultare fecerit. Aliud quoque verbum dixit, ſcilicet *Fili, quid feciſti nobis ſic?* quod fuit tātæ virtutis, quod Deum hominibus ſubditum fecit. Vnde ſequitur: *Erat ſubditus illis* Luc. 2. Aliud inſuper verbū dixit, vt habetur Ioan. 2. ſcilicet, *vinum non habent*, quod fuit tantæ virtutis, quòd aquam in vinum conuerti fecerit. Eius etiam cortex, id eſt conuerſatio, tantæ fuit virtutis, & gratioſitatis, quod faciebat Deo magnam gloriam, Angelis magnam lætitiam, & hominibus magnam honorificentiam, iuxta illud Iudith. 15. *Tu gloria Hieruſalem*, id eſt: *Dei* in quo eſt viſio pacis noſtræ. *Tu lætitia Iſrael*, id eſt Angelorum, qui vident Deum facie ad faciem: *Tu honorificentia populi noſtri*, id eſt totius generis humani. Eius etiam fructus, id eſt opera fuerunt magnæ virtutis. Vnde de illa dicitur. Prouerb. vlti. *Manum ſuam miſit ad fortia.* Iſta autem fortia quæ fecit, notantur, Iudith 15. vbi poſt prædicta verba: *Tu gloria Hieruſalem* &c. ſubditur: *Quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eo quod caſtitatem amaueris, & poſt virum tuum alterum neſcieris Ideo manus Domini confortauit te: & eris benedicta in æternum.* Ex quibus verbis colligitur, quod quatuor fortia & magna opera fecit. Primum quod diabolicam virtutem confregit, quod notatur cum dicitur: *Quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum.* Tunc enim viriliter egit, quando caput Holofernis, id eſt virtutem diaboli confregit. Secundum eſt, quia carnalem concupiſcentiam in ſe penitus reſecauit: quod notatur cum dicitur *eo quod caſtitatem amaueris* &c. Tertium eſt, quia manum diuini auxilij ad ſe inclinauit, quod notatur cum dicitur, *Ideo manus Domini confortauit te.* Quartum eſt, quia ſibi benedictionem æternæ gloriæ acquiſiuit, quod notatur cum dicitur: *Eris benedicta in æternum.* Propter ſupradictas autem ſimilitudines, quas habet beatiſſima Virgo cum Cypreſſo, poſſumus de illa dicere illud. Eccleſ. 1. *Sicut Cypreſſus in altitudinem ſe extollens*, ſcilicet, fuit.

(...)

QVOD BEATA VIRGO dicitur palma, Aſſimilatio Quinta.

PAlma ſignificat beatam virginem. Vnde ipſi inquit Eccle. 28 *Quaſi palma exaltata ſum in Cades*, vbi dicit Nicol. de Lyra, quod Cades eſt locus, in quo optimæ creſcunt palmæ; ſicut etiam Libanus eſt locus, in quo optimæ creſcunt cedri. & mons Sion Cypreſſis, & Hiericho roſis valde congruit, & ſic de alijs locis magis aptis ad augmentum certarum arborum, quæ nominantur in ſacra ſcriptura, maxime in proxime allegato c. eſt dicendum, Beata etenim Dei mater, ideo illis arboribus natis in locis ſibi magis conuenientibus, aſſimilatur, vt oſtendatur, quod ipſa habuit in ſe perfectionem omnem, quæ in talibus arboribus poteſt reperiri. Sed quo ad præſentem aſſimilationem, eſt ſciendum, quod palma conſiderari poteſt quantum ad arborem, & quantum ad folia, & quantum ad fructus. De primo inquit Ambroſ. in quodam ſermone: *Eſt plane palma vmbroſa ad requiem, honorabilis ad triumphum, ſemper virens, ſemper veſtita folijs, atque ideo non marceſcit.* Quas palmæ proprietates etiam ponit Iſidor 17. etymol. Beatus vero Gregor. in moralibus, ait, quòd palma inferius eſt anguſta, ſuperius vero ramorum expanſione eſt lata. Primo igitur pālma eſt vmbroſa ad requiē, quia eius vmbra ad requieſcendum eſt grata. Et ſimiliter vmbra beatæ Virginis Mariæ, quæ eſt conſideratio vitæ ſuæ, refrigerium nobis præſtat, & malum ignem refrigerat. Nam cōſideratio ſuæ paupertatis, refrigerium dat contra æſtum auaritiæ. Conſideratio ſuæ humilitatis refrigerium dat cōtra æſtum ambitionis humanæ. Conſideratio ſuæ caſtitatis, dat refrigerium contra æſtum carnalis concupiſcentiæ. Vnde quilibet ſic refrigeratus, poteſt dicere illud Can. 2. *Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi.*

Palma proprietates, quantū ad arborem. ex Ambro.

Secundo palma eſt honorabilis ad triumphū: vnde antiquitus in ſignum victoriæ dabatur palma in manibus triumphantis: vt inquit Iſidor 17. etymo. Et in huius ſignificatione dicitur de martyribus qui mundum vicerunt. Apocal. 7. quod *palmæ erant in manibus eorum.* propter hoc etiam ponitur palma pro victoria, ſiue pro fine laboris. vt. C. de princi. agen. in re. l. 1. li. 12. cum ibi. nota. Et in hoc ſenſu poteſt exponi illud Deut. 25. *quem iuſtum conſpexerint, illi iuſtitiæ palmam dabunt.* Et illud quod canit Proſper in lib. epigram. epigram

gram.20. dicens: [Palmam, quę capitur, gloria ſinis habet.] Sed notādum quòd ſunt quidam qui non habent palmam in manibus, ſed habere proponunt, quia modo non vincunt, ſed vincuntur: in futuro autem vincere intendunt, & iſtud eſt incertum. Alij vero ſunt, qui non habent palmam in manibus, ſed in ore, quia multum bene ſciunt alios docere artem vincendi, ſed ſeipſos non docent: & iſtud eſt vanum. Alij autem ſunt qui habent palmam in manibus, id eſt in operibus, quia pugnant & vincunt, & hoc eſt perfectum. Duo prima Paulus Apoſtolus à ſe remouebat, & tertium ſe habere dicebat. Non enim volebat currere ſiue pugnare in futuro tantum, quia hoc erat incertum, & ideo dicebat primo ad Cor. 9. *Ego igitur ſic curro, nō quaſi in incertum.* Nec volebat pugnare verbo, alios inſtruendo, & ipſe ſuccumbendo, quia hoc fuiſſet vanum, & ideo ſubdit: *Sic pugno, non quaſi aerem verberans,* vox enim nihil aliud eſt, quam aeris tenuiſſimus ictus; ſed pugnabat facto hoſtem, id eſt corpus ſuum feriendo; & ideo ſubdit: *Sed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo* &c. Beata virgo Maria nō in futurum, nec ſolo verbo; ſed facto pugnabat. Et quia faciebat illud, quod de Machabæis dicitur 1. Mach. 2. *Manu quidem pugnantes, ſed Deum corde ſemper orantes,* ideo ſemper vincebat, & palmam in manu tenebat. Vnde Prouer. vlt. dicitur de illa: *Manum ſuam miſit ad fortia,* tunc enim manum ad fortia miſit, quando mundum cum ſuis vanitatibus ſuperauit. Tertiò palma eſt ſemper virens, & ſimiliter beata virgo ſemper habuit virides cogitationes, quia fuerunt ſanctæ, virides affectiones, quia fuerunt mundæ; & virides operationes, quia fuerunt ſollicitæ, quæ oīa valde fuerunt Deo grata. iuxta illud Eccl. 40. *Gratiā & ſpeciem deſiderabit oculus, & ſuper hæc virides ſationes.* De hac viriditate B. virginis exponi poteſt Hiere. 17. vbi prædictū fuit: *Et erit foliū eius viride.* De ipſa quoq; exponi poteſt illud Gen. 1. vbi dixit Deus: *Germinet terra,* i. B. virgo Maria, quæ in ſcriptura diuina appellatur terra, *herbam virentem.* Ipſa etenim virgo ſemper fuit virens. Vnde ſicut palma habet viroris perpetuitatem, & diuturnis veſtitur folijs, & ea conſeruat, & non ſolum in æſtate, ſed etiam in hyeme: Sic glorioſa virgo virorem fidei ſemper tenuit, & nunquam amiſit, nec tempore æſtatis, id eſt proſperitatis, nec tempore hyemis, id eſt aduerſitatis, ſcilicet tempore paſſionis; quando diſcipuli & alii fideles perdiderunt fidē. Quarto palma non marceſcit. Et ſimiliter virgo nunquam fuit corrupta, ſed ſemper remanſit integra, tam quo ad ſpiritum, quàm quoad animā, quàm etiam quo ad corpus iuxta conſilium Apoſtoli 1. ad Theſſal. 5. Corpus enim eius corrumpi non potuit, quia fuit diuinitate imbalſamatum, iuxta illud Eccleſiaſt. 24. *Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizans* &c. Anima quoque ipſius corrumpi non potuit, quia cum anima filii ſui vnita fuit, immo quodammodo de duabus animabus vna facta eſt, quod innuitur Luc. 2. dum beatæ virgini per Simeonem dicitur: *Tuam ipſius animam pertrāſibit gladius* tuam ipſius animam, id eſt animam tuam, quæ ipſius eſt: vel animam ipſius, quæ eſt tua. Spiritus etiam eius non potuit corrumpi, quia fuit totus deificatus, & quodammodo totus in Dei amorem conuerſus. Vnde Hierony. in ſermone ad Euſtoch. ait: *Totam eam ſpiritus ſancti repleuerat gratia, totam incanduerat diuinus amor.* Poſſumus etiam hic dicere, quod ſicut palma habet ſtipitis firmitatem. Eſt enim truncus eius magnæ, & imputribilis firmitatis. Sic truncus ipſius beatæ virginis habuit imputribilem virginitatem; quia fuit virgo non ſolum ante partum, ſed etiam in partu, & poſt partum. Quinto palma, vt ſupra dictum eſt, inferius eſt anguſta, ſuperius vero eſt lata: per quod ſignificātur tria de ſanctis viris: vt dicit Gregor. in mora. Primo quod inferius ſunt arcti, & anguſti ad appetendum terrena, ſuperius vero ſunt lati ad amandum & appetendum ſpiritualia & æterna. Quoad primum facit illud quod dicitur. 1 ad Ti. 6. *Habentes victum & veſtitum, his contenti ſimus,* ecce quam anguſti ſunt ad terrena. De ſecundo autem dicitur. 1. Corinth. 5. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris* &c. Ecce quàm lati ſunt ad ſpiritualia, & æterna. Et de hac ſimilitudine viri ſancti cum palma, habetur in capitu. omnes 47. diſtinctio. Secundo dicit Grego. vbi ſupra, quòd ſerui Dei inferius ſunt infirmi corpore; ſuperius vero ſunt fortes in mente. Vnde Paulus 2. Cori. 12. dicebat: *Cum infirmor, tunc potens ſum.* Tertio dicit Gregor. quòd ſerui Dei à paruis incipiunt; ſed ad magna perueniunt: iuxta illud Prouerb. 4. *Iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens precedit, & creſcit vſque ad perfectum diem.* Maria igitur fuit anguſta in infimis amore terrenorum; ſed alta in ſummis in amore cæleſtium: quia ſemper ibi habitabat iuxta illud Eccleſiaſti. 24. *Ego in altiſſimis habitaui.* Fuit etiam debilis corpore; ſed fortis in mente: quæ quidem fortitudo ſponſum ſuum cæleſtem multum delectabat: iuxta illud Prouerb. 25. *Mulier fortis oblectat virum ſuum.* Incepit etiam ab infimo loco humilitatis, & peruenit ad ſummum locum beatitudinis. Vnde inquit. Luc. 1. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* Ecce quàm

Palma non marceſcit.

Digitized by Google

Palma pro prietas quã tũ ad folia.

infima *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes* Ecce quam ſumma. Secundo principaliter dico, quòd palma conſideratur quãtum ad folia, cuius quidem folia ſunt ſurſum eleuata, in infimo ſunt punctione acuta, in lateribus ſunt incidentia, in medio plana, & ſuauia, in longum protenſa, & ſunt ſemper virentia, vt dicitur in li. de proprie re. Iſta igitur folia ſignificant verba Mariæ, quæ ipſa dixit in cantico ſuo. Nam ibi dixit verba ſurſum eleuata, quando Deum magnificauit, & in ipſo exultauit dicens: *Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit.* &c. Secundo ibi dixit verba acuta, quibus dæmones perforauit cum ait: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* Nihil enim eſt, quod ita hoſtem ſuperbum ſuperet & proſternat, ſicut vera humilitas. Tertio habuit verba plana, & ſuauia, quibus Dei beneficia in ſe cognouit di. *Quia fecit mihi magna, qui potens eſt* Quarto habuit verba in longum protenſa, quibus vſque in finem mundi à generatione in generationem Dei miſericordiam omnibus affuturam eſſe prædixit, eum ait: *Et miſericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum.* Quinto habuit verba inciſiua, quibus incidebat. Nam à potentibus incidebat ſuperbiam di. *Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos* &c. A diuitibus incidebat auaritiam dicens: *Eſurientes impleuit bonis; & diuites dimiſit inanes.* Sexto habuit verba virentia, quibus admonuit, quòd beneficium incarnationis diuinæ in cordibus noſtris ſemper debet virere, dicens: *Suſcepit Iſrael puerum ſuum* &c. vſque in finem cantici.

Palmarum fructus.

Tertio principaliter dico, quòd palma conſideratur, quantum ad fructus quos producit. Sed nota quòd palma multum fructificat, quando eſt plantata in terra arida: vel quando radijs ſolis eſt expoſita, vel quando palmæ maſculinæ eſt vicina: quia afflatæ à vẽto maſculinæ palmæ, fœminæ fructificant. Et hęc omnia ponit Plinius. 13. lib. natural. hiſto. ca. 5. & Ari. in lib. de vegetabilibus & plantis, & etiam ponuntur in lib. de proprie. re. Optimè etiam fructificat quando eſt antiquata. Dicitur enim quòd palma generoſa non fructificat ante centum annos, & tunc facit fructus dulciſſimos. Beata igitur virgo fructum illum protulit: de quo dicitur Can. 6. *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructum eius.* nec mirum ſi hæc palma virginalis ita bene fructificauit: Fuit enim primo eius anima plantata in terra arida, id eſt in carne ab omni humore carnalis concupiſcentiæ deſiccata. Et de hoc moraliter exponi poteſt illud Geneſ. 1. *Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locum vnũ* id eſt in totum alium mundũ: *& appareat arida.* id eſt virgo Maria ab omnibus aquis concupiſcẽtiæ penitus aliena. Secundo fuit radijs ſolis expoſita. Sicut enim ſol magis lucem ſuam diffundit in lunam, & poſtea in ſtellas: & poſtea in nubes: & poſtea in montes deinde in valles. Sic ſol iuſtitiæ Chriſtus claritatem ſuam primo & potior diffũdit in lunam, id eſt in benedictam virginem Mariam: & poſtea in ſtellas, id eſt in Angelos, & poſtea in montes, id eſt in doctores, & vltimo in valles, id eſt in Chriſtianos humiles. Tertio fuit ſponſo ſuo Deo non tantum vicina, & non tantum coniuncta, ſed totaliter innixa iuxta illud Cant. 8. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?* Quarto fuit antiquata. Eſt autem, quantum ad præſens propoſitum ſpectat, triplex antiquitas. Vna eſt quam facit ſenſus maturitas iuxta illud Sapien. 8. *Cani enim ſunt ſenſus hominis* Iſtam vero antiquitatem maturitatis habuit beata virgo, de qua dicitur Luc. 2. *Maria conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo.* Secunda antiquitas eſt illa, quam facit vitæ ſanctitas. iuxta illud quod in præal.cgato. c. habetur ſcilicet, *Et ætas ſenectutis, vita immaculata.* Et iſtam etiam antiquitatem habuit: quia fuit ſine macula. Can. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Tertia eſt, quam facit morum grauitas, & honeſtas, vnde de tali ſene dicitur Sapien. 4. *Conſummatus in breui expleuit tempora multa* & ibidem: *Senectus enim venerabilis eſt, non diuturna, neque numero annorum computata.* Et ideo de iuuene tempore, ſed ſene moribus dicitur, Iob 41. *Exiſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem.* Diabolus enim magis timet, & plus dolet cum videt iuuenem in abyſſo humilitatis, & aliarum virtutum immerſum, quam cum aſpicit ſenem eiſdem virtutibus deditum. Et ideo ſemper valde timuit beatam virginem, quæ à primæua ætate fuit immerſa in abyſſo omnium bonorum morum, & ſapientiæ diuinæ. prædictum. n. fuerat de illa Eccleſiaſt. 24. *A mari abundabit cogitatio eius, & conſilium illius in abyſſo magna.* Et in eodem c. ipſa inquit: *Profunda abyſſi penetraui*: & conſequenter hoc tertio modo antiqua fuit, & ideo ſumme fructuoſa.

Triplex antiquitas

Alia aſſimilatione B. V. ad palmam.

Alijs quoque rationibus ipſa beatiſſima virgo aſſimilatur palmæ, ſicut. n. palma habet radicis profunditatem: habet enim radicem in terra multum defixam; ſic benedicta virgo habuit radicis profunditatem, id eſt cordis profundiſſimam humilitatem, & ideo *Deus reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ* Luc. 1. Item ſicut palma habet culminis ſublimitatem, quia eſt arbor magnæ proceritatis, & altitudinis, ſed ad Cedri altitudinem non pertingit,

vt dicit

vt dicit gloſſ. ſuper Pſalm. Sic beata virgo magnã habet altitudinem meritorum, & præmiorum, iuxta illud quod ſuperius allegatum eſt Eccleſi. 24. vbi ipſa ait: *Ego in altiſſimis habitaui* ſed tamen non peruenit ad altitudinem Cedri, id eſt Chriſti. propter hanc autem altitudinem de ipſa virgine dici poteſt illud Can. 7. *Statura tua aſſimilata eſt palmæ.* Sicut etiam fructus palmę ſ. dactyli ſunt ſuauiſſimi, ita etiam fructus beatiſſimæ virginis fuit ſuauiſſimus, de quo ipſi virgini dicitur Luc. 1. *Benedictus fructus ventris tui.* Qui etiam fructus palmæ tanto dulcior & ſaporoſior eſt, quanto immediatius radijs ſolis exponitur: non eſt mirum ſi fructus virginalis fuit dulciſſimus & ſapidiſſimus, cum radius æterni ſolis, id eſt, diuinis ſplendoribus immediate ſit coniunctus, immo ipſe eſt ſplendor gloriæ diuinæ, ad Hebr. 1. Sicut etiam palma eſt arbor pulcherrima. Vnde Leu. c. 23. dixit Deus filijs Iſrael: *De primo menſe ſeptimi ſumetis fructus arboris pulcherrimæ: ſpatulaſque palmarum, & lætabimini coram Domino Deo veſtro.* Sic etiam beatiſſima virgo fuit pulcherrima: cui dixit eius cæleſtis ſponſus Cant. 1 *O pulcherrima mulierum, pulchræ ſunt genæ ſuæ* &c. Sicut etiam palma longiſſimo tempore perdurat iuxta illud Iob. 29. *Sicut palma multiplicabo dies:* ita beata virgo non ſolum longiſſimo tempore, ſed in æternum perdurabit. vnde ipſa inquit Eccleſiaſt. 24 *Vſque ad futurum ſeculũ non deſinam.* Quia autem mater Domini noſtri Ieſu Chriſti dicitur in ſacra ſcriptura ciuitas Dei, vt patet Pſalm. 86. ideo merito etiam appellatur vrbs palmarum: quia habet omnes proprietates ipſius palmæ. Fœlix igitur ille erit qui per deuotionem in iſta vrbe ſemper habitabit Beatus ille de quo in morte ſua poterit dici illud Iudicum 3. *Poſſedit vrbem palmarum* & illud eiuſdem lib 4. cap *Sedebat ſub palma* id eſt ſub vmbra, & protectione virginis glorioſæ: & de eius anima dici poterit illud ſecundo, Paral. 3. *Sculpſit in ea palmas.* O igitur bone Ieſu, qui dixiſti Neem 8. *Afferte ramos palmarum* Concede mihi, vt tibi obuiam deuote veniam cum ramis palmarum, ſicut dum adhuc mortalis eſſes, tibi obuiauerunt pueri Hebræorum, Ioann 12. Fac vt deuotio matris tuæ nunquam à me diſcedat, vt de me poſſit dici illud Eccleſiaſt 50. cap *Steterunt circa illum quaſi rami palmarum.* & illud Ezech. 41 *Palma cælatura erat in pariete templi,* id eſt animi mei Non eſt autem mirum ſi mater tua appellatur palma: nam & de capillis tuis dicitur Can 5. *Coma eius ſicut elatæ palmarum.* Præterea ſi de quolibet ſancto dicitur Pſalm. 90. *Iuſtus vt palma florebit.* Quare mater tua ſanctorum ſanctiſſima, & iuſtorum iuſtiſſima, tanquam palma excellentiſſima floruiſſe non credatur?

QVOD BEATA VIRGO dicitur roſa, Aſſimilatio 6.

ROſa dicitur beatiſſima virgo: vnde ipſa inquit Eccleſiaſti. 24. *Quaſi plantatio roſæ in Hiericho.* Hiericho quippe interpretatur luna: & ſignificat Eccleſiam militantem, quæ ad modum lunæ quamdiu eſt in præſenti vita, multos defectus habet. In hac ergo Hiericho beata virgo eſt plantata: quia inter nos & Deum eſt media conſtituta. Roſa autem poteſt conſiderari, quantum ad ſui qualitatem, amœnitatem, & virtutem. Primo qualitas eius eſt quadruplex: Vna eſt quod roſa eſt frigida in folijs, & calida in ſemine, ita quod paſſiones calidas ſanat frigiditate foliorum, & paſſiones frigidas caliditate ſeminum Secunda eſt quod roſa eſt aquoſa & rorida. i. rore plena. Tertia eſt quod roſa quanto plus contrectatur: tanto maior eius odor ſentitur. Quarta eſt, quòd roſa de ſpinis naſcitur, & tamẽ ſpinam non habet, nec illam imitatur. Et propter hæc omnia beatiſſima virgo roſæ aſſimilatur. Quidam. n. ſunt frigidi in amore Dei. & iſtam frigidam paſſionem ipſa ſanat, dum eorum corda ad Dei amorem inflammat. Et ideo dicitur de illa Prouerb. vlt. *Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis* Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Frigus niuis eſt frigiditas mentis Cõtra quod frigus ipſa ſuos domeſticos. i. deuotos veſtit duplicibus. i. charitate Dei, & proximi Quidam vero alij ſunt calidi. i. malo igne concupiſcentiæ inflammati: quarum calidam infirmitatem ipſa ſanat, quia in eis ignem malæ concupiſcentiæ extinguit, & rorem gratiæ refrigerantis infundit. Et ideo dicitur Eccleſiaſt 44. *Ros obuians ardori venienti, humilem efficiet eum.* Secundo ipſa eſt tota rorida i. rore ſpiritus ſancti plena. vnde Angelus ei dixit: *Aue gratia plena.* Luc. 1. Iſtum autẽ rorem diuinæ gratiæ ab ea excutimus, quãdo ipſam per deſideria feruentia exoramus. Iſta autẽ excuſſio fit aliquãdo calore ſolis: & aliquãdo calore ignis. Sol eſt Chriſtus: iuxta illud Mala. 4. *Vobis timentib. nomẽ meũ orietur ſol iuſtitiæ.* Ignis eſt ſpiritus ſanctus, de quo Saluator ait Lu. 12 *Ignem veni mittere in terrã.* Quando ergo ad ipſam vehementer afficimur ex eo, quòd ſolem iuſtitiæ in ſuo vtero habuit: tunc virtute ſolis ab ea rorem

Qualitas roſæ quadruplex.

Digitized by Google

gratiæ excutimus. Quando vero ad ipſam vehementer afficimur, ex eo quòd ignis ſpiritus ſancti in eam ſuperuenit, & eius virtute Dei filium generauit, tunc virtute ignis ab ipſa rorem gratiæ impetramus. Iſta aut deſideria feruentia, ipſa in nobis generat, immo etiam præoccupat, iuxta illud Sap 6 *Praeoccupat qui ſe concupiſcunt, vt ſe illis prior oſtendat* Tertio ipſa valde fuit cõtrita, id eſt, tribulationib. afflicta, & quanto maiores ſuſtinebat contritiones, tãto maiores reddebat odores. Nam in Ægypto expulſa, dedit odorem patientiæ. In paſſione filij gladio perforata, dedit odorem fidei perfectę. in tribulationibus vero quas à Iudæis paſſa eſt, dedit odorem actionis gratiarũ: nam de omnibus ſuis aduerſitatibus gratias Deo referebat. Poſſumus quoque dicere quòd quanto aliquis magis contrectat beatiſſimam virginem, de ea meditando, loquendo, & ſcribendo, tanto maiorem ſentit deuotionis odorem. Quanto ipſa fuit de Iudæis per peccatum ſpinoſis nata, ſed tamen ipſa nunquam fuit aliquo peccato infecta: nec eorum mores eſt imitata: vnde canit Eccleſia in quodam officio, quo vtuntur aliqui religioſi: *Sicut ſpina roſam, genuit Iudæa Mariam.* Iudæi enim erant ſuperbi, ſed Maria humillima. Iudæi erant vitijs pleni, & ipſa gratia pleniſſima. Iudæi erant terrena appetentes, & ipſa cæleſtiũ auidiſſima. Iudęi erant luxuriæ dediti, & ipſa caſtiſſima. Seruauit namq; cõſilium patris ſui Dauid, ſibi dicentis Pſ. 44 *Audi filia, & vide, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui.* Domum enim patris ſui, & populũ ſuum eſt oblita, quia eius mores non fuit imitata. Fuit etiam iſta roſa nata, de Eua ſpinoſa, ſed eius naturã non eſt imitata, vnde Ber. in quodã ſer. inquit: *O virgo virga nobilis, virga Ieſſe, per quam in ramo conualuit, quod perierat in radice. Radix amaritudinis Eua: ramus æternæ dulcedinis Maria. Miranda, & profundiſſima diſpenſatio diuinæ ſapientiæ: quòd talis virga naſcitur de radice tali; talis filia de tali matre, talis libertas de tali ſeruitute praſcripta; talis imperatrix de tali captiua: de tam ſicca ſpina tam florens roſa.* Secundo roſa poteſt conſiderari quantum ad ſuam amœnitatem: ipſa enim ex ſua amœnitate delectat viſum, olfactum, guſtum, & tactum. vt dicit Plin. lib. 20. naturalis hiſtor. Et ſimiliter beata virgo delectat nos, quantum ad ſpiritualem viſum, ſua pulchritudine, quia eius ſpecies eſt valde gratioſa. Vnde in eius figura dicitur Heſter. 2. *Erat pulchra valde, & incredibili pulchritudine, & omnium oculis gratioſa, ac amabilis videbatur* & 15. c. etiam dicitur: *Ipſa autem roſeo colore vultu perfuſa, ac gratis, & nitentibus oculis* &c. Delectat etiam angelos, quia facies eſt valde glorioſa, vnde Pſ 44 dicitur ei: *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* Diuites. n. plebis ſunt angeli, qui præ cæteris habent diuitias regni cælorum. Delectat quoque ipſum Chriſtum, quia eius facies valde eſt ſpecioſa. Vnde in prææallegato Pſal. 44 ei dictum fuit: *concupiſcet rex decorem tuum,* Ipſe. n. Can. 2 illi inquit *Oſtende mihi faciem tuam: ſonet vox tua in aurib. meis Vox n. tua dulcis & facies tua decora.* Et propter iſta tria dicitur ei illud Iudith 15. *Tu gloria Hieruſalẽ* i. Chriſti, qui eſt pax noſtra, ad Eph. 2. *Tu lætitia Iſrael* i. angelorum, qui in cælo ſemper vident faciem patris Mat 18. *Tu honorificentia populi noſtri* i. generis humani. Nam *Omne hominum genus in terris ſimili conſurgit ab ortu* &c. vt ait Boet. in 3 de conſo c. 12. *Omnes n. homines traxerunt originem ab Adam* Eccleſ 49. & ideo dicũtur hoc reſpectu vnus populus. In viſione ergo faciei B. virginis Chriſtus gloriatur, Angelus lætatur, & humanum genus honoratur. Secundo delectatur ſpiritualis olfactus prę ſui odoris immẽſitate. de quo odore dicitur Can. 4 *Odor veſtimentorum tuorum* i. virtutum, *ſicut odor thuris,* quia & Deo fuit gratum ſacrificium, & recreauit animum noſtrum. De iſto etiam odore dicitur Pſ. 44 *Myrrha & gutta, & caſia à veſtimentis tuis* &c. Myrrha. n. quæ eſt amara, ſignificat caſtitatem ſiue carnis mortificationem. Gutta quæ tumores frangit, ſignificat humilitatem. Caſia vero quæ in aquis naſcitur, ſignificat fidẽ, qui in baptiſmo percipitur. Iſtę namq; tres virtutes fuerunt in ipſa valde odoriferæ. Nã caſtitas, ſiue virginitas fecit odorem angelo, humilitas Deo & fides eius odorem fecit toti mũdo. Tertio declarat ſpiritualem guſtum ſua ſuauitate. Vnde ipſa inquit Eccle. 24. *Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibũt me, adhuc ſitient.* Ipſa n. reficit memoriã cogitationibꝰ ſanctis, intelligentiam intentionib. rectis, & voluntatem affectionibus mundis. Et ideo dicitur Eccl. 15. *Cibabit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum.* Ipſa namq; cibat memoriam pane vitæ, quando talibus cogitationibus eam reficit, & intelligentiam pane intellectus, quando rectis intentionib eam paſcit, & voluntatẽ potat aqua ſapiẽtiæ ſalutaris, quãdo ſapidis affectionib. eam nutrit. Quarto delectat ſpiritualem tactum ſua humanitate, & lenitate. Vnde Bernar. inquit: *Quid ad Mariam trepidas accedere, humana fragilitas? Nihil auſterum in ea, nihil terribile inuenies, tota ſuauis eſt.* Quia igit eſt ita ſuauis: ab omnib. eſt quærenda, arripienda, & amplexanda. Quærẽda per meditationem, iuxta illud

Maria ex Iudæis orta, vt roſa ex ſpinis.

Roſa quoad amœnitatẽ delectat 4 ſenſus.

Digitized by Google

illud Sap 7. *Hanc amaui, & exquiſiui à iuuentute mea.* Attripienda vero eſt per imitationem : & amplexanda per deuotionẽ. Et ideo dicitur Prouerb 4. [Arripe illam & exaltabit te, & glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmẽta gratiarum, & corona inclyta proteget te.] Propter iſta aũt omnia canit Eccleſia: [Specioſa facta es, & ſuauis in deliciis tuis, ſancta Dei genitrix.] Per hoc u. quod dicitur ſpecioſa, notatur quod ipſa delectat ſpiritualem affectum. Per hoc quod dicitur & ſuauis, notatur quod ipſa ſpiritualem delectat guſtum. Per hoc vero quòd dicitur, ſancta Dei genitrix, notatur quod ipſa delectat ſpiritualem olfactum In hoc enim quod Dei genitrix fuit, in vtero ſuo balſamum paradiſi habuit , & ideo tota odorifera fuit.

Virtus roſæ Tertio roſa poteſt conſiderari quantum ad ſuam virtutem, ſiquidem ex roſis aliquando fit electuarium, aliquando oleum, vel collyrium, aut emplaſtrum : & diuerſæ præparationes contra diuerſas infirmitates. Maxime autem habet roſa virtutem, ſuper quadruplicem infirmitatem. Ipſa enim ſtomachum, & cor confortat: fluxum ventris refrænat, oculos clarificat, & dolorem capitis ſanat. vt dicitur in lib. de proprie. re. quas virtutes roſæ cum multis aliis ponit Plini vbi ſup. Et ſimiliter beata virgo cor confortat, dando charitatẽ Dei, quæ in tantũ cor forte facit, vt propter Chriſtum vitam etiam paruipendat, & mortem libenter ſubeat, iuxta illud Can 8. *Fortis eſt vt mors dilectio.* Vnde Auguſt. inquit: *Omnia ſæua, & immania, facilia, & prope nulla facit amor.* Ipſa quoque fluxum peccatorum refrænat dando timorem, qui peccata vitare facit, iuxta illud Prouerb. 15. *In timorem Domini declinat omnis homo à malo* Ipſa quoque oculum intellectus clarificat, dãdo diuinorum cognitionem: quæ quidem cognitio oculum mentis illuminat, iuxta illud Pſalm. 118. *Declaratio ſermonum tuorum illuminat:* & iterum; *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.* Ipſa etiam caput mentis, quæ eſt ſpes, ſanat, quando ſpem noſtram tepidam ad cœleſtia deſideria ſubleuat. Quod enim ſpes ſit caput mentis, probatur per illud 1. Theſſ. 5. *Et galeam, ſpem ſalutis aſſumite.* Propter iſta autem omnia dicitur Eccl 24. *Ego mater pulchræ dilectionis* Ecce quod cor confortat per charitatem, *& timoris.* Ecce quod fluxum vitiorum reſtringit per timorem, [& agnitionis.] Ecce quod ſpirituale viſum clarificat, per diuinorum illuminationem, *& ſanctæ ſpei.* Ecce quod caput mentis ſanat, per ſpei ſubleuationem. Pro concluſione autem huius partis dico: quod beata virgo fuit illa roſa, de qua exponi poſſet illud Virgilii in culice dicentis: *Et roſa purpureo creſcit rubicunda colore.* Semper n. fuit quaſi roſarum flos in diebus vernis Eccleſiaſt 50 Seruauit namque documentum, quod in eiuſdẽ lib 39. c. habetur, vbi dicitur: *Quaſi roſæ plantatæ ſuper riuos aquarum fructificate.*

QVOD B. VIRGO dicitur oliua. Aſſimilatio. 7.

Beatiſſima virgo per oliuam figuratur. Oliua enim conſiderari poteſt quantum ad arborem, & quantum ad fructum, & quãtum ad liquorem. Quantum ad primum, eſt ſciendũ, quod oliua eſt viriditatis continuæ, eſt ſignum reconciliationis factæ; eſt ſignum victoriæ aſſecutæ, & eſt fœcunda in ſobole. Et quantum ad iſta quatuor, oſtenditur de beata virgine, qualis fuit quantum ad ſeipſam, & quantum ad Deum, & quantum ad dæmones , & quantum ad nos. Primo igitur oliua eſt viriditatis continuæ: quia viret in æſtate, in hyeme, in vere, & in autumno. Et quantum ad hoc oſtenditur de beata Virgine qualis fuit, quantum ad ſe, viriditatem ſuæ ſanctitatis nunquam amiſit, nec in æſtate conſolationis, nec in hyeme tribulationis : vnde dicere poterat illud Iob 27. *Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iuſtificationem meam , quam cœpi tenere, nõ deſeram.* Tenuit etiam viriditatem ſanctitatis in vere iuuentutis, & in autumno ſenectutis: quia eundem feruorem, quem habuit in iouentute, ſeruauit in ſenectute. Vnde poteſt ſibi conuenire illud Deut. 33. *Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & ſenectus tua.* Secundo oliua eſt ſignum reconciliationis factæ, vnde dicitur in hiſtoriis Romanorum; quod quando legati Romanorũ mittebantur pro pace facienda, portabant ramos oliuarum, prout etiam refert Iſido. 17. Etym. Et quantum ad hoc, oſtenditur qualis fuit B. Virgo quantum ad *Deum*, quia ipſum nobis reconciliauit. vnde in ſignum huius reconciliationis factæ, Angeli in eius partuitione cantauerũt: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis* Luc. 2. Hæc eſt illa mulier ſapientiſſima quæ reconciliauit Dauid filio ſuo 2. Reg 24. & quæ *Deum* reconciliauit generi humano: hæc eſt illa columba innocentiſſima, quæ portauit in arca Noe ramum oliuæ virentibus foliis in ore ſuo Gen. 8. tranſſumptiue in c. vnico § quia vero. de ſa. vnc. per hoc indicans Deum homini eſſe re- *Eſt ſignum reconciliationis factæ.*

conciliatum. Tertio oliua eſt ſignum victoriæ aſſecutæ. Nam olim apud Athenas victores ramis oliuarum conſueuerant coronari, ſicut dicit Plinius lib 17. naturalis hiſtoriæ: & ponitur etiam in li. de propriet. &c. Et quantũ ad hoc oſtẽditur, qualiter B. virgo ſe habuit quantũ ad dæmones: quia eos ſuperauit, & vicit. Ipſa quippe contriuit caput diabolicæ ſuggeſtionis: iuxta illud Gene. 3. *Ipſa conteret caput tuum.* Item confudit aſtutiam ſuæ deceptionis, iuxta illud Iudith 14 *Vna mulier Hebræa fecit confuſionem in domo Nabuchodonoſor.* Item eiecit eum à Domino ſuæ poteſtatis. iuxta illud Iudith 9. *Erit memoriale nominis tui, cum manus fœminæ deiecerint eum.* Quarto oliua eſt fœcunda in ſobole: quia multas nouellas plantationes generat: & quantum ad hoc oſtenditur, qualis fuit B. virgo quantum ad nos. Ipſa enim tanquam mulier fœcunda, multos filios generat in fide, & gratia, vnde dicere poteſt cum propheta Pſ. 51. *Ego autẽ, ſicut oliua fructifera in Domo Dei,* &c. Item ei dici poteſt illud Pſal 127. *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.* Ipſa vero filios quos generat, poſtea ſecum in menſa cibat. iuxta illud Eccl. 15. *Cibabit illum pane vitæ, & intellectus.* Ipſa enim cibat intellectum Dei cognitione, & affectum Dei amore: qui amor eſt vita animæ.

Eſt fœcunda in ſobole.

Secundo oliua conſideratur quantum ad fructum. Secundum autem Iſid. ſup. Fructus oliuæ primo rubeſcit, poſtea vireſcit, deinde nigreſcit: & ſimiliter beata virgo fuit rubea per charitatem, viridis per virginitatem, & nigra per humilitatẽ, iuxta illud Cant. 1. *Nigra ſum:* ecce nigredo humilitatis, *ſed formoſa,* ecce viredo virginis, *ſicut pelles Salomonis,* ecce rubedo charitatis. Vel poteſt dici, quòd fructus iſtius oliuæ fuit Chriſtus: qui fuit viridis in tota ſua conuerſatione: iuxta illud Luc. 23. *Si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet?* Fuit etiam rubeus in paſſione, vnde Angeli dixerunt ei in eius aſcenſione, illud Eſa. 63. *Quare rubrum eſt indumentum tuum?* Fuit autem niger in morte: iuxta illud Apocal. 16. *Sol factus eſt niger* &c.

Fructus oliuæ.

Tertio oliua cõſideratur, quantum ad liquorem. De quo liquore ſic dicit Iſid 17. lib. Etymol. [Surgit oleum ex amaritudine radicis in pabulum luminis, in refectionem eſurientis, & in medicinam vulneris. Sic igitur oleum oliuæ eſt valde vtile mortalibus. Nam in lucernis ponitur ad illuminandum, & ad ignem nutriendum, & languidis membris apponitur ad medendum: & cibis additur ad condiendum. Sic oleum beatæ virginis, id eſt, pietas eius illuminat tenebroſos in Dei agnitione. vnde appellatur *mater agnitionis* Eccleſiaſt. 24. quod quidem facit lumine ſuæ gratiæ & ideo ipſa inquit in prędicto cap. [Penetrabo inferiores partes terræ: & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino.] Ipſa quoque curat languidos, & ſanat vulneratos medicina ſuæ miſericordiæ; iuxta illud Eccleſiaſt. 43. *Medicina omnium in feſtinatione nebulæ,* id eſt, in feſtina miſeratione Mariæ. Poſſumus etiam dicere, quod eos conſolidat Dei timore, qui expellit peccatum. Eccleſiaſt. 1. peccatum autem eſt languor animæ. Et propter hoc ipſa dicitur mater timoris Eccleſiaſt. 24 Ipſa quoque cibat & nutrit ſuos deuotos multiplici conſolatione, & ſatiat famelicos dulcedine gratiæ, & viſitationis ſuæ. iuxta illud Prouerb. vlt. *De nocte ſurrexit & dedit prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis:* immo nos omnes inuitat di. Eccleſ. 24 *Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me: & à generationibus meis adimplemini.* Non immerito igitur oliua ſignificat miſericordiam beatæ Virginis. Vnde ipſa inquit Eccleſiaſt. 24. *Quaſi oliua ſpecioſa in campis.* Ex quib. verbis habetur, quod ipſa habet miſericordiam excellentem, congruentem, & patentem. Primo autem habet miſericordiam excellentem, & hoc patet per hoc quod vocatur oliua, ſicut enim oleũ ſupereminet omnibus liquoribus, & ſi ſubtus ponatur ſupernatat; ſic miſericordia beatiſſimę virginis ſupereminet omnib. aliorum ſanctorum miſerationibus. Vnde de ipſa exponi poteſt illud Eccleſiaſtic. 28. *Miſericordia hominis,* ſcilicet cuiuslibet alterius *circa proximum ſuum. Miſericordia autem eius ſuper omnem carnem.* Secundo habet miſericordiã congruentem, quia tũc maxime miſericordiam exhibet, quando maior neceſſitas imminet: quod notatur per hoc, quod dicitur ſpecioſa, quia ſicut dicitur Eccleſiaſt 35. *Specioſa eſt miſericordia in tempore tribulationis.* Tertio habet miſericordiã communem, & patentem: quod notatur per hoc quod dicitur *in campis.* Ad oliuas enim hortorum non patet omnibus ingreſſus, ad oliuas autem camporum omnibus eſt acceſſus. Quidã enim ſancti ſunt ſicut oliuæ hortorum: quia tenent miſericordias ſuas clauſas: eo quod digni nõ ſumus eas recipere. Beata autem virgo habet miſericordias omnibus communes, & apertas. Et ideo ipſa omnes inuitat ad ſuam miſericordiam, dicens illud Prou. 10 *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum.* ſ. miſericordiæ meæ. Et illud Eſa. 55. *Omnes ſitientes venite ad aquas* &c. Poteſt etiam

Liquor oliuæ vtilis ad tria.

Triplicem miſericordiã habet Maria.

Et ex hoc expõ. Eccl. 24. quaſi oliua ſpecioſa in cam.

Digitized by Google

etiam dici, quod per hoc quod dicitur, *quaſi oliua ſpecioſa in campis*, denotatur quod ipſa habet miſericordiam naturalem, totalem, & vniuerſalem. Primo enim habet miſericordiam naturalem: quod notatur, cum dicitur *quaſi oliua*. Solus enim Deus eſt proprie oliua, id eſt, ipſa miſericordia: quia ipſi naturale eſt, & proprium miſereri ſemper, & parcere. vt canit Eccleſia. Beata autem virgo eſt quaſi oliua: quia intantum eſt othereri aſſueta, & ad miſericordias ita prompta: quod quodãmodo eſt Deo ſimillima. Secundo habet miſericordiam totalem: quod notatur per hoc quod dicitur. *Specioſa*, quia in omni ſui parte eſt pulchra, ſcilicet in ramis, in folijs, & in fructu. Aliqui enim habent miſericordiam in ramis, id eſt, in corde per affectum compaſſionis. Alij vero in folijs, id eſt, in verbis per affectum conſolationis. Alij autem in fructu, id eſt, in opere per effectum exhibitionis. Virgo autem Maria eſt oliua ſpecioſa, quia habet miſericordiam in corde, exhibendo maternæ compaſſionis affectum. Et in ore pro nobis aduocando apud Deum. Et in opere exhibendo nobis ſuæ miſerationis auxilium. Tertio habet miſericordiam vniuerſalem, quod notatur per hoc quod dicitur *in campis*. Sunt enim quidam ſancti, qui videntur habere miſericordiam ſpecialem: quia aliquibus ſubueniunt, & aliquibus non. Alij vero particularem: quia ſuper aliquibus infirmitatibus videntur accepiſſe à Deo poteſtatem curandi, vel in certis gratiis ſubueniendi. ſicut beatus Antonius ſuper adustione cuiuſdam ignis. Et ſanctus Leonardus ſuper incluſos in cuſtodia carceris & huiuſmodi. Quidam vero ſancti videntur habere miſericordiam localem, quia maiora beneficia præſtant in aliquibus locis, ſicut in loco ſuæ ſepulturæ: vel vbi reliquiæ conſeruantur. Quidam autem temporalem, quia aliquibus temporibus magis ſubueniunt ſicut patet in martyribus, & in alijs ſanctis, qui tempore ſuæ paſſionis, vel canonizationis, quando ſcilicet efficiuntur noui Chriſti milites; ſunt ſe inuocantibus magis liberales. Miſericordia autem benedictæ virginis, eſt ſicut oliua in campis: quia omnibus eſt vniuerſalis, atque communis omnibus perſonis, ſuper omnib. morbis curandis, & gratiis cunctis concedendis: & in omnibus locis atque temporibus.

Maria oliua alijs rationibus. Poſſumus etiam dicere, quod beatiſſ. virgo aſſimilatur oliuæ, multis alijs ex cauſis. Nam oliua in arbore, ſiue ligno habet ſoliditatem: & ſimiliter ipſa fuit valde ſolida in fide. Vnde de illa dici poteſt illud Eccl. 50 *Quia vas auri ſolidum, & ſicut lignum oliua eſt imputribilis puritatis*, ſic ipſa fuit imputribilis, & puriſſima in carne. Fuit namque illud lignum, de quo dicitur Eſa 40. *Lignum imputribile ſibi elegit artifex ſapiens*. Item ſicut oliua in medulla eſt multæ humoroſitatis, ita ipſa fuit plena humore gratiæ in mente, iuxta illud Luc. 1. *Aue gratia plena*. Item ſicut oliua habet in fronde viriditatem: nam vt ſupra, diximus, folia oliuæ ſemper virent, ſic folia, id eſt verba B. virginis, ſemper fuerunt viridia, id eſt virtuoſa. In omni enim verbo ſuo vigor virtutis apparuit: Eius enim prudentia apparuit in inquirendo, quando dixit angelo: *Quomodo iſtud fiet* &c Lu. 1. Humilitas autem in conſentiendo: quando dixit, *Ecce ancilla Domini* &c Ibidem. Deuotio autē in laudando Deum, cum ait, *Magnificat anima mea Dominum*: Ibidem, dilectio charitatis in quærendo, quando dixit: *Fili, quid feciſti nobis ſic? ego & pater tuus*. Lu. 2. Pietas in compatiendo: cum dixit: *Vinum non habent*. Ioan 2. & ſic de alijs eius verbis. Item ſicut oliua habet in flore ſuauitatem, nam flores eius ſuauiter redolent, ita flores beatæ virginis, id eſt, eius mores odore honeſtatis plurimū redolebant. Nam tanta florebat ipſa virgo morum honeſtate; vt in eius aſpectu omnis tentatio carnalis ab eam inſpiciente fugaretur. ſicut ait Hier. Et ideo de illa dici poteſt illud Iob 15. *Lætetur quaſi oliua proijciens florem*. Et illud Aggæi 2. *Lignum oliuæ floruit*. Sicut etiam oliua habet in fructu vnctuoſitatem, & quanto oliuæ ſunt nigriores exterius, tanto ſunt maturiores, & vnctuoſiores interius, & ad exprimendum ex eis oleū, ſunt aptiores. Similiter fructus, id eſt operationes beatiſſimæ virginis, quamuis exterius nigreſcerēt per humiliationem, tamen interius habebāt immenſam gratiæ, & deuotionis vnctionē. Et ideo omnes debemus hoc oleo vngi, vt de quolibet noſtrum verificetur illud Pſal. 103. *Vt exhilaret faciem eius in oleo* tranſſumptiue in ea vnic. § quia vero de ſacra vnctio. Væ autem illi, de quo verificetur illud Deut. 24. *Oliuas habebis, & illis non vngeris*. Beati autem illi qui dixerunt huic oliuæ: *Impera nobis* Iudicum 9 Hæc eſt enim oliua pullulans Eccl 24 Non ſolum autem ipſa dicitur oliua, ſed etiam eius filius. Vnde de ambobus dici poteſt illud Zach. 4 & Apoc. 11. *Hi ſunt duæ oliuæ*. Quia igitur Dominus noſter de hac oliua natus eſt, poteſt dici de eo illud Oſeæ 14 [Erit quaſi oliua ramus eius.] Et propterea de illo prophetatum fuit Zach. 14 vbi dicitur: [Stabunt pedes eius ſuper montem oliuarum, qui eſt contra Hieruſalem ad orientem.] In ipſo etenim monte Oliueti Ieſus libenter morabatur, vt patet Matthæ. 25. Marci 11 & Ioan. 8. O igitur amœniſſima oliueta,

Digitized by Google

ueta, ſcilicet Chriſti, & beatiſſimæ virginis. Et beati illi de quibus dici potent in co um monte illud Neemię 9 *Poſſederunt olueta, & ligna pomifera.* Iſtis autem dici poteſt illud Deut 6. & Ioſue. 24 *Dedit vobis Deus olueta, quæ non plantaſtis.* O igitur Domine Deus, qui præcipis nobis illud Neemiæ. 8 di. *Afferte frondes oliuarum.* fac vt in me verificetur illud Deutero 8. vbi populo Iſrael dictum eſt: *Introducet te Dominus in terram, in qua naſcuntur oliuæ.* Si enim me in hoc oliuetum ſemel introduxeris, tantum non ſolum de frondibus, ſed etiam de oliuis colligam, quod tibi placitum ſacrificium de ipſis quotidie offeram.

QVOD BEATA VIRGO dicitur platanus. Aſſimilatio.8.

6 Rationibus aſſimilatur Platano.

PLatano aſſimilatur virgo benedicta. Primo ratione adaquationis; quia ſicut platanus optime creſcit iuxta aquas, ſecundum illud Ouidii in 1. de reme amo. *Quam platanus riuo gaudet, quam populus vnda: Et quam limoſa canna paluſtris humo.* Ita beata virgo optimè creuit iuxta aquas diuinæ gratiæ; & ideo illis verſibus nos addere poſſumus & dicere: *Gratia ſic ſanctam fouit diuina Mariam.* Et propter hoc ipſe inquit Eccleſ. 14. *Quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas* Secundo aſſimilatur platano ratione æquationis, quia ſicut platanus licet aſcendat in altū, iuxta illud Virgilii in culice: *Nam primum prona ſurgebant valle patentes Aerea platani,* tamen ad altitudinem cedri libani non aſcendit, iuxta illud Ezech 13. *Et platani non fuerunt æquales frondibus illius;* tranſſumptiue in ca. principium, de pœn di. 2. Sic beata virgo licet in altum aſcenderit per virtutum omnium ſublimitatem, non tamen peruenit vſque ad altitudinem Cedri, id eſt filij ſui. Tertio aſſimilatur platano ratione inſertionis, quia ſicut platanus licet de ſe ſit ſterilis, tamen ſi inſeratur, facit bona poma, iuxta illud Virgilii in 2. Georg. *Et ſteriles platani malos geſſere valentes* Sic beatiſſima virgo licet propter votū virginitatis eſſet ſterilis, tamen per inſertionem Spiritus ſancti produxit ex ſe, & protulit in vtero ſuo pomum dulciſſimum paradiſi. Quarto aſſimilatur platano ratione dilatationis, ſcilicet foliorum. Platanus enim eſt arbor ſic dicta, propter latitudinem foliorum, vt ait Iſidor. 17. lib Etym. eo quod eius folia ſunt patula, & ampla. Nam platos Græce planum Latinè. Folia autem virginis benedictæ, id eſt eius virtutes, quibus ornata fuit eius vita, fuerunt patula per exemplum, & ampla per meritum, & tamen plana, id eſt humilia per deſpectum: quia quantumcunque eſſet gratia & virtutibus plena, tamen ſe ſemper humiliabat & deſpiciebat, ancillam Dei ſe vocãdo. Quinto aſſimilatur platano, ratione complexionis, quia platanus eſt arbor frigida, & ſicca, vt dicitur in lib. de proprie re. & beata virgo ab omni ardore auaritiæ frigida fuit, & ab omni humore concupiſcentiæ ſicca, quia terrena toto corde deſpexit, & nihil in ſe concupiſcentiæ habuit. Sexto aſſimilatur platano ratione curationis. Nam folia platani ad curandas paſſionis calidas, & humidas infirmitatum ſunt valde vtilia, quia humorem deſiccant, & calorem temperant, reuma reſtringunt, & contra tumorem calidum oculorum iuuant, ſecundum Dioſco. prout etiam ponitur in lib de proprie re. & à Plinio in 12. libr naturalis hiſto Similiter etenim folia beatæ virginis, id eſt eius verba quandoque ardorem auaritiæ temperant, ſicut quando dixit in ſuo cantic. *Eſurientes impleuit bonis,* &c. quandoque vero humorem luxuriæ deſiccant: ſicut quando dixit angelo, *quoniam virum non cognoſco* Luc. 1. Quandoque etiam fluxum rheumatum, id eſt, cogitationum coarctant. Nam velut rheuma capitis ad inferiora fluens, eſt cogitatio mentis ad inferiora tendens, quam virgo benedicta ſuo verbo, & exemplo ad ſuperiora reuocat, & reſtringit dic. *Magnificat anima mea dominum Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Dicit enim in Deo & non in mundo Item contra tumorem, id eſt, ſuperbiam, iuuant eius verba cum dicit: *Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos, &c. & Depoſuit potentes de ſede,* &c. Dicit quoq; vnicuique ſuperbo illud Iob. 15. *Quid te eleuat cor tuū: & quaſi magna cogitans, attonitos habes oculos?:* [Quid tumet contra Deum ſpiritus tuus?]

Expon. de B.V. illud Eccl 24. Quaſi platanus exal. ſum iux. aq.

QVOD BEATA VIRgo dicitur cinnamomum. Aſſimilatio 9.

CInnamomo aſſimilatur virgo beatiſſima, quæ Eccl. 24. inquit, *Sicut cinnamomū, & balſamum aromatizans odorem dedi.* Eſt autem cinnamomum ſpecies ſicca, calida, & aromatica: ſecundum Dioſcoridem, & Plateolū, prout etiam ponitur in lib. de proprie. rerum, de qua ſpecie fit mentio in l ſi ff. de publi. Et ſimiliter ipſa fuit ſicca in carne per temperantiam, & parcitatem. Calida in anima per feruorem; & charitatem,

titatem;& aromatica in vtroque propter mundiciam, & puritatem. Eſt autem ſciendum, quod cinnamomum cognoſcitur per quinque ligna quando eſt bonum; propter quæ virginem benedictã merito repræſentat. Primo ex colore: quia non debet eſſe pallidum, nec nigrum; ſed ſubruſum, vt dicitur in lib. de proprie. re. Et ſimiliter B. virgo non fuit pallida per vanam gloriam, nec nigra per alicuius peccati maculam; ſed ſubruſa per charitatem ſuccenſam, iuxta illud quod inquit Hieron. in ſermone aſſumptionis di. *Totam ipſam incanduerat diuinus amor, totamque repleuerat ſpiritus ſancti gratia, vt in ea nihil eſſet quod mundanus violaret affectus, ſed ardor continuus, ac perfuſi amoris ebrietas*, &c. Secundo cognoſcitur ex odore, quia ex ſua aromaticitate multum confortat cerebrum, & fluxum reſtringit, vt dicitur in prædicto lib. de proprie. re. A cerebro autẽ fluunt ſenſus & motus. Odor igitur ſanctitatis B. virginis confortat virtutem motiuam: dum eam allicit ad bene operandum; confortat etiam virtutem affectiuam, dum illam inflammat ad diligendum. Item virtutem intellectiuam, dum eam illuminat ad cognoſcendum. Iſte etiam odor ſuæ ſanctitatis reſtringit fluxum carnalitatis, & ideo aſſimilatur odori thuris, cuius virtute reſtringitur fluxus rheumatis. Vnde ei dicitur Cant. 4. *Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris*. Tertio cognoſcitur cinnamomum ex ſapore; quia appetitum acuit, & ideo in ſalſamentis poni conſueuit, & ſimiliter beata virgo inflammat noſtrũ deſiderium, & acuit appetitum. Vnde Eccleſ. 24. ipſa inquit: *Qui edunt me, adhuc eſurient*, &c. Quarto cognoſcitur ex ſublimitate, groſſum enim cinnamomum non eſt bonum; ſed ſubtile, vt dicitur in dicto lib. de proprie. re. Et ſimiliter beata virgo non fuit groſſa per ſuperbiã, ſed ſubtiliſſima per maximam humilitatem. Vnde illi dixit Deus Ezech. 16. *Indui te ſubtilibus*. Subtilibus enim eam veſtiuit, quando dedit ei humilitatem in corde, & manſuetudinem in conuerſatione. cinnamomum etiam in hoc figurat humilitatẽ ipſius virginis; quia ſitu breui naſcitur ramo humili, ac depreſſo, vt inquit Solinus in libr. de mirabilibus mundi. Quinto cognoſcitur cinnamomum ex virtute. Quando enim eſt bonum, ac laudabile habet multiplicem virtutem, vt dicitur in prædicto lib. de proprie. re. de qua etiã tractat Plinius li. 12. naturalis hiſto. & valet maxime contra labiorum defectum, id eſt, peccata locutionum. Iſta autem locutionum vulnera ſanat beata virgo ſua locutione moderata. Omnia enim ſua verba fuerunt noſtrorum vulnerum medicina, & noſtrarum locutionum exempla. Ipſa enim fuit diſcreta in inquirendo, humilis in obediendo, & pia in compatiendo, vt declarauimus in 7. parte huius ſermonis. Item fuit curialis in ſalutando, quando ſalutauit Elizabeth Lucæ. 1. & fuit grata in regratiando, quando ſcilicet Dei beneficia recognoſcens, regratiata eſt Deo di. *Magnificat* &c. Item fuit moderata in reprehendendo, quando, vt habetur Luc. 2. dixit, *Fili, quid feciſti nobis ſic?* Fuit quoque ſapiens in conſulendo, quando miniſtris nuptiarum dixit: *Quodcunque dixerit vobis, facite*. Ioan. 2. Propter iſtas autem proprietates, quas habet beatiſſima virgo, dicit de illa ſpõſus eius cœleſtis. *Fiſtula cinnamomum cum vniuerſis lignis Libani* &c. Ipſa quoq; ſuo ſponſo dicere poteſt in bonum illud Prou. 7. *Aſperſi cubile meum cinnamomo*.

QVOD BEATA VIRGO dicitur balſamum. Aſſimilatio 10.

BEatiſſima virgo aſſimilatur balſamo. Eſt autem balſamum arbor ſiue frutex duorũ et bitorum in quantitate, ſimiliſque viti in ſtipite; in foliis vero rutæ, vt dicit Iſidor. 17. lib. etym. & ſicut dicit glo. ſuper 3. Can. olim balſamũ paſcebatur in vineis Engaddi, & inſtar vineæ colebatur, ſcilicet in duobus hortis regiis, quorum maior 20. iugerum erat, vt etiam inquit Plinius li. 12. natur. hiſto. Sed ſicut legitur in quadam hiſtoria, facta captiuitate Iudæorum, Cleopatra regina illas vites in Ægyptum tranſtulit, & in quodam campo, vbi ſunt 7. fontes ipſas plantauit. In vno quorum fontium dicta virgo dum in Ægyptum fugeret, dicitur lauaſſe puerum Ieſum; & faſcias, & alia linteamina, quibus inuoluebatur eius corpus, vnde dicuntur illæ vites nõ ferre fructum, niſi à Chriſtianis ſolummodo excolantur: & ſi ad alium locum portentur, & ibi plantentur, non apprehendunt, nec radices faciunt, niſi cum prædicti fontis aqua balneentur, & ſolum ibi tamdiu viuunt, & fructificant, quãdiu cum prædicta aqua nutriuntur. Sicut autem dicit glo. ſuper Eccle. 24. [Omnia quæ in balſamo ſunt, virtuoſa ſunt.] ſ. lignum, fructus, & liquor, de cuius virtutibus ponit Plinius vbi ſupra, & diffuſe ponitur in li. de proprie. re. ſed breuitatis cauſa omnes eius proprietates non refero. Sufficiat autem in generali dicere, quod vt dicit Plin vbi ſup. Balſamum eſt arbor tota medicinalis, lignũ quidem eſt virtuoſum, & odoriferum, fructus virtuo-

Arbor balſami tota medicinalis.

virtuoſior. liquor autem eſt virtuoſiſſimus, & ſuauiſſimus. Et ideo bene per balſamum virgo benedicta ſignificatur: quia omnia quæ in ipſa fuerũt, virtuoſa, & odorifera extiterunt. per lignum autẽ intelligitur eius corpus virgineum, cortex vero huius ligni fuit eius conuerſatio exterior. ſemen autem huius balſami fuit eius anima benedicta, in terra munda, id eſt in carne virginea ſeminata. Dico igitur primo, quòd iſtud lignum, id eſt corpus virgineum, intantum fuit virtuoſum, quod Deum traxit ad ſuum vterum, vnde ipſa virgo inquit Cã. 1. *Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis.* Nardus enim eſt herba aromatica, & nigra, de qua etiam precioſum conficitur vnguentum; & ſignificat beatam virginem, cuius corp⁹ fuit aromaticum per odorem puritatis, iuxta illud Eccl. 24. *Sicut cinnamomum, & balſamũ aromatizans odorem dedi*, tranſſumpt. ue in c. vnico. §. ad exhibendum de ſa vne. Sed ipſa habuit nigredinem humilitatis, iuxta illud Can. 1. *Nigra ſum, ſed formoſa.* Item plena fuit vnguentis omnium gratiarum, iuxta illud Can. 1. *Trahe me poſt te: in odorem curremus vnguentorum tuorum.* Secundo fructus balſami eſt precioſus: eſt autem in colore rubicũdus, in odore aromaticus, & interius videtur eſſe melliſluus. Et ſignificat beatæ virginis fructum benedictum, ſcilicet Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ. In quo fuerunt tres ſubſtantiæ, ſcilicet caro quæ fuit in paſſione rubicunda, iuxta illud Eſa. 63. *Quare rubrum eſt indumentum tuum.* &cæt. & anima quæ fuit aromatica, id eſt odore omnium virtutũ repleta, iuxta illud Can. 3. *ſicut virgula fumi ex aromatibus.* Et diuinitas quæ eſt dulcedo, & ſuauitas noſtra, iuxta illud Eccleſia. 24. *Spiritus meus ſuper mel dulcis*, &cæt. Tertio dico quòd in balſamo eſt liquor precioſiſſimus. Rami enim balſami reſcinduntur. & inde ſtillat liquor balſami miri odoris, vt ait Iſid. 17 li. etym. Et iſte odor fuit in B. virgine quæ dicit Eccl. 24. *Quaſi balſamum non mixtum odor meus.* Et poteſt intelligi iſte odor, vel de odore vteri virginalis, vel de odore ſuæ ſanctitatis. Quando enim ipſa benedicta virgo habebat in vtero Chriſtum, tunc ibi habebat balſamum: & ideo ibi fuit odor balſami non mixti. Nulla enim fuit commixtio naturarum, quia natura diuina, & humana non fuerunt mixtæ, ſed vnitæ. Vnde canit Eccleſia: *Id quod fuit permanſit, & quod non erat aſſumpſit.* Non etiam ibi fuit commixtio ſeminum, quia virgo non concepit de humano ſemine, ſed myſtico ſpiramine. Nec etiam fuit in benedicta virgine commixtio vitioſa per aliquod peccatum, aliter nõ poſſet in veritate dicere præ-

Fructus balſami ſignif. fructum B. V.

dicta verba, *quaſi balſamum nõ mixtũ odor meus.* Non enim fuiſſet balſamum non mixtum, ſi cum ea commixtum fuiſſet originale peccatum. Erubeſcant ergo, & iam ſuis cauillationibus finem ponant, qui hactenus oſtendere conati ſunt hoc puriſſimum, atque impermixtiſſimum balſamũ fuiſſe putredine, atque fœtore originalis peccati contaminatum. Quamuis autem in conceptione virginali non fuerit aliqua mixtio, fuit tamen ibi triplex coniunctio. Nam ſicut dicit Ber. *Coniuncta ſunt adinuicem Deus & homo, mater & virgo, fides, & cor humanum.* Si autem per illa verba *quaſi balſamum non mixtum odor meus*, intelligamus odorem ſanctitatis virginalis. Eſt ſciendũ, quod balſamo aliquando admiſcetur oleum, aliquando mel, & ſic ſophiſticatur, & falſificatur, atq; corrumpitur. Sunt n. quidam admixti melli carnalis delectationis, & aliqui, qui habent ſolũ oleum exterioris nitoris; & ideo ſunt balſamum ſophiſticatum. Beata autem virgo fuit balſamum non mixtum: quia nunquam dilexit mel carnalis delectationis, ſed ſeruauit ſemper integerrimam virginitatem, nec habuit tantum oleum exterioris nitoris, ſed dilexit interiorem ſanctitatẽ, iuxta illud Pſal. 44. *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus.* Balſamum autem non mixtum & verum, à balſamo mixto & ſophiſticato, per quatuor ſigna cognoſcitur, per quæ etiam virgo beatiſſima eſſe balſamum verum, & non mixtum probatur. Primum ſignum eſt, quia balſamum purum ſi ponatur in veſte, vel in panno lineo, ipſum non maculat, nec inficit, vt dicit Iſidor. lib. 17. etym. & etiam ponitur in libr. de proprie. re. Si autem eſt mixtum, ſtatim per maculas ſe diffundit. Pulchritudo mulieris ſæpe aſpicientem cõmaculat quaſi balſamum mixtum, iuxta illud Eccleſiaſt. 9 *Propter ſpeciem mulieris multi perierũt.* Pulchritudo autem B. virginis, quaſi balſamum purum nullum aſpicientem vnquam maculabat, ſed potius odore ſuæ ſanctitatis corda penetrans maculas abſtergebat, & illicitos motus extinguebat. Secundum ſignum eſt, quia ſi balſamum purum ponatur in aqua, ſtatim fundum petit; & ibi quieſcit. Si vero eſt balſamum mixtum, ſtatim ſuper aquam enatat, vt ait Iſid. vbi ſup. Aqua autem eſt fluxus mundanarum delitiarum, diuitiarum, & bonorum. In qua aqua cum aliqui ponuntur, mox ſuperenatant, & extolluntur tanquam balſamum mixtum. Beatiſſima autem virgo in maximo honore poſita ſe non extulit, ſed mox ſuadũ humilitatis petiit di. *Ecce ancilla Domini.* Tertium ſignum eſt; quia balſamum verum ſi ponatur in lacte, ſtatim coagulatur, balſamum vero mix-

Balſami falſificatio

Balſamũ verum, & purum, à mixto dignoſcitur per 4. ſigna

Digitized by Google

mixtum in ipſo lacte diffunditur, vt ait Iſidor. vbi ſup. Sciendum eſt autem quod eſt quoddam lac liquidum, & quoddam coagulatum, & quoddam pingue. Cæteri vero ſancti fuerunt lac liquidum, quia à diuina gratia aut effluxerunt, aut effluere potuerunt. Et ideo dicebat Apoſtolus ad Heb. 2. *Oportet nos obſeruare ea quæ audiuimus, ne pereffluamus.* Apoſtoli autem poſt aduentum ſpiritus S. fuerunt, quaſi lac coagulatum, quia fuerunt in gratia Dei ſolidati, & firmati: vnde cantatur de eis. *ſicut lac, coagulati ſunt.* Beata autem virgo nunquam fuit lac liquidum; quia fuit in inſtanti ſuæ conceptionis ſanctificata, & in conceptione diuini verbi taliter in diuina gratia confirmata, & ſtabilita. Vnde de illa exponi poteſt illud Pſal. 47 *Mons Dei mons pinguis. Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo.* Fuit enim mons per virtutũ altitudinem, & coagulatus propter gratiæ confirmationem, & pinguis propter ſpiritus S. plenitudinem. Quartum ſignum eſt, quia ſi balſamũ verum in manu teneatur, & radio ſolis exponatur, ſtatim caleſcit, & igneſcit, ita vt vix in manu teneri poſſit, ſecundum Iſid. vbi ſupra. Balſamum autem mixtum nihil horum facit. Radius ſolis eſt virtus ſpiritus S. qui iſtud verum balſamum .i. virginis animum ita caleſecit: quod totum igne diuini amoris inflammauit, & quodammodo in ſolem conuertit. Et ideo Apoc. 12. deſcribitur ipſa virgo amicta ſole. Recte ergo beatiſſima virgo per balſamum deſignatur. Et maxime quia ipſum balſamum ſignificat odorem bonæ famæ. c. vnic. in fi primæ col de ſa. vnc. Et ipſa totũ mundum ſuæ bonæ famæ odore repleuit.

QVOD BEATA VIRGO dicitur Myrrha. Aſſimilatio II.

Sciendum eſt, quod triplex myrrha inuenitur, ſcilicet myrrha prima, electa, & probatiſſima. Myrrha prima eſt pœnitentia, & amaritudo incipientium ſiue pœnitentium. De qua dicitur Cant 5. & in c vnic §. hoc vnguẽto, de ſa. vnc. *Manus meæ diſtillauerunt myrrha.* Myrrha electa eſt pœnitentia clauſtralium, qui dicunt cũ propheta Pſalm 83. *Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum*, quorum quilibet recte viuens dicere poteſt illud Eccl. 24 *Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatẽ odoris.* Myrrha probatiſſima, eſt pœnitentia perfectorum, quorum quilibet dicere poteſt illud

Triplex genus myrrhæ ſpiritualis.

Canti. 5 *Digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima.* Iſti enim ſolo deſiderio cœleſtis patriæ, & Dei amore affliguntur. Beata autẽ virgo voluit habere myrrham primam cum pœnitentibus, cum tamen ipſa eſſet innocentiſſima. Myrrham quoque electam cum clauſtralibus, cum tamen omnium clauſtralium eſſet magiſtra; & myrrham probatiſſimã cum perfectis, quia ipſa fuit ſuper omnes puras creaturas perfectas perfectiſſima. Et ideo illi inquit Dauid Pſal 44 *Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis* &c. Et ipſa beatiſſ. virgo dicere poteſt in bono, illud Prouer. 7 *Aſperſi cubile meum myrrha.* Ipſa enim habuit in ſe omnes proprietates myrrhæ, de quibus tractat Pli. in 12 lib. naturalis hiſto. & Dioſco & autor li. de proprie. re. Inter alias autẽ virtutes myrrhæ eſt, rheumata & fluxus inordinatos reſtringere, digeſtionẽ confortare, viſcoſos humores purgare, à putrefactione præſeruare, fœtorem emundare, labiorum vlcera curare, cerebrum confortare, vermes necare, carnem ſuperfluam corrodere, ac bonam, & ſanam conſeruare. Beata autem virgo nos à fluxu illicito reſtringit, ad bene incepta digerenda & perficienda confortat, malas à nobis affectiones auferendo, cor noſtrum purgat, à peccati putrefactione nos præſeruat, fœtorem mali exempli à nobis elongat, à delicto labiorum ſanat, intellectum noſtrum confortat, vermes carnalitatum occidit, à nobis curas ſuperfluas tollit, & in bono propoſito nos confirmat, & perſeuerare facit. Quia igitur domina noſtra in ſe habet oẽs virtutes myrrhæ, & aliorum aromatum & vnguentorum; Ideo de ipſa inquit eius ſponſus cæleſtis Can. 4 *Myrrha, & aloe cum omnibus primis vnguentis*: & propterea cum de ipſa humanitatẽ accepit, dixit illud Can 5. *Meſſui myrrham meã cum aromatibus meis.* Recte ergo filius virginis appellatur myrrhæ faſciculus, vnde ipſa de illo ait Cã. 1 *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Inter vbera mea commorabitur.* Et eiuſdem lib. c. 5 de ipſo etiam ait: *Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam.* O igitur Domine Deus, da mihi hãc gratiam, vt vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Cant 4. Iſte enim mons myrrhæ odoriferæ, eſt virgo beatiſſima mater tua, quæ ſemper fuit tota odorifera. Et quid mirum cum ipſa fuerit vas plenum balſamo tuæ ſapientiæ? Eccle. 24 [Quaſi balſamum non mixtum odor meus: & hortus plenus lilio omnis munditiæ,] Cã 2. [Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filios.] Alabaſtrum quoq; plenũ vnguẽto deuotionis, & gratiæ. Cau. 4 [Odor vnguentorũ tuorum ſuper omnia

Myrrhæ proprietates.

Filius virginis dicitur faſciculus myrrhæ Cant. 1

omnia aromata.] Ipſa etiam fuit Apotheca plena aromatibus virtutum Can. 5. [Genæ tuæ ſicut areolæ aromatum.] Vbi Ber. ait [Si vas pigmentarij diu ſeruat aromatum fragrantiam, quanto magis apotheca omnium gratiarum, in qua cæleſtis pigmentarius cũ omnibus ſuis delitiis accubuit?] Fuit etiam cellarium plenum vino cœleſtiũ doctrinarum. Vnde ipſa inquit Can. 2. [Introduxit me rex in cellam vinariam,] & Cant. 7. ei dicitur [Guttur tuũ, ſicut vinum optimum.] Notandũ eſt autem, quod odor multipliciter cauſari conſueuit. Primo ex concrematione, ſicut thus concrematum in igne reddit odorem, iuxta illud *Eccle.* 50. [Quaſi thus redolens in diebus æſtatis, & quaſi thus ardens in igne.] Aliquãdo vero cauſatur ex contritione, ſicut aromata integra parum redolent; ſed contrita, & in puluerẽ redacta magnum odorem faciunt. Aliquando autem ex apertione, ſicut balſamũ in vaſe clauſũ odorẽ non reddit, ſed vaſe fracto, vel aperto odorem diffundit, vnde de Magdalena dicitur Io. 12. quod poſtquam alabaſtrum vnguenti fregit, *domus impleta eſt ex odore vnguenti.* Aliquando etiam cauſatur ex diuerſorum florum, & herbarum redolentium aggregatione, ſicut pratum plenum diuerſis floribus, & herbis redolentibus, magnum facit odorem. Vnde dicebat Iſaac de filio ſuo Iacob Gene. 27. *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Maxime autem tunc flores, & herbæ conſueuerunt redolere, quando à vento auſtrali fuerint perflatæ: iuxta illud Can. 4. *Surge Aquilo, & veni auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.* Iſtis autem quatuor modis odor cauſabatur in virgine glorioſa. Primo ex cõcrematione. Ipſa enim triplici igne tota fuit concremata, ſcilicet igne doloris, dum filii ſui acerbam paſſionem cogitabat. Igne deſiderii, dum ad filium ſuum pergere æſtuabat, & ea quæ dixerat & fecerat, memoria reuoluebat: & igne amoris, quia tota erat ignita, & in amorem conuerſa. De quo triplici igne dicit Hieron. in ſermon. aſſumptionis: [Quantis putas eadem virgo filii doloribus afficiebatur, quo amore cruciabatur & quo deſiderio æſtuabat, dum animo reuoluebat cuncta quæ viderat, & audierat? Puto quod quicquid humanæ virtutis eſt, cogitare non ſufficiat. Nam etſi diligebat ex toto corde Chriſtum, nobis tamen inflammabatur quotidie præſentia eius abſtinens affectibus deſideriorum, quam nimirum totam ſpiritus S. repleuerat gratia, & totam incãduerat diuinus amor, &c.] Ex tanta igitur iſtius ignis concrematione magnum de corde ſuo holocauſtum faciebat, quod Deo magnum odorem reddebat. Vnde in huius figura dicitur Gene. 9. quod *Noe obtulit ſuper altare holocauſtũ Deo, odoratusque eſt Dominus odorem ſuauitatis.* Dicitur autem holocauſtum ſacrificium, quod totum eſt incenſum. Cor igitur beatiſſimæ virginis Deo fuit odoriferum holocauſtum, quia totũ fuit incẽſum igne doloris, & igne deſiderii cæleſtis, & igne amoris. Secundo cauſabatur in ea odor ex contritione ſiue puluerizatione. Vnde de ipſa inquit eius cæleſtis ſponſus, quaſi admirando Can. 3. *Quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* Per aromata n. intelliguntur Dei beneficia, quæ ipſa piſtillo deuotionis in corde ſuo terebat, dũ illa mente ſedula cogitabat. Per myrrham vero ſignificantur amaritudines paſſionis filij ſui, quas ipſa piſtillo doloris in corde ſuo terebat, dũ eas frequenter mente ſedula cogitabat, & amara ſuſpiria emittebat: per thus autem ſignificantur eius inflata, & odorifera deſideria, quæ ipſa piſtillo amoris terebat, dum ea in corde ſuo nouis deſideriis renouabat. Per vniuerſos vero pulueres pigmentarii, intelliguntur eius virtutes, quas ipſa piſtillo laboris terebat, dum virtutes ſuas per opera continua exercebat. Illi enim habent virtutes integras, qui eas habent ocioſas, & per multa bona opera exercitatas. Dicit ergo, *quæ eſt iſta, quæ aſcendit* &c. Virgula fumi procedens ex aromatibus, eſt beneficiorum Dei aſſidua recogitatio. Virgula vero fumi procedens ex myrrha eſt paſſionis ſui filii amara recordatio. Virgula vero fumi procedens ex thure, eſt deſideriorum cœleſtium continua renouatio. Virgula autem procedens ex vniuerſis pulueribus pigmentarii, eſt virtutum ſuarum aſſidua exercitatio. Magnum ergo odorem faciebat Deo, quæ ſic terebat eius beneficia per meditationem, & filii ſupplicia per dolorẽ, & cœleſtia deſideria per feruorem: & omnes virtutes per exercitationem. Vnde de ipſa dici poteſt illud Num. 11. *Frangebat mola, & terebat in mortario,* ſ. cordis ſui omnia prædicta, ex qua contritione emanabat fragrantiſſimus odor. Tertio cauſabatur odor in ea ex apertione. Odor enim ſuus non fuit clauſus, ſed apertus, & manifeſtus in tantum, quod aſcendit in cælum, & penetrauit infernum; & diffuſus eſt per totũ mundum. Nã odor ſuæ humilitatis, & virginitatis in cælum aſcendit, & Deum ac angelos lætificauit, & ideo aſſimilatur nardo. Can. 1. *Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis.* Nardus enim eſt herba parua, & odorifera, & inquãtũ eſt parua ſignificat eius humilitatẽ. Inquantum vero eſt odorifera, ſignificat eius virginitatẽ.

Exp. de B. V. illud Cant. 3. Quæ eſt iſta.

Odor

Digitized by Google

Odor autem ſuæ ſanctitatis infernũ penetrauit, & ſanctos patres in limbo exiſtentes recreauit, & dæmones terruit ac conturbauit, & ideo aſſimilatur odori vineæ Can 2. vbi dicitur: *Vineæ florentes odorem dederunt*. Odor enim vineæ homines recreat, ſed ſerpentes conturbat, & ſimiliter odor ſanctitatis eius ſanctos patres confortauit, & dæmones expulit, & contriſtauit. Odor vero ſuæ fœcunditatis totum mundum ſuauitate repleuit, & ideo aſſimilatur odori vnguẽtorum. In tantũ.n omnes homines odore fœcunditatis ſuæ ſunt attracti, quòd poſt ipſam trahi, & currere ſemper exoptant dicentes Can. 1. *Trahe me poſt te, in odorem curremus vnguentorum tuorũ.* Quarto cauſabatur in ea odor ex diuerſorum florum, & herbarum, id eſt virtutum aggregatione. Nam in ea fuit lilium munditiæ, roſa rubens charitatis immenſæ, viola humilitatis profundæ, myrtus temperantiæ, cum cæteris floribus virtutum & gratiæ. Iſtæ autem virtutes in ea fuerunt valde odoriferæ, quia auſtro ſpiritus ſancti fuerunt perflatæ. Auſter enim eſt ventus calidus, humidus, & fœcundatiuus. Auſter igitur ſpiritus ſancti eam inflammauit per amorem; & humectauit per deuotionem, atq; fœcundauit per bonorum operũ multiplicationem; ita quòd ipſa ſemper Deo obtulit holocauſtum ſuauiſſimi odoris, atq; incẽſi, ſicut præcipitur offerri Nume. 18. O igitur virgo odorifera, quæ ſcis quod *vnguento, & varijs odoribus delectatur cor* Prou 27. oſtende mihi *cellam aromatum & odoramentorũ vnguenti optimi* Eſai. 39 *vt odorem ſuauitatis ſuſcipiam* Eze. 20 Væ etenim illis, qui *nares habent & non odorabunt*. Pſal. 113. Væ illi de quo dici poteſt illud Eccleſ. 30 *Non manducat nec odorabit*, ſcilicet odorem tuæ deuotionis & ſanctitatis, quem per orbem vniuerſum diffudiſti, odorem ſcilicet bonæ opinionis & famæ, de quo tractatur in c. licet, de accu. Odorem inquam omnis boni exempli. Tu enim ſemper dicere potuiſti illud 2 ad Cor. 2. *Chriſti bonus odor ſumus in omni loco* tranſſumptiue in c. Nabuchodonoſor 23 q. 4 & in c. vnico §. ad exhibendum de ſa. vn. Tu ita ab inſtanti tuæ conceptionis odoribus omnium gratiarum repleta es, quòd ſemper illam fragrantiam tenuiſti, iuxta illud cõmune Prouerb. *Quod noua teſta capit, inueterata ſapit.* Et illud quod inquit Horatius in epiſtolis, *Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem Teſta diu.*

QVOD BEATA VIRGO dicitur vitis. Aſſimilatio 12.

Viti aſſimilatur B. virgo multis rationibus. Primo ratione radicis. Nam vt vitis fructificet bonum liquorem, debet eſſe plantata, & radicata in loco in quo reuerberet calor ſolis: & vbi ſit puritas aeris, & dulcedo terræ. Calor enim ſolis eſt viti neceſſarius: & quanto directius & diuturnius reſpicit ſolem, tanto fructum exhibet dulciorem. Item aer clarus & purus, eſt viti valde proficuus: & econtrario aer nubiloſus eſt illi multum nociuus. Item terra dulcis eſt ei valde vtilis, & ad bonum fructum producendum adiuuatiua, & econtra eſt de amara, ſecundum Virgi. in 2. Georgi. Et propter hoc in collibus bene altis, ac ſoli expoſitis ratione dulcis humoris, & puri aeris, ac fortis coloris, vineę multum bene fructificant; & ſupradicta omnia habentur in lib. de proprie. rerum. In iſto loco alto radicata fuit beatiſſima virgo, id eſt in altitudine contemplationis, & ſanctitatis. Vnde Pſalm. 86. dicitur de illa: *Fundamenta eius in montibus ſanctis.* Item radix ſui cordis fuit optime reuerberata radijs, & calore ſolis, id eſt feruore charitatis, & diuini amoris: Habuit etiam ſerenitatem & claritatem aeris, id eſt nitorem puritatis in mente. Item dulcedinem terræ, id eſt dulcorem benignitatis in conuerſatione, & ſuauitatem virginitatis in carne. Secundo fuit ſimilis viti ratione ſtipitis. Stipes enim ſiue lignum vitis inter arbores, multum creſcit, vnde ſupra domos, & arbores, & circa feneſtras domorum circunduci poteſt. Et ſimiliter beatiſſima virgo ſuper oẽs ſanctos, & ſanctas magis creuit in merito, & in gratia cumulo iuxta illud Prouerb. vl. *Multæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias, tu vero ſupergreſſa es vniuerſas.* Itẽ ipſa circumit feneſtras, & domos. i. animas ſuorũ deuotorũ ſua protectione, iuxta illud Sap. 6. *Dignos ſe ipſa circumit quærens* &c. imo ipſa circumit totũ mundũ. Vnde Cant 3. dicit: *Surgam & circumibo ciuitatem* &c. O vitis digniſſima, quæ non ſolum circumit vniuerſum orbem protegendo, ſed etiam circumit cœlũ illuſtrando. Vnde ipſa inquit Eccl. 24. *Gyrum cœli circumiui ſola.* Tertio fuit ſimilis viti in palmite. Palmes enim vitis naturaliter eſt flexibilis, & illud quod apprehendit quibuſdam capreolis, quaſi quibuſdam brachijs, conſtringit, quorum adminiculo in alta ſe erigit. & à ventis ac pluuijs tutus conſiſtit, vt dicit Iſidor. 17 etymol. Et ſimili-

Maria vitis propter ſex.

1. Ratione radicis.

2. Ratione ſtipitis.

3 Ratione palmitis.

ter animus beatæ virginis fuit per fidem ad conſentiendum flexibilis, cum dixit angelo: *Ecce ancilla Domini* &c. Item Chriſtum filium ſuum nõ ſolum brachijs carnis dulciter ſtrinxit & tenuit, ſed etiam brachijs animæ, ſcilicet intellectu per fidem, & affectu per charitatem, ita quòd ipſum nunquam dimiſit. Vnde Can. 3 inquit: *Tenui illum nec dimittam*, & cum illo aſcendens in altũ, de virtute in virtutem, ſic ad alta peruenit, quòd nec vento perſecutionis, nec pluuia tentationis ab eius fide, vel amore diſceſſit. Quarto aſſimilatur viti ratione frondium ſiue foliorum. Folia enim vitis vulnera mundant, & mundata ſanant, vt dicitur in lib. de proprie rerum. Et beatiſſimæ virginis verba, ſicut quædam ſaluberrima folia, vulnera vitiorum noſtrorum mundant, & ſanant, vt patere poteſt ex dictis in 8 & 9 parte huius ſermo. Quinto fuit ſimilis viti ratione floris. In æſtate enim vitis floret, & odor florentis vineæ expellit omne venenoſum: vnde fugiunt ſerpentes, dum vinea floret: vt dicitur in prædicto libr. de proprie rerum. Tanquam igitur flores vitis, fuerunt mores beatiſſimæ virginis: qui tanti odoris, id eſt, tantæ honeſtatis fuerunt, quòd omnes ſerpentes, id eſt, venenoſas cogitationes, & tentationes à cordibus aſpicientium effugabant, vt ſup. ſæpe diximus. Vnde dicere poſſumus illud Cant. 2. *Flores apparuerunt in terra noſtra*. i. in virgine Maria. Sexto aſſimilatur viti in liquore. Ex vite enim procedit primo liquor aquæ: ab ipſa vite putata & inciſa, exit aqua ad modum lachrymæ. Nam cum vitis vulneratur tempore veris, lachrymas de ſe emittit, & ſimiliter quando tempore veris fuit B. virgo vulnerata propter paſſionem filii ſui iuxta illud Luc 2. *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius*, amariſſimas lachrymas emiſit, quæ tantæ fuerunt virtutis, quòd ad compaſſionem filium eius inclinauerunt, vnde eam ex compaſſione diſcipulo commendauit, dicens in cruce B. Ioanni Euangel. *Ecce mater tua*. Ex vite etiam procedit liquor vini, qui moderate ſumptus corpora plus quam omnes alij liquores cõfortat, & *lætificat cor hominis*. Pſalm. 104. & no in gloſſ in l. 1. ff. de pen. & commo. rei ven. Itẽ multas infirmitates, & morbos curat, atq; nutrimentum bonum præſtat, vt inquit Iſido. 21 lib. etym. Et ſimiliter prædicta omnia facit beatiſſima virgo deuotis ſuis. Nam deficientes confortat, de quibus dicere poteſt illud Zacha 10. *Confortabo eos in Domino*. Lætificat etiam mœrentes. vnde ait Eſai 56 *Lætificabo eos in Domino* & Hiere 31. *Conſolabor eos, & lætificabo à dolore ſuo* Item curat languentes. Vnde ipſa exponi poteſt illud Iob 5.

4. Ratione foliorum.

5. Ratione floris.

6. Ratione liquoris.

Manus eius ſanabunt. Et ipſa inquit deuoto ſuo illud Hiere. 19. *Sanabo te à vulneribus tuis* Suos quoque deuotos nutrit cibo, & potu cæleſti. Vnde illi dicere poſſumus illud Sap. 16. *Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & panem de cælo præſtitiſti eis, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem* Hæc autem diuina vitis inquit Eccleſ. 24. *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei flores honoris, & honeſtatis*. In quibus verbis oſtendit, qualis fuerit reſpectu filii, & reſpectu ſui. Primo enim reſpectu filii ipſa fuit vitis, quæ protulit fructum pulchrum ſuauiſſimum, & odoriferum; & ideo dixit: *Ego quaſi vitis fructificaui* Primo autem protulit fructum pulchrum, quia fuit à Deo patre ſanctificata, & ab omni immundicia præſeruata. Si enim terrenus agricola purgans vineam facit, vt fructũ plus afferat, vt dicitur Ioan 15. Quanto magis cæleſtis agricola ſanctificando, & præſeruando hãc vitem digniſſimam ab omni imperfectione & ſuperfluitate, facit eam ſuper omnes alias vites, quæ putatione indigent, fructificare? Sanctificauit igitur Deus pater hanc vitem cæleſtem, primo in eius plantatione, id eſt in ſua conceptione, & ideo protulit fructum magnum, & pulchrum. Item eam ſanctificauit in ſpiritus ſancti ſuper eã miſſione, & tunc protulit fructum pulchriorem, & maiorem: ſed cum ſanctificauit eam ſplendoris ſui, id eſt, filii in eius vtero incarnatione, tunc protulit fructum maximum, & pulcherrimum. Secundo hæc vitis fecit fructum ſuauiſſimum, quia fuit calore ſpiritus ſancti excocta, & ideo dicit in verbis præallegatis, *fructificaui ſuauitatem*. Tunc enim vitis fructum producit, quando radius ſolis eius vuam exurit. Et ideo dicitur Cã. 1 *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi* Olim autem locus ille vocabatur oculus ſolis, quia ſicut dicitur, ſol recto radio locum illũ reſpicit, propter quod vuas illas valde exurit, & ſic vinea illa vinum ſuauiſſimum producit iuxta illud Can 2. *Fructus eius dulcis gutturi meo* Beata autem virgo fuit tota igne ſpiritus ſancti calefacta, vt ait Hiero. in ſerm. ad Euſto. & ideo fructum ſuauiſſimum tanquam optima vinea produxit. Vnde Can. 7 dixit ei ſponſus cæleſtis; *Guttur tuum ſicut vinum optimum dignum dilecto meo ad potandum, labijsq; & dentibus illius ad ruminandum*. Tertio illa vitis fecit fructum odoriferum, ex eo quod fuit à Dei filio inbalſamata, & ideo ſubdit in verbis præallegatis, *odoris*. Filius enim Dei qui eſt verum balſamum, nouem menſibus in eius vtero habitauit, & tandem de ipſa in natiuitate exiuit. Et ideo ipſa bene tunc dicere potuit verba

Exp. de B. V. illud Eccleſ. 24. ego quaſi vitis &c.

Digitized by Google

verba præallegata.ſ. *Botrus Cypri.* &c. Illæ n. vineæ illo tempore balſamum producebant, vnde ipſa fuit vinea Engaddi, quæ optimum, & perfectiſſimum balſamum produxit.ſ. Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, iuxta illud Eccl 24. *Sicut cinnamomum, & balſamum* &c Et ibidem: *Quaſi balſamum non mixtum odor meus* Sicut igitur vitis aquam putrefactam conuertit in vinum ſuauiſſimum & odoriferum, ſic B. virgo amore mundi, qui eſt tanquam aqua putrida, cõuertit in nobis in amorem Dei, qui eſt tanquam vinum ſuauiſſimum, & odoriferum, replens animam ſuauitate deuotionis, & ipſam inuitans ad odorẽ ſuæ imitationis. Quo guſtato ſtatim exclamat, dicẽs illud Can. 1. *Trahe me poſt te, in odorem curremus vnguentorũ tuorum.* Secundo principaliter dico, quod virgo benedicta oſtendit qualis vitis ipſa fuerit reſpectu ſui, cum vbi ſupra, ait: *Et flores mei flores honoris, & honeſtatis.* Flores enim eius i. virtutes fuerunt coram Deo & hominibus valde odoriferæ, in tantum quod earum odor Deum delectabat, ita vt de ipſo dici poſſit illud Gene. 8 *Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis.* Homines quoque recreabat. vnde Can. 2. dicitur: *Vineæ florentes dederunt odorem ſuum.* Dæmones etiam effugabat. Ad quod applicari poteſt illud Cant 2. *Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas, nam vinea noſtra floruit.* Item ipſam in extaſim rapiebat. Vnde exclamabat Cant. 2. *Fulcite me floribus, quia amore langueo* Iſtos autẽ flores, id eſt ipſas virtutes habuit cum fructibus i. bonis operibus, & ideo inquit vbi ſupra *flores mei fruct^9 honoris, & honeſtatis.* Sicut enim flores omnino ſunt inutiles, niſi fructus ſequatur, ſic & ipſæ virtutes omnino ſunt vacuæ, ſi opera bona non ſubſequantur, cum fieri poſſunt Et ideo inquit Apoſtol 2. ad Cor. 6. *Hortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* De fructibus autem iſtorum florũ beatæ virginis dicitur Can 7. *Videamus ſi vinea floruit, ſi flores fructus parturiunt.* Ipſa enim non habuit virtutes ocioſas, vnde de illa dicitur Prou. vlt. *Panem ocioſa nõ comedit.* Quia autem omnia opera ſua faciebat ad honorem Dei, ſeruans illud Apoſtoli 1. ad Cor 9. *Siue comeditis, ſiue bibitis, ſiue aliquid aliud facitis, omnia in honorem Dei facite,* ideo dicitur ibi, fructus honoris, quia in omni opere ſuo gloriam, & honorem Dei intendebat, quia etiam opera ſua faciebat ad vtilitatem, & ædificationem proximi: ideo ſubditur, *& honeſtatis.* Eius enim opera tam honeſta erant, quod omnes videntes attrahebant. Vt enim inquit Tullius in 1 Rheto *Honeſtum eſt quod ſua vi nos ſe nos allicit, & dignitate trahit.* De hac etiam vite poteſt intelligi illud, quod dicitur Gen. 40. *Videbam coram me vitem in qua erant tres propagines creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores maturcſcere.* Ex quibus verbis habetur, quod in iſta vite fuerũt tres propagines, & in qualibet propagine fuerunt tria, ſ. gemmæ, flores, & vuæ Per tres propagines, intelliguntur tres in Trinitate perſonæ, per alia tria quæ fuerunt in propagine, intelliguntur tres in Chriſto ſubſtantiæ. Iſta igitur vitis ſ. virgo benedicta habuit tres propagines in ſe i. tres perſonas diuinas, perſonam. ſ. patris, qui Chriſti incarnationem in ea fecit, perſonam quoque ſpiritus ſancti, qui ſimiliter per gratiam ſuam in tali generatione cooperatus eſt item perſonam filii Dei, qui in eius vtero humanatus eſt In illa autẽ propagine. i. in Chriſto fuit gẽma, fuerunt & flores, & vua i. natura diuina, & anima, & caro. Per gemmam. n. quę eſt principium florum & fructuum, intelligitur eius diuinitas, quæ eſt cauſa & principium omnium rerum. vnde interrogatus Chriſtus à Iudæis, qui eſſet? Reſpõdit, *Principium, qui & loquor vobis* Ioan. 8. Per flores autem intelligitur eius anima, quæ omnium virtutum odoribus fuit plena. Vnde de illa dici poteſt illud ꝙ propheta prædixit Pſa. 102. *Tanquam flos agri ſic efflorebit.* Per vuam vero intelligitur eius caro, quę fuit plena muſto i. ſanguine precioſo, & tãdem fuit poſita in torculari crucis, & inde emanauit muſtum noſtræ redemptionis. vnde quando angeli dixerunt Chriſto illud Eſa. 63. *Quare rubrum eſt indumentum tuum ſicut calcantium in torculari?* Ipſe reſpondit: *Torcular calcaui ſolus* &c. De iſta etiã vite poteſt exponi illud quod dicitur Iudicum 9. vbi in parabola recitatur, quod *Ierunt ligna, vt vngerent ſupra ſe regem, & dixerunt ficui oliua, & viti, vt eis imperarent. Quæ conſentire noluerunt. Reſpondit enim ficus quod nolebat deſerere pinguedinem ſuam, vitis autẽ inquit, quod nolebat deſerere ſuam iucunditatem* Per iſta n. tria ſ. ficũ, oliuam, & vitem, intelligitur beata virgo Ipſa enim dicitur ficus propter dulcedinem ſuæ pietatis, & miſericordiæ. Item oliua propter pinguedinem ſpiritualis gratiæ. Vitis vero propter lætitiã iucunditatis internæ: ligna autem ſiluarum fuerunt Iudæi duri, & inflexibiles, ac ſilueſtres, qui libẽtius voluiſſent, quod beata virgo fuiſſet princeps ſuæ ſynagogæ, quã Chriſti Eccleſiæ Et ideo dixerunt ei: *Veni impera nobis,* i. veni, & relinquas Chriſtum tuum, & ſis domina ſynagogæ noſtræ. Sed ipſa domina renuit; quia ſi hoc feciſſet, amiſiſſet dulcedinem ſuæ pietatis, & pinguedinẽ gratiæ ſpiritualis, & lætitiam internæ iucunditatis. Propter quod pater ſuus Dauid per multos annos ante-

Qualis vitis fuit Maria reſpe Ct ſui.

De B. Virg. expo. Iud. 9. illa parabola de lignis.

Digitized by Google

onrequam naſceretur, eam admonuit, vt ſynagogam omnino dimitteret, & Chriſto regi filio ſuo ſemper adhæreret, dicens Pſal. 44. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populũ tuum, & domum patris tui. Et concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus* O igitur virgo beatiſſima, quantum nos Chriſtiani tibi obligati ſumus, quæ vitis illa fuiſti, quæ illud dulciſſimum vinum protulit, quod lætificat Deum, & homines iud eũ 9. De qua vite nunquam verificatum eſt illud Eſa. 24. *Infirmata eſt vitis.* Nec illud Hiere. 8. *Nõ eſt vua in vitibus.* Tu enim nunquam infirmata es per peccatum, & ſemper plena vuis fuiſti virtutũ. Beatus igitur ille, de quo dici poterit illud Gen 49. *Ligans ad vitem aſinum ſuum* i. corpus ſuum ad imitandum caſtitatẽ B. virginis aſtringens. Beati oẽs nos ſi de vnoquoq; noſtrum dici poterit illud. 3. Reg. 4 & 1. Mach. 14. *Vnuſquiſq; ſedit ſub vite ſua.* O requies ſuauiſſima, ſub hac diuina vite requieſcere. & de dulciſſimo illius fructu carpere, & comedere. Non ſolum autem hæc benedicta virgo dicitur vitis, ſed etiã vinea Dei electa, quã ipſe plantauit, vt dicitur Eſa. 5. Vnde ipſe ait Hie. c. 2. *Ego te plantaui vineam electam.* Et ideo eius filius ſe appellat vitem Ioan. 15 dicens, *Ego ſum vitis vera* ſ. in hac vinea nata. Sed heu quia de multis conqueritur Dei filius, dicens illud Eſa. 2 *Vos deuaſtaſtis vineam meam.* Et nos dicere poſſumus Domino noſtro Ieſu Chriſto illud Hie. c. 12. *Paſtores multi demoliti ſunt vineam tuam* De quolibet etiã prophanante conceptionem beatiſſimæ virginis, & ipſius innocentiæ cultum, ac venerationem proſternente, conqueritur idẽ Saluator, dicens illud Iohel. 1. *Poſuit vineam meam in deſertum* Beatus autem ille, de quo dici poterit in morte ſua illud Prou 31 *De fructu manuum ſuarum plantauit vineam* Pone igitur me, ô Domine Deus, cuſtodem in hac vinea tua. Non. n. dicam, *Vineam meam non cuſtodiui* Can. 1. Sed *ſepe circũdabo eam, & fodiam in ea torcular, & in medio eius ædificabo turrim.* Matt. 21. Vt eam deuaſtare non poſſint beſtiæ agri. Tu ergo clemẽtiſſime Deus qui dicis nobis illud 4. Reg. 19. *Plantate vineas, & comedite fructus earum.* Qui etiam dixiſti Eze. 28. *Plantabunt vineas, & habitabunt confidenter.* Et Amos 9. *Plantabunt vineas, & bibẽt vinum earum* & Mich. 4 *Sedebit vir ſubtus vineã ſuam* & Zach 3 *Vocabit vir amicũ ſuum ſubter vineam ſuam.* Et eiuſdem libri. c. 8. *Vinea dabit fructum ſuum.* & Malach 3. *Non erit ſterilis vinea in agro.* Da mihi iſtam vineam tuam fertiliſſimam, vt faciam eam mihi hortum electum. 3 Reg 21. vt mediante tua gratia per laborem, & miniſterium meum creſcat hæc vinea in deuotione fidelium, ita vt verificetur de illa quod dicitur Eze. 17. ſ. *creuit in vineam latiorem.* Tu igitur paterfamilias qui plantaſti vineam. Lu. 20 & Mar. 21. Qui exiſti primo mane conducere operarios in vineam tuam Matt 20. qui dixiſti eis: *Ite in vineam, & quod iuſtum fuerit, dabo vobis.* vt in eodem c. habetur. Dic etiam mihi illud Mat. 21. *Fili vade hodie operari in vineam meam.* O ſuauis operatio O dulcis labor. O melliflua cultura huius vineæ, ex qua colligitur *vinum illud quod eſt exultatio animæ & corporis* Eccl 31. De quo vino verificabitur illud Prouer 3 & Iohel. 2. *Vino torcularia redundabunt,* & illud Hiero. 13. *Omnis laguncula implebitur vino,* & illud Eſai. 24. verificabitur de nobis, ſ. *cum gaudio bibent vinum.* Ipſa enim virgo beatiſſima *vxor tua,* quæ eſt *ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.* Pſ 127. nobis continue profert vinum ſuum dulciſſimũ dicens: *Bibite amici mei, & inebriamini chariſſimi.* Can. 5.

QVOD BEATA VIRGO dicitur nardus. Aſſimilatio. 13.

NArdus figurat beatam virginem, in cuius perſona canit Eccleſia illud Can 1. *Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.* Super quibus verbis tria ſunt videnda: primo, quid ſit nardus, ſecundo quis ſit iſte regis accubitus, tertio quis ſit iſte odor tam gratus. *Expo. de B. V. illud Can. 2. Dũ eſſet rex in ac. ſuo. et c.* Circa primum notandũ eſt quod nardus eſt herba parua, odorifera, calida, & virtuoſa vt inquit Iſid. 17. lib. etym. *Quid ſit nardus.* Inquantum aũt eſt parua, ſignificat glorioſæ virginis profundam humilitatem, quæ licet virtutib. & nobilitate eſſet maxima, & in matrem Dei electa, ſemper tamen ſe reputauit paruam & abiectam ex humilitate, & propterea à diuina gratia fuit reſpecta, iuxta illud Lu 1. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ* &c. Inquantum vero eſt odorifera, ſignificat eius virginitatem, cuius memoria Deo, & hominib. fecit odorẽ, iuxta illud Sap. 4 *O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Immortalis eſt enim memoria eius, quoniam apud Deum nota eſt, & apud homines.* Inquantum autem eſt calida, ſignificat beatiſſimæ virginis feruentem charitatẽ, qua tanta fuit quod Deum de cælo ad terrã traxit. Vnde Aug exclamat di. *O charitas quam magnas vires habes! Deum de cælo ad terram depoſuiſti.* Inquantum vero eſt virtuoſa; denotat eius pietatem. Virtus autem nardi ſiue ſpicæ eius ſecundum Dioſco. & Plateolum, *Virtus nardi.* & ſicut

Digitized by Google

& ſicut dicitur in lib. de propri. herbarũ; eſt, quia cerebrum, & ſtomachum, atq; cor debile confortat. Inflaturam quoq; ſtomachi deprimit, & fluxũ ventris reſtringit. Et ſimiliter pietas glorioſæ virginis confortat in tribulatione, deprimit cor ab elatione; & reſtringit ventrem à carnali delectatione. Poſſumus quoq; dicere, quod quia in cerebro eſt ſenſus; in ſtomacho appetitus, & in corde amoris affectus, Chriſtus quaſi ſpica nardi ſenſum noſtrum cõfortauit per fidem, appetitum excitauit per ſpem, & affectum inflammauit per charitatẽ. Docuit enim nos cognoſcere diuina, appetere ſuperna, & diligere æterna, & docuit nos in Deum credere, in ipſoq; confidere, & eum amare. Item nardus ſiue ſpica eius maſticata, humorẽ linguæ deſiccat, & ſurditatem aurium ſedat, & quia inciſiua, & deciſiua eſt, vſq; ad intima penetrat. Vnde & lapidem frangit, vt dicitur in lib. de propri. re. & hęc omnia competunt beatæ virgini, quæ ſuo exemplo nos docuit linguam continẽre, aures Deo aperire, & gladio doloris animã penetrare, ſiquidem enim pauca, & rationabilia dixit. Aures angelo diligenter aperuit, & tempore paſſionis filij ſui, eius animam doloris gladius pertranſiuit. In primo docuit nos humorem linguæ deſiccare i. lubricitatem loquacitatis reſeruare, quia *os lubricum operatur ruinas*. Prou. 16. In ſecundo ab auribus cordis ſurditatem fugare, ne forte verificetur de nobis illud Pſ. 113. *Aures habent, & non audient*, & illud Pſal. 37. *Tanquam ſurdus non audiebam*. In tertio autem docuit nos gladio verbi Dei, vel doloris, de peccato animam perforare ita, vt lapis i. cordis lapidei durities, iuxta illud Iob 41. *Cor eius indurabitur, quaſi lapis*, frangatur, & dirumpatur, & verificetur illud Pſalm. 104. *Dirupit petram & fluxerunt aquæ* ſ. lachrymarum ex contritione. Circa ſecundum principale eſt ſciendũ, quod iſte rex Chriſtus habuit inter alios quatuor accubitus. Primus quẽ ſemper habuit, & habebit, eſt in ſinu patris, iuxta illud Io. 1. *Vnigenitus qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit*. Secundus eſt vterus matris, de quo ipſa inquit Eccl. 24. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo*. Tertius fuit lignum crucis, in quo ipſe Chriſtus accubuit, & obdormiuit. Vnde ei dicitur Cant. 1. *Indica mihi, vbi cubas in meridie*. Ad litteram enim in meridie accubuit in cruce. Et hoc ei prædictum fuerat in perſona Iudæ Gen. 49. vbi dicitur, *Requieſcens accubuiſti, vt leo*. Ipſe enim fuit *leo de tribu Iuda*. Apocal. 5. Ad prædicta etiam applicari poteſt illud Nu. 27. *Accubans dormiuit, vt leo*. Quartus accubitus eſt cor hominis, in quo Chriſtus per veram fidem habitat, & requieſcit, iuxta illud ad Epheſ. 3. *Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris*.

Chriſtus habuit quatuor accubitus.

Circa tertium principale eſt videndũ, quis fit iſte odor tam gratus, pro eo quod dicit: *Nardus mea dedit odorem ſuum*. Ad quod reſpondetur, quod dum eſſet rex i. Chriſtus in accubitu ſuo i. in ſinu patris, odorem dedit Mariæ humilitas, quæ ipſũ adeo delectauit, quod ad eius vterum deſcendit. Cum enim ſe humiliauit di. *Ecce ancilla Domini* &c. ſtatim Chriſtus de ſinu patris ad eius vterum venit. Dum autem eſſet iſte rex in ſecundo accubitu. i. in vtero virginis, odorem dedit Mariæ virginitas, quia Chriſtus in vtero matris virginitate ipſius, & puritate paſcebatur, iuxta illud Cant. 2. *Qui paſcitur inter lilia* i. inter pudica & virginitate fragrantia beatę virginis viſcera. Dum vero iſte rex eſſet in tertio accubitu i. in ligno crucis: odorem dedit Mariæ charitas, quæ tanta fuit, quod iuxta crucem filij ſtabat parata pro humano genere martyrium ſuſtinere. Vnde Ambr. ſuper Lu. inquit: *Fortaſſe quia cognouerat per filij mortẽ mundi redemptionem futuram, putabat aula regalis ſe ſua morte publico muneri aliquid addituram*. In quantum autem iſte rex eſt in quarto accubitu, id eſt, in corde hominis, odorem dat Mariæ pietas, quæ nũquam deſinit, ſed ſemper Deum ad miſericordiam & pietatẽ inducit. Vnde Hugo de S. Victore in quodam ſer. ait: *Maria eſt ſtella, Chriſtus ſol. Et ideo peccatores velut in nocte à Maria conſolantur, iuſti vero, tanquam in die à Chriſto illuminantur. Itaq; ſi pertimeſcis ſupplicaturus ad Chriſtum accedere, ad Mariam reſpice, genus tuum conſpicis, nihil illic quod timeas inuenies*. Ex quibus omnib. patet, quàm bene proprietates nardi odoriferæ fuerunt in beata virgine. Si autem Magdalena frangens alabaſtrum nardi ſpicati precioſi, vt habetur Marc. 14. repleuit totam domũ ex odore ipſius vnguenti. vt dicitur Io. 12. Quanto magis illa, quæ coram Deo fregit alabaſtrum Cypri cum nardo, & nardi cum croco. *fiſtulaq; & cinnamomo cum omnib. primis vnguentis*. Can. 4. dedit ei odorem ſuauiſſimũ? De ipſa igitur beata virgine ſemper dici potuit illud Tibull. *Illius puro diſtillãt tẽpora nardo*.

QVOD BEATA VIRGO figuratur per Galbanum. Aſſimilatio. 14.

INquit glorioſa Dei genitrix, Eccle. 24 [*Quaſi ſtorax, & galbanus, & vngula, & gutta vaporaui habitationem meam.*] Aſſimilatur autẽ galbano ratione arboris, liquoris, & virtutis. Primo ratione arboris. Arbor enim ſiue planta ex qua procedit galbanus, dicitur ferula ſecundum Iſid. 17. lib.

Galbano aſſimulat. B. V. ratione arboris, liquoris. et virtutis.

17. lib. etym. & dicitur ferula, vt idem dicit à feriendo, quia pueri & puellæ ſolent de ramis huiuſmodi vapulare l. 1 § impuberes. ff. ad ſylla. & e fœllcis § cum autem d. pœnis. lib 6. Bene ergo virgo benedicta dicitur ferula, quia diabolum fecit. Diabolus enim habebat magnam potentiam, magnam aſtutiam, & magnam malitiam. Ipſa vero contriuit eius potentiam, ſicut prædictum fuit Gen. 3 dum ipſi diabolo Dominus ait: *Ipſa côteret caput tuum* Confudit quoq; eius aſtutiam, iuxta illud Iudith. 14 *Vna mulier Hebræa confuſionem fecit in domo Nabuchodonoſor* &c. Item deiecit eius malitiam, iuxta illud quod in ipſius perſona dicitur, eiuſdem lib ca 9. *Erit memoriale nominis tui, cum manus fœminæ deiecerint eũ* Secundo aſſimilatur galbano ratione liquoris, qui dicitur galbanus à gala, quod eſt lac. Eſt etiã pigmentum ex illo ſucco, & diuerſis ſpeciebus confectum. Itẽ eſt gutta magni odoris. Vnde Exod. 33. dicitur Moyſi à Domino: *Sume tibi galbanum boni odoris.* De qua ſpecie facit mentionem Lucanus lib. 9. di *Peregrinaq; galbana ſudant.* Per iſtam antẽ ſpeciem ſignificatur virgo beatiſſima, quæ ad inſtar lactis fuit alba, id eſt pura, & munda, iuxta illud Can 5 c *Oculi eius ſicut columbæ, ſuper riuos aquarum, quæ lacte ſunt lota.* Ipſa enim fuit colũba ꝓpter ſimplicitatem, & ſinceram intentionem, & fuit ſuper riuos aquarum propter gratiæ plenitudinem, & fuit lota lacte propter maximam puritatem. vnde ille dicere poſſumus illud Can 4 *Mel & lac ſub lingua tua.* Et ipſa dicere poteſt Deo illud Iob. 10. *Sicut lac mulx ſti me* Inſtar quoq; pigmenti fuit diuerſis virtutum aromatibus plena. Vnde Can 3. de illa dicitur: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum. ſicut virgula fumi ex aromatibus?* &c. Item eſt, & fuit tota odorifera, & ideo illi di. *Odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata,* quia eius odor ad ſtar cinnamomi confortat cor contra ictus tribulationum, & ad inſtar balſami preſeruat à putredine peccatorũ, & ad inſtar myrrhæ fugat vermes tentationum, iuxta illud Eccl. 24. *Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi, & quaſi myrrha electa* &c. Tertio aſſimilatur galbano ratione virtutis, ſiue efficaciæ eius. Iſta enim ſpecies aromatica, eſt tantæ virtutis, quòd vulnera ſanat, ſerpentes fugat, frigidas paſſiones curat & morbum caducum alleuiat, vt dicitur in lib de proprie. herbarum. Et ſimiliter B. virgo ſanat vulnera peccatorum. Nam fugat peccatum ſuperbiæ ex conſideratione ſuæ humilitatis, & peccatum luxuriæ ex cõſideratione ſuæ virginitatis, ac peccatum auaritiæ ex conſideratione ſuæ paupertatis, & ſic de ſingulis. Et ideo

Virtus galbani.

cuilibet peccatori ad eam recurrenti poteſt dicere ipſa virgo piiſſima, illud Hiere 30. *A vulnerib. tuis ſanabo te.* Secundo fugat tentationes dæmonum. Vnde Iudith 16. dicitur in figuram: *Tradidit enim Dominus in manu fœminæ. & confudit eũ.* Ipſa enim habet demonem in ſua poteſtate, & eũ quando vult poteſt expellere, & fugare. Tertio inflammat frigidos ad amorem cæleſtium. Vnde dicitur Prouerb. vl. *Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis.* Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Ipſa enim habet duplicia veſtimenta. i. veſtimentum deauratum, & veſtimentum variis coloribus contextum: iuxta illud Pſa. 44. *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate.* Et iſta duplicia veſtimenta induit domeſticos. i. deuotos ſuos, dans eis veſtimentum deauratum i. auream charitatem, & diuerſis coloribus contextum i. virtutum, varietatem. Et ideo illi qui ſunt ſic induti, non timent frigus peccatorum quia ſemper caleſcunt per amorem cæleſtium Quarto alleuiat in auaris affectũ terrenorum. Auaritia enim eſt ſicut morbus caducus: ſicut enim laborantes morbo caduco cadunt in terram, ſic auari ſemper adhærent terrenis. Beata autem virgo iſtum morbum ſanat exemplo ſuæ paupertatis, quia omnia terrena deſpexit. Vnde Bern. in quodam ſermone de illa inquit: *Quicquid honoris in populo: quicquid de paterna domo rerum terrenarum habere potuit, omnia arbitrata eſt, vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret.* Quilibet ergo qui iſto morbo caduco infirmus eſt, debet rogare virginem glorioſam dicens ei illud Eccleſiaſt. 23. *Ne ſinas me cadere in illa exprobatione, & omne malũ deſiderium auerte à me.*

QVOD BEATA VIRgo dicitur lilium: Aſſimilatio. 15.

LIcet multis aliis arboribus, & plantis, atque herbis odoriferis, & rebus aromaticis aſſimiletur virgo beatiſſima: tamen breuitatis cauſa pro nunc ſolum particulariter declarabo in hoc ſermone, quomodo ipſa dicitur lilium. Dimittam ergo ad plenum declarare, quare ipſa appelletur ſtorax, vngula, & gutta, Eccleſiaſt. 24 Item quare ipſa dicatur in eodem. c *Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ.*

Sufficiat autem compendioſe dicere de prædictis aſſimilationibus quòd ſtorax ſecundum Iſidor. 17. etymo. eſt arbor Arabiæ, cuius fumus pur

Maria cur ſtorax dicatur Eccleſ. 24.

gat aerem corruptum: & fugat omnem vaporem & fumum pestilentem. Et similiter beata virgo, quæ eſt ſicut virgula fumi ex aromatibus Cant. 3 purgat aerem corruptum, id eſt animam noſtram huc ſpiritum habentem corruptionem peccatorum. Vnde de illa dicere poſſumus illud Tob 12 *Ipſa eſt quæ purgat peccata.* Fugat etiam omnem vaporem, & fumum peſtilentem malarum ſuggeſtionum diaboli. Vnde de hoc fumo virginali dicere poſſumus illud Tob 6 *Fumus eius effugat omne genus dæmoniorum* & de malo vapore peccati ab ea fugato dici poteſt illud Sapient. 2 *Nebula diſſoluetur quæ fugata eſt à radijs ſolis.* Vngula quoque eſt ſpecies aromatica ſic dicta ſecundum Iſidor in lib 17. etymol. & Nicol. de Lyra ſuper 24 c. Eccleſ quia eſt vngui ſimilis. Et alio nomine dicitur onycha, & hæc ſpecies ponitur in confectione thymiamatis, vt dicitur Exod. 30. Et figurat beatam virginem de qua cōfectum eſt odoriferum thymiama, ſcilicet Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſuo patri oblatus eſt ſicut ſacrificium gratiſſimum ſuper omnia alia, vnde ipſe inquit de extenſione manuum ſuarum in cruce Pſa 140. *Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.* Ipſe etenim ſolus perfecte impleuit mandatum, quod habetur Exod 30. vbi dicitur: *Ad veſperum vret thymiama ſempiternum.* Dicitur autem ſecundum Iſidor lib 4 etymol. thymiama à thymo flore odorifero, quia hæc confectio precioſiſſima, quæ appellatur thymiama, redolet ſuauiter ſicut thymus. Sola igitur beata virgo, quæ compoſuit hoc precioſum thymiama ex puriſſimis ſanguinibus ſuis, tanquam ex ſpeciebus aromaticis ſicut bona vnguentaria, & illud obtulit Deo in præſentatione in templo, ſeruauit præceptum Dei quod habetur Exod 30. vbi dicitur: *Facies thymiama compoſitum opere vnguentarij mixtum diligenter, & purum, ac ſanctificatione digniſſimum, & pones ex eo coram teſtimonij tabernaculi: ſanctum ſanctorum erit vobis thymiama. Et talem compoſitionem non facietis in vſus veſtros quia Domino ſanctum eſt.* De gutta etiam quæ eſt ſpecies aromatica, & eſt lachryma cuiuſdam arboris, & à medicis appellatur armoniacum, vt ait Iſido. 17. etymol ſolum hoc dico quòd habet virtutem diſſoluendi, & relaxandi, vnde vt ait gloſſ ſuper illud Pſal 44. *Myrrha & gutta, & caſia* &c. omnes tumores, & inflationes ſedat. Et ſimiliter virgo benedicta ſua interceſſione diſſoluit tumores peccatorum noſtrorum, vnde cuilibet ad eius patrocinium recurrenti dici poteſt illud Eccle. 3. *Sicut in ſereno glacies ſoluentur peccata tua.* De terebintho quoq; arbore magna, quæ in Syria naſcitur, ſecundum Plinium lib 12. naturalis hiſto cuius folia ſunt denſa, nihil aliud dicam, niſi quòd ſecundum Iſid 17 etym. & Dioſco. & autorem libri de propriet. re. eius folia fructus, cortices, & ſemina ſunt medicinalia. Et ſimiliter beata virgo fuit tota medicinalis, imo ex eo generata eſt medicina omnium infirmitatum, ſcilicet filius Dei. Ad quod applicari poteſt illud Eccl 38 *Altiſſimus creauit de terra*, id eſt de virgine Maria medicinam. Radix etiam terebinthi in vino decocta ſtomachum confortat, & contra dolorem capitis iuuat, vt ait Plin in 24. lib prædicti operis c 6 Et ſimiliter beata virgo, quæ dicitur radix Eſai. 11. & bene, nam mater eſt radix filij ſui 24. qu 3 c tunc ſaluabitur. inſi. & ibi no. Decocta in vino ſpiritus ſancti ſtomachum noſtrum, id eſt animum confortat, & dolorem capitis id mentis noſtræ, quæ dicitur caput, vt in c. vnico §. hoc vnguento. de ſacra vnc. aufert & ſedat, & ideo ipſa cuilibet deuoto ſuo inquit illud Can 8. *Dabo tibi poculum ex vino condito.* Lilium autem dici poteſt propter multas cauſas. Prima eſt, quia lilium ab extra eſt candidum intus aureum, intuſq; & extra odoriferum: vt inquit Iſidor. 17. etym Licet enim inueniantur lilia alterius coloris, vt crocei, & purpurei; tamen lilium album eſt melius, & efficacius, vt ait Dioſcorides, & Platearius, vt etiā dicitur in lib. de propriet. re. de quo lilio nunc loquens dico, quòd ſimiliter beata virgo fuit extra in carne candida per virginitatem, iuxta illud Sapi 7. *Candor eſt lucis æternæ* &c. Secundo intus in mente fuit aurea per charitatem. Sicut enim aurum nunquam poteſt corrumpi, ſic nec eius charitas vnquam potuit extingui, iuxta illud Cant 8. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.* Tertio intus & extra fuit odorifera per humilitatem, habuit enim humilitatem intus in corde, & exterius in conuerſatione. Et iſta humilitas Deo tantùm odorifera fuit, quòd ipſum ad ſe traxit. Vnde illi dicere potuit eius ſponſus cœleſtis illud Can. 1. *Trahe me poſt te* &c. & non tantum Deum ad ſui amorem traxit, ſed etiam omnes homines ad ſe trahit. Et ideo de illa dici poteſt illud Iob. 21 *Omnem hominē ad ſe trahit.* Et ipſa dicere poteſt illud Ioan 12 *Omnia traham ad me*, ſcilicet non ſolum Deum, & homines, ſed etiam angelos, & alias creaturas. Iſta autem ſunt tria lilia, quę beatam virginem maxime circundederunt, ſ humilitas, virginitas, & charitas De quib. dicit Ber. in ſer de natiuitate eiuſdē: *Chriſtus qui nunc inter lilia paſcitur, vtiq; corpore ſic apud Mariam pro liliorum multitudine paſcebatur. An non lilia ſunt decus virginitatis, inſigno humilita-*

Cur dicatur vngula

Cur dicatur gutta.

Maria terebinthus.

Maria lilio aſſimilatur ob multas cauſas.

militatis

miliatis cum ſupereminentia charitatis? Secunda cauſa, quare virgo benedicta dicitur lilium, eſt, quia lilium habet rectum haſtile ſurſum, ſed tamen folia eius ſunt pendentia deorſum, & quantum flos eius altius in haſtili erigitur, tanto caput ſubmiſſius inclinatur. Et ſimiliter animus beatæ virginis tanquam haſtile fuit ſemper rectus ad Deum: ſibi de beneficijs ab eo receptis regratiando, & in ipſum ſpiritualiter exultando. Sicut enim lilium quicquid habet odoris, & candoris, totum mittit ad ſummum, ſic ipſa quicquid habuit ſanctitatis, & gratiæ totum ſemper remiſit ad Deum. Folia autem, id eſt verba habuit inclinata deorſum; de ſe humilia proferendo. Vnde inquit Luc. 1. *Magnificat anima mea Dominum* &c. Ecce haſtile rectum. Sed audi folia deorſum pendentia. *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* Quanto enim eſt magis exaltata, tanto eſt ad maiorem humilitatem inclinata. In huius autem figuram dicitur Exod. 25 *Facies candelabrum ductile de auro mundiſſimo haſtile eius & liliæ ex ipſo procedentia.* Candelabrum enim Dei facta eſt Maria; quæ fuit ductilis per obedientiam, & de auro puriſſimo per charitatem perfectam. Cuius haſtile fuit eius intentio recta, & lilia fuerunt eius verba humilia, quæ omnia procedebant ex ipſa. Mundani autem homines econtrario habent haſtile reflexum dorſum per obliquam intentionem, iuxta illud Matth. 23 *Omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus* Folia autem, id eſt verba habent elata ſurſum per iactantiam, ſuperbiam, & elationem, iuxta illud Pſal. 72. *Iniquitatem in excelſo locuti ſunt.* Et iterum: *Poſuerunt in cælum os ſuum,* ſcilicet viris ſanctis, & cæleſtibus detrahendo, & ſeipſos ad cælum magnificando, ſed tamen, vt ſubinfert idem Pſal 72 *Lingua eorum tranſiuit in terra,* ſcilicet de terrenis loquendo, & ea diligendo. Tertia cauſa quare beata virgo dicitur lilium, eſt, quia lilium integrum redolet, ſed confricatum poſtea fœtet. Corpus autem beatiſſimæ virginis fuit tanquam lilium integrum, quia ſemper permanſit illibatum, & ideo ſemper fuit odoriferum. Fuit enim vnctum vnguento odorifero, quod quidem vnguentum fuit confectum de tribus ſpeciebus aromaticis, de quibus dicitur Eccleſ. 24. *Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizans* &c. Fuit enim confectum de cinnamomo humilitatis. Cinnamomum enim habet colorem cinereum, & propter hoc dicitur cinnamomum ſecundum gl. ſuper Eccleſiaſticum, & ideo eius humilitatem repræſentat. Fuit etiam confectum de balſamo diuinitatis. Tunc enim Deus eius vterum in balſamauit, quando diuinitatē ſuā ibi poſuit. Fuit quoq; confectū de myrrha caſtitatis. Myrrha enim cōſeruat corpus à putredine, & ſignificat caſtitatem, quæ præſeruat corpus à corruptione. Iſto igitur precioſiſſimo vnguento eius corpus iniunctū ſemper remanſit integrum, atq; odoriferū. De quib vnguentis dicitur ei Cant. 1. *Odor vnguentorū tuorū ſuper omnia aromata.* Noſtra autem corpora eu ſunt concepta, ſunt fœtida, iuxta illud Eſa 14 *De cadaueribus aſcendet fœtor.* Quarta cauſa quare virgo immaculata dicitur lilium, eſt, quia lilium oritur de ſpinis, & tamen ſpinam nō habet: & ſimiliter virgo beata nata eſt, & concepta de parentib. per peccatum originale ſpinoſis, & tamen ipſa villam ſpinam nunquā habuit. Et ideo de illa inquit eius ſponſus cæleſtis Cant. 2. *Sicut liliū inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Item ſicut liliū inter ſpinas natum propter hoc non amittit ſuum colorem, nec odorē, imo quanto pluſ à ſpinis pungit̄, tanto magis eius odor ſentit: Sic B. virgo licet inter ſpinas i Iudæos ſpinoſos, & malos conuerſata ſit, & ab eis ſæpius per tribulationes puncta ſit, tamen nunquā amiſit cādorē ſuo innocentiæ, nec odorem ſuæ famæ, imo quanto magis pungebatur afflictionib tanto maiorē ſpirabat odorē patiētiæ, & ſanctitatis, & ideo ipſa fuit quaſi liliū in trāſitu aquæ Eccleſ. 1. Quia quanto aqua tribulationis per ipſam tranſijt, tāto magis illam redolere fecit. Sed hic eſt conſiderandum, quod quando lilia ponuntur cum lilijs, maiorem reddunt odorem. Quando vero ſunt cū ſpinis, nihilominus ſeruant ſuum odorem. Quādo autem ſpinæ ponuntur cum ſpinis; tunc dant ſibi mutuas punctiones. Quando.n. boni ſunt inſimul, tunc ſunt lilia cum lilijs, & tot dant odores quot habent virtutes, vnde Mat 18 dicit Dominꝰ: *Vbicunq; fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ero in medio eorū.* Ipſe.n. eſt lilium, qui ait Can 2. *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Sancti autem viri ſunt hortus Dei, in quo creſcunt lilia virtutum Et ideo Can. 6 inquit beata virgo: *Deſcendit dilectus meus in hortum ſuum ad areolam aromatis, vt paſcat in hortis & lilia colligat* Quando igitur ſerui Dei ſunt inſimul congregati, tunc ſunt ſicut lilia cum lilijs poſita in horto diuino, & ipſe Chriſtus qui eſt amator liliorum, eſt in medio eorū, & colligit lilia virtutum. Quando aūt boni ſunt cum malis, tunc lilia ſunt cum ſpinis, & tunc boni debent ſeruare candorem ſuæ innocentiæ, & odorem ſuæ famæ Et tale lilium cum ſpinis erat Pſal qui dicebat Pſa 119 *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.* Quando vero mali ſunt cum malis, vt ſuperbi cum ſuperbis & c. tunc ſpinę ſunt cum ſpinis, & ſe mutuo pungunt, iuxta illud Prouerb. 13 *Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt,* & Naum. 1. *Sicut ſpinæ ſe inuicem rodunt.*

Quinta

Digitized by Google

Quinta cauſa quare virgo glorioſa dicitur liliũ, eſt, quia lilium habet ſex folia, & habet ſex angulos in radice iuxta numerum ſex filiorum. Sex autem folia, fuerunt ſex verba, quæ dixit beata virgo. Duo Angelo, ſcilicet *quomodo fiet iſtud* & *Ecce ancilla Domini* Luc. 1. Vnũ Elizabeth, quando eam ſalutauit, & Deum benedixit. Ibid. Duo filio, ſcilicet: *Fili quid feciſti nobis ſic* Luc. 2. & quando dixit: *Vinum non habent* Ioan. 2. Vnum etiam cum miniſtris nuptiarum cum ait: *Quodcunque dixerit vobis, facite.* Ibidem. Iſta vero ſex folia, ſiue verba, proceſſerunt ex radice charitatis, quia omnia fuerunt charitate, & pietate plena. Et quamuis ſit vna radix charitatis, tamen habet ſex dilectionis modos, ſicut radix lilii quamuis ſit vna, tamen habet ſex angulos. Primus modus fuit quo ipſa dilexit Deum: illum ſuper omnia reuerendo. Secundus quo dilexit animam ſuam ipſam in omni ſanctitate cuſtodiendo. Tertius quo dilexit corpus ſuũ, ipſum in virginitate conſeruando. Quartus quo dilexit domeſticos, & propinquos ipſos bonis morib. informando. Quintus quo dilexit amicos in Deũ. Sextũs quo dilexit inimicos propter Deũ. Dicit enim Greg. in quadam homil. *Ille veraciter charitatem habet, qui & amicum diligit in Deum, & inimicum diligit propter Deum.* Sexta cauſa quare dicitur lilium, eſt, quia thalami, & cœnacula regum liliis adornantur, vt iucundius quieſcant, & veſcatur. Et quia vterus beatæ virginis fuit thalamus, & cœnaculum Chriſti, ideo totus fuit liliis adornatus, & circundatus. iuxta illud Can. 7. *Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus liliis.* Tota enim fuit liliis vallata. Nam a ſuperiori fuit vallata lilio eminentis charitatis: ab inferiori lilio profundæ humilitatis. Ab interiori lilio perpetuæ puritatis. A dextris lilio temperantiæ in proſperis. A ſiniſtris lilio potentiæ in aduerſis. Ab anteriori lilio prouidentiæ in futuris: à poſteriori lilio iuſtitiæ in præteritis: quia pro præteritis beneficiis Deo ſemper gratias referebat; & hoc debitum iuſtitiæ requirebat. Et quia fuit liliis vallata, & circundata, ideo de ipſa canit Eccleſia: [Sicut dies verni circundabãt eam flores roſarum, & lilia conuallium.] Inter iſta autem lilia Chriſtus paſcebatur. Vnde ipſa inquit Can. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi qui paſcitur inter lilia.* Nam modo paſcebatur lilio ſuperiori, quia delectabatur in eius charitate. Modo paſcebatur lilio inferiori, quia delectabatur in eius humilitate. Modo lilio interiori, quia delectabatur in eius puritate. Modo lilio exteriori, quia delectabatur in eius virginitate. Modo lilio à dextris, quia delectabatur in eius temperantia. Modo lilio à ſiniſtris, quia delectabatur in eius patientia, & ſic de reliquis. Et quoniam ſic tota fuit florida: ideo omnia quæ per ipſam Deo offerimus, ſunt ei accepta: vnde Bernardus in ſerm. de natiuitate ipſius virginis inquit: *Quicquid illud eſt quod Deo parας offerre: grauiſſimis manibus Mariæ trade. Nimirum candidiſſima quædam lilia ſunt, nec cauſabitur ille liliorum amator: inter lilia non inuenium, quicquid illud ſit, quod inter manus Mariæ inuenerit.* hæc ille. Septima cauſa quare dicitur lilium eſt, quia lilium multiplices habet virtutes, de quibus tractat Plin. in 20 lib. naturalis hiſtor. prout etiam ponitur in li. de propriet. re. Inter alias autem virtutes eſt, quod tumorem ſedat, ſaniem purgat, & morſum ſerpentis curat. Et ſimiliter beata virgo ſanat tumorem ſuperbiæ, exemplo ſuo humilitatis, purgat quoque ſaniem luxuriæ exemplo ſuæ virginitatis, & curat morſum ſerpentis auaritiæ exemplo ſuæ paupertatis. Auarus enim eſt cibus ſerpentis, quia dilectione terrena efficitur terra, quæ eſt cibus ſerpentis: cui inquit Deus Gene. 3 *Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ:* & ideo auarus eſt datus ſerpenti infernali in cibum, iuxta illud Eſa. 65. *Serpenti panis puluis eius.* Rogemus ergo Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt virtute huius precioſiſſimi lilij virginalis, non permittat nos à ſerpente maligno deuorari, dicentes cum propheta Pſal. 73 *Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi.* Sed introducamur in paradiſum ſuarum delitiarum, vt in eo paſcamur, & delectemur inter lilia fragrantia virtutum genitricis ſuæ benedictæ: per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

(∴)

Virtus liliorum.

DE ALIIS QVINDECIM Aſſimilationibus B. virgin.

SERMO SECVNDVS.

In quo primum oſtenditur in creatione Mariæ, multa Dei attributa relucere: deinde ſimilitudines explicantur.

D*Eus oſtendet ſplendorem ſuum in te qui ſub cælo eſt*. Baruch 5 c. In creatione beatiſſimæ virginis Deus demonſtrauit ſuam potẽtiam infinitam. Tanto enim princeps Eccleſiaſticus, vel ſecularis maiorem potentiam ſe habere oſtendit: quanto maiora facta peragit. Et ideo Romani in hoc ſe habere magnam potentiam oſtenderunt: quòd vniuerſum orbem ſuo imperio ſubiugarũt. Vnde regnum eorum ferreum deſcribitur Dan. 2 ad innuendum quòd ſicut ferrum domat reliqua metalla, ſic ipſi ſibi ſubdiderunt omnia mundi regna.

Potentia ergo Dei infinita in hoc oſtenditur: quod ipſum regnum Romanorum cum toto orbe non vi armorum, ſed per ſimplicium & illiteratorum Apoſtolorum prædicationem ſtitui & fidei Chriſtianæ ſubegit. Magis tamen eius potentia in mundi creatione relucet. Omnes enim mundi principes cum omni ſua potentia nõ poſſent vel vnam paruulam formicam, aut vermiculum vnum creare. Vnde concludit beatus Thomas 1 parte ſummæ, q. 40 ar. 5. quod creare nõ poteſt eſſe propria actio niſi ſolius Dei. Et Auguſt. in 3 de Trinit. inquit, quod nec boni, nec mali Angeli poſſunt eſſe creatores alicuius rei. Et ratio eſt iſta, quia vt dicit magiſter in 2. diſt. 1. Creare eſt de nihilo aliquid facere sed cum inter nihil, & aliquid ſit infinita diſtantia: vt ait ſanctus Bonauentura in 4. diſt. 10. & Franciſcus de May. in quodam ſermone de corpore Chriſti. Ad hoc vt quis de nihilo poſſit aliquid agere, neceſſe eſt habere infinitam potentiam, quam non habent omnes aliæ creaturæ. Et ideo ſolus Deus potuit omnia de nihilo creare. Qui *dixit, & facta ſunt, mandauit & creata ſunt*. Pſalm. aut repeciul & ca. reuera de conſe. & diſt. 2 & c. fraternitatis 35 qu. 10. Ex quo patuit eius infinita potentia. Sed ſi magnam oſtendit potentiam in creando cœlum, & terram, angelosque cum aliis creaturis, multo maiorem oſtendit in creatione glorioſæ virginis Mariæ, quia ipſa eſt nobilior & excellentior omnibus creaturis ſimul, cum ad nobiliorem, & excellentiorem finem, & effectum ſit à Deo electa, & creata. Et ideo vt inquit ſanctus Bonauen. in 1. diſt. 44 & B. Thom. in 3 par. ſum q. 25 vt vlt. [Si omnes creaturæ, quantumcunque aſcenderent in gradibus nobilitatis, eſſent præſentes, omnes deberent reuerentiam matri Dei.] Ex hoc itaque quod Deus eam elegit & creauit, atq; tam altam, & magnam conſtituit, ſummam & infinitam potentiam ſuam demonſtrauit.

Secundo oſtendit ſummam ſapientiam ſuam in eodem opere. Magna etenim ſapientia in bellatore eſſe dignoſcitur, quando armis aduerſarij ſui eum vincit. Sicut ille diſputator qui aduerſarium ſuum per eaſdem rationes, & autoritates, quas ille ad defenſionem ſuam adduxerat, conuincit, magnam ſapientiam ſe habere oſtendit. Et idem eſt dicendum de pugnante in bello militari, qui hoſtem ſuum proprijs armis ipſius proſternit. Et ideo in hoc oſtendit *Deus* ſapientiam ſuam: quòd diabolum hoſtem ſuum, qui mediãte fœmina genus humanum ſibi ſubiecerat, etiam per fœminam voluit debellare, quæ fuit eius benedicta mater: quæ caput ipſius diaboli contriuit vt dictum fuerat Gen 3.

Summa itẽ ſapientia.

Tertio oſtendit ſuam benignitatem, clementiam, & condeſcenſionem. Magna enim benignitas eſt inclyti principis, quando ſe oſtendit affabilem, benignum, & domeſticum ſuis inferioribus & ſubditis: & quanto humiliores, & viliores ſunt illi quibus oſtendit familiaritatem & affabilitatem, tanto benignior iudicatur. Et propter hoc laudatur Chriſtus de benignitate: quia etiam cũ publicanis, & peccatoribus manducabat. vt habetur Matth 9 Item quia tam humaniter cum muliere Samaritana loquebatur: vt dicitur Ioan. 4. de quo diſcipuli eius mirabantur, vt ibidem dicitur, quod procedebat ſecundum Aug. & Chryſoſtom non propter mali ſuſpicionem aliquã, ſed ſtupebant quod tam ſapiens, & perſpicui ingenij, mulierem inopem, & Samaritanam alloqueretur. Sed ſuper omnem benignitatis ſuæ demonſtrationem, hæc fuit ſtupenda, & admirabilis clementiæ, & humilitatis oſtenſio, quod non ſolum homini voluit domeſticus fieri, ſed etiam

Oſtenditur etiam benignitas Dei.

aliorum

Digitized by Google

illorum obediētiæ ſubmitti, eligens hanc immaculatam virginem, cui vſque ad mortem obediret & non ſolum ipſi, ſed etiam ſponſo eius propter ipſam. vt habetur Luc. 2.

Oſtenditur excellentia Mariæ per hanc electionem.

Quarto oſtendit per hanc electionem ipſius benedictæ virginis ſingularem excellentiam, & vnicam prærogatiuam: Sibi enim ſoli conceſſit maximum priu legium omn bus priuilegiis excellentius, quæ vnquam ipſe Deus conceſſit, vel concedet tam Angelis, quam etiam quibuſcunq; puris hominibus, ſcilicet vt eſſet mater Dei. Ex quo apparet ipſius Dominæ noſtræ ſublimitas, & celſitudo ineffabilis, & incomprehenſibilis. Cū enim ſecundum logicos tria ſint genera correlatiuorum, ſcilicet æquiparationis, vt amicus, ſimilis & vicinus, ſuppoſitionis, vt filius, ſeruus, & diſcipulus; & ſuperpoſitionis, vt pater, & mater Dominus, & magiſter. Cum beata virgo ſit mater Dei, & Deus filius eius, & omnis filius ſit naturaliter inferior matre & ſubditus eius, & mater prælara, & ſuperior filio; ſequitur quod ipſa benedicta virgo ſit ſuperior Deo, & ipſe Deus ſit ſubditus eius, ratione humanitatis ab ea aſſumptæ. Et ideo de hoc loquens Bern. in quodam ſer. inquit: *iſta eſt beata virginis gloria, & excellens prerogatiua, quod vnum eundemque filium cum Deo patre meruit habere communem.* Et Ambroſ. ſuper Lucam ait: *Benegratia plena dicitur, quia gratiam, quam nulla alia habuit, à Deo conſecuta eſt, quia mater Dei eſt effecta.* Quare autem ad tantam ſublimitatem ſit eleuata, oſtendit Anſel. dicens: *Maria propter peccatores facta eſt mater Domini, quia ſanctior ea, caſtior, & humilior in genere humano nulla potuit inueniri.* Et Ber. in quodam ſermone inquit: *Non decebat Deum alia mater, quam virgo, nec virginem alius filius quam Deus: quia nec maior inter matres, nec maior inter filios naſci potuit.*

Oſtenditur Deũ eſſe perfectiſſimũ magiſtrum

Quinto beatam virginem mundo edidit Deus, vt oſtenderet ſe eſſe perfectiſſimum artificem, & magiſtrum. Ad hoc enim, vt quis ſit perfectus opifex, requiritur quod ſciat facere omnia pertinentia ad illam artem Ait enim philoſophus 6. ethi. *Ars eſt habitus quidam cum ratione vera faciendi.* &c. Quia igitur quatuor modis poteſt homo produci ſcil cet ſine viro & fœmina: vt Adam vel ſine fœmina de viro, vt Eua: vel de viro & fœmina, vt omnes homines communiter generantur, voluit Deus fabricare virginem ben. dictam: vt in ea conciperetur eius vnigenitus ſine viro: & ſic per iſtum quartum modum generationis ſe ſummum opificem humani gene. is declararet.

Sexto eam fabricauit, vt noſtræ indigentiæ ſubueniret Quia enim boni iudicis officium eſt aſſignare aduocatum orphanis, & miſerabilibus perſonis l. ne quicquam. § aduocatus. & § plerumque & § obſeruare ff. de of procon & le. & ff. de poſtu l. 1 § ait prætor. & l. prætor. p oſtendendum C. eod ti & ff. ex qui. cau maio. l. ab hoſtibus § ſed quod ſimp citer. & facit extra de off. iudi. c vb glo, Hoſt & alii doc. & ca. 1. vt l te non conteſta Vnde in conſtitutionibus regis Siciliæ cõtinetur, quod aduocatus fiſci teneatur patrocinari, & aduocare pro cauſis miſerabilium perſonarum: ideo Deus omnipotens videns miſerabilitatem humani generis, tanquam bonus iudex viuorum, & mortuorum, prouidit nobis de optima aduocata, fabricando hanc ſapientiſſimam virginem, vt apud ipſum pro nobis continue intercederet, & cauſas noſtras perorarет.

Ac vt regnum ſuum Regina ornaret.

Septimo ipſam fabricauit: vt regnum imperii ſui ex ornaret ornamentum etenim regni eſt habere non ſolum regem, ſed etiam reginam: & imperii; non tantum habere Imperatorem, ſed etiam imperatricem Vnde videmus quòd DEVS poſtquam creauit virum, dixit Gen. 2. [Non eſt bonum hominem eſſe ſolum; faciamus ei adiutorium ſimile ſibi & tunc creauit mulierē, quam ei matrimonio aſſociauit, & conſtituit eos reges terræ.] Ad ornamentum igitur regni terreni eſt, quod habeat regem, & reginam. Et propter hoc quando aliquis rex non habet vxorem, eius ſubditi plerumque ei ſupplicant, vt eam accipiat. Supernum ergo cœlorum regnum volens rex æternus, & Imperator omnipotens decorare, fabricauit hanc beatiſſimam virginem: vt illam regni, & Imperii ſui faceret dominam, & imperatricem: vt verificaretur prophetia Dauid Pſalm. 44. ei dicentis: *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate* Aſtitit enim beata virgo à dextris Dei: quia in potioribus bonis eius vltra omnes ſanctos poſt filium exaltata reſedit: & bene dicitur eſſe ornata veſtitu deaurato, quia eſt in cœleſti patria cum corpore glorificato: ex cuius ſplendore ſt lumen ſuum tota lucet ciuitas beatorum. Circundata autem eſt varietate gratiarum. Tantum vero differt gloria ipſius beatiſſimæ virginis a gloria aliorum beatorum, quantum ſol differt à cæteris luminaribus cœli.

Et quod amodo ſicut cætera luminaria illuſtrantur à ſole, ſic tota cœleſtis curia à glorioſa virgine lætificatur, & decoratur. vnde Bernardus in ſermone de aſſumptione eius inquit: [Gloria ſa

Digitized by Google

rioſa virgo dum cœlos aſcendit, etiam ſupernorum gaudia ciuium copioſis augmentis cumulauit. Nam ſi paruuli nec dum nati Ioannis anima lætefacta eſt, vt Mat a locuta eſt: quænam fuit illa exultatio ciuium ſupernorum, cum & eius audire vocem, & videre faciem, eiuſque beata perfrui præſentia meruerunt? Auguſt. quoque in ſermone de natiuitate virginis inquit: [Ipſum cœlum, quem penetraſti O virgo beata, necnon cuncta quæ in eo ſunt contenta, noua & ineffabili gloria decoraſti, prioremque eius gloriam vltra quam dici poteſt, tua præſentia magnifice ſti: noua & præcellenti tuarum virtutum dignitate irradians, immenſáque gratiarum tuarum luce perluſtrans.] Et iterum Bernard. in quodam ſer. inquit; [Mariæ præſentia totus illuſtratur orbis; adeo vt ipſa etiam cœleſtis patria clarius rutilet virgineæ lampadis illuſtrata fulgore.] Propter quæ omnia ipſi benedictæ virgini optime conuenire poſſunt verba Thematis noſtri, in quibus et prædixit propheta dicens: *Deus oſtendet* &c. Super quib⁹ alias 15. aſſimilationes per ſcrutabimur eidem Dominæ noſtræ conuenientes.

QVOD BEATA VIRgo ſit Niui ſimilis, Aſſimilatio 1.

Quare ſit feſtū niuis inſtitutum

SOlent aliqui curioſe inquirere, quare ſancta mater eccleſia ordinauit feſtum particulare ad honorem beatiſſimæ virginis 5. Auguſti propter vnum miraculum niuis ab ea factum in tali die. Cum non prætereat ſit momentum temporis, quod non illuſtretur multis, & quaſi infinitis miraculis eiuſdem intemeratæ matris Dei. Cauſa autem huius inquiſitionis originatur ex quadam Iuriſtarum ſententia dicentium, quod vbi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio l. à Titio ff. de verbo. ob. l. 1. C de libe. de præte. vel exhæ. c tranſlato de conſtit. & de ſimilibus idem debet eſſe iudicium. vt ait philoſoph. 2. Topicorum & no. in l. fetuis legatis. de leg. 3. & in l. non poſſunt. ff. de legi. & in l. ſi bellum. C de diuer. re & in l. loci § ſi fundus. ff. ſi ſerui. vend. & 2 q 1 c. multi in fi. & 1. q. 6 ca. qui ſentit. & in aut qu bus mo. na. effi legi §. I ceat igitur. Quapropter eis videtur, quòd eadem ratione deberét ab Eccleſia feſtiuari omnes illi dies, in quibus prodigia magna ipſius glorioſæ virginis videmus coruſcare. Quorum hæſitationi vo cas ſatisfacere [illegible] dicatur in l non omnium ff de leg. [Non omnium quæ à maioribus noſtris cōſtituta ſunt, ratio reddi poteſt] Tamē ſecundum paruam ingenij mei cognitionem videtur, quòd benedicta Dei genitrix voluit miraculum hoc niuis à nobis ſuper alia particulariter feſtiuari propter multam ſimilitudinem, quam ipſa habet cum proprietatibus niuis De quibus habetur in diuerſis ſacræ ſcripturæ capitulis: in quibus ipſa beatiſſima mater Dei aſſimilatur niui Maxime autem Dan. 7. vbi dicitur: *Antiquus dierum ſedit, veſtimentum eius album ſicut nix.* Deus enim qui eſt *antiquus dierum,* id eſt, ante omnes dies: quia eſt æternus, ſedit in vtero glorioſæ virginis, & in eo requieuit nouem menſibus: veſtimentum autem eius fuit album ſicut nix, quia ipſa virgo puriſſima quæ tanquam veſtimento circundedit eum ſuo ſacratiſſimo vtero, iuxta illud Hierem 31. *Nouum faciet Dominus ſuper terram, fœmina circundabit virum:* quæ eius diuinitatem texit, & induit ſua carne, fuit candidiſſima per innocentiam.

Solutio dubij.

Pro cuius veritatis declaratione tria myſteria contemplabimur de niue Primum erit de eius aſpectu Secundum de ipſius tactu. Tertium vero de illius effectu Quoad primum dico, quòd nix eſt aſpectu alba, pulchra, & diſgregatiua. Albedo autem, vt dicit Algazel in ſua phyſica; & ponitur etiam in li. de proprie. re. eſt color ex luce clara & multa in corpore perſpicuo generatus. vnde quanto in materia perſpicua eſt lux clarior, tanto albedo eſt intenſior, & nigro impermixtior Et cauſa huius albedinis in niue eſt frigidum, quia quando materia ſubſtantialiter eſt humida; & in illa dominatur frigiditas, generatum ex ea eſt album. Et vt dicit philoſophus 19. de animalibus. Nix generatur ex aere vaporoſo, declinante ad humiditatem aqueam: & hoc per frigidi actionē. Frigus enim albificat humidam materiam Virgo autem ſacratiſſima a ſuperna luce in ſuo corpore albedinē virginitatis habuit: quę aliter haberi nō poteſt iuxta illud Sap. 8. *Scio quod aliter continens eſſe nō poſſum, niſi Dominus dederit* Quod autem per albedinem ſignificetur virginitas, patet ſacræ ſcripturæ teſtimonio. Nam Apoc. 3. de virginibus inquit Dominus Ieſus: *Ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt.* Et eiuſdem libri 6. c. dicitur: *Datæ ſunt eis ſingulæ ſtolæ albæ.* Et 7 c. *Amicti ſtolis albis.* Beatam vero matrem Dei ſine virginitatis violatione concepiſſe, & peperiſſe filium ſuū, probatur per illud quod de ea prædictum fuerat Eſa. 7 vbi dicitur. *Ecce virgo concipiet & pariet filium,* &c. Nec obſtat hæreticorum ſiue philoſophorum oppoſitio, dicentium, quod duo corpora non

Per albedinem ſignif. virginitas

Digitized by Google

ta non poſſunt eſſe in eodem loco, 4 phyſico. Ergo Chriſtus exiens de ventre matris, debuit frangere clauſtrum ſuæ virginitatis. Quia reſpondetur, quod iſte exitus fuit miraculoſus, & non naturalis: vel ſecundum beatum Thom. in 4. di. 30. ar. vl. reſpondetur quòd Chriſtus naſcens, habuit dotem ſubtilitatis. vnde Auguſtin. inquit: *Sicut Chriſtus exijt de ſepulcro clauſo; ita natus eſt de virgine, clauſo virginitatis clauſtro.* Beda quoque ſuper Lucam ait: *Sicut Chriſtus in ſumma pace natus eſt, vt ſe pacem diligere oſtenderet; ita de virgine naſci voluit, vt virginitatis decus ſibi gratiſſimũ eſſe monſtraret. Is ergo qui virginitatem in ſe ſeruauit, matrem virginem habere voluit. Putatiuum patrem Ioſeph virginem conſeruauit: Ioannem Baptiſtam præcurſorem ſuum, & Euangeliſtam ſibi familiarem cuſtodiuit virgines. Sæpe illud propheticum in ſe replicans: Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabit.* hæc ille. Dico etiam quod per albedinem niuis figuratur innocentia & puritas ipſius immaculatæ virginis, quæ nunquam fuit maculata, vel denigrata per aliquod peccatum. iuxta illud Can. 4. *& macula non eſt in te.* Erubeſcant ergo illi, qui hanc niuem candidiſſimam, nigram quandoque fuiſſe oſtendere conantur: Qui eius albiſſimam animam, nigredine peccati deturbatam affirmare non verentur, cũ propheta in verbis præallegatis dicat de Chriſto: *Veſtimenta eius alba ſicut nix*; & nõ nigra ſicut coruus. Nos vero candidiſſimam Dominam noſtrã denigrare abhorreſcentes; eius innocentiã quantum poſſumus veneremur, & in iſta niue nos ab omnium criminũ nigredine dealbare conemur: vt verificetur de nobis illud Pſal. 67. *Niue dealbabuntur in Selmon.* Selmon enim ſecundum Hieronym. interpretatur viſitur ſobrium baculum, & ſignificat ipſam virginem benedictam: ſub cuius puritatis & ſanctitatis vmbra peccatores dealbantur. Recurre ergo peccator ad patrociniũ beatæ virginis. Requieſce ſub vmbraculo ſuæ pietatis, & dic ei illud Pſal. 50 & Idiot. e. cum exaudiero, ſcilicet: *Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.* Secundo nix eſt aſpectu pulchra, & propter albedinem, vnde cum videmus iuuenem album, dicimus: O quam pulcher iuuenis. Et mulieres lauant faciem, vt fiat alba, & ipſæ dicantur pulchræ. Sacra etiam ſcriptura cum aliquid pulchrum vult inſinuare, comparat illud niui. vnde Matth 17. de pulchritudine veſtium Chriſti in transfiguratione eius inquit Euangeliſta: *Veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix.* & Mar. 11 dicitur: *Veſtimenta eius candida nimis ſicut nix.* Et Apoc. 1 *Caput eius, & capilli eius tanquam nix.*

Item puritas, & innocentia.

Item pulchritudo.

Non immerito igitur niui comparatur beatiſſima virgo propter ſuam pulchritudinem, de qua ſatis diximus in ſecunda parte principali huius operis. ſerm. 4. Ita enim fuit pulchra, quod nulla mulier quantacunque decorata fuerit formoſitate, in eius comparatione videretur pulchra. Non Europa ob cuius pulchritudinem, vt dicunt quidam, tertia pars mundi dicitur Europa: Non Meduſa: quæ ſe aſpicientes reddebat immobiles, vt fabulæ referunt poetarum: Non Iola: cuius amore inſaniuit Hercules. Non Deianira, propter quam bella geſſerunt Achelous, & Hercules. Non Argia: quam tam ardenter amauit Polynicus Oedipi rex Thebarum. Nõ Penteſilea, in cuius faciem totus intuebatur exercitus, tanquã in ſpeculum; nam quaſi ſol videbatur in terris. Non Polyxena, quæ ad ſuum amorem traxit Achillem fortiſſimum. Non Helena Græca, propter cuius pulchritudinem originem habuerunt bella Troiana. Non Dido Sidonia, quam tantũ amauit Sichæus Herculis ſacerdos. Non Lauinia filia regis Latini, cuius amore captus rex Turnus, tot bella geſſit cum Troiano Ænea. Non Lucretia Romanorum mulierum decus. Non aliqua mulier Hebræa: etiam ex illis, quæ in ſacra pagina dicuntur fuiſſe pulchræ nimis, id eſt, valde. Sic enim ſæpe exponitur in diuinis ſcripturis. vt ib: *Nimis honorati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum.* Pſal. 138. Et etiam ita exponitur ſecundum leges, vt no. in l. in Teſtamento. C. de ſuis, & legi. & in l. 3. C. de hære actio. Omnes igitur pulchritudines quæ fuerunt tam in viris quam in mulieribus; ſunt nihil in comparatione formoſitatis Chriſti, & matris eius: quæ de ſeipſa inquit Eccleſiaſtici 24. *Ego mater pulchræ dilectionis.* vbi gloſſ. ait: *Pulchra mater dicta eſt quæ pulchritudine concepit filium, &c.* Eſt ergo vt nix, beata propter pulchritudinem, iuxta illud Threnorum 4 [Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, ſapphiro pulchriores.] Legitur autem quod prædicantibus Apoſtolis, & aliquos non valentibus conuertere, mittebant eos ad beatiſſimam virginem, qui admirantes formoſitatem benedictæ matris Dei, & eius ſapientiſſima eloquia, conuertebantur ad fidem, cognoſcentes illum eſſe verum Deum, qui tanta pulchritudine renitentem fecerat matrem ſuam. Ipſam enim formoſiſſimam virginem ad nos deſtinauit Deus, vt cunctis populis oſtenderet pulchritudinem eius Heſter. 1. Tertio nix eſt aſpectu diſgregatiua ſcilicet viſus, & hoc etiam eſt ratione albedinis. Albedo enim eſt diſgregatiua viſus, vt dicitur in lib. de ſenſu & ſenſato. Et ideo

Digitized by Google

eod.li.de propriet.re.ſic ſcriptum eſt: *Nix candore ſuo, & pulchritudine, ad ſui aſpectum oculos intuentium prouocat: ſed ſi nimis diu aſpicitur, ſpeciem viſibilem diſgregat, & immutat*, hæc ibi. Sicut igitur ſi quis longo tempore fixis oculis aſpiciat niuem, ſibi immutat ſpiritum viſibilem, & ei generat vertiginem quandam: ita vt poſtea non bene diſcernat, nec capiat voluptatem ex alicuius rei pulchræ aſpectu: ſic beatæ virginis aſpectus erat diſgregatiuus viſus: ita quantumcunque quis eſſet libidinoſus, ſi in eam aſpiciebat, ſtatim ardor concupiſcentiæ & libidinis ab illo diuertebatur: ſecundum quòd inquit Alexan. de Ales in 3. parte ſummæ tractatu, de ſanctificatione beatæ virginis, q. 8. Et ſanctus Bonauentu. in 3 ſen. diſt. 3. Hoc autem procedebat multis ex cauſis, de quibus tractauimus in 2. parte principali huius operis ſerm. 5 parte 7. Quidam enim radii, quaſi ſolares ex eius vultu lucidiſſimo coruſcabant, ita vt eam fixis oculis nemo poſſet intueri, vt ibidem diximus. Nec mirum: Si enim Deo apparente in nube ſuper montem Sinai, & loquente cũ Moyſe: non poterat ipſe Moyſes intueri abyſſum claritatis eius: ſed ponebat velamen ſuper faciem ſuam Exod. 34. multo minus poterant homines intueri claritatem beatiſſimæ virginis, in qua erat Deus, non in nube, ſed vt in matre, quæ erat illa ſtella fulgentiſſima, de qua ortus eſt ſol æternæ claritatis. Et hoc etiam dicit Nico. de Lyra ſuper Matth. ca. 1. allegans ſimilitudinem vultus Moyſi: cuius claritatem non poterat intueri populus Iſrael, quando locutus fuerat cum Deo; ſicut recitat Pau. 2. Cor 3. Multo itaque magis radiabat virginis beatiſſimæ facies, quæ nouẽ menſibus Deum portauit in vtero, & ideo erat concupiſcentiæ diſgregatiua. Poſſumus quoque dicere, quòd hoc etiam procedebat ex diuina virtute. Experientia enim teſte videmus quòd dæmonum fallacia, & incitatione, ſæpe viri quidam contemnunt vxores ſuas pulcherrimas, & earum pulchritudine non mouentur ad concupiſcentiam, ſed potius ex aſpectu concubinarum turpium. Multo igitur magis potuit hoc Deus in bono operari in virgine, vt eius pulchritudine nemo ad concupiſcentiam concitaretur, ſed potius diſtraheretur. Dicũt ergo quidam deuoti doctores, quod inſpicientes beatam virginem remanebant, vt attoniti ex eius claritate. Videmus enim quandoque aliquem ita occupatum, & abſtractum in aſpectu alicuius figuræ, vt non ſentiat etiam ſi vocetur. Mouebat etiam honeſtas ipſius benedictæ virginis etiam laſciuorũ hominum mente ad bene viuendum inducebat. Mulier enim ſiue pulchra, ſi bene morigerata fuerit, bonos incitabit ad deuotionem ampliorem, malos autem plerumque ad compunctionem. Ad quod facit exemplum, quod retulit pater, frater Ludouicus de Vincentia ordinis noſtri, dicẽs quod in quadã naui ex vna parte erant duo fratres minores: ex alia vero erat quædam meretrix cum multis ſcholaribus, qui per Padum ibant à Ferraria Paduam in qua quidem naui dicta meretrix cum ipſis ſcholaribus diſſolutiones multas faciebat. Mox autem, vt ſemel intuita eſt illos fratres honeſte ſtantes, & deuote in ipſa naui, magno rubore dimiſit in ima oculos, & nunquam poſtea auſa eſt illos leuare. Scholares vero hinc inde ipſam ſtimulantes, nutibus increpabant, ipſa autem eos reprehendebat, & hortabatur vt attenderent, & imitarentur prædictorum fratrum honeſtatem: Poſtea vero applicata naui ad littus hora veſpertina cũ hoſpitati fuiſſent apud quendam indeuotum hoſpitem, & nec dum pranſi fratres, etiam de cœna diffiderent: Meretrix illa ad ſe vocauit hoſpitem: & dixit, vt fratres ipſos bene tractaret, quia de ſua pecunia omnia ſolueret, quod ille protinus fecit. Videntes autem fratres tantam abundantiam eſcarum, timuerunt ne hoſpes ſpe lucri iſta eis tam copioſe miniſtraret. Quibus non audentibus comedere: quia non habebant vnde ſoluerent, dixit hoſpes prædictus: Nolite timere: nam illa meretrix omnia ſe ſoluturam promiſit, quæ in naui vobiſcum fuit. Tunc fratres Deo gratias referentes, cibum ſumpſerũt. Poſtea vero completo prandio ſiue cœna, prædicta meretrix, velut altera Magdalena lachrymis madefacta, venit ad eos dicens: O patres: O Angeli Dei: O ſerui Ieſu Chriſti fideles: benedicti vos à Domino, qui me honeſtate veſtra reuocaſtis à carnis meæ putredine. vnde poſt fratrum monita, pœnitentiam egit. O ſancta honeſtas: tu es illa de qua dicitur *Eccleſiaſt.* 28. [Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata:] gratia ſcilicet honeſtatis in ſe, & ſuper gratiam in aliis libidinem extinguendo: ſicut fuit in virgine benedicta. Et ideo inquit Ambro. in 2. libr. de virginib. [Sit nobis tanquam in exemplari deſcripta virginitas, vitaque Mariæ, de qua veluti à ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis: hinc ſumatis licet exempla, vbi tanquam in exemplari magiſteria ſunt expreſſa probitatis, quæ quid corrigere, quid fugere, quid tenere debeatis, oſtendunt. Quid nobilius Dei matre: quid ſplendidius ea, quam ſplendor elegit? Quid caſtius ea

quæ

Digitized by Google

quæ ſine contagione generauit? nam de ceteris virtutibus eius quid loquar? Virgo erat non ſolum corpore, ſed etiam mente, quæ nullo doli ambitu, ſincerum adulteraret affectum, corde humilis, verbo grauis animo prudens, loquendi parcior, diſcendi ſtudioſior, non in incerto diuitiarum, ſed in prece pauperis ſpem reponens; Intenta operi, verecunda ſermoni; arbitrum mẽtis ſolita, non hominum quærere, ſed Deum: nullum lædere omnibus bene velle, maioribus aſſurgere, æqualibus non inuidere, fugere iactantiam; rationem ſequi, amare virtutem. Quando iſta vultu læſit parentes, quando faſtidiuit humilem; quando deriſit debilem, quando vitauit inopem? Eos ſolus cœtus virorũ inuiſere ſolita erat, quos miſericordia non erubeſceret, neque verecundia præteriret. Nihil toruum erat in oculis eius; nihil in verbis procax; nihil in actu inuerecundum, non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non vox petulantior, vt ipſa corporis ſpecies ſimulacrum fuerit mentis, & figura probitatis. Bona quippe domus, in ipſo veſtibulo debẽt agnoſci. Vt primo prætendat ingreſſu, nihil intus latere tenebrarum. & mens noſtra nullis repagulis corporalibus impedita; tanquam lucerna, lux intus poſita foris luceat. Quid ergo exequar ciborum parſimoniam, officiorum redundantiam, alterum vltra naturam ſuperfuiſſe, alterum vero ipſi naturæ defuiſſe. Illic in illa, tempora intermiſſa, hic congeminatos ieiunos dies. Et ſi quando voluntas ſucceſſiſſet, cibus plerumque erat obuius qui mortem arceret, non delitias miniſtraret. Dormire non prius cupiditatis, quam neceſſitatis fuit: & tamẽ cum quieſceret corpus, vigilabat animus: qui frequenter in ſomnis aut lecta repetit, aut ſomno interrupta continuat: aut diſpoſita gerit, aut gerenda diſpoſuit. Prodire domo neſcia, niſi cum ad Eccleſiam conueniret Et hoc ipſum cum parentibus, & propinquis. Domeſtico operoſa ſilentio, forenſi ſtipata comitatu, nullo meliore tamen ſuo cuſtode, quam ſeipſa in inceſſu, aſpectuque venerabilis: quam gradum virtutis attolleret &c] Et infra: [Sic Maria intendebat omnibus, quaſi à pluribus moneretur; ſic omnia implebat virtutis officia, vt non tam diſceret, quam doceret. Talem Euangeliſta monſtrauit: talem Angelus reperit: talem ſpiritu ſanctus elegit. Quid in ſingulis morer? hanc parentes dilexerunt; extranei prædicauerunt, quæ digna fuit ex qua Dei filius naſceretur.] Hæc Ambroſius: Alia etiam ex cauſa non fuit concupita; quia pulchritudinem ſuam quantum poterat occultabat, & membra ſua optime cooperiebat.

Nam honeſtæ veſtes quæ corpus bene tegunt: præſeruant à concupiſcentia. Econtra vero veſtimenta inhoneſta, & ornatus meretricius eſt cauſa concupiſcentiæ. Nam videntes iuuenes mulierem ſic indutam, arbitrantur eam eſſe meretricem, vel habere animum fornicandi. Talis enim quiſque eſſe præſumitur, qualem eum veſtes indicant. l. item apud Labeonem. § ſi quis virgines ff. de iniuriis, exteriora namque demonſtrant interiora. l. Fulcinius. §. illud ſciendum. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur. & §. cernos Inſtit. de rerum diuiſione. l. naturalem. §. in his. ff de acquir. rerum do. Et ideo eam concupiſcunt: quia ſperant illam ſuæ maledictæ voluntati conſenſum præbituram. O igitur fœmina vana, rete diaboli, O mulier laſciua, O beſtia infernalis O iuuenca fœtida. vt quid oſtendis pectus, ſpatulas, & mamillas? Quare ſic infaſciata incedis? Cur ſic inhoneſte veſtiris, quare faciem tuam depingis, quare ipſam lixas, cur pellem extendis: cur membra tua oſtendere hominibus quæris, niſi vt omnes ad concupiſcentiam tuam prouoces, niſi vt illorum animas capias, niſi vt eas tecum ad infernales cruciatus perducas? Si enim non haberes carnes venales, non portares eas ad macellum. Sicut ergo ſignum vini, vel alterius rei venalis, facit bonam præſumptionem iuris, quod talia ſunt venialia. l. nec emere. C. de emp. & ven. ſic tua inhoneſtas, & expoſitio, ac publica oſtenſio carnium tuarum inſinuat quod in animo es corrupta, & carnes ipſas venales habes Abſconde igitur nuditatem tuam, cela carnes tuas, & fuge virorum conſortia: exemplo virginis de qua inquit Ambroſ. ſuper Lucam: [Diſcite virgines non circumcurſare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miſcere ſermones. Maria in domo ſera,] &c. O igitur fœminæ diſſolutæ, O pictrices facierum, O platearię, O balneariæ, O mulieres inhoneſtæ, quæ totum ſtudium veſtrum poſuiſtis in demonſtratione veſtræ pulchritudinis, an neſcitis quod ille theſaurum ſanctæ virginitatis amittere cupit, qui illum frequenter in publico gerit.

Capite ergo exemplum beatiſſimæ virginis, de qua inquit Ambroſius vbi ſupra, quod videri frequentius in publico diſplicebat, & ideo neminem ad concupiſcentiam prouocabat: ſicut tu balatrina impudica facis, quod eſt maximum peccatum, & grauiſſima pœna

Digitized by Google

cruciandum. Noli igitur amplius tot Chriſtianorum animas illaqueare, & precioſum ſanguinem Ieſu Chriſti conculcare impudicitiis tuis. Sed exemplo beatiſſimæ virginis induere veſtimentis albis honeſtatis. Et ſic non incitabis aliquem ad libidinem, ſed vnuſquiſque ſeruabit de te illud Prouer 6 *Non concupiſcet pulchritudinem eius cor tuum* Et Eccleſiaſt c. 25. *Non concupiſces mulierem in ſpecie*. Noli ſic frequenter morari in porta, ſic libenter prodire ad ſpectacula, conſiderans quod Dina filia Iacob, quia ad videndum mulieres regionis perrexit, quia in publico apparuit, quia pulchritudinem ſuam oſtendit, proſtituta fuit Geneſ. 34. Et ideo te hortatur propheta Hierem c. 3 exclamans, & dicens: *Reuertere virgo ad ciuitates tuas* id eſt, ad conſcientiam in camera tua, ſicut faciebat intemerata virgo Maria. Secundum myſterium de niue eſt de ipſius tactu. Pro cuius declaratione dico, quod nix eſt tactu frigida, poroſa, & elapſiua. Quod ad primum nõ oportet venire ad probationem, quia quod patet expreſſe, non eſt probare neceſſe. c. euidentia. de proba l ea quidem C de accu Manifeſtum eſt enim niuem eſſe frigidam quæ etiam frigeſcere facit manum tangentis Vnde dicitur Eccleſiaſt 43 *Ventus aquilo flauit aquam frigidam*. id eſt, niuẽ. De qua dicitur Prouer. 25. *Sicut frigus niuis*, &c. Et eiuſdem li vlt. ca. dicitur: *Non timebit armis ſua à frigoribus niuis*. Beata igitur virgo frigida fuit, id eſt, humilis: Homines enim frigus habentes vadunt ſtrictis humeris, capite flexo, & humiliter in manibus ſufflant. Vnde gloſſ. ſuper illud Apoc 3. *Vtinam frigidus eſſes* &c. ait: *Seruum ſibi idoneum Dominus frigidum optat, vt frigore nuditatem agnoſcat, & panni indigere ſe ſciat, & humilis reddatur ad poſcenda veſtimenta & tegumentum nuditatis*. Videmus enim quod pauperes humilius eleemoſynam petunt tempore frigoris, quam in æſtate. Dicunt enim intra ſe tempore æſtatis: Si non inuenero in ciuitate panem, ibo extra, & comedam fructus agrorum. In hyeme autem non ſunt fructus in agris, nec audent demorari in plateis propter frigus, maxime quãdo ſunt male induti. Et ſic inſtantius, & importunius petunt eleemoſynam tempore frigoris. Frigus namque humiliat non tantum pauperes, ſed etiã diuites, quos aliquando delectat aptare ignem, & apponere ligna ſub ferculis. Dicite O fœminæ lixatæ, & ſcolaræ, nunquid in hyeme libenter cooperitis nuditatem veſtram? & quid pergebatis in æſtate inceſſu maturo, & graui ac faſtu pleno? In hyeme celeriter properatis. Frigida ergo fuit benedicta virgo, id eſt calore ſuperbię vacua, ſed frigore humilitatis plena: quæ tam humilis fuit, vt nullibi legatur, quod ſe matrem Dei appellauerit, non reginam, non dominam, ſed ancillã, di. *Ecce ancilla Domini* Luc. 1. Secundo nix eſt poroſa, tanquam ſpõgia ſuſceptibilis aquarum: & hinc eſt quod magna niuium quantitas ſi prematur reducitur ad modicam quantitatem. Et ſimiliter poroſa fuit beatiſſ. virgo, quæ tantam gratiarum imbre ſuſcepit: vt ex eius abundantia omnis creatura repleta ſit. Vnde Bern exponens illa verba cantici virginalis: [Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes;] ait [Ecce intuentis eſt aduerbium & demonſtrantis; ac ſi dicat: Ecce iam video, quid futurum ſit de me. Quis fructus procedet ex me, quæ & quanta bona non mihi ſoli, ſed omnibus generationib prouenient ex me Nam & angelicarum generationũ numerus per meum genitum redintegrabitur, & hominum generatio in Adam maledicta, per ventris mei fructus benedictionem, ad æternam generationem regenerabitur] hæc ille O igitur virgo omnium gratiarum capaciſſima: quæ illũ in ſe ſuſcepit, quem totus mundus non capit: quæ illum continuit, qui magnitudine ſua omnem cœlorum capacitatem excedit, quæ tantam infuſionem gratiarum recepit, quod nunquam aliqua pura creatura ſimilem habuit, vel habebit. Ait enim Hieron. in ſermone ad Euſtochiũ: [Cæteris per partes gratia præſtatur: Mariæ vero tota ſe infudit gratiæ plenitudo] Tertio nix eſt elapſiua. Si enim de niue corpus bene ſphæricum formaueris, cito elabitur è manibus: vel pila diu palmis tractata liqueſcit. Quæ quanto fortius ſtringitur, tanto citius elabitur, vel in aquam ſe conuertit Et ſimiliter benedicta virgo de contrectantium manibus elabitur, quia ſua magnitudine ſcriptores ſuarum laudum elaborant, & nec quidem minimam partem ſufficienter tractare ſeu exprimere poſſunt. Nam de illius geſtis dici poteſt illa legalis ſententia, quod plura ſunt negocia, quam vocabula. l. 3 §. negocia. ff. de neg. geſt & l. hæc verba. ff de præſcrip. ver. Et ideo ſi omnes oratores, & poetæ qui fuerunt, & erunt, adeſſent, & de ipſius virtutibus & excellentiis ſcribere vellent, in elucidando vel vnam de prærogatiuis, verificaretur illa Mantuani poetæ ſententia in 1. Æneid. ſ. *Ante diem clauſo componet veſper olympo*. Si enim tota maris arena, & aqua ſe in linguas conuerteret, ſi ſol a arborum loquerentur, ſi omnes creaturæ loqui poſſent, & laudare Beatam Virginem vellent, & ſi omnes Beati Spiritus, & ſancti DEI eius dignitatem, & excellentiam ac gloriam exprimere attentarent,

Poroſitas niuis capacitatẽ gratiarum Mariæ ſignat.

Elabilitas niuis, Mariæ inexplicabiles laudes ſignificat.

Digitized by Google

rent, non valerent ad plenum explicare, nec attingere laudes conuenientes illi, quæ Deum parere meruit. Et ideo eximio prophetarum Dauid licet dicere Pſalm. 44 *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.* Tamen in laudibus beatiſſimæ exprimendis ſe inſufficientem confeſſus eſt dicens Pſalm. 82. *Deficit anima mea in atrijs Domini.* Ipſa enim ſacratiſſima virgo dicitur in ſacra ſcriptura atrium Dei, vt declarauimus in tertia parte principali huius operis, ſermone 5. parte 5. Ego vero in hoc opere fatigatus, dico cum B. Iob libri eius cap. 19. *Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei?* quos ſcilicet præ nimia ſublimitate, & copioſitate virtutum beatæ virginis proferre non poſſum. De quibus non immerito dicere valeo illud Ioan. vltimo. *Nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt libros.* Ex quibus omnibus patet, quantum ille ſit deceptus, quamque paruus de glorioſæ virginis excellentia, & virtutibus informatus, qui omne quod de illa dici poteſt, ſeptem ſe aſſerit poſſe explicare ſermonibus

Sicut nix terram, ſic Maria terrenos impinguat.

Tertium myſterium eſt de niuis effectu. Nix enim habet plures effectus, qui ponuntur in libro decimoptimo de proprietatibus rerum in cap. de niue, quorum ſolum referam & declarabo ſeptem, propter ſeptem virginis ipſius gaudia, & erunt tanquam ſeptem theſauri: de quib. dicitur Iob. 28. *Nunquid ingreſſus es theſauros niuis?* Quantum ad primum effectum, ſic dicitur ad litteram in prædicto libro de proprietatibus rerum: *Ex mora niuis ſuper terram humus impinguatur. Sua enim frigiditate poros terræ claudit: vnde reuocato calore ad interiora radicũ et ſeminum, fit humorum interiorum attractio ad radices, & ipſorum inuiſcatio, ex qua terra impinguatur: vnde nix herbas malas & ſuperfluas mortificat, & attenuat: bonas vero nutrit, & impinguat.* hæc ille. Et ſimiliter beata virgo impinguat terram. i. nos terrenos, qui eramus macilenti præ penuria panis cæleſtis, qui nondum erat in terram deſtinatus, quem ipſa nobis oriri fecit. Vnde ipſe fructus ventri virginalis inquit Ioan 6. *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.* De quo benedicto pane comedimus, & impinguati ſumus: ſicut Pſal. prædixerat dicens, Pſalm 64 *Pingueſcent ſpecioſa deſerti, & exultatione colles accingentur.* Beata igitur virgo, non fuit ſicut illæ niues, quæ corruperunt ſegetes de quibus in l. fiſtulas § ſi ff. de contrahen. emp. Sed fuit illa nix quæ à Deo miſſa eſt in mundum, vt ſua cooperatione veſtiret, & impinguaret terram humanæ generationis. Vnde de Deo inquit propheta Pſalm. 147. *Qui dat niuem ſicut lanam.* Hæc eſt illa quæ quemlibet ſuum deuotum impinguat conſolationibus diuinis. Ad quod applicari poſſet illud Eccleſiaſt vigeſimoſexto: *Gratia mulieris ſedulæ delectabit virum ſuum, & oſſa illius impinguabit.*

Sicut nix omnia &c. fœtida, ſic Maria turpitudinem vitiorũ noſtrorum tegit.

Secundus niuis effectus ponitur in prædicto libro de propriet. rerum. vbi ſic dicitur: *Nix etiam ſua præſentia loca fœtida, & ſimalia, & ſterquilinia tegit, & occultat.* Et ſimiliter beatiſſima virgo occultat turpitudinem delictorum noſtrorum, dum eius interuentu veſtimur indumento innocentiæ, & ſanctitatis, quod ipſa nos aſſumere hortatur, dicens illud Apoca. 3 *Veſtimentis albis induaris, vt non appareat confuſio nuditatis tuæ.* Peccatori enim dixit Deus Hieremi decimotertio: *Nudaui femora tua contra te.* In cuius ſignum Adam, & Eua poſt peccatum ſe nudos cognouerunt & erubuerunt Geneſ. 3 Sicut autem illi nudi fuerunt per eũ pomũ; ita econtrario virgo benedicta veſtita fuit per innocentiam. Vnde de ipſa inquit Dauid Pſalm. 44. *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato* &c. Et quia ſic eſt bene veſtita, etiam nos veſtit de ſua ſuperabundantia. Quapropter de ſuis deuotis dicitur Prouerb. vltimo: *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus,* & ipſa eſt indumentum noſtrum, ſicut in verbis præallegatis oſtendit Pſalm. dicens: 147 *Qui dat niuem ſicut lanam* i. beatam virginem, ſicut noſtræ nuditatis tegumentum.

Sicut nix veſtigia ferarum ſic Maria inſidias diaboli manifeſtat.

Tertius niuis effectus ponitur prædicto li. de proprie rerum. vbi ſic dicitur: *Item nix feris, & animalibus nocumentum præſtat. quia eorum tegit paſcua & veſtigia manifeſtat: vnde tempore niuis feræ à venatoribus de facili capiuntur* Et ſimiliter virgo benedicta nobis dolos, ac inſidias, & machinationes diaboli manifeſtat, vt in laqueũ cadat, quem noſtris parauerat pedibus: vt de quolibet noſtrum deuincente diabolum virtute & interuentu ipſius virginis dici poſſit illud 2. Regum 23. & 1. Paral. 9 *interfecit leonem in medio ciſternæ tempore niuis.* Quartus niuis effectus ponitur in eodem libro de propric. rerum. vbi ſic dicitur: *Item nix vi caloris reſoluta terram imbuit, remollit, & inebriat, quam ante reſolutionem frigiditatis ſuæ coarctatio eam in ſua ſuperficie fortius indurabat. vt dicit Gregor.* hæc ibi. Et ſimiliter beata virgo ſuo exemplo nos duros, id eſt fortes, & conſtantes facit contra tentationes mundi, carnis, & diaboli, dicens nobis illud quod canit Eccleſia in officio Apoſtolorum: *Eſtote fortes in bello* &c. Et poſtquam victores euaſimus, vi ſuæ charitatis nos liquefacit, & inebriat deuotione vt Pſalm. prædixit de nobis, Pſalm. 35. *Inebriabuntur*

Digitized by Google

militatem &c. vbi Bern. ait: *O vera humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitã mortalibus edidit, cælos innouauit, mũdum purgauit, & animas hominum à morte liberauit. Facta eſt Maria humilitas ſcala cæleſtis, per quam Deus ad terram deſcendit, virgo quidem virginitate placuit, ſed humilitate concepit* hęc ille. Nam humilitas ipſius benedictę virginis ſuper omnia Deo placuit: vnde tui. ex humilitate facta eſt mater Dei, cũ dixit: *Ecce ancilla Domini* &c. Luc. 1. vbi Caſſiodor. inquit: *Erubeſcant elati, vbi in locum credunt habere ſuperbiã, cum cælum, & terram ab humilitate videant occupatos?* Dicitur etiam ſcala, quia per ipſam Angeli ad noſtram protectionem deſcendunt, & gratiæ diuinæ per eam nobis donantur: & non niſi per hanc ſcalam cælum ſcandere poſſumus. Vnde inquit Bern. *O virgo ſcala ſublimis: quam in ſublime verticem ſanctum erigis vſq; ad ſedentem in throno; & vſq; ad Dominum maieſtatis ô quam in altum mittis radicem humilitatis.* ... *ui profectò ſcala Dominus innixus eſt: quia nihil nos Deus habere voluit, quod per Mariæ manus non tranſiret: & nihil ex operib. noſtris ſibi eſſe gratum, niſi per manus Mariæ offeratur. Ideo modicum illud quod Deo offerre deſideras, gratiſſimis Mariæ manibus cura tradere, ſi repulſam non vis habere* hæc ille. Hoc etiã patet exemplo quod legitur in chronicis noſtris. ſ. quòd quadam die ſanctus Franciſcus vidit duas ſcalas, vnam rubeam, cui Chriſtus innixus erat, & aliam albam in qua virgo erat. Et cum admoniti beati Franciſci fratres ſcalam rubeam aſcendere conarentur, dũ ire inciperent, retro multi cadebant, & aſcendere non poterant; de quo ſanctus Franciſcus flendo dolebat. Cui Chriſtus dixit. Fac vt fratres tui ad matrem meã currant, & ad ſcalam albam, atque per eam aſcendant. Tunc beatus Frãciſcus exclamare cœpit dicens: Currite fratres ad ſcalam albam, & aſcendite per eam. Quod facientes fratres, à beata virgine læta facie ſuſcipiebantur, & in cælum cum facilitate aſcendebant.

QVOD BEATA VIRGO dicitur mare: Aſſimilatio. 3.

SIcut declaraui in tertia parte principali huius operis, ſermone 2. parte. 2. Beata virgo dicitur Maria, à mari, quia habet in ſe proprietates maris. Hic autem addere poſſumus: quòd ſicut in mari, vt dicitur in libro de proprietatibus rerum, ſunt duo vapores. ſ. humidus & ſiccus, ſiue ſubtilis, & groſſus, & per motum & agitationem vndarum pars ſubtilior reſoluitur, & remanet groſſior, quæ virtute ſolis calefacta fit ſalſa, & aduſta efficitur amara. Sic in beata virgine fuerunt duo vapores, id eſt amores erga filium, Vnus naturalis ad illius humanitatem, qui erat vt vapor groſſior. Alius ſpiritualis ad ipſius diuinitatem, qui erat vt vapor ſubtilior. Et ſecundum hoc habebat de eo duas conſolationes, vnam ſecundum ſenſualitatem, aliam vero ſecundum rationem. In paſſione autem filij ſui propter motum, & agitationem vndarum id eſt afflictionẽ, & vexationem pœnarum, & dolorũ Chriſti pars ſubtilior, id eſt conſolatio ſecundum rationem videbatur reſoluta: abundabat autem in ea vapor groſſior, id eſt affectio naturalis, quæ intantum calefacta eſt, & aduſta calore ſolis, id eſt feruore cruciatus & mortis Chriſti, qui eſt ſol iuſtitiæ; vt tota facta ſit amara. Vnde Iob 41. capitulo dicitur: *Ferueſcere faciet ſicut ollam profundum maris*, id eſt cor virginis: quod quantum feruebat amore, tantum vrebatur dolore. Et ideo ipſa ad modum ollæ bullientis extra fudit aquas lachrymarum.

Sed notandum quòd dicitur in prædicto libro de proprie. re. ſecundum philoſophum in lib. de animalibus, quòd à mari poteſt abſtrahi ſalſedo. Nam ſi homo acceperit vas cereum nouum crudum, & clauſerit eius orificium, & miſerit ipſum vacuum in mari: aqua maris in eo intrans efficietur dulcis. Iſtud vas cereum nouum, & crudum fuit corpus filij virginis poſt reſurrectionẽ. Per ceram enim quæ mollis eſt, intelligitur eius caro delicatiſſima, quæ noua erat inquantum erat nouitate incorruptibilitatis & immortalitatis induta. Dicitur autem huius caro cruda, quia omnis decoctio pœnalitatis, & paſſionis prætcritæ ab ea fuit ablata. Orificium vero huius vaſis clauſum fuit per clauſorium impaſſibilitatis: ne intrare amplius poſſit in eo aliqua amaritudo tribulationis. Et ſic vacuum omni amaritudine poſitum eſt in mari. i. oſtenſum piiſſimæ virgini, quæ ex amaritudine erat velut mare, & ipſum vas dulcorauit eius amaritudinem, & in dulcem aquam conuertit, & in ſe hauſit, dum eo re uſus in dulcoratum in viſione, & contemplatione ſui corporis reſuſcitati & gloriſicati, ineffabili ſuauitate, & gaudio eius benedictus filius lætificauit. Figura autem huius amaritudinis virginalis ex paſſione filij ſui, & dulcorationis ex reſurrectione, & apparatione eius poteſt aſſignari, Tob decimo, vbi dicitur quòd miſſo Tobia à patre ſuo

Duo vapores in mari duos amores in Maria ſignificant.

Quomodo Mare dulceratur, i. tact Maria.

Figura amaritudinis virg. ex paſſ. Chriſti, & dulcorationis ex reſurr. habetur Tob. 10.

Digitized by Google

ſuo cum Angelo ſibi comite in Rages ciuitatem Medorum, pro recuperandis decem talentis ex chirographo debitis præfixo eidem filio redeundi termino Mater eius interim valde dolebat pro abſentia filij ſui, & quotidie reditum expectabat, & omni die pergebat ad loca per quæ ſperabat filij aduentum. Quadam autem die cum ſic inſpiceret circunquaque, vidit filium ſuum venientem, & ante eum magnam familiam, & diuitiarum multitudinem: vnde poſt lachrymas multas iucundata eſt ſummopere de filij viſione Per Tobiam enim poteſt intelligi humanitas Chriſti: per Angelum, cui ſociatus eſt Tobias, poteſt intelligi diuinitas, quæ ipſi humanitati Chriſti vnita erat. Ipſe enim Chriſtus deſcendit in Rages, ciuitatem Medorum i. ad infernum, habitationē dæmonum, & recuperauit decem talenta i. decimum ordinem humani generis in cælo collocandum: cui ex obligatione chirographi diuini decreti, debebatur mors æterna propter peccatum. vnde ipſe Dominus Ieſus lacerauit chirographū obligationis: & ipſa decem talenta recuperauit, quia ſanctos patres de limbo infernali eduxit, & humanū genus de morte perpetua liberauit per virtutem ſuæ paſſionis Vnde Apoſtolus ad Col. 2. de ipſo inquit: *Delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & tulit de medio affigens illud cruci.* Cum igitur filius virginis abſentatus eſſet ab ea per paſſionem & mortem, ad quam miſſus erat à patre ſuo cæleſti. qui ait Eſai 53. *Propter ſcelus populi mei percuſſi illum.* Vnde ipſe Saluator ait Petro. Ioan 18 *Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illū?* Mater eius doloribus plena remanſit, & lachrymas amaras emittens, numerabat dies quos pater eius pro reſuſcitatione ipſius aſſignauerat, & ex bat ad loca ſacræ ſcripturæ, quæ loquebantur de eius reſurrectione Cum autem hora reſurrectionis immineret, & anxia pro eius reditu lachrymaretur, Ecce quod vidit magnam familiam, id eſt, Angelorum multitudinem ſuum filium præcedentem, & ipſum filium totum glorioſum aduentare, qui ei dixit ſequentia verba, quæ ponit Anſelm. quodam ſermone: *O Maria virgo virginum, ſingularis roſa cælica amœnitatis: præuiciaium ſydus, lucerna diuini luminis ſuſceptiua. In tuo Ieſu præ omnibus gaude gaudio magno, quia quem vt hominem peperiſti, & proprijs vberibus lactaſti, & quem vidiſti in cruce pendentem, nunc vides in cælo regnantem, & omnem latitudinem, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, maieſtati eius inclinatam, & omnem Angelorum exercitum aſtantem.* Poſt hæc autem verba, & dulces amplexus, dixit beata virgo: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Et nūc fili, & Domine mi, ſuſcipe preces ancillæ, & matris tuæ, & præſta vt quiſquis ad me quamuis peccator acceſſerit, tuam indulgentiam petiturus, illam abundanter impetrare ſe noſcat, & callidi hoſtis inſidias in huius vitæ tranſitu ſecurus pertranſeat. Et ait ad ipſam Dominus. O intemerata, & in æternum benedicta mater mea: quia ex incompatabili charitate tua illud petiſti, quod me ſummopere adimplere delectat, ego te tāquam matrem miſericordiæ & clementiæ Conſtituo te reginam angelorum, magiſtram Apoſtolorum, gubernatricem totius Eccleſiæ meæ: orbis vniuerſi dominam, & imperatricem: & do tibi poteſtatem impetrandi quodcunque volueris; & volo quòd ſis in terrorem dæmonum, & quòd etiam quicunque ſcelerati peccatores habeant ſpem, & confidentiam ad te recurrendi, ſicque te aduocatam peccatorum, & fontem pietatis, & gratiæ: & volo quòd tu ſis adiutorium & protectio iuſtorum, vt omnes gaudeant de te, conſolentur per te, lætentur in te. Tu enim gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi mei. Merito igitur virgo Maria dicitur fuiſſe illa maris aqua, quæ per vas ceræ nouæ fuit in dulcedinem conuerſa.

Secundo aſſimilatur mari: quia ſicut mare, vt dicitur in prædicto li. de proprietate & fuit ſententia philoſophi in 1 Meta & Auicennæ li. 9. naturalium quæſtionum, eſt origo & principium omnium aquarum, caput & hoſpitium fluminum, & fons imbrium: Ita ipſa benedicta virgo fuit principium diuinarum gratiarum, in quantum principalius propter ipſam filius Dei incarnatus eſt, per quem omnis gratia mundo elapſa eſt Item omnis gratiæ plenitudo in ipſam deſcendit tanquam in hoſpitium idoneum, & per eius merita, & interceſſionem in alios diffuſa eſt. Item licet terra i. eccleſia militans aliquando à nubibus, quæ ſunt in aere i. à ſanctis qui ſunt in cælo, & à fluminib. i à ſanctis viris, & mulieribus, qui ſunt in mundo, irrigetur, id eſt, eorum orationibus diuinæ gratiæ grauam & adæquationem recipiat, tamen abundantius, & frequentius à mari, id eſt, ab ipſa glorioſa virgine attrahit pluuiam ſalutis, & influentiam gratiarum. Nam gratiæ aliorum ſanctorum ſunt minimæ reſpectu gratiarum eius Vnde de illis dici poteſt illud Eccleſiaſt. c 17. *Quaſi gutta aquæ maris deputati ſunt.* Dicitur quoque in dicto lib. de proprietate quod mare eſt ſubſidium in neceſſitatibus: & refugium in periculis, ac itineris compendium, & laborantis lucrum. Quæ omnia conueniunt ipſi beatiſſimæ virgini.

Dialogus Mariæ cū Chriſto reſurgente

Sicut mare eſt origo omnium aquarum, ſic Maria gratiarum poſt Chriſtum.

Digitized by Google

virgini, quæ eſt ſpes, & refugium omnium periclitantium, miſerorum, ac tribulatorum. Vnde illi dici poteſt illud Pſal. 64. *Spes omnium finium terræ, & in mari longe.* Item per eius medium citius peruenitur ad portum ſalutis. Vnde Deo inquit Pſalm. 76. *In mari via tua* Item ſicut illi negociatores, qui volunt cito diuites fieri, frequentant mare: ſic ad ipſam beatam virginem recurrentes, ſiue cõtemplando eius exempla, ſiue eam deuote ſalutando, & commendando eius preconia, vel implorando ipſius ſuffagia, cæleſtis gratiæ theſauros cumulant. Vnde in huius figuram dicit̃ de diſcipulis Chriſti q̃ perrexerunt ad mare Ioan. 6. Item ſecundum Iſidor. 13. etymol. mare dicitur pelagus quaſi pellens vndas: & ſimiliter beatiſſima virgo repellit à nobis vndas tentationum. Vnde in figuram dicitur Ionæ 1 quòd tulerunt Ionam, & miſerunt in mare, & ceſſauit tempeſtas. Per Ionam autem moraliter intelligitur oratio pura & deuota, quæ tunc in mare mittitur, quando beatæ virgini Mariæ porrigitur, & tunc tempeſtas mentis noſtræ eius interuentu ſedatur. Multæ aliæ proprietates maris ponuntur in prææallegato lib. de proprie. re. ſcilicet in ipſo mari procreantur diuerſi lapides, & gemmæ miræ virtutis, & vndarum eius attritu politæ, per motum ipſius ad littora iactãtur. Item mare omnia cadauera, & immũda a ſe eijcit. Item mare per occultas ſuæ abyſſi venas tam fontibus, quã fluminibus materiam fluxus adminiſtrat. vt dicit Hieronym. ſuper Eccleſiaſticum. Item eſt animalium multiplicis formæ productiuum, magis quam terra. vt inquit Rabanus ſuper Eccleſiaſt 44. ibi. *Illic præclara, & mirabilia opera* &c. Vnde Pſalm. 103. *Illic reptilia quorum non eſt numerus.* Item eſt multiplicis infirmitatis curatiuum. Sanat enim aqua maris hydropicos, vlceroſos, & ſcabioſos, & multas alias ægreditudines vt dicit Conſtantinus. Quæ omnia poſſent beatiſſimæ virgini appropriari. Sed breuitatis cauſa deuotis mentibus hæc ſpeculanda relinquo.

QVOD BEATA VIRGO dicitur aurora, Aſſimilatio. 4.

INquit Salomon de virgine glorioſa Cant. 6. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?* Quibus verbis indicat virginis excellentiam. In die enim nihil eſt pulchrius ſole. In nocte nihil pulchrius luna. In confinio diei, & noctis nihil pulchrius aurora. In certamine vero nihil pulchrius acie caſtrorum bene ordinata. Hæc autem Salomonis verba quotidie recitat Eccleſia in officio primæ, ipſius benedictæ virginis, & ideo illa explanare intendo. Sed in hac parte ſolum declarabo quomodo appellatur aurora: habet enim eius proprietates, de quibus dicitur in lib. de proprie. re. Aurora eſt finis noctis præcedentis, & diei ſequentis principium: & dicitur aurora quaſi aurea hora, eo quòd rutilantem ad modum auri diffundit colorem, vt dicit Iſidor. Vnde & ſol in aurora à Græcis chryſoſtomos, id eſt auricomus appellatur. Nam radij eius ſplendentes, aureas comas demonſtrant. Et ſimiliter beata virgo fuit finis noctis culpæ, & principium diei, id eſt gratiæ, quia ipſa prima concepta fuit ſine culpa originali, & cum rutila iuſtitiæ & gratiæ.

Sicut aurora finis noctis, & initium diei:, ita Maria finis culpæ & initium gratiæ.

Quod bene Iob. tertio cap. prænunciatum fuit: vbi de peccato originali dicitur, *Obtenebrentur ſtellæ*, id eſt, ſancti *caligine eius: expectet lucem*, id eſt, Chriſtum, *& non videat, nec ortum ſurgentis auroræ* id eſt, virginis glorioſæ. Et ideo in officio conceptionis dicitur: *Aurora à lumine incipit, & ſemper in lumine creſcit, quouſque ſoli iungatur: & nunquam lumine priuatur.* Et ſimiliter Maria virgo puriſſima à lumine diuinæ gratiæ in conceptione ſua incipiens, nullis vnquam eſt peccatorum tenebris obſcurata; ſed ſemper in virtutum omnium claritate ſuccreſcens, tandem cum ſole iuſtitiæ, dulciſſimo filio ſuo in cæleſti gloria mirandis circundata fulgoribus eſt coniuncta. Ideo eius claritatem intuens Eſaias dicit: *Sicut lux meridiana, clara eſt.* Quod habetur eius libri. 18. cap. Salomon quoque de illa inquit Sapient. 7. *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula.* Et Hieronym in ſermone ad Euſtochium dicit: *Nihil eſt candoris, nihil eſt ſplendoris, nihil eſt numinis quod non reſplendeat in virgine glorioſa.* Item in prædicto lib. de proprie rerum, dicitur, quòd aurora dicitur quaſi aura rorans eo quòd in aurora ros generatur, & deſcendit: ex cuius humectatione infunditur terra, & aeris caliditas temperatur, & herbæ in ſua viriditate conſeruantur. Et ſimiliter beata virgo generauit rorem cæleſtem, id eſt Dei filium, qui gratia ſua totam terram, id eſt mundum infudit, & caliditatem concupiſcentiæ temperauit: & matrem ſuam in viriditate virginitatis conſeruauit. Vnde de illo canit Eccleſia: *Deſcendit in vterum virginis, ſicut ros ſuper gramen.* Item ſicut manna deſcendebat in aurora Exod. 16. nam quando deſcendebat

ros, deſcendebat pariter & manna. Nume. decimoptimo. Ita tota dulcedo paradiſi in eius vterum deſcendit, & poſtea in natiuitate per vniuerſum orbem ſparſa fuit. Vnde in die natiuitatis Domini canit Eccleſia: *Hodie per totum mundum mellifluı facti ſunt cæli.* Item ſicut ros deſcendens in aurora, conchas marinas fœcundat, & in eis gignit Margaritas; ita ſpiritus ſanctus in ea ſuperueniens, eam fœcundauit, & precioſam cæli Margaritam in ipſa generari fecit.

Poſſumus quoque dicere, quòd ros iſtius auroræ eſt decoratiuus, dulcoratiuus, & refrigeratiuus, ac fructificatiuus. Ipſa enim beatiſſima virgo quaſi aurora diuinæ gratiæ rorem nobis abũdanter infundit: de quo exponi poteſt illud quod dicitur Geneſ. 27. *In rore cæli deſuper erit benedictio tua.* Et iſte ros eſt decoratiuus, quia vt dicitur dicto lib. de proprie. rerum: In aurora conchæ marinæ ſe aperiunt, & rorem ſuſcipientes, margaritas concipiunt: quæ poſtea in ornamentis ad decorem ponuntur. & ſimiliter animæ deuotæ, dum iſti auroræ, id eſt virgini benedictæ per affectum deuotionis ſe aperiunt, rorem gratiæ ſupernæ ſuſcipiunt: per quem Margaritas candidas, id eſt, affectiones puriſſimas concipiunt, quæ ſunt animæ ornamenta. Et ideo iſti auroræ dicitur Eſai. 26. *Ros lucis ros tuus*, quia lucidas & mundas generat affectiones. Itẽ iſte ros eſt dulcoratiuus; quia ſicut manna dulce, ad modum mellis deſcendebat in aurora, vt ſupra diximus; ita iſta aurora infundit internæ dulcedinis gratiam his qui tribulato ſunt corde. Et ideo quando præcordia noſtra ſentiunt dulcedinem ab ipſa virgine immiſſam, poteſt de illis dici illud Exod. 16. *Suauis ros iacuit per circuitum caſtrorum.* Item iſte ros eſt refrigeratiuus, quia in nobis refrigerat æſtum & ardorem libidinis, iuxta illud Eccleſiaſtic. 18 *Nonne ardorem refrigerabit ros?* Et eiuſdem lib. c. 44. *Ros obuians ardori venienti, humilem efficiet eum.* Iſte etiam ros, fructificatiuus eſt, quia nos fructificare facit in bonis operibus. Vnde ipſa virgo dicere poteſt illud Oſeæ. 14. *Ego quaſi ros: Iſrael germinabit quaſi lilium.* Dicitur quoque in præallegato lib. de proprie. rerum. quòd aurora lumen à ſole impetrat. Et ſimiliter ipſa virgo benedicta velut aurora rutilans nobis impetrat lumen diuinæ cognitionis, & inſpirationis. Vnde de ipſa dici poteſt illud 2. Regum 23. *Sicut lux auroræ magna abſque nubibus rutilat.* In prædicto quoque li. de proprie. re. dicitur, quòd in ortu auroræ flores primo clauſi aperiuntur, & herbæ, quæ æſtu præcedente marceſcunt, in aurora eriguntur, vires animales in aurora cõfortantur, & animalium ægritudines alleuiantur, & diminuuntur, aurora imitatur naturam veris, & in ea humor ſanguineus dominatur, & ideo ſomnus dulcior eſt in aurora. Vnde dicitur aurora, quaſi aurea hora, id eſt optima. Item in aurora aues lætificantur, & ad cantandum excitantur, vnde dicitur aurora, quaſi auium hora. Quæ omnia poſſunt beatiſſimæ virgini appropriari. Ipſa enim eſt quæ flores clauſos, id eſt mentes humilium aperit ad bene agendum, vt odorem boni exempli vndiq; circũfundãt. ipſa depreſſos, & marcidos animos præ mœrore erigit per ſpiritus conſolationem. Per ipſam quoque infirmi recipiunt animæ & corporis ſanitatem, vires animæ recipiunt vigorẽ; ſanguis dulcedinis & deuotionis recipit augmentationem, & omnes eius deuoti capiunt illam ſuauem dormitionem, de qua dicitur Pſal. 126. *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum; ecce hæreditas Domini filij merces fructus ventris.* Ipſa etiam dicitur illa aurora, quæ aues, id eſt deuotas mentes in altum per contemplationem volantes excitat ad Dei laudem, dicens illud Pſal. 99. *Iubilate Deo omnis terra, ſeruite Domino in lætitia.* Item ſicut aurora eſt latronum expulſiua; nam latrones qui de nocte in tenebris exeunt, apparente aurora fugiunt, & ſe abſcondunt, iuxta illud Iob 24. *Si ſubito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis*; ſic dæmones tanquam inſani, & exterriti fugiunt, cum hanc auroram, id eſt virginem glorioſam in corde alicuius per deuotionem fulgere cognoſcunt. Non ſolum autem iſta aurora refulgens dæmones in fugam conuertit, ſed etiam in profundum inferni demergit. Vnde in huius figuram dicitur Exod. 13 quòd adueniente aurora, ſiue vigilia matutina ſubmerſus eſt in profundum totus exercitus Pharaonis. dicitur quoque aurora ipſa virgo glorioſa, quia ſicut aurora expellit tenebras noctis & adducit lucẽ diei, ſic ipſa omnia noctis vitiorum tenebroſa opera, & cunctas tenebras peccatorum à nobis expellit, & lucem diuinæ gratiæ nobis adducit. Vnde dicere tunc poſſumus illud ad Roman. 13. *Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. abijciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis; ſic vt in die honeſte ambulemus.* Sicut etiam in aurora volucres cantus reſumunt, vt ſupra diximus, ſic in ortu iſtius auroræ angeli lætificati fuerunt, in tantum quòd ipſi angeli, qui prius nolebant nos illuminare, purgare, & perficere; poſtea adueniente iſta aurora cœperunt nos diſponere ad ſuſcipiendum illuminationem gratiæ, purgationem culpæ, & perfectionem gloriæ. Et iſta tria ſignificantur

Digitized by Google

eatur Geneſ. 32. Nam cum angelus dixiſſet Iacob: *Dimitte me, quoniam aurora eſt.* ipſe Iacob eum dimittere noluit, donec tria beneficia ab eo conſecutus eſt; ſcilicet purgationem ſuæ affectiuæ, & hoc notatur cum dicitur, quòd *emarcuit neruus femoris eius.* Item illuminationem intellectiuæ, quod notatur in hoc quòd impoſuit ſibi nomen Iſrael, id eſt vir videns Deum. Item perfectionem gloriæ, & hoc notatur per hoc quòd benedictionem ab eo obtinuit, illam ſcilicet de qua dicitur ad Epheſ. 1. *Benedixit nos omnes benedictione in cæleſtibus.* De aurora etiam ſic dicitur in prædicto lib. de propric. re. *Oritur lucifer in aurora, & orientis ſolis præſentia nunciatur eſſe proxima & vicina, præcedit enim aurora ſolis ortum, & eius viſione omnes lætantur.* Et ſimiliter Lucifer gratiæ diuinæ ortus eſt in hac aurora, id eſt in virgine Maria. Et ipſa gemmis virtutum omnium adornata, Chriſtum ſolem iuſtitiæ non ſolum præmonſtrauit, quinimmo in ſuum vterum traxit, & nobis peperit, ex quo læta facta eſt omnis creatura. vnde Bernard. ille inquit *Recte ô Maria auroræ officium impleuiſti. Ipſe enim ſol iuſtitiæ de te proceſſurus, ortum ſuum quadam matutinali irradiatione præueniens, in te lucis ſuæ radios copioſe transfudit,* hæc ille. Merito etiam aurora conſurgens dicitur beata virgo, quia ſicut feræ, & beſtiæ ad latibula confugiunt aurora conſurgente, & homines audaciores ſunt in aurora, quam noctis tempore: ſic exorta, & nata hac aurora virginali, beſtiæ infernales expulſæ ſunt ad latibula ſua: & homines audaciam receperunt, qui prius multum eorum potentiam pertimeſcebant. Ante aduentum namq; huius virginis totum præcedens tempus fuit nox, & obſcuritas, in qua habitabat genus humanum peccato primorum parentum obtenebratum, & feræ infernales, id eſt dæmones audentius contra ipſum ſæuiebant, & ei dominabantur. Et homines timidi erant in conſpectu Dei, & angelorum propter maculam peccati. Sed hac benedicta aurora radiante fugit diabolus ad latibulum ſuum, & humanum genus factum eſt audax, & ſecurum apparere coram Deo, & petere ab eo gratiam. Figura autem huius habetur Geneſ. 32 vbi habetur, quòd cum Iacob valde timeret aduentum Eſau, apparuit ei Deus in forma angeli, cum quo ipſe Iacob luctatus eſt tota nocte. Adueniente autem aurora dixit ei Dominus: *Dimitte me, iam enim aſcendit aurora. Ipſe vero Iacob reſpondit: Non dimittam te niſi prius benedixeris mihi. Et benedixit eum in eodem loco & dixit Si contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis? Et tunc Iacob ait: Vidi dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea, ortuſque eſt ei ſtatim ſol,* hæc ibi. Spiritualiter autẽ per hoc ſignificatur, quòd homo propter peccatum factus valde timidus, poterat dicere cum Pſalm. 54 *Timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ.* Vnde laborans cum Deo in lucta petitionis, & obſecrationis per totam noctẽ culpæ non potuit eum vincere, vel inclinare ad miſericordiam. Sed conſurgente hac fulgentiſſima aurora, ait Dominus: Dimitte me, ecce aurora miſericordiæ Maria aſcendit, quaſi di. Ad illam amodo recurre: ab illa poſtula quicquid vis Non vocaberis vltra Iacob, id eſt luctator, ſed Iſrael, id eſt videns Deum humanatum; & quẽ prius vltorem timebas, cognoſces redemptorem. Hæc quoq; aurora mirabiliter confortauit homines. Ante enim eius ortum homo infeſtabatur multiplici tentatione. Impediebatur à bono opere, & retrahebatur à finali conſummatione Sed in aduentu iſtius auroræ omnia hæc ceſſauerunt. Vnde propheta ait Pſal. 103. *Ortus eſt ſol,* id eſt virgo Maria nata eſt in mundo, *& congregati ſunt,* ſcilicet dæmones, *& in cubilibus ſuis collocabuntur,* id eſt in inferno. Ecce tentationum ceſſatio. *Et exibit homo ad opus ſuum,* Ecce ad bene operandum expeditio, *& ad operationem ſuam vſq; ad veſperã.* Ecce in bono opere perſeuerantia, & finalis conſummatio Notandum vero ſecundum Iſid. in li. etym. quòd idem eſt aurora, & diluculum, vt etiam dicitur in li. de propr. re. Et dicitur diluculũ quia eſt Dei lucidum & luminoſum principium, vnde aurora dicitur ab aere primo illuminato, diluculum vero à luce. Quandoque tamen per diluculum intelligitur Chriſtus: & per auroram ipſa virgo benedicta. Et ita poteſt exponi illud Iob 38 [Nunquid poſt ortum tuum præcepiſti diluculo, & oſtendiſti auroræ locum ſuum?] Inquit autem Magiſter Iacobus de voragine in lib. beatæ virginis in verbo aurora, allegando Dionyſium, quod lux de ſe eſt inuiſibilis oculis corporalib⁹, niſi incorporetur, vnde adueniente ad noſtrum hæmiſpherium luce ſolari, incorporatur groſſiori aeri, & ſic diluculum, & aurora efficitur. Deus igitur, qui eſt lux, vt dicitur 1. Ioan. 1. & qui lucem habitat inacceſſibilem. 1 ad Timot 6. de ſe erat inuiſibilis, ſed adueniens ad noſtram habitationem groſſiori materiæ, id eſt humanæ naturæ ſe viniuit, & ſic diluculum fecit, quando ſ verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis Io. 1 Ipſa etiam lux in vtero virginis ſe poſuit, & ſic auroram fecit Deus igitur diluculo præcepit, quando filium ſuum, qui eſt vera lux incarnari conſtituit au-

Nota figuram Gene. 32. pro hac aurora.

Expon. de Chriſto, & Maria, illud Iob 38. Nunquid poſt ortum &c.

ſoræ vero locum oſtendit, quando in beata virgine Maria habitationem elegit, iuxta illud Pſal. 136. *Elegit eam in habitationem ſibi.* Dicitur autē aurora, quia ſicut aurora eſt media inter noctē & diem, & ipſa virgo eſt mediatrix inter Deum, & hominem. Vnde legitur in chronicis ordinis noſtri, quòd cum Deus contra mundum eſſet iratus propter peccata, & vellet cõtra eũ vltionem ſuam exercere, interponens ſe virgo beata, eius ſententiã reuocauit. Hæc autem aurora rutilans dat peccatoribus tedium ſuæ miſericordiæ. Et ideo ei canit Eccleſia: *Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ.* Matrem igitur Domini diligere, & quærere debent etiam peccatores, & ad eam recurrere ſicut ad matrem. Nam, & canum catuli matrem diligunt, & adhuc cæci voce & odore eam cognoſcunt, ac mammas eius quærunt, & dentium acumine comprimentes vberibus lac effundere cogunt. Quando etiam eſuriunt, materna vbera querula voce petunt. Sunt autem velut canum, id eſt dæmonum catuli omnes peccatores, qui filij ſunt diaboli, non natura, ſed imitatione, & malitia. Vnde illis dicit Dominus, Ioan. 8. *Vos ex patre diabolo eſtis.* Hi tamen matrem miſericordiæ reuereri, & diligere debent: quia ipſa non deſinit etiam peccatores ad nuare. Et licet ipſi ſint malitia intus cæci, ita vt eiuſdem virginis bonitatem, & gloriam non videant contemplando, voce tamen & odore eam cognoſcere debent, & audire vocem ipſius vocantis, & dicentis illud Eccl. 24. *Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplebimini.* Item debent cognoſcere eius odorem in exemplis vitæ ipſius, & eam imitari ſtudere, & quærere mammas deuotionis eius, & acutis dentibus, id eſt inſtantibus, & feruentibus orationibus premere vbera miſericordiæ eius, vt abundanter eis propinet lac ſuæ dulcedinis, & pietatis. Ad cuius deguſtationem debent continue anhelare, & querula voce, & affectu eam efflagitare, vt verificetur de eis illud Eſa. 66. *Repleamini ab vberibus conſolationis eius* Et vnuſquiſque peccator dicere debet illud Pſal. 21. *Spes mea ab vberibus matris meæ.*

Mariam diligere, & quærere debent peccatores.

QVOD BEATA VIRGO dicitur Luna. Aſſimilatio. 5.

Beatiſſima virgo merito appellatur Luna, quia habet omnes bonas proprietates lunæ. De quibus Baſilius in lib. hexameron mentionem facit di. *Luna eſt decor noctis, mater roris, miniſtra humoris, dominatrix maris, menſura temporis, æmulatrix ſolis, & immutatrix aeris.* Quæ ſeptem proprietates optime conueniunt matri Dei. Primo ergo dico, quòd luna eſt decor noctis, non ſolum quia ipſam noctem illuminat, ſed etiam quia in nocte decor ipſius lunæ apparet, præcipue quando eſt plena. Et ſimiliter beata virgo in nocte, id eſt in obſcuritate præſentis vitæ exiſtens, fuit plena luce diuinæ gratiæ. Vnde ei angelus dixit: *Aue gratia plena*, Luc. 1. Item luce diuinæ præſentiæ. Vnde ibidem ſubiunxit angelus: *Dominus tecum.* Item luce virginalis mundiciæ, iuxta illud Sap 7. *Candor eſt lucis æternæ* &c. Sed notandum, quod ipſa virgo dicitur luna pulchra. Can 6. *Pulchra, vt luna.* Item luna plena. Vnde de illa dici poteſt illud Eccl. 50 *Quaſi luna plena in diebus ſuis lucet.* Item luna perfecta. Vnde per Pſal. Dominus inquit Pſ 88. *Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum.* Primo autē dicitur luna pulchra, imo pulchrior, quã luna. Luna enim habet lucem mutuatam, eclipſatã, variatam, & maculis reſperſam Primo quidem habet lucem mutuatam, quia non lucet luce propria, ſed à ſole mutuata. Hypocritæ autē habent lucē mutuatã, non à vero ſole iuſtitiæ, ſed ab humano fauore. Vnde Ioan. 5. inquit Saluator hypocritis, Phariſæis, & ſcribis: *Quomodo poteſtis vos credere, qui gloriã ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt non quæritis?* Ipſa vero glorioſa virgo habuit quidem lucē mutuatam, ſed à ſole iuſtitiæ, non ab exteriori fauore, iuxta illud Pſ. 44 *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus* &c. Secundo luna habet lucem eclipſatam, lux autē B. virginis in paſſione ſui filij propter doloris vehementiã ex parte corporis eclipſata viſa eſt, & obſcurata per triſtitiam, ſed tamen ex parte animæ tenuit ſpiritus fulgorem per fidei firmitatem & conſtantiam: vnde licet alia luminaria mundi, ſcilicet Apoſtoli fuerint eclipſati, tunc fidem perdendo, ipſa tamen ſemper luxit fidei lumen ſeruando, & de hoc in perſona eius prædictum fuerat Eccleſ. 24. *Vſque ad futurum ſeculum non deſinam.* Tertio luna habet lucem variatam, quia ſæpe in luce variatur. Vnde dicitur Eccleſ. 27. *Stultus vt luna mutatur.* Eſt autem quadruplex mutabilitas Prima in mente, quæ per diuerſas affectiones ſæpe mouetur Secunda in corpore, quod multiplici mutabilitati, & corruptioni ſubiicit. Tertia eſt fortunæ, quia ipſa tēporalia continue variantur Quarta eſt culpæ, quæ eſt in peccatorib. qui de vitio ſemper fluunt in vitium. Sed iſtã quadruplicem mutabilitatē ſemper ſub pedibus habuit beata virgo, iuxta illud Apoc 12. *& luna ſub*

Luna proprietates 7 bona conueniũt B. V.

Maria dicitur luna pulchra.

Quadruplex mutabilitas ſub pedibus Mariæ.

Digitized by Google

ſub pedibus eius, quia omnem animi mutabilitatem, & inſtabilitatem ſemper vitauit, & gloria incorruptibilitatis in corpore induta eſt. Terrena quoque, & temporalia cuncta conculcauit, & ab omni culpa ſemper immunis extitit. Quarto luna habet lucem maculis reſperſam, cuius multiplex cauſa aſſignatur in libr. de propriet. re. Beata autem virgo nullas vnquam maculas habuit, nec in cogitationibus, quia ſemper fuerunt rectæ. Vnde ei dicitur Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea.* Nec in affectibus quæ ſemper fuerunt mundæ, & ideo ibidem ſubditur, *& macula non eſt in te.* Secundo dico quod ipſa virgo benedicta fuit luna plena. Tunc autem luna eſt plena: quando habet plenitudinem in luce, in virtute, & in figura. Etiſtam triplicem plenitudinem habuit beata virgo Maria. Primo enim habuit plenitudinem lucis, id eſt puritatis in carne, iuxta illud Sap. 7. *Nihil inquinatum in illam incurrit.* Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula, & imago bonitatis illius. In carne enim ſua nihil fuit corruptionis, & ideo dicitur, [nihil inquinatum in illam incurrit] Item nihil impuritatis, & ideo dicitur: [Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculū ſine macula.] Item nihil impugnationis, quia ad ſimilitudinem, & imaginem filii ſui in carne ſua pacifica, & quieta fuit. Et ideo ſubditur: *Et imago bonitatis illius.* Secundo habuit plenitudinē virtutis, id eſt pietatis in opere. Eius enim opus pietatis oſtenditur ſuper amaricatos, quia ſicut luna habet virtutem ſuper mare, ita ipſa extendit ſuam pietatem ſuper poſitos in anguſtia, & amaricatione, & propter hoc appellatur etiam ſtella maris. Eius quoque pietas oſtenditur ſuper debiles, & infirmos, quia ſicut creſcente luce lunæ meliorantur omnia humida vt dicitur in lib. de propriet. re. Ita apparente virginis pietate fortificatur omnia infirma. Oſtenditur inſuper ſuper tenebroſos, quia ſicut luna lucet de nocte; ita B. virgo nobis dat radium ſuæ illuſtrationis & conſolationis in tribulatione. Oſtenditur quoque ſuper aridos, & indeuotos; quia ſicut creſcente luce lunæ creſcunt medullæ, vt dicitur in lib. de propriet. re. ita adueniente virginis luce, creſcit homo in deuotione. Deuotio enim eſt medulla & irrigatio oſſium, id eſt virtutum, iuxta illud Prouer. 3. *Sanitas quippe erit vmbiculo tuo, et irrigatio oſſium tuorum*, & ideo quilibet indeuotus, & aridus ſpiritu debet rogare hanc lunam plenam, vt impinguet oſſa ſua, & impleat medullam deuotionis, dicens ei cum Pſal. 142. *Anima mea, ſicut terra ſine aqua, tibi*, & tunc de illo verificabitur illud Eccl. 26. *Gratia mulieris ſedula*, i. virginis Mariæ, *delectabit virum ſuum*. id eſt ſuum deuotum, *& oſſa illius impinguabit.* Tertio habuit plenitudinem figuræ, tunc enim luna eſt plena, quando habet figuram perfecte ſphæricam, ſiue rotundam. Figura autem ſphærica eſt mobilis, capax, & fine carens. Et iſta proprietas congruit charitati perfectiſſimæ ipſius glorioſæ virginis, quæ ad modum figuræ rotundæ ſiue ſphæricæ fuit mobiliſſima, id eſt, promptiſſima ad bene operandum, & omnibus ſubueniendum, latiſſima ad capiendum diuinum amorem, & ad omnes ad eam recurrentes ſuſcipiendum, iuxta illud Eccleſ. 24. *Tranſite ad me omnes*, &c. Item fine carēs, id eſt indeficientiſſima ad perſeuerandum. Vnde de charitate eius, quæ fuit veſtimentum animæ poteſt dici ei illud Deuter. 8. *Veſtimentum tuum nequaquam vetuſtate defecit.* Et ipſa poterat dicere illud Eſai 51. *Iuſtitia mea non deficiet.* Et de opere eius fructuoſo verificatum eſt illud Ezech. 47. *Non deficiet fructus eius.* Beatus autem erit ille, de quo verificabitur illud Prouer. 7. *In die plenæ lunæ reuertetur in terram ſuam.* Terra enim noſtra paradiſus eſt, ad quam ille ingreditur, qui huius plenæ lunæ perfecta deuotione perfruetur. De ipſa quoque beata virgine dici poteſt illud Eccleſia. 50. *Quaſi luna plena in diebus ſuis lucet.* Tertio dicitur luna perfecta: tunc autem luna eſt perfecta, quādo illuminat totam noctem. Sunt autem quidam qui habent lucem plenam, quia habent vitam actiuam, & contemplatiuam. Alij vero ſemiplenam, quia habent tantum alteram illarum. Sed alii vacuam, quia carent vtraque. Beata autem virgo ſemper fuit luna perfecta, quia vtraque vita refulſit. Luna etiam eſt perfecta, quando lucet in principio noctis, & in medio, ac in fine. Imperfecta vero, quando ſolum lucet in principio, vel in medio, aut in fine. Sunt autem quidam qui fulgent in principio noctis, ſicut bene incipientes; alii in medio, ſicut bene proficientes: alii vero in fine, ſicut bene perſeuerantes. Beata autem virgo fulſit in ſuo principio, quia in conceptione ſua fuit iuſtitia originali decorata, & in vtero matris ſanctificata. In medio, quia per ſpiritum ſanctum de filio Dei fuit fœcundata. In fine vero, quia ad Chriſti dexteram glorioſe fuit aſſumpta. Vnde Deus pater per prophetam ait Pſal 88. *Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis.* Ipſa enim fuit ſicut luna perfecta in ſua conceptione, & ſanctificatione. Et ſicut ſol in filii Dei conceptione, & parturitione, & ſicut teſtis in cœlo fidelis in noſtra apud Deum aduocatione.

Maria luna plena in luce, virtute, & figura.

Maria luna perfecta illuminans totam noctem.

Digitized by Google

Vel poteſt dici, quòd ipſa eſt thronus Dei, inquantum Deus in ipſa ſedit & requieuit, & ſicut ſol inquantum iuſtis dat lucem ſapientiæ, & calorem diuinæ gratiæ, ſicut luna perfecta inquantum lucet peccatoribus, qui ſunt in nocte culpæ. Et ſicut teſtis fidelis, inquantum dicit veritatem coram Deo pro vtriſque, ſcilicet iuſtis, & peccatoribus, quia ſicut dicitur Prouer. 14. *Teſtis fidelis non mentietur*. Sciendum eſt quoque quod per noctem ſignificatur tribulatio, vel tentatio, ſiue obſcuritas peccati. Quidam autem ſancti adiuuant in principio tentationis, ſeu tribulationis, alij autem in medio, & aliqui in fine. Ipſa autem in principio, medio, & fine dat adiutorium ſuum in quacunque aduerſitate, & tentatione. Item peccatorum tenebris inuolutos, nunquam ceſſat lumine ſuæ benignitatis illuſtrare, vt de ipſis tenebris valeant exire. Et ideo dicitur Geneſ. 1. *Fecit Deus duo luminaria magna. Luminare maius*, id eſt Chriſtum, *vt præeſſet diei*, id eſt iuſtis: *& luminare minus*, id eſt beatam virginem, *vt præeſſet nocti*, id eſt peccatoribus. Sicut etiam luna cæteris planetis citius perficit ſuum curſum, vt dicitur in dicto libr. de propriet. ita beatiſſima virgo Maria præ cæteris ſanctis ſuum velocius præbet peccatoribus, & tentatis, ac tribulatis auxilium. Et ſicut luna cæteris planetis, & ſyderibus eſt magis terræ vicina, ita ipſa in omnibus neceſſitatibus eſt nobis præ cunctis alijs ſanctis propitia. Sicut etiam à paganis, luna dicebatur, regina cœli, vt patet Hiere 44. Ita beata virgo eſt cœli domina. Vnde illi canit Eccleſia: *Aue regina cælorum*. De ipſa etiam luna dicitur Eccleſiaſt. 43. ſecundum vnam litterarum, [vas caſtrorum in excelſis in firmamento cæli reſplendens glorioſe.] Luna enim dicitur vas caſtrorum, quia olim mulieres caſtæ, & viri ipſam colebant, & eam Lucinam appellabant. Vnde Virg. in bucolicis ait: *Caſta faue Lucina: tuus iam regnat Apollo*. Habebant enim virgines paganæ duas quas deas putabant, ſcilicet Lucinam, & Veſtam. Hæc autem lucina per ſyncopam dicitur luna. Iſtud autem vas caſtrorum ſuit virgo beata, quæ intra viſcera ſuæ pietatis recipit omnes, qui habent munditiam caſtitatis, & reſplendent in firmamento cœli glorioſe, quia in Eccleſia militante omnibus dat exemplum virginitatis perpetuæ. Sicut etiam de nocte abſente ſole luna inter ſydera primatum tenet, & tanquã abſente rege, id eſt ipſo ſole, ipſa regnum, vt regina gubernat. Similiter quando rex Chriſtus ex aliqua cauſa faciem ſuam alicui abſcondit, tunc virgo benedicta maxime miſericordiam ſuam oſtendit. Nec mirum ſi iſta luna virginalis eſt ita pia, ita propitia, atque ita tribulatis compaſſiua. Ipſa enim in mundo multas tribulationes eſt paſſa. Vnde poteſt dicere illud quod inquit Dido Troianis tribulatis, prout refert Mantuan poeta 1. Æneid. *Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco*.

Quemadmodum enim luna tripliciter obſcurata videtur, ſecundum quod dicit Auguſtin. Aut quando eſt vacua, aut quando eſt nube tecta, aut quando eſt eclipſata. Et ſimiliter ipſa beata virgo in hac vita tres habuit magnas afflictiones, & tribulationes. Vna fuit quando Herodes voluit interficere filium ſuum, & ipſa in Ægyptum fugit. Tunc enim omni conſolatione vacua fuit: quæ enim conſolatio ſibi eſſe poterat, quando ipſa puella delicata, quæ de partu recenter ſurrexerat, in terram longinquam per vias aſperas fugere cogebatur, & puerum ſic tenellum per tam longum iter, atque inter tanta pericula ſecum ferre, & inter idololatras manere? Secundam autem tribulationem habuit, quando filium ſuum amiſiſſe credidit. Tunc enim fuit nube tecta: quia nubes obſcura doloris, & triſtitiæ eius animam occupauit. Vnde ipſa poſtmodum filio dixit Lucæ 2. quod eum dolore ipſum requiſiuit. Tertia tribulatio B. Virginis fuit in filij ſui paſſione, & tunc fuit eclipſata. Luna enim quando eclipſatur, tota ſanguinolenta videtur. Et ipſa in morte filij ſui fuit doloris gladio vulnerata, & cruentata. Vnde Ioel. 2. dicitur: *Sol*, id eſt Chriſtus, *vertetur in tenebras* ſ. per mortem, *& Luna* id eſt virgo Maria *in ſanguinem*. ſ. per mærorem & dolorem. Et Apoc. 6. dicitur: *Luna tota facta eſt vt ſanguis*. Sed de his tribulationibus B. Virginis dicam in 10. parte principali huius operis. ſerm. 1. & ideo hic pertranſeo.

Sicut luna tripliciter obſcuratur ita Maria habuit tres magnas tribulationes.

Secunda proprietas Lunæ eſt, quod ipſa dicitur mater roris: vt habetur in libr. de propriet. re. Nam humiditatem aëri imprimit, ac influit: & ipſum aërem alterans, & immutans in ipſius ſuperficie rorem gignit. vnde manifeſte videmus in æſtiuali tempore, quando Luna eſt clarior, & conſequenter aer ſerenior: tanto abundantius ros ſuper gramina ſe extendit. Rori autem aſſimilatur filius Dei, vt declaraui in 5 parte principali huius operis. ſermo 4. parte 2. Huius autem roris ipſa virgo benedicta mater fuit. Iſtum namque rorem Deus totum poſuit in vtero eius, qui poſtea ex eo per natiuitatem procedens totum mundum irrigauit, vnde Bern. inquit: *Rigaturus aream Dominus cæleſti rore, totum vellus prius infudit. Redempturus enim genus humanum, vniuerſum precium contulit in Mariam*. Tertia lunæ proprietas, quæ habetur in prædicto libr. de propriet. re. eſt, quia ipſa.

Vt luna mater roris, ita Maria Chriſti.

Digitized by Google

ipſa eſt humoris miniſtra Nam ibi dicitur: *Luna eſt omnium humorum augmentatiua: quia per occulta naturæ ſpiramina fluxus, & refluxus augmentantur: unde in eius decremento in oſſibus medulla, in capitibus cerebra, & humores in corporibus diminuuntur, & in eius incremento multiplicantur, vnde eius defectus omnia compatiuntur, & eius decrementum eſt miſerorum detrimentum*, hæc ibi. Et ob hanc cauſam melius eſt minuere ſanguinē in lunæ augmento, quam in decremento. Sed ligna pro ædificiis incidere, & arbores inſerere, vel plantare eſt melius in decremento, quàm in augmento, & ratio eſt, quia cum in augmento lunæ creſcant humores, ſi tunc arborem inſereres, vel plantares, humor nimius, qui in planta abundaret à natura bene regi non poſſet, vnde fructus vermiculoſos faceret. Ligna enim tunc incisa ædificiis nō ſunt apta, quia propter humiditatem incluſam ad putredinem ſunt parata, & à vermibus faciliter corroduntur. Beata autem virgo nullum humorem ſuperfluum genuit, ſed omnis humoris boni miniſtra fuit. Tres autem humores inter alios miniſtrauit, ſcilicet conceptionis, nutritionis, & deuotionis. Conceptionis humorem adminiſtrauit ſpiritui ſancto, quia ipſa de puriſſimis ſanguinibus ſuis materiam miniſtrauit generationis filij Dei. Spiritus autē ſanctus ipſum corpus organizauit, & formauit, vnde ipſa benedicta virgo fuit vera mater Chriſti; quia ſecundum philoſophum hoc ſolum pertinet ad rationem maternitatis, vt materiam adminiſtret conceptioni; & ideo dicitur Matt. 1. [Cum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria &c.] Secundum humorē nutritionis adminiſtrauit Chriſto, quando eum lactauit vbere de cœlo pleno, propter quod dicitur Luc 11. [Beatus venter qui te portauit; & vbera quæ ſuxiſti.] Tertium autem humorē deuotionis adminiſtrat cuilibet ſuo filio adoptiuo: habet enim duo vbera quibus lactat filios ſuos adoptiuos, ex vno infundens humorem gratiæ iuſtis, & ex alio humorem miſericordiæ peccatoribus, & ideo Eccleſia vocat eam matrem gratiæ, & miſericordiæ Beatus igitur ille qui quotidie paſcitur lacte ab iſtis vberibus propinato. Tātam enim dulcedinem ſentiet, quod dicet ipſi dulciſſimæ virgini illud Cā 1 *Meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* Quarta proprietas lunæ eſt quod dominatur mari. Nam dicitur in d li. de propric rerum: [Luna eſt aquarum maris attractiua. Sicut adamas trahit ferrum poſt ſe, ſic luna mouet, & attrahit poſt ſe Oceanū, vnde in ſuo ortu intumeſcit mare, & creſcit ex parte Orientali, & decreſcit ex parte occidentali; & econuerſo, quando eſt in occaſu, creſcit mare ex parte occidentali, atque decreſcit ex parte orientis. Et ſecundum quod luna plus, vel minus proficit in lumine, ſic plus, vel minus in ſuo fluxu ſe extendit, vel retrahit ipſum mare, vt dicit Marianus. Macrobius vero in lib. Cicer. ait: [Oceanus in incremēto lunæ retinet modum iſtum. Primo enim die creſcentis lunæ fit copioſior ſolito, & abundat in ſummo, ſed ſecundo minuitur, & ſic vſque ad diem ſeptimum. Deinde iterum creſcit per 7 dies, ita quod in 14 die eſt iterum plenum in ſummo. Vnde in nouilunio ſemper eſt mare pleniſſimum, & etiam in plenilunio,] hæc ibi. Mare autem moraliter accipitur tribus modis. Nam vno modo dicitur mare huius vitæ amaritudo, & ſuper hoc mare B. virgo habet virtutem: quia eius pietas; vt ſupra diximus oſtenditur ſuper illos qui ſunt in tribulationis amaritudine poſiti, vnde de illa dicere poſſumus illud Matt 8. *Venti, & mare obediunt ei.* per ventos autem intelliguntur aduerſitates exteriores, & per mare amaritudines interiores. vel per ventos intelliguntur violentiæ tentationum, & per mare perturbatio tribulationum. Secundo mare vocatur peccatorum inquietudo, vnde Eſa. 57. dicitur: *Cor impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt.* Sed qando iſta luna oritur peccatorib. eos luce miſericordiæ illuſtrando; tunc creſcit mare, id eſt cor eorū ex parte orientis gratiæ, & decreſcit ex parte occidentis culpæ. Sed econtra, quod Deus auertat, ſi iſta luna eis occideret i. per ſuam miſericordiam ipſis non adeſſet, tunc mare cordis eorum creſceret ex parte culpæ occidētis, & decreſceret ex parte orientis gratiæ Tertio vocatur mare mūdi viciſſitudo, ſeu mirabilitas, iuxta illud Pſal. 98 *Moueatur mare, & plenitudo eius,* & Matth 8. *Motus magnus factus eſt in mari.* Sicut autem ſupra oſtenſum eſt, mare virtute lunæ habet quadruplicem mutabilitatem. Vna eſt repletionis, & iſta eſt in nouilunio. Secunda eſt diminutionis, & iſta eſt vſq; ad ſeptimam diē. Tertia eſt augmentationis. & iſta eſt vſq; ad 14 diē. Quarta eſt iteratæ repletionis, & iſta eſt in plenilunio. Et ſimiliter virtute i. auxilio B. virginis peccatores in ira Dei exiſtentes replentur aqua pœnitentiæ, & decreſcit in eis miſeria culpæ & augetur profectus gratiæ, & tandē perueniunt ad plenitudinem gloriæ. Quinta proprietas lunæ eſt illa de qua inquit propheta Pſ 93 *Fecit lunā in tempore.* Nam ipſa eſt menſura tēporis, quia ſecundum motum lunæ accipiuntur anni lunares, qui apud Iudæos obſeruantur, vnde Eccl 43 dicitur: *Luna in omnibus in tempore in ſuo oſtenſio temporis, & ſignum*

Luna dominatur.

Mare moraliter tripliciter cui B Virg. dominatur.

Digitized by Google

gnum aui. Et continet annus lunaris .354. dies, vnde patet quòd annus ſolaris ſuperat annum lunarem in 11. diebus. Quapropter Iudæi, & Arabes ſeruantes annum lunarem, faciunt ſuum annum minorem quàm ſit noſter. 11. diebus, præter quadrantem vnius diei. Item ſecundum lunam diſtinguuntur menſes lunares, vnde menſis dicitur à mene Græce, quod eſt luna Latine, eo quod Hebræi ex curſu lunę, menſes vocabant. Et accipitur menſis lunaris apud Iudæos & Arabes ſecundum curſum lunæ in toto zodiaco, donec ſolem attingat, quod facit in 29 diebus cum dimidio, vt Aſtrologi dicunt, & hæc omnia habētur in lib. de proprie. re. Dies autem lunaris ſecundum Arabes incipit in ſero ab occaſu ſolis, eo quod ortus lunæ fit tempore occaſus ſolis, & ſic ſecundum eos nox præcedit diem. Sed Græci, & alii qui non vtuntur in menſibus ſuis viſione nouæ lunæ, computant diem ab ortu ſolis cum nocte ſua vſque ad ortum ſequentis diei, & ſic ſecundum eos dies præcedit noctem; vt dicit Alphraganus differentia prima. Et ſimiliter accipitur dies ab Eccleſia, quoad feſti celebrationē. ca. 1. & e. quoniam, de feri. ſed quoad eſum carnium, & ieiunium incipit dies à media nocte, & ſic ſeruatur lex more Rom. ff. de feri. vbi dicitur: *More Romano dies à media nocte incipit*. Ex prædictis aūt patet quod luna habet dies, menſes, & annos: ſed tamē habet menſes, & annos breuiores, quam ſol. Et ſimiliter beatiſſima virgo, quæ dicitur luna, habuit plenitudinem gratiarum, & virtutum & donorū: ſicut & Chriſtus qui ſol dicitur, ſed tamen in minori gradu, licet exceſſerit omnes alios electos. Et ad hoc moraliter poteſt exponi illud Eccl. 33. *Dies diem ſuperat, & annus annū*. Sexta proprietas lunæ eſt, quod ipſa dicitur æmulatrix ſolis.

Luna æmulatur ſolē, ita quodāmodo Maria Chriſtū

Nam aliquando ipſi ſoli eſt ante, aliquando retro, aliquando ſuper, & aliquando ſubtus: vnde luna, aut eſt cum ſole, vt in coniunctione, quādo aſcendit, aut à latere, vt quando à ſole recedit, vel quando ad ſolem reuertitur, aut in plena oppoſitione, quando ſcilicet totaliter ſoli opponitur. Et ſimiliter beata virgo ante Chriſtum qui eſt ſol iuſtitiæ, fuit quantum ad ætatem carnis, & ſic mater eſt ante filium quoad humanitatem; ſed quoad diuinitatem, ipſa virgo de eo dicere poterat illud Ioan. 1. *Ante me factus eſt*. Item fuit poſt Chriſtum quantum ad mortem, quia Chriſtus mortuus eſt prius ea. Item ipſa fuit ſuper Chriſtū materna autoritate, quia ipſe Dominus humiliter ei ſubiectus fuit, & ſibi obediuit, vt patet Luc. 2. Item fuit ſub Chriſto, non ſolum ratione dignitatis, inquantum ipſe erat Deus, ſed etiam ſitus localitate, cum erat in cruce ſuſpenſus. Tunc enim ipſa ſtetit inferius ſub eo iuxta crucem, vt habetur Ioā. 19. Sed notandum, quod quando luna eſt ſub ſole, ita quod recto *D*iametro eſt inter nos, & ſolem, ſolet eſſe eclipſis, id eſt defectus ſolis cauſatiua: & hoc fuit in paſſione Chriſti, quia beata mater ſub filio mœrens ſtetit, & eclipſis ſolis id eſt, mortis Chriſti pro tanto cauſatiua fuit, inquantum naturam, qua pati & mori poſſet, ex ipſa Chriſtus aſſumpſit. Sed nota quod eclipſis ſolis ſecundum naturam, non poteſt accidere, niſi in coniunctione ſolis & lunæ, quando ſol eſt in capite Draconis, & luna in cauda, vel econtra, vt dicitur in libr. de proprie. re. vnde dicit Albumaſar in li. de motu planetarum. [Si luna inter nos, & ſolem obuiat, defectum radiorum nobis facit in capite, vel in cauda draconis.] Et ſimiliter iſta luna virginalis dupliciter ſolem, id eſt Chriſtum dicitur quodammodo obſcuraſſe: primo quando ipſum concepit, & carne veſtiuit. Tunc enim *paulominus ab angelis minoratus eſt, quando exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens*, vt dicitur ad Philip 2. vnde hoc fuit quaſi in cauda draconis, id eſt in humana carne, quæ fuit caput, & principium peccati. Quando in morte Chriſti, quæ fuit in cauda draconis, inquantum draco infernalis ſuum dominium terminauit, iſta luna ſolem obſcurari fecit, inquantum tenebras ſui doloris ad cor filii tranſmiſit. Tunc enim vt dicitur Matth. 27. *Facta ſunt tenebræ ſuper vniuerſam terram*, quia tenebræ amaricationis, & afflictionis repleuerunt virginem Mariam, quæ terra in ſcriptura appellatur, & ipſa cum tāta obſcuritate ſe ſoli, id eſt Chriſto ſub cruce oppoſuit, quod eū ſimiliter ex ſui compaſſione obſcurari fecit. *D*icitur quoque in prædicto l b. de proprie. re. quod quando luna eſt ſub ſole, quamuis lumen perdat ex parte terræ, non tamen perdit ex parte cœli. Vnde quando ſoli coniungitur, nihil luminis ad terram dirigit: ſed tamen ex parte cœli in plena illuminatione perſiſtit. Et ſimiliter beata Virgo quamuis in paſſione filii ex parte terræ, id eſt terrenæ carnis videretur obſcura, ex parte tamē cæli, id eſt animæ cœleſtis, & rationis erat clariſſima per fidei lumen. Ipſa autem luna tunc fuit in perfecta ſolis coniunctione, quando ſuper dilectum ſuum innixa, ad cœlum eſt aſſumpta. Nūc vero à latere eius manet, quia ad filii dexteram in throno collocata eſt, iuxta illud Pſal. 44. *Aſtitit regina à dextris tuis*, &c. quod per figuram præoſtenſum fuit in matre Salomonis 3 Reg 2. Fuit autem oppoſita ſoli in annunciatione, quia tūc quanto ſol, i. Deus vel angelus ex parte Dei cum

com-

Digitized by Google

commendabat, tanto ipſa econtrario magis ſe viliſicabat dicens: *Ecce ancilla Domini*. Vnde quia tunc luna bene impletur lumine, quando eſt ſoli oppoſita, ideo B. virgo ex tali oppoſitione repleta eſt diuino ſplendore. Et ideo dixit Luc. 1. *Reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ*, &c. Septima proprietas lunæ eſt, ꝙ ipſa eſt immutatiua aeris, & mediãte aere maxime immutat corpora humana, vnde Hippocrates in principio prognoſticorum, de luna loquens, ait: *Eſt quoddam cæleſte ſydus, in quo oportet medicum prouidere, cuius ſit tanta ſit prudentia, mirabilis eſt nimiumque ſtupenda*, & Galenus in commento de diebus criticis dicit. [Rem certã, quæ non fallit, intendit medicus, quam docuerunt aſtrologi Ægyptiorum, quod per coniunctionem corporis lunaris cum ſtellis fortunatis fiunt ægritudines terminabiles ad bonum, ex cõtrariis vero contrariæ, ſcilicet ad malum. Item dicitur in li. de proprie. re. quod circa humani corporis mutationem lunaris virtus potiſſime operatur, & hoc accidit tũ propter ipſius ad nos vicinitatẽ, tũ propter occultã ſibi naturaliter inſitã poteſtatem, & ideo morborum mutationem medicus perfecte non diſcernit, qui lunares effectus in corporibus non cognoſcit. Sicut igitur luna habet dominium ſuper infirmitates corporales, vt etiam dicit Hippocrates in lib. de iudiciis infirmitatis ſecundum lunam: Sic beata virgo habet dominium ſuper morbos tam corporales quam ſpirituales, vt ſcilicet faciat eos ſanari, vel ad mortem terminari ſecundum deuotionem, vel indeuotionem ipſorum infirmorum ad eam. Multi alii effectus, & proprietates lunæ ponũtur in prædicto lib. de propri. re. ſcilicet quomodo luna habet naturam ſimilem ſpeculo, quod lumen recipit ab alio, & illud poſtea reflectit. Item quod luna eſt ſuæ formæ, & figuræ mutatiua. Diuerſas enim facies ſui luminis oſtendit ad terram, quia nunc circularem, nunc arcualem aſpectibus hominum ſe oſtendit. Itẽ quod ipſa luna eſt fœcunditatis miniſtratiua terræ ſeminibus, & ideo à gentibus appellabatur Proſerpina, & dea ſeminum, quæ proiiciuntur in terra. Item dicebatur Diana, & dea ſiluarum, & nemorum, quia feris de nocte paſcua quærentibus in nemoribus, & in ſiluis luminis beneficium adminiſtrat. Et ideo gentiles eã etiam appellabant deam venatorum, quia venatio fit in ſiluis, & propter hoc Dianam cum arcu depingebant, eo quod venatores arcubus vtebantur. Item vt dicit Albumaſar vbi ſupra, luna eſt aeris mundificatiua. Motu enim ſuo continuo aerẽ rarificat. Vnde ſi non eſſet motus ſphæræ lunæ, aerem ex nocturna vaporum exhalatione groſſicies inficeret, & non modicam corruptionem generaret. Quæ omnia deuotus contemplator poterit beatiſſimæ virgini applicare, ſed breuitatis cauſa in his non inſiſto. Solum autem altera aliqua pauca pro concluſione huius partis dicam.

Vt luna in corporales infirmitates dominium habet, ita B. V. in corp. & ſpũales.

Sicut luna eſt planetarum infima, ſic virgo Maria eſt omnium humillima.

Primo quod luna appellatur beata virgo propter ſuam humilitatem; quia luna eſt omnibus planetis inferior, & ipſa benedicta virgo omnibus ſanctis humilior. Vnde in numeratione Apoſtolorũ voluit in fine omnium numerari, tanquam inferior & vilior, vt patet Act. 1. Habet autẽ luna hoc proprium, quia creſcit vſque ad diem. 14. vel 15. quouſque in ipſa cuiuſdam hominis imago integra videatur, & vltra non creſcit ſed poſtea decreſcit. Et eodem modo beata virgo creuit vſque ad ætatis ſuæ annum. 14. vel 15. & tunc Chriſtus qui eſt imago Dei, per incarnationem in eius vtero apparuit vir perfectus, nõ quo ad ætatẽ, ſed quoad ſapientiam, & omnium gratiarum plenitudinem, iuxta illud Hiere. 33. *Nouum faciet Dominus ſuper terram, fœmina circundabit virum*. Poſtquã autem intantum creuit, ſtatim in ſua reputatione decreſcere cœpit, vnde non matrem Dei, non reginam cœli: ſed ancillam ſe vocauit Luc. 1. Et ideo dicitur Eccle. 44. de luna, quod eſt luminare quod minuitur in conſummatione, quia virgo B. multum ſe humiliauit in filii ſui cõceptione. Vel poteſt dici, quod iſta luna multum creuit in filii ſui conceptione, ſed poſtmodum decreuit præ triſtitia & dolore in eius paſſione. Luna aũt creſcens habet cornua verſus ſolis ortum, decreſcẽs vero verſus ſolis occaſum, vt dicitur in prædicto li. de propr. re. cuius cauſam pro nunc pertranſeo. Et ſimiliter B. virgo habuit duo, quæ ipſam diſpoſuerunt ad Chriſti ortum ſcilicet humilitatem, & virginitatem, cum quibus quaſi cum duobus cornibus eius ortum reſpiciebat. Eius autem occaſum id eſt paſſionem, reſpexit cum duobus aliis cornibus ſcilicet cum dolore, quem habuit de ipſius morte, & cum gaudio, quod habuit de redemptione generis humani. Secundo, & vltimo dico, quod ipſa virgo fuit perfectior luna, quod denotatur ex hoc ꝙ di. Apoc. 12. *Luna ſub pedibus eius deſcribitur*. Pro cuius declaratione eſt ſciendũ, quod per lunam deſignatur mutabilitas, quæ duplex. Primo angelicorum ſpirituum qui ſunt mutabiles per naturã, ſed immutabiles facti per gratiam. De quibus dicitur Iob 4. *Ecce qui ſeruiũt ei, non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit prauitatem*. Secunda eſt fortunæ in rebus temporalib. iuxta illud Eccl. 1. *Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas*,

Quõ luna ponatur ſub pedib. Mariæ Apoc. 12.

Digitized by Google

ſpiritus ſancti, & hæc gratia fuit ſeptiformis ſecundum 7. dona Spiritus ſancti, quæ fulſerunt in ea, & repræſentantur in 7 effectibus ſolis. Primus ſolis effectus eſt calefactio, & ſignificat donum ſapientiæ, quo ſpiritus incaleſcit in amorem Dei. Vnde Eccl 43 dicitur: *Sol tripliciter exurens mentes*, id eſt excellas mentes inflãmans. Tripliciter autem inflammat. ſ. amore Dei, ſui, & proximi. vel in amore Dei inflammat tripliciter ſcilicet ex toto corde, & tota anima, & ex tota mente. Sequitur autem in prædicto Eccl. cap *& radios igneos exſufflans*, id eſt calidas affectiones immutans. Vnde 2. Mach. 1. dicitur: *Refulſit ſol qui prius erat in nubilo, & accenſus eſt ignis maximus* ſpiritus enim guſtans Deum, per donum ſapientiæ inardeſcit in amorem ipſius, vnde Augu. inquit Deo: *Guſtaui, & eſurio, ac ſitio, tetigi, & exarſi in concupiſcentiam tuã* Beata autem virgo, vt oſtendat ſe habere hunc effectum, inquit Eccl. 23. *Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibũt me, adhuc ſitient*. Secundus effectus ſolis eſt illuminatio, & pertinet ad donum intellectus, vnde Eccleſ. 43 dicitur. *Sol illuminans per omnia reſpicere facit*. In cœlo ſumma gaudia In inferno ſumma ſupplicia. In mundo preſſuras, & anguſtias. In homine in ſeipſo peccata, & negligentias. Vnde 1. Mach 6. dicitur: *Refulſit ſol in clypeos aureos*. i. in Chriſtum & virginẽ Mariã, *& reſplenduerũt montes ab eis* i. electorum mentes. Tertius effectus ſolis eſt denudatio, quia facit veſtes exuere. Et ad donum conſilii refertur, quod docet veterem conuerſationem, & ſecularem vitam deponere, iuxta illud Matt. 19 *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperib. & veni ſequere me*, Et hunc effectum etiam habet B virgo. Vnde quælibet anima ei deuota põt dicere illud Cã. 1. *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol* 1. colorem priſtinæ conuerſationis mutare me fecit. Quartus effectus ſolis eſt conſolidatio; & ad donum fortitudinis pertinet, per q̃ ſpiritus con ſolidatur. Vnde Ecc. 17. dicitur: *Homo ſanctus* i. firmus *in ſapientia manet*. De B aũt virgine dici põt illud 1 Pet 5. *confirmabit, conſolidabit q;*. Quintus effectus ſolis eſt totius humanę vitæ regulatio, & ad donum ſcientiæ pertinet, per quod ſcimus bene conuerſari in medio nationis prauæ, atq; peruerſæ Vnde ipſa virgo benedicta hortatur deuotos ſuos, dicẽs illud ad Phil. 2. [Omnia facite ſine murmuratione, & hæſitationibus, vt ſitis ſine querela, & ſimplices filii Dei ſine repræhenſione in medio nationis prauæ & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo verbum vitæ continentes] & c. Sextus effectus ſolis eſt liquefactio, & pertinet ad donum pietatis quo liqueſcit anima ad compaſſionem proximi. Vnde Exod. 16. dicitur. *Cum incaleſceret ſol, liqueſiebat manna*. Et Sap. 16. ſcriptum eſt: *Quod ab igne non poterat exterminari, ſtatim ab exiguo radio ſolis calefactum liqueſiebat*. Beata aũt virginis pietas liquefacit corda noſtra ad compaſſionẽ. Vnde illi dicere poſſumus illud Pſ. 147. *Flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ* Septimus effectus ſolis, eſt deſiccatio humorum, & pertinet ad donum timoris, quo carnalis cõcupiſcentia deſiccatur: Vnde Iacob. 1. dicitur: *Exortus eſt ſol cum ardore, & areſecit fœnum* ſ. carnem, quia *omnis caro fœnum, et omnis gloria eius quaſi flos agri*. Eſai. 40. Propter hos autem ſeptem ſolis effectus, dicitur Eſai. 30. *Lux ſolis ſeptempliciter erit ſicut lux ſeptem dierũ*. Per hos vero ſeptem effectus ſolis diuini ſaluatur homo Et ideo dicitur 1 Reg 11 *Cras erit vobis ſalus cum incaluerit ſol, qui neſcit occaſum*. Vnde Eſ. 60. etiam dicitur: *Non occidet vltra ſol tuus* Qui ſol, eſt beatiſſ. virgo Maria, vnde Pſ. 18. dicitur de Deo. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*. Quod exponens Nico. de Lyra dicit, quod virgo Maria recte nominatur ſol propter plenitudinem gratiæ. Et quod in ea habitauit Chriſtus, ſicut in tabernaculo ſuo. Propter quod in perſona eius dicitur Eccle 24. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo* Poſſumus aũt dicere, quod ipſa benedicta virgo aſſimilatur ſoli, propter ſeptem excellentias in ea repertas. Prima eſt nobilitatis. Sicut n. ſol oritur ex alto cum ſplendore multo, ſic beatiſſ virgo Maria orta eſt ex alta progenie ſ. ex regali ſtirpe, & cum ſanctitatis ſplendore. Non n. orta eſt cum originalis peccati obſcuritate, & ideo Eccleſia facit feſtum de eius illibata, & fulgentiſſima conceptione. De ipſa n. glorioſa virgine dici poteſt illud Eccl 26. *Sicut ſol oriens mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus ſuæ* Sicut etiam ſol eſt planeta nobilis conditionis, & materiæ, & formæ: vnde materia eius ita ſatiatur ſua forma, quod vlteriorem formã non appetit, & propter hoc eſt incorruptibilis ſicut & alii cæli, vt trahi põt ex dictis B. Th. in 1. parte ſummæ. q 9 ar 2 Iſta aut ẽ inferiora, vt vegetabilia, & ſenſibilia, ſunt corruptibilia, & formæ eorum non ſunt ita nobiles, vt ſatient ſuã materiam, imo vt dicitur 1 Phyſic *Materia ſemper appetit formã*, &c. Ita beatiſſ. virgo eſt ita nobili materia, & forma decorata, quod aliam amplius nõ appetit, cũ ſit incorruptibilis, & in anima, & corpore beatificata. Secunda ſolis proprietas dicitur formoſitatis, habet n. pulchritudinẽ in aſpectu, licet n. multi planetę ſint formoſi, et Venus, Iupiter

Maria ſol propter ſeptem excellentias.

Digitized by Google

ſublimata in ſua aſſumptione, ita quòd ſupra ſe non habet niſi tres perſonas diuinas, & infra ſe habet tres angelicas hierarchias, & per conſequens totam curiam angelorum, & hominum, qui erãt ad ordines angelicos aſſumendi. Et ideo de illa inquit Deus Pſalm. 88. *Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo.* Item ſicut ſol habet maximam velocitatem, quia quotidie currit ab oriente in occidentem: ſic ipſa virgo intemerata velociſſima fuit in motu obedientiæ, quia diuinæ voluntati per angelum ſibi expoſitæ, cito conſenſit dicens: *Ecce ancilla Domini* &c. Item motu beneuolentiæ, quia ſtatim aſcendit in montana cum feſtinatione, & ſalutauit Elizabeth Luc 1. In quo dedit nobis exemplum aſcendẽdi ad ſuperiora per profectum virtutum, ſine negligentiæ tarditate. Item in motu diligentiæ, quia ſollicite requiſiuit filium ſuum, qui remanſerat in templo. Luc 2. Item ſicut motu ſolis generatur calor, & inflammatio in corpore ei expoſito, vnde vt dicitur in perſpectiua, & ad experientiam videtur, ſi contra ſpeculum concauum ſtupa ponatur, & ſoli exponatur, à calore generato incenditur. Item beata virgo mentes puras, & ſibi deuotas, quæ ſunt, vt ſpecula munda, inflammat ad Dei dilectionem. Vnde ipſa *mater pulchræ dilectionis* appellatur Eccle 14. Item ſicut per irradiationem ſolis omnia nobis deteguntur, & inter omnes colores diſcernimus, & nigrum ab albo diſtinguimus: Sic ipſa mentibus noſtris dat lumen diſcretionis; & veram cognitionem vitiorum, atque virtutum. vnde dicitur *mater agnitionis* Eccleſ. 24. Hoc autem lumine carent illi miſeri, qui reuerentiam non habent erga illam; ſed potius contra eam infœlices linguas ſuas relaxant ipſam blaſphemãtes. Item hoc lumine ſunt priuati illi, qui eius puritatem perſequuntur. Vnde dicere poſſunt, illud Sapient. quinto: *Iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis.* Et illud Eccleſ. 6. de quolibet eorum dici poteſt: *Non vidit ſolem, nec cognouit diſtantiam boni, & mali.* De aliquibus etiam iſtorum dici poteſt illud Pſ 57. *ſupercecidit ignis,* ſcilicet obſtinationis, vel vanæ gloriæ, & propriæ reputationis, *& non viderunt ſolem.* Atq; vtinam de quibuſdam dici non poſſit illud Pſal. 103 *Ortus eſt ſol* ſcilicet in mentibus fidelium, *& congregati ſunt* ſ. ad obſcurandum illum. Spero autem quod verificabitur illud Naum. 3. *Ortus eſt ſol: & auolauerunt locuſtæ.* Væ tamen illi, qui ex malicia conabitur obſcurum reddere, ſeu videri facere iſtum ſolem clariſſimum, ita vt de illo dici queat illud Eccleſ. 46 *In iracundia eius impeditus eſt ſol.* Non ſolum autem ipſa benedicta virgo appellatur ſol, vnde de illa dici poteſt illud 5. *Sicut ſol in ortu ſuo ſplendet,* ſed etiam dici poteſt illud Sapient. 7. *Hæc eſt ſpecioſior* illud Eccleſ 23. *Oculi eius multo lucidiores ſuper ſolem.* O igitur ſol fulgentiſſime, rogo per nos lumen tuum diffundas, ita vt de nobis verificetur illud Malach. 4. *Vobis timentibus nomen meum orietur ſol iuſtitiæ, dicit Dominus.* Et illud Matth 3. & Marc 4. *Ortus eſt ſol, & æſtuauerunt* ſ. charitatis, & deuotionis calore. O ſol clariſſime *illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: ne quãdo dicat inimicus meus, præualui aduerſus eum.* Pſal. 12. & *faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum.* Pſalm. 119. Sicut enim ſol habet virtutem fortificatiuam, vnde in eius aſcenſu ſuper noſtrum hemiſphærium virtutes animalium roborantur, & fortiores efficiuntur, & vſq; ad diem mediam augmentantur: & quando ad occaſum declinat, debilitãtur, & ideo in ſomnum animalia reſoluuntur, vnde & flores in ortu ſolis aperiuntur, qui in eius occaſu clauduntur: Sic tu ô beatiſſima Virgo deuotos tuos confortas, & roboras, & ad ſpem æternæ vitæ conſequendæ eos ſubleuas. vnde mater ſanctæ ſpei appellaris Eccl. 24. Væ autem illi in cuius corde occidit lumen iſtius ſolis. Nam de illo verificabitur illud 4 Regum 28. *Mortuus eſt occidente ſole.* Pro concluſione autem huius partis dico, quod ſicut beata virgo eſt velut aurora peccatoribus, & tanquam luna tribulatis, ſic eſt tanquam ſol iuſtis; quos dupliciter illuminat. ſ. per exemplum, & beneficium. Per exemplum, quia ipſa eſt ſpeculum diuinum in quo debent omnes ſpeculari, de quo dicitur Sap. 7. *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula.* Secundo lucet omnibus per beneficium. Vnde inquit Eccleſ. 24 *Ego mater pulchræ dilectionis & timoris, & magnitudinis* &c. Dat enim nobis dilectionem per quam inflammemur, timorem, per quem humiliemur, magnitudinẽ, per quam ad tolerandum aduerſa roboremur, & ſanctam ſpem, per quam ad ſperandum cæleſtia animemur. Alex. autem de Ales ſuper Pſal. 18. inquit: *Sol dicitur beata virgo, quia ſicut ſol illuminat; ita & ipſa, quia abſtulit oẽs hæreſes mundi, ſicut cantat Eccleſia: Gaude Maria virgo, cunctas hæreſes ſola interimiſti in vniuerſo mundo.* Et quia ſicut ſol fertur ſuper lunam, ſic ipſa ſuper temporalia, vnde Apoc 12. *Apparuit ſignum magnum in cælo, mulier amicta ſole.* i. Maria habens proprietates ſolis. Item quia ſicut lumẽ ſolis nunquã deficit, ſic ipſa virgo ſola ſtetit in fide & paſſione: vnde Cant 7. illi dicitur: *Statura tua,* quaſi in fide ſtetiſti, *aſſimilata eſt palmæ,* quæ virorem ſuum nũ-

Aurora peccatorib. luna tribulatis, ſol iuſtis.

deris Domini venit in caſtra 1. Reg 4. De habente etiam adiutorium & protectionem piiſſimæ virginis dicent dæmones: *Multa ſunt nimis caſtra eius.* Iohel 2. & *caſtra fortia valde* 1. Mach. 3. Sed heu quia de multis dici poteſt illud, 1. Macha. 9. *Multi ſubtraxerunt ſe de caſtris*, id eſt de ſocietate, & deuotione ipſius virginis. De qua inquit eius ſponſus ex . eſt. 5 Cant. 7. *Quid videtis in Sunamite, niſi choros caſtrorum?* ſcilicet quibus parata eſt defendere ab inimicis omnem deuotum ſuum.

QVOD BEATA VIRGO dicitur terra. Aſſimilatio. 8.

Sicut terra flores, ſic Maria Chriſtum produxit.

Beata virgo Maria dicitur terra ratione productionis; quoniam ſicut ex terra flores producuntur & pullulant pleni amœna fragrantia, ſic ex ipſa virgine glorioſa flos omni ſuauitate fragrantiſſimus, Ieſus Chriſtus productus eſt, qui de ſeipſo dixit Can 1. *Ego flos campi* &c. Item dicitur terra ratione ſubuentionis, quia ſicut terra cuilibet noſtræ indigentiæ ſubuenit. Nam in cibum grana frumenti, hordei, & alia ſegetum genera præſtat, ouiculas nutrit, vt de veſtimentis nobis prouideat, ex boum corijs calceamenta, & ſic de alijs præparat. Et ſimiliter glorioſa virgo cibum omnia bona in ſe continentem ex ſua puriſſima carne generauit, videlicet Chriſtum glorioſum. Vnde de illa dicere poſſumus illud Pſal. 77. *Dedit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis. Panem angelorum manducauit homo: cibaria miſit eis in abundantia.* Et ipſi glorioſæ virgini dici poteſt illud Sap. 16. *Panem de cælo præſtitiſti eis, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem.* Item dicitur terra ipſa virgo piiſſima ratione repletionis. Terra enim, vt dicitur in lib. de proprie rerum, ſecundum quod inquit Ariſto. quando eſt ſpongioſa, patitur faciliter motum, & agitationem ex vento ſubintrante poros ſuos, & replente, ex cuius agitatione generatur terræmotus. Et ſimiliter virgo benedicta fuit ſpongioſa per pietatem, & compaſſionem, vnde ventus, id eſt dolor tribulationis, & paſſionis filij in eam intrans repleuit; atque terræmotũ in ipſa fecit. licet enim in loco ſubſtiterit per fidẽ firma, fuit tamen anxietate valde conquaſſata. Vnde dicitur Matth 27. cap. *Et terra mota eſt*, id eſt, virgo Maria tota in lachrymas, & ſuſpiria cõmota eſt. Et ad inſinuandum ſuam ſtationem in fide, & commotionem ex compaſſione, canit Eccleſia: *Stabat mater doloroſa, iuxta crucem lachrymoſa, dum pendebat filius.* Et quid mirum? Vbi enim mater ſtare debebat, niſi iuxta lectum filij ſui dilecti morientis, & eum eo tranſfigi in corde, qui transfixus erat in corpore? Tanto autem fuit tunc repleta dolore, quod Chriſtus in cruce cernens matrem lachrymis rigantem vultum, & anxietatibus repletiſſimam, volens eam aliqualiter conſolari, & alloqui, dixit ei: *Mulier ecce filius tuus.* Nam nõ voluit eam nomine matris appellare, ne ex tali maternitatis vocabulo, quod eſt nomen dulcedinis & pietatis, ipſam vehementius ad dolendum commoueret. Triplici autem ex cauſa ipſam Ioanni commendauit. Primo ratione ſui. Decebat enim, vt ipſe conditor legis legem ſuam obſeruaret de honorandis parentibus. Exod 20. Secundo ratione noſtri, vt nos inſtrueret, de parentibus noſtris curam debere habere non ſolum in vita, ſed etiam in morte. Tertio ratione virginis, cui amittenti filium pro conſolatione legauit fidelem diſcipulum. De hac tamen cõmutatione inquit Ber. *O qualis commutatio! Ioannes ei pro Ieſu traditur, ſeruus pro Domino, diſcipulus pro magiſtro, filius Zebedæi pro filio Dei, purus homo pro vero Deo*, hæc ille. Non eſt ergo mirũ, ſi virginalis terra tremuit, quæ talem commutationem ſenſit. Huius autem terræ virginalis præparator, arator, ſeminator, & cultuator, fuit ſpiritus ſanctus, vt naſceretur in ea fructus benedictus totius mundi, iuxta illud Luc. 1 *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te* &c. Congruum namq; erat, vt amor materiam præparet, & diſponeret, ac mediator, & operator exiſteret illius cõiunctionis, & generationis, qui ex maxima dilectione fiebat, cũ propter grãdem amorem erga humanam naturam verbum æternum caro factũ ſit, iuxta illud Io. 3 *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Et ad Tit. 3. *Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.* Ipſa quoq; virgo ſanctiſſima fuit illa terra, de qua exponi poteſt illud Io 8 *Ieſus autem inclinãs ſe deorſum, digito ſcribebat in terra.* Ieſus ſ. inclinauit ad eam per myſterium incarnationis ſemetipſum, & in eam ſcribẽdo multipliciter benedixit. Eo autem modo Chriſtus ad virginẽ ſe inclinauit, quo vnicornis venatur & capitur. Nam vt ait Iſido. 12 lib. etym *Vnicornis eſt animal ferociſſimum ita appellatum, eò quòd habeat in fronte vnum cornu fortiſſimum, & acutiſſimum, quod quicquid impetierit, aut ventilat, aut perforat.* Et idem etiam ponitur in lib. de proprie re. vbi etiam dicitur. *Rhinocerõ, qui idem eſt quod monoceron. i. vnicornis, cum elephante ſæpe certamen habet quem vulneratum in ventre proſternit. Tanta autem eſt fortitudinis, vt*

Maria commendatur Ioanni ex triplici cauſa.

Natura vnicornis deſcribitur

nulla

Digitized by Google

nulla venantium virtute capiatur. Sed ſicut aſſerunt, qui de naturis rerum ſcripſerunt, virgo puella proponitur, quæ venienti ſinum aperit. In quo ille omni ferocitate depoſita caput ponit: ſicq; ſoporatus vel inermis capitur. Et Plinius li 8 c.21 ait, *Rhinoceros in media fronte habens cornu hoſtis eſt elephãtis, vnde ſuum cornu limat ad ſaxa, & acuit, & ſic ſe præparat pugnæ, & inclinatione aluum impetit elephantis, quam ſcit partem corporis eſſe molliorem.* Vnicornis autem iſte figurat vngenitum Dei filium, qui Num.16. fortiſſimus Deus omnium ſpirituum vniuerſæ carnis nũc vocatur: qui habet inimicum diabolum, quem virtute diuinitatis proſtrauit. Hunc ſancti patres, & diuerſi venatores multis annis capere conati ſunt, & nunquam potuerunt. Nam Abel Noe, Abraam, Iſaac, Iacob, Moyſes, & alij patriarchæ cum ſuis retibus, ſuſpitijs, & clamoribus perſecuti ſunt, & nunquam eum vincere valuerunt, vnde tunc ſua retia longiſſima & ampliſſima ſ figurationis circa habitationem ipſius vnicornis extenderunt, in quib. tandem incideret, & capi poſſet. Poſt illos autẽ venerunt alij venatores, non minus, immo magis audaces, qui ipſi vnicorni propius acceſſerũt, ſcilicet Dauid, Eſaias, Hieremias, Daniel, & alij prophetæ, multumq; in venatione eius fatigati ſunt. Sed videntes quòd illum capere nequirent, retia ſua ſcilicet propheta[?]ionis circa eius habitaculum expanderunt, à quibus exire non poſſet, ſed tandem in ea incidens caperetur. Hunc quoque fortiſſimum vnicornem beatus Ioannes Baptiſta eum vidiſſet in deſerto, contremuit, & non auſus fuit illum capere. Vnde canit Eccleſia: *Baptiſta contremuit, & non eſt auſus contingere ſanctum Dei verticem*: ipſum autem vna puella virgo, ſ Domina noſtra ſuæ flagrantis humilitatis, virginitatis, charitatis, aliarumq; odore virtutũ ad ſe traxit, atque ſi[?] ſuiſſimum fidei ſuæ ſinum aperiens, illum manſuetiſſimum fecit, adeo quod in eius viero requieuit, vnde illum poſtea alijs venatoribus eum quærentibus, ſ Apoſtolis tradidit comprehendum, Et ideo ſaluator noſter eis dixit Luc. 10. *Amẽ dico vobis, quoniam multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderũt.* Et propter ipſi virgini inquit Aug in ſer natiuitatis eiuſdem: *Gratulare B. virgo, quia filius rex ex ſolio ſuo venit in vterum tuum, ex ſinu patris dignatus eſt deſcendere in vterum matris.* Quod autem in ſacra ſcriptura, De filio appellatur vnicornis, patet Pſ.28. vbi dicitur: *dilectus quemadmodum filius vnicornium.* Et Pſ.77 iterum ſcriptum eſt: *Ædificauit ſicut vnicornis ſanctificium ſuum in terra, quam fundauit in ſecula.* Deinde ipſius præparauit ſibi reclinatorium inſtar vnicornis in virgine Maria. Hoc autem reclinatorium vt tanto habitatori idoneũ eſſet, tota Trinitas in eo inſcripſit tres mirabiles proprietates. Nam pater inſcripſit ſuã potentiam faciens eam potentiſſimam, filius ſuã ſapientiam, faciens illam ſapientiſſimam; ſpiritus autem ſanctus ſuam clementiam, faciens eam clementiſſimam. Primo autem Deus pater ſcripſit in illa ſuam potentiã, faciens eam tam potentem quod valet omnibus ſubuenire: & diabolũ tyrannum ferociſſimum ſubiugare, ac fugare. De quo ſingulariſſimo dono ad laudem ipſius æterni patris, in ſuo cantico cecinit, dicens Luc.1. *Quia fecit mihi magna qui potens eſt.* Magnum quippe eſt omnem beſtiam nociuam poſſe fugare, ſed diabolum ferociſſimum tyrannum poſſe ſubiugare, cui in potentia non eſt ſimilis in terra Iob 41. eſt maximum, tanto magis, quanto ipſa virtute ſua facit, vt non audeat appropinquare. Nec mirum: quia ſi Cedrus naturaliter tantæ eſt potentiæ, quòd ſolum per vmbram fugat ſerpentes & omnia venenoſa, quanto magis ipſa Cedrus Dei in cæli Libano exaltata, per ſingularem ſuam virtutem fugat ſerpentem antiquum diabolum: ita vt homini ipſam deuote inuocanti appropinquare non audeat, vel nocere; & ideo debemus eum Inno. eatio petere, & dicere: *Aue Dei mater alma; quæ ex dignitate qua mater Dei es, imperare potes Angelis, & dæmonijs. Compeſce dæmones, ne nobis noceant: præcipe Angelis, vt nos cuſtodiant.* Virgo autem ipſa figuratur per lapidem precioſum, qui vocatur iaſpis: quem quicunque ſuper ſe portauerit, vt dicitur in lib. de proprietate ſecutus & tutus redditur. Et ſimiliter quicunque ſecum habuerit deuotionem & affectuoſam inuocationem beatiſſimæ virginis; tutus ac ſecurus efficietur ab inimicis quibuſcunque. Vnde legitur quod quidam Monachus fuit in quadam cõgregatione deuotiſſimus, ac familiariſſimus virgini glorioſæ: qui ſemel inſtigante inimico tantum bibit in cellario, quod ſine ſenſu omnino putabatur. Et cum eſſet ſero, & ſic ebrius cellarium exiens, verſus Eccleſiam tenderet per clauſtrum, apparuit ei diabolus in forma cuiuſdam tauri miræ magnitudinis, demonſtrans quod eũ vellet cornibus perforare. Et ecce ſubito vidit quandam pulcherrimam puellam venientem: cęſariem ſuper humeros diffuſam habentem, & in ſua manu dextera niueã virgam tenentem. Quæ diabolum increpauit: quia talia facere famulo ſuo præſum ſeras, & iuſſit vt cito diſcederet: nec ei quicquam mali facere auderet. Quibus dictis dæmon diſparuit. Deinde cum cœptum iter monachus

Vnicornis Chriſtũ ſignificat. Pſ. 28. & 77.

Tres proprietates tota Trinitas ſcripſit in hac terra, Maria, vt eſſet idonea tanto habitatori.

Primo pater potentiam.

Digitized by Google

nachus ille peageret, & eccleſiæ appropinquaret, diabolus quaſi canis nimis terribilis ex improuiſo in eum proſiliit. Et iterum præ dicta puella affuit, & dæmonem repulit. Dæmon illo intrante eccleſiam, inimicus terribilior quam prius velut leo immaniſſimus adueniens eum rugiens, quaſi eum deuoraturus apparuit. Sed puella quæ primo, & ſecundo eum liberauerat, iterum apparens, diabolum acriter virga, quam in manu tenebat verberauit, dicens: Quia mihi obedire noluiſti: hæc ad præſentias habere meruiſti. Et ſtatim diabolus vt fumus euanuit, nec vltra apparuit. Poſtea vero piiſſima illa puella manu apprehendēs ipſum monachum ad lectum ſuum reduxit, lectumq; diſcooperuit, ac ipſum intra locauit, & caput eius reclinauit, ac crucis ſignū in eius fronte præmiſit. Et cum mirari cœpiſſet, dicens: Quæ es tu, bona puella, quæ tanta mihi beneficia præſtitiſti? Reſpondit. Ego ſum Maria mater Dei. Et ſtatim diſparuit. Quæ omnia ille monachus poſtea aliis per ordinem enarrauit, atque vitam ſuam in melius emendauit. Hic ſanè perpendi poteſt quantum potens eſt beatiſſima virgo, quæ nos exiſtentes in medio leonum, in medioq; draconum & ſerpentum infernalium defendit, ne ab eis deuoremur, occidamur, ſtrangulemur, & mordeamur, & ne ab ipſo hoſte iniquo diabolo ad infernales pœnas deportemur.

Si quis autem quærat, quare cum diabolus tempore Tobiæ, 7. viros Saræ ſtrangulauerit propter peccatum eorum, vt habetur Tob. 6 non etiam nunc trucidet omnes, quos in manus ſuas tradunt peccata mortalia? Reſpondeo quòd hoc ideo procedit, quia Deus dedit hominibus hanc virginem potentiſſimam, quæ habet in manu virgam ferreā ad arcendas beſtias infernales, & ipſos dæmones effugandos. Vnde illi inquit Pſ. 2. *Reges eos in virga ferrea, et tanquā vas figuli cōfringes eos* Hæc aūt poteſtas ipſius glorioſæ virginis figurata eſt Exo. 7. in virga Aaron, q̄ verſa eſt in colubrū, & deuorauit virgas incantatorum. Poteſtas enim ipſius quæ nobis eſt tāquā virga gracilis, & vtilis, eſt valde terribilis dæmoniis, & deuorat potētiam ſpirituū tenebrarū. Hoc etiā figuratum eſt in Iudith; de qua habet' ſup lib. 13. c. quòd Holofernem peſſimū hoſtē populi Dei occidit. Ipſa enim beata virgo à Deo poteſtate accepit defendēdi ſuos deuotos ab inſidiis, & perſecutionib. diaboli. Et ſicut filii Iſrael glorificabant ipſam Iudith de victoria contra Holofernem obtenta: Ita & nos glorificare, & magnificare debemus matrem Domini noſtri de ſua potentia, & magnificentia: vt de numero illorum inueniamur, de quibus propheta-

tum eſt Pſ. 144 *Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur.*

Conueniens autem fuit, quòd Deus tantam potentiam glorioſæ virgini conferret triplici ratione. Primo quia elegerat eam, vt eſſet regina cæli. Nam ſi Salomon, vt habetur 3. Regum 2. dixit matri ſuæ Berſabeæ. *Pete mater mea, neque enim fas eſt, vt auertam faciem meam à te*: quanto magis decuit æternum patrem, vt nullam ſuæ potentiæ paruitatem oſtenderet ei, quam elegerat, vt eſſet cælorum imperatrix? Et ideo illi dicitur Pſalm. 44 *Aſtitit regina à dextris tuis* &c. Secundo ei tantam potentiam contulit, quia per illam gratia per peccatum perdita inueniri debebat. Vnde Luc. 1. ei dixit Angelus: *Inueniſti gratiam apud Deum*, perdiderat enim eam ipſa antiqua mater noſtra Eua, 5. millibus annis, & vltra in perditione perdurauerat, ſed virgo glorioſa eam adinuenit. Vnde Bernard. ibi inquit: *Inueniſti gratiam quam quærebas, & quam ante te inuenire nemo potuit.* Tertio ei contulit Deus magnam potentiam, quia ipſa eius filio Chriſto magna conferre debebat ſ. eum de ſuis puriſſimis ſanguinibus in vtero ſuo formare, & lacte ſuo ſacratiſſimo enutrire, & eum qui veſtit omnia, induere, ipſumque totius mundi gubernatorem regere, & gubernare. Et ideo ipſa in cantico ſuo cecinit dicens. *Quia fecit mihi magna qui potens eſt* &c. De hac autem potenti virtute ab ipſo Deo ipſi virgini conferenda inquit Angelus eidem Luc. 1. *Et virtus altiſſimi obumbrabit tibi*, quæ ſcilicet te faciat potentiſſimam & virtute fortitudinis plenam.

Tantam autem potentiam ſuam exercet beata virgo nos adiuuando, nobiſque ſubueniendo in vita in morte & poſt mortem. Conſidera ergo ô deuote Chriſtiane, quòd ſi haberes amicum, qui omnem vitæ tuæ indigentiam ſubleuaret, tibi charus eſſet, ſed ſi non ſolum in vita, ſed etiam in morte tibi ſubueniret, charior profectò exiſteret. Si autem in vita, & in morte, ac poſt mortem ſubuenire tibi nunquam ceſſaret, iſte procul dubio chariſſimus eſſet, & omnes in amicitia tua antecelleret. Sed paul ſpet inſpice quis in hac vita ſit amicus tuus. Si mundum quæris, decipit: Si parentes, & conſanguineos, ipſi te mox tuum aſſociabunt tumulo, & recedent, te ſolum ibi ſepultum relinquentes. Beatiſſima autem virgo hominibus duo præſtat beneficia in vita vnum iuſtis, ſcilicet gratiæ diuinæ: aliud vero peccatoribus ſcilicet diuinæ miſericordiæ: & ideo eam appellat Eccleſia matrem gratiæ, & matrem miſericordiæ q. d. O Maria quæ es gratiarum diuinarum diſtributrix & conſeruatrix, cō-

Debuit Deus dare Mariæ magnam poteſtatem triplici ratione.

Maria adiuuat in vita, morte, et poſt mortem.

ſeruat iuſtos in gratia, qua nihil eſt melius: & quã qui habet, vt Aug. inquit, omnia alia habet; qui eam non habet; fruſtra cætera conatur habere. Tu quoque ô Maria, quæ es mater Ieſu Chriſti, qui eſt ſumma miſericordia, ora pro peccatoribus Tu enim es mater miſericordiæ omnibus inuocantibus te. Pſalm. 85. Secundo in morte adiuuat, in qua diuerſa prælia dæmones hominibus inferunt, quando verificatur illud Apoſtoli ad Eph. 6. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem: ſed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum* Ipſa enim piiſſima virgo ſuum adiutorium nobis præbet. Et ideo eam rogat Eccleſia dicens: *Tu nos ab hoſte protege.* Tertio ſubuenit poſt mortem, quando ſcilicet anima tranſiit de corpore, ne dæmones illam rapiant. Et ideo eam orat Eccleſia dicens; *& hora mortis ſuſcipe* Ipſa autem virgo clementiſſima, nec in tali hora deſerit ſuos deuotos. Sed eis morientibus aſtat amœniſſimo virginum cœtu comitata & cantantibus Angelis animas ipſorum deuotorum ſuorum ad paradiſi gloriam facit deportari. O igitur virgo benigniſſima, ſuccurre mihi in illa hora horribili. Scio enim quòd omnia potes Iob. 42 c. De te namque dici poteſt illud Sapientiæ 7. *Cum ſit vna,* & Dei ſponſa, *omnia poteſt.* Tu miſereris omnium quia omnia potes Sapientiæ 11 Et *ſubeſt tibi cum volueris, poſſe* Sap. 12 Tu ergo *ſi vis, potes me mundare* Luc. 5 Et ideo *ſicut potes adiuua nos* Matth. 9. Tu enim *faciens facies, & potens poteris.* 1. Regum 26 De te namque dici poteſt illud Sapientiæ 10. *Omnium potentior eſt*: & ideo fac vt de te dicere poſſim illud 2 Regũ 22. *Liberauit me ab inimico meo potentiſſimo* Omnia enim poſſibilia ſunt tibi, Marci 14. Et tu dicere potes illud Geneſ. 39. cap. *Nec quicquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate.* tu etiam *dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas* Pſalm. 88 Et de te poſſumus dicere illud Eccleſiaſtici 17. *Dedit illi Deus poteſtatem eorum, quæ ſunt ſuper terram*; & tu dicere vales illud Eccleſiaſtici 24. *In Hieruſalem poteſtas mea* De te quoque verificatum eſt illud Dan. 4. *Poteſtas tua inter terminos vniuerſæ terræ.* & iterum: *Poteſtas eius poteſtas æterna in generatione, & generationem*: & illud Ioſue 9. *Audiuimus famam potentiæ eius*: & illud Eccleſiaſtici 43 *Mirabilis potentia ipſius.* Et ideo O potentiſſimarum creaturarum potentiſſima, *Excita potentiam tuam, & veni vt ſaluos facias nos* Pſal. 79.

2 *Filius Deus ſcripſit in Matre ſapientiã* Secũdo principaliter dico, quòd filius Dei ſcripſit in matre ſua ſapientiam ſuam, faciẽdo ipſam ſapientiſſimam. Nec mirum, ſi glorioſa virgo facta eſt ita ſapiens, cum ipſa in vtero ſuo nouem menſibus tenuerit fontem ſapientiæ, & ſcientiæ Dei: & in gremio ſuo ſæpius baiulauerit eum de quo dicitur Prouerb 9 *Sapientia ædificauit ſibi domum.* id eſt, Dei filius, qui eſt ſapientia patris elegit ſibi beatam virginem ad habitandum, & ideo ſapientia ipſam repleuit, vnde dicere poteſt illud Sapien. 7 *Omnium artifex docuit me ſapientiam.* Conueniens erat autem ſapientiſſima fuit, quia ſicut prima mulier Eua per ſuam inſipientiam, maximam dedit occaſionem noſtræ damnationis; ita ſecunda mulier in qua immutatum eſt illud nomen Eua, in Aue, ſua ſapientia debebat eſſe occaſio noſtræ ſalutationis. Et ſicut ille maledictus artifex diabolus infinitos quodammodo habet nocendi modos per malitiam ſuam, vt dicit Auguſt in libro de natura dæmonum & facit c. ſciendum 26 q 4. Sic iſta virgo benedicta quaſi infinitos habet modos nos docendi, & reuocandi ab erroribus per ſapientiam ſuam, vt reuocet animas ſingulorum à corruptione. Iob 33. Ipſa quoque eſt illa, quæ per ſapientiam ſuam placat iram Dei, ne contra mundum deſæuiat in vltionem. Cum enim in ſacra ſcriptura ſæpius inueniatur, peccata acriter punita à Deo fuiſſe, vt peccatum inobedientiæ Adam, pro quo eum cum poſteritate ſua eiecit de paradiſo. Geneſ. 3 Et peccatum luxuriæ tempore, quo miſit diluuium delens omnia animalia, exceptis paucis in arca ſaluatis Geneſ 7. Item peccatum elationis in ædificatione turris Babel tempore gigantum, propter quod diſperſit eos per vniuerſum orbem, & miſit confuſionem linguarum, Gene. 11. Item peccatũ contra naturam, propter quod ſubuertit Sodomam, & Gomorrham, & alias ciuitates hoc vitio infectas igne, & ſulphure. Geneſ. 19 Peccatum quoq; murmurationis, Dathan, & Abiron, quos à terra viuos deglutiri fecit Numer. 16 Et peccatum vanæ gloriæ Dauid in numeratione populi, propter quod 70 milia virorum peſte mori fecit 2. Regum 24. Et peccatum irreuerentiæ ſeruitionis, propter quod ignis de cælo deſcendit, & conſumpſit duos quinquagenarios cum ſociis eorum, miſſos à rege Iuda ad Heliam 4 Regum 1. Item peccatum blaſphemiæ Sennacherib: propter quod 85. milia virorum pugnatorum ab Angelo Dei interfecta ſunt 4 Regum 19. Quid eſt, quòd hodiernis temporibus, in quibus tot committuntur inobedientiæ contra Deum, tot fiunt fornicationes, tot ſodomiæ, tot fiunt fornicationes, & ſuperbiæ, ac vanæ gloriæ, tot murmurationes, ac irreuerentiæ Dei & ſanctorum eius; totque blaſphemiæ, Deus non flagellat mundum,

Digitized by Google

non eum totaliter ſubuertit, cum nunquam tanta fuerint in ipſo flagitia, ſicut in iſtis miſeris diebus? profectò hoc ideo procedit, quia hæc noſtra ſapientiſſima aduocata eius iram ſua mitigat prudentia. Et ideo Caſſianus hæc conſiderans ait: *Tu patrona humani generis, tu cunctis afflictis medica ſingularis. Quis tuo non eget munere, cum ſit peccare commune?* Figurata autem fuit beatæ virginis ſapientia in Heſter regina ſapiẽtiſſima, quæ Aſſueri regis iram mitigauit, & populum Iſrael ne deleretur, liberauit. Heſter 7. Vnde de ipſa verificatum fuit illud Eccleſiaſt. 39. *Collaudabunt omnes ſapientiam eius: & vſque in ſeculum non delebitur, & nomen eius requiretur à generatione in generationem.* Omnes igitur ad iſtam ſapientiſſimam aduocatam debent recurrere, cum Deum cognoſcunt propter ſua peccata contra eos iratum eſſe. Vnde Bernard ait: *O peccator, ſi ad conſpectum patris accedere times, ne liqueſcas quaſi cera à facie ignis: vade ad mediatricem matrem miſericordia, & oſtende ei vulnus & vlcera, & ipſa pro te oſtendet filio pectus & vbera, & filius patri latus & vulnera. Pater non negabit filio. Filius non negabit matri, & mater non negabit tibi.* hæc ille. Nemo igitur deſperet, cum cauſam ſuam tali patrona tutari valeat. Nullus in errore permaneat, cum ad iſtam ſapientiſſimam magiſtram ſemper recurrere, & ab ea inſtrui poſſit. Illi enim in mundum venienti dixit Deus illud 3. Regum, tertio: *Dedi tibi cor ſapiens, & intelligens in tantum, vt nullus ante te ſimilis fuerit; nec poſt te reſurrecturus ſit.* De ipſa quoque exponi poteſt illud Prouerbio decimoquarto: *Sapiens mulier ædificat domum ſuam.* id eſt, eccleſiam catholicam. & illud 3. Regum quarto. *Erat ſapientior cunctis hominibus.* & illud 2. Paral. 11. *Sapientior & potentior fuit ſuper omnes* & illud Iudith 11. *Mirabantur omnes ſapientiam eius* & Heſter 13. *Sapientia & fide cæteros præcellebat.* & illud Pſalm. 146. *Sapientiæ eius non eſt numerus.* Ipſa quoque dicere poteſt illud Eccleſiaſt primo: *Præceſſi ſapientia omnes qui fuerunt ante me; & tranſivi ad contemplandam ſapientiam: & ſapientia perſeuerauit mecum* & illud Sapientiæ 7. *Optaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ* &c. & Eccleſiaſt. ei lib. *In ſapientia vixit anima mea*

3 Spiritus ſanct⁹ ſcripſit in Maria clementiam.

Tertio principaliter dico, quòd ſpiritus ſanctus ſcripſit in glorioſa virgine clemẽtiam ſuam, & fecit eam clementiſſimam. Dignum enim fuit, vt ipſe ſpiritus ſanctus illam roboraret clemẽtia, qui thronus altiſſimi, & clementiſſimi principis eſſe debebat; iuxta illud Prouerb. 20 *Roboratur clementia thronus eius.* Nam thronus diuinæ miſericordiæ eſt ipſa virgo Maria mater clementiæ, & miſericordiæ Figurata autem fuit clementia eius 2. Reg. 17 in illa muliere, quæ Ionatham, & Alchimaam fugientes à facie Abſalonis quærentis eos occidere, abſcondit ex clementia in puteo, expandendo velum ſuũ ſuper os putei, vbi latuerunt quouſq; ſerui ipſius Abſalonis eos quærentes receſſerunt. Ex qua figura datur intelligi, quod peccatores, qui Deum peccatis offendunt, mater miſericordiæ occultat velo clementiæ in profunditate humilitatis ſuæ; ſi ad eam cõfugerint, quouſque ira & vindicta Dei ceſſauerit. Clementia vero ipſius virginis excellit omnes alias quæ in creaturis reperiri poſſunt. vnde ſicut Virgilius collaudat Dianam ſuper alias Deas paganorum, & Didonem ſuper alias mulieres dicẽs in 1. Æneid. *Regina ad templum forma pulcherrima Dido Incedit magna iuuenum ſtipante caterua. Qualis in Eurotæ ripis: aut per iuga Cinthi, Exercet Diana choros, quã mille ſecutæ, Hinc atq; hinc glomerant Oreades, illa pharetram Fert humero, gradienſque deas ſupereminet omnes: Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat Per medios, inſtans operi, regniſque futuris.* Similiter nos ſuper omnes creaturas laudare debemus glorioſam virginem de clemẽtia, & benignitate, quæ ſuper omnes ſanctos inſtat operationi noſtræ ſalutis: & regnum nobis æternum in futura vita procurat, & præparat ex ſua miſericordia. Et omnibus vniuerſaliter clementiſſima eſt & promptiſſima ad ſubueniendũ, vnde Bern. in quodam ſer. eam alloquens inquit: *Ille ſolus virgo beata laudes tuas ſileat, qui te fideliter inuocatam ſenſerit in ſuis neceſſitatibus defuiſſe. Et quid mirum ſi inuocata adeſt, quæ etiam non vocata præſto eſt?* De illa ergo dicere poſſumus illud Prouerb. 16. *Clementia eius, quaſi imber ſerotinus.* Et 31. eiuſdem lib. ca. *lex clementiæ in lingua eius.* Ipſius enim benignitas eſt illa, de qua dicitur Prouerbior. decimoprimo: *Clementia præparat vitam* Licet enim ſit alta regina, quia eſt cæli, terræque domina, tamen erga nos ſubditos ſuos non vtitur imperio ſed clementia. Vnde dicere poteſt, illud Heſter 13. *Cum vniuerſum orbem meæ ditioni ſubiugaſſem, volui nequaquam potentia abuti magnitudine, ſed clementia & lenitate gubernare ſubiectos, vt abſque vllo terrore vitam tranſigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur.* O igitur clementiſſima domina, quæ nunquam petitiones deuotè tibi ſupplicantium repellis, oro vt audias nos pro tua clementia Actu 24. Poſſumus quoque exponere illud, quod dicitur Ioã. 8 ſ. digito ſcribebat in terra, dicendo, quòd ad actum ſcribendi quatuor requiruntur, 1. ſcriptor,

inſtrumentum, ſiue res ſcribenda, attramentum, & charta ſiue alia materia, & tunc talis ſcriptura poteſt tradi ad legendum cuilibet legere ſcienti. Spiritualiter autem hæc omnia concurrerunt in liberatione mulieris adulteræ: de qua habetur in prædicto euangelio, per quam figuratur humana natura in peccato lapſa, quia ibi fuit digitus Dei, i. Spiritus ſanctus ſcriptor: atramentum fuit rubeus ſanguis Chriſti. Charta autem in qua ſcripta eſt, fuit beata virgo Maria, quæ fuit liber in quo prius prophetæ deſignauerunt modum incarnationis & natiuitatis filii Dei ex eo, & paſſionis eius, & omne myſterium humanæ redemptionis fiendæ per verbum Dei. Fuit enim beatiſſima virgo tanquam mundiſſima charta, menaliter Chriſti ſanguine aſperſa ſecundum illud Luc. 2. *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* In iſta autem charta, ſiue terra puriſſima tuerunt ſcripta ſeptem dona ſpiritus ſancti. Et ibi poſſumus legere, quanta paſſa ſit: & quanta nobis contulerit. Figura autem huius habetur Leuit. 14. vbi Moyſes aſperſit propitiatoriũ, quod erat in tabernaculo ſanguine vituli digito ſuo, vt per accedentes ad tabernaculum inuenirent remiſſionem peccatorum, & eis propitiaretur Deus. Spiritualiter enim per altare, ad quod ſolus ſummus ſacerdos accedebat, ſignificatur immaculata virgo, ad quam ſolus ſummus ſacerdos filius Dei deſcendit, vt ibi conficeret hoſtiam, quam pro nobis immolaret. Ipſa vero beatiſſima virgo ſepties aſperſa eſt ſanguine vituli, quia ſepties percuſſa eſt gladio paſſionis redemptionis noſtræ. Primo à Simeone. Secundo quando tota nocte audiuit ipſum flagellari. Tertio quando mane ad domũ Pilati vidit eum ſpinis coronatũ. Quarto quando audiuit eum ad mortem condemnari, & ſuper humeros eius crucem imponi. Quinto quando audiuit eum cruci affigi. Sexto quando vidit ipſum in cruce expirare. Septimo quando vidit latus eius lancea tranſfigi & aperiri. Compatiebatur enim ei tanquam vna caro cum dilecto filio ſuo, & paſſiones omnes, quæ fiebant ipſi filio, erant tot vulnera in corde matris, vt inquit Hierony. in quodam ſermone. Fuit ergo puriſſima virgo altare, in cuius corde occiſus eſt vitulus ſaginatus, & illius ſanguine ſepties aſperſa eſt anima eius. Item ipſa facta eſt liber fœderis, in quo ſcripſit Spiritus ſanctus ſeptem dona ſua ceteris abundantius. Cupientes ergo ad vitam æternam peruenire, ſtudeant in libro iſto die ac nocte, & in eo ſe faciant adſcribi per deuotionem. Hic enim eſt ille liber, de quo dicitur Deo Pſalm. 138. *In libro tuo omnes ſcribentur.* Hic eſt *liber vitæ, & teſtamentum altiſſimi, & agnitio veritatis.* Eccleſia. 24. In hoc libro omnes etiam idiotæ legere poſſunt, de quo dicitur Eſai. 39. *Dabitur liber neſcienti litteras.* Væ autem illis ſeductoribus, de quibus dicit propheta Pſalm. 58. *Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur.* Quibus etiam ait Deus Eſai. 50. *Quis eſt liber repudij matris veſtræ, quo dimiſi eam?* Spero tamen quod de aliquibus verificabitur illud Eſa. c. 29. *In modico, & in breui audient ſurdi verba libri ac tenebris & caligine, & oculi cæcorum videbunt, & addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in ſancto Iſrael exultabunt* &c. Hic etiam eſt *liber mandatorum Dei* Baruch. 5. In die autem iudicii verificabitur illud Daniel. 7. *Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt.* Tunc enim vnuſquiſque iudicabitur, an quid in hoc libro inuenit, & inſcriptus ſit in eo ſcriptus ſit, *ſaluabitur* namque *omnis qui ſcriptus inuentus fuerit in libro vitæ.* Daniel. 12. O vtinam & ego de illis inueniar, de quibus dicitur Luc. 4. *Quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ.* Fac O beata virgo, vt de me verificetur illud Apocal. 10. *Accepi librum de manu angeli, & cum deuoraſſem illum factus eſt in ore meo tanquam mel dulce.* Scio enim O benedicta Dei mater, quod *non intrabit in ciuitatem ſupernam, niſi qui ſcriptus eſt in libro vitæ agni.* Apocal. 21. De incredulo autem dicit filius tuus eiuſdem libri cap. 3. *Delebo nomen eius de libro vitæ. Qui autem non eſt ſcriptus in libro vitæ, mittetur in ſtagnum ignis.* Apoc. 21.

QVOD BEATA VIRGO dicitur ſpeculum Dei. Aſſimilatio. 9.

Benedicta virgo Maria, dicitur ſpeculum *Maria ſpeculum propter quatuor.* ſua triplici de cauſa. Primo propter ſpeculi compoſitionem. Speculum enim componitur ex vitro, & plumbo. Per vitrum autem, quod eſt lucidum, ſignificatur eius virginitas, quæ fuit lucida coram Deo: iuxta illud Sap. 4. *O quam pulchra eſt, caſta generatio cum claritate.* Per plumbum vero quod eſt ductile, & habet colorem cinereum, ſignificatur eius humilitas: quia veri humiles de facili ad omne bonum ducuntur, & reputant ſe cinerem, iuxta illud Gen. 18. *Loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis & cinis.* Et ſicut plumbum per ſe, & vitrum per ſe non facit ſpeculum niſi inſimul iungantur, ſic nec Mariæ humilitas ſine virginitate, nec eius virginitas ſine humilitate feciſſet eam ſpeculum Dei, in quo eius imago refulſit, i. Chriſtus. De iſta coniunctione virginitatis

[virgi]nitatis, & humilitatis inquit Hugo de ſancto Victore. [O virginitas, & humilitas quomodo in vnum conueniſtis? Quid feciſtis? Sic ſublimaſtis humilem, ſic fœcundaſtis virginem, vt virgo Dei pariat Dei filium, & humilis habeat ſponſum Deum.] Sicut autem ſpeculum recipit in ſe figurā eius qui fecit illum, ita beata virgo in ſuo vtero recepit eum, qui creauit ipſam. Vnde in eius perſona dicitur Eccleſiaſt. 24. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Sicut ergo fabricator ſpeculi quantumcunque magnus ſit, tamen totam imaginem ſuā in ſe eo conſpicit: ita licet Deus qui beatam virginem fecit, ſit immenſus, tamen totū ſe ea in recepit. Vnde Eſa. 12. dicitur: *Exulta & lauda, habitatio Sion,* id eſt, virgo benedicta, quæ es ſpeculum Dei (Sion enim ſpeculatio, ſiue ſpeculum interpretatur) *quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael.* Pſalm. quoque 86. dicitur: *Nunquid Sion dicet; homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eā altiſſimus.* Sicut autem in ſpeculo, niſi eſſet terſum & clarum, nequaquam quis imaginem ſuam conſpiceret: ſic Deus imaginem ſuam, id eſt, filium ſuum in virgine non poſuiſſet, niſi puriſſima fuiſſet. Et ideo dicitur de ea Sap. 7. *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula.* Os igitur ſuo imponatilentium, qui clariſſimum Dei ſpeculum prædicat fuiſſe originali vitio maculatum.

Sicut radius vitrum, ſic Chriſt. Mariam non corrupit.

Secundo dicitur ſpeculum propter radij ſolaris penetrationem. Sicut enim radius ſolaris intrat, & exit ſpeculum ſine ipſius ſpeculi corruptione; ſic & Chriſtus qui eſt verus ſol, illud ſpeculum intrauit in conceptu: & exiuit in partu ſine virginitatis eius violatione. De quo inquit Aug. in ſermone de natiuitate Domini: [Solis radius ſpeculum penetrat, & ſoliditatem eius inſenſibili ſubtilitate pertranſit: & talis videtur intrinſecus qualis eſt extrinſecus. Itaque nec cum ingreditur, nec cum egreditur illud diſſipat: quia ingreſſu, & egreſſu eius ſpeculum integrum perſeuerat. Speculum ergo non rumpit radius ſolis, & integritatem virginis ingreſſus aut egreſſus viciare potuit diuinitatis?] quaſi dicat non.

Tertio dicitur ſpeculum propter rerum præſentium repræſentationem. Omnia enim quæ ibi ſunt, relucent in ſpeculo. Et ſimiliter in beata virgine tanquam in ſpeculo Dei omnes debent inſpicere, & poſtea maculas ſuas diluere & tergere. Nam ſuperbi cognoſcent ibi ſuas maculas reſpiciendo ad eius humilitatem. Auari reſpiciendo ad illius paupertatem. Luxurioſi reſpiciendo ad ipſius virginitatem. Ait enim Hieronymus in ſermon. de aſſumptione: *Chriſtus virginem matrem elegit, vt ipſa omnibus eſſet exemplum caſtitatis.* Omnes igitur peccatores in hoc ſpeculo inſpicientes, videbunt quomodo, & qua ex parte ſint infecti. Et econtra virtuoſi intueri poterunt virtutes, & bonos mores ipſius quos debent imitari. Sicut enim ſancta Romana Eccleſia eſt ſpeculum, & exemplum omnibus fidelibus c. enimuero. 19 di. ita mater Chriſti debet eſſe ſpeculum & exemplum omnibus Chriſtianis. Et ideo inquit beatus Ambroſius in 2. libr. de virginitate: [Sit vobis tanquam deſcripta virginitas, vitaque Mariæ, à qua velut è ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis.] Et hoc figuratum fuit Exod. 37. vbi dicitur, quòd Moyſes fecit labium æneum cum baſi ſua de ſpeculis mulierum. Sacerdotes enim in illis ſpeculis maculas faciei ſuæ reſpiciebant, & eas lauabant, vt ſic mundi accederent ad ſacrificium: ſic enim & nos maculas mentis noſtræ in hoc ſpeculo virginali debemus inſpicere, & eas lauare, vt ſic poſſimus mundo corde & corpore Deo ſeruire. Sicut autem ſpeculum imagines omnium tam paruorum, quam magnorum in ſe recipit: & de qualibet re quam ſit pulchra vel deformis, veritatem indicat: Sic & virgo glorioſa omnes ad ſe venientes recipit intra viſcera ſuæ pietatis, & ad inſtar ſpeculi omnibus ſui ſtatus qualitatem oſtendit.

Quarta dicitur ſpeculum propter ipſius ſpeculi fulgorem. Ipſa etenim tota fuit fulgida. Vnde Hieronym. inquit: [Sane credo quod virgo Maria tota fuit fides in credendo, tota oculus in cognoſcendo, tota charitas in diligendo, tota virtus in operando, & tota candor in concipiendo, tota ſplendor in patiendo, & tota decus in aſcendendo.]

QVOD BEATA VIRGO dicitur arcus cœleſtis, ſiue Iris. Aſſimilatio 10.

ARcus cœleſtis ſignificat virginem glorioſam, propter generationem, diſpoſitionē, & colorationem.

Mariæ arcus.

Primo propter generationem.

Primo propter generationem. Nam arcus prædictus, vt dicitur in lib. de propriet. rerum, generatur in nubibus in nube lucida, concaua, & aquoſa ex reflexione radij ſolaris in eam. Beata autem virgo fuit nubes, inquantū fuit à terrenis eleuata per cœleſtium contemplationem, & fuit luci-

Digitized by Google

lucida per fulgidam conuerſationem,& concaua per humilitatem,& aquoſa per compaſſionem, & pietatem:quia habet cor molle eum, & ductile ad compatiendum. Radius igitur ſolaris, id eſt gratia Dei, refulſit in Maria, quæ fuit nubes lucida,concaua,& aquoſa, & ſic arcus cœleſtis fuit eſſecta. Secūdo dic tur arcus cœleſtis propter diſpoſitionem Arcus enim ille ita eſt diſpoſitus, ꝙ eſt ſine chorda, & ſine ſagitta, & verſus nos tenet cornua. Quidam autem ſunt ſicut arcus cū chorda,& ſagitta:quia extenduntur à nimia indignatione, & iaciunt ſagittas,id eſt, comminationes cum nimia crudelitate:& tenēt cornua verſus ſe, ſc licet indulgentiam,& beneficentiam:quia inimicis ſuis nolunt indulgere:nec amicis beneficia exhibere Sed benedicta virgo eſt ſine chorda indignationis,quia eſt tota mitiſſima,& eſt ſine ſagitta comminationis:quia eſt tota dulciſſima vnde Ber.ſuper *Miſſus eſt* ait: *Quid humana fragilitas trepidat accedere ad Mariam? nihil auſterū in ea eſt,nihil terribile,tota ſuauis eſt* Habet autem duo cornua ſcilicet gratiam,& miſericordiam.& iſta tenet verſus nos,quia iuſtis dat gratiā,& peccatoribus indulgentiam.& miſericordiā,& ideo appellatur mater gratiæ,& miſericordiæ. Dum ergo iſte arcus ſine chorda, & ſagitta inclinat ad nos cornua,ſignificat,quod beata virgo non vult nos ferire,ſed nobis miſereri,& parcere. & quod propter ſuam immēſam pietatem ſemper filium ſuum inducit ad parcendum, & non feriendum dicens illud Ioel. 2. *Parce Domine parce populo tuo*,&c.

Tertio dicitur arcus cœleſtis propter colorationem, Vt enim dicit Beda, & habetur etiam in li. de proprietatum, arcus ille ex quatuor elemētis contrahit colores, nam ex igne contrahit colorem rubeū, ex aqua ceruleum, ex aere hyacinthinum,& ex terra gramineum,ſeu viridem. Et ſimiliter iſti quatuor colores fuerunt in B. virgine.Habuit enim colorem rubeum:quia tota fuit igne diuini amoris inflammata, & iſtum colorē traxit ab illo igne de quo dicitur Heb.12 [Deus noſter ignis conſumens eſt]Secundo habuit colorem ceruleum,quia tota fuit per compaſſionē liquida effecta:iuxta illud Pſal.21 *Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei* Et iſtum colorem traxit ab aquis,id eſt, ab omnibus tribulationibus,& miſeriis,vel ab aquis diuinarum gratiarum de quibus dicitur Eſai 55. *Omnes ſitientes venite ad aquas.* Tertio habuit colorem hyacinthinum, quia ſemper fuit in cœleſtibus conuerſata,iuxta illud ad Ephe 3. *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt.* Et iſtum colorē traxit ab aere.i.à meritis ſuæ puritatis,quia in mente eius ſemper fuit ſerenitas puritatis. Quarto habuit colorem viridem,quia tota fuit in conuerſatione viridis,& amœna:& iſtum colorem traxit à terra,id eſt à ſua anima: ex qua virtutes generabantur,per quas gratioſa Deo & hominibus reddebatur. Eius autem vigor virtutum omniū aliorum ſanctorum virtutes ſuperabat. vnde Eccl 40 dicitur:[Gratiam,& ſpeciem deſiderabit oculus: & ſuper hæc virides ſationes. i.virtutes virentes ex terra virginea procedentes Qualiter autem ipſa fuit Deo,& hominibus gratioſa,dicit Gilbertus epiſcopus: [Virtutes Mariæ depromebant in cogitatione,& affectione cordis ineffabilem harmoniam,quam ipſa creatrix,& inhabitatrix eius Dei ſapientia delectabatur audire Coruſcabat quoque foris,& in ſuperficie ſermonis, & intus. Vnde poſſent homines glorificare Deum,& exēpla ſalutis accipere.]hæc ille. Poſſumus quoque dicere quod per colorem igneum ſiue rubeum ſignificatur feruor charitatis; per hyacinthinū nitor ſanctitatis:per ceruleum tenentudo pietatis, per viridem vero vigor virginitatis eius:Beata igitur virgo figurata eſt per illum arcum, de quo dicitur Gen 9. Dixit Deus:[Hoc eſt ſignum fœderis quod do inter me, & vos in generationes ſempiternas Arcum meum ponam in nubibus; erit ſignum fœderis inter me,& inter terram. Cumque obduxero nubibus cœlum;apparebit arcus meus in nubibus;& recordabor fœderis mei,quod pepigi vobiſcum:& non erunt vltra aquæ diluuij ſuper terram ad delendam omnem carnem. videbo enim arcum meum in nubibus;& recordabor fœderis ſempiterni.]De ipſa ergo benedicta virgine dicere poſſumus illud Eccl 50. *Quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ* &c Et illud Eze 1. *Quaſi arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ* Et illud Abacuc 3. exponi poteſt de ipſa virgine,vbi de Deo inquit propheta: *Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum iuramenta tribubus quæ locutus es* item illud Apocal 4. *Sedes poſita eſt in cælo, & ſupra ſedem ſedens*, ſcilicet filius Dei *& Iris erat in circuitu ſedis* &c.

QVOD BEATA VIRGO dicitur collum. Aſſimilatio.11.

Collum in ſcriptura appellatur virgo benedicta Vnde Can 1.dicitur:*Collum tuum ſicut monilia* Primo autem videbimus quare dica-

re dicatur collum. Secundo quare dicatur, ſicut monilia. Primo ergo eſt ſciendum, quod ipſa aſſimilatur collo per reſpectum ad Deum, & ad ſeipſam, & ad nos. Primo per reſpectum ad Deum dicitur collum triplici ratione. Primo ratione coniunctionis. Sicut enim collum coniungit caput corpori, ſic & ipſa Chriſtum qui eſt caput noſtrum, Eccleſiæ quæ eſt corpus ſuum, vnit. Quod enim Chriſtus ſit caput Eccleſiæ, patet per Apoſtolum ad Col.1. Hæc autem coniunctio, & vnio in eius vtero facta fuit, quādo de ea Chriſtus carnem aſſumpſit, & ſibi vniuit. quando ſcilicet *verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*. Ioan.1. Secundo dicitur collum ratione mediationis. Sicut enim collum eſt medium inter caput, & corpus, ſic & ipſa eſt mediatrix inter Deum, & nos. Vnde dicitur medium templi, Pſal.47. In templo quidem ſunt tres diuiſiones. Prima eſt ſacrariū. Vltima eſt corpus ipſum. Media vero eſt chorus. Sicut ergo chorus eſt medius inter ſacrarium & corpus, ſic & ipſa eſt mediatrix inter Deum, & humanum genus. Tertio dicitur collum ratione rectitudinis. Sicut enim collum eſt rectum, ſic & ipſa in omnibus quæ agebat, rectam intentionem habebat. Vnde Can.7. dicitur: *Collum tuum ſicut turris eburnea.* Dicitur enim turris propter rectitudinem, & eburnea propter puritatem. Secūdo dicitur collum per reſpectum ad ſeipſam, & hoc propter tria. Primo propter eminentiam, & dignitatem. Sicut enim poſt caput collum eminet omnibus membris, ſic & ipſa poſt Chriſtum eminet omnibus ſanctis. Et ideo aſſimilatur cedro. Eccl.24 *Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano.* Sicut enim cedrus excedit omnes arbores in altitudine, ſic & ipſa excedit omnes ſanctos in dignitate. Secundo propter eloquentiæ gratioſitatem. Sicut enim in collo formantur verba, ſic & ipſa in cōſpectu Dei pro nobis loquitur bona. Quæ verba ita Deus libenter audit, vt dicat ei Cant 2. *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis.* Tertio propter compaſſionem, & pietatem. Sicut enim collum de facili flectitur, ſic & ipſa ad compaſſionem de facili commouetur. Flectitur autē collum modo à dextris, modo à ſiniſtris, modo ad ante, & modo ad tergum. Et ſimiliter ipſa modo flectitur ad illos qui ſunt in dextris, id eſt, in proſperitate dando eis temperantiam, modo ad eos qui ſunt à ſiniſtris, id eſt in aduerſitate, dando eis potentiam. Modo ad illos qui ſunt ante, & modo ad eos, qui ſunt à tergo. Boni quidem habent faciem ſuam ante Deum. Mali autem habēt tergum iuxta illud Hierem.2. *Verterunt ad me tergum, & non faciem.* Flectitur ergo ad illos, qui ſunt ante Deum, conſeruando eos in gratia, & ad illos qui ſibi vertunt tergum, reducendo eos ad pœnitentiam.

Maria dicitur collum triplici ratione.

Tertio dicitur collum per reſpectum ad nos. Et hoc propter tria nobis neceſſaria. Primo propter ſuſtentationem: ſicut enim collum ſuſtentat caput: ſic & ipſa nos omnes ſupportat. Et propter hoc etiam dicitur columna: de qua ſcriptum eſt Eccl 24 *Thronus meus in columna nubis.* Thronus enim Dei fuit beata virgo, quæ etiam eſt columna inquantum nos ſuſtentat: & eſt nubis in quantum nos à terrenis eleuat. Secundo dicitur collum propter ſubminiſtrationem. Sicut enim a capite mediante collo deſcendunt in corpora omnia nutrimenta, ſic à Chriſto per virginem in nos veniunt omnia bona. Ipſa autem non eſt auara, ſed manum ſemper aperit, & nobis gratias ſpirituales tribuit. vnde Prouerb. vlt. dicitur: *Manum ſuam aperuit inopi: & palmas ſuas extendit ad pauperem.* Tertio propter reſpirationem. Sicut enim à collo interior aer emittitur: ſic per ipſam noſtra deuotio Deo præſentatur. Et ſicut exterior aer per collum ad corpus trahitur: ſic per ipſam nobis omnis gratia inſpiratur. Vnde Eccl 4 dicitur: *Sapientia filijs ſuis vitam inſpirat.* Secundo videndū eſt, quare dicat, *ſicut monilia*. Circa quod eſt ſciendum ꝙ monile eſt ornamentū pectorale, ꝙ conficitur ex auro & argento, ac lapidib. precioſis: & ex his trib. confectum eſt iſtud monile Dei. Iſta aūt ſunt illa tria, de quibus dicitur ad Tim.5. *Integer ſpiritus veſter anima, & caro ſeruetur ſine querela.* Ipſa n. habuit corpus aureum id eſt, incorruptum, animam argenteam i. lucidam & puram, & ſpiritum coram Deo precioſum. Dicitur autem monile à munere, quia ſponſi talia ornamenta ſponſis ſuis olim dare conſueuerant, vt ſe ornarent: vel dicitur à muniendo, quia pectus ſponſæ munit, ne aliquis manus impudicas apponat. Vel dicitur ab vniendo: quia duo ora capitii iungit: & quaſi vnum de ipſis facit. Et ideo dicitur monile, à monos quod eſt vnus, vel ſic dicitur à monendo, quia admonebat videntes abſtinere ab illa tanquam à coniugata. Olim enim ſolummodo nupta deferebat monilia: & ſic patet quod monile quatuor habebat facere, ſ. pectus ornare, pectus munire, diuiſa coniungere, & omnes admonere. Et ſimiliter iſta quatuor facit nobis iſtud monile Dei. Nam nos ornat ſuis exemplis. Vnde Eccleſiaſt.15 dicitur: *Sicut ſol oriens mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentū domus ſuæ.* Secūdo munit pect. noſtrū

ſuis

ſuis præſidiis, ne dæmones illud intrare poſſint. Et ideo dicitur Cant 6. *Terribilis, ut caſtrorum acies ordinata.* Tertio diuiſos, & ſeparatos à Deo coniungit: peccata enim à Deo diuidunt. Vnde Eſaiæ 59 dicitur, *Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum.* Sed iſtos ſic diuiſos ipſa Deo vnit, cum veniam eis acquirit. Quarto animas noſtras ſignat, per quod dæmones admonentur, ne ipſas contingant, cum ſint ſponſæ Dei, iuxta illud Oſeæ 2. *Deſpõſabo te mihi in fide.* Iſtud autem ſignaculum ab omnibus recipi debere admonet di. Can. 8 *Pone me ut ſignaculum ſupra cor tuum.*

QVOD BEATA VIRgo dicitur columba. Aſſimilatio 13.

COlumba ſignificat beatam virginem propter plura, in quibus ipſa columba commendabilis eſt. Primo enim commendabilis eſt quoad nidum, quia nõ nidificat in terra: nec in arbore, ſed in foramine petræ: & ſimiliter beata virgo non nidificauit, nec cor ſuum poſuit in terrena cupiditate, nec in ſublimi elatione, ſed in filii ſui vulneribus, & paſſione. Vnde ei dicitur Can 2. *Surge propera amica mea, columba mea, & veneni in foraminibus petræ.* Iſta igitur columba habitabat in petræ foraminibus, quia per recordationem continuam ſemper erat in Chriſti vulneribus. Vnde dicenti filio illud Thren. 3. *Recordare paupertatis, & transgreſſionis meæ,* id eſt, transgredientis & exceſſiuæ paſſionis meæ, *& abſinthij, ac fellis.* Ipſa reſpondit illud quod in eodem cap habetur: *Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.* Vel poteſt dici quod Chriſtus in hac vita habuit plures nidos, ſcilicet præſepium, patibulum, & ſepulcrum. Et in iſtis nidis hæc diuina columba frequentiſſimè habitabat, quia loca habitationis Chriſti cum deuotione maxima viſitabat. vnde dicit ſanctus Odilio: [Si volumus ſcire, quid Dei genitrix poſt filii reſurrectionem agebat, ſine dubio loca Dominicæ natiuitatis, paſſionis, ſepulturæ, & reſurrectionis frequenter viſitabat, in eis lachrymas fundebat, & oris ſui ſanctiſſimi oſcula imprimebat.] Hieronymus quoque in ſermone de aſſumptione ait: [Fortaſſis præ nimio amore in loco quo filius eius ſepultus eſt, eã habitaſſe credimus, quo pius paſceretur interius amor obtutibus &c.]

Secundo commendabilis eſt columba quoad cibum; quia non comedit cadauera, ſed electa grana. Et ſimiliter beata virgo non afficiebatur circa terrena, ac mundana: ſed circa cœleſtia & æterna. Paſcebatur enim illo grano frumenti, de quo dicitur Ioan. decimoſecundo: *Niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit,* &c. Granum namque frumenti habet reficere & ſatiare, & quantum ad hoc ſignificat Chriſti diuinitatẽ: & in hoc ſenſu exponi poteſt illud Pſalm 157. *Et adipe frumenti ſatiat te.* Item habet exterius ruborem, & quantum ad hoc ſignificat eius carnem ſanguine rubricatam; iuxta illud Eſai. 63. *Quare rubrũ eſt indumentũ tuum,* &c. habet quoque interiorem candorem, & quantum ad hoc ſignificat eius animam candore mundiciæ fulgidam Sap 7. *Candor eſt lucis æternæ.* Et propter iſta tria dicit beata virgo Can. 5. *Dilectus meus candidus* quantum ad animam fulgidam, *& rubicundus:* quantum ad carnem cruentatam: *electus ex millibus,* quantum ad diuinitatem ſupremam. Iſta igitur columba hoc grano delicatiſſimo veſcebatur, quia circa Chriſti diuinitatem pleniſſime delectabatur. Tertio commendabilis eſt columba quantum ad gemitum, quia non habet cantum vanitatis: ſed gemitum compaſſionis.

Quoad cibum.

Quoad gemitum.

Ipſa etenim virgo cum aliis ſanctis mulieribus in Chriſti paſſione gemitus emittebat. Vnde dicere poterat illis: *Quaſi columbæ meditantes gememus* Eſai. 60 De gemitu autem eius inquit deuotus Anſelmus: [O domina mea miſericordiſſima, quos fontes lachrymarum dicam erupiſſe de pudiciſſimis oculis tuis, cum attenderes vnicũ filium tuum innocentem coram te flagellari, ligari, mactari, & carnem de carne tua ab impiis crudeliter diſſecari? Quibus ſingultib. exiſtimabo puriſſimum pectus tuum vexatum eſſe cum audires: Mulier, ecce filius tuus.]

Quarto commendabilis eſt columba quantum ad volatum: quia non volat ſolitaria, ſed gregatim, & aſſociata. Beata autem virgo, eſt illa mulier amicta ſole de qua dicitur Apocalypſis duodecimo, quod datæ ſunt ei duæ alæ ad volandum in deſertum. Iſtæ enim duæ alæ ſunt amor, & ſpes quibus volabat ad cœlum: dicens cum Pſalm. quinquageſim. quart *Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ & volabo, & requieſcam?* Non autem ſola volabat, ſed alios ad volandum ſecum trahebat, ſcilicet Apoſtolos. Vnde Sanctus Odilio ait: [Deinde ad notum ſibi refugium, ſ. Apoſtolicum cõſortium, circuitu Dominicorũ locorum

Quoad volatum.

Digitized by Google

rum peracto cum gaudio remeabat. Hiet quoque in ſermone de aſſumptione inquit: *Poſt aſcenſionem Chriſti Mariæ cõuerſatio ad exemplum humanæ vitæ cum Apoſtolis vſque ad diſperſionem fuit:* quod Lucas in actibus Apoſtolorum cõmemorat. d e primo: *Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum Maria matre Ieſu.* Quinto commẽdabilis eſt columba quoad ſimplicem contuitum: habet enim columba magnam ſimplicitatem iuxta illud Matt. 10 *Eſtote ſimplices ſicut columbæ* Beatæ autem virgini inquit eius cæleſtis ſponſus Cant. 1 *Oculi tui columbarum,* id eſt ſimpliciter aſpicientes, vnde Hieronym. in ſerm. ad Euſto. de illa inquit: *Erat candida multis meritorum virtutibus: ac dealbata, nunc candidior ſpiritus ſancti muneribus, & in omnibus columbæ ſpeciem repræſentans; quia quicquid in ea geſtum eſt, totum puritas & ſimplicitas, totum veritas & gratia fuit: totum miſericordia & iuſtitia, quæ de cœlo proſpexit* Habuit igitur B. virgo ſimplicitatem in intentione: quia ſemper Dei gloriam quæſiuit, in affectione, quia Deum ſine admixtione mundani amoris ſemper dilexit. in operatione, quia omnia quæ faciebat, ad honorem Dei, & proximi vtilitatem faciebat. Talis autem ſimplicitas multũ eſt Deo grata: vnde illi dicitur *1. Paral. 29 Scio Domine quia ſimplicitatem diligis.* Et ideo Sap. 1. inquit Salomon: *In ſimplicitate cordis quærite illum.* Sexto commendabilis eſt columba, quantum ad reſidentiam; quia reſidet iuxta fluenta aquarum, iuxta illud Can. 5. [Oculi tui ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ: & reſident iuxta fluenta pleniſſima.] De beata autem virgine Hieron. exponens illud Cant. [Vidi ſpecioſam ſicut columbam aſcendentem de ſuper riuos aquarũ:] ait. [Quaſi columba ſpecioſa fuit, quoniam illius columbæ ſpeciem ac ſimplicitatem demonſtrauit, quæ ſuper Chriſtum venit, deſuper riuos aquarum: qui ſuper aquam refectionis educauerat eam Deus: ex qua multi riui deducti totam terram irrigant.] Dicitur autem, quod columba ideo ſuper riuos aquarum moratur: vt inde vmbram accipitris aſpiciat, vel vt ſitim ſuam extinguat, vel vt contra æſtum ſe refrigeret. Et ſimiliter B. virgo ſemper moratur iuxta plenitudinem ſpiritus ſancti, vt inſidias diabolicas à ſuis fidelibus præcaueri faciat: & ideo figurata fuit per reginam Heſter, quæ fraudulentiam Aman recognouit, & populum ſuum ſaluauit. Secundo ſitim amoris mundani, per diuinum amorem penitus in ſe extinxit: quia ſicut dicit Aug. [Quilibet de fluuio paradiſi, cuius vna gutta maior eſt Oceano, teſtatur in eo ſitis mundi penitus extinguatur.] Tertio contra æſtum omnium tribulationum ſe refrigerauit, iuxta illud Hiere. 6. [Inuenietis refrigerium animabus veſtris] Fertur quod in partibus vltramarinis, volentes reges, & principes aliquam nouam ſignificare, habent apud ſe columbam, cuius pulli ſunt in regione illa, ad quam noua tranſmittere cupiunt. Et ligantes litteras ad pedes columbæ, dimittunt illam, quæ nequaquam quieſcit quouſque ad regionem illam peruenerit, in qua proprios filios eſſe nouit, & tunc gentes regionis illius cognoſcunt illam eſſe columbam regiam. Et accipientes litteras de pedibus eius cognoſcunt noua, quæ mittit eis Dominus ſuus. Spiritualiter. Eramus omnes in regione vmbræ mortis propter culpam, & nullum bonum nouum ſcire poteramus de placatione æterni regis erga nos. Sed veniens hæc diuina columba candidiſſima, ſcilicet glorioſa virgo Maria, à ſuperno rege miſſa, portauit nobis priuilegium noſtræ reparationis, & ſalutis Et figura huius habetur Geneſ. 8 vbi dicitur, quod columba reuerſa eſt ad arcam portans ramum oliuæ virentis, & tunc cognouit Noe, & qui incluſi erant in arca, ceſſaſſe aquas diluuij ſuper terram. Spiritualiter autem ſignificat quod genus humanum erat in arca originalis peccati incluſum, & detentum. Cooperuerant enim aquæ huius culpæ montes, & colles, id eſt, ſanctos & iuſtos, adeo vt nullus poſſet extra hunc carcerẽ apparere ac exire. Sed veniens hæc columba eis portauit oliuam virentem pacis & reconciliationis; quia ipſa effudit, & dedit ſaluatorem, per quem carcer noſter confractus eſt: & Dominus noſter nobis reconciliatus: vnde de carcere iſto educti ad cœli palatium perducimur Vnde Ber. ipſi benedictæ columbæ noſtræ inquit: [Inueniſti O beata virgo gratiam, quam nemo ante te inuenire potuit, inferni ſcilicet captiuationem, peccatorum liberationem, omnem mundi reſtaurationem, cœli reparationem, angelorum, & hominum conſolationem.

Quoad ſimplicem contuitum.

Quoad reſidentiam.

QVOD BEATA VIRGO dicitur elephas. Aſſimilatio 13.

BEata virgo figuratur per elephantem, de quo inquit Iſidor. 12. Etym quod dicitur ab elephio Græce; quod eſt mons Latine, & hoc eſt propter maximam ſui corporis quantitatem, quod quidem animal, vt dicitur in li. de proprie. re. & ponit Iſidor. vbi ſup in rebus bellicis aptum eſt. In his enim animalibus Medi, & Perſæ ligneis tur-

turribus,& caſtellis,collocatis;tanquam de muro dimicant,& iacula mittunt: de quorum pugna habetur primo Mach.6 Subinfert quoque ibidem Iſidor quod cognitione,& memoria præ cæteris brutis animalibus vigent gregatim incedunt,& motu quo valent ſe ſalutant,vt dicit Solinus in lib de mirabilibus mundi: nec amplius quam ſemel gignunt,& vnum tantum filiū.Item dicit Plinius lib.5 natu.hiſto quòd ſi elephas hominem errantem ſibi obuium viderit in ſolitudine,primo ne ipſum terreat,aliquantulum de via ſe ſubtrahit,& tunc gradum figit:& paulatim ipſum præcedens viam ei oſtendit, & ſi draco illi occurrerit,viriliter ſe ei opponit,& hominem defendit. Et libr 8.etiam dicit:quod elephas inter omnia animalia eſt maximæ virtutis: ita quod vix in hominibus tanta probitas inuenitur Nam certis temporibus ſimiliter conueniunt ad flumē,& ibi ſe abluunt,& balneant,& poſtea ſibi inuicē inclinant,& ad locum ſuum redeunt.Et iuuenes ſuos eundo,& reuertendo ante ſe ire faciūt:quos diligenti cura cuſtodiunt, & inſtruunt ad ſimile faciendum. Item quando filij eorum ægrotant, quaſdam herbas ſalubres eis congregant,& antequam eis vtantur,ſupino capite eas ad cœlum leuant,& quadam religione à numine ſuperno ſibi auxilium poſtulant. Quæ omnia poſſent B virgini applicari.Sed cauſa breuitatis ſolum explicabimus,& declarabimus 5. elephantis proprietates. Quarū prima eſt:quod inter omnia agreſtia animalia eſt magis obediens vt dicit Ariſtot. li.de animalibus De quo etiam Solinus vbi ſup. ait: *Elephas ſuum liberatorem diligit:& eidem obediens manſueſcit.* Iſta autem obedientia fuit in B. virgine, quæ non tantum obediuit Deo ſuo ſuperiori,& præſeruatori,ac liberatori ab originali peccato,& ab omnibus alijs vitiis,ſed etiam ſuæ inferiori ſcilicet Eliſabeth,apud quam trib menſibus ſtetit,ſibi in partu ſeruiuit Obediuit etiam ſuo æquali ſcilicet Ioſeph,qui inquantum ſponſus ſuus ſibi erat æqualis. Nam ſecuta eſt eum prægnans in Bethleem Secuta quoque eſt illum in Ægyptum euntem,& inde reuertentem.

Maria ſicut elephas obediens fuit.

Secundo proprietas elephantum eſt illa, quā ponit Plinius li.8 vbi ait: *Boni ſunt ſenſus* Et idem dicit Ariſtot 8 de animalibus. Sequitur Plinius; Et ſunt animalia ita docilia,quod regem cognoſcere, & quaſi adorare inſtruuntur, & nituntur quaſi reuerentiæ gratia genua ſua flectere. Item ad nutum magiſtri ſui elephas aquam de fluuio, vel de ſitula haurit,& circunſtantes aſpergit: & hoc ego vidi oculis proprijs in ciuitate Mediolanenſi fieri ab vno elephante. Et ſimiliter beata virgo ſuper omnes puras creaturas ſenſu viguit,& intellectu ſuperauit,quia Dei profunda myſteria cæteris amplius cognouit. Vnde Bernar ſuper *Miſſus eſt* ait: *Quis excepta fortaſſis illa,quæ hoc ſola experiri meruit,intellectu capere poſſit, qualiter ille ſplendor inacceſſibilis virgineis viſceribus ſe infudit? Nam quos ſola per ſe Trinitas in ſola, & cum ſola virgine voluit operari, ſoli datum eſt noſſe, cui ſoli datum eſt experiri.* Ipſa quoque ſuper omnes regem cœleſtem adorauit:& aquam de ſitula eius,id eſt,gratiam tam abundāter hauſit,quod omnes nos aſperſit. Vnde de illa exponi poteſt illud quod fuit Eſa 52.prædictum, ſcilicet *aſperget gentes multas.*

Item boni ſenſus.

Tertia proprietas elephantis eſt, quam ponit Ariſt 8 de animalibus,ſcilicet quod eſt maxime domeſticabilis:nam de facili domeſticatur:& cū hominibus pacifice commoratur. Et ſimiliter B. virgo fuit domeſtica per conformitatem morū. Non enim fuit ſingularis,ſed communis. Nam voluit conuenire cum virginibus;& ideo virginitatem vouit Et cum cōiugatis;& ideo matrimoniū contraxit Item cum viduis;& ideo poſt mortem Ioſeph vidualem vitam duxit. Item fuit perſona communis,quia Deo, angelis, & hominib. placere ſtuduit. vnde Bern. in quodam ſermo ait: *Beata virgo Maria dicitur gratia plena, quia Deo, angelis & hominibus fuit grata. Deo per humilitatem, angelis per virginitatem, & hominibus per fœcunditatem.*

3 domeſtica per conformitatē morum.

Quarta proprietas elephantis eſt illa, de qua inquit Plin l.14.de animalibus.& ponitur in lib de proprie.re. vbi dicitur: *Sunt elephantes naturaliter benigni:quia felle carent.* Accidentaliter tamen elephas efficitur ſeuerus, quando ad prælium concitatur,aut quando nimis prouocatur. Et ſimiliter B.virgo non habet fel alicuius indignationis, vel iracundiæ,ſed tota eſt dulcis,ſuauis,& benigna. Vnde ei canit Eccleſia *Specioſa facta es,& ſuauis* &c & Ber.ſuper *Miſſus eſt* ait: *Quid humana fragilitas accedere trepidas ad Mariam? nihil in ea auſterum,nihil terribile inuenies. tota enim eſt ſuauis* Efficitur tamen ſeuera dæmonibus, quando contra eos pro nobis præliatur Et ideo dicitur Cā.6 *Terribilis vt caſtrorū acies ordinata.* Quinta proprietas elephantis eſt, quod pugnat cum dracone eſt enim eius inimicus. Vnde dicit Plin. lib 8 *inter elephantem, & draconem eſt perpetua dimicatio* Et ſimiliter inter beatam virginem & diabolum eſt perpetua inimicitia. ſicut Dominus ipſi diabolo prædixit Geneſ 3.di. *Inimicitias ponam inter te,& mulierem,& ſemen tuum,& ſemen illius.*

4 benigna ſine felle.

5 pugnans cum dracone.

Notan-

Notandum eſt autem quod elephas duobus modis draconem vincit. Primo caput eius conterendo, & tunc draco terribiliter plangit. iuxta illud Micheæ 1 *Faciam planctum velut draconũ* Secundo aquam in eius faciem proiciẽdo. Nam in flumine ſe proijcit, quando draco ſibi appropinquat: & aquam cum roſtro in eius faciem proijcit, & ſic eum excæcat, & à ſe repellit. Et eodem modo B. virgo diabolum ſuperauit. Primo enim per ſuam humilitatem caput diaboli, id eſt eius ſuperbiam contriuit, ſicut ipſi diabolo prædixerat Deus Gene. 3 dicens: *Ipſa conteret caput tuum.* vnde Abacuc 3 illi dicitur: *Percuſſiſti caput de domo impij* Sicut enim diabolus Euam vicerat per ſuperbiam, ſic à Maria victus eſt per humilitatem veram. vnde Bern. inquit: [Eua per ſuperbiam Dei creaturam ſe eſſe non conſiderans, Deo pariter eſſe voluit. Maria vero humiliter factoris ſe ſubdens ancillam ſe nominauit. Ideoque illa eſt abiecta, iſta vero electa] Secundo diabolum vicit ipſum quodammodo excæcando. & in faciem eius aquam proiciendo. Diabolus enim obſeruabat ſi aliquando aliqua virgo cõciperet, vt ſic myſterium Dominicæ incarnationis ſcire poſſet. Sed virgo ipſum excæcauit: & in faciẽ eius aquam proiecit, quando virum accepit: quia ſic illud myſterium ſibi occultauit. vnde Bernar. ait: *Ideo virgo deſponſatur, quia per hoc à ſecretis cæleſtibus hoſtis excluditur.* Amb. inquit: *Ideo Deus celauit natiuitatis ſuæ ſacramentum: quia ſi princeps huius ſæculi cognouiſſet, nunquam pro ſalute noſtra Chriſtum crucifigi procuraſſet.* Beatæ igitur virgini, quæ omnes dæmones ſuperauit, & debellauit, dici poteſt illud Eſa. 51 *Vulneraſti draconem* Et illud Apoc. 20. *Apprehendit draconem ſerpentem antiquum.*

QVOD BEATA VIRGO FIguratur per gallinam, pullos habentem, Aſſimilatio 14.

GAllinę habenti pullos aſſimilatur piiſſima Domina noſtra. Hæc enim gallina præ cæteris alijs auibus, & gallinis, quatuor de nouo aſſumit, ſcilicet compaſſionem, ſollicitudinem, magnanimitatem, & in fouendo oua curam aſſiduam. Primo aſſumit compaſſionem: Quia ſuper pullos paruulos, & infirmos, tantam compaſſionem habet quod videtur ſimul infirmari: & ipſam compaſſionem oſtendit, & in plumis, ſiue alis, quia tota efficitur hiſpida. Et in voce, quia efficitur tota rauca. Secundo aſſumit ſollicitudinem: & hoc in tribus, ſcilicet in paſcendo: quia grana vndique quærit, & cum inuenerit, pullos vociferando illuc venire facit. Secundo cuſtodiendo, quia ſub alis ſuis eos cuſtodit: & ab inſidijs milui illos protegit. Vnde Dominus inquit Matth. 23. *Hieruſalem Hieruſalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?* Tertio aſſumit magnanimitatem, quia cum naturaliter cæteræ gallinæ, & aues ſint pauidæ: ipſa tamen nomen homines infrequentes pullos ſuos nõ ſolum non fugit, ſed etiam in ipſos inſurgit: eoſque roſtro, & alis, ac clamoribus inuadit. Aſſumit, & quarto magnam curam, & diligentiam in fouendo oua, quia ſeipſam negligit. & ſuper oua ſuper-incumbit.

Propter igitur iſta quatuor, beata virgo per gallinam ipſam figuratur. Primo propter cõpaſſionem quam ipſi oſtendit Fecit enim ſe hiſpidã id eſt vilem, & abiecta propter magnam ſui corporis afflictionem. Et ideo poterat dicere illud Can. 1 [Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol] Ac ſi dicat. poſtquam ſol, id eſt Chriſtus ſe decolorauit ſuſtinendo viliſſimam paſſionem; & ego decoloraui me per maximam corporis mei afflictionem. Iutantum enim compaſſa eſt filio ſuo patienti: quod quodammodo facta fuit rauca. De ipſa namque ſic inquit magiſter Iacobus de Voragine, ordinis prædicatorum in libro ſuo beatæ virginis: Raucedo accidit vel ex nimio clamore, vel ex nimio labore, ſiue fatigatione. Ipſa igitur filio in cruce exiſtente tantum clamauerat eiulando, & tãtum membra ſua fatigauerat pectus contundendo, brachia obſtringendo, & manus allidendo, quod tota facta erat languida, & tota rauca. Tantum etiam fleuerat, quod oculi eius quodammodo defecerant, & ideo merito dicere potuit cũ propheta Pſalm 68 Laboraui clamans raucæ factæ ſunt fauces meæ: defecerunt oculi mei,] & cæt. Hæc ille.

Maria per gallinã figuratur propter quatuor.

Secundo aſſimilatur huiuſmodi gallinæ propter magnam ſollicitudinem, quam de nobis habet in paſcendo, & in cuſtodiendo nam dum eſſet in præſenti vita, nos paſcebat cibo doctrinæ, iuxta illud Prouerbior. 31. [Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius.] Modo etiã nos paſcit cibo gratiæ. Vnde ibidem dicitur, [De nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis] Habet etiã ſollicitudinẽ

Digitized by Google

in cuſtodiendo; quia ſub alis ſuis nos cuſtodit: & ab inſidiis diaboli nos protegit. Ipſa enim eſt illa mulier cui datæ ſunt duæ alæ magnæ Apoca. 12. Vna alæ miſericordiæ, ſub qua peccatores confugiunt, vt Deo reconcilientur. Alia eſt ala gratiæ ſub qua iuſti conſiſtunt, vt in gratia conſeruentur: primi poſſunt illi dicere cum Pſal. 16. *Sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me afflixerunt.* Secundis autem dicitur, & cuilibet eorum Pſal. 90. *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis.* Quilibet enim iuſtus, viuens ſub protectione B. virginis, poteſt ſperare quod conſequetur gloriam æternæ fœlicitatis.

Tertio aſſimilatur huiuſmodi gallinæ propter magnanimitatē. Eſt enim tam magnanima, & tam fortis, quod omnes noſtros hoſtes inuadit, & eos à nobis expellit. Eſt enim ſicut dicitur Cant. 6. *terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Sicut enim acies bene ordinatæ hoſtibus ſunt in magnum terrorem, ſic quòd ſtatim ſæpe fugiunt, & franguntur; ſic dæmones ipſam valde timent, & à facie eius fugiunt, & omnes eorum acies confringuntur. Vnde Cant. 7. dicitur: *Quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum?* Quarto aſſimilatur gallinæ, quia diligenter nos fouet, donec in [illegible] Dei nos generet. Vnde poteſt dicere illud 1. ad Cor. 4. *In Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui.* Notandum eſt autem, quòd gallina ſæpe fouet oua propria, & oua anatum, & pauonum; ſed cum omnes creauerit, veri pulli eius ipſi nutrici adhærent: pulli vero anatum in aquis ſe immergunt: Pauones autem de ſua pulchritudine gloriantes, nutricem relinquunt. Et ſimiliter B. virgo multos fouet & nutrit, ſed in progreſſu tēporis veri filij & deuoti ipſam ſemper ſequuntur per deuotionem. Alieni vero deſerunt eam, ac ſe aquis delitiarum immergunt. Alii vero de ſuis mundanis honoribus gloriantes, & intumeſcentes, eius deuoti eſſe dedignantur, & eam derelinquunt. Vnde ipſa poteſt conqueri, & dicere cum Pſal. 17. *Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.* Sæpe enim beata virgo illos, qui erant à Deo alieni aſſumit ad fouendum, & nutriendum; ſed poſtquam eos nutriuit, ſibi mētiuntur, quia eā deſerunt, & ingrati ſibi exiſtunt: & inſuper in peccatis inueteraſcunt. Nonnulli vero claudicant volentes ſeruire diabolo, & ſibi, & ideo ipſa non immerito dicit prædicta verba, ſcilicet: *Filij alieni* &c.

QVOD OVIS DEI dicitur B. virgo, Aſſimilatio. 15.

OVis DEI dicitur glorioſa virgo propter quinque. Primo propter fœtum. Oues enim ſunt multum fœcundæ, & ſimiliter ipſa ſic fuit fœcunda quod illum fructum protulit, qui totum mundum ſatiauit. De quo ipſa inquit Eccleſiaſt. 24. *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris.* Vbi notandum quod iſte fructus eſt ſuauiſſimus in ſapore, & ideo dicit *fructificaui ſuauitatem.* Eſt amœniſſimus in odore, & ideo addit *odoris.* Et eſt honorificus, & honeſtiſſimus in ſpecie, ſiue decore, & ideo ſubdit: *Et flores mei fructus honoris & honeſtatis.* Et dicitur flos propter amœnitatem, & fructus propter ſatietatem. Secundo dicitur ouis quantum ad paſtum, nā ouis non comedit herbam putridam, ſed herbam virentem. Herba putrida eſt amor peccati faciens animam putreſcere, & fœtere: iuxta illud Ioel. 1. *Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo.* Herba vero ſicca, & arida eſt amor mundi, qui cito ſiccatur, & areſcit, iuxta illud Iaco. primo: *Exortus eſt Sol cum ardore, & aruit fœnum, & flos eius decidit, & decor eius deperijt:* herba autem virens eſt amor Dei, qui animam facit virentem, & Deo gratam, ac placentem. Primam ergo herbam beata virgo abhorruit, ſecundam contempſit, & tertiam germinauit iuxta illud Geneſ. primo: *Germinet terra herbam virentem.* Iſta enim terra figurat beatā virginem, quæ herbam virentem germinauit, quia Dei amore ſemper plena fuit. Iſtū paſtum hæc ouis Dei habuit in hac vita. Modo vero habet alia paſcua glorioſa, de quibus dicitur Eze. 33. [In paſcuis vberrimis paſcam oues veſtras, & in montibus excelſis, & ibi requieſcent in herbis virentibus, & paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael.] Vbi nota quod eius paſcua ſunt vberrima, pinguia, & virentia. Primo ſunt vberrima, quia paſcitur in cognitione ſummæ veritatis, ſiue enim ingrediatur ad contemplandam diuinitatem: ſiue egrediatur ad conſiderandam Chriſti humanitatem, vbique inuenit vberrimam ſatietatem: iuxta illud Ioan. 10. [Ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.] Secundo paſcitur in delectatione ſummæ ſuauitatis: & ita ſunt paſcua pinguia. Vnde ipſa inquit cum Pſal. 62. [Sicut adipe, & pinguedine, repleatur anima mea.] & illi dici poteſt illud Pſalm. 47. [& adipe frumenti ſatiat te.] Illius ſcilicet frumenti de quo dicitur Ioā. 12. [Niſi granum frumēti, &c.

Tertio

Tertio paſcitur in virore ſummæ æternitatis, & iſta ſunt paſcua virentia, quæ nũquam ſiccari poterunt: ſed ſẽper virentia erunt, & ideo dicere poteſt cũ ꝓph. Pſ. 22. *In loco paſcuæ ibi me collocauit.*

Tertio dicitur ouis propter ſimplicitatem veram. Habuit enim ſimplicitatem aquilinam, columbinam, & ouinam. Simplicitas aquilina eſt; ſimplici intuitu reſpicere cælũ, & Solem, & ideo pullos ſuos quos viderit cum vno oculo reſpicere ad cælum, & cum alio ad terram, tanquam degeneres à ſe abijcit. Et ſimiliter B. virgo ſimplici intuitu cordis ſui ſemper ad Deum reſpexit, nec ad terram oculos ſuos vnquam reflexit: & ideo opera lucida ſemper habuit iuxta illud 10. Mat. *Si oculus tuus ſimplex fue. cor. tu. luc.* Secundo habuit ſimplicitatem columbinam. Columba enim, vt ſupra dictum eſt in aſſimilatione. 12. caret felle & diligit comparem ſimplici amore: & ipſa caruit felle amaritudinis, & tota fuit plena melle dulcedinis, & ſuauitatis, vnde ipſa ait Eccleſ. 24 *Spiritus meus ſuper mel dulcis* &c. Tertio habuit ſimplicitatem ouinam: ouis enim nullum lædit, ſed omnibus ſeruit; quia de lacte ſuo nutrit, & de carne paſcit, ac de lana veſtit: & ſimiliter beata virgo nullum vnquam læſit; ſed nos nutrit ſuis doctrinis, paſcit ſuis meritis, & veſtit ſuis exemplis. Vel melius dicere poſſumus, quòd nos nutrit lacte ſuæ deuotionis: paſcit carne filij ſui, quam ipſa generauit: de qua ipſe eius filius inquit Ioann. 6. *caro mea vere eſt cibus.* Veſtit etiam nos veſtimẽto gratiæ in hoc ſeculo, & gloriæ in futuro. & propter hoc dicitur Prouerb. vlt. *Omnes amici eius veſtiti ſunt duplicibus.* De illa quoque exponi poteſt illud Pſal. 127 *Qui dat niuem ſicut lanam.*

Quarto dicitur ouis propter obedientiã ſpontaneam. Oues enim multum ſunt obedientes voci paſtoris: iuxta illud Io. 10 *Oues meæ vocem meam audiunt.* Magna obedientia eſt audire vocem Dei præcipientis; maior audire vocem Dei conſulentis, ſed maxima eſt audire vocem Dei inſpirãtis. Beata autem virgo tanquam bona ouis, Dei omnis his vocib. obediuit. Præceperat enim Deus quòd ter in anno, feſta ſolemnia celebrarentur: vt patet Exod. 33 Et omnes in Hieruſalem aſcenderent, ac templum viſitarent, ſ. in feſto Paſchæ, Pentecoſtes, & Scenopegiæ, quod quidem præceptum ipſa obſeruauit, vnde puerum ſuum duodenarium ſecum duxit Luc. 2. Secundo obediuit Deo conſulenti, ſeruare enim virginitatem non eſt ꝑcepti, ſed cõſilij. Vnde dicitur 1. ad Cor. 7 *De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do* &c. & iſtud conſilium ipſa ſeruauit, quæ virginitatem Deo vouit, & ideo dixit angelo: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco,* i. non cognoſcere propono. Lu. 1. Tertio obediuit Deo inſpirãti. Cum enim angelus Gabriel ſibi aduentum filij Dei nunciaſſet, illa tam grandia, & tam inſolita, ſcilicet quod virgo conciperet, & pareret Dum, credere nõ potuiſſet, niſi Deus ſibi interius inſpiraſſet, & ideo diuinæ inſpirationi acquieſcens continuo obediuit di. *Ecce ancilla Domini* &c. Propter hæc tria prædicta, prædixerat ei pater eius Dauid Pſ. 44. *Audi filia, & vide, & in Lina aurem tuã* &c. Quinto dicitur ouis propter cognitionem mutuam. Oues enim cognoſcunt paſtorem, & paſtor cognoſcit oues ſuas. Vnde Saluator noſter dicebat Ioan. 10 *Ego cognoſco oues meas, & cognoſcũt me meæ.* Et ſimiliter Chriſtus, qui ait vbi ſupra: *Ego ſum paſtor bonus.* cognouit matrem ſuam in vita ſibi tanquam filius obediendo Luc. 2. Cognouit etiam in morte eam diſcipulo commendando Ioã. 19. Cognouit etiam poſt mortem, eam ad æternã gloriam deducendo, & ad ſuam dexteram collocando. Beata igitur virgo fuit illa ſancta & immaculata ouis, quæ nobis peperit illũ immaculatum agnũ: de quo dicitur Ioã. 1. *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi.* Et Hiere. 11. ipſe ait: *Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam.* Vt. n. dicit Augu. Chriſtus propter multa dictus eſt agnus, maxime propter pietatem, & manſuetudinem. Agnus enim dicitur ab hagnon Græce quod ſignificat pium Latine. Agnus namq; oculo pio, & manſueto aſpicit ſuum occiſorem, & ipſe pius Ieſus oculo pietatis inſpiciebat ſuos crucifixores, & pro eis patrem orabat Luc. 23. Item pio oculo reſpexit latronem, qui cum paulo ante blaſphemauerat, & ait ei: *Amen dico tibi, quoniam hodie mecum eris in paradiſo* Luc. 23. Item dicitur agnus propter multas alias proprietates. Nã agnus inter omnia animalia maxime inuenit͛ innocens, vt dicitur in li. de propr. re. & ponit Iſido. 12. etym. Nullum enim lædit dente, nec cornu, nec vngue, & quicquid in eo reperitur, totum vtile eſt. ſ. caro ad cibum, pellis ad varium vſum, pilus ad indumentum, fimus ad terræ impinguationem. vngula, & cornu ad medicationem. Item quãdo videt lupum, gradum figit, & ſibi ſimplici vultu parci petit, captus ab hoſte, ligatus à carnifice nõ ſe defendit, & ſiue ſpolietur vellere, ſiue cute, ſicut animal innocuum, obmureſcit. Siue. n. ducatur ad paſcua, ſiue deferatur ad victimã, nec gemit, nec murmurat, nec calcitrat, ſed obedit. Quæ omnia Domino noſtro Ieſu Chriſto optime applicari poſſunt. Sed breuitatis cauſa ſolum explanabo dictum Iſid. vbi ſupra, qui ait: *Latini agnum ab agnoſcen-*

Maria obediuit præcepto, cõſilio, & inſpirationi Dei

Chriſtus dicitur agnus propter multa.

Digitized by Google

gnoſcēdo putant dictum, et quod præ cæteris animalibus matrem ſuam noſcat, adeo vt in magno grege ſtatim ad balatum vocem noſcat parentis. hæc ille. Et ſimiliter Dominus noſter agnus bonus, & pius in cruce pendens, agnouit vocem matris ſuæ balantis, id eſt lachrymantis, vnde ei reſpondit di. *Mulier, ecce filius tuus* Ioā. 19 Et ideo in miſſa cantatur, *Agnus Dei* &c. quaſi dicat Eccleſia: Agne Dei, qui agnouiſti matrem ſibi obediendo, miſerere nobis. Agne Dei qui agnouiſti matrem eam recommendando, miſerere nobis. Agne Dei, qui agnouiſti matrē ei compatiendo in cruce, & poſt mortem ſuam illam ad pacem æternam deducēdo, dona nobis pacem. Similiter, & mater agnouit filium in vtero, eum nouem mentibus fouendo. item extra vterum cum lacte virgineo nutriendo. Agnouit in mundo ſibi tanquam filio ſiduciæ aliter imperando. Vnde ait Io. 2. *Vinum non habent.* q. d. Miraculum fac aquam in vinum conuertendo: & hic eis vinum impende. Agnouit etiam eū in patibulo ipſam aſſociando. Vnde Can. 2. inquit: *Dilectus meus mihi* ſ intend t, *& ego illi.* Et eiuſdem lib. c. 7 iterum ait, *Ego dilecto meo. & ad me conuerſio eius.* Hæc eſt illa ouis Dei, quæ impleuit præceptum de duabus tunicis, quod habetur Lu. 3. vbi dicitur *Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti.* ſicut enim ouis vnam ſuperabundantem tunicam, ſcilicet pilorum dat tonſori, & aliam ſeruat ſibi; ita iſta ouis benignissima quæ in maxima abundantia habet indumentum diuinæ gratiæ: de illa nobis omni anno, immo omni die communicat. O igitur ouis innocentiſſima, fac etiam nos oues effici, id eſt, fideles, & innocentes. Oues enim dicuntur fideles populi innocentiæ fructus dantes vt patet per Innocen. in c. in ſcripturis in princ. 8. q. 1. Item oues appellantur omnes boni Chriſtiani: vt patet per gloſ. in epiſtola inter cla as ſuper verbo oues. C. de ſum. Tri. & fi. Cath. *Filius* enim tu⁹ miſſus eſt ad oues, quæ perierant. Matt. 15. & 24. q. 7. § ecce oſtendum ſit imus de illis ouibus, de quibus inquit paſtor bonus filius tuus Ioan. 10. di. *Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili,* ſcilicet, ſu laico. trāſump ue in c hanc ſocietatem de pœnitentia. diſti. 4. De illis inquam, de quibus idem filius tuus dixit. *Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis* Ioan. 10. & 23. q. 4. cap. tres perſonas. Fac vt filio tuo dicere valeamus cum propheta pſal.
78 *Nos autem populus tuus, & oues paſcuæ tuæ confitebimur tibi in ſæculum.*
Amen.

DE EIVSDEM INTEMERATAE VIRginis Aſſimilatione.

SERMO TERTIVS.

In quo ſeptem aliæ ſimilitudines, pro B. V. explicantur.

IN *medio Eccleſiæ laudabo te.* Pſ. 21 Alex. de Ales ſuper Pſal. 80. exponens illa verba eiuſdem. Pſalm. *Teſtimonium in Ioſeph poſuit,* ait: [Ioſeph filius accreſcens, & patri chariſſimus religioſus eſt, in quo poſuit Deus teſtimonium honoris beatæ virginis, quia per votum caſtitatis eius virginitatem honorat; per votum obedientiæ obediētiam ancillæ Domini, per votum paupertatis, illius paupertatem, qui vt dicit Hieronymus ita pauper erat, quòd colo & acu acquirebat vnde ſe, & Saluatorem mundi paſcebat. Poſuit etiam teſtimonium in Ioſeph: quia ipſa beata virgo eſt teſtis, & aduocata in cauſa eorum qui eam honorant, vnde frequenter cantamus de ipſa: *Eia* ergo aduocata &c. De hoc teſtimonio dicit Deus pater in Pſal. 88 Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, id eſt beata virgo, quæ eſt thronus veri Salomonis Chriſti: & teſtis in cælo fidelis Ibi enim teſtatur, & allegat pro nobis. Vnde quidam ſanctus homo narrauit, quod cum quidam religioſi frequenter cantantes illam antiphonam: Salue regina; dicerent verbum illud: Eia ergo aduocata noſtra &c. plures viderant in ſpiritu ipſā matrem Domini ante filij ſui proſterni præſentiam, & pro totius illius ordinis cōſeruatione precari] hæc ille. & ideo ordo noſter ſemper ſtuduit hanc benignam aduocatam magnificare, & ipſa benedicta mater Dei hoc videns, dedit dotem ſuam temporalem, quam habet in hoc ſęculo, ſcilicet locā terræ ſanctæ in manu & gubernatione ordinis noſtri, ex quo innuit quod ipſa debet ab ordine iſto ſingulariter magnificari, & honor ipſius & filij ſui defendi: Quapropter ego ordinis iſtius ſeruulus, quotidie dico B. virgini verba thematis noſtri: ſcilicet, In medio Eccleſiæ, id eſt, omnium Chriſtianorum laudabo te. Super qui-

bus

bus verbis ſolum ſeptem alias aſſimilationes contemplabimur.

QVOD BEATA VIRGO per ebur figurata eſt. Aſſimilatio prima.

Candor eboris, & rubor ſig. B. V. purit. & virginit. ac charitatem

EBur habet candorem, ruborem, frigiditatē, & ſoliditatem: candor ſignificat Mariæ puritatem, & virginitatē: & ideo ei dicitur Can. 5. *Venter tuus eburneus diſtinctus ſapphiris.* Quia enim vt dictum eſt, ebur habet candorem, ſapphirus vero habet colorem cæleſtem: per hoc datur intelligi quod eius puritas, & fuit candidior quam humana, & cæleſtior quam angelica. Vnde Bern. in ſer. Aſſumptionis inquit: *Si diligenter attendas in Maria ſingulas virtutes, inuenies ſingulares eſſe, quæ videbantur communes: quæ enim vel angelica puritas virgini illi audeat comparari, quæ digna fuit ſacrarium fieri ſpiritus ſancti, & habitaculum filij Dei?* Rubor autem ſignificat eius charitatem, quæ in ipſa nunquam extingui potuit, iuxta illud Can. 8. [Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.] Et quæ diabolum percuſſit, & perforauit iuxta illud Iudith. 9. *Percutiam eum labijs charitatis meæ.* Et quę ipſam virginem decorauit, & ornauit, iuxta illud Cant. 3. *Ferculum fecit ſibi rex Salomon* &c. ſequitur. *media charitate conſtrauit*, & euſdem li. c. 2. ipſa inquit: *Ordinauit in me charitatem.* De eius autem charitate inquit Ber. *Ipſa eſt mulier amicta ſole, quæ velut alterum ſolem induit: quia ſicut ille ſuper bonos, & malos indifferenter oritur; ita ipſa præterita merita non diſcutit, ſed omnibus exorabilem, & clementiſſimam ſe exponit, & omnium neceſſitates ampliſſimo miſeretur affectu.*

Frigiditas ſignif. extinctionem fomitis.

Frigiditas ſignat refrigerationem ſpiritus ſancti, & extinctionem fomitis. vnde dixit illi angelus Luc. 1. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, id eſt te ab omni æſtu concupiſcentiæ refrigerabit. vnde Auguſt. in ſer. annunciationis ait: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, vt nec æſtum patiaris libidinis, & mater ſis creatoris*, & ſubdit: *Idcirco quidem eam Dei virtus obumbrat, ne portans Deum fragilitas humana ſuccumbat, & vt æſtus corporis neſciat quam Dei virtus obumbrat.*

Soliditas conſtantiam.

Soliditas autem ſignificat conſtantiam ſuæ virtutis, quæ tanta fuit, quòd licet tempore paſſionis Chriſti omnes Apoſtoli fuerint confracti, ipſa tamen ſolida, & firma permāſit. Vnde figurata fuit. 4. Reg. 9. vbi dicitur: *Fecit ſibi Salomon thronum de ebore grandem.* Ipſa enim fuit thronus Dei, quia Deus in ipſa requieuit Eccleſ. 24. & fuit de ebore, quia ſolida, & firma permanſit. Et fuit grandis, quia eius dignitas omnem angelicam dignitatem tranſcendit. De eius autem conſtantia inquit Ambr. ſuper Luc. *Maria fugientibus Apoſtolis, ante crucē ſtabat, & pijs oculis vulnera filij ſpectabat.* 2. quoq; Paral. 9. dicitur: *Fecit Salomon ſolium* ipſius Salomonis cæleſtis, & ideo illi inquit propheta Pſal. 44. *Sedes tua Deus in ſæ ſe.* &c. & 1. ſe. a. *à domibus eburneis ex quibus delectauerunt te filiæ regum in hon. tuo. Aſtitit regina* &c. Ipſi quoque virgini inquit eius ſponſus cæleſtis Cant. 7. *Collum tuum, ſicut turris eburnea.* De illa etiam dici poteſt illud Thren. 4. *Candidiores ſunt Nazaræi eius niue, rubicundiores ebore antiquo* &c. hoc autem ebur precioſum defertur de India, vt habetur Ezech. 27. vnde Virgil. cecinit: *India mittit ebur.* De pulchritudine etiam ipſius virginis dicere poſſumus illud Ouid. 3. meta. *Impubeſque genas, & eburnea colla, decuſq;* Ebur enim ſignificat pulchritudinē, quia res eburneæ dicuntur pulchræ. vnde Virg. 3. Geo. canit: *Hippodameque humeroque Pelops inſignis eburno.* Et Propertius inquit: *Siue lyra carmen digitis percuſſit eburnis*, id eſt eburneis. Sicut etiam Tibullus accipit di. *Hanc primum veniens plectro modulatus eburno.* De ipſa quoque virgine benedicta exponi poſſet moraliter illud Heſter. 1. ſcilicet, quòd tentoria regis Aſſueri, quæ erant aerei coloris, & carbaſini, & hyacinthini, ſuſtentabantur funibus byſſinis, ac purpureis, qui eburneis circulis inſerti erant, & columnis marmoreis fulciebantur, ſed breuitatis cauſa pertranſeo.

QVOD BEATA VIRGO dicitur dies, Aſſimilatio. 2.

DIes dicitur à dion Græce, quod eſt clarum Latine, vt dicit Iſidor. in li. ety. & ſignat B. virginem: quæ tota fuit cæleſti claritate perfuſa. Si enim alij ſancti dicuntur dies, iuxta illud 1. ad Th. 5. *Omnes vos filij lucis eſtis, & filij diei.* In quibus tamen aliquando fuit aliqua tenebra culpæ. Multo fortius illa debet dici dies, in qua ſemper lux diuina effulſit: & nunquam aliqua tenebroſa loca habuit, vt etiam dicitur: *Si in iſto mundo viſibili corpus opacum*, id eſt terra, *ſeſe non interponeret: tunc ſol ſemper diem faceret, & nunquam nox eſſet. In Maria igitur nihil vnquam fuit opacum, nihil terrenum, nihil rationi contrarium, & ideo nulla nox vnquam ibi eſſe potuit, ſed ſemper tanquam dies lucida radiauit*, hæc ille. Et allegat illud Zachar. 14. *Erit dies vna quæ nota eſt Domino. Non dies, neque nox*, id eſt, non viciſſitudo dierum, & noctium. Iſta, talis dies, quæ nun-

Digitized by Google

nũquam habuit noctem, eſt B. virgo Maria: quia ſicut dicitur Sap. 7. *Hæc eſt ſpecioſior ſole.* Ex quibus verbis prædictus doctor, aut non concludit intentum, aut neceſſe eſt concludere ex eis quòd virgo lucidiſſima nunquam obſcurata fuit per originale peccatum. De iſto etiam die dicitur Pſ. 18. *Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat ſcientiam.* Chriſtus enim fuit dies, & B. virgo ſimiliter. Quando igitur inſimul erant, & mutuo loquebantur, tunc dies cum die erat, & dies diei verbum eructabat. e contra vero Adam erat nox, & Eua ſimiliter: & ambo ſcientiam Dei voluntatem habere, & ideo nox nocti indicauit ſciẽtiam.

Dies habet tres partes principales quæ ſpiritualiter accõmodantur B. V.

Sed notandum eſt, quòd dies habet tres partes principales. Prima mane appellat, à mane quod eſt bonum, quia nihil eſt hac melius, vt ait Iſido. in lib. etym. & hæc pars eſt finis dormitionis, initium operationis, hora ſobrietatis, & celebratæ digeſtionis, vt dicitur in lib. de propriet. re. Quæ omnia optime conueniunt B. virgini. Nam primo fuit finis dormitionis. Peccatores. n. dormiunt in peccatis, iuxta illud 1. Theſ. vl. *Qui dormiunt, nocte dormiunt.* Ipſa igitur virgo benedicta eſt finis dormitionis, quia finem fecit vitijs, & peccatis. Vnde Hierony. in ſer. aſſumptionis de illa inquit: *Dedit cælis gloriam, terris Deum, pacemq; refulſit, gentib. fidem, vitijs finem, vitæ ordinem, ac moribus diſciplinam.* Secundo eſt initiũ operationis. Ante aduentum enim ſuum homines bene operari nõ poterant, quia dæmones eos impediebant. Sed ipſa dæmones impediẽtes expulit, & homines ad bene operandum expeditos fecit, iuxta illud Pſa. 103. *Ortus eſt ſol* i. virgo Maria, *& congregati ſunt.* ſ. dæmones, *& in cubilibus ſuis collocabuntur* ſ. in inferno, *& exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſq; ad veſperam.* Tertio fuit magnæ ſobrietatis. Habuit enim magnã ſobrietatem in verbo, quia rariſſime inuenitur fuiſſe locuta. Vnde gl. ſuper Lucã ait: *Si Maria inuenitur ante præceptum Apoſtol. tacuiſſe, debemus poſt præceptũ Apoſtoli magis doceri quàm docere.* Habuit etiam ſobrietatẽ in cibo. Vnde inquit Ambro. in li. de virgi. *Si Maria eſuriebat, cibus erat plerunq; obuius, qui mortem arceret, non delicias miniſtraret.* Habuit quoq; ſobrietatem in actu licito, ſicut eſt matrimonialis copulæ, à qua voluit abſtinere. & virginitatem ſeruare. Sciebat enim veram eſſe ſententiam Ouid. dicentis in epiſtolis: *Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.* Secũda pars diei eſt meridies, quæ quidem cæteris horis eſt magis calida, magis ſicca, magis clara, & magis æqualis ſiue media, quia tũc ſol eſt in medio cæli, & æqualiter ab ortu & occaſu videtur diſtare, vt dicit in lib. de proprie. re. vbi etiã habetur quod meridies dicitur quaſi media dies, vel quaſi mera dies, quia tunc clarior, & purior eſt ſol, quando de medio cæli rutilat, & totum orbem illuminat pari claritate. Beata igitur virgo fuit etiam meridies, quia cæteris ſanctis eſt magis calida, i. Dei amore accenſa, imo *tota fuit in ignem amoris conuerſa,* vt ait Hiero. in ſer. ad Euſt. Item fuit cæteris ſanctis magis ſiccа. i. ab omni humore cõcupiſcentiæ penitus aliena, vnde vocatur terra ſitiens, iuxta illud Eſai. 53. *& ſicut radix de terra ſitienti.* Fuit etiam cæteris ſanctis magis clara. i. luce diuinæ ſapientiæ magis plena. Vnde Apoc. 12. vocatur *mulier amicta ſole.* i. ſapientiæ diuinæ ſplendore. Nam ſicut dicit Beda. [quãdo B. virgo Elizabeth ſalutauit, ſpiritus ſanctus ipſi Elizabeth ſcientiam præſentium, præteritorum, & futurorum dedit. Præſentiũ quidem, quia ipſam Dei matrem eſſe cognouit, & fructũ ventris ſui eſſe benedictum prædicauit. Præteritorum autem, quia conſenſum Mariæ credentis intellexit. Futurorum vero, quia à Domino perficienda, quæ illi dicta fuerant, annunciauit.] deinde ſubdit Beda: *Quis ergo dicere, vel æſtimare ſufficiat, qua tunc gratia ſpiritus ſancti Dei genitricem repleuerit, cum tanta in matre præcurſoris lux cæleſtis emicuerit?* Eſt etiam media. i. mediatrix inter Deum, & nos effecta. De quo medio inquit i. Pſal. 47. *Suſcepimus Deus mi tuam in medio templi tui.* i. in vtero virginali. Et iterum Pſ. 73. *Deus autẽ rex noſter ante ſecula, operat⁹ eſt ſalutem in medio terræ* i. in Maria virgine. Tertia pars diei dicitur veſpera, à quadam ſtella occidentali, quæ dicit veſperus, ſiue heſperus, quæ ſolem occidentem ſequitur, & tenebras ſequentes comitatur, vt dicit ibid. vbi ſupra, & ponitur in li. de proprie. rerũ vbi etiam dicitur quod hora iſta dicit ſero i. ianuis clauſis, ſiue ſeratis, quia quando venit veſpera, fores ſerantur, vt omnia in domo maneant tutiora. In hora autem veſpertina, quando homo à labore requieſcit, mercedem accipit, & in domo ſe recolligit. Et ſimiliter beata virgo tanquam heſperus, ſemper ſolem i. Chriſtum comitata eſt, & ſero. i. in fine vitæ, quatuor ſuis fidelib. facit. Primo nãq; à laboribus ſuis eos quieſcere facit, iuxta illud Apoc. 14. *Amodo enim iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis* &c. Secundo eis mercedem tribuit. Illa enim merces eſt fructus ventris ſui. i. eius benedictus filius, iuxta illud Pſ. 126. *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini filij merces fructus ventris.* Tertio cum deuotis ſuis cœnam facit. In qua cœna illis apponit panem vitæ. Illum. ſ. qui ait Io. 6. *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.* Illum etiam panem, de quo dicitur

Eccleſ.

edunt me adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient. Apponit etiam diuerſa cibaria, id eſt, diuerſas refectiones, & gaudia. Vnde Prouerbiorum vlt. dicitur. *Dedit cibaria ancillis ſuis.* Quarto deuotos ſuos in domum cœleſtem introducit: & ideo vocatur porta paradiſi, & feneſtra cœli. Vnde canit Eccleſia: *Intrent vt aſtra flebiles cœli feneſtra facta es.* De iſta die exponi poteſt moraliter illud quod dicunt Iuriſtæ, licet ad aliud propoſitū, ſcilicet, quod dies interpellat pro homine, extra, de loca. c. vlt. & C. de contra. & commit. ſtipu. l. magnam. O igitur chriſtiani, mementote diei huius, in qua egreſſi eſtis de Ægypto. ſ. peccati, & de domo ſeruitutis. ſ. diaboli. Exo. 13. Hæc enim *dies boni nuncij.* 2. Reg. 4. Hic eſt *ſanctus dies Domini.* Neemiæ. 8. & 2. Eſdræ. 9. Hæc eſt *dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Pſal. 117. O ſanctiſſima dies in qua verificata fuit prophetia Dauid dicentis Pſal. 127. *Fecit ſolem in poteſtatem Dei.* Sol enim iuſtitiæ Chriſtus in poteſtatem datus eſt ſuæ genitricis. Sed heu quia multi indeuoti beatæ virginis poſſūt dicere illud Lu. 24. *Inclinata eſt iam dies.* Vobis autem deuoti dico illud Rom. 13. *Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, &c.* Ecce nunc dies ſalutis. 2. ad Corinth. 6.

QVOD BEATA VIRGO dicitur fons. Aſſimilatio 3.

FOns eſt B. virgo Maria, iuxta illud Can. 2. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* In quibus verbis notari poteſt quod ipſa habet hortum, campum, & viridarium, ita quoad hortum, ipſa eſt fons, quoad campum, eſt puteus aquarum viuētium; quoad viridarium vero, fluuius qui fluit cum impetu. Per hortum autem ſignificantur boni, & beatæ virginis deuoti, qui ſenſus ſuos clauſerunt. De qualibet enim bona anima ſponſa Dei poteſt dici illud Can. 4. *Hortus concluſus, fons ſignatus &c.* Debet enim claudere os ſuum à vanis verbis, & manus ſuas ab operibus prauis, & ſic de ſingulis ſenſibus corporalibus, & tunc erit hortus concluſus. Item debet ſigillare cor ſuum à cogitationibus immundis, & tunc erit fons ſignatus. In iſto autem horto ſunt herbæ virentes, & redolētes, id eſt, ſanctæ vittutes, & deuotæ meditationes. Sunt etiam flores, id eſt, mundæ affectiones, ibi etiam creſcunt arbores, folia virentia, & fructus ſuaues habentes. Per arbores autē intelliguntur diuinæ contemplationes in altum ſe erigentes, per folia autem ſancta verba, & per fructus bona opera, & ideo ſubditur in prædicto. c. *Emiſſiones tuæ paradiſus.* Sed notandum, quod nec iſtæ herbæ, nec flores, nec arbores poſſunt fructificare, nec creſcere, niſi iſte fons virginalis mittat eis aquam ſuæ gratiæ. Adueniente autem aqua iſtius fontis herbæ vitrurum, & ſanctorum deſideriorum creſcunt, quia benedictionem ab iſto fonte accipiunt. Vnde Heb. 6. dicitur. *Terra ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem: & generans herbam optimam illis, à quibus colitur accipit benedictionem à Deo.* Flores etiam creſcunt, quia mūdæ affectiones magis redolent coram Deo: iuxta illud Can. 2. *Flores apparuerunt vineæ florentes odorem dederunt.* Arbores etiam producunt folia ſanctorum verborum, & fructum bonorum operum. Vnde Hiere. 17. dicitur: *Erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſollicitum, nec aliquando deſinet facere fructum.* Et ideo bene dicitur, quod ipſa eſt fons hortorum. Per campos autem intelliguntur mali, & peccatores, qui non habent aliquam clauſuram: nec in ore ſuo, quia illud laxant ad detractiones; nec in manib. ſuis, quia illas extendunt ad illicitas operationes, nec in corde ſuo, quia ibi recipiunt immundas cogitationes. Et de talibus dicitur Prouerb. 24. *Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti; & maceria lapidum erat deſtructa.* Vnde quia non habet aliquam clauſuram, nec maceriam; ideo malæ beſtiæ, id eſt, dæmones vadunt, & veniunt in cor eius. Ad quod exponi poteſt illud Iob. 20. *Vadent & venient ſuper eum horribiles.* Et quoniā tales malæ beſtiæ vadunt, & veniūt: ideo herbas conculcant, flores diſſipant, ac fructus deuorant, quia omnes virtutes, & affectiones, ac deſideria, & cuncta bona opera deſtruunt, & conſumunt, ita quod omnia efficiuntur arida & mortua. Vnde Eſa. 15. dicitur: *Aruit herba,* ſcilicet, redolētium virtutum, *& defecit germen,* ſcilicet, bonorum operum, *& uiror omnis interijt,* ſcilicet, virentium affectionum. Sed tamen iſtis campis in quibus ſunt omnia arida, & mortua, beata virgo ſæpe eſt puteus aquarum viuentium. Aquæ enim eius ſunt viuentes; quia faciunt reuiuiſcere in corde omnes mortuas voluntates, & virere omnes aridas affectiones, & conſequenter fructificare per bonas operationes. Vnde inquit Pſal. 64. *Et campi tui replebuntur vbertate.* Et ideo benedicitur: *Puteus aquarum viuentium.* Iſtæ ſunt illæ aquæ viuentes, de quibus dicitur Ezech. 47. *Omnia*

Maria fōs hortorum, id eſt, bonorum.

Puteus aquarum quoad cāpum, id eſt malos.

Mariá fluuius quoad viridariũ florum i. diuerſorum ſanctorum.

Omnia *ad quæ venerit torrens viuent.* Per viridarium vero intelligitur paradiſus, in quo ſunt diuerſi flores, ſ. roſę martyrum, violæ confeſſorum, & lilia virginum. Item diuerſæ arbores. Quidã. n. ibi ſunt, qui fuerunt vt cedrus per eminentẽ vitã, alij vt cypreſſus per odoriferam famam, & ſic de ſingulis. Quas gratias conſecuti ſunt mediante virgine. Vnde ipſa dicere poteſt illud Eccle. 2. *Feci hortos, & pomaria, & conſeui ea cunctis generib. arborum.* In iſto viridario, ſiue pomario, virgo beata ſpaciatur modo inter lilia virginũ, modo inter violas confeſſorum, modo inter oliuas patriarcharum, qui fuerunt dediti operib. miſericordiæ. Modo inter palmas Apoſtolorum, qui totũ mundũ ſuperauerunt. Modo inter cedros prælatorum, qui fuerunt eminentes dignitate. Modo inter cypreſſos religioſorũ: qui odore ſuę puritatis ſerpentes, ideſt, dæmones, à ſe fugauerunt. In iſtud autem viridarium, ſiue pomarium iſte fons, ſiue fluuius, mittit aquas ſuas cum impetu, ideſt, largiter, & abundanter. Ad hoc autem quod fluant aquæ cum impetu, tria requiruntur, ſcilicet quod de alto veniant, quod in abundantia fluãt, & quod nullam reſiſtentiam inueniant. Iſtas igitur aquas, iſte fons, ſiue fluuius cœleſtis effluere facit in viridariũ paradiſi à monte altiſſimo Trinitatis, & facit eas effluere in abundantia maxima plenitudinis, quia nullum peccati obſtaculũ inueniunt in beatis. Et ideo bene dicitur: *Quæ fluunt impetu de Libano.* De iſtis etiam aquis exponi poteſt illud Pſal. 45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Sed pro maiori declaratione prædictorum pulchrum erit videre qualis eſt iſte fons virginalis, & quales ſunt aquæ eius; & qualiter iſte fons diuiditur. Circa primũ autẽ eſt notandũ, quod iſte fons eſt ſignatus, & apud Deũ poſitus, ac in fluuium conuerſus, perpetuuſq; & dulcis, ac amœnus. Primo dico quod eſt fons ſignatus, iuxta illud Can. 4. *Hortus concluſus, ſoror mea ſpõſa, hortus concluſus, fons ſignatus.* Bis autem dicitur hortus concluſus, & ſemel ſignatus. Intellectus enim virginis fuit hortus Dei; quia plenus erat fide, & Dei cognitione. Affectus eius fuit hortus Dei, quia plenus erat amore Dei. Vterus eius fuit fons Dei, quia plenus erat aqua cœleſtis gratię. Deus igitur clauſit eius intellectum, vt nihil ipſum intrare poſſet ignorantiæ, vel erroris. Clauſit etiam eius affectum, vt nihil in ipſum intrare poſſet mundani amoris. Signauit vero ſuum vterum ſigillo virginalis pudoris. Secundo fuit fons apud Deum poſitus. Vnde Pſalm. 35. inquit Deo: *Quoniam apud te eſt fons vitæ; & in lumine tuo videbimus lumen:* eſt enim fons; quia refrigerat ab æſtu concupiſcentiæ. Et eſt vitæ: quia viuificat à morte lethalis culpæ. Et eſt luminoſus, quia infundit nobis lumen cognitionis diuinæ; & eſt apud Deum poſitus: & ideo copioſe poteſt effluere. Tertio eſt fons in flumen conuerſus iuxta illud Heſter. 11. *Paruus fons creuit in flumen maximum: & in aquas plurimas redundauit.* Ipſa enim fuit paruus fons in ſua humili conuerſatione, & reputatione, ſed creuit in flumen maximum in filij Dei conceptione; & redundauit in aquas plurimas, in ſua in cœlum glorioſa aſſumptione; vbi intantum redundat, quod de ſua plenitudine non ceſſat effluere. Et illis qui ſunt foras, ideſt, qui adhuc ſunt in exilio. Et illis qui ſunt in plateis cœleſtis Hieruſalem, iuxta illud Prouer. 5. *Deriuentur fontes tui foras: & in plateis aquas tuas diuide.* Accipitur autem aliquando flumen pro aquæ ſuperabundantia, vt. ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. Denique ait. Quæ quidem aquæ cœleſtis ſuperabundantia fuit in ipſa virgine: & ideo eam nobis communicauit abunde. Quarto eſt fons perpetuus iuxta illud Eſa. 56. *Erit quaſi hortus irriguus & ſicut fons aquarum, cuius nõ deficient aquæ.* Amor namque mundi non eſt perpetuus, ſed cito labitur: quia eſt ſicut aqua ciſternę. Vnde conqueritur Deus Hiere. 2. dicens: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* Mũdus enim eſt ſicut ciſterna perforata, quia nõ habet cõſolationem veram, ſed fictam, nec permanentem, ſed cito effluentem, nec plenam, ſed vacuam, iuxta illud 1. Ioh. 2. *Mundus tranſit, & concupiſcentia eius.* Quinto eſt fons dulcis, & amœnus. Sed nota, quod fons de mari oritur; ſed per meatus ſubterraneos dulcoratur, & ſic ipſa aqua dulcorata fonti immittitur: & potabilis redditur. Et ſimiliter ipſa benedicta virgo de populo Iudaico amaricato, per peccatum originale fuit orta, ſed tamen ſine ipſius peccati originalis amaritudine fuit concepta, quia ſecundum aliquos in lumbis parentum fuit ſemen, quo ipſa debebatur concipi; purgatum, & ſic ipſa gratia Dei præueniente, & ſanctificante ſic totaliter fuit dulcedine repleta, quod vndique emiſit aquas dulciſſimas gratiarum. Vnde de progenitoribus beatæ Virginis fuit verificatum illud Iudith. 7. *Fontes amari dulcorati ſunt ad bibendum.*

Qũo Maria eſt fons ſignatus. Can. 4.

Quales aquas Maria habeat.

Secundo principaliter eſt videndum quales aquas habet iſte fons. Et reſpondetur, quod aquæ

ipſius

Ipſius ſunt valdè virtuoſæ. Nam multiplicem habent virtutem. Primo namque habent virtutem refrigeratiuam. Et ideo valde gratæ ſunt animæ ſitienti, ideſt, Deum deſideranti, iuxta illud Prouerbiorum. 25. *Aqua frigida homini ſitienti.* Sed notandum quod aqua fontis in æſtate eſt frigida: & in hyeme eſt calida: & maxime aqua putei, qui e:i..a dicitur fons; & ſimiliter beata virgo in æſtate proſperitatis dat aquam frigidam, ideſt, gratiam refrigeratiuam, ne mens nimis inardeſcat terrenorum affectibus. In hyeme vero aduerſitatis dat aquam calidam, ideſt, gratiam inflammantem: ne mens aduerſitatibus preſſa à Dei amore tepeſcat. Ipſa autem in aduerſitate fuit feruentior, quia iuxta crucem ſtabat. In proſperitate vero humilior, quia Dei ancillam ſe nominabat. Secundo habet virtutem eleuatiuam.

Nota quõ aqua gratia deſcendat, & aſcendat.

Vnde poteſt dicere illud Iohan. 4. *Aqua quam ego dabo fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Sed nota quod aquam quantum deſcendit, tantum etiam aſcendit. Et ſimiliter aqua gratiæ tantum totum hominem ſubleuat ad cœleſtia, quãtum ipſe deſcendit deſpiciendo infima, & terrena. Sunt autem quidam qui retinent ſibi neceſſaria, & ſuperflua, & nihil pauperibus largiuntur. Et talis erat ille diues qui induebatur purpura & byſſo, vt dicitur Luc. 16. Quia igitur iſti nihil deſcendunt; ideo nihil aſcendunt. Alij ſunt qui retinent neceſſaria, & ſuperflua, dant tamen partem ſuperfluorum pauperibus, de quibus dicitur Luc. 11. *Quod ſupereſt date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.* Et iſti quia parum deſcendunt, ideo etiam parum aſcendunt. Alij vero ſunt qui dant pauperibus omnia ſuperflua, & ſibi retinent neceſſaria, de quibus dicitur Luc. 3. *Qui habet duas tunicas det vnam non habenti.* Vna enim eſt tunica neceſſitatis, & alia ſuperfluitatis.

Tunica autem neceſſitatis poteſt retineri; ſuperfluitatis vero debet pauperibus erogari. Et iſti multum aſcendunt: quia etiam multum deſcendunt. Alij autem omnia relinquunt tam neceſſaria, quam ſuperflua, & ſe amore Dei pauperes faciunt, ſicut fecerunt Apoſtoli, qui dixerunt Chriſto Matth. 19. *Ecce nos relinquimus omnia* &c. Et de his multi inueniuntur viri perfecti, qui mundo totaliter renunciantes, & religionem intrantes votum paupertatis faciunt. Et iſti quia maxime deſcendunt, etiam maxime aſcendunt, ſcilicet vſque ad Chriſti ſocietatem, & vſque ad iudiciariam poteſtatem. Vnde Matth. decimonono inquit ipſe Saluator: *Amen dico vobis, quod vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me: in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes 12. iudicantes duodecim tribus Iſrael.* Tertio habet virtutem viuificatiuam? quam deſiderabat humanum genus ante huius Virginis aduentũ: dicens illud Numer. vigeſimo. *Domine Deus meus, exaudi clamorem populi mei: & aperi eis theſaurum fontis aquæ viuæ.* Et dicit *aperi*, quia deſuper, & à Deo eſt huiuſmodi aquæ effuſio, & emanatio: quæ fluxit in beatam Virginem à ſuperiori, ideſt, à Spiritu ſancto. Vnde Luc. 1. dixit ei Angelus, *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, &c.

Ipſa autem benedicta Virgo communicauit eam nobis inferioribus: & nos viuificauit. Vnde illi dicere poſſumus illud Neemiæ. 9. *Tu viuificas omnia hæc.* Omnes ergo qui volunt viuificari, accipiant de aqua iſtius benedicti fluminis. Omnia enim flumina de iure gentium ſunt publica. ff. de acqui. re. do. l. adeo, §. quod ſi turo alueo. de quo etiam tangitur in l. 4. ff. de re. di. Et ideo in flumine publico omnibus nauigare licet ff vt in flu. pu. na. li. per totum. Quarto habet virtutem irrigatiuam, & germinatiuam. De irrigatione dicitur Gene. 2. *Fons aſcendebat de terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.* De germinatione autem dicitur Eſa. 55. *Deſcendit imber de cælo, & vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & germinare eam facit.* Dicit autem Saluator Mar. 4. quod terra primo germinat herbam: deinde ſpicam, & poſtmodum plenum frumentum in ſpica. Iſte enim fons cœleſtis terram animæ noſtræ facit primo germinare herbam, ideſt, Dei timorem, qui eſt principium nouæ vitæ. Deinde ſpicam, ideſt, pœnitentiam aſperam: & poſtmodum plenum fructum in ſpica, ideſt, charitate. Quia ſicut dicitur ad Roma. 13. *Plenitudo legis eſt dilectio.* Quinto habet virtutem mundatiuam. Nam in iſto fonte mundantur, & lauantur actiui, & contemplatiui, & etiam ipſi peccatores immũdi. vnde Zach. decimotertio, di. *Erit fõs patens domus Dauid habitantibus Hieruſalem in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ.* Per Dauid enim qui interpretatur manu fortis, intelliguntur actiui.

Per Hieruſalẽ vero, quę interpretatur viſio pacis intelliguntur contemplatiui. Nomine autem pecoris intelliguntur illi qui committũt peccata mortalia carnalia. Nomine vero menſtruatæ

Digitized by Google

intelliguntur illi qui committunt peccata mortalia ſpiritualia. Omnes enim in iſto fonte cœleſti debent lauari. Nam actiui quando committunt aliquam negligentiam: Contemplatiui quando peccant per aliquam inanem gloriam, ſiue ineptam lætitiam, & peccatores tam carnalia quam ſpiritualia peccata committẽtes habẽt in anima multiplicem maculam: & ideo in iſto fonte debent extergere illam. Tertio principaliter eſt videndum, qualiter iſte fons diuiditur. Et reſpondetur quod diuiditur in quatuor capita: vt patet Gene. 2. Et hoc ideo quia de Virgine benedicta egreſſus eſt Chriſtus, qui in nos fluxit quatuor maxima beneficia, ſcilicet, creationis, recreationis, iuſtificationis, & glorificationis. Et iſta dicuntur flumina: quia flumẽ ciuitati, in quã fluit, quatuor beneficia inferre conſueuit. Nam neceſſaria apportat, ſuperflua exportat ſordes abluit, & ſitim extinguit. Beneficium enim creationis omnia neceſſaria generi humano deportauit. Beneficium recreationis omnia ſuperflua exportauit: omnia ſcilicet peccata, & opera diaboli. Beneficium vero iuſtificationis omnia immunda abluit. Beneficium autem glorificationis ſitim extinguit: iuxta illud pſal. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.*

Maria fons diuiditur ſpiritualiter in 4. capita.

QVOD BEATA VIRGO dicitur nauis. Aſſimilatio Quarta.

Maria dicitur nauis ratione quadruplici generis cauſarum.

Nauis dicitur benedicta mater Dei multiplici ratione. Primo ratione cauſæ efficientis; quia tota trinitas eam fecit, ac fabricauit. Nam Deus pater in ea poſuit ſuam potentiam, inquantum potentiam diuinitatis receptiuam illi contulit. Filius autem in ea poſuit ſuam ſapientiam, inquantum ſigillum virginitatis integrum ſeruauit; Spiritus vero Sãctus in ipſa poſuit gratiam ſuam, inquantum plenitudinem gratiæ ſibi dedit. Et ideo de qualibet perſona diuina dici poteſt illud 2. Paral. 20. *Particeps fuit vt faceret nauẽ quæ iret in Tharſis.* Secundo dicitur nauis ratione cauſæ materialis. De materia enim huius nauis habetur Eccleſiaſ. 24. vbi ipſa ait: *Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano.* Eſt igitur iſta nauis facta de cedro virginitatis, quæ cedrus fecit ipſam Deo gratam, & odoriferam: & eius eatnem ſeruauit incorruptam. Item facta eſt de cypreſſo charitatis, quæ cypreſſus eſt tantæ fortitudinis, & ſoliditatis, quod nulli oneri cedit. Et ſimiliter charitas beatæ Virginis nulli tribulationi vnquam cedere potuit, iuxta illud Cantic. 8. *Fortis eſt vt mors dilectio.* Et ibidem: *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.* Item facta eſt de oliua pietatis, quæ ſemper viret: quia eius pietas nunquam alicui deeſt, nec in vere iuuentutis, nec in autumno ſenectutis, nec in hyeme tribulationis, nec in æſtate alicuius mali feruoris. Facta eſt etiam de platano humilitatis. Eſt enim platanus arbor ampliſſima: & humilitas ſic beatam Virginem ampliſſimam fecit, quod illũ in vtero ſuo recepit quem cœli capere non poſſunt. Nam ſicut dicit Ber. *Maria ex virginitate placuit, ſed ex humilitate concepit.* Tertio dicitur nauis ratione cauſæ formalis. Forma enim nauis eſt: quia ſuperius eſt aperta, inferius clauſa, in principio ſtricta, in fine anguſta, & in medio lata: & ſimiliter beata Virgo fuit ſuperius aperta ad amorem cœleſtium: inferius clauſa ad amorem terrenorum: fuit etiam in principio ſtricta, quia in initio natiuitatis filij, & parturitionis ſuæ cor eius fuit ſtrictum afflictione, intelligens quod Herodes volebat filium ſuum occidere, vnde neceſſe habuit in Ægyptum fugere. Fuit quoque in fine, ſcilicet vitę filij ſui anguſta, quia gladio paſſionis eius fuit vulnerata. Fuit etiam in medio lata: quia totius Trinitatis nobile tricliniũ eſt. Dicitur nauis effecta quarto ratione cauſæ finalis, eſt enim facta vt Deum de cœlo ad terrã portaret: iuxta illud Prouer. vlti. Facta eſt velut nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum. Iſte eſt ille panis quæ ait Iohan. 6. *Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi.* Quem panẽ nobis B. Virgo de longe portauit. Iſta enim dictio *de longe*, dicit diſtantiam locorũ, quia de cœlo ad terram eſt maxima diſtantia. Vel dicit diſtantiam meritorum: quia nulla noſtra merita meruerunt, vt Deus homo fieret. Vel dicit diſtantiam ſtatuum. Cum enim tres fuerint ſtatus hominis, vnus ante peccatum ſub innocentia, ſecũdus poſt peccatum ſub culpa, & pœna: tertius ſub gratia: & quartus erit ſub gloria. Chriſtus carnem humanam accepit de longe, id eſt, de primo ſtatu humanæ naturæ: quo ſcilicet fuit ſine peccato, & ſub innocentia: nihilominus tamen de ſingulis ſtatibus Chriſtus aliquid accepit. Nam de primo accepit immunitatem, de ſecundo pœnalitatem, de tertio gratiæ plenitudinem, de quarto vero glorioſam fruitionem, quia eius anima beata fruebatur diuinitate. Ad iſtum panem comedendum ipſa Virgo nos

Digitized by Google

nos inuitat dicens illud Prouerb. 9. *Comedite panem meum: & bibite vinũ quod miſcui vobis.* Idem autem vocatur vinum, & panis, ſcilicet Chriſtus ipſum autem vinum Beata Virgo miſcuit, quando aquam humanitatis diuinitatis vniuit, cum ſcilicet de ſuis puriſſimis ſanguinibus, materiam humanitatis Deo miniſtrauit. Panem quoq; iſtũ ipſa fecit: & hoc ſignificatum fuit per illam mulierem de qua inquit Saluator Matthæ. 13. quod tria ſata farinæ miſcuit, quia beata Virgo cooperante gratia Spiritus ſancti corpus & animam ac diuinitatem in Chriſto vniuit. Fermentum autem in hac commixtione fuit fides ipſius Virginis benedictæ. Quinto dicitur nauis ratione arboris, quæ in iſta naui erecta fuit: de qua arbore dicitur Ezechiel. 17. *Cedrum de Libano tulerunt vt facerent malum.* Iſta arbor fuit Chriſtus, qui in iſta naue Virginis fuit erectus, qui aſſimilatur cedro non ſolum propter ſui ſublimitatem, ſed etiam propter fructus qualitatem. Poma enim cedrina in aliqua ſui parte ſunt dulcia, in aliqua acerba, & in aliqua inter dulce & acerbum ſunt media, per quam ſignificãtur tres in Chriſto naturæ: nam in Chriſto eſt diuinitas dulciſſima, caro quæ fuit amaritudine plena & anima quæ fuit dolore repleta, in quãtum ſuæ naturæ relicta patiebatur, & erat dulcedine plena, in quantum diuinitate fruebatur. Sexto dicitur nauis ratione veli, quod ibi appẽſum fuit, ſcilicet, Chriſtus de quo velo exponi poteſt illud Ezechiel. 27. *Byſſus varia de Ægypto contexta eſt tibi in velum.* Dicitur autem iſtud velum fuiſſe varium, quia pictũ fuit de colore albo, rubeo & aureo; Ex carne enim Chriſti fluxit color albus propter ſuam puritatẽ: ex anima color rubeus propter ſuam charitatẽ, ex diuinitate vero eius color aureus propter ſuam precioſitatem. Vnde ipſa beata Virgo inquit Canti. 5. *Dilectus meus Candidus,* quoad primum, *& rubicundus* quoad ſecundum, *& electus ex millibus* quoad tertium. Septimo dicitur nauis ratione mercium, quibus onerata fuit, quæ quidẽ fuerunt ei virtutes, & gratiæ maxime humilitas, virginitas, & fœcunditas. Nam per mercem humilitatis fuit grata Deo: per mercem virginitatis Angelo, per mercem vero fœcunditatis generi humano. Et propter hæc tria illi dicitur illud Iudith. 15. *Tu gloria Hieruſalem,* id eſt Dei, Hieruſalem enim viſio pacis interpretatur, quæ pax vera in ſolo Deo habetur, *tu lætitia Iſrael,* id eſt Angelorum, qui ſemper Deum vident. Iſrael enim Dei viſio, ſiue ſpeculatio interpretatur: *tu honorificentia populi noſtri,* id eſt totius generis humani. De iſta naui exponi poteſt illud Mar. 6. *Erat nauis in medio maris.* In quibus verbis tria tanguntur de ipſa benedicta virgine. Primum dicitur fructuoſitatis, ibi, *erat nauis:* ſecũdum officioſitatis, ibi, *in medio:* tertium vero gratioſitatis, ibi, *maris.* Inquantum enim appellatur nauis, oſtenditur eius fructuoſitas; Nauis enim valet ad multas opportunitates. Quia igitur nos in mari tempeſtuoſo huius mundi poſiti multis indigemus, ideo Deus nobis de iſta nauicula prouidit. Vnde notandum quod Beata Virgo, vt ſpiritualis nauis valet maxime ad tria. Primo ad transfretandum occurſus periculoſos mundialis occupationis, ſecundo ad deferendum prouentus delicioſos diuinalis conſolationis, tertio ad debellandum incurſus anguſtioſos dæmonialis tentationis. Primo igitur nobis valet ad transfretandum hoc mare quod continue ventis contrariis flãtibus nauigamus, ſcilicet mare iſtius mundi; de quo inquit pſalm. 103. *Hoc mare magnum, & ſpacioſum manibus &c.* In quo quidem mari in maximis periculis ſubmerſionis ſtamus. Vnde nobis dici poteſt illud Eccleſiaſt. 43. *Qui nauigant mare, enarrant pericula eius.* in quibus omnibus periculis, ipſa benedicta Virgo nos adiuuat. Et ideo Bernardus inquit: *Si incurris ſcopulos tribulationum: ſi inſurgunt venti tentationum, Mariam cogita, Mariam inuoca.* Ipſa enim eſt nauis de qua ſpiritualiter exponi poteſt illud Act. 27. *Niſi in naui manſeritis vos, ſalui fieri non poteſtis.* Secundo nobis detulit theſaurum maximum, ſcilicet Chriſtum, *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi,* Col. 2. Tertio nobis valet ad debellandũ piratas iſtius maris, ſcilicet dæmones. De ipſa enim dicitur Can. 6. quod *eſt terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Et ideo dicitur Sap. 14. *Exiguo ligno credunt homines animas ſuas: & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt.* Bene autem dicitur exiguo propter humilitatẽ. Vnde etiam ipſa ait, vt recitat Eccleſia: *Cum eſſem paruula placui altiſſimo.* Hæc eſt illa nauis, de qua dicitur Luc. 5. *Aſcendit Chriſtus in nauim quæ erat Simonis,* qui interpretatur obediens. Secundo principaliter oſtenditur, quod iſta nauis eſt officioſa, cum dicitur *erat in medio,* eſt enim mediatrix Dei & hominum. Stat autem in medio triplici de cauſa. Primo ad excuſanda noſtra facinora. De quo Ber. ait: *Domina noſtra, mediatrix noſtra, aduocata noſtra, tuo filio nos reconcilia, tuo filio nos recommẽda, excuſet apud Deum integritas tua culpam noſtra corru-*

Maria et nauis ſpiritualis valet ad tria.

Maria ſta in medio triplici de cauſa.

Digitized by Google

corruptionis, & humilitas tua Deo grata, noſtra veniam impetret ſanctitati. Hæc ille. De ipſa quoq; exponi poteſt illud Eſaia.19. *In die illa erit altare in medio terræ Ægypti, & clamabunt ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis Saluatorem.* Secundo ſtat in medio ad impetranda Chriſti charismata. De quo Ber.inquit: *per te acceſſum habemus ad filium, ô benedicta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater ſalutis, vt per te ſuſcipiat nos, qui per te datus eſt nobis.* Et idem Ber. etiam dicit: *Opus enim eſt mediatore ad mediatorem Dominum: nec alter nobis vtilior eſt quam Maria, fidelis enim & quæ ſanctis antidotum, & viris, & mulieribus propinauit.* Et Ezech.37.ait Dominus: *Dabo ſanctificationem meam in medio eorum in perpetuum,* id eſt. Mariam ſanctificationem nobis impetrantem. Vt enim inquit Ber. *Nihil nos habere voluit quod non tranſiret per manus Mariæ.* Et de hoc etiam exponi poteſt illud Ezechi. 28. *Poſui te in monte ſancto Dei, in medio lapidum ignitorum,* id eſt omnium ſanctorum, tanquam, ſcilicet dominam, & reginam, & quaſi gloriæ datricem, & baiulatricem. Et hoc eſt quod petebat Bernardus di. *Mediatrix noſtra fac per gratiam quam inueniſti, per prærogatiuam quam meruiſti, per miſericordiam quam peperiſti, vt qui te mediante fieri dignatus eſt particeps infirmitatis, & miſeriæ noſtræ, te quoque intercedente participes nos faciat gloriæ, & beatitudinis ſuæ.* Tertio principaliter dæmonſtratur in verbis prædictis eius gratioſitas, dum dicitur maris. Eſt enim in mari non vt vallata fluctibus, ſed tanquam directiua, & liberatiua à tempeſtatibus. Et ideo dicitur Maria, quaſi maris ſtella. Vnde eam ſalutat Eccleſia di. *Aue maris ſtella.* Poſſumus enim dicere Deo illud Sap. 14. *Dediſti in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam.* De ipſa quoque Ber. inquit: *Tolle corpus hoc ſolare quod illuminat mundum: vbi dies? Tolle Mariam maris ſtellam, maris vtique magni, & ſpacioſi: quid erit niſi caligo inuoluens, & vmbra mortis?* Pro concluſione autem huius partis dico quod tot ſunt, tantique huius mundi inſufflant periculoſi venti, quod niſi hæc nauis tutiſſima haberetur, vix vnus de mille ſaluaretur. Hanc igitur nauem omnes debent aſcendere, quæ ad portum æternæ ſalutis volunt proſpere, vel feliciter peruenire, vnde Bernard. ait: *O homo ſi ad conſpectum Dei patris accedere times, ne liqueſcas, quaſi cera à facie ignis: vade ad mediatricem matrem miſericordiæ: & oſtende ei vulnus & vlcera, & ipſa pro te oſtendet filio lac & vbera: & filius oſtendet patri latus, & vulnera. Pater non negabit filio, nec filius matri, nec mater tibi.* hæc ille. Ipſa autem beatiſſima Virgo eſt illa nauis de qua exponi poteſt illud Matth. 8. vbi dicitur quod aſcendente Ieſu in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Si ergo aſcenderimus ipſam nauem: poterimus nauigare mare & flumina.2. Eſdræ 4. Hæc etenim nauis eſt principalis inter eas, de quibus dicitur Pſalm.113. *Illic naues pertranſibunt,* & Iob. 9. *Quaſi naues poma portantes.* Licet autem proprie nauis ſit marina, & ratis fluuialis: vt no. ff. de fer.l.ſolet. Tamen per nauem ſæpe intelligimus, ſiue marina, ſiue fluuialis ſit. ff. de exerci.l.1. §. nauem & de incen.ru.& nau.l 1.& 3. & l.ratis. Et talis eſt benedicta virgo. qua mediante euadimus ſecuri & liberi ab omnibus periculis maris, & fluminum.

QVOD MATER DEI dicitur nubes. Aſſimilatio Quinta.

NVbes tripliciter poteſt conſiderari ſcilicet quantum ad eius generationem, qualitatem, & virtutem. Fit autem generatio nubis, vt dicitur in lib. de propri. re. aliquando ex vaporibus maris, aliquando ex vaporibus terrenis, & aliquando ex vaporibus corruptis. Et ſecundum hæc nubes dicitur B. Virgo, & etiam homines terreni, & corrupti. Ipſa autem B. Virgo dicitur nubes inquantum ex maris vaporibus generatur. Talis enim nubes generatur quãdo virture caloris ſolaris marini vapores attrahuntur, & in nubem condenſantur, & eadem virtute omnis amaritudo illorum vaporum in dulcedinem commutatur. Et ſimiliter in B. Virgine tanquam in diuina nubecula omnis amaritudo maris, id eſt, humani generis, ſcilicet peccati originalis in dulcedinem conuerſa eſt iuſtitiæ originalis, virtute radij ſolaris, id eſt, filialis præſeruationis. Vnde 3.18. dicitur: *Ecce nubecula parua aſcendebat de mari,* & tamen ipſa erat dulcis, & mellifua. Poſſumus etiam dicere quod in iſta virginea nube fuerunt multi amari vapores, id eſt, multæ amaræ tribulationes, vnde & Maria amarum amare interpretatur. Quæ tamen tribulationes, virtute ſolis, id eſt, diuini amoris in dulcedinem ſibi conuertebantur. Vnus vapor marinus fuit tribulatio, quam ab Herode paſſa fuit, quæ ipſam vſque in Ægy-

Qua ratione B. Virgo dicatur nubes.

Digitized by Google

in Ægyptum fugaret. Sed tamen iſtud exilium lætanter, & patienter ſuſtinuit. Alius vapor marinus fuit tribulatio, quam habuit in paſſione filij: & iſte dolor temperabatur ex eo, quod per filij mortem expectabat humani generis ſalutem. Dolor etiã partus, & dolor mortis, ſunt quidam vapores marini, quæ tamen in ipſa totaliter in dulcedinem ſunt conuerſi: quia ſine dolore peperit, & ſine dolore de hoc mundo tranſiuit. Secundo nubes ſignificat homines terrenos: quando ſcilicet ex vaporibus terrenis generatur. Vapores enim terreſtres ſunt affectiones hominum mundanorum, & terrenis implicatorum: qui per ſe ad cæleſtia aſcendere non poſſunt. Sed B. Virgo virtute ſui caloris, ideſt, amoris, ab amore terrenorum corda eorum eleuat, & inter viſcera ſuę pietatis quodammodo ea in nubes condenſat, & ad amorem cœleſtium ſurſum leuat. Tertio generatur nubes ex humoribus corruptis, & tunc aeris corruptio, & peſtilentia ſubſequitur. Iſtæ autem nubes ex corruptis humoribus generatæ, ſunt immundi peccatores de quib. dicitur Iohel. 1. *Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo.* Et ideo alios inficiunt iuxta illud 1. ad Corin. 15. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Et 1. Corint. 5. *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* Secundo nubes conſideratur quantum ad qualitatem. Eſt enim concaua. Item à terra eleuata, & motu continuo agitata. Primo quidem eſt concaua, & ad modum ſpongiæ cauernoſa, vt dicitur in lib. de propriet. re. Et ideo impreſſionum cœleſtium de facili eſt receptiua. Et ſimiliter beata Virgo fuit concaua per humilitatem. Et ideo valde idonea fuit ad recipiendum cœleſtium gratiarum infuſionem: quam recepit non in parte, ſicut alij ſancti: ſed totam eius plenitudinem: vt ait Hieron. in ſermone ad Euſto. Et quia præ cæteris ſanctis habuit gratiam, etiam præ cæteris recepit gloriam iuxta illud Exod. 16. *Gloria Domini apparuit in nube.* Ipſa etiam vocatur luna: de qua dicitur Eccleſiaſti. 43. *Vas caſtrorum in firmamento cœli reſplendens glorioſe.* Luna enim dicitur vas caſtrorum: quia non ſolum à ſole, ſed etiam à ſtellis, & planetis dicitur recipere aliquam immutationem. Et ſimiliter B. Virgo à ſole, ideſt, à Deo recipit omnium gratiarum infuſionem, & à ſtellis, ideſt, ab Angelis, & ſanctis recipit continue gloriam, & honorem. Secundo nubes eſt à terra eleuata: & licet de terra generetur: tamen in terra non moratur. Et quanto nubes fuerit magis eleuata: tanto videtur eſſe minor. Quanto

Nubium qualitates, & applicã-tur B. Virg.

autem eſt terræ vicinior, tanto videtur eſſe maior.

Et ſimiliter B. Virgo, licet fuerit in mundo nata, tamen conuerſabatur in cœlo, & erat à terreno amore eleuata, & quanto plus ad cœlum eleuabatur, tanto magis de ſe humilia ſentiebat, vnde eſt eleuata vſque ad maternitatem Dei, & vſque ad regnum cœli, & dominatum mundi: tamen ſe viliſſimam reputabit di. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* Homines autem mundani quanto plus vicinantur terræ: tanto magis elongantur à cœlo: & de ſe tanto maiora ſentiunt, & amplius per ſuperbiam intumeſcunt. Tertio nubes eſt motu continuo agitata, quæ agitatio, ſiue motio procedit à ſuæ naturæ leuitate, & ab aeris ſubtilitate, ac à ventorum impulſione. Nos autem non ſumus agiles, ſed pigri, & deſides ad bene operandum, & habemus impedimentum à corpore, quod habet corruptionem, & ab anima quæ habet terrenam affectionem. De quibus dicitur Sap. 9. *Corpus quod corrumpitur aggrauat animam & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem.* Habemus etiam impedimentum à ſpiritu noſtro: qui quando non habet Deũ, eſt ſibi pondus grauiſſimum. vnde Aug. in lib. confeſſionum inquit Deo: *Quoniam tui plenus non ſum oneri mihi ſum.* Beata autem Virgo Maria ad bene operandum fuit velociſſima, & habuit corpus leue; ex eo quod fuit incorruptiſſima. Et habuit animam ſubtilem, quia fuit tota puriſſima, & ab omni peccato penitus aliena. Habuit etiam ſpiritum Deo plenum, qui eã mouebat ad omne bonum, quia fuit Spiritu ſancto pleniſſima, & ideo vocatur nubes leuis Eſa. 30. vbi dicitur. *Aſcendet Dominus ſuper nubem leuem.* ideſt, beatam Virginem: *& ingredietur Ægyptum,* ideſt, mundum. Beata enim Virgo leuis fuit: quia nullam peccati grauedinem habuit. Leuis fuit: quia virginitatis integritatem ſeruauit. Leuis fuit, quia nulli niſi Deo placere ſtuduit. Leuis fuit, quia ſine corruptione de Spiritu ſancto concepit. Tertio nubes conſideratur quantum ad effectum ſiue operationem & virtutem. Nubes enim terram fœcundat, æſtum mitigat, & arcum cœleſtem generat, vt dicitur in lib. de propr. re. Et ſimiliter beata Virgo imbre ſuarum gratiarum totam Eccleſiam irrigat, & fœcundat. Eſt. n. fons paradiſi, qui vniuerſam terram irrigat: & in quatuor capita diuiditur, quia quibuſdam dat virtutem prudentiæ, vt ſibi prouideant à periculis futuris. Quibuſdam virtutem iuſtitiæ, vt Deo

Nubium effectus Bea. Virg. ſpiritualiter aptatur.

ſatiſ

Digitized by Google

ſatisfaciat de offéſis præteritis. Quibuſdam virtutem fortitudinis, vt ſint conſtantes in aduerſis. Quibuſdã vero virtutem tẽperantię, vt ſint abſtinentes in proſpetis. Secundo nubes æſtum mitigat: nam interponẽdo ſe inter nos, & ſolem: vmbram generat & refrigerium præſtat Et ſimiliter beata Virgo inter ſolem, & nos ſe interponit, dum Dei iuſtitiam ad miſericordiam flectit: & ſic nobis refrigerium magnum facit. Sunt etiã multi qui patiuntur æſtus tribulationum, & carnaliũ concupiſcentiarum. Sed ipſa hoc æſtus rore ſuæ gratiæ refrigerat, dum eis patientiam tribuit, & concupiſcentiam carnalem extinguit. iuxta illud Eccle. 18. *Nonne ardorem refrigerabit ros?* Ipſa ergo Virgo eſt illa nubes omnium malorum noſtrorum mitigatiua, de qua pſal. 104. ait: *Expandit nubem in protectionem illorum.* Tertio nubes arcum cœleſtem in ſe parit. Qui quidem arcus habet colorem igneum, viridem, & cœleſtem. Quia igitur beata Virgo erat concaua, id eſt, humilis, & rorida, id eſt, gratia plena, ideo in ſe genuit arcum cœleſtem, id eſt, Chriſtum, qui eſt ſignum fœderis inter nos, & Deum: per quẽ Deus promiſit dare gratiam, & gloriam. Qui quidem habere colorem igneum quoad diuinitatem, iuxta illud Heb. 13. *Deus noſter ignis conſumens eſt.* Item, colorem viridem quoad carnem, quæ rore puritatis ſemper refloruit: & etiam mortua fœtere non potuit: ſed ſemper virore enituit. Vnde ipſe Dominus inquit per pſal. 27. *Refloruit caro mea*, &c. Habuit etiam colorem cœleſtem quo ad animam, quę ſemper in cœleſtibus habitabat. iuxta illud Iohan. 3. *Nemo aſcendit in cælum niſi qui & deſcendit filius hominis qui eſt in cælo.* Merito igitur benedicta Virgo dicitur nubes, maxime, quia ſicut nubes eſt ſolaris radij incorporatiua: & tamen radius qui in ipſa nube incorporat ipſam penetrans & exiens non ſcindit, nec ipſa nubes diuiditur. Sic ipſa Domina noſtra filiũ in ſe recepit, & carne veſtiuit, & ſine ſui corruptione peperit. Vnde de ipſa loquens cœleſtis pater inquit Ezech. 32. *Solem nube tegam.* Item, ſicut nubes laborantium eſt recreatiua, ſic & ipſa omnis laboris noſtri conſolatiua. Vnde Eccle. 35. dicitur: *Specioſa miſericordia Domini in tempore tribulationis, quaſi nubes pluuia in tempore ſiccitatis.* Item ipſa eſt ſicut nubes reſoluta in pluuiam: quę eſt ſeminum fœcundatiua, germinatiua, nutritiua, impinguatiua, augmentatiua, & multiplicatiua, iuxta illud Iob. 37. *Frumentum deſiderat nubes.* Vt de ea dici poteſt illud Eſa. 18. *Nubes roris in die meſſis.* Nam ipſa infundendo diuinæ gratię rorem facit nos multiplicare bonorum operum meſſem. Ipſa quoque figurata fuit per illam lucẽ, de qua dicitur Matth. 17. *Nubes lucida obumbrauit eos.* Ex qua figura fuit beatæ Virginis claritas innocentiæ demonſtrata. Naturaliter enim nubes non eſt lucida, immo per ſuam denſitatem, & obſcuritatem priuat nos radiis ſolis. Ideoque quod ſit lucida habet ſupra naturam: quamuis ergo omnis alia pura creatura humana ad Adam deſcendens, fuerit nubes obſcura per peccatum originale offuſcata: tamen hæc diuina nubecula, parua ſcilicet per humilitatem, in quo rex æternus transfiguratus eſt: & de terribili iudice in patrem piiſſimum mutatus eſt: tota fuit lucida per ſupernaturalem virtutem ab omni tenebra præſeruata. Et figurata fuit per nubem illam, quę vt habetur Exo. 14. *ducebat filios Iſrael per deſertũ.* Vnde perduxit eos ad petram Oreb, vbi data eſt aqua populo, quæ nubes in die protegebat à ſole: nocte vero illuminabat, oſtendens illis viam per quam ambularent. Ipſa enim virgo gratioſa nos protegit ab incendiis tentationum, & illuminat in nocte tenebroſa ignorantiæ: & oſtendit nobis viã cœleſtis patriæ & nos ducit ad fluenta diuinæ gratiæ. Hæc eſt illa nubes de qua exponi poſſet illud 1. Corint. 10. *Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt*, transſumptiue in c. nequaquam de conſe. diſt. 4. Sed quid mirum, ſi mater Dei nubes appellatur, cum etiam prædicatores omnes *Prædicatores ſancti dicuntur nubes, Eſa. cap. 4.* ſancti tali nomine nuncupentur, vt patet in c. reuertimini. 16. q. 1. Vnde Eſa. 40. c. de illis dicitur: *Qui ſunt iſti qui vt nubes volant?* Tales autem nubes placẽt Deo. 5. di. in fi. & 6. in princ. Et ideo ipſa glorioſa Virgo om̃ prædicatorũ magiſtra fuit, & eſt Deo ſuper omnes gratiſſima. Iſta eſt illa nubes de qua dici poteſt illud Nume. 10. *Eleuata eſt nubes de tabernaculo fœderis.* O igitur Domine Deus pone nubem veſtimentum meum. Iob. 38. Fac vt ſim de illis de quibus dicitur pſal. 87. *Deduxit illos in nube diei.* Et vt in me verificetur illud pſal. 113. *Qui ponis nubem aſcenſum tuum.* Et vt thronus meus ſit in columna nubis. Eccle. 24. Vt cum mediante hac clara nubecula aſcendero in cœlum, dicatur de me illud Eccleſ. 45. *Induxit illum in nubem.* Fac ergo vt de anima mea verificetur illud Ezech. 10. *Domus repleta eſt nube*, id eſt Virginis deuotione.

Quod

Digitized by Google

QVOD BEATA VIRGO dicitur mons Sinai, Aſſimilatio Sexta.

Nota de monte Sinai.

MOns Sinai, vt dicitur in lib. de proprie. re. eſt in Arabia vt eriam air Apoſtolus ad Gal. 4. Et eſt in prouincia Madian. De quo Ioſephus in lib. 2. anriqnitatum inquit: *Sina mons eſt excelſus, & ad paſcua egregius, optimas herbas ferẽt. Eratque opinio ibi habitare Deum. Et ideo primitus ibi nemo paſcebat oues, quia paſtores illuc minime ambulare præſumebant.* Huic monti appropinquans Moyſes prodigium vidit. ſ. igneum rubum non cõburentem & eius viriditatem, & florem nullatenus depaſcentem: & eius ramos fructiferos nullo incendio deuaſtantem, quamuis flamma velox, & vehemens nimis eſſet. Vnde de illo igne Dominus ad Moyſen locutus eſt. Idem quoque Ioſephus 3. li. ait: *Aſcendit Moyſes in Sina: qui mons eſt excellentiſſimus in illis regionibus. Et quia ſermo erat Deum circa eum habitare, & erat terribilis, ideo circa radices huius montis Hebræi ſua tabernacula locauerunt, & ibi Deum videre in igne, & in nube, & ipſum perſonaliter loquentem audire meruerunt. Dicitur itaque mons Sinai mons diuinæ habitationis, angelicæ frequentationis, mons luminis, & inflãmationis: mons pluuiæ, & roris, mons paſcuæ & refectionis, mons ſapientiæ & eruditionis: quia de illo monte Dominus Moyſen & populum inſtruebat, & ei legem conferebat. Mons miſericordiæ, & promiſſionis, quia inde bona inaudita populo promittebat. Mons iuſtitiæ & comminationis; quia timorem inſpicientibus inferebat. Mons amicitiæ & confœderationis, quia mediante lege populum ibidem ſibi ſempiterno fœdere Deus vniebat. Mõs munditiæ & puritatis, mons lætitiæ, & iucunditatis: quia nulli ad montem accedere poterant, niſi qui mente & corpore mundi erant. Ibi etiam illi qui mũdi erant coram Domino cum lætitia comedebant, & bibebant. Dicitur etiam mons clementiæ, & pietatis, ſiue propitiationis: & mõs ſacrificij: & orationis: nam ibi Domino immolabãt, ac precibus Moyſi, & ſupplicationibus Deum ſibi placatum, & propitium audiebant.* hæc ibi. Quę omnia poſſent benedictæ Virgini optime applicari, ſed breuiratis gratia ſolum referam octo ſimilitudines, quas ipſa Domina noſtra habet cum iſto monte ſancto.

Octo ſimilitudines mõtis Sinai ad Mariam.

Prima eſt: quia ſicut mons ille fuit mõs miſericordiæ, & promiſſionis, quia in eo apparẽs Dominus Moyſi in rubo, & compariens afflictioni populi ſui, promiſit liberare eum à ſeruiture Pharaonis, & Ægyptiorum per manum ipſius Moyſi, vt habetur Exod. 3. Sic beara Virgo tanquam miſericordiæ regina fuit promiſſa, & figurata in illo eodem rubo, ſicut Eccleſia cantat. di. *Rubum quem viderat Moyſes incombuſtum, cõſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem, Dei genitrix intercede pro nobis.* Item promiſſio facta Moyſi de liberarione prædicta, quæ figurabat liberationem generis humani de ſeruiture diaboli, & omnes aliæ promiſſiones factę in veteri teſtamenro pro dicta liberatione in ipſa Virgine completæ ſunt. Nam in eam deſcendit filius Dei, & carnem humanam aſſumpſit pro noſtra liberatione. Et ideo de illa dici poteſt illud Exod. 19. *Deſcendit Dominus ſuper montem Sinai.* Secundo, quia fuit mons angelicæ frequenrationis. Ibi enim frequenter Angelus ex perſona Domini apparuit, & locutus eſt Moyſi. vnde dicitur Act. 7. quod apparuit illi in deſerto monris Sinai Angelus in igne flammæ rubi, &c. Et in eodẽ. c. dicitur de Moyſe: *Hic eſt qui fuit in Eccleſia in ſolitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus noſtris qui accepit verba vitæ dare nobis.* Et ſimiliter beata virgo fuit ab Angelo viſitata, & ſalutata, & de verbo vitæ edocta. ſicut patet Luc. 1. Tertio; quia Sina fuit mons luminis & inflammationis, nam in eo apparuit Dominus in flamma rubi. Exo. 3. Item eiuſdem lib. cap. 19. dicitur, quod totus mons Sinai fumigabat; eo quod aſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, & aſcendebat fumus ex eo quaſi de fornace. Et hoc factum eſt in beata Virgine, quando Spiritus ſanctus qui eſt ignis, id eſt, amor diuinus, in eam ſuperuenit, & ipſam æſtuanti deſiderio fumare fecit: & mentem eius totam illuminauit, ac inflammauit Luc. 1. vbi ei dixit Angelus: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, &c. Quarto, quia fuit mons pluuiæ & roris. Et ſic fuit beata Virgo in filij Dei conceptione. Vnde propheta prædixerat pſalm. 71. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.* Hanc autem pluuiam, & irrorationẽ meruit beata Virgo ſuſcipere, quia humillima erat. nam à ſuperbis, & elatis fugit. Vnde 2. Reg. 1. dicitur. *Montes Gelboe nec ros, nec pluuia veniat ſuper vos.* Quinto, quia Sina fuit mons diuinæ habita-

habitationis. Et ſimiliter beata Virgo fuit habitaculum Dei. Vnde Pſalm. 67. ait de ea ſub nomine montis: *Mons Dei mons pinguis, mons in quo bene placitum eſt Deo habitare in eo. Etenim Dominus habitabit in finem*, ſcilicet, ſæculorum, id eſt, in vltima ætate mundi. Et iterum idem Pſalm. 67. ait, *Dominus in eis in Sina in ſancto.* Sexto, quia fuit mons ſapientiæ, & eruditionis. vnde Leui. 26. dicitur: *Hæc ſunt præcepta, atque iudicia, & leges quas dedit Dominus inter ſe, & inter filios Iſrael in monte Sinai per manum Moyſi.* Et ſimiliter beata Virgo illum mundo edidit, qui eſt verbum, & ſapientia patris: qui eſt dux, & legifer noſter: per quem reges regnant, & legum conditores iuſta diſcernunt. Septimo, quia eſt mons iuſtitiæ, & comminationis, & ſimiliter beatiſſima Virgo ſicut ſibi deuotis, & reuerentibus eſt ſalutis refugium, ita contemptoribus, & blaſphematorib. erit ad mortis, & perditionis iudicium, vnde Exod. 19. dicitur de monte Sinai: *Cauete ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius. Omnis enim qui tetigerit montem, morte morietur.* Octauo quia Sina erat mons paſcuæ, & refectionis, vnde dicitur Exod. 3. quod Deus apparuit Moyſi cum minaſſet gregem ad interiora deſerti ad montem Dei Oreb. quia, ſcilicet ibi erant bona paſcua. Oreb enim eſt pars montis Sinai. vt dicitur in lib. de propri. re. Et ſimiliter beata Virgo in aſſumptione ſua peruenit ad paſcua æternæ felicitatis, ad quæ etiam gregem fidelium ad ſe recurrentium ſuo exemplo, & adiutorio iugiter introducit.

QVOD BEATA VIRGO dicitur thronus. Aſſimilatio Septima.

THronus dupliciter accipitur, ſcilicet pro tertio ordine ſupremæ hierarchiæ, quæ dicitur ordo thronorum, & pro ſolio regali. Et omnibus iſtis modis B. Virgo thronus Dei poteſt appellari. Primo enim dici poteſt thronus ex eo quod habet proprietates illorum Angelorum, qui throni nuncupantur, quæ quidem ſunt ſex ſecundum Dionyſium in lib. de Angelica hierarchia. Prima eſt maxima celſitudo, quæ B. Virgini conuenit, quæ ait Eccleſiaſt. 24. *Ego in altiſſimis habitaui & thronus meus in columna nubis.* Ipſa enim habitat in altiſſimis, quia ſuper omnes ſanctos eſt exaltata, & ſublimata. & ad dexteram filij collocata. Vnde dicitur in figuram 3. Regum 2. quod poſitus eſt thronus matris regis ad dexteram eius. Secunda proprietas eſt regis circundatio: quæ etiam ipſi conuenit de qua dicitur Hiere. 31. *Nouum faciet Dominus ſuper terram, fœmina circundabit virum.* In quibus verbis triplex nouitas denotatur. Prima eſt, quia circundat, id eſt, ſine corruptione generat. Illud enim eſt circundatum quod eſt ex omni parte clauſum. Secunda eſt, quia circundat virum. vnde Ber. ait: *Si dixiſſet infantem, vel paruulum, nec nouum videretur, nec mirum. Sed vir erat IESVS, necdum etiam natus, ſapientia nõ ætate, non quãtitate corporis, ſed animi vigore. Habuit enim plenitudinem ſapientiæ, & virtutis ab inſtanti ſuæ conceptionis.* Tertia eſt, quia dicitur ſuper terram. Eccleſia quidem generat quotidie filios in cœlo ſine corruptione, & cũ gratiæ plenitudine. Vnde obitus ſanctorum natale dicitur, quia tunc naſcuntur, & iſtud non eſt nouum. Sed quod iſta talis generatio fiat ſuper terram, iſtud eſt omnium nouorum nouiſſimum. Tertia proprietas thronorum eſt ſtabilis collocatio. Et iſta ſimiliter B. Virgini conuenit, quæ ſtabilis fuit filio in vita, in morte, & poſt mortem. Nam in vita fuit ſibi ſtabilis per amorem, quia nunquam ab eius amore diſceſſit. In morte fuit ei ſtabilis per aſſociationem, quia iuxta crucem eius ſemper ſtetit. Et poſt mortem fuit ſtabilis per fidem, quia nunquam eam amiſit. Quidam enim diſcipuli ab eo diſceſſerunt per fidem & ſocietatem; ſed non per amorem, vt Apoſtoli. Alij diſceſſerunt à fide; ſed non ab amore, nec à ſocietate, ſicut ſanctæ mulieres, quæ iuxta crucem Chriſti ſteterunt. Beata autem Virgo ſemper immobilis ſtetit, & in fide, & in amore, & in ſocietate. Quarta proprietas thronorum eſt regis ſuſceptio. Et iſta etiam conuenit B. Virgini, quæ excellẽtiori modo præ cæteris Chriſtum ſuſcepit. Omnes enim tam boni quam mali Chriſtum ſuſcipiũt per eſſentiam & præſentiam. Boni vero ipſum ſuſcipiunt per inhabitationem gratiæ. Virgo autem beata ipſum ſuſcepit per gratiæ plenitudinem in mente, & per præſentiam corporalem in ventre. Quinta proprietas thronorum eſt regis delatio. Et iſta ſimiliter conuenit B. Virgini, quæ Chriſtũ de cœlo detulit. Et ideo vocatur ferculum à deferendo, iuxta illud Cant. 3. *Ferculum fecit ſibi rex*

Sex proprietates thronorum, B. Virg. accommodata.

Digitized by Google

bi rex Salomon, &c. Vocatur etiam nubes Eſa. 19. vbi dicitur: *Aſcendet Dominus ſuper nubem leuem,* &c. Ipſa enim nobis Chriſtum tanquam pluuiam ſalutarem compluit, iuxta illud Eſa. 45. *Nubes pluãt iuſtum, &c.* Vocatur etiam nauis, quia deportauit nobis panem Angelorũ. Vnde Prouerb. vltimo dicitur: *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longo portans panem ſuum.* Sexta proprietas thronorum eſt familiaris apparitio. Et iſta ſimiliter B. Mariæ conuenit. Familiarius, enim & apertius myſterium incarnationis ſibi Chriſtus manifeſtauit quam cæteris ſanctis, vel Angelis. Nam Salomon dixit ſe illud ignorare Prouerbiorum 30. dicẽs: *Tria ſunt mihi difficilia: & quartum penitus ignoro, ſcilicet, viam iuuenis in adoleſcentia ſua,* id eſt, viã Chriſti in incarnatione ſua de Virgine intacta ſecundum expoſitionem Nicolai de Lyra. Iohannes etiam Baptiſta dicit ſe non eſſe dignum ſoluere corrigiam calceamenti Chriſti Iohan. 1. Id eſt, non eſſe ſufficientem exponere profunditatem tanti myſterij. Gabriel quoque Angelus de modo requiſitus ipſum non expoſuit, ſed ad Spiritum ſanctum Virginem remiſit, dicens: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.* &c. ac ſi diceret ſecũdum Bernar. ſuper *Miſſ[us] eſt. Quid à me quæris, quod ipſa mox experieris? Scies, ſcies, & feliciter ſcies, ſed illo doctore quo auctore. Ego miſſus ſum nunciare Virginalem conceptum, non creare.* Virgo autem benedicta illud myſterium non tantum ſciuit per infuſam ſapientiam, ſed maxime per experientiam. Vnde Ber. vbi ſupra ait: *Qualiter ſplendor ille inacceſſibilis Virginis ſe infuderit viſceribus ſoli datum eſt ſcire cui ſoli datum eſt experiri.* Secundo dico quod ipſa fuit thronus, id eſt, ſedes ſolium ſummi regis, qui ſedit in vtero ſuo. Et nunc eſt thronus Dei in mundo, & etiam erit in iudicio. Chriſtus enim fecit eam thronum ſuum, dum eſſet in ventre eius. In cuius figuram dicitur 3. Regum 10. & 2. Paral. 9. *Fecit rex Salomon thronum de ebore grandem: & veſtiuit eum auro fuluo nimis.* Iſte enim thronus fuit de ebore per virginitatem, & de auro per feruentem charitatem, & grandis per maximam humilitatem, nam quanto fuit humilior, tanto coram Deo facta eſt ſublimior. Chriſtus ergo requieuit in eius virginitate, quia diligit mũditiam, & in eius charitate, quia amat fraternam cõcordiam, & in ipſius humilitate, quia diligit mentem tranquillam. Secundo ipſa eſt

Maria thronus, id eſt, ſolium & ſedes ſummi regis.

thronus Dei peccatoribus qui ſunt in mundo. Et ideo dicitur ad Hebræ. 4. *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in tempore opportuno.* Quidam enim peccant ex timore male humiliãte: ſicut Petrus qui timore mortis Chriſtum negauit. Et iſti accedentes ad eã, magnam poſſunt habere fiduciam, & ideo dicitur: *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ.* Alij vero peccant ex amore male inflammante, ſicut Dauid, qui malo amore inflammatus in adulterium cecidit. Et ſicut Matthæus mala cupiditate allectus, illicita lucra exercuit. Et tales ad iſtum thronum accedentes inueniunt miſericordiam, & ideo ſubditur, *vt miſericordiam conſequamur.* Alij vero peccant ex ignorãtia excæcãte ſicut Apoſtolus qui ait. 1. ad Tim. 1. *Ignorans feci in incredulitate.* Et tales ad iſtum thronum accedentes inueniunt gratiã. Et ideó additur: *Et gratiã inueniamus in tempore opportuno.* Tertio ipſa erit thronus Chriſti in iudicio, & hoc quantũ ad illos qui erunt à dextris. Nã illos qui erunt à ſiniſtris Chriſtus iudicabit. Vnde Apoc. 4 dicitur: *De throno procedũt fulgura, & voces, & tonitrua.* Ipſe n. Chriſtus oẽs ad iudiciũ citabit dicens: *Surgite mortui venite ad iudiciũ.* Et talis citatio dicitur tonitruũ. Itẽ citatos examinabit dicens. *Eſuriui, & nõ dediſtis mihi manducare, &c.* Et iſtæ ſunt voces quæ de throno ꝓcedunt. Vltimo cõtra citatos, & examinatos ſententiam fulminabit dicens: *Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum* &c. Et iſta verba dicuntur fulgura de throno procedẽtia. Illi vero qui erũt à dextris, ad Virginẽ glorioſam tanquam ad thronũ gratiæ & miſericordię confugient. Vnde Pſal. 88. inquit Deus. *Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut teſtis in cælo fidelis.* Ipſa. n. in iudicio exiſtẽs erit corã Deo ſicut ſol: quia præ cæteris habebit maiorẽ ſplendorẽ ſapientiæ, & maiorẽ calorẽ gratiæ & gloriæ. Et erit ſicut teſtis fidelis, quia corã filio ſuo de nobis bonũ teſtimoniũ perhibebit. Vnde in quodã officio canitur ipſi virgini: *Recordare Virgo mater dũ ſteteris in conſpectu Dei ſicut ſol refulgendo, vt loquaris pro nobis bonum teſtimonium: & auertas indignationẽ ſuam à nobis.* Alexander autem de Ales ſuper prædicto Pſal. 88. inquit: *Notandum quod multa fuerunt in throno Salomonis, quæ myſtice in throno Chriſti, id eſt, in beata Virgine poſſumus aſſignare, quæ in his verſibus comprehendi poſſunt:*

Multa in throno Salomonis, quæ in throno Chriſti, id eſt, Bea. Virg. poſſũt aſſignari.

Ligna, ſedile, manus, ebur, aurũ, brachia, ſcamnum, argentum, leo, rex, purpura, pina, gradus. In beata enim Virgine fuerunt ligna fortitudinis, & perſeuerantiæ. Vnde Can. 3. dicitur: *Ferculum fecit ſibi rex Salomon de Lignis Libani*, id eſt, de cedris quæ ſunt fortiores, & imputribiles. Sunt & alia ligna Libani, qui ei competunt. Vnde ipſa dicit Eccl. 24. *Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & ſicut cypreſſus*, &c. Item, ſedile, & manus 3. Reg. 10. *Duæ manus tenentes ſedile.* Sedile eſt charitas beatæ virginis, ſecundum quod Can. 3. dicitur, *media charitate conſtrauit.* Manus duæ, opera priuilegiata humilitatis, & pietatis: Ebur caſtitas 3. Regum 10. *Fecit thronum de ebore grandem.* Fuit enim de ebore per munditiam, & grandis in continentia, quia in ea extinctus fuit fomes. Aurum, ſ. ſapientiæ 3. Reg. 10. *Veſtiuit eum auro fuluo nimis*, & 2. Paral. 9. auro mũdiſſimo. Brachia longa ad defenſionem noſtram, & ad dãdum adiutorium longe poſitis, ideſt, peccatoribus 2. Paral. 9. *Brachiola duo altrinſecus.* Forte Chriſtus puer brachiolis illis amplexatus eſt illam. Scamnum 2. Paral. 9. *Et ſcabellum, aureum*, quaſi dicat. Diuitias, & ſapientiam terrenam pedibus conculcauit. Apocal. 12. *Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius.* Item pedes, ideſt, affectus eius vtebãtur auro rationis. Argentum; ideſt, eloquentia, quia ipſa eſt aduocata noſtra. Cant. 3. *Columnas eius fecit argenteas Leo.* Sicut autem dicitur 3. Regum. 10. & 2. Paral. 9. *quatuordecim leones erant.* Quia ergo leo eſt terribile animal; quatuordecim leones ſunt ſeptem virtutes beatæ Virginis, & ſeptem dona quorum odor terret ſerpentem veterem, ideſt, diabolum. Vnde de ipſa dicitur Can. 6. *Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Rex, quia ſolus rex ſedet in throno, & ſolus Chriſtus in beata Virgine. Ezech. 44. *Princeps ipſe ſedebit in ea.* Purpura, ideſt, martyrium, Cant. 3. *aſcenſum purpureum.* Martyr autem fuit B. Virgo, & ſi non corpore, tamen mente. ſecundum illud Lucæ 2. *Et tuam ipſius animã pertranſibit gladius.* Pina. 3. Regum 10. *Summitas throni rotunda erat.* Cant. 3. *Reclinatorium aureum*: ideſt, perfectio firma ſine angulis, & ſcrupulis. Gradus ſex quibus aſcenditur ad eã ſecundum quod dicitur 3. Regum 10. & 2. Paral. 9. Et ſunt ſex partes venerationis, ſcilicet reuerentia, deuotio in corde, ſalutatio & gratificatio in ore, obſequium, & præſtatio in opere. Et in quolibet gradu ſedet leo, ideſt. timor Domini, Eccle. 27. *Timor Domini ſuper omnes ſe ſuperpoſuit,* De hoc ergo throno Chriſti, ait Deus pater: *Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo.* Sol ſplendet, & calet ſiue ardet, in quo notatur gemina ſtola, quam vtranq; pie creditur habere beata Virgo in cõſpectu Dei, vt ſplendeat, & fulgeat ſicut ſol ſecundum ſtolam corporis, & amore ferueat ſecundum ſtolam animę, Et ſicut luna perfecta in ęternum. Dicit autem Innocentius Papa, Quod, ſicut rationabiliter aſſerunt, qui de natutia rerum diſſerunt, *luna frigiditatem cauſat, & humiditatẽ. Frigiditas deſignat virginitatẽ, & humiditas humilitatem. Ignis .n., de quo venit ſiccitas, naturaliter ſublimia petit. Aqua vero à qua procedit humiditas, quaſi grauis naturaliter petit humilia.* Frigiditas igitur, & humilitas lunæ virginitas & humilitas eſt Mariæ, quæ frigida fuit contra æſtum luxuriæ, & humida contra faſtum ſuperbiæ. Quia vero ſemper perſeuerauit in virginitate, & humilitate, & in gloria etiam appareret eius virginitas, & humilitas, ideo bene dicitur quod eſt in conſpectu Dei ſicut luna perfecta in æternum, quæ ſcilicet, nũquam patitur detrimentum. Et teſtis in cœlo fidelis. Ipſa enim, orat ibi pro peccatoribus, & teſtatur quod filius Dei pro eis factus eſt homo. Vnde dicit Ber. *Mater oſtendit filio pectus, & vbera.* Propter quod dicitur Hiere. 14. *Soliũ gloriæ tuæ recordare? ne irritum facias fœdus tuũ nobiſcum.* Beata igitur virgo eſt thronus, ſol, luna, & teſtis. Quia thronus iudicem cõtinet, quia ſol producit terræ naſcentia, quia luna noctis tenebras diſcutit, quia teſtis, cauſas abſoluit. Si peccator es, & times iudicem, hęc tenet eum. Si pœnitens cupis de terrenis curia exire, hæc ſol calorem producit. Si nox aduerſitatum, vel ignorantiæ te premit luna eſt. Si cauſis vexaris a ſpiritibus immundis, vel deſideriis importunis, vel in morte impeteris, teſtis tibi erit, ſi eam inuocaſti ad videndum opera tua, & vitam. Vnde in generali confeſſione dicitur: *Confiteor Deo & B. Mariæ*, &c. quaſi dicat vnuſquiſq;. Volo quod ipſa ſciat pœnitentiam meam, & ſit teſtis confeſſionis meæ ipſa, & omnes ſancti. Vnde Oſeæ 11. in fine dicitur: *Iudas autem teſtis deſcendit cum Deo, & cum ſanctis fidelibus.* Nec tantum eſt teſtis, ſed teſtis fidelis. Studeas ergo habere bonam cauſam: quia pro te non mentietur. Prouer. 14.

Teſtis fidelis non mentietur. hæc Alex. vbi ſup. Vnuſquiſque ergo deuotus B. Virginis poteſt dicere illud Iob 16. *In cælo teſtis meus.* Quam glorioſam Virginem oro, vt pro me teſtificari dignetur in tempore, quo danda erit ſententia vitæ meæ, vt eius teſtimonio mendacis aduerſarij falſitatibus ſuperatis, ab omnib. impugnationibus abſoluar, & cum ipſa patrona mea aſcendere merear ad deguſtanda paradiſi gaudia, per infinita ſæcula ſæculorũ. Amen.

DE EIVSDEM SACRATISSIMÆ VIRGINIS ASSIMILATIONE.

SERMO QVARTVS.

In quo octo adhuc ſimilitudines explicantur de Beata Virgine.

LIberaſti me Domine: ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ. Eccleſiaſt. 51. Signum magnæ libertatis & nobilitatis eſt alicuius ciuitatis, vel terræ, ſi ipſa aliis omnib. tributum ſoluentibus non ſit tributaria. Ex quo apparet libertas, & nobilitas benedictæ Virginis Mariæ. Nam cum omnis creatura pure humana fuerit peccato ſubdita, & conſequenter dæmoni tributaria: ipſa tamen immaculata virgo ab hoc tributo fuit exempta, quia à cuiuſcunque peccati macula fuit aliena. Huius autem figura habetur Geneſ. 47. Nam in illa magna egeſtate, & chariſtia graui tota terra Ægypti fuit tributaria Pharaoni, excepta terra ſacerdotali, quæ libera fuit ex priuilegio regis. Qua figura denotatur quod tẽpore quo fuit tanta egeſtas gratiæ: Et quando erat penuria illius frumenti, de quo factus eſt panis cœleſtis, ſcilicet Chriſtus, tota humana natura fuit per peccatum tributaria peccato. Solaq; mater ſacerdotis magni Chriſti fuit ab eo immunis ex diuino priuilegio illam præſeruante. De ipſa autem dira ſeruitute humana dicitur Thren. 1. *Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo? Facta eſt quaſi vidua, Domina gentium, princeps prouinciarum, facta eſt ſub tributo.* Vocatur namque humana natura domina aliorum creaturarum inferiorum: iuxta illud Ouid. in 1. Metam. *Sanctius his animal mentiſque capacius altæ Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet.* De liberatione vero huius terræ dixit Propheta pſal. 86. *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.* Hæc igitur fuit terra ſacerdotalis, de qua natus eſt ſummus ſacerdos, qui & hoſtia pro nobis eſt immolatus. Vnde Leo Papa in ſermone de natiuitate eiuſdem Virginis ait: *Obſecro dilectiſſimi fratres mei, hanc noſtræ ſalutis hiſtoriam intendite diligenter, corda vigilent, oculi non dormiant, creator namque omnium de beatiſſima Virgine carnem ſumens ſine peccato natus eſt, & in mundo conuerſatus. Ecce ſacerdos magnus nulla in ſe habẽs peccata. Et idcirco dignus & potens fuit, vt ſacrificium offerens, aliena mundare peccata. Quia igitur in rebus humanis inueniri non poterat pretium noſtræ redemptionis; redemptor noſter ſemetipſum obtulit hoſtiam in odorem ſuauitatis. Sicque ipſe factus eſt ſacerdos, ſacrificium, redemptor, & pretium,* hæc ille. Bene igitur decuit reginã illam ſecundam, quæ talem produxit fructum liberam fieri ab omni tributo peccati. Vnde Augu. in li. de natura, & gratia ait. *Excepta beata Virgine de qua propter honorem Domini nullam prorſus cum de peccatis agitur, habere volo quæſtionem, ſi omnes ſancti, & ſanctæ Dei cum viuerent, interrogati fuiſſent, vtrum ſine peccato*

Digitized by Google

fuiſſent: omnes vna voce dixiſſent: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Et ideo de hac immunitate, & ſingulari ſua liberatione à peccato, ipſa benedicta Virgo gratias agit Deo in verbis propoſitis. De qua innocentiſſima Virgine adhuc octo alias aſſimilationes perſcrutabimur.

QVOD BEATA VIRGO dicitur vellus. Aſſimilatio Prima.

Expõ. ab Alex. de Ales de B. Virg. illud Pſal. 71. Deſcendet ſicut plu.

ALexan. de Ales exponens illud Pſal. 71. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram,* ait: *Vellus eſt Virginitas Mariæ: terra, humilitas ipſius, pluuia, deitas vel gratia: ſtillicidia abundantia gratiarum, & donorum.* Dicit ergo propheta: *Deſcendet ſicut pluuia in vellus,* ſcilicet Deus in vterũ Virginis. Vellus enim Maria fuit rore gratiæ, & diuinitate plena: area, id eſt, Iudæa ſicca permanente. Vnde

Velleris proprietates B. Virg. conuenientes.

Hiero. ait: *Vellus cum ſit de corpore neſcit corporis paſſiones, & ſimiliter beata Virgo immunis fuit ab omni immunditia.* Et nota quod proprietates velleris, quæ B. Virgini conueniunt in his verſibus continentur: *Succida veſtis ouis non ſonat icta: Hirta pilo molli, bibulo, tingitque parato. Pectunt, nẽt, texunt, quod frigora pellat, & ornet.* Succida eſt B. Virgo, id eſt, ſucco pietatis plena. Iudicum 6. *Expreſſo vellere conchã rore compleuit.* Nos ſumus conchæ. Item veſtis ouis eſt Maria, id eſt, protectio ſimplicium, & innocentium. Prouerb. vlt. *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus,* id eſt, ſtola gemina. Item non ſentit B. Virgo motus carnales. Nõ ſonat icta. Lucæ 2. *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Et de charitate dicitur 1. ad Corin. 13. *non irritatur.* Item hirta, id eſt, hirſuta, id eſt, ſimul ſe tenens Actuum 1. *Hi erant omnes orantes in cœnaculo cum mulieribus, & Maria matre IESV.* Et ad litteram hirſuta fuit: quia non erat cõpta. 1. Pet. 3. *Quarum non ſit exterius capillatura, aut circũdatio auri,* &c. Pilo molli, id eſt, cogitatione pia. Vnde bene cõuenit ei illud Hier. 18. *Ego cogito cogitationes pacis.* Item bibulo: ſupple verbi Dei. Lucæ 2. c. *Maria conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo.* Item tingitque parato, quia fuit verecunda. Eccleſiaſti. 26. *Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata.* Lucæ 1. *Turbata eſt in ſermone eius.* Item pectunt beatam Virginem bonæ ancillæ, id eſt, dilatant laudibus, & honoribus, ſicut lana carminata amplius dilatatur. Eccleſiaſt. 24. *In medio populi ſui glorificabitur.* Item, nent ſubtiles prædicatores de B. Virgine. Exod. 35. *Mulieres doctæ dederunt quæ vouerant,* id eſt, prædicatores docuerunt quæ cogitauerunt. Item texunt prolixas orationes. Tob. 2. *Ibat Anna ad opus textrinum quotidie.* Item pellit frigora infidelitatis. Vnde cantat Eccleſia: *Gaude Maria Virgo cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo.* Item & ornat, Actuum 9. *Oſtendebat tunicas, & veſtes quas faciebat illis dorcas.* Dorcas interpretatur caprea, vel damula, & ſignificat B Virginem quam comparat ſponſus cœleſtis capreæ, dicens Cant. 4. *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ,* &c hæc omnia Alexander vbi ſup.

Maria vellus propter quinque.

Poſſumus autem dicere quod Beata Virgo dicitur vellus propter quinque caſus. Primo enim dicitur vellus, quia vellus eſt de carne exciſum, ſed ſine carnis corruptione. Et ſimiliter ipſa virgo benedicta exciſa fuit de carnali Iudæa, & tamen fuit peccato corrupta. Vnde Bernar. ait: *Quid Gedeonis ſignificat vellus, quod vtique de carne, ſed carnis vulnere decęſum in area poſitum eſt, niſi carnẽ aſſumptam de carne Virginis, & ſine detrimento Virginis? Ecce Maria velleri cõparatur, quæ Deum ita concepit, vt eũ toto hauriret corpore, nec eiuſdem corporis ſciſſuram pateretur, ſed eſſet mollis ad obſequium, ſolida ad ſanctimoniam. Quamuis igitur vellus ſit de corpore, tamen neſcit corporis paſſiones: quia Maria licet fuerit in carne, tamen vitia carnis neſciuit, nec vnquã corruptionẽ ſenſit, ſed ſẽper impollutam, & illibata permãſit.* Secũdo dicitur vellus, quia fuit rore Spiritus ſancti perfuſa. Quod fuit figuratũ Iudicum 6. vbi dicitur, quod vellus Gedeonis impletum eſt rore area ſicca remanente, quod Gedeon expreſſit, & concham impleuit. Vellus quidem bibulum eſt, & multum roris recipit: & expreſſum leuiter effũdit. Cor. n. B. Virginis erat bibulum. i. valde ſitibundum ad rorem Spiritus ſancti ſuſcipiendum. Et ideo recipere meruit plenitudinem gratiarum. Vnde Petrus Rauen. inquit: *Iſte cœleſtis imber elapſu placido ſe in virgineum vellus effudit: tota quæ diuinitatis vnda bibulata noſtra carnis in vellere ſe locauit: vnde patibulo crucis expreſſa terris omnibus pluuiam ſalutis effunderet, ac vitalibus*

par-

Digitized by Google

partita ſtillicidijs ſidei germina irrigaret. Quia igitur iſtud vellus Virgineum ſic eſt plenum, ideo non poteſt tam leui deſiderio tangi, vel exprimi, quin ſtatim impleat concham, ideſt, animam ad ipſam recurrentem. Hoc autem vellus repletum fuit rore originalis iuſtitiæ. area, ideſt, Iudaica gente in ſiccitate peccati remanente. Tertio dicitur vellus, quia fuit cœleſti pluuia madida. Vnde Bernar. exponens illud Pſal. 71. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus,* &c. ait: *Pluuia volūtaria quam ſegregauit Deus hæreditati ſuæ placide primo, & ſine ſtrepitu operationis humanæ ſuo ſacratiſſimo elapſu Virgineum ſe demiſit in vterū. Poſtmodum autem vbiq; terrarum diffuſa eſt per opera prædicatorum, non iā ſicut pluuia in vellus ſed ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram cum quodam ſtrepitu verborum, ac ſonitu miraculorum.* Hiero. quoq; inquit: *Plane cœleſtis imbre Virgineum vellus infudit, & tota diuinitatis vnda in carnem ſe contulit. Deinde per crucis patibulum expreſſum omnibus terris pluuiam ſalutis effudit, & aridis mentibus ſtillicidia gratiæ præſtitit.* Quarto dicitur vellus, quia adinſtar velleris fuit tincta, & maxime colore rubeo. Et ſic eius caro facta eſt purpura cœleſtis imperatoris. Vnde Alcuinus in lib. de trini. ait. *Beata Maria lana mundiſſima fuit, & virginitate clariſſima, quæ ſola digna eſſet in ſe filij Dei recipere dignitatem, ſicut lana conchylij ſanguinem, vt ex ea fieret purpura imperiali maieſtate tantummodo digna, quamquam nullus dignus eſſet induere, niſi auguſta præditus dignitate.* Quinto dicitur vellus, quia ad veſtimenti Chriſti præparationē, & fabricationē fuit valde idonea. De lana quidē ouis, ſine ipſius ouis læſione aſſumitur, & indumentum præparatur. Triplex autē veſtimētum fecit filio ſuo B. Virgo. Primum fuit materiale, ſcilicet tunica inconſutilis, quam ipſa benedicta Virgo miro opere infanti filio ſuo fecit, quæ puero creſcente creſcebat. Secundum veſtimentum fuit corporale. Nam Spiritus ſanctus de eius carne aſſumpſit, & corpus Chriſti ſine virginitatis violatione præparauit, & fecit, quod etiā dici poteſt veſtis inconſutilis. Aliorum. n. corpora ex duab. partibus. i. ex ſemine patris, & matris cōſuuntur. Corpus autem Chriſti fuit inconſutile, quia factum eſt ſancti Spiritus operatione. Tertium eſt veſtimētum ſpirituale, quod nobis facit quando fide, & cæteris virtutibus nos induit: & ad diuinum amorem nos calefacit, iuxta illud Iob. 31. *De velleribus ouium mearum calefactus eſt.* Oues autē Chriſti ſunt virgines eius. Earum vero vellera, ſunt ipſarū merita, & exempla. Præcipua autem ouis Dei eſt Virgo benedicta, quæ ſuis meritis nos induit, & calefacit. Vnde Prouerb. vltimo dicitur: *Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis.* Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicib. Duplicia autem veſtimenta, ſunt fides, & opera: vel dilectio Dei & proximi, vel vita actiua & contemplatiua. Quæ duplicia indumenta deuotis ſuis impetrat, & ideo ab eis omne frigus expellit & fugat.

Maria fecit Triplex veſtimentū Chriſto.

QVOD BEATA VIRGO dicitur lux. Aſſimilatio Secunda.

INquit ſaluator Iohan. 12. *Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis.* Super quibus verbis ad maiorem declarationem, & confirmationem dictorum in ſecunda parte principali huius operis: ſerm. 4. in exor. dico, quod B. Virgo dicitur lux, quia lux tenebras repellit iuxta illud Ioannis 1. *Et lux in tenebris lucet.* De ipſa autem Virgine inquit Damaſce. *Aufer lucem & omnia in tenebris, & omnia incognita remanebunt.* Sic B. Maria dum verum lumen mundo effudit, cæcitatis, & infidelitatis tenebras effugauit, vnde Maria interpretatur illuminatrix. Ipſa. n. eſt illa *lux auroræ, quæ oriente ſole mane abſque nubibus rutilat,* vt dicitur 2. Regum 23. Ipſa namq; peccatores purgat à tenebris peccatorum lumine gratiæ ſuæ. Et ideo dicitur lux auroræ. Quia vero frigidas mentes calefacit, ideo aſſimilatur luci ſolis orientis. Et quia æſtū concupiſcentiæ refrigerat, & à nubib. carnalium paſſionū animas ſerenat, ideo aſſimilatur luci matutinæ, quę eſt cū refrigerio, & luci ſerenę quę eſt abſque nubib. De ipſa etiam exponi poteſt illud Heſter. 8. *Iudæis noua lux oriri viſa eſt, gaudium, honor & tripudiū,* &c. Eſt. n. gaudioſa inſipiētibus, quib. ſpirituales conſolationes impēdit: honorabilis proficientib. quos ab omnib. impugnationib. protegit. Sed tripudioſa eſt perfectis, quos ad cœleſtia gaudia introducit. Sicut etiā lux inſidias pādit: nā latebras illuſtrat: & patefacit in quib. inſidiæ abſcondūtur; Sic ipſa inſidias diaboli deuotis ſuis patefacit, ne decipiantur. Et ideo diabolus iſtam lucem multū timet & fugit, iuxta illud Iohan. 3.

Non

Digitized by Google

Non venit ad lucem, vt non arguãtur opera eius. Sicut etiam lux ſecuritatem patit: vnde homines qui de nocte paueſcunt, in die ſecuri vadunt: & hoc ideo procedit, quia non timent offendiculum. iuxta illud Iohan. 11. *Qui ambulat in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt.* Non autem timent, qui in luce vadunt, aut pedis offendiculum, aut hoſtis latētis incurſum, vel phantaſmatis terrentis aſpectum. Et ſimiliter illi qui beatam Virginem ſequuntur, & ei adhærent per deuotionem, illuminãtur, & proteguntur ab ea, vt neque cadãt peccando, nec a dæmonibus decipiantur, nec à phantaſmatibus terreantur. Et ideo omnibus chriſtianis dico illud ad Roman. 8. *Induamur arma lucis, ſic vt in die honeſte ambulemus.* Arma enim lucis, ſunt exempla beatæ Virginis, quæ quicunque indutus fuerit, ſcilicet illã ſequendo, tutus erit ab omnibus prædictis. Sicut etiam lux cœleſtium corporum virtutes ad nos vehit. Vnde ſecundum Auicennam, lux ipſa eſt vehiculum virtutum cœleſtium; quia, ſcilicet, cœleſtia luminaria mediante luce agunt, & mouent iſta inferiora. Ita mediante B. Virgine deuenit ad nos Chriſtus qui eſt Dei virtus, vt dicitur 1. ad Corin. 1. Mediante ergo iſta diuina luce cœleſtis gratia nobis infunditur, & deueniunt ad nos diuinæ miſerationes. Et ideo dicamus Deo illud Eccleſiaſt. 36. *Miſerere noſtri Deus omnium, & reſpice nos & oſtende nobis lucem miſerationum tuarum.* Sicut etiã lux diuerſas res naſci facit. Vnde dicit Diony. 4. c. de diuinis nominib. quod lux omnib. corporibus gratiam confert. Sic beata Virgo genuit illum, qui multos naſci fecit Dei filios per gratiam, & adduxit eos in gloriam, quos nos dedignatur vocare fratres ad Heb 2. Omnes autem qui Chriſti fratres ſunt, poſſunt dici filij ſpirituales huius lucis, ſicut innuũt verba in principio huius partis poſita. Abſit ergo vt velimus hanc clariſſimam lucem tenebris peccatorum obſcuratam prædicare, ne de nobis dicatur: *Omnis qui male agit, odit lucem, & quærit tenebras*, ſcilicet, in ea inuenire. 18. q. 2. c. perniciosum. Ne ſimus de illis, de quibus dicitur in c. hinc etenim 49. di. *Albuginem habet in oculo, qui veritatis lucem videre non ſinitur, qui arrogantia ſua ſapientia excæcantur. Pupilla namque oculi nigra videt. Albuginẽ vero tolerãs nihil videt. Qui enim ſibi candorem ſapientiæ tribuit à luce ſuperna cognitionis ſe excludit, & eo claritate veri luminis nequaquã penetrat: quo ſe apud ſe per arrogantiam exaltat, ſicut de quibuſdam dicitur in epiſtola ad Romanos dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt.* hæc ibi. Nos vero hanc lucem ſereniſſimam quãtum poſſumus extollamus, virginem, ſcilicet fulgẽtiſſimam, cui competit omnes proprietates lucis, quas ponit Auguſtinus ſuper Gene. ad litteram di. *Lux eſt ſubſtantia ſumme ſimplex; ſumme multiplex in efficacia: ſumme nobilis, & abſoluta penetrationis, & minima reſiſtentia, & ſumme diſparia, & contraria generans, & conciliãs, ſumme conuertibilis. Omnis naturalis motionis principium, & ergo ſumme perfectibilis, ſumme iucunda, ſumme communicabilis. Vnde luce in corporibus nihil eſt vtilius, nihil communius, nihil pulchrius, nihil velocius, nihil ſubtilius, nihil impaſſibilius, nihilque virtuoſius inuenitur.* hæc ille. Et loquitur de luce creata. Beata enim Virgo fuit ſumme ſimplex, ſimplicitate columbina: ſeruans illud Matth. 10. *Eſtote ſimplices ſicut columbæ.* Item, ſumme multiplex in efficacia, nã multiplices filios ſpirituales quotidie generat Deo. Vnde illi prædictũ fuit illud Iob. 5. *Multiplex erit ſemen tuum.* Et hoc eſt illud ſemen, de quo dixit Deus ſerpenti antiquo, Gene. 3. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemẽ tuum ac ſemen illius.* Semen ergo diaboli ſunt omnes B. Virginis aduerſarij. Semen autẽ matris Dei ſunt omnes eius fideles, & deuoti. Multipliciter quoque inſtruit deuotos ſuos. Vnde illi dici poteſt illud Iob. 8. *Spiritus multiplex ſermo oris tui.* Item, eſt ſumme nobilis, vnde pro hac eius proprietate, ac pro præcedenti poſſumus alligare illud Sap. 7. vbi dicitur: *Eſt enim in illa Spiritus intelligẽtia ſanctus, multiplex, ſubtilis, modeſtus, deſertus, mobilis, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans, bonus, acutus, qui nihil vetat, benefacit, & humanus, benignus, ſtabilis, ſecurus, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens, & qui capiat omnes ſpiritus intelligibiles, & mundos. Omnibus enim mobilibus mobilior eſt, & attingit vbique propter ſuam munditiam.* Hæc ibi. Ex quibus etiam patet alia eius proprietas, ſcilicet, quod eſt ſummæ penetrationis. Ipſa quoque eſt ſummæ, & minimæ reſiſtentiæ. Summæ diabolo, quem cõtinue impugnat, & cui pro noſtra salute reſiſtit: minimæ autem nobis, quia nobis ad eam recurrẽtibus non reſiſtit, ſed cõtinuo nos ſub ſua protectione recipit. Ipſa etiam diſparia, & contraria ge-

Omnes proprietates lucis, Maria conueniũt.

Digitized by Google

na generauit, & conciliauit. Homo enim erat contrarius Deo propter peccatum, & maxima eſt diſparitas inter creatorem & creaturam, adeo quod non poteſt tanta diſſimilitudo notari, quin ſit etiam incomparabiliter maior. c. damnamus. de ſum. tri. & fide c. Beata igitur Vir. Deum generans & hominem, coniunxit diſparia in vnitate perſonæ, & humanam naturam diuinæ conciliauit. Aliæ etiam proprietates lucis ſuprapoſitæ apertiſſime patēt cuilibet deuote ſpeculanti, quod ſcilicet fuerunt in ipſa benedicta Virgine. De quibus etiam aliquas tangit Salomon Sap. 7. vbi poſt prædicta verba ſtatim ſubdit: *Vapor eſt enim virtutis Dei:* Et ideo *nihil inquinatum in illam incurrit: Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula maieſtatis Dei, & imago bonitatis illius*. Et cum ſit vna, omnia poteſt & permanens in ſe omnia innouat, & in animas ſanctas ſe trāsfert, & amicos Dei, & prophetas conſtituit, hæc eſt ſpecioſior ſole, & ſuper omnem ſtellarum diſpoſitionem luci comparata inuenitur prior.

QVOD BEATA VIRGO dicitur lampas accenſa. Aſſimilatio Tertia.

Lampas in Eccleſia ſemper accenſa ante ad altare maius, ſignif. Bea. Virg. tempore paſſionis.

Finito completorio in Eccleſia extinguūtur omnia luminaria excepta lampade, quæ die ac nocte ardet coram altari maiori, quia ibi corpus Domini eſt. Et quando ſacriſta, vel alius frater lumine indiget, vadit ad lampadem, & inuenit. Spiritualiter, tempore paſſionis Chriſti omne fidei lumen quodammodo fuit extinctum, quia omnes diſcipuli eo relicto fugerunt. Matt. 26. Sed vna lampas tantummodo accenſa remanſit, ſcilicet B. Virgo Maria, in qua lumen fidei luxit, & exarſit ignis charitatis, & hæc ſtetit iuxta altare .i. iuxta crucem in qua pendebat corpus Dō. ſecundū illud Iohan. 19. *Stabat iuxta crucē Ieſu mater eius*. In cuius ſignum tribus noctib. vltimis maioris hebdomadæ cum tenebræ fiunt, omnia luminaria extinguuntur vno excepto, quod latet ſub altari ſecundum cōſuetudinem aliquarum Eccleſiarum, ſed poſt modicum cunctis oſtenditur. Hæc enim omnia ſignificant illud quod ſup. diximus. Per extinctionem enim aliorum luminarium denotatur extinctio fidei omnium Apoſtolorum cæterorumque fidelium. Per candelam vero quę non extinguitur, ſed aliquantiſper celatur, ſignificatur B. Virgo, quę ſola mente latebat in cruce cum Chriſto ſuſpenſa, licet in corpore ſemimortua iaceret iuxta crucem. Non eſt igitur aliquo tempore extinctum lumen eius, ſicut prædictum fuerat Prouer. vlt. vbi dicitur: *Non extinguetur in nocte lucerna eius*. Figura autem huius habetur Exod. 27. vbi præcepit Deus, quod in templo ſemper lucerna arderet, quæ nunquam extingui debebat. Hæc enim lucerna fuit B. Virgo, quæ ſemper permāſit accenſa coram diuino altari, & nunquam fuit extincta, ſed ſeruauit lumen diuinę gratiæ præbendum viatoribus, vnde poſſint videre viam ſalutis. Nec eſt aliquis tam cæcus, cui lumen iſtud non poſſit viſum reſtituere. Et ideo eius deuoti dicunt illi cum Pſalm. 35. *In lumine tuo videbimus lumen*. O igitur Domine De⁹, qui accendiſti hanc lucernam, & non abſcondiſti eam ſub modio, ſed poſuiſti ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt, ſicut nobis facere conſuluiſti Matth. 5. & Mar. 4. Non me permittas eſſe de illis quæ caligantibus oculis non vident hanc lucernam fulgentiſſimam, ſicut Heli, de quo dicitur 1. Reg. 3. *Non poterat videre lucernam Domini*. Ipſa namque Virgo à principio ſuæ formationis à te illuminata nunquam fuit lumine priuata. Vnde de illa dicebat propheta Pſal. 17. *Quoniam tu illuminans lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas*, quaſi dicat. Sicut tu illuminaſti matrem tuam, quam creaſti lucernam meam, & omnium fidelium: ita fac vt mediante hac lucidiſſima lucerna illuminentur tenebræ peccatorum meorum. Hæc eſt enim lucerna ſplendens ſuper candelabrū ſanctum. Eccleſiaſt. 26 Ad cuius lumen quicunq; bene direxerit greſſus ſuos, poterit enim ad ſupernam patriam peruenerit, dicere illud Iob. 29. *Splendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris.*

QVOD BEATA VIRGO dicitur vas Dei. Aſſimilatio Quarta.

Vas Dei appellatur B. Virgo multipliciter. Primo vas purum, & nouum iuxta illud quod in figuram dicitur 3. Reg. 2.

afferte mihi vas nouum, & mittite in illud ſal.
Iſtud enim vas nouum fuit vterus ipſius virgi-
nis, quia vt ait magiſter Iaco. de Voragine in
lib B. Virginis, ideo dicitur nouus, quia ab o-
mni vetuſtate culpæ penitus fuit mundus. In
iſtud autem vas ſal ſapientię miſſum fuit, quã-
do Chriſtus, qui eſt Dei ſapientia in vterũ eius
intrauit. Non ſolum autem illud vas fuit no-
uum, & purum, ſed etiam fuit puriſſimum, iu-
xta illud Prouer. 25. *Aufer rubiginem de argen-
to, & egredietur vas puriſſimum.* Deus. n. ſecun-
dũ aliquos abſtulit rubiginem, ac infectionẽ
omnem à ſemine, quo debebatur ipſa virgo
concipi, & ſic egreſſum eſt vas puriſſimũ cor-
poris ſui, vel ſaltem ante infuſionem animæ
virginis ſanctificauit altiſſimus tabernaculũ
ſuum, ideſt, corpus virgineum. *Pſ. 45* Et ſic per
conceptionem egreſſum eſt in eſſe vas puriſſi-
mum, ideſt, ipſa virgo, quæ fuit vas diuinũ o-
mni puritate repletiſſimum. Poſſumus etiam
dicere quod ipſa virgo in ſua immaculata cõ-
ceptione fuit purum vas, quod ab originali
peccato fuit præſeruatum. In conceptione au-
tem verbi Dei fuit vas purius, quod à peccabi-
litate fuit liberatum. Fuit enim tũc ipſa virgo
in gratia cõfirmata, ita vt non poſſet peccare,
nec mortaliter, nec venialiter, ſecundũ Theo-
logos in 3. di. 3. In aſſumptione autẽ eius glo-
rioſa, quando in corpore, & anima fuit glori-
ficata, vas iſtud factum eſt puriſſimum, quia
immortalitate ac impaſſibilitate, atq; æterna
fuit puritate decoratum. Secũdo fuit vas pro- *Vas profundum.*
fundum, per profundam humilitatem, & ideo
meruit Dei gratia profunde adimpleri. Cor
namq; noſtrũ eſt vas quod tunc profunde fo-
ditur, quando profunde humiliamur. Sed ſunt
quidam quorũ cor tantũ cauatur, & foditur
in ſuperficie, quia humilitatem habẽt in ore,
& exteriori cõuerſatione. Superbiam verò ha-
bent in corde, iuxta illud Eccleſ. 19. *Eſt qui ne-
quiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt
dolo.* Alij vero ſunt qui habent cor foſſum, &
cõcauum, vſq; ad medium, ſicut ſunt ſerui Dei,
qui ſicut humiliantur exterius in ſigno cõuer-
ſationis, ſic etiam humiliantur interius in me-
dio cordis, de quib. dicitur Micheæ, 6. *Humili-
atio tua in medio tui.* Nullus autem vnquã fuit
qui habuerit cor concauum vſq; ad profundũ
i. qui ita ſe humiliauerit ſicut Chriſtus, & B.
Virgo. Ille. n. profunde ſe humiliat, qui tantũ
deſcendit quantũ deſcendere poteſt. Chriſtus
autem hoc egit, quando deſcendit vſq; ad ſuſ-
ceptionem naturæ noſtræ: & vſq; ad toleratio-
nẽ pœnæ, & mortis vituperoſæ. Vnde inquit
apoſtolus ad Phili. 2. *Quod exinaniuit ſemet-
ipſum formã ſerui accipiens*, &c. Similiter & B.
Virgo non potuit profundius deſcendere, nec
magis ſe humiliare, quã quãdo ipſa, quæ erat
cœli terræq; Dña, & Dei mater electa, ſe ancil-
lam, & pediſſequã appellauit. Et quia profun-
dius ſe humiliauit quam aliqua creatura, ideo
tantam gratiam recepit, quantam aliqua pu-
ra creatura recipere potuit. Tertio vas dicitur *Vas ſolidũ, quia nunquam frãgi potuit.*
ſolidũ: quia nunquã frangi potuit. Vnde de il-
la dici poteſt illud Eccle. 50. *Quaſi vas auri ſo-
lidũ, ornatũ omni lapide precioſo.* Cæteræ autem
mulieres franguntur in concipiẽdo per virgi-
nitatis violationẽ, ſiue deflorationẽ. In pariẽ-
do autẽ franguntur per dolorẽ, & afflictionẽ.
Franguntur etiã in vita, per multorũ peccato-
rum perpetrationẽ, quia quodlibet peccatum
frangit cor humanum. Vnde Eccle 21. dicitur:
*Cor fatui quaſi vas confractũ, omnem ſapientiam
non tenebit.* Franguntur etiã in obitu per inci-
nerationem, ſeu corruptionẽ. Ipſa aũt benedi-
cta virgo fuit vas ſolidũ, quia in ſuo cõceptu
habuit integritatẽ, in partu iucunditatẽ, in vi-
ta virtutis ſtabilitatẽ, in obitu vero induit im-
mortalitatẽ. Quarto fuit vas admirandũ, iuxta *Maria vas mirabile, quia continuit in ſe maius ſe.*
illud Eccle. 44. *Vas admirabile opus excelſi.* Si
n. eſſet aliquod vas quod maius ſe ipſo conti-
neret, ita quod ſuper capacitatem totius na-
turæ creatæ contentũ eſſet in infinitum ma-
ius continente, & tamẽ ab ipſo contineretur,
iſtud eſſet vas mirabile, & ſtupendũ. Sed ſi vas
exiſtens clauſum reciperet in ſe aliquid, & ef-
funderet ſine aliqua ſui apertione, iſtud vas
diceretur mirabilius, & ſtupendius. Si vero eſ-
ſet aliquod vas quod vinũ, & aquam ſimul ſi-
ne aliquo medio contineret, & tamen nulla
cõmixtio fieret, profecto iſtud vas eſſet mira-
biliſſimũ, & ſtupendiſſimum. Tale autem vas
fuit B. Virgo, quia illud quod in ſuo vtero cõ-
tinebat maius in infinitũ ſe erat. Iſtud ergo vas
virgineum quod continuit Deum, quem cœ-
li, & cœli cœlorũ capere nequeunt. 2. Paral. 6.
fuit mirabile, & ſtupendũ, & ideo canit Eccle-
ſia: & fuerunt verba D. Augu. di. *Sancta & im-
maculata virginitas, quib. te laudib. efferam ne-
ſcio, quia quẽ cœli ca. non po. tuo gre. contu.* Ipſa
etiã exiſtens clauſa Dei filium in vtero ſuo re-
cepit per conceptionem. Et ſimiliter intactis
clau-

Digitized by Google

clauſtris virginitatis illum effudit per parturitionē. Et ideo vocatur Can. 4. *Hortus concluſus, & fons ſignatus*. In iſto etiam vaſe fuit vteri habuit vinū diuinitatis, & aquam humanitatis, & tamen nulla facta eſt cōmixtio, ſeu confuſio naturarū. Vnde canit Eccleſia: *Deus homo factus eſt, id quod fuit permanſit, & quod non erat aſſumpſit non cōmixtionem paſſus, neq; diuiſionē*. Quinto fuit vas aromaticū. In eius. n. vtero, & animo fuerūt ſpecies omniū aromatū ideſt, virtutum. De quibus ipſa inquit Eccleſ. 24. *In me omnis gratia vitæ, & veritatis, in me omnis ſpes vitæ, & virtutis*. Nam ipſa eſt ſpecies aromatica, quæ viuificat mortuos, & ideo ait: *In me omnis ſpes vitæ*. Ipſa etiā eſt ſpecies illa, quæ illuminat cæcos, & ideo ſubdit, *& veritatis*. Item eſt illa ſpecies, quæ ſanat infirmos, & deſperatos, & ideo addit: *In me omnis ſpes vitæ*. Itē eſt illa ſpecies, quę roborat, & confirmat debiles, & languidos, & ideo ſubiungit, *& virtutis*. In iſto etiā vaſe continētur vnguenta contra omnes infirmitates. Nā in ea eſt vnguentū, quod deprimit tumorē ſuperbiæ, ſcilicet conſideratio ſuæ humilitatis. Itē illud quod extinguit hydropiſim auaritiæ ſ. conſideratio ſuæ paupertatis. Et illud quod expurgat immunditiā luxuriæ, ſ. conſideratio ſuę honeſtatis, & virginitatis, & ſic de ſingulis.

Vas aromaticum.

QVOD BEATA VIRGO dicitur Rota Dei. Aſſimilatio 5.

Expon. ſpiritualiter de B. V. illud. Ezech. c. 1. Apparuit rota, &c.

DIcit Ezechiel propheta ſui li. c. 1. *Apparuit rota vna ſuper terrā iuxta quatuor animalia, habens quatuor facies*. Hæc autem rota ſignificat B. Virginem. Ipſa enim fuit dæmonib. terribilis. Sicut n. leones terrentur qū audiunt ſtrepitū rotarum, ita ipſi dæmones fugiunt cum audiunt inuocari, & nominari hanc rotā diuinam. Vnde Deo inquit Pſ. 75. *Vox tonitrui tui in rota*. Iſta autē rota ſuper terrā fuit à terrenis eleuata cogitatione, affectione, & cōuerſatione. Itē fuit iuxta quatuor animalia, quæ ſecundū expoſitores ſignificāt Euangeliſtas, iuxta quos ipſa fuit cum eis cōuerſando, atq; eos inſtruendo. Habet quoque quatuor facies. i. quatuor virtutes Cardinales. ſ. iuſtitiā, prudentiam, fortitudinem, & temperantiā. Vel quatuor facies. i. quatuor aſpectus, quorum vnū vertit ad Deū pro nobis intercedendo. Aliū ad paradiſum. i. ad beatos, eos lætificando, lætificantur enim ſancti qui ſunt in cœlo non ſolùm aſpectu regis, ſed etiam reginæ, qua mediante ſaluati ſunt. Tertium vero vertit ad mundū miſerendo, & protegendo. Quartum autem vertit ad diabolum exterrēdo, & expellendo. Vnde dicitur dæmonib. eſſe terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. Can. 6.

QVOD BEATA VIRGO dicitur ſedes Dei. Aſſimilatio 7.

INquit aquila volans Iohannes Euangel. Apoc. 4. *Vidi, & ecce ſedes poſita erat in cælo, & ſupra ſedem ſedens*, &c. Hæc autem ſedes figurat B. Virginem, quæ dicitur ſedes ratione artificij, quia ad modū ſedis fuit artificiata. Nā ſedes eſt à terra eleuata, & inferius clauſa, & ſuperius aperta. Ipſa autem B. Virgo fuit eleuata à mūdo, clauſa peccato, & aperta Deo. Pſ. 44. *Sedes tua Deus in ſeculū ſeculi*, &c. Iſta aūt ſedes poſita eſt in cœlo. ſ. empyreo: vbi adhuc viuens poſita erat affectione, & cōtemplatione: nunc autem eſt ibi glorificata habitatione. Vnde idem Propheta ait Pſalm. 10. *Dominus in cælo ſedes eius*, &c. Vel poſita eſt, ideſt, per fidem firmiter ſtabilita, in cœlo, ideſt, in Eccleſia militante. Supra hanc autem ſedem virgineam erat ſedens, ſcilicet Chriſtus Dei filius, qui licet ſuper ipſam eſſet dignitate, tamen in ea ſedit, & quieuit incarnationis humilitate, iuxta illud Ezech. 44. *Princeps ipſe ſedebit in ea*. De hac autem ſeſſione prædictum fuerat Eſa. 16. vbi dicitur: *Præparabitur in miſericordia ſoliū, & ſedebit ſuper illud in veritate*. Et Pſ. 9. inquit Dauid: *Sediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam*. Sedere enim pro tribunali in ſententijs proferēdis multum operatur. Et ideo debent ſedendo ſententiare iudices, vt per glo. in ca. bone. de poſtu. præla. quia ſententiā aliter non valeret. arg. ff. quis ordo in bo. poſ. ſer. l. 2. §. & bonorū. & facit. C. de offi. ciui. indi. l. 1. in aut. de iudi. §. ſedebunt. & C. de ſen ex peri. reci. l. fi. Super iſtam igitur regalem ſedē omnia iudicia ſua Deus faciet. Vnde Pſalm. 28. dicitur: *Sedebit Dominus rex in æternum*. Et Pſ. quadrageſimoſexto, *Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuā*. De qua ſede etiam inquit Eſaias Propheta. c. 6 ſui l. dicens: *Vidi Dominū ſedentē ſuper ſoliū excelſum, & eleuatū*, &c. Iſta autē ſedes excelſa, & eleuata ab om̄i ſtercore peccati fuit Deo ante ſecula ordinata. Vnde ipſi

Sedes dicitur B. Virg. ratione artificij.

Deo inquit propheta Pſal. 92. *Parata ſedes tua ex tunc, à ſeculo tu es.* Et rationem huius aſſignat Pſalm. 93. dicens: *Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis?* quaſi dicat. Abſit. De hac etiam ſede idem propheta ait Pſalm. 102. *Dominus in cælo parauit ſedem ſuam; & regnum ipſius omnibus dominabitur.* Qui ergo vult à Deo obtinere aliquam gratiam, debet eum rogare, & dicere illud Sapientiæ. 9. *Mitte illam de cælis ſanctis, & de ſede magnitudinis tuæ.* Sicut autem Deus cui dicitur Baruch. 3. *Qui ſedes in ſempiternum*, ſemper ſedit in virgine per gratiam, & nunquam permiſit diabolum in illa ſedere per culpam. Ita etiam benedicta virgo ſub vmbra gratiæ eius ſemper ſedit. Vnde inquit Canticorum 2. *Sub vmbra illius quem deſideraueram ſedi.* Ipſa etiam prope filium ſuum ſedet in cœlo, iuxta illud Pſalm. 44. *Aſtitit regina à dextris tuis, &c.* Licet enim aduocati non debeant ſedere cum iudicibus, vt in aut. vt ab illuſtribus, & qui ſupra eos ſunt, §. ſancimus, & C. de poſtu. l. quiſquis. Tamen hoc fallit in quibuſdam aduocatis propter eorum dignitatem. C. de offi. diuer. iudi. l. fina. Et talis eſt beatiſſima virgo.

QVOD BENEDICTA virgo dicitur Ciuitas Dei. Aſſimilatio 7.

Exponitur Pſal. Fundamenta eius de B. V.

ALexan. de Ales ſuper Pſalm. 86. exponit illum Pſalmum de B. Virgine ſic dicens: *Fundamenta eius in montibus ſanctis*, id eſt, in Prophetis, Patriarchis, & regibus, ex quibus ipſa beata virgo originem traxit, ſicut patet in genealogia eius Matth. 1. Ipſa etiam dicitur Sion, Eſai. 28. *Mittam in fundamentis Siō lapidem: lapidem probatum, angularem, precioſum in fundamento fundatum.* Cuius Sion portæ fuerunt quinque ſenſus, qui clauſi fuerunt contra omne noxium, & inhoneſtum, & apertæ ad bonum. Vnde aures eius, quæ clauſæ erant contra mundi ſtrepitus, quando ingreſſus eſt Angelus ad eam, apertæ ſunt ſalutationi eius. Et porta eius cordis, quæ contra conſenſum viti clauſa erat, aperta fuit diuinæ voluntati quando dixit: *Fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Ezechiel. 44. *Porta hæc clauſa erit, & non aperietur; & vir non trāſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam.* Dicitur autem beata virgo Sion, quia ſicut Sion erat locus eminentiſſimus, & tutiſſimus in Hieruſalem, ſic beata virgo in Eccleſia etiam triumphante. Diligit ergo Deus portas Sion, id eſt, ſenſus beatæ virginis, ſuper omnia tabernacula Iacob, id eſt, pluſquam corpora aliarum virginum. Corpora enim dicuntur tabernacula. 2. Petri. 1. *Velox eſt depoſitio tabernaculi mei*, ad Heb. vltim. *Habemus altare de quo edere non habent poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt.* Virgines autem bene dicuntur Iacob, quia luctatæ ſunt, & ſupplantauerunt fomitem, qui in beata virgine omnino extinctus fuit. Sequitur: *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.* Beata virgo eſt ciuitas Dei de qua multa glorioſa dicta ſunt, & prædicta per prophetas vt eſt illud Eſai. 7. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Et Eſa. 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe*, &c. Et Hiere. 31. *Nouum faciet Dominus ſuper terram*, &c. Et Cant. 6. *Pulchra eſt amica mea ſuauis & decora ſicut Hieruſalem.* Et multa alia glorioſa dicta ſunt de hac ciuitate. Sunt autem multæ rationes quibus beata virgo dicitur ciuitas, quia multa in ea fuerunt, quæ in ciuitate contingit reperire, quæ poſſūt notari in his verſibus. *Rex, præſul, populus, defenſio, templa, domus, lex, Fons, ſchola, ludus, opes, commercia, pax, cibus, arma.* In beata enim virgine fuit rex, ſcilicet Chriſtus, de quo Apocalyp. 19. *Rex regum, & Dominus dominantium.* Item in ea fuit præſul ipſe Chriſtus, (aſſiſtens pōtifex futurorum bonorum, ad Heb. 9. Item in ipſa fuit populus, quia viſceribus miſericordiæ ſuæ omnes continebat, & adhuc continet. Vnde dicitur *mater miſericordiæ*), ſicut Paulus habebat in ſe populum, cum dicebat ad Phil. 1. *Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde meo.* Et ad Galat. 4. *Filioli mei quos iterum parturio*, &c. Ergo habebat eos in vtero. Item defenſio. Can. 8. *Ego murus, & vbera mea, ſicut turris.* Item templa Apocalyp. 21. *Dominus Deus omnipotens templum illius eſt.* Et ad litteram multa templa, & Eccleſiæ factæ ſunt ad honorem ipſius. Item domus eſt in ea, ſcilicet virginalis aula, in qua Chriſtus habitauit, Prouerb. 9. *Sapientia ædificauit ſibi domum.* Et lex de qua Prouerb. vlt. *& lex clementiæ in lingua eius.* Et fons Eccle. 24. *Quaſi fluuius Dorix, & quaſi aquæductus exiui de paradiſo.* Et ſchola Luc. 2. *Maria conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo.* Et ludus Zacha. 8. *Platea ciuitatis imple-*

Maria dicitur ciuitas ob multa quæ in ciuitate reperiuntur.

implebuntur infantibus, & puellis ludentibus. 2. Reg. 6. *Dauid ſaltabat totis viribus coram arca,* ſcilicet, Chriſtus ante beatam virginem, quādo deduxit eam in ſupernam Hieruſalem. Vnde canit Eccleſia: *Aſſumpta eſt Maria in cœlū, gaudent Angeli, laudantes benedicūt Dominum.* Ecce ludus. Et opes virtutis, & gratiæ. Vnde dixit ei Angelus Lucę primo: *Aue gratia plena.* Prouerb. vltimo: *Multæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias, tu vero ſupergreſſa es vniuerſas.* Item commercia. Prouer. 23. *Veritatem eme, & noli vendere ſapientiam,* & Prouer. vlt. *Sindonem fecit, & vendidit, & tradidit eam Chananæo.* Et pax. Pſalm. 147. *Qui poſuit fines tuos pacem,* quia in beata virgine non fuit rebellio carnis contra ſpiritum, quia omnino extinctus fuit fomes in ea. Item cibus. Cantic. 7. *Venter tuus ſicut aceruus tritici.* In eius enim vētre fuit granum frumenti, cibus Angelorum, & hominū, vel venter, id eſt, pietas. Item arma. Can. 4. *Mille clypei pendent ex ea. Omnis armatura fortiū. Memor ero Raab, & Babylonis ſcientium me.* i. gentilium, & peccatorum, vt ad me conuertantur. Et poſtea in particulari determinat dicens: *Ecce alienigenæ,* id eſt, gentiles, *& Tyrus,* id eſt, peccatores alij qui ſunt in anguſtia pœnitentiæ, ſicut prius erant in anguſtia vitiorum. Tyrus enim interpretatur anguſtia. *Et populus Æthiopum,* id eſt, vitioſi qui erant deformes, & nigri per peccatum, *hi omnes fuerūt illic ad me recurrentes. Memor igitur ero.* ſcilicet, ad miſerendum, & nō puniendum. Neemiæ 5. *Memento mei in bonum Raab.* Per Raab autem meretricē, intelligitur anima, quæ ſe proſtrauit vitiis. Raab enim latitudo interpretatur, & ſignificat eos qui vadunt per latam viam, quæ ducit ad perditionem. Matth 7. Babylon vero confuſio interpretatur, & ſignificat animam confuſam propter peccata, quorum omnium ego memor ero, & miſerebor ſcientium me, id eſt, me laudantium, & ad me deuoto corde recurrentium. *Nunquid Sion dicet:* Hoc etiam de beata virgine exponitur, quæ Sion dicitur eo quod de Sion, id eſt, de Iudæis nata eſt, ſicut propheratum eſt Pſalm. 109. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion* Item dicitur Sion, quia contemplatiua erat. De hac ergo dicit: *Nunquid Sion,* id eſt, beata virgo contemplans cœleſtia *dicet* corde, vel ore de filio ſuo, *Homo,* ſcilicet, purus eſt, quaſi dicat, non. Quia Oſeæ. 11 ipſe ait: *Ego Deus & non homo,* ſcilicet tantū *in medio tui ſanctus,* &c. Quia autem credituræ erat eum eſſe Deum, & hominem, ideo de vtraque natura ſubiungit: *Homo natus eſt in ea.* Ecce humanitas. *Et ipſe fundauit eā altiſſimus.* Ecce diuinitas. Hoc enim eſſet impoſſibile in pūto homine. Qui enim fundauit ciuitatem, prior eſt ipſa ciuitate. Qui autem naſcitur in ciuitate, poſterior eſt illa. *Homo natus eſt in ea.* Non dicit puer, ſed homo. Hierem. 31. *Nouum faciet Dominus ſuper terram: fœmina circundabit virum.* Hoc dicebat Salomon ſe ignorare Prouerb. 30 *Quartum penitus ignoro. Viam viri in adoleſcentia,* id eſt, in virgine. *Et ipſe* non angelus *fundauit eam,* ſcilicet beatam virginem. Hæc eſt enim *ciuitas fundamenta habens, cuius artifex, & conditor Deus,* ad Heb. 11. Eccle. 24. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Fundauit, ſcilicet in virtutibus, ſicut ciuitatē, vel templū. Ipſa enim fuit ciuitas ſummi Dei, & templum veri Salomonis, de cuius fundatione. 3 Regum. 5. in fine dicitur: *Præcepit rex, vt tollerent lapides grandes, & lapides precioſos in fundamentum templi,* id eſt, virtutes eminentes in fundatione beatæ Mariæ. Nec mirum. Quia vt dicitur 1 Paral. 29. *Non homini paratur habitatio, ſed Deo. Dominus narrabit,* id eſt, narrauit. *In ſcripturis populorum,* id eſt, per ſcripturas expoſitas, & directas ad populos, *& in ſcripturis principum horum,* qui fuerunt in ea, id eſt, Moyſi, & prophetarum, & apoſtolorum. In multis enim ſcripturis narratur de beata virgine. Vel populos poſſumus vocare pauperes prophetas, ſicut fuit Amos. principes vero ditiores, & nobiliores ſicut Dauid, & Eſai. Vel *populorum,* id eſt, gentilium, quia Sibyllinis verſibus eſt prædicta, & per Iob, qui gentilis fuit. *Et principum,* id eſt, prophetarum de Iudæis. Vel principes dicūtur editores ſcripturarum, vt Prophetæ, & Euangeliſtæ, & Apoſtoli. Populi vero expoſitores eorundem, vt Hieronymus; Auguſt & alij. Vel populi dicuntur ſancti alij ab Apoſtolis. Principes vero Apoſtoli. Pſalm. 44. *Conſtitues eos principes ſuper omnem terram.* Et hi omnes fuerunt in ea, id eſt, concordes fuerunt in laude virginis, non contra eam, vt hæretici, & Phariſæi. Sicut lætantium omnium habitatio in te ſancta Dei genitrix Eſa. 51. *Gaudium & lætitia inuenientur in ea.* In forti enim munitione habitant homines ſecuri, & lęti, in infirma autem ſunt timidi. Item in magna munitione, & opulenta omnium

 eſt ſpes

eſt ſpes, & refugium. Et ſimiliter ad B. Virginem omnes confugere debent, quæ eſt turris fortiſſima, & inexpugnabilis, *& terribilis inimicis, vt caſtrorū acies ordinata.* Can. 6 Opulenta eſt virtutum, & gratiarum abūdantia, quia gratia, & gloria plena. Maxima autem eſt charitatis amplitudine qua omnes amplectitur. Vnde ei canit Eccleſia: *Sub tuum præſidium cōfugimus ſancta Dei genitrix*, &c. Bene enim ei competit quod de filio eius dicitur Deut. 33. *Dilexit populos.* Omnes ſancti in manu eius ſunt. Propter hoc benedicitur: *Sicut lætantiū*, &c. Quia ex his omnibus multa eſt lætitia his qui ad eam confugiunt Eſa. vlt. *Lætamini cum Hieruſalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam.* Nos vero poſſumus, & debemus ei dicere illud Iudith. 15. *Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri.* hæc Alexander vbi ſupra. Nos vero ſupradictum Pſalmum poſſumus ad litteram exponere de immaculata conceptione beatæ Virginis. Cuius præſeruationem ab originali peccato volens declarare eximius Prophetarum Dauid, dixit: *Fundamenta eius* ſcilicet virginis, *in montibus ſanctis.* Quod qualiter intelligatur expoſui in 1. parte principali huius operis ſermone 2. in exordio. Volens ergo Dauid oſtendere, quod beata virgo quæ eſt viua ciuitas Dei, nunquā fuit à diabolo Dei inimico per peccatum poſſeſſa, ait: *Fundamenta eius in montibus ſanctis*, ſcilicet in monte innocentiæ, & puritatis: in monte iuſtitiæ originalis; & in monte diuinæ gratiæ præſeruantis: quaſi diceret: Quia in his montibus fuit fundata, ideſt, concepta, ideo nunquam ab hoſte maligno fuit capta. Nunquam enim diabolus his montib. appropinquare potuit. Rationem autem quare Deus voluit B. Virginem fundare in his montibus, & conſequenter præſeruare ab originali peccato, aſſignat, dicens: *Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob*, quaſi dicat: Nolite mirari, quod Deus fecerit hanc ſingularem gratiam ſuæ matri. Nam *diligit Dominus portas Sion*, ideſt, ipſam benedictam virginem, quæ eſt porta cœleſtis ciuitatis, ſcilicet paradiſi ſuper omnia tabernacula Iacob; ideſt, ſuper omnes Angelos, & ſanctos. Et ideo voluit eam maiori puritate fulgere, & maiorib. priuilegiis gaudere, ac magis glorioſā eſſe. Et propter hoc ſubdit: *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.* De nulla n. pura creatura vnquā dicta fuerūt tam glorioſa, quam de Virgine hac benedicta.

Pſ. Fundamenta, de Virginis cōceptione ab auctore exponuntur.

Quia vero Dauid hic appellat ipſā ciuitatē Dei: eſt ſciendum quod omnis anima poteſt dici ciuitas. Sed anima cuiuslibet reprobi dicitur ciuitas Babylonis; quæ vt ſupra dictum eſt, interpretatur confuſione peccatorum. Et in ea regnat Nabuchodonoſor, ideſt, diabolus in ſuperbia ſua. Anima autē cuiuslibet electi dicitur Hieruſalem, quę interpretatur viſio pacis, in qua regnat Salomon rex pacificus, i. Chriſtus. Hieruſalem autem ædificatur, vt ciuitas ex auro, & argento, ac lapidibus precioſis, ideſt, ex operib. dilectionis Dei, & proximi cū meditationibus, & contemplationib. precioſis ſuper fundamentum fidei IESV Chriſti, de quo fundamento dicitur. 1. ad Cor. 3. *Fundamentū aliud nemo ponere poteſt præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus IESVS. Niſi* autē *Dominus cuſtodierit* animæ *ciuitatē fruſtra vigilat, qui cuſtodit eā.* Pſ. 126. Verū nulla anima tā proprie pōt dici ciuitas Dei, ſicut B. V. poſt filiū. Ipſa. n. per excellentiā dicitur ciuitas maxime ꝓpter tria. Primo propter plenā vnionē. Dicitur. n. ciuitas quaſi ciuiū vnitas, ſecundū Iſido. 15. Etym. Vnde ſaluator noſter cum miſit duos de diſcipulis ſuis ad ciuitatē Hieroſolymam; quia plena erat ſectis, & diuiſionibus à peccatis, non dixit: *Ite* in ciuitatē: ſed *in caſtellum*; vt habetur Mat. 21. ſeruans illā regulam: *Si re priueris; nec nomen habere mereris.* Nomina. n. debent eſſe reb. conſona. §. eſt & aliud, cū ſimilib. inſti. de dona. In anima autem noſtra ſunt quaſi ciues multi, & varij cogitatus, & affectus, ac deſideria, quaſi viri, paſſiones vero quaſi mulieres. Qui omnes debēt cōuenire in vnum, ſ. vt conforment ſe diuinæ volūtati quærendo ſemper gloriāDei, & profectum ſalutis. Vnde Alexan. de Ales ſuper Pſ. 45. ait: *Tunc erit ciuitas quaſi ciuium vnitas, ſi omnes cogitationes, affectiones, & deſideria vnanimiter in Deū tendant.* Quod quidem excellentiſſime fuit in ipſa B. Virgine; de qua inquit S. Odilio in quodā ſermone: *Omnis Maria actio ſemper intenta fuit in Domino.* Et Alexan. de Ales, vbi ſupra. exponens illud eiuſdem Pſal. 45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei*: de ipſa glorioſa virgine. ait: *Ipſa fuit ciuitas quaſi ciuium vnitas, quia in ea fuit rationis, & ſenſualitatis plena concordia.* Secundo dicitur ciuitas propter congruā prouiſionem. Oportet enim ciuitati bene prouideri, ne faciliter capiatur ab hoſtibus: & ideo

Anima reprobi dicitur ciuitas Babylonis, electi vero Hieruſalē.

B. V. dicitur ciuitas per excellē-tiā propter tria.

ideo requiritur, vt circumquaque habeat foſſata, ne poſſint hoſtes appropinquare ad muros. Hoc autem fit circa ciuitatem animæ per humiliationem, qua quis ſeipſum deiicit, & infra ſe ſtatuit per ſui ipſius reputationem, cognoſcens ſe ad ima deſcendere ex propria cõditione, & inclinatione ad mala. Debet etiam ciuitas eſſe in portis bene cuſtodita, & habere bonas portas, ac fortes, ne faciliter poſſint ad terram proſterni, & ſic ciuitas ipſa ab hoſtibus deprædari. Portæ autem animæ ſunt ſenſus exteriores, ſcilicet viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus, qui etiam appellantur feneſtræ per quas intrat mors peccati ad animam, iuxta illud Hiere. 9. *Mors intrauit per feneſtras noſtras*. Oportet ergo nos ſollicite vigilare circa cuſtodiam harum portarum. Non enim ſufficit cuſtodia Angelorum, de qua dicit Dominus Eſa. ſexageſimo ſecundo. *Super muros tuos Hieruſalem cõſtitui cuſtodes*, ideſt, Angelos. *Tota die non tacebunt*; ſcilicet excitantes animam ad bonum, & ad Deum laudandum. Sed neceſſe eſt quod quilibet per ſe vigilet per cõſiderationem, & diſcretionem ne ingrediatur inimicus alicuius vanitatis per ipſas portas: & ne tanquam ciuis ingrediatur ſub ſpecie alicuius boni defectus curioſitatis. Vnde in ſignum legitur. 2. Reg. 4. quod Isboſeth filius Saul regis Iſrael, poſuerat ancillam ad cuſtodiam portæ palatij ſui, quæ non ſtetit vigilans, ſed dormitauit. Vnde ingreſſi per portam principes latronum, Rechab, & Banaa, clam occiderunt illum in lecto quieſcentem. Ex quo ſignificatur, quod quãdo cõſideratio, & diſcretio, quæ debet cuſtodire portas ſenſuum, dormitat, & non vigilat ad cuſtodiendum, ipſi dęmones latenter ſuggeſtionib. malis ſubintrãt, & ablatis frugibus virtutum animam occidunt. Oportet etiam ciuitatem eſſe fulcitam victualib. & aquis, ne fame, & ſiti pereãt inhabitantes. Victualia autẽ animæ ſunt ſacramẽta, quæ ipſam paſcunt, & reficiunt. Aquæ vero ſunt doctrinæ ſacræ quib. contra calorẽ laborũ, & tentationũ refrigerantur. Omnia autem iſta fuerunt perfectiſſime in B. Virgine, & ideo per excellẽtiam ciuitas dicitur. Fuit enim humilitate profundiſſima. Vnde ipſa ait Luc. 1. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*. Et quãto magis ſe humiliauit, virtutes ſuas occultãdo, tanto magis Deus illam manifeſtauit; vt impleretur illud, quod inquit filius eius Matth. 5. *Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montẽ poſita*; i. ſuper altam perfectionẽ virtutum. Optime etiã cuſtodiuit ſenſus ſuos. Et ideo *nihil inquinatũ intrauit in illam*. Sapie. 7. Sacramenta quoq; ſuſcepit tempore ſuo, vt diffuſe declaratũ eſt in 4. part. principali huius operis, ſerm. 11. part. 1. & 3. In ea etiam nunquam defecerunt aquę ſalutaris doctrinæ. Vnde Lucæ 2. dicitur: *Maria conſeruabat omnia verba hæc*, ſcilicet dicta de filio, & à filio, *conferens in corde ſuo*, ſ. cum his, quæ de eo prænunciata erant à Prophetis. Et ſic *fluminis impetus*, ſ. feruentis ſapientiæ, *lætificat ciuitatem Dei*: i. B. Virginem. Tertio dicitur ciuitas propter rectam gubernationem. Ad bonitatem enim ciuitatis requiritur, quod habeat bonũ regimen, & prouidam gubernationẽ. Nam Eccleſiaſt. 10. dicitur: *Væ terra cuius princeps eſt puer*, ideſt, cuius rector ſenſibilibus, & vanis intendit, vt puer. E contra vero dicit Gratianus. 8. diſtinct. § 1. quod ſecundum Platonem illa ciuitas iuſtiſſime ordinatur, in qua quiſque proprios neſcit affectus, ideſt, paſſiones, & appetitus ſuos inordinatos. Eſt ergo in ciuitate animę vt rex, vel regina voluntas, quę habet imperare omnibus potentijs. Vnde Anſelmus in libro de conceptu virginali ait: *Voluntas eſt regina, & domina in toto regno animæ.*

Ciuitas bene ordinata eſt, in qua quiſq; proprios neſcit affectum.

Quando autem voluntas peccato conſentit, iam non eſt domina, ſiue regina, ſed ſerua, & non niſi male poteſt talis ciuitas animæ gubernari. Ne igitur erret regina iſta, & de domina efficiatur ſerua; debet ſemper habere conſilium cum ratione. Nam Prouerb. 31 dicitur: *Qui cuncta agunt cum conſilio, multa gubernantur ſapientia*. Et ideo inquit ſapiens Eccleſiaſtici. 32. *Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis*. Quæ enim cum conſilio fiunt bene vt plurimum fiunt. l. humanum. C. de le. l. dubium non eſt. C. de repu. Item conſilium, & deliberatio homines à malo iudicio retrahit, & refrenat, vt notat Archid. in ca. anteriorum. ſecunda, quæſtione ſexta. Ratio igitur conſiliarius ſit animæ, ſi Dei ciuitas vult eſſe. Synderesis autem ſecretarius, qui nunquam fallit; arguens illicita, & approbans vtilia, & ſalutifera. Imaginatio autem, & memoria referendarij. Cogitationes vero deſideria, & paſſiones ſubditi; qui debent bene gubernari. Et tunc poterit de ipſa anima dici illud Eſa. primo: *Ciuitas fidelis, Iuſtitia habitauit in ea*. Quæ omnia fuerunt excellen-

Digitized by Google

celleĉtiſſimo modo in beatiſſima virgine, quæ ſemper fuit recta à Spiritu ſancto. Vnde de illa dici poteſt illud Eſai. 63. *Spiritus ſanctus ductor eius fuit*, & omnia ſecundum dictamen rationis, & bonæ conſcientiæ fecit. Et ideo fuit illa inclyta ciuitas Dei, de qua exponi poteſt illud quod inquit beatus Iohannes Apocalyp. 21. di. *Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cælo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo, & habentem claritatem Dei, & lumen eius ſimile lapidi precioſo iaſpidis, & ſicut cryſtallum, & habebat murum magnum, & altum, & habebat portas duodecim, & murus ciuitatis habens duodecim fundamenta. Et hæc ciuitas in quadro poſita eſt, & longitudo, ac latitudo, & altitudo eius æqualia. Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpido. Ipſa vero ciuitas de auro mundo ſimile vitro mundo. Fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioſo ornata. Fundamentum primum iaſpis. Secundum Sapphirus. Tertium Calcedonius. Quartum Smaragdus. Quintum Sardonyx. Sextum Sardius. Septimum Chryſolithus. Octauum Beryllus. Nonum Topazius. Decimum Chryſopaſſus. Vndecimum Hyacinthus. Duodecimum Amethyſtus. Et duodecim portæ duodecim margaritæ ſunt per ſingulas: & ſingula porta erant ex ſingulis margaritis. Et platea ciuitatis aurum mundum tanquam vitrum perlucidum. Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt, & agnus. Et hæc ciuitas non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminat illam. Lucerna eius eſt agnus*, hæc ibi. Ex quibus omnibus patet munditia, & claritas incomparabilis huius ciuitatis. Nemo igitur eam immundã fuiſſe aliquando affirmare præſumat.

Maria iterum ciuitas Dei, quia munda, quia Deo dicata, & quia firma.

Licet autem omnia prædicta de ipſa exponi poſſent, tamen vitandæ prolixitatis cauſa ſolum dico, quòd ipſa benedicta Virgo optime dicitur ciuitas Dei ſancta, quia fuit munda, Deo dicata, & firma. Vnde ipſa ait Eccleſiaſtici 24. *Et ſic in Sion firmata ſum*. Fuit etiam Hieruſalem, quę interpretatur viſio pacis. Ipſa enim ait vbi ſupra: *In omnibus requiem quæſiui.* Item dicitur deſcendiſſe à Deo, quia ab eo fuit ædificata, & data in ciuitatẽ refugij peccatoribus. Et ab ipſo Deo parata, ſcilicet virtutib. Et vt ſponſa ornata omni gratia: vt ſcilicet eſſet ſponſa ipſius Dei patris, ex qua virtute Spiritus ſancti generaretur redemptor humani generis. De qua fulgentiſſima ciuitate glorioſa dicta ſunt, maxime triplici ratione, qua ipſa dicitur ciuitas Dei. Primo quia Deus ipſam fundauit. Sicut Alexandria ſic eſt dicta, quia Alexander ipſam fundauit. Et vrbs Roma ſic dicta eſt à Romulo eam fundãte. Vnde de ipſa benedicta Dei ciuitate ait propheta Pſal. 47. *Sicut audiuimus*, ſcilicet ex veteri teſtamento figuratum, *ſic vidimus impletum, in ciuitate Dei noſtri*, ſcilicet virgine glorioſa. Deus fundauit eam in æternum. Vnde ipſa ait Eccleſiaſtici vigeſimoquarto. *Ab initio*, id eſt, à Deo qui eſt initium omnis creaturæ, *& ante ſecula*, ſcilicet temporalia, *creata ſum*, ſcilicet prædeſtinatione in mente diuina. Si ergo Deus fundauit eã in æternum: ergo in conceptione ſua nõ corruit per originale peccatum. Et propter hoc canitur in officio conceptionis: *Glorioſa dicta ſunt de virgine Maria: quia fundauit, & preſeruauit eam altiſſimus, alleluia.* Secundo dicitur ciuitas Dei: quia continue poſſedit eam Deus, & ſemper poſſidebit. Peccator enim poſſidetur à diabolo per culpam, iuxta illud Lucę vndecimo: *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet*, quia cum ipſe diabolus poſſidet animam, ita eam cuſtodit, quod eius tentationibus acquieſcit. Boni autem à Domino poſſidentur, non ſolum per gubernationem, & dominium, ſed etiam per gratiam, & obeditionem. Vnde illi dicunt cũ Pſal. 138. *Tu poſſediſti renes meos*, id eſt, affectus. Idem quoque propheta inquit Deo de electis eius, Pſal. 73. *Memor eſto congregationis tuæ quã poſſediſti ab initio.* Et tali modo dicitur aliqua ciuitas alicuius regis, qui ab eo poſſidetur, & ſub eius dominio eſt: ſicut Pariſij, dicitur eſſe ciuitas regis Franciæ: & ſic de ſingulis. Beata igitur virgo per hunc modum dicitur ciuitas Dei: quia ſemper fuit ab illo poſſeſſa quiete, & ſine aliqua, vel minima rebellione. Vnde ipſa ait Prouer. octauo: *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum.* Si ergo Deus ab initio, & ſemper poſſedit eam: profecto diabolus nunquam per originale peccatum habuit eam ſibi ſubditam. Tertio aliqua ciuitas dicitur alicuius, in quarum eſt inhabitator eius. Et ſic Nazareth dicta eſt ciuitas Chriſti, quia ibi conceptus & nutritus eſt. Vnde propter hoc appellatus eſt Nazaræus, vt habetur Matth. 2. Bethleem quoque vocata eſt ciuitas Dauid, quia ibi natus eſt, & habitauit in pueritia, & adoleſcentia. 1. Reg. 16. Et per hũc modum beata vir-

Digitized by Google

ta virgo dicitur ciuitas Dei, quia Deus per corporalem ſubſtãtiam ab ea aſſumptam habitauit in illa. Vnde Propheta ait Pſalm. 47. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, &c.* Ipſe enim Dei filius in ventre eius habitauit per nouem menſes, tanquam ciuis ipſius ciuitatis, & totam infantiam, & pueritiam tranſegit cum ea. Hæc eſt illa ciuitas fortiſſima, muro roborata inexpugnabili, de quo Eſa. 26. dicitur: *Vrbs fortitudinis noſtra Sion: ſaluator ponetur in ea murus, & antemurale.* Requiritur enim ad fortitudinem bonæ ciuitatis, quod ſit bene murata, & turrita. De beata autem virgine, & de Deo ipſam fabricante, dici poteſt illud primo Macha. quarto: *Ædificauit Sion: & per circuitum muros altos, & turres firmas, ne quando venirent gentes, conculcarent eam.* Dicit autem Alber. ſuper *Miſſus eſt*: quod ideo glorioſa dicta ſunt de hac ciuitate, ſcilicet virgine Maria: quia *omnia, quæ ad perfectionem ciuitatis pertinent, in beatiſſima virgine inueniri, & de ipſa dici poſſũt. Fuit enim fundata ſuper humilitate; per caſtitatẽ murata, turrificata per charitatem, ditata per paupertatem, cuſtodita per diſcretionem; libera immunitate peccatorum, pacifica ſuperatione tẽtationum, diuino officio ordinata per elegantiam meritorum; ædificata populoſa virtute, & multitudine omnium donorũ gratuitorum; irrigua abundantia miſerationum, in altiſſimo ſita per excellentiam priuilegiorum.* hæc ille. Sequitur autem Dauid in prædicto Pſalm. 86. *Memor ero Raab*, &c. Vbi ſciendum quod ipſe Dauid in pſalmis ſuis ſæpe mutat locutionem ſuam de vna perſona in aliam. Et quandoque incipit loqui in perſona ſua: & poſtea in alio verſiculo loquitur in perſona Dei, vel alterius, ſicut eum Spiritus ſanctus impellebat. Vnde etiam in hoc Pſalm. idem facit. Nam quatuor verſiculos immediate ſequentes ponit in perſona ipſius virginis, dicens: *Memor ero Raab, & Babylonis ſcientium me.* Quia enim Raab fuit meretrix, quæ poſtea fuit conuerſa, de qua dicitur Ioſue, 2. *Ingreſſi ſunt domum meretricis nomine Raab.* Ideo per eam ſignificantur aliæ omnes meretrices, quæ efficiuntur poſtea deuotæ ipſius virginis, & eius meritis conuertuntur. Et ſimiliter per Babylonẽ intelliguntur peccatores, vt ſupra expoſitum eſt ſecundum Alexandrum de Ales. Quia ergo nullus eſt adeo crudelis peccator, nec aliqua adeo ſceleſtata meretrix, quæ vt communiter, non habeat deuotionem B. Virginis, & eam non appellet immaculatam, & innocentem, atque ſuæ illibatæ conceptionis non credat præſeruationem. Ideo ipſa benedicta virgo contra impugnantes ſuam innocentiam ait: *Memor ero Raab, & Babylonis ſciẽtium me*, quaſi dicat: *Meretrices, & publicani præcedent vos in regno cælorum.* Matth. 21. Qui etiam Turci, & Saraceni, & alij omnes infideles glorioſam Virginẽ Mariam venerantur, & eam credunt à peccato originali fuiſſe præſeruatam. Vnde dicitur in Alcorano Machometi: Nullus eſt ex Adam quin tenuerit eum Satam præter Mariã, & filium eius. Quapropter vt retulit mihi vnus frater noſter. Cum in ciuitate, Venetiarum eſſet vnus Theucer ibi obſes, & intelligeret fieri quæſtionem de conceptione virginis, dixit vni nobili ciui Veneto: Miror quod inter vos Chriſtianos ſint aliqui, qui non credant matrem Chriſti beatam Virginem Mariam eſſe conceptam ſine peccato originali; cum nos infideles hoc firmiter credamus. Illis ergo qui ex pertinacia, & obſtinatione perſequuntur ſuam immaculatam conceptionem; ait ipſa virgo glorioſa: *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum hi fuerunt illic*, ſcilicet ad laudãdam conceptionem meam, quaſi dicat. *Amen dico vobis quod Tyro, & Sidoni remiſſius erit in die iudicij, quam vobis.* Matth. 11. & Luc. 10. Quia etiam Iudæi dicũt, quod mater Meſſiæ debet concipi ſine peccato originali. Ideo ſubdit: *Nunquid Sion*, id eſt, Iudæa. *dicet homo*, ideſt, quod ego ſim concepta, ſicut alij homines in peccato? quaſi dicat, non. Et aſſignat rationem, quare Iudæi dicent eam ſine peccato conceptam dicentes: *Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus.* Et ideo cum *Dei perfecta ſint opera.* Deuter. 32. non fundauit eã in imperfectione peccati. Et hoc eſt fundamẽtum quod faciunt Iudæi. Sequitur autem Beata virgo in alio verſiculo dicẽs: *Dominus narrabit in ſcripturis*: &c. Quia enim impugnantes conceptionem ipſius virginis credere nolunt ſcripturis prophetarum, & ſacræ ſcripturæ, ſacrorumque doctorum de innocentia virginali loquentium; ideo Deus fecit, & iterum faciet, vt multi etiam ſeculares pro defendenda beatæ Virginis conceptione, tractatus facient, narrantes qualiter ipſa benedicta virgo concepta eſt ſine peccato originali. Qui ſcri-

Miratur quidam infidelis inter Chriſtianos eſſe quæſtionem de im mac. cõcep. B. V.

ptores quia ſunt, & erunt plurimi: ideo eorum ſcripta dicuntur, ſcripturæ populorum. Omnes enim populi debent conſurgere pro hac opinione. Item faciet quod principes terreni recipientes beneficia, & gratias ob reuerentiã eiuſdem illibatæ cõceptionis, impetratas facient de hoc fieri ſcripturas, ſtatuta, in ſcriptis authenticata: facientes vt omnes eorũ ſubditi feſtum puriſſimæ conceptionis matris Dei debeant ſolemniter celebrare, ſicut hodie videmus per orbem terrarum multis in regionibus adimpletum. Et hoc præuidens in Spiritu B. Virgo ait: *Dominus narrabit in ſcripturis populorum: & principum horum qui fuerunt in ea*: ideſt, qui in inuocatione meæ ſacratiſſimæ conceptionis fuerunt exauditi: & receperunt beneficia. Vltimum autem verſiculum addit Dauid Propheta in perſona omnium deuotorum eiuſdem virginis, dicens: *Sic vt lætantium*, &c. quaſi dicat. O B. Virgo, Deus filius tuus faciet diuulgari, & cognoſci innocentiam, & immaculatam conceptionem tuam: & teſtificari illud, quod ego prædixi Pſalm. 28. dicens: *Reuelabit Dominus condenſa, & in templo eius omnes dicent gloriã*: ita quod omnes Chriſtiani de ea magnam feſtiuitatem facient, & læticiã cantantes in miſſa: *Gaudeamus omnes in Domino*: &c. Et ideo dicit: *Sic vt*. & ſunt duæ dictiones, quæ tantum ſignificant quantũ. ita quod: In ipſo enim verſiculo hoc concludit, quod ſancta prodigia coruſcabunt in teſtimonium innocentiæ ſuæ, & ad illius defenſionem fient tot ſcripturæ quod omnes fideles exultabunt, & lætabuntur de ipſius innocentiſſimæ virginis puritate. Et hoc eſt quod ait: *Sic vt omnium lætantium habitatio eſt in te*. Omnes ergo per deuotionem habitare debemus in hac ſacratiſſima Dei ciuitate. Huius enim *ciuitatis habitatio eſt optima*. 4. Reg. 2. *Hæc eſt ciuitas lata nimis*, ideſt, valde. Neemiæ, 7. *Et hæc eſt ciuitas glorioſa* Sopho 2. In hanc ciuitatem deſiderabat ipſe Dauid Propheta intrare dicens, Pſal. 49. *Quis deducet me in ciuitatem munitam?* Sed heu quia de multis indeuotis ipſius B. Virginis dici poteſt illud Pſalm. 106. *Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt*.

QVOD BEATA VIRGO dicitur Caſtellum. Aſſimilatio 8.

DOminus noſter IESVS Chriſtus intrauit in duplici caſtello. Primo in caſtello Hieroſolymitano. i. in virgine benedicta, quæ multis de cauſis dicitur caſtellum. *Caſtellum dicitur B. V.*

Primo ratione ſignitidæ virginitatis. Nam caſtellum habet nomen à caſtitate; & dicitur caſtellum, ideſt, caſtum lilium. vt dicit glo. ſuper illud Luc. 10. *Intrauit IESVS in quoddam caſtellum*. Tale autem caſtellum fuit ipſa B. Virgo: quæ fuit, & eſt nitidæ caſtitatis: & puriſſimæ virginitatis lilium. Cui dicitur Cant. 7. *Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus lilijs*. *Primo ratione virginitatis.*

Secundo dicitur caſtellum ratione humilitatis. Nam caſtellum dicitur diminutiue de caſtro. Per caſtellum igitur ſignificatur ipſius humilitas: quæ quamuis maxima eſſet, & ſuper omnes alios ſupereminens: tamẽ de ſe parua ſentiebat. Sciebat namque quod humilib. Deus dat gratiam: & ſuperbis reſiſtit: Iaco. 4. Vnde de hac humilitatis ſuæ gratioſitate ipſa ait, vt canit Eccleſia: *Cum eſſem paruula placui altiſſimo*. & Luc. 1. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*. *2. Ratione humilitatis.*

Tertio dicitur caſtellum ratione ſublimitatis. Nam caſtellum dicitur quaſi alta caſa, quia aliis caſis ſupereminet. Ipſa vero fuit alta caſa tripliciter. Primo ex ſitu: quia eius ſtatus eſt ſuper omnem ſtatum puræ creaturæ, quod vtiq; figuratũ fuit per arcam Noe: quam aquæ eleuauerũt in ſublime. Ge. 7. vbi dicitur quod *arca eleuata eſt ſuper aquas*. Ipſa enim virgo ſuper omnem puram creaturam, & ſuper omnes populos eſt ſublimata. Nam creaturæ ſeu populi appellantur aquæ, ſecundum Alexandrũ de Ales ſuper Pſ. 28. aut propter ſucceſſionem propagationis: iuxta illud Eccleſiaſt 1. *Generatio præterit, & generatio aduenit, ſicut etiam flumina exeunt à mari, & ad ipſum reuertuntur, & continue fluunt*. Et ideo etiam dicũtur aquæ propter motũ, quia ſicut aquæ ſunt in continuo motu; ita etiam natura humana. vnde Ouidius 15. metamor. ait: *Cuncta fluunt omnisque vagans formatur imago, Non ſecus ac flumen; nec enim conſiſtere flumen, Nec leuis hora poteſt*, &c. Et ideo dicitur Iob. 14. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſeriis. Qui quaſi flos egreditur, & conteritur; & fugit velut vmbra; & nunquam in eodem ſtatu permanet*. De quo etiam tangitur in. l. ſecunda. §. ſed quia diuinæ, C. de vete. iu. enu. & *3. Ratione ſublimitatis.*

in. §.

Digitized by Google

in. §. aut. in auth. de non alie. aut per. re. Eccle. & in §. hanc dicentes in aut. vt omnes obedi. iu. De Angelis quoque dicitur Iob. quarto: *Qui ſeruiunt eis non ſunt ſtabiles*, ſcilicet, per naturam. Item populi dicuntur aquę propter vilitatem elementi; quia aqua vilis, & quaſi pro nihilo reputatur. Et ſimiliter creatura in comparatione creatoris, iuxta illud Eſa. 40. *Gentes quaſi ſtilla ſitulæ: & quaſi momentum ſtateræ reputata ſunt.* Vnde omnes dicere poſſunt illud Sapien. ſecundo: *Ex nihilo nati ſumus*, ideſt, creati. Item dicuntur aquæ propter profunditatem, iuxta illud Hiere. 17. *Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile; quis cognoſcet illud?* quaſi dicat, nullus, niſi ſolus Deus. Secundo beata Virgo dicitur caſtellum, quaſi alta caſa ex alto ædificio virtutum, quia in alto cacumine virtutum ſublimata eſt. In ipſa enim completum fuit illud Lucæ. 24. *Induamini virtute ex alto.* vnde dicere poteſt illud Eccleſiaſtici. 51. *Manus meas extendi in altum.* Tertio dicitur caſtellum, ideſt, caſa alta ex dignitate fabricatoris; quia architectus huius caſtelli fuit ipſe Deus, qui fundauit ipſam beatam virginem, vt dicitur Pſalm. 47. & 80. Quia enim ipſe eſt altiſſimus, & voluit iſtud caſtellum altum fabricare, vt in illo poſſet habitare iuxta illud Pſal. 112. *Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat?* Voluit itaque ſaluator noſter ab iſta caſa alta, & ab hoc caſtello altiſſimo trahere originem ſecundum carnem. iuxta illud Luc. 1. *Viſitauit nos oriens ex alto.* Non enim ſolum intelligitur de ortu æterno quoad diuinitatem: ſed etiam de tēporali quoad humanitatē.

4. Ratione dominationis.

Quarto principaliter virgo glorioſa, dicitur caſtellum ratione dominationis. Nam Chriſtus non intrauit in omne caſtellum; ſed textus Euangelicus teſtatur ipſum intraſſe in quoddam ſpeciale caſtellum, quod denominatur Bethania, de quo habetur Iohan. decimoprimo. Interpretatur autem Bethania, obedientia, ſeu domus obedientiæ; per quam virgo glorioſa ſignificatur. Nam ipſa ſe obtulit promptam, & obtemperantem diuinæ voluntati, in incarnatione diuini verbi, reſpondens Angelo: *Ecce ancilla Domini*, &c.

5. Ratione expugnationis.

Quinto principaliter dicitur caſtellum ratione expugnationis. Nam filius Dei venit in Mariam, vt aſſumeret arma humanitatis: quibus armis indutus nouem menſibus in ipſa virgine occulte permanſit; vt ſic expugnaret inimicum humani generis; & ex illo caſtello ſecrete amicis ſuis adiutorium præberet. Et in hoc ipſa virgo figurata fuit primo Regum quarto, vbi dicitur; quod Philiſthim, ideſt, dæmones cognoſcentes, quod arca Dei, ideſt, Maria de qua dicitur Pſalm. 131. *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ.* Venit in caſtra, timuerunt dicentes: *Venit Deus in caſtris*, & ingemuerunt. O quot liberati ſunt ab inimicis, & à manibus dæmonum per protectionem iſtius caſtri ſcilicet Mariæ. Et quot amici habuerunt præſidium in tribulationibus, in infirmitatibus, tempeſtatibus, perſecutionibus, neceſſitatibus, &c. Nam Maria facta eſt adiutorium, & refugium peregrinantium, tanquam caſtellum in deſerto. Et ideo Eccleſia hoc conſiderans, ei canit: *Sub tuum præſidium cōfugimus ſancta Dei genitrix*, &c. In hoc ergo caſtello caſtitate decorato, humilitate munito, excellētia ſublimato, obedientia ditato, munitione repleto, ſcilicet, in virgine benedicta, intrauit Ieſus, ideſt, ſaluator noſter, vt omnibus præſidium faceret: & nos ab inimicis protegeret ac liberaret. Quia vero caſtellum ē locus qui vice ciuitatis regitur: vt notatur ff. de le. 1. l. ſi hæres. §. vicis. & de l. 2. l. Ticia. § fi. & C. de fundis limitoſis. l. 2. & de offi. prę. præto. Afri. & l. in nomine Domini. §. interea. & per Archi. in c. ſtatutū. §. 2. in verbo ciuitatibus. de reſcrip. li. 6. Ideo poſt aſſimilationem ciuitatis, poſui immediate aſſimilationem caſtelli. Si autem accipiatur caſtellum pro receptaculo ad quam ſuſcipiendam vi. ff. de aqua quo. & ęſti. l. 1 §. antepenul. & no. ff. de ſerui. vr. præ. l. fiſtulam in prin. & de acti. emp. l. fundi. §. fi. Etiam ipſa benedicta virgo conuenientiſſime dicitur fuiſſe hoc caſtellum: quia fuit receptaculum omnium aquarum, ideſt, gratiarum diuinarum.

Secundo principaliter dico, quod Ieſus intrauit in alio caſtello. ſ. Babylonico. i. in mundo: Nam hic mundus recte appellatur caſtellum Babilonicū. i. confuſionis, contrarium caſtello Hieroſolymitano. i. diuinæ viſionis. Et dicitur caſtellum aſſaſſinorū, & Deo rebellātium: maxime propter ſeptē peſſimas cōditiones quas habet, de quibus dicam in 11. parte principali huius operis ſermo. 2. par. 1. In hoc ergo rebelle caſtellum, ideſt, in mundum, intrauit filius virginis, Iohan primo. Intrauit ſiquidē vt ipſum æterno patri ſuo ſubiugaret:

& iſte introitus factus eſt in vtero virginali. In quo caſtello ipſa benedicta virgo eum recipiens figurata eſt per Martham, vt diffuſius dicā loco ſupradicto. Nam illa mulier quæ in ſuo caſtello recepit Dominum, fuit Martha, vt habetur Lucæ 10. Quæ Hebraice interpretatur prouocans, quod optime congruit B. Virgini. *B. V. Martham ſignificat, in caſtellum Chriſtum recipientē, Luc. 10.* Nullæ enim preces Patriarcharū, nulla quoque oracula prophetarum, nullæ inſuper voces, ſeu deſideria ſanctorum patrum prouocare vnquam Deum valuerunt, vt in caſtello huius mundi intraret pro ſalute humana. Sed humilis virgo eum prouocauit, & induxit. Et ideo Angelus ei dixit: *Inueniſti gratiam apud Deum.* Luc. 1. Vnde ipſa recte dicere poteſt illud quod ſcriptum eſt 1. Reg. 1. *Ego ſum illa mulier, quæ ſteti coram te orans Dominum pro puero iſto. Oraui & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam poſtulaui.* Ipſa quoque benedicta virgo continue prouocat Deum ad miſericordiam ſuper peccatores. Vnde de ſermone eius cum filio ſuo poteſt dici illud Iudith. 8. *Iſte eſt ſermo qui miſericordiam prouocat.* Prouocat & peccatores ad pœnitentiam. Iuxta illud Thrē. 2. *Vt te ad pœnitentiam prouocarent.* Item bonos prouocat ad bene operandum. Vnde de ipſa poteſt dici illud Deutero. 32. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos.* Secundo figuratur per Martham, quia Martha Syriace interpretatur, dominans. Ipſa vero benedicta virgo facta eſt domina vniuerſi. Et maledictionem mulierum in benedictionem cōuertit. Vnde dixit ei Angelus Luc. 1. *Benedicta tu in mulieribus.* Item earum ſubiectionem in dominium commutauit; quia ipſa facta eſt regina Angelorum; & hominum. Vnde in ea verificatum eſt illud. 2. Eſdræ. 3. *Oportet nos ſcire quia mulieres viris dominantur.*

Tertio figuratur per Martham, quę Latine interpretatur, Martē tenēs: qui dicebatur Deus belli. Ipſa enim glorioſa virgo tenuit, ligauit, & conculcauit mortem, id eſt, diabolum inimicum humani generis: ſicut prædictum fuerat Gene tertio: Item Iudic. 4. vbi dicitur: *In manu mulieris tradetur Siſara.* Ipſa igitur virgo benedicta ſola meruit recipere Dei filium in vtero ſuo. Quia de ipſa dici poteſt illud Iudith, 11. *Non eſt inuenta talis mulier ſuper terrā, in aſpectu, in pulchritudine, & in ſenſu verborum.* Per ipſam igitur ſaluator noſter venit in caſtellum mundi, vt ſuperbiam rebellantium humiliaret, & duriciem obſtinatorum mollificaret, & immunditiam ad munditiam reduceret, & iſti portas miſericordiæ aperiret, ac à vitiis abſtinere doceret, & ad ꝓximi dilectionem induceret, & ad diuinum timorem, & amorem homines prouocaret. Cui benedicto ſaluatori noſtro ſimul cum piiſſima matre ſua ſit infinita gloria, per æterna ſæcula ſæculorum. Amen.

SERMO-

Digitized by Google

SERMONVM MARIALIS

PARS DECIMA.

IN QVA TRACTATVR DE COMPASSIONE ET DE GAVDIO B. VIRGINIS.

ET APPELLATVR HÆC pars, dolor, & exultatio Matris Dei.

SERMO PRIMVS.

In quo agitur de veritate doloris, ac planctus B. V. de eius cauſis; & multiplicitate.

D*Ies tribulationis & anguſtiæ, dies, hæc.* Eſa. 37. Omnes dies hebdomadę ſancta mater Eccleſia ſic diſpẽſat: quod Dominicum diem ſanctiſſimæ Trinitati, diem Lunæ defunctis: diem Martis martyribus, & ſanctis omnibus: licet aliqui dicant quod peccatoribus, diem vero Mercurij Angelis: diem Iouis Spiritui ſancto: diem Veneris paſſioni Chriſti: diem autem ſabbati, B. Virgini Mariæ dedicauit. Iſtum autem diem ipſi benedictæ matri Dei multis ex cauſis appropriauit. Primo ratione requietionis. Sicut enim in die ſabbati Deus requieuit ab omni opere quod patrarat. Gen. 2. Ita Chriſtus intrans beatiſſimæ virginis vterum, requieuit in ea. Nam Spiritus ſanctus in nullo ſanctorum inuenit plenam requiem, niſi in Chriſto, & B. Virgine: quia in omnibus aliis ſanctis ſaltem habuit repugnantiam peccati originalis, vel venialis, ſed in Chriſto, & matre eius nullam repugnantiam inuenit, & ideo in eis perfecte quieuit. Et hoc ſignatum fuit Gen. 8. vbi dicitur, quod *columba de arca emiſſa non inuenit vbi requieſceret pes eius: ſed reuerſa eſt in arcam.* Et ſimiliter Spiritus ſanctus non inuenit in diluuio peccatorũ, niſi in Maria. Si ergo dies, quo Deus ceſſauit à creatione rerum temporalium, ſanctificatus eſt: quia ſummus opifex Deus ſuam operationem compleuit in eo. Cum opus recreationis ſit maius opere creationis; quia in recreatione Deus homo factus eſt, iuxta illud Iohan. 1. *Verbum caro factum eſt:* profecto etiã & multo magis debuit vnus dies hebdomadæ deputari ad recolendũ hoc myſteriũ requietionis Chriſti in vtero virginali, ad honorem ipſius virginis. Et quia ſabbato iſte benedictus Ieſus quaſi ab omnibus operi-

Sabbatum Mariæ appropriauit Eccleſia hiſce de cauſis.

Digitized by Google

bus vacans, completa humana redemptione, & recreatione in ſepulchro; vt infra dicetur, requieuit. Ideo quia ſabbatum interpretatur requies, conuenienter talis dies deputatus eſt ad honorem ipſius matris Dei: de qua ipſe inquit Pſalm. 131. *Hæc requies mea in ſæculum ſæculi; hic habitabo quoniam elegi eam.* Secundo hoc factum eſt ratione benedictionis; quia ſicut ipſa dies ſabbati fuit à Deo benedicta. Gen. 2 ita & beatiſſima virgo fuit à Deo præ omnibus benedicta. Vnde illi dixit Angelus ex parte Dei Lu. 1. *Benedicta tu in mulieribus.* Pater enim æternus benedixit eam, accipiendo in ſponſam, filius in matrem, & Spiritus ſanctus in ſuum ſacrarium. Angelus quoque non ſolum in perſona Dei, ſed etiam ex parte omnium Angelorum, & cunctarum creaturarum eam benedixit. Et ideo ſuper illa verba Luc. 1. *Beatam me dicent omnes generationes*, ait glo. *Non ſolum creata, ſed etiam increata.* Tertio hoc factum eſt: quia ſicut ſabbatum eſt mediũ inter diem gaudioſum, ſcilicet, Dominicum diem, & diem doloroſum, ſcilicet, feriam ſextam, ita ipſa virgo eſt mediatrix inter Deum, & hominem.

Quarto ratione ſepelitionis, quia per totam diẽ ſabbati corpus Domini in ſepulchro ſepultum iacuit; die. n. Veneris in ſero B. Virgo ſuo benedicto filio, vt infra videbitur, cum immenſo dolore, & lachrymis ſepulturã impendit: & quando illud ſacratiſſimum corpus perfecte in ſepulchro reconditum fuit: iam inceperat nox ſabbati, licet initium ſepulturæ incepiſſet in fine ipſius diei ſextę. Et ſic ad memoriam iſtarum exequiarum ad eius honorem ſabbatum fuit dedicatum: quia ſicut corpus filij ſui illa die fuit in tumulo clauſum; ita cor virginis fuit dolore concluſum.

Fides Christi in die paſſionis eius, ab omnib. diſcipulis derelicta eſt, præterquam à B. V.

Quinto hoc fuit inſtitutum ratione derelictionis. Nam fides Chriſti ab omnibus diſcipulis derelicta eſt: & hoc die in ipſa ſola virgine perſtitit, quæ domi remanſit expectans reſurrectionem filij. Sed quidam arguunt, quod etiam alij habuerunt fidem tali die. Nam Ioan etiam ipſe ſecutus eſt Chriſtum ad crucem, & ibi manebat cum ipſa virgine. Io. 19. Item creditur interfuiſſe ſepelitioni Chriſti cum ipſa virgine. Cucurrit etiam cum Petro ad monumentum Dñi; vt habetur Io. 20. Item vt dicit Aug. ſuper Io. *Petrus qui negando Chriſtum fuit mortuus, plorando reſurrexit & reuixit.* Præterea Maria Magdalena ſecuta eſt Dñm cum aliis mulieribus vſque ad crucem, quæ ſanctæ mulieres ſuæ ſepelitioni interfuerunt, atque poſtea vnguenta parauerunt, vt vngerent corpus Ieſu, & cũ ipſis vnguenta parauerunt, vt vngerent corpus Ieſu, & cũ ipſis vnguẽtis perrexerunt ad monumentũ. vt habetur Mat. 28. Mar. vl. Luc. 24. & Io 20 & conſequenter videtur habuiſſe fidem. Quib. reſpondetur, quod in ſola virgine remanſit perfecta fides in paſſione Chriſti. Vnde ſuper illa verba Io 14. *Vt cum factũ fuerit, credatis*, ait gl. *In Apoſtolis nulla fides remanſit in paſſione Domini.* & Aug. ſuper Io. dicit quod *Apoſtoli nõ ſolũ carnem Chriſti reliquerunt, ſed etiã mentis fidem.* & Nico. de Lyra, ſuper 3 ſentẽ. inquit, quod ſabbato ſancto tota fides in pectore virginis remanſit. & ideo illi ſabbatũ dedicatũ fuit. Et hoc oſtẽdit Eccleſia in illis trib. dieb. prope paſcha in matutino in quindecim candelis accenſis; qui omnes extinguuntur præter vnam aliis altiorẽ, quæ vſque ad finẽ remanet accenſa. Iſtę. n. candelę ſignificant. 11. Apoſtolos, & 4. Marias. ſ. Mariam Magdalenæ, Salome, Alphei, & matrem Dñi. Omnes. n. hi erant tanquam candelæ accenſæ per fidem. Iudas. n. ante paſſionẽ Chriſti obſcuratus, & extinctus fuerat à Chriſti fide, & amorę. Omnes autẽ iſtæ cãdelæ extinctæ fuerũt in paſſione Chriſti præter ipſam virginẽ, in qua remanſit lumẽ fidei occultũ; quod poſtea patefactũ eſt ad omnes ſuo exemplo illuminandum. Propter hoc etiam in Miſſa ſabbati permiſcetur tractus cũ Alleluia. i. dolor eſt de Apoſtolorũ incredulitate, & nihilominus gaudium de Mariæ fide, & Chriſti reſurrectione. Propter hoc etiã in eadẽ miſſa omittitur offerenda, quia Apoſtoli non erant conuerſi, vt per veram fidem Dño poſſent offerri. Ad autoritates autem contrarias reſpondetur, quod triplex fuit gradus in negatione, ſiue in incredulitate Apoſtolorũ. Primus quod omnes fugerunt: Mat. 26. Secundus quod vigore aſſumpto quidam eorũ ſecuti ſunt eũ, ſicut Petrus, & Ioan ſicut de Petro habetur Mat. 26. & Mar. 14. & Lu. 22. & de eodẽ ſimul cum Iohanne. Io. 18. Tertius gradus eſt quod mortuo Chriſto omnes increduli effecti ſunt, ſola B. V. immobili remanente, & conſtantiſſima in fide. In medio autẽ gradu fuerunt Petrus & Iohannes, & mulieres prædictæ. Vel dicendũ quod ſecuti ſunt eum prædicti Apoſtoli, & etiã mulieres, non

Triplex gradus in negatione Apoſtolorũ tẽpore paſſionis.

Digitized by Google

non quod haberent veram fidem de eius diuinitate, ſed ex quadam amoris, & dilectionis cordialis attractione, & cõpaſſionis affectione. O igitur magnũ fœminarum præconium, vt in ſolo pectore fœmineo tota fides recõdita fuerit. Nã naturaliter natura fœminea eſt fragilis ad reſiſtendũ, mobilis ad perſeuerandum, & praui iudicij ad conſulendũ De .t.ſ.de earũ fragilitate, habetur inſti. quib. alie.li.vel non §.1. De inſtabilitate, & inconſtantia habetur 32.q.7 c.quod propoſuiſti. & in l.filia. C. de inoffi.teſta. & in c.furun.§.t.de ver.ſig. & no.in c.1.de clan.deſpon. & c.vl.de pac. li.6. & 32. q.2. c.mulier. & de frigidis & ma.ca.vl. De conſil o autẽ, & iudicio earũ inutili, vel nociuo, habetur in l.4.C.de ſpon. & in l.filia. C. de inoffi.te. Hunc autẽ triplicẽ defectũ B. V. abſtulit à natura fœminea, quæ in tolerantia paſſionis, & in conſtãtia fidei, & dilectionis, & in conſtãtia fidei, & dilectionis, & in perſpicacia iudicij, & actionis quoſcunq; viros incõparabiliter exceſſit; quod patet ex eo quod diſcipulis præ timore mortis fugientib. & in fide vacillantib. ipſa inconcuſſa ſtetit, & conſtãtiſſima perſeuerauit; & in omni caſu ſemper melius elegit, quod patet ex eo quod ſalutẽ humani generis magis ſecundũ rationẽ voluit, quã filij ſui ab acerbiſſima pœna liberationẽ. Potiuſq; voluit eum pati aſperrimã paſſionem, quam humanum genus æternã damnationem, vt in præſẽti ſerm. videbitur. Vnde Anſelmus in quodam ſerm. ait: *Debet ergo Maria merito laudari, quia ipſa eſt domus firma, quã nec flumina, nec venti, nec imbres.* i. varia genera paſſionũ Chriſti, quę irruerunt in eã *ſubuertere potuerunt à fide, ſubmerſis omnib. alijs; qui ipſum purũ hominem crediderunt, cũ tot, & tanta tã alacriter pateretur.* Et Aug. inquit: *O B. Maria quis tibi valeat iura gratiarũ, & laudum præconia impẽdere, quæ tuo ſingulari merito mũdo ſuccurriſti perdito? Quas tibi laudes fragilitas humani generis perſoluet, quæ tuo ſingulari cõmercio recuperãdi aditũ inuenit.*

6 Sexto deputatum eſt ei ſabbatum ratione paſſionis. Paſſio.n. ſanctorũ eo ipſo die conſecrari ſolet, quo mortẽ pro Chriſto ſuſcipiunt. Et ideo æquiſſimũ eſt, vt illa dies virgini dedicetur, quo pro Chriſto ei⁹ filio dilecto eſt paſſa. Sed die veneris ſancta, & die ſabbati paſſio ipſi⁹ virginis perdurauit: ergo illi duo dies deberent eidẽ virgini dedicari. Verũ quia Eccleſia diem Veneris paſſioni filij dedicauit, ſaltem diem ſabbati ſuæ matris martyrio, & paſſioni debuit dedicare, in quo indicibili cruciatu afflicta fuit, & eius animã filialis paſſionis gladius pertranſiuit: vt prædixerat ei S. Simeon. Lu. 2. Vnde ipſa dicere poterat verba rhematis noſtri. Super quib. tres cõſiderationes faciem⁹. Prima dicitur veritatis. Secunda cauſalitatis. Tertia vero & vltima multiplicitatis.

PARS PRIMA

huius ſermonis; in qua oſtenditur quod vere, ac ſumme doluerit B.V. in paſſione Chriſti.

QVæritur pro expeditione huius partis, nunquid B.V. tot, & tantos dolores habuerit ex compaſſione filij, tantumq; e fleuerit ſicut de ea ſcribitur, & prædicatur? Et reſpondent quidã, non bene intelligẽtes ſcripturas, nec pietatẽ virginis conſiderantes, ſed de ſuo capite legem facientes, quod B. V. non fleuit in morte filij: nec etiã doluit. Quam erroneam opinionẽ ſuam conantur palliare tribus fundamentis. Et primo dicunt, quod ipſa B.V. non erat ſicut reliquæ fœminę ad lachrymas prona, ſed erat ſapiens, & in omnibus cõformis voluntati Dei. Vnde quia ſciebat, quod Deus ordinauerat filium ſuum debere mori pro ſalute generis humani, non dolebat ſecũdum eos, nec dolorẽ exterius oſtendebat; ne a voluntate diuina diſcordare videretur. Secũdo dicunt, quod ipſa ſacratiſſima virgo fuit plena charitate, propter quod cõparatur ſoli relucenti, iuxta illud Pſ. 17. *In ſole poſuit tabernaculum ſuũ.* Quapropter ex charitate liberationem humani generis multum deſiderabat. Sed non ignorabat hanc liberationẽ per mortem filij ſui debere fieri: ergo ſecundũ eos non dolebat: ſed de morte ipſius filij exultabat. Tertio quia ſciebat mortẽ filij ſui cito tranſiturã: & poſt triduum filium ſuum de morte, ad vitã glorioſam reſurrecturum, & poſtea in cœlum quadrageſima die aſcenſurum, & indicibilem gloriã propter tolerationẽ mortis conſecuturum. Vnde iſtis conſideratis, potius debuit ſecundũ eos gaudere, quã flere, & ad mortem incitare filiũ ſuum, ſicut mater Machabæorũ hortabatur ad tolerãdã paſſionẽ filios ſuos. de qua dicitur. 2 Mach. 7. Supra modũ autẽ mater admirabiliter, & bonorũ memoria digna, quæ pereũtes 7 filios ſub vni⁹ diei tẽpore con-

An Maria tantum doluerit, & fleuerit ex cõpaſſ. filij ſicut ſcribitur.

Opin. negatiua & ea fundamenta.

Digitized by Google

conſpiciens, bono animo ferebat propter ſpem, quam in Deum habebat: Et ſingulos eorum hortabatur voce paterna, fortiter repleta ſapientia: & fœmineæ cogitationi maſculinum animum inferens, &c.

Sent. contraria affirmatiua & vera.

Sed iſtæ rationes ſunt friuolæ, vanæ, erroneæ, & nullæ. Immo ſi quis eas pertinaciter tenere vellet, vt aliqui dicunt, hæreticus putaretur. Quia ſecundum ſanctum Bonauent. in 3. diſt. 17. art. 1. quæſt. 1. iiſdem rationibus poſſet probari Chriſtum veraciter non habuiſſe paſſionis dolorem; & ſic euacuaretur tota noſtra redemptio. Nam & Chriſtus fuit ſapientiſſimus; & prædicta omnia cognouit, & cum voluntate diuina, quoad humanitatem, ſe per omnia conformare voluit. Et tamen veriſſime in ſenſualitate ſua doluit. Dico igitur ſecundum ſententiam B. Tho. vbi ſup. & Scoti in eadem diſtinctione q. 2. quod contingit acerbitatem doloris eſſe in ſenſualitate, vel in ratione. Fuerunt ergo prædicta conſeruata in parte rationali ipſius virginis. Vnde gaudebat quoad ipſam rationem: ſed per hoc non tollitur, quin Chriſtus, & virgo ſint paſſi in parte ſenſuali ſecundum prædictos doctores. Habuit ergo virgo benedicta prædictas conſiderationes in ratione; conſeruantes ipſam in vera patientia; & conformantes eam diuinæ voluntati ſecundum rationem. Et inquantum ipſa cōſiderauit fructum paſſionis filialis, ſcilicet, redemptionem humani generis: contenta erat ſecundum rationem, quod potius ipſe ſic moreretur, quam humanum genus æternaliter periret: immo in parte ſuperiori rationis, in qua ipſum fructum mortis filij ſumme appetebat, & deſiderabat: etiam ſumme gaudebat, quia charitate plena. Sed in parte inferiori, & ſenſuali ſumme dolebat in corpore, & anima ex compaſſione filij ſui; vt etiam dicit doctor, & Theologus irrefragabilis Alexan. de Ales in 3. parte ſummæ, in tractatu de conceptione Chriſti, quæſt. 16. in reſponſione ſecundi argumenti.

Pulchra diſputatio, qua ſoluūtur argu. contraria.

Expon. de Chriſto ac B. V. illud Iohel. 2. Sol vertetur in ten. & lu. in ſan.

Vnde inquit Hieronymus ad Euſtochium, & Richardus de Media villa in 3. diſt. 33. art. 7. quæſt. 4. quod licet ipſa benedicta virgo non fuerit corporaliter martyrizata: tamen tanta pœna, & anxietas eam cruciauit tempore paſſionis filij ſui: quod fuit plus quam martyr. Et hoc prænunciatum fuerat Iohel. 2. vbi dicitur: *Sol vertetur in tenebras, & luna in ſanguinem.* Sol enim, ideſt, Chriſtus qui eſt ſol iuſtitiæ, verſus eſt in tenebras per mortem; & luna, ideſt, virgo Maria, verſa eſt in ſanguinem per cōpaſſionem. Tanto enim grauius paſſa eſt ipſa glorioſa virgo, quam alij martyres: quanto ſuum martyrium fuit animæ, & ſpiritus. Aliorum vero martyrium fuit corporale. Ipſorum enim martyrum corpora pertranſiuit gladius materialis; beatiſſimæ autem, & piiſſimæ virginis animam pertranſiuit gladius compaſſionis. Vnde quanto anima eſt nobilior corpore c. ſi ſolite. de maioritate, & obedientia. & c. ſi habes, 24. quæſt. 3. tanto eius martyrium fuit acerbius, quia gladius penetrās nobilius, & delicatius ſubiectum, maiorem cauſat dolorem, quam ſi penetraret ſubiectum minus nobile & delicatum. Et confirmat Nico. de Lyra. ſuper 3. ſententiarum prędictam concluſionem dicens; quod B. Virgo ſuſtinuit in paſſione Chriſti maius martyrium, quam aliquis martyr. Et monetur hac ratione: *Quia dolor paſſionis oritur à læſione carnis cum perceptione ſenſus, & redundat in animam. Dolor vero compaſſionis oritur, & incipit in anima, & redundat in ſenſum, & carnem. Quanto igitur anima eſt potentior, & magis dominans ſuper carnem: Et caro delicatior, & magis ſubiecta animæ, tanto fit maior redundantia. Et maior dolor eſt qui incipit ab anima, quam ille qui incipit à carne. Quia igitur ita erat in glorioſa virgine: ergo maior dolor fuit compaſſionis in ipſa, quam dolor paſſionis, qui eſt ex parte naturæ corruptibilis,* hæc ille. Et Alexander de Ales ſuper Pſalm. 88. eandem veritatem affirmat, allegans Hiero. ſic dicentem: *Beata Dei genitrix in ea parte paſſa eſt, qua impaſſibilis habetur: & ideo vt ita fatear, quia ſpiritualiter, & atrocius paſſa eſt gladio paſſionis; plus quam martyr fuit.* Et Bernar. beatam virginem alloquens ait. *Cum impius crudelis lancea filij tui latus aperuit; ipſius anima ibi non erat, ſed tua plane auelli non poterat. Tuam ergo animam pertranſiuit vis doloris, vt te non immerito plus quam martyrem prædicemus.* Si quis autem quærat, quare ipſa benedicta virgo in tantis doloribus non eſt mortua. Reſpondetur, quod ſingulari Dei priuilegio fuit præſeruata, vt fides Chriſtiana in ea conſeruaretur. Item multis alijs ex cauſis propter quas Deus noluit eam mori cū filio, nec aſcēdere cum eo in cœlum, ſed dimiſit eam in hoc mundo per multos annos poſt aſcenſionem

Quare Maria non moriebatur in tantis doloribus.

B. V. ſingulari priuilegio præſeruata.

filij

Digitized by Google

filij ad cœlum. De quibus dicemus in 11. parte huius operis: ſerm. 1. part 3. Alia quoque ratione probari poteſt B. Virginem multū doluiſſe in paſſione filij, maxime fundamento topico, quod ponit Philoſophus 2. Topicorum dicēs: *Si de quo minus, ergo & de quo magis.* Sed beatiſſima virgo doluit, quando non habuit tantam cauſam doloris, ſcilicet, quando perdidit filium ſuum in Hieruſalem, cum remanſiſſet in templo. Vnde cum poſtea reperiſſet eum; dixit illi vt habetur Luc. 2. *Pater tuus, & ego, dolentes quærebamus te.* Et tamen vt inquit Origenes, non credebat filium ſuum eſſe captum, aut mortuū: ſed dubitabat ſibi factum fuiſſe aliquid, quod ei diſplicuiſſet, & ideo ipſum aſcēdiſſe in cœlum. Quanto igitur magis credenda eſt doluiſſe tempore paſſionis eius?

Ber. Quod paucis eſt conceſſum, nō eſt credendum fuiſſe denegatū Mariæ.

Idem quoque probatur per illam regulam quam ponit Bernardus in epiſtola ad canonicos Lugdunenſes dicens: *Quod paucis mortalium eſt conceſſum, non eſt credendum B. Virgini fuiſſe denegatum. Immo ipſa benedicta Virgo habuit omnes gratias, & omnia priuilegia, quæ fuerunt in aliis ſanctis.* Si igitur alicui mortalium conceſſa eſt gratia dolendi de paſſione filij Dei, & ei compati: profecto excellentius eſt collata ſuæ matri. Sed B. Iohannes de Alſerna ordinis noſtri, tantam gratiam habuit, quod dum videbat Chriſtum in Cruce, lachrymas continere non valebat. Similiter B. Frater Iacoponus de Tuderto, etiam ipſe ordinis noſtri, audiens legi Euangelium paſſionis Chriſti, non ſolum lachrymas emittebat, ſed etiam à ſuſpiriis, & magnis clamoribus non poterat abſtinere. Vnde propter hoc exiens de Eccleſia currebat ad cellam, vt ibi amariſſime deflerer paſſionem Chriſti. Seraphicus quoque Franciſcus ex abundantia lachrymarum, ex dolore paſſionis Domini emiſſarum, cæcitatem oculorum incurrit. Si igitur iſti ſolum imaginem, ſeu ſimilitudinem Crucifixi aſpicientes, vel paſſionem eius nominari audientes, ſeu eam meditantes iam præteritam; tantum dolebant, & amariſſime flebant: quid facere debebat pia mater eius ipſum filium ſuū in Cruce poſitum, & cruciatum, occiſumque intuendo? Nunquid ipſa minorem habuit amorem, & compaſſionem filio ſuo quam extranei? O crudelitas maxima eorum qui negant pietatem, & compaſſionem virginis benedictæ. Quid dicam de illo qui in ſermonario cuiuſdam ſancti, qui prædicabat egregie de doloribus virginis; inſeruit opinionem hanc erroneam cum allegationibus nonnullis, & eidem ſancto attribuit? O obſtinata malicia, & duriſſima ceruicoſitas. Certe ſic vere concludam: Impugnator compaſſionis matris Dei. Aduerſarius innocentiæ, & puritatis eius: Deriſor ſeu deteſtator Euangelicæ paupertatis: Deſtructor & inſectator operum pietatis: Inimicus glorioſi nominis IESV, & perſecutor precioſiſſimi ſanguinis Domini Noſtri IESV Chriſti: quid eſt aliud quam præcurſor antichriſti, & corruptor Chriſtianæ deuotionis, & fidei? O peruerſa rabies. Nam adhuc non ſunt quinquaginta anni, quod in quadā ciuitate Lombardiæ dum quidam prædicator de planctu virginis populo prædicaſſet: quidam compaſſionis, & pietatis eius aduerſarij, ipſum prædicatorem quaſi hæreticum demōſtrare conati ſunt, ſed tamen in diſputatione remanſerunt confuſi. Sed reuertendo ad propoſitum noſtrum: dicit Damaſcenus ſuper Lucam: *Dolores quos Virgo effugit pariens; hos in Paſſione Chriſti ſuſtinuit.* Et Bern. inquit: *Fugientibus Apoſtolis, in faciem filij ſe oppoſuerat mater, ac gladio doloris eius anima infixo: Vulnerabatur ſpiritu, & cruciabatur affectu. Et quod in carne Chriſti agebant claui, & lancea, hoc in eius mente faciebat compaſſio naturalis, & affectionis materna anguſtia.* De lachrymis etiam ipſius virginis loquens Anſelmus in quodam ſermone ait: *O domina, quot fontes lachrymarū dicam erupiſſe de pudiciſſimis oculis tuis, cum attenderes Vnicum filium tuum innocentem coram te flagellari, ligari, mactari, & carnem de carne tua ab impiis crudeliter diſſecari?* Magiſter quoque Iacobus de Voragine ordinis prædicatorum in ſermone de planctu B. Virginis: ait: *Maria ſtabat iuxta crucem lachrymis plena, & doloribus immerſa.* Et in eodem ſermone allegat prædictam auctoritatem B. Anſelmi. Idem quoque doctor in opere ſuo de B. Virgine, quod incipit: *Cogitaui dies antiquos*: in verbo, *Mare*, dicit quod mater Dei appellatur Maria à mari: quaſi amarum mare, quia ſicut in mari eſt amaritudo aquarum: ita in ipſa fuit amaritudo dolorum in paſſione filij. Et ibidem etiam dicit, quod *dolor ipſius Virginis. qui cauſabitur ex filij ſui paſſione, fuit magnus tripliciter, ſcilicet intenſiue, quia Vſque ad animam penetrauit.*

Damaſcenus de doloribus Virg.

Anſelmus de eiuſdem lachrymis.

Dolor Virginis fuit magnus tripliciter.

tranſiuit. Luc. 2. *Tuam ipſius animam, &c. Fuit magnus extenſiue; quia per dies quatuor continuos ſe extendit. Nam incepit eius dolor feria 4. quia tunc mors Chriſti fuit tractata, & firmata, & continuatus fuit in quintam feriam, quia, tunc in ſero fuit captus; colaphizatus, & illuſus. continuatus etiam fuit vſque in feriam ſextam quia tunc filius eius fuit crucifixus. Item vſque ad diem ſabbati, quia tunc in ſepulchro fuit clauſus. Fuit quoq; magnus oſtenſiue, quia dolorem ſuum oſtendebat, & manifeſtabat ſingultu cordis, abundantia lachrymarum, voce clamoroſa conqueſtione, pectoris tunſione, & manuum alliſione*, hæc ille. Quæ ego fideliter extraxi ad literam in libro antiquo, & in membranis ſcripto. Et ideo nos de beata virgine lachrymante amariſſime in nocte paſſionis filii ſui benedicti dicere poſſumus illud Thren. 1. *Facta eſt quaſi vidua domina gentium. Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius. Nõ eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius*. Item piiſſimæ virgini dicere poſſumus illud Thr. 2. *Cui comparabo te, vel cui aſſimilabo te filia Hieruſalem: cui adæquabo te, & conſolabor te virgo filia Sion? Magna eſt velut mare contritio tua. Quis medebitur tui? Deduc quaſi torrẽtem lacrymas, & per diem, ac noctem non des requiem tibi, neq; taceat pupilla oculi tui*. Ipſa virgo reſpondere poteſt illud Threnorum 1. *Submerſum eſt cor meum in memetipſa, quoniam amaritudine plena ſum.*

Prædictus etiã magiſter Iaco. de Voragine, in prædicto ſer. de plãctu virginis in exordio inquit: *Tanta eſt pietas huius virginis matris nõ ſolũ erga filium naturalẽ, iuxta cuius crucẽ ſtabat* Luc. 19 *Sed & erga filios ſuos adoptiuos tanta facultas impetrandi, quod velit, apud Deum patrem, vt ſermocinantes quique nutrices populorum, non aliunde confidant lac doctrinæ per eos propinandum, niſi meritis eius, & precibus procuratum. Ad quod efficiendum cithara dulciſona ſalutationis ad eam vtuntur. Sed conſuetudo Eccleſiæ, cum de paſſione filij eius eſt ſermo, prædicanti dicere videtur illud, quod Heliſeus propheta ait Giezi diſcipulo ſuo de Sunamite mortem vnigeniti ſui deploranti. 4. Regum 4. ſcilicet, dimitte eam, anima enim eius in amaritudine eſt, quaſi diceret: Non ſalutes eam: nam cithara illa angelica ſalutationis in luctum verſa apparet. Nam quomodo Aue ei dices, ab a, quod eſt ſine, & ve, deriuatum, quæ doloribus plena eſt. Vt dicere valeat illud Michea: Væ anima mea,* *Salutatio*
quia defecit timoratus à terra filius meus, quem *Angel. ad*
impleuit ſpiritus timoris Domini: Mariam ab re *Mariam*
nuncupare non poſſumus, prout domina, vel illu- *in luctum*
minatrix interpretatur. cum ſatis obſcura quaſi *verſa.*
Luna eclipſata inuenitur. Nolite ergo vocare me Noemi, id eſt, pulchram, ſed vocate me mare, id eſt, amaram, quia amaritudine repleuit me Dominus; dicere poteſt cum illa Noemi, quæ de felicitate ad infortunium deuenerat Ruth. 1. *Nam non gratia plena, ſed vacua indicor hodie. Flecto enim genua mea ad patrem Domini mei Ieſu, vt miſereatur filij communis, & me non audit. Deprecor ipſum filium, vt ſuis verbis melliflius me conſoletur, & mihi non loquitur niſi illud: Ecce filius tuus. Quod verbũ vt gladius pertranſiuit animam meam, cum pro magiſtro, & filio, mihi datur diſcipulus. Iudæis ſupplico, vt amodo compatiantur filio meo, & ipſi contumelias, & ſubſannationes adiungunt. Mortem inuoco, vt poſt filium ſuperſtes non remaneam, & fugit à me. Iuxta crucem ſita, ad ipſam clamo: Flecte ramos arbor alta, tenſa laxa viſcera, vt deoſculer filium meum, & rigida ac immobilis perſeuerat. Dominus tecum: vtique in me vſque nũc Dominus filius fuit mecum, me cõfortans, me reficiens, & ego ſecum ipſum ſequens, verba eius dulciora ſuper mel, & fauum audiens, miracula eius videns, & gloriam Dei ex eius operibus magnificari proſpiciens. Nunc autem me reliquit, animam à corpore egredientem patri recommendans. Benedictam me in mulieribus Angelus dixit, quæ nunc infælicior cunctis mulieribus inuenior. Nam quæ mater vnquam fuit, quæ in præſentia filij conſtituta anguſtiis, & afflictionibus circundari non valuerit, vel in aliquo refrigerium illi præſtare [illegible]? Audi eum ad mortem vſque ſitientem ex maximis pœnis, & nec potum aqua frigida porrigere ei valeo; ſed video ſpongiã aceto plenam, & felle ad os eius apponi. Et ſi fœlix fui, & benedicta in mulieribus, in partu eius non ſentiens dolorem: nunc mihi video reſeruatos, & adauctos cruciatus; quoniam nulla mater tantum dolorem vnquam ſenſit in partu filij, ſicut nunc ego in paſſione Chriſti. Sed nec martyr aliquis, vel aliqua in ſuis variis cruciatibus vnquam tantam pœnam pertulit, vt nunc ego. Eſt ne benedictus fructus ventris mei Ieſus, cui omnes maledicunt Iudæi, & gentiles? Vnus enim*

appel-

Digitized by Google

appellat maleſactorē, alius ſeditioſū, alter blaſphematorem, multi ambitioſum, & regnum vſurpare volentem: reliqui mendacem, aut ſeductorem. Vt vermis, & non homo opprobrium hominum, & abiectio plebis eſt effectus, quia & ſecundū legem maledictus omnis qui pēdet in ligno, i. infamis. Ex qua ergo in luctum conuerſa apparet cithara illa Angelicæ ſalutationis, dimitte eam, nec ſalutes; ſed nihilominus cum ea iuxta crucem maneas, ipſam meditando, ipſam adorando, ipſam ſalutādo, & eius auxilium implorando. hæc magiſter Iaco. vbi ſupra.

Vbertinus de Caſali de dolorib. virginis.

De doloribus etiam virginis loquens deuotus Vbertinus de Caſali libro quarto capitu. decimo quinto, inquit: *Cogita quantum potes, quanta fuerit in corde virginis dolorum menſura. Nulla enim ratio fuit in corde virginis non ſolum qua minueret, ſed non augmentaret huius doloris virtutem; quod ſi mens tua ſemper Dei diminuens bona dicat, quod non debuit tantum dolere, cum ſciret Chriſtum iſta pati voluntarie, & ſeipſum ſi vellet de morte & de pœna poſſe redimere. Sciret etiam quod omnes electos de infernali gehenna ſua liberaret morte, & quod ſicut Dei filius tertia die debebat reſurgere, & ex iſta morte à Deo patre debebat accipere nomen ſuper omne nomen, quo in nomine eius flecteretur omne genu, cæleſtium ſcilicet, terreſtrium, & infernorum, & non ſolum ipſi IESV, ſed etiam propter ipſum ipſimet virgini eius matri. Aduertas carnalis anima: quod hæc omnia dolorem pietatis maternæ multipliciter augmētabant. Ex iſtorum etiam reſpectu dolorum aculeis amplius pungebatur. Ad quorum euidentiam nota duplex fore genus dolorum. Quidam manantes ex impatientia, & deſperatione mentis à Deo & ex condeſcentia odij in proximum, quibus anima inabyſſatur in anguſtia, quod de Deo, vel de proximo ſe vindicare non poteſt, & quod velit nolit, pœnas oporteat ſuſtinere ab eiſdem.*

Dolores reprobis reſeruati.

Iſti ſunt dolores infernales prophani qui ſolū reprobis reſeruantur, nec infliguntur electis, niſi inquantum ad tempus pro ſuis peccatis illi impiæ crudelitati iunguntur. Abſit autem talis dolor à Chriſto, & à corde materno, & ab omni eius electo. nunquam enim de hoc dolore vel modicum deguſtauit. Eſt aliud genus dolorum quod ex complacentia voluntatis aſſumitur, & ſecundum virtuales regulas ab æterna influentia Dei in electorum mentibus menſuratur. Nec iſtius doloris poſſet vnam ſtillam habere creatura aliqua in ſeipſa. Eſt enim ex Spiritus ſancti influxu agitantis mentem ad dolendum, quantum dolere debet. Et ſicut iſte dolor eſt ſemper virtuoſus: ita eſt ſemper voluntarius. Et quanto magis eſt voluntarius, tanto magis eſt intenſus, & quanto magis eſt gratia in anima, tanto eſt magis voluntaria ad augmentandum in ſe omnem virtualem dolorem. Vnde & dolores ineffabiles corporis Ieſu à gratia vnionis ſumpſerunt ſuæ immenſurabilitatis augmentum. Vnde & ab aliquibus dicitur, quod illi dolores fuerunt in corde Ieſu à diuina ſapientia diſpenſati. Quod ſic ego intelligo, quod diuina ſapientia videns infinitatem culparum offenſionis, vidit quantum dolorem requirebat plena, & abundans ſatiſfactio earundem.

Dolores Chriſti à gratia vnionis ſumpſerunt ſua immēſitatis augmētum.

Et quia nulla creatura tantum poterat in ſe dolorum menſuram, niſi per vnionem diuini ſuppoſiti, dilatare in ſummo, ideo debebat hominem aſſumere in vnitate perſonæ, & ex tali vnione illā dilatare aſſumptam naturam ad illius inæſtimabilis menſurationis recipiendam capturam. Vnde omnia obiecta occurrentia aſpectui mentis Chriſti non debuerunt eius virtuoſum dolorem diminuere, ſed augmentare. Tantum enim dolorem debuit Chriſtus aſſumere, & tantū ſibi debuit diuina ſapientia infundere, quantus ſufficeret ad prædicta omnia bona conquirenda ex eius paſſione. Et ideo ſi iſta non fuiſſent ſubſecuta gratia de ſua morte: nunquam voluiſſet non ſolum tantum dolere, ſed etiam nihil tolerabile aſſumpſiſſet. Quanto autem ipſe videbat vicinius reſurrectionem inſtare, tanto ſciuit quod tempore paſſionis ampliorem oportebat anguſtiam aſſumere: vt poſſet illorum dolorum à diuina ſapientia diſpoſitorum, exigente iuſtitia immenſurabilem menſuram adimplere. Ex quibus aliqualiter poteſt videri, quomodo dolores Chriſti inæſtimabiles fuerunt. Vnde & rationes contradicentium phantaſmata ſunt errantium; & ignorantium dolorum in Ieſu radicem, & cauſam. Sicut ergo fuit in Chriſto homine: ſic & in ipſius reuerēdiſſima matre, quod ad illam immenſurabilem menſuram dolorum Ieſu ſupra omnem creaturam Spiritu ſancto influēte acceſſit, quantū ſtatus maternæ puritatis, dignitas partus ipſi Ieſu, & naturæ conſortiū requirebat. Vnde cum iſti dolores ſint radix omnium virtutum reducta poſt deriuationem peccati, nulli dubium

Dolor virginis poſt Chriſti dolorem maximus optime oſtenditur.

ſic pene filium ſuum deficere, languere, lachrymari, clamare, & mori, & ſe in mundo derelinqui in tanto dolore, & anxietate videbat. Et qualiter clamauit, ſi tamen loqui poterat: & dixit: O fili mi dulciſſime, quid faciam ego mæſtiſſima? Cui me miſeram commendatam dimittis? O pater omnipotens in manus tuas commendo filium meum, immo Dominum meum, & filium tuum. Iam enim deficio, & ante filium meum in eius cõſpectu mori deſidero. Talia dicens æſtimo, quod propter anguſtiarum multitudinem, vel abſorpta erat, & quaſi inſenſibilis, vel ſemimortua facta, quod ſe ſuſtinere non valens, corruit in faciem ſuã ſuper terram. Nullus enim cogitare, aut dicere poſſet, quanta mæſtitia patientem, & morientem filium ſuſpirauerit, & doluerit. Vnde ipſa ſuſtinebat intus, quod filius tulit foris. Deuotus etiam S. Bernardus in ſermone de planctu B. Virginis, qui incipit: Quis dabit capiti meo aquas. ſic ait de B. Virgine: Credo firmiter quod ipſa erat inter illas fœminas, quæ Chriſtum ſequebantur miniſtrantes ei. Nullus autem debet mirari, ſi ſequebatur illum, cum ipſe eſſet totus eius dulcor, & deſiderium. Hanc arbitror fuiſſe inter illas dolentes, inter illas gementes, quæ lamentabantur flentes Dominum. Poterat hæc etiam eſſe inter illas filias Hieruſalem, ad quas Ieſus non clarus imperio, ſed plenus opprobrio, ſputis illitus, & flagris afflictus, ſibique in anguſtiam mortis baiulãs crucem, conuerſus ait: Filiæ Hieruſalẽ, nolite flere ſuper me: ſed ſuper vos flete. O vtinam, ô B. Virgo dolor ille ſic quotidie inhæreret viſceribus meis, vt tunc inhæſit tuis. Obſecro lachrymas illas mihi infunde, quas habuiſti in filij tui paſſione. Dic mihi, ſi eras in Hieruſalem, quando filius tuus captus fuit, & vinctus & ductus ad Annam. At illa: In Hieruſalem eram quando hæc audiui, & egreſſa quocunque potui ad Dominũ meum flens perueni. Cum illum fuiſſem intuita pugnis percuti, alapis cædi ſpinis coronari, & opprobrium hominum fieri, commota ſunt omnia viſcera mea, & defecit in me ſpiritus meus, & non erat mihi fere vox, neque ſenſus erant, & mecum meæ ſorores, & aliæ fœminæ plangentes eum quaſi vnigenitum. Inter quas erat Maria Magdalena, quæ ſuper omnes alias, excepta illa quæ loquitur, ſecum dolebat. Dum Chriſtus clamante præcone, & imperãte Pilato baiulans ſibi crucem traheretur, factus eſt concurſus populorum. Alij autem ſuper ipſum plangentes ſequebantur, alij vero ludentes videbant. Sequebatur ipſum, prout poterat eius mæſtiſſima mater cum mulieribus, quæ fuerant ſecutæ eum à Galilæa miniſtrantes ei. A quibus velut emortua trahebatur, quouſque peruentũ fuit ad locum vbi crucifixerunt eum: vbi ante oculos eius fuit in cruce leuatus, & ligno duriſſimo clauis affixus, & ipſe tanquam agnus coram tondẽte ſe vocem non dabat, nec aperiebat os ſuum. Aſpiciebat ancilla Dominum ſuum in cruce pendentem morientemque turpiſſime. Tanto dolore vexabatur in mente, quod non poſſum explicare ſermone. Manabat enim ſanguis ex quatuor partibus rigantibus vndique, ligno, manibus, pedibuſq; clauis confixis. De vultu illius pulchritudo effluxerat omnis, & qui erat præ filiis hominum ſpecioſus, videbatur indecorus maxime omnium. Videbat quod complebatur Propheticum illud in eo: Vidimus eum, & non erat aſpectus, neque decor, quia iniquorum liuor, & verbera fœdauerãt vultum eius. Videbam me deſeri ab ipſo, quem genui nec ſupererat alius, quia mihi eras vnicus: & ideo non poterat capi in me dolor meus. Vox mea fere perierat omnis: ſed dabam gemitus, & ſuſpiria, volebam loqui, ſed dolor verba rũpebat, quia verbum iam mente conceptum dum ad formationem prætenderet oris: ad ſe imperfectum reuocabat nimius dolor cordis. Vox triſtis ſonabat foris, vulnus denuncians mentis, verba dabat amor quæ raucum ſonabant. Nam lingua vocis magiſtra perdiderat vſum loquendi, videbam mori, quem diligebat anima mea, & tota liqueſiebam præ doloris anguſtia. Aſpiciebat & ipſe benigniſſimo vultu me matrem plorantem, & me voluit paucis verbis conſolari: ſed ipſa conſolari non poteram, ſed flebam di. Fili mi, fili mi, quis dabit vt ego moriar pro te? Moritur filius, cur ſecũ non moritur miſera mater? Amor vnice fili dulciſſime, noli me derelinquere poſt te, trahe me ad teipſum, vt ipſa moriar tecum. Male ſolus morieris, tecum morte perimatur iſta tua genitrix. O mors mihi miſera noli parcere. Tu mihi ſola præ cũctis places. Exerce vires tuas, trucida matrem, & cum filio perime ſimul. Fili dulcor vnice, ſingulare gaudium, vita animæ meæ, & omne deſiderium, fac vt moriar tecum, quia te ad mortem genui, ſine matre noli mori. Recognoſce me miſerã, & exaudi precem meam. Exaudi me obſecro, in tuo me ſuſcipe patibulo, vt qui vna carne viximus, vna morte pereamus. O Iudæi impij, nolite mihi parcere, quia natum crucifixiſtis, & matrem crucifigite: aut alia quacunque morte ſæua me perimite, dummodo cum filio meo finiar ſimul, orbas orbem

Planctus Mariæ ad filium in cruce pendentem.

bem

bem radio, me Iudææ filio, gaudio, & dulcore. Vita mea moritur, & ſalus perimitur: ac de terra tollitur omnis ſpes mea. Cur ergo viuit in dolore mater poſt filium? Tollite, ſuſpendite matrem cum ſuo pignore. Non parcis proli, non parcas & mihi, tu mihi ſoli mors eſto ſaua. Tunc enim ſumme gauderem, ſi cum Chriſto meo mori poſſem. Melius eſt mihi mori quam vitam ducere mortis, ô fili chare, ô benigniſſime nate, miſerere matris, ſuſcipe preces, deſine nunc eſſe durus matri, qui ſemper es fuiſti benignus in cunctis, ſuſcipe matrem in morte tecum, vt viuat poſt mortem ſemper tecum. Nihil vere dulcius mihi, quam tecum mori, & vere nil amarius eſt, quam viuere poſt mortem tuam. O IESV, tu mihi pater, tu mihi mater, tu mihi ſponſus, tu mihi filius, tu mihi omnia eras. nunc orbor patre, viduor ſponſo, deſolor prole, omnia perdo: ô fili mi, quid vltra faciam? Væ mihi, væ mihi, fili quo vadam? Vbi me vertam dulciſſime nate? quod mihi erit ſolatium? quis mihi ſubſidium, & conſilium vltra præſtabit? Fili chariſſime omnia poſſibilia ſunt tibi. Sed ſi non vis, vt moriar tecum, relinque mihi aliquod benignum conſilium. Cui Dominus tam anxius in cruce oculis, & vultu annuens, de Iohanne ait: Mulier, ecce filius tuus. Et erat ipſe Iohannes præſens vultu triſtis, ac plorans, ac ſi ei diceret: Mater dulciſſima, mollis ad flendum, mollis ad dolendum, tu ſcis quia ad hoc veni, & de te carnem ſumpſi, vt per crucis patibulum ſaluarem genus humanum. Sed noli flere mulier, noli flere dulciſſima mater: quia tertia die reſurgam, tibique apparebo. Depone ergo dolorem, quia ad patrem vado. Non te deſero, non te derelinquo: tecum ſum, tecum ero omni tempore ſæculi. Si ſecundum carnem ſubiaceo imperio mortis, ſecundum diuinitatem ſum, fui, & ero ſemper immortalis, & impaſſibilis. Bene ſcis vnde proceſſi, & veni Non ergo triſteris, ſi illuc aſcendo, vnde deſcendi. Tempus eſt, vt reuertar ad eum, qui miſit me, & quo ego vado, tu non potes modo venire, venies autem poſtea Interim oh. qui eſt nepos tuus tibi reputabitur filius Curam habebit tui: & ipſe erit tibi ſolatium fideliſſimum. Et tunc Iohannem intuitus ait: Ecce mater tua: et ſeruias, curam habe illius, eam tibi commendo, ſuſcipe matrem meam. Hæc pauca Dominus dixit. Illi duo dilecti ſemper fundere lachrymas non ceſſabant. Tacebant iſti duo martyres ambo, & præ dolore loqui non poterant. Iſti duo virgines mærentes audiebant Chriſtum loquentem, & ipſum videbant paulatim morientē, nec poterant reſpondere verbum, quia illum quaſi mortuum videbant: erant iſti duo velut mortui, vnde ſpiritus illorum voces exaltare non poterant. Audiebant & tacebant, quia præ dolore loqui non valebant. Defecerant enim ſpiritus eorum, & amiſerant virtutē loquēdi, ſolus illis dolor, luctuſque remanſit amicus. Amabant flere, & flebant amare. Amare illi flebant, quia amare dolebant: nam gladius Chriſti animas vtrorumque tranſierat, ac ſaue perimebat vtrunque. Quæ magis amabat, ſæuius flebat. In mente mater ſentiebat Chriſti dolores. Vulnera Chriſti morientis, ſaui fuerunt tortores in anima matris. Mente mater erat percuſſa cuſpide teli, quo Chriſti membra ſaue foderunt iniqui. Ipſam circumierant immenſi dolores, nec poterant extra refundi intus atrocius ſauientes. Dolores nati, matris animam gladiabant, in carne Chriſtus ſoluebat debitum mortis, quod grauius erat quā mori, animo matris. Interim commendata matre Iohanni, dixit ſitio, & dederunt ei illi, qui crucifixerunt eum acetum cum felle mixtum, quem cum guſtaſſet, noluit bibere: ſed dixit: Conſummatum eſt. Et exclamauit voce magna di. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et ſic decens emiſit ſpiritū. Tunc tremuit terra, tunc ſol ſua lumina clauſit. Mærebant poli, mærebant ſydera cuncta. Omne ſuum iubar amiſit luna, receſſitque omnis fulgor ab æthere alto. Scinduntur duri lapides: ſcinduntur veſtigia templi. Surrexerunt multi apertis tumulis ſepulchri. Cogitare libet, quantus dolor fuit matris, cum ſic dolebant quæ inſenſibilia erant: non lingua loqui, nec mens cogitare valebat, quāto dolore iuxta crucem ſtabat mortua mater, quæ concepit illum virgo de Spiritu ſancto. Vox non erat illi, dolor abſtulerat vires, imo ſtcata iacens pallebat anima quaſi mortua: viuēs viuebat moriens. viuenſq; moriebatur, nec poterat mori, quia viuens mortua erat. In anima illius dolor ſæue ſæuiebat, volebat mori potiꝰ quā poſt mortem viuere Chriſti, quæ male viuēs mortua tamen erat, ſtabat dolens confecta ſæuo dolore hæc Ber. vbi ſupra.

In ſuperioribus autem verbis ipſe Bern. approbat illud, quod ego poſui in breui tractatu metrico paſſionis Chriſti di. *Planctus Mariæ metricus autoris,*

Hic cum virgineas rumor veniſſet ad aures.
Illachrymans magni fluminis inſtar aquas.
Vt potuit charam perrexit cernere prolem,
Singultus toto pectore mæſta trahens.

Pulla-

Digitized by Google

Pullabant miſera cælum ſuſpiria matris.
Eſtque dolens natum ſic lachrimata ſuum.
Nate mea vires, me magna potentia ſolus,
Tu tamen vita, ſpeſque ſalusq; mea.
O benedicte puer ſanctorum gloria mundi,
Plaſmator, matris vita beata tuæ.
Agne Dei pateris cur hanc mitiſſime mortem
Quid vidua infelix ſola relicta geram?
Quis tam terribilis tibi transfixere corona
Nate caput? vita vis ne perire mea?
Ieſus eximia mœſtam pietate parentem
Conſpiciens, dulci voce benignus ait:
Pro me cur tantos fundis dulciſſima fletus,
Genitrix? obitu pene dolere meo.
Namque mea totus pœna ſaluabitur orbis,
Qua ſine cælorum gaudia nullus habet.
Deſine iam tantos ad ſydera mittere planctus,
Iamque oculis taceat pupula feſſa tuis.
Nāque ego mox propria validus virtute reſurgā,
Et tandem victis hoſtibus aſtra petam.

Taceant ergo iā, & confundantur illi, qui dicunt matrem Domini piiſſimam, eo quod conſtantiæ virtutem haberet, non doluiſſe ex compaſſione filij: cum etiam de Deo dicatur Iudicum 10. *Doluit Dominus ſuper miſerijs eorum.* de paſſione Christi populū incitare ſtudeas, dolores matris ex cōpaſſione filij ſimul immiſcere: Illis enim qui non compatiuntur Virginis anxietatibus, nec eas recitāt populis, poteſt dicere ipſa Virgo illud 1. Reg. 22. *Nō eſt qui vicem meam doleat*, & ideo ad fletum, & compaſſionem populum inclina. Beata igitur Virgo tota fuit dolorib. repletiſſima. Vnde dicere tunc poterat illud 4 Regum. 4. *Caput meum doleo.* Et Hieremiæ 4. *Ventrem meum doleo.* Et illud Iob 30. *Os meum perforatur doloribus. Expectabam bona, & venerūt mihi mala, praſtolabar lucem, & eruperūt tenebræ. Interiora mea efferbuerunt abſque vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis.* In ipſa etiā verificatum fuit illud Ezechiel 30. *Quaſi parturiens dolebat.* Et ipſa cum lachrymis loquens cum filio, vt eam ſecum mori faceret, dicere poterat illud 1. Regum 1. *Ex multitudine doloris mei locuta ſum.* Et illud Iob 6. *Verba mea dolore ſunt plena.* De aſſociantibus autem eam dici poterat illud Iob. 2. *Videbant dolorem eius eſſe vehementem.* Et ipſa etiam dicere poterat illud Pſ. 17. *Circundederunt me dolores mortis*, & Pſ. 30. *Defecit in dolore vita mea*, & Pſ. 38. *Dolor meus renouatus eſt*, & Pſ. 68. *Super dolorē vulnerum meorum addiderunt*, & Pſ. 114. *Tribulationem, & dolorem inueni.* Et de illa dici poterat illud Hieremiæ 49. *Tremor apprehendit eam. Anguſtia & dolores tenuerunt eam quaſi parturientem.* De fletu etiam ipſius verificatum fuit illud Tob. 5. *Cœpit flere mater eius.* Et 10. eiuſdem lib. c. *Flebat mater eius irremediabilibus lachrymis.* Et quid mirum, ſi mater piiſſima flebat, cum etiam de Angelis dicatur Eſa. 33. *Angeli pacis amare flebunt.* Si etiam lugebant, & flebant Apoſtoli propter mortem magiſtri. Mar. vlt. quanto magis lugere debebat mater propter mortem filij? Profecto ipſa tantū flevit, quod dicere poterat illud Thren. 2. *Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata ſunt viſcera mea.* Et illud Hieremiæ 13. dicebat: *Plorans plorabo, & deducet oculus meus lachrymas*, & illud Pſ. 6. *Lachrymis meis ſtratum meum rigabo.* Tunc quoque verificatum fuit illud Eſa. 33 *Luxit, & elanguit terra*, ideſt, ipſa B. Virgo, quæ terra appellatur in ſacra ſcriptura. Hoc autem prædictum fuerat Hieremiæ 4. vbi dicitur: *Lugebit terra, & mœrebunt cæli deſuper.* Reſpondeant igitur mihi impugnantes pietatem Virginis glorioſæ: ſi ipſa ſeruauit omnia conſilia ſacræ ſcripturæ quæ potuit ſeruare. Et ſi dicāt quod ſic, & ſuper omnes perfectiſſime, vt omnibus manifeſtum eſt, conſiderent quod dicitur Eccleſiaſti. 38. de quolibet mortuo etiam extraneo: *In mortuū produc lachrymas: & quaſi dira paſſus incipe plorare* hæc ibi. Quid ergo fecit ſuper filium mortuum, quæ etiam ex compaſſione flebat ſuper defūctum extraneum? Audiant tales quid dicat Ouid. li. 1 de rem. amo. *Quis matrem niſi mentis inops in funere nati Flere vetat?* Multos alios planctus ipſius Virginis ad maximam deuotionem inducentes poſui in 2. parte Roſarij ſermonum, ſerm. 15. quos hic breuitatis cauſa pertranſeo.

Incitatur populus maxime ad fletum de paſſione Christi. ſi miſceātur dolores matris ex cō paſſione filij.

PARS SECVNDA
huius ſermonis De cauſis doloris, & fletus B. Virginis in paſſione Christi.

QVidam deuotus ſacerdos quærit à B. Virgine cauſam ſui fletus in paſſione filij, dicēs metrice: *Quid ploras ſummi genitrix veneranda tonantis: Et gemino triſtes lumine das lachrymas. An tuus atroci ſolymorum carcere vinctus, Filius in lachrymas*

mas procubuiſſe iubet. Te pietas materna monet, te nobile corpus: Te quoque pura fides, te pia cauſa monet. Quod moritur nullo damnatus crimine natus, Inter latrones, res miſeranda, duos Quod fluat & lacero rutilãs de corpore ſanguis: Et nuſquam in toto corpore corpus habet. Quod nitidis ſtrophium dolor euincitur ocellis: Quod quatiat tenerum canna ſceleſta caput. Fœdaq; quod pulchros deturpent vndique vultus ſputa, quod infanda gẽs ruit arte ferox. Quod nato raptim certant illudere capto, Et noua ridiculis concitat acta iocis, &c. Sed vt clarius cauſam doloris, & fletus Virginalis cognoſcamus, eſt ſciendum, quod multis reſpectibus ipſa B. Virgo habuit cauſam maximi doloris.

Prima cauſa maximi doloris Mariæ ex cognitione: Christi dolorũ.

Et primo ratione cognitionis. Ipſa enim ſapiẽtiſſima ſciebat, quod filius eius tolerabat ineffabiles dolores: & quod nullus vnquam fuit, nec erit in mundo ſic crudeliter martyrizatus, quin filius ſuus acerbiores pœnas tolerauerit. Ipſius enim dolor fuit maximus omnium dolorum præſentis vitæ, ſecundum Ric. in 3. diſt. 15. ar. 4. q 3. & S. Bona. in eodem lib. di. 16. art. 1. q. 2 & B. Tho. in 3. per ſum. di. 45. ar. 4 per totum, & hoc multis de cauſis.

Dolor Christi fuit maximus omnium præſentis vitæ. primo ratione violẽtiæ.

Primo ratione violentiæ: de qua ipſe Dominus ait per Pſal. 37. *Et vim faciebant qui quærebant animam meam*, ideſt, vitam mihi auferre. In omnibus enim illis locis, in quibus æſtimatum eſt vitam hominis conſiſtere, fecerunt maximam vim. In capite per coronam ſpineam, in corde per apertionem lateris, in hepate, vel ſanguine per flagella in dorſo; per clauos in manibus, & pedibus, vt exiret totus ſanguis. Vnde ipſe ait Eſaiæ 63. *Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum*, quia ſola vna mulier, ideſt, mater ſua, ſecum fuit paſſa per perfectam compaſſionem. Sciẽdum eſt autem quod tanta eſt diſtantia inter cruciatum Chriſti in paſſione, & cruciatum aliorum ſanctorum, quantum diſtat purus homo à Chriſto: quod innuit ipſe Dominus, vt habetur Lucæ 22. in horto orans pro calice paſſionis transferendo; auulſus eſt à diſcipulis quãtum iactus eſt lapidis: petra enim, ſeu lapis vt dicitur 1. Cor. 10. eſt Chriſtus, qui quaſi in infinitum diſtat in perfectione ab aliis. Quia vero corpus Chriſti erat de ſubiecto virginis: ideo illa ei fuit propinquiſſima in doloribus:

2. ratione culpa aliena.

Secũdo dolor Chriſti fuit maximus ratione cauſationis ſuæ occaſionis. Tanto enim quis magis affligitur patiendo, quãto non pro ſua, ſed pro culpa aliena patitur. quia tunc contra iuſtitiam, & æquitatem cruciatur. Vnde quando quis videt ſe pati quod meretur, mitigatur eius pœna. Ideo Ouidius in Epiſtolis ait: *Leniter ex merito quicquid patiare ferendum eſt: Quæ venit indigne pœna, dolenda venit.* Sed econtra, quando quis patitur non pro ſua, ſed pro aliena culpa, fit dolor eius maximus. Ideo Matth. 27. dicebat latro conuerſus alteri: *Nos quidem digna factis noſtris recipimus: hic autem quid?* Chriſtus igitur patiens pro alienis delictis, nõ pro ſuis: maximam habuit cauſam doloris, & tanto maiorem, quanto omnes pœnas pertulit, quæ omnibus hominibus debebantur pro totum peccatis. Vnde Eſa. 53. dicitur: *Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras attritus eſt propter ſcelera noſtra. Omnes nos quaſi oues errauimus; vnuſquiſque in viam ſuam declinauit*, ſcilicet, per diuerſa peccata: *& Dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrorũ.* Cum ergo pro quolibet mortali peccato debeatur pœna infinita, & infernalis: pœna ipſius Domini Ieſu Dei, & hominis qui ſatisfecit pro omniũ hominum peccatis, fuit incomparabilis. Vnde in perſona eius inquit Pſalm. 87. *Repleta eſt malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit*, ideſt, pro alienis delictis pœnas quaſi infernales tolerauit. Et ideo Bern. inquit in ſermone paſſionis: *O bone IESV quid tibi eſt, & morti? Mortẽ nos peccauimus, & tu luis.* Et iterum, *O homo conſidera mentali oculo, quanto remuneratione debito aſtringaris. Reſpice ſudorem ſangutheum, alaparum contumeliam flagellorum duritiam, coronam ſpineam, ſputi ludibria, crucis ſuſpendium, oculos languentes, oris pallorem, fellica cibaria, acetoſa pocula, caput inclinatum, & denique mortis ſupplicium.* Cum igitur filius B. Virginis fuerit ſanctiſſimus, & ſine vlla macula: *qui peccatum non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius.* Eſa. 53. Idcirco ſumme dolere debuit, quia vt ſceleratiſſimus occiſus eſt. vnde Eſa. eo. cap. de illo ait: *& cum ſceleratis reputatus eſt.* Exclamabat ergo Vir. beatiſſima, O fili mi beatiſſime: tu qui es omniũ ſanctorum ſanctiſſimus, peccator maximus reputaris; tu ſapientiæ cõditor, ſtultus æſtimaris: tu qui pro ineffabilib. virtutibus tuis gloriam, & laudem promereris: vt malefactor crudeliſſime pernecaris, ex quo dolor tuus & meus eſt ingentiſſimus.

Tertio

Digitized by Google

3. ratione complexio-

Tertio dolor Chriſti fuit maximus ratione complexionis. Dicit enim philoſophus in lib. de ſenſu & ſenſato: quod nobiliores potentiæ ſunt magis apprehenſiuæ obiectorum. Quod patet, nam cum oculus ſit nobilior, & delicatior manu: manus vero delicatior calcaneo, hinc eſt quod eadem percuſſio ęqualiter facta in prædictis: grauiorē pœnā exhibebit oculo quam manui, vel calcaneo; quo præſuppoſito dico: quod cū Chriſtus Deus & homo habuerit nobiliſſimam complexionem ſuper omnes humanas creaturas, profecto in mortē maximā ſuper omnes dolores habuit afflictionē. Et confirmatur ſic: Dicit philoſophus in li. de ſenſu & ſenſato: quod omnis pœna eſt principaliter in tactu: vnde quando quis habet vnū membrū phreneticum, vel in dormitatū, ſentit quaſi nihil vel modicum puncturas in eo factas, & propterea habētes nobiliorem tactū, magis ſunt paſſibiles, & quanto ſenſus tactus eſt viuacior, tanto dolor eſt acutior, vt dicitur 2. de anima. Cum ergo Chriſtus habuerit ſenſum tactus viuaciſſimū, quia eius nobiliſſimū corpus fuit formatum virtute Spiritus ſancti: & illa quæ immediate fiunt à Deo ſunt nobiliora, & perfectiora: dicēte autore in li. de cauſis: *Quicquid facit cauſa ſecunda; nobiliori, & altiori modo facit cauſa prima.* ergo, &c. Tanto igitur B.V. maiori cruciabatur dolore ex Chriſti paſſione, quanto ſciebat corpus eius nobiliſſimū, & delicatiſſimæ complexionis, acerbiorē pœnā tolerare.

4. ratione modi.

Quarto grauiſſima, fuit pœna Chriſti, ratione modificationis. Tanto n. pœna eſt acerbior, quanto velocius virtutē naturæ deſtruxit: maxime vbi membrum aliquod non corrūpit, Sed Chriſtus in cruce ſuſpēſus adeo cito eſt mortuus vt etiā præſes miraretur. ergo &c. Modus autē patiēdi fuit grauiſſimus, tū quia patiebatur in locis maxime ſenſibilibus, ſ. i. manib. & pedibus, in quib. eſt magna neruorū abundantia; in quib. maxime viget ſenſus tactus, tum propter doloris vniuerſitatē, quia paſſus eſt per totū corpus. Vnde verificatū eſt illud Eſaiæ 1. *A planta pedis vſq; ad verticem capitis nō remanſit in eo ſanitas.* Caput enim illud ſanctiſſimum, gazophylacium ſapientiæ Dei; puncturis acutiſſimis coronæ ſpineæ vſque ad cerebrum penetrantibus perforatū eſt. Oculi eius piiſſimi in deriſum velati ſunt. Facies eius plena gratiarum, deturpata eſt ſputis, & ſanguine, ita vt leproſus videretur, iuxta illud Eſa. 53. *Vidimus eū quaſi leproſum, vnde nec reputauimus eū.* Genę eius candidę, & rubicundæ alapis percuſſæ ſunt. Vnde ipſe ait Eſa. 50. *Corpus meum dedi percutientib. & genas meas vellentibus.* Aures illæ quæ melos audiūt Angelorum, repletæ ſunt blaſphemiis, detractionib. contumeliis, & irriſionib. populorū. Vnde ipſe ait Pſ. 21. *Omnes videntes me, deriſerūt me: locuti ſunt labiis, & mouerūt cap.* Nares eius beatiſſimæ, ad cuius odorem reuiuiſcunt mortui; fatigantur fœtorib cadauerū caluariæ loci. Capilli delicatiſſimi capitis eius, & barbæ, violentia tracti, aut euulſi ſunt. Os eius quod tam ſanā, tam ſapidiſſimam, tamq; vtiliſſimā, & veriſſimam doctrinam protulerat: percuſſū eſt; & *tamquam ouis ad occiſionem ductus, non aperuit os ſuum.* Eſa. 53. Collum eius ſuauiſſimū colaphis attritū eſt: manus eius potentiſſimæ, ex quarum tactu infirmi ſanati ſunt, & leproſi mundati ſunt, clauis duriſſimis cruci affixæ ſunt. Pedes eius quorum terra ſcabellum eſt, quique diſcurrentes per ciuitates, villas & caſtra, tantum laborauerūt prò hominum ſalute, in cruce perforati ſunt. Vnde ipſe ait per Prophetam Pſ. 21. *Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea.* Totū corpus illud dulciſſimum, quod in cibum ſaluriferum nobis reliquit: multis ictis flagellis cæſum, dilaceratum, & cruentatum eſt. Vnde ipſe per Pſ. 22. *Ego fui flagellatus tota die.* Oſſa eius conquaſſata ſunt, lingua ipſius aceto, & felle amaricata. Vnde ipſe inquit per Pſ. 68. *Dederunt in eſcam meā fel, & in ſiti mea potauerūt me aceto* Demū eo mortuo, non ſatiati de cruciatib. viuentis, latus eius iam mortui lancea transfixerunt. Vnde ipſe conqueritur Iob. 16. di. *Circundederunt me lanceis ſuis. vulnerauerūt lumbos meos.* Et non ſolum ei iniuriati ſunt; ſed etiam veſtibus eius. Vnde ipſe conqueritur per Prophetam Pſ. 21. dicens, *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtē meam miſerunt ſortē.* Quæ omnia conſiderans B.V. dolorib. pleniſſima, dicebat illud Thren. 2. *O. [illegible] meus afflictus eſt, nec tacuit; eo quod non eſſet requies, donec aſpiceret, & videret Dominus de cœlis*: ideſt, non tacui à fletu, eo quod non eſſet requies alicui membro filij mei, donec aſpiceret Dominus: ſcilicet ipſum reſuſcitando à mortuis.

Quinto grauiſſimus fuit dolor ratione derelictionis. Diuinitas enim licet nunquam dimiſerit humanitatem Chriſti quoad vnionē, 5 ratione derelictionis.

Digitized by Google

tamen dereliquit eam quoad conſolationem tempore paſſionis. Vnde ſciendum eſt, quod vt dicũt doctores, tãtus fuit dolor Chriſti, vt valde mirũ eſſet quare nõ moreretur, niſi quia phyſici dicũt, quod nemo ex dolore in hac vita mori poteſt, niſi ipſe dolor communicetur ſenſualitati. Sed diuinitas Chriſti permittebat ſenſualitatem pati vſque ad propinquitatem mortis. Deinde virtutẽ nouã ei cõmunicabat, vt magis pateretur. Vnde non ſolum ſemel; ſed pluries dolorem mortis ſenſit. Et ideo dicunt doctores: quod qñ diuinitas dimiſit humanitatẽ facere curſum ſuum, & non dedit ei virtutem fortificatiuam, tunc clamauit in cruce cũ lachrymis, & clamore valido: vt ait Apoſtolus ad Hebræos 5. di. *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me.* Matth. 27. quaſi diceret: *Clamauerunt iuſti, & Dominus exaudiuit eos,* Pſ. 23. Patres veteris, & noui teſtamenti in tribulationibus ſuis, & cruciatibus Dominus exaudiuit: etſi nõ ſemper liberando ab illis pœnis, tamen ſemper conſolando mentem eorũ. Ego autem clamabo per diem, & nõ exaudies. Fuit igitur aſperrimus dolor eius, quia diuinitas nullum ei refrigerium præſtitit, ſicut cæteris martyrib. ſed ipſum quoad omne gaudium, & conſolationem dereliquit. Derelictus etiam fuit ab hominibus. Vnde ipſe inquit per Pſ. 68. di. *Qui me conſolaretur non inueni.* Non enim conſolabatur, ſicut fieri ſolet morti adiudicatis à ducentibus eos: ſed contriſtabatur ab omnibus. Nam Iudæi illudebant ei, cum principibus ſacerdotum, & blaſphemabant eum; gentiles vero coronam ſpineam capiti imponentes, percutiebant illud. Dereliquerant eum diſcipuli, qui cum eo erant, Vnde ipſe conqueritur per Pſ. 88. di. *Longe feciſti no. me. à me, poſuerunt me abominationem ſibi.* Dereliquerunt eum aliæ Mariæ: quæ fidẽ diuinitatis eius amiſerant. Sola igitur piiſſima Virgo tanto acrius dolebat, & ei vehementius compatiebatur, quanto eum ab aliis om-

6. ratione aſſociationis. nibus derelictum cognoſcebat. Sexto nõ modica fuit cauſa doloris in Chriſto patiente, & matre compatiente, ex hoc quod cum latronibus crucifixus eſt. Et iſta ratio poteſt dici aſſociationis. Sicut enim pati iuſtum, & innocentem, cum aliis ſanctis, & probis viris, & iniuſte condemnari ad mortem, eſt aliquod refrigerium; ita econtra condemnari cũ ſceleratis eſt augmentũ pœnę, cũ ex hoc vidẽtes iudicent eum ſceleſtum. Et ideo hoc Chriſtus horrens ſecundum ſenſualitatem, orabat per Pſ. 25. dicens. *Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam.*

Septimo erat dolor Chriſti acerbiſſimus, ratione ſuſpenſionis ſcilicet in cruce. Crux .n. *7. ratione ſuſpenſionis, in Cruce.* illo tempore erat ſupplicium valde abominabile, quia ſcriptum erat Deutero. 21. *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Mors ergo ipſius fuit maximæ infamiæ, & conſequenter acerbiſſimæ pœnæ. Vnde Auguſt. in ſer. paſſionis ait. *Ipſe rex regum, & Dominus dominãtium mortem ſuſtinuit immaturam: quia in flore iuuentutis; violentam quia ab aliis, & beneficatis, & acerbiſſimam, quia crucis; ac viliſſimã, quia in medio latronum.* Et Bernardus ſuper Cantic. inquit. *O humilem, & ſublimem. O altiſſimum, & nouiſſimum, O opprobrium hominum, & gloria Angelorum, nemo ſublimior, nemo deſpectior. Eſto vilis quantum potes, nunquam Chriſto vilior eris. Ipſe ſi quidem rex regũ & Dominus dominãtium fuit viliſſime pretio venalis expoſitus, à viliſſimo populo viliſſima paſſione, viliſſimo loco crucifixus, crucis ſupplicio traditus, inter latrones poſitus: cum iniquiſſimis, & viliſſimis hominibus deputatus; modo viliſſime tractatus. Etenim tanquam malefactor, bonus Dominus capitur; tanquam furioſus, manſuetus vinculis aſtringitur; tanquam peſtifer, ſaluator accuſatur: tanquam homicida, vita hominum morti damnatur: tanquam leproſus & immundus, mundator criminum extra mœnia eijcitur; tanquam latro crucifigitur. tanquam flagitioſiſſimus, conſutandus ab omnibus, & intuendus nudatur & tanquam vermis vilis, & viliſſimus, ſummus Deus conſpuitur, & conculcatur.* hæc ille. Quæ omnia inferius patebunt clarius: propter quæ benedicta virgo ineffabiliter dolebat. Octauo dolor Chriſti fuit gra- *8. ratione conditionis perſonæ.* uiſſimus ratione conditionis. Quanto enim dignior eſt perſona, quæ offenditur, tanto maior eſt offenſa: & per conſequens ſuſtinenti, & omni ei attinenti, atq; eum diligenti occaſio maioris doloris. Cum igitur Dominus Ieſus eſſet Deus, & homo, dignior perſona eſſe non poterat. Et quãuis diuinitas ſua pati non poſſet, tamen quia humanitas illa erat organũ quoddam, & quaſi veſtimentũ diuinitatis vnde Apoſt. ad Phili. 2. ait. *& habitu inuentus vt homo,* ideo omnis iniuria facta illi humanitati, & corpori poteſt dici facta Deo, ſicut qui frangeret, vel ſpueret in veſtem regis,

vel

Digitized by Google

vel Imperatoris, qua indurus eſt: diceretur facere iniuriam non veſti, ſed regi, vel Imperatori. Inquantum etiam homo erat de ſtirpe regali, & ſacerdotali genitus; rex & ſacerdos ſummus, innocentiſsimus, & ſapientiſsimus, & miraculis, ac ſanctitate & doctrina famoſiſsimus. Cum igitur ei fuerint illatæ tot contumeliæ, irriſiones, maledictiones, & infamationes, & afflictiones corpori, inde magnus ſibi exurgebat dolor, & matri eius. Vnde ipſa exclamat dicens illud Bernar. *Heu mihi, quia captiuorum libertas capitur, gloria angelorum illuditur, Deus omnium flagellatur: candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula conſpuitur. Et cũ vita omnium occidatur, quid reſtat a nobis miſeris, niſi vt eamus & nos moriamur cum eo: Dolebat ſiquidem piiſſima virgo de iniuriis tanti filij, tam ſancti, tam innocentis, & maxime de offenſa Dei.*

9. Ratione inferentiũ iniuriam, & mortẽ. Nono grauiſſimus erat dolor Chriſti & matris eius ratione illationis. Quanto enim plures concurrunt & diuerſorum ſtatuum & magiſtratuum, & amici, & valde benefici, & illi qui reputantur iuſti ad inferendam iniuriam, & mortem valde ignominioſam alicui, tanto maior dolor, & afflictio ſequitur in paſſo, & in quolibet attinente, & amico eius. Sed ad inferendam paſſionem tam amaram & opprobrioſam virginis filio, concurrerunt de omni genere & ſtatu, & etiam vnus qui prius erat diſcipulus, & beneficiatus. Et ideo virgo mater eius dilectiſſima ſumme doluit, videns impletum eſſe illud quod ait Propheta Pſ. 2. *Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus dominũ, & aduerſus Chriſtum eius.* ſcilicet ad mortem ei inferendam Reges quidem aſtiterunt, ſcilicet Herodes rex Galilææ, qui ſpreuit eum cum exercitu ſuo, & indutum veſte alba vt fatuum, remiſit illum ad Pilatum; vt iudicaret eum. Lucæ 23. Rex Romanorum ſcilicet Imperator Tiberius, & ſi non in perſona propria, tamen per ſuum locum tenentem Pilatum tulit ſententiam mortis contra eum. Matth. vigeſimo ſeptimo. Principes quoque Sacerdotum & Phariſæi qui erant inter alios principaliores, & iuſti homines reputabantur collegerunt concilium, vt Chriſtum morti traderent, & occiderent. Iob 11. Et ipſum tanquam malefactorem. Pilato præſentauerunt occidendum, Mar. 27 Omnis etiã populus acclamauit corã Pilato, vt Chriſtum crucifigeret, & Barrabam ſceleratiſſimum dimitteret: & ſic factũ eſt, vt in præallegato. c. habetur. Affuit quoque paſſioni Chriſti ſexus fœmineus, ſcilicet ancilla oſtiaria viliſſima, quæ licet non poſſet adire Ieſum, ad eum illudendum propter occupationem officij, & propter frequentiam populi ipſum dominum circundantis, & illudentis, tamen vires nequitiæ ſuæ exercuit in diſcipulum eius Petrum, volens eum facere detineri cum Chriſto. Vnde & manifeſtauit eum dicens: *Et tu ex diſcipulis es hominis iſtius.* Iohan. 18. Item dixit. *Et tu cum Ieſu Nazareno eras.* Matthæus 26. & Marcus 14. milites quoque Pilati, quæ gentiles erant; poſt verberationes, & opprobria atque diuerſas afflictiones, deduxerunt eum ad patibulum crucis: & ſic omnes cõuenerũt aduerſus eum. Cõuenerũt etiã beneficiati ad eius mortẽ. Nam ipſe pius Dñs multa beneficia fecerat populo Hebræorum, & patribus eorum: & iſta vna erat cauſa maximi doloris in ipſo. Vnde in cruce dicere poterat cum Pſ. 108. *Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea.* Item dicebat illud Michææ. 6. *Popule meus, quid feci tibi? Reſponde mihi.* Ego patres tuos Iacob, & filios eius tempore famis in Ægypto enutriui, ne perires; & poſtea te multiplicare feci in maximum numerum: & de dura Ægyptiorũ ſeruitute eduxi. A flagellis, quibus totam Ægyptum percuſſi, te liberaui; ac mare rubrũ tibi aperui: vt per illud ſicco veſtigio pertranſires, & Pharaonẽ perſecutorem tuũ cum exercitu ſuo demerſi. Manna de cœlo te per 40. annos in deſerto paui: aquã de petra tibi eduxi, & perſequentes te hoſtes proſtraui Seon ſcilicet regem Amorrhæorũ, & Og regẽ Baſan gigantem. Terram fluentẽ lac & mel donaui tibi, & in ea 30. reges, & plurimas nationes tibi aduerſantes interfeci. In mõte Sinai tibi legem dedi, & de captiuitate per Eſdrã Neemiam, & Zorobabel reduxi. De graui oppreſſione Antiochi regis, te per Iudam Machabæum, & fratres eius excuſſi. Ego de genere tuo carnem ſumpſi: & Deus, ſum factus frater tuus. Et per ciuitates & terras tuã procurãdo ſalutem diſcurri cum anxietatib. & laboribus quã plurimis, tibi prædicando regnum Dei. Cæcos tuos illũinaui; leproſos mũdaui, claudos erexi, obſeſſos à dæmonibus liberaui; ſurdis auditũ reſtitui: mutis loquelam; infirmis variis ſanitatẽ;

Digitized by Google

mortuis vitã. Præcepta Dei tibi declaraui: errores confutaui: vitia reprehendi, conſilia dedi, & viã perfectionis tibi oſtendi. Quid aliud tibi facere potui, & non feci? Hæccine reddis, Dño tuo popule ſtulte & inſipiens? Quæ omnia conſiderans Virgo benedicta ſummopere dolebat. Vnde dicebat cum Propheta Pſal. 30. *Defecit in dolore vita mea: & anni mei in gemitibus.*

10. *ratione feſtiuitatis.* Decimo aggrauabatur dolor Chriſti & matris eius ratione feſtinationis. Erat n. ſolẽnitas paſchæ, ſeu azymorũ, quæ erat præcipua ſuper omnes alias. In qua tenebantur ex lege omnes Iudæi conuenire in Hieruſalem ad tẽplum de quibuſcunq; ciuitatib. & locis ad ſacrificandũ. Et quia per varias captiuitates eorum erant ſatis diſperſi per orbẽ, ſ. in Italia, Aſia, & Africa &c. vt patet Act. 2. de omni penè natione conuenerant Hieruſalem ad illud feſtum. Quando autem quis damnatur, & ducitur ad mortem propter maleficium, concurrente maiori concurſu populi, tanto maior ei inſurgit pœna cõfuſionis, & erubeſcentiæ: cõſiderat. n. quod quilibet videns narrabit alijs. Et ſi peregrinus eſt; reuerſus ad patriam ſuam referet, & diuulgabit ibi de eius damnatione, & vituperoſa morte, & ſic vbiq; infamabitur. De graui antẽ crimine calumnioſo, ſcilicet de blaſphemia Dei, quæ erat grauiſſimum peccatum apud Iudæos accuſatus fuerat. quia filium Dei ſe dixerat. Itẽ de crimine læſæ maieſtatis; quod erat grauiſſimum apud gentiles, quod. ſ. voluiſſet ſe facere regem Iudæorum, & conſequenter ex ambitione vſurpare imperiũ Romanorum. Vnde in titulo crucis ſcripſerũt, Ieſus Nazarenus, rex Iudæorum, quaſi dicerent: Hæc eſt cauſa paſſionis eius. Et vt omnes poſſent legere; qui de omni gente ibi erant, ſ. Hebræorum; Græcorum, & Latinorum: ſcripſerunt ipſum titulum, literis Græcis, Hebraicis, & Latinis, vt habetur Io. 19. Conſiderans igitur piiſſima Virgo tantam filij confuſionẽ; tamque publicandam per orbem eius diffamationem, nõ poterat non valde dolere. Vnde dicebat illud Thren. 1. *Audite obſecro vniuerſi populi, & videte dolorem meum.*

11. *ratione vtilitatis loci.* Vndecimo aggrauabatur dolor eius ratione vilificationis, ſ. ex loci vtilitate, in quo crucifixus eſt, ſcilicet caluariæ, in quo erant oſſa mortuorũ; & alia cadauera: & ibi occidebantur viliſſimi homines, & ſceleratiſſimi malefactores: ex quo ipſe Dñs, & mater eius augmentũ habuit doloris. Vnde dicebat piiſſima virgo illud Thre. 1. *Idcirco ego plorans, & oculus meus deducet lachrymas,* quia longe factus eſt à me conſolator. Adeo autem amariſſime flebat, vt alias omnes mulieres ſuas ſocias ad lachrymas prouocaret.

12. *ratione paruitatis fructus.* Duodecimo aggrauabatur dolor eius ratione perditionis. Nam cũ copioſa fuerit apud Deũ redemptio: adeo quod precium ſanguinis Chriſti non ſolũ mũdum, ſed mille mundos redimere potuiſſet, tamen ipſe Chriſtus, & mater eius videbant fructum paſſionis paucos debere conſequi propter ignauiam, & ingratitudinem. Sicut igitur ex magno lucro, quod quis videt ſe conſequi ex ſuo labore multum gaudet & conſolatur; ita ẽ cõtra cum aliquis maximo labore affligitur pro acquiſitione alicuius rei: & videt ſe modicum fructũ poſſe conſequi, valde contriſtatur. Quapropter Chriſtus videns, quod multi ſunt per paſſionẽ ſuam redẽpti quoad ipſum: & ad cœleſtem patriam vocati, pauci vero ſaluabuntur propter eorum malignitatẽ: dicebat illud Michææ 7. Væ mihi; quia factus ſum ſicut qui colligit racemũ in autumno. Nã tunc vindemiata vinea non reperitur, niſi aliquis paruus racemus. Et ſimiliter Chriſtus paucos colligebat, racemos: idẽ paucos ad fidem ſuã conuerſos ex paſſione ſua. Vnus racemus fuit latro conuerſus. Alius vero centurio: qui eum filiũ Dei eſt confeſſus, vt habetur Mat. 27. Marc. 15. & Luc. 23. Ieſus igitur ſciens omnia, quæ ventura erant, Io. 18. videns quod priuabatur merito paſſionis ſuæ, & ſic vita æterna: dolore tã maximo cruciabatur, quod poterat dici quaſi infinitus: tum quia numerus damnandorum, qui priuabuntur merito paſſionis ſuæ dicitur infinitus quoad nos: tum quia priuandi ſunt vita æterna, & infinita, tum quia dolor damnandorum erit infinitus, & æternus, vnde Ambroſ. inquit de Dño Ieſu: *Triſtis erat, & triſtis videbatur, non pro ſua paſſione, ſed pro noſtra diſperſione.* Fuit ergo dolor ipſius ex conſideratione ingratitudinis humanæ, & paucitatis ſaluandorum maior, quã cruciatus flagellationis, & crucifixionis, ac mortis corporalis. Vnde inquit Tho. ſuper 2. phyſicorũ, *Ex perditione finis magis augetur dolor, quam ex perditione eorũ, quæ ſunt ad finem.* Nam videmus quod quando aliquis per totũ annum exudauit ad laborandum agrum; ſeu vineam: ſi poſtea veniat tempeſtas, ſeu pruina auferens fructus cãpi, aut

Digitized by Google

pi, aut vinum, talis grauiꝰ de hoc dolet, quam de labore, & ſudore totius anni. Quo præſuppoſito, clarũ eſt quod Chriſtus hoc fine voluit crucifigi, & ad hoc elegit in cruce ſuſpendi: iuxta illud Iob. 7. *Suſpendium elegit ſibi anima mea*, vt. ſ. omnes homines grati exiſterent de tanto beneficio, & ſaluarentur. Et ideo cũ videret animas futuras ingratiſſimas, & priuãdas merito paſſionis ſuæ, magis doluit quam de crucifixione. Videmus namque quod mercator, qui toto tempore vitæ ſuæ inſudauit ad congregandas merces 25. millium ducatorũ: ſi poſtea veniat in mari tẽpeſtas, quæ nauem cũ mercib. ſubmergat: tantum in ſe dolorẽ ſuſcipit, quantum æſtimauerat valorem ipſarum mercium. Cum igitur filius Virginis vt prudẽs mercator ſpacio 33. annorum ſemper inſudauerit pro ſalute humani generis, videns propter ingratitudinem perdi, & in vanum effundi precioſum ſanguinem ſuum quoad dãnandos, vehemẽtiſſime doluit: Vnde B. Bonauen. in 3. diſt. 26. art. vlt. q. vlt. introducit dictũ Philippi cãcellarij Pariſiẽſis: qui in perſona Chriſti inquit: *O homo vide quæ pro te patior, non eſt dolor, ſicut quo crucior. Ad te clamo qui pro te morior, vide pœnas quibus afficior, vide clauos quibus confodior, vide lanceam cum qua transfigor. Et cum ſit tantus dolor exterior, extat interius planctus pragrauior, te cum ingratum tantũ experior.* Propter prædictas autẽ omnes afflictiones, dicebat ipſe filius Virginis illud Pſalm. 37. *Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis.* Ipſa autem mater eius doloratiſſima exclamabat, dicens illud Threno. 1. *O vos omnes, qui tranſitis per viam attendite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus.* Filius enim cognoſcebat dolorem matris ex ſui compaſſione, & magis dolebat de hoc, quam ſua paſſione: B. V. cognoſcebat immenſitatem dolorũ quos patiebatur filius, & etiam cognoſcebat quod ille magis dolebat de matris afflictione, quam de propria; & propter hoc vnus alteri communicabat dolorem ſuum, & magis affligebatur vnuſquique eorum ex dolore alterius, quam ex proprio: & ſic dolor vnius gladiabat, & penetrabat cor alterius, vt ait Hugo Pancera in meditationib. paſſionis Chriſti. Secundo principaliter dico,

Quinque alia cauſa doloris Mariæ.

quod piiſſima Virgo maxime anguſtiata fuit, & ingentes dolores ſuſtinuit. 5. aliis rationib. 1. quia mulier erat 2. quia vnigeniti mater erat. 3. quia præſens erat. 4. quia ipſum ſumme diligebat. 5. quia eum iuuare non poterat. Primo autem doluit, quia mulier erat. Naturaliter. n. mulieres magis compatiuntur tribulatis, quã viri, vnde mulier dicitur quaſi mollier, à mollitie ſic dicta, mutata litera, vt ait Varro. quem refert Lactantius in li. de opificio Dei. c. 12. Ideo ſecundum philoſophum in lib. 8 de animalibus, Mulieres ſunt molliores, & maioris pietatis, & compaſſionis, quam viri: vnde mater magis dolet de aduerſitate, & morte filij, quam pater. Nulla autem mulier vnquam fuit ſic pia, & compaſſiua, ſicut virgo piiſſima: ergo nulla vnquam ſic fuit afflicta ex morte filij, ſicut ipſa. Secundo maxime doluit: quia vnigeniti mater erat. Si enim alios filios habuiſſet, ſuper eis conſolata aliquantulũ fuiſſet. Sed amiſſio vnigeniti eſt nimium doloroſa; vnde ſcriptura, quando vult exprimere aliquem luctũ multum doloroſum, aſſimilat eum luctui vnigeniti. Vnde Hierony. 6. dicitur: *Luctum vnigeniti fac tibi, planctũ amarum*, vbi gloſ. ait: *Nil dolentius vnigeniti morte.* & ideo quia dolor damnatorum erit grauiſſimus; ideo dicitur Amos 8. *Ponam ea quaſi luctũ vnigeniti*, ſ. ſolacia mundanorum. Sicut igitur amor vnigeniti excedit alios amores, vnde maximi amores cõparantur amori vnigeniti, iuxta illud 2. Reg. 1. *Sicut mater vnicũ filium diligit, ſic diligebã te.* Ita non eſt dolor maior, quã de morte ipſius. Quam magna etiam ſit pœna de amiſsione vnigeniti, vel omnium filiorum ſimiliter, quod ad idem tendit, patet Iob 1. vbi Iob audiendo quod omnia bona ſua temporalia perdiderat, nõ oſtendit ſigna doloris; ſed audita morte filiorum ſcidit veſtimenta ſua, propter vehementiam doloris, & tonſo capite corruit in terram. Tertio maxime doluit: quia præſens erat, & filiũ ſuũ affligi videbat. Quando. n. aliqua mater audit filium ſuũ mortuũ, multũ dolet. Quando autem audit eũ horribili morte occiſum, magis dolet. Sed quando ante oculos ſuos cernit ipſum crudeliſsime mactari, tunc maxime dolet. Vera eſt. n. ſententia illa Horatij in poetica di. *Segnius irritãt animos demiſſa per aures; Quã quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.* Et illud philoſophi in 2. de anima, ſ. quod potentia propinqua melius percipit obiectũ, quam remota. Virgo igitur piiſsima videns ſuũ benedictum filiũ pati pœnam ignominioſam, de qua dixerunt Iudæi Sap. 2. *Morte turpiſſima condemnemus eum.* Item pœ-

Digitized by Google

nam diuturnam, quia ab illa hora noctis, qua captus eſt, vſque ad horam nonam in qua expirauit, in ſupplicijs, & dolorib. ſemper fuit. Item pœnam iniuſtam, quia ſicut dicitur 1. Pe. 2. *Peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* Tradebat autem iudicanti ſe iniuſte. Itẽ pœna doloroſiſſima, & acerbiſſima, ineffabiliter cruciabatur. Vnde Hieron. in quodam ſermone ait: *Quot læſiones in corpore Chriſti, tot vulnera in corde matris: quot claui perforantes, quot ictus percutientes, & carnem rumpentes, tot ſagittæ per oculos intrantes, & totum cor, & animam Virginis vulnerantes.* Quarto cauſabatur in ea maximus dolor propter immenſum amorem erga eum. Secundum enim doctores, Virgo benedicta ſola magis dilexit Chriſtum, quã ſimul omnes creaturæ. Et ideo ipſa dicebat Cant. 3. *Amore langueo.* Cum ergo amor ſit virtus transformatiua amantis cum amato, vt ait Diony. in li. de di. nom. Cum Chriſtus doluerit ſupra id quod lingua humana exprimere poteſt; & minima percuſſura facta in corpore eius exceſſerit paſſiones quas paſſi ſunt, vel in futurum patientur aliqui in hac vita; cum ergo amans debeat participare, & ſentire ita incommoda ſicut commoda amici; vt notatur in l. item ex diuerſo. in fi. ff. fami. her. Cumque amicus ſe debeat habere ad amicum ſicut ad ſeipſum, vt ait philoſoph. 9. Eth. *Amicus eſt alter ipſe,* vt inquit Tullius in lib. de amicitia. Concluditur quod piiſſima virgo indicibili dolore afflicta fuit. Tanto enim quis magis triſtatur de morte alicuius, quanto eum plus diligebat, & ei magis vtilis, & fidelis erat. Vnde magis quis dolet de morte filii iuuenis prudentis, pulchri, ſapientis, & ſibi obedientis, ac reuerentis, quam de obitu alterius has conditiones non habentis. Quia ergo virgo benedicta amittebat filium optimum, & omnes prædictas conditiones in ſummo habentem: Vnde Eccleſia. 23. appellatur *mater pulchræ dilectionis.* Item filium perdebat ſibi tã reuerentem; vnde ibidem dicitur *mater timoris,* Filium quoque eam in cruce pio affectu agnoſcẽtem: Vnde in eodem cap. appellatur *mater agnitionis.* Item filiũ ei piũ & clementem. Vnde vbi ſupra dicitur *mater ſanctæ ſpei.* Ideo maior fuit dolor quam quis exprimere vel cogitare valeat. Vnde exclamabat dicens illud Hierem. 9. *Quis dabit capiti meo aquas & oculis meis fontem lachrymarum; & plorabo die, ac nocte filium meum.* Nec mirũ ſi ipſa B. V. pietate, & charitate repletiſſima, tantum dolorem ſenſit de morte dilectiſſimi filij; cum etiã quælibet mater cõmuniter magis diligat filium, quam ſeipſam, vt inquit glo. in l. videamus. ff. de interu. & in l. iſti quidem in fi. per illum textum. ff. quod me. cauſa. Et ideo potius vellet mori ipſa quam filium; ſicut fecit Penelope, dicens illud quod ponit Ouid. in epiſtolis: *Dij precor hoc ſubeant vt cũ ſibus ordine fatis: Ille meos oculos comprimat, ille tuos.* Deſiderabat .n. ipſa prius mori ſe cũ viro ſuo, quam Telemachus filiũ ſuum. Quid ergo debebat facere ipſa virgo ſanctiſſima. Et *ſi filius ſtultus mæſtitia eſt matris ſuæ.* Pro. 10. quia mater dolet demẽtia naturali etiã filij ſui, quod patiatur hoc vituperium; quid debeat agere mater piiſſima videns ſapientiſſimum filium ſuum tanquam ſtultiſſimum ab omnibus deſpici; & illudi? Quinto ſumme dolebat; quia ipſum iuuare non poterat. Magna eſt .n. conſolatio matri quando filium in ſua morte oſculari; & amplecti ac adiuuare poteſt. Hæc autẽ mœſtiſſima mater in nullo filium ſuũ poterat adiuuare. Audiebat ipſum dicentem, *Sitio,* Io. Et non valebat ei potum porrigere. Videbat eũm vulnerib. plenum; & non poterat vulnera alligare. Conſpiciebat ipſum ſanguine irrigatũ nec valebat linteo abſtergere. Caput male tenentem; nec poterat ſuſtentare. Ipſum cernebat in cruce flentem; nec valebat conſolari. Videbat ſanguinẽ eius in terra fluentẽ; & non poterat recolligere. Conſpiciebat ipſum luto ac immundicijs repletum; nec valebat mundificare. Videbat eum expirare; nec poterat oſculari, vel de cruce deponere. Vnde dicere poterat illud primo, Reg. 1. *Mulier infœlix nimis ego ſum.* Cum. n. diſcipuli fugiſſent, non habebat adiutores, vel conſiliatores in tantis anxietatib. Vnde dicere poterat illud Eccleſ. 56. *Reſpiciens etiam ad auxilium hominum, & non erat.* Non etiam habebat conſolatores. Vnde dicere poterat cũ Pſ. 58. *Suſtinui qui ſimul iter contriſtaretur & nõ fuit,* &c. Et iterum dicebat Deo cum eodem propheta. *Elongaſti à me amicum, & proximum; & notos meos à miſeria.* Et illud Iob 19. *Dereliquerunt me propinqui mei; & qui me nouerunt, obliti ſunt mei.* Exclamabat aũt B. V. cernens tanta dulciſſimi filij ſui tormenta, & dicebat illud Ber. in ſer. de paſſione

Dñi: *Caput Angelicis tremebundum ſpiritibus denſitate ſpinarum pungitur. Facies pulchra præ filiis hominum ſputis Iudæorum deturpatur. Oculi lucidiores ſole caligant in morte. Aures qui in cælo audiunt Angelicos cantus, audiunt peccatorum inſultus. Os quod docet Angelos, felle, aceto potatur. Pedes quorum ſcabellum adoratur, cruci clauo affiguntur: Manus quæ formauerunt cælos, ſunt in cruce extenſæ, & clauis affixæ; corpus verberatur: latus lancea perforatur. Et quid plura. Non remanſit in eo niſi lingua, vt pro peccatoribus exoraret. Luc. 23.* De his afflictionibus beatæ virginis loquẽs Aug. ſermone. 8. de paſſione Domini ait: *Iuxta crucem ſtabat Maria, conſiderans vultu benigno Chriſtum pendentem in crucis patibulo: pedibus innitens, manus leuabat amplexans crucem: ruens in oſcula eius: qua parte ſanguinis Chriſti vnda rigabat. Vt Chriſtum valeret amplecti cum non poterat, ſurſum volebat aſcendere.*

Sperat amor non nunquam quæ rarò fieri poſſunt. Sibi cedere cuncta amor impatiens credit. Volebat amplecti Chriſtum in alto pendentem: ſed manus fruſtra in ſe copioſa redibant: ſe leuans ſurſum e terra erigebat ad Chriſtum: & eum tangere cum nequiret manu, colldebat ad terram: & proſtrata iacebat immenſitate doloris depreſſa: ſed eam erigere magna vis amoris immenſi compellebat, impetu amoris ſurgebat intenſi quæ manibus cupiebat attractare Chriſtum. Cum vero vis non eſſet, deuicta dolore terram iterum petere cogebatur. hæc ille. Et quid mirũ ſi piiſſima virgo dolebat, & flebat in vnigeniti ſui morte cui cõpatiebãtur omnes creaturæ.

PARS TERTIA huius ſermonis, de multiplicitate dolorum B. Virg.

Maria dolor, de Circumciſione Chriſti.

MVltipliciter virgo glorioſa in hac vita fuit doloribus plena. Primo in circũciſione filii. Ipſe enim benedictus filius eius Ieſus ſicut prudens mercator volens emere naturam humanam precio ſui ſanguinis, vt de nobis poſſet dici illud 1. Pet. primo: *Non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis: ſed precioſo ſanguine Ieſu Chriſti.* In circũciſione ſua cœpit effundere ſanguinem ſuum in arrham pretii in die Paraſceues ſuper banchum crucis integraliter perſoluendi. Bonus n. mercator qui aliquid emit, primo dat arrhã in ſignũ rei ẽptæ: & poſtea facit plenã ſolutionem. Et ſimiliter Chriſtus in circunciſione effundẽs ſuũ ſacrum ſanguinem, fecit principiũ noſtræ redemptionis: & cœpit aperire portã paradiſi: Vt. n. ait Hiero. *Sanguis Chriſti clauis eſt paradiſi.* Debet igitur quilibet fidelis ei cõpati: ſciens quod maximum dolorẽ in ipſa ſanguinis effuſione ſentiebat. Vt. n. ſcriptũ eſt Leuit. 17. *Anima omnis carnis in ſanguine eſt.* Cogita ergo ô anima deuota quãto dolore debebat cruciari virgo piiſſima. Aliqui autẽ dicunt quod ipſa non erat præſens circunciſioni filii ſui. ſed ibi prope diuerſoriũ circũciſionis, quia mater non potuiſſet videre cruciari filium ſuũ: & carnem eius tenerrimã incidi. Sed tamen audiebat vocem filii lachrymãtis, & vagiẽtis ex dolore, vnde cũ lachrymis exclamat dicens. O fili mi chariſſime quã cito incipis pati, & cruciari. Alii vero dicũt quod erat præſẽs, vnde credẽdũ eſt quod ingẽti dolore afflicta eſt vidẽs incidi carnẽ illã delicatiſſimã, ac paſſibilẽ in ſũmo, ratione delicatiſſimæ cõplexionis, & teneritudinis, cũ eſſet ſolũ octo dierũ. Exiſtimo aũt quod ipſe dulcis paruulus in tãtis doloribus, & tormẽtis ſuis aſpiciebat matrẽ, & lachrymoſis vocibus, extẽſiſq; brachiis in materno ſinu foueri anhelabat. Ipſa vero cũ flẽte filio amaras fũdẽs lachrymas eũ quãtũ poterat cõſolari ſatagebat. O Maria qd facies in mõte caluariæ Quid ages cũ filiũ tuum videbis occiſum in crucis patibulo, non parũ de ſãguine effũdentẽ: ſed ex quinq; latis vulneribus riuos ſãguinis emittentẽ. Deſine nũc flere, expecta diem mortis ſuæ. Iſta tamen initia fuerũt tuorũ dolorũ. Circũciſo autẽ filio ipſum in brachiis ſuis pia virgo protinus accepit: eumq; ſuauiter amplexata eſt, & oſculata, atq; lachrymis ex compaſſione emanantib. vultum eius irrigauit, & ipſa ſimiliter lachrymis filii ſui genas ſuas madefecit, eiqne mammas, vt eius dolorem aliqualiter mitigaret, ſeu alteraret, ſugendas propinauit. Sed tamen à fletu continere non valebat. Cui benignus filius vt flere deſiſteret, annuebat. Ipſe tamen ex dolore inciſuræ lachrymas emittebat. Beata autẽ virgo ei dicebat: Ceſſa tu fili flere: & ego etiã ceſſabo: nõ. n. valeo lachrymas cõtinere, cũ video te plorare. Secũdo doluit B. V. in Ægyptiaca peregrinatione: quãdo. f. vt habetur Mat. 2. ꝓpter Herodis futurã perſecutionẽ neceſſe habuit fugere in Ægyptũ, ſicut Angelus in ſom-

Maria dolor in peregrinatione Ægyptiaca.

Digitized by Google

in ſomnis admonuit Ioſeph. Poſſumus.n.deuote meditari, quod Ioſeph ex ſomno conſurgens non ſine amaritudine dixit ſponſæ ſuæ virgini benedictæ. O virgo dulciſsima fugiamus repente, quia Herodes filium tuum perdere quęrit. O quantus timor tunc virgineam mentem inuaſit? quantus ve dolor cor ipſius benigniſsimum penetrauit. Puto.n. quod ſine mora filium in brachiis ſuſcipiens, lachrymātib. oculis ipſa delicata puella cum ipſo Ioſeph ad deſerta iter arripuit. Contemplare nunc anima deuota quot noctes duxerũt inſomnes, quot vicibus, ſitis æſtuabant ardore: quoties abſque cibo nocte vigilauerũt in remo timore latronũ, & ferarũ. Cõpatere anima deuota paruulo filio virginis ſic peregrinãti, & exulãti: compatere etiam matri eius, quæ in illa vaſta ſolitudine nunc terretur; nunc tremit, nũc faciem ipſius lachrymis rigat, nunc eum adorat: nunc eius deflet pœnalitates. O ſi poſsibile eſſet anguſtias virginis, quas paſſa eſt in eũdo in Ægyptum, & manendo ibi per ſeptem annos: quáſque neceſsitates paſſa fuerit inter illos idololatras Ægyptiacos, quas etiam afflictiones perpeſſa ſit in redeũdo poſt ſeptẽnium per illa deſerta, & periculoſa loca cũ paruulo Ieſu ſeptenni: profecto à lachrymis non poſſemus abſtinere. De hac autem peregrinatione loquens magiſter Iohannes Gerſon in ſua Ioſephina inquit.

Carmina Ioſephina Gerſonis de peregrin. Ægyptiaca.

Membra Ioſeph ſomno recreant defeſſa labore.
Corde vigil: iuſſa quæ nuntiat Angelus, audit
Triſtia: ſurge Ioſeph fili Dauid, accipe matrem.
Cum puero fuge, neu tardes, Ægyptia rura
Feſtinus pete: nam puerũ trux quęrit Herodes
Perdere: mox ſponſus humili ſtratu exilit; atque.
Virgineum ſponſæ thalamum mœſtiſsimus intrat.
Forte Maria Ieſum, quem cunis ſomnus habebat,
Tunc vigili blande cura deuota fouebat.
Vt vidit ſponſum, cui non mos nocte venire.
Inſtantis præſaga mali conclamitat: o vir.
En quid, id eſt: quid habes, quæ fert te ſors rogo pande.
Heu heu: ſurge cito, puerum rape, quęritur infans
Perdi: crede mihi: per reges ditus Herodes
Se dolet illuſum, propera; modo nuncius alto
Demiſſus cœlo iuſſus, nec fingo, repente.
Sic fieri: tibi nunc animi quid virgo fuiſſe
Crediderim? noua tunc, iuuenilque puerpera pauper,
Simplex ſueta domi, regionum neſcia; tales
Tete dum voces vrgent: ſed fiſa Deo: mox
Comploſis manibus, lachrymiſq; per ora volutis,
Triſtis vtrunq; genu ante ipſa cunabula nati.
Flectens te ſternis, ſtupido, fixoque parumper
Hæres intuitu: quem contemplata benigne.
Plurima corde gemis: tandem prorumpis amato.
Suſpirans animo, quid amor meus ô tener infans,
Ac vetti dilecte meiſquid tu, quid agemus?
Iſte tuus cuſtos: & ego qua parte feremur?
Quale patebit iter? vbi ſunt Gabriel tua dudum
Nuncia dicta mihi? Dominus ſedem dedit illi.
Crede dabit: Iacob ipſe domo regnabit in æuum.
En et in exilium flendi chariſſima, nõ eſt
Hora modo: vir protulit anxius effugiendum,
Parendumque Dei iuſſis: reducem bene ſpera.
Promiſit puerum, & faciet: quia dux via vita eſt.
Excitus his infans, oculiſque ſerenus apertis.
Iucundo viſus riſu cognoſcere matrem.
Tunc animũ ſtrinxit tenera pietatis imago.
Virgineum gladius pertranſiit intima cordis.
Mox ruit in faciem pueri: ſuauiſſime fili,
Acrius exclamat, ſingultans mater, abire.
Ac migrare ſtatim notos, patriamque, lareſque.
Linquere feſtini cogimur: non noſtra voluntas.
Sed Domini fiat: coniunx dilecta Ioſeph vir.
Grandæuus replicat: lacta, cuniſque reſolue,
Infantem pannis inuoluent, noſter aſellus,
A me ſternetur gerulus, puerique, tuique.
Nec mora: nocte fugam capiunt clam, clamq; recedunt.
Oſtiolis poſt ſe clauſis: nullaſque ſalutes,
Nulla vale tota vicinia chara recepit.
Mirandum maius inter ſpectacula quale.
Conſpicies anima? caſus nunquid fuit alter.
Aſperior? ſummaque magis pietate ſtupendus.
Ergo compatere ſaltem, pro cuius amore.
Omne fit hoc Deus eſt fugitiuus, & aduena pro te.
Virgo tenella, Ioſeph grauis æuo, vixq; bimeſtris
Infans, ignota peragrant, ac dura viarum.
Iam procul exterant. Nazareth: haud ſine multo.
Continuoque metu, neu quis ſentiret euntes.
Siue pedum ſtrepitu: ſeu flentis ad vbera matris.
Vagitu

Vagitu pueri, vel ab occurſu vigilantum,
Aut aſini rudıtu: latratu vè canino,
Vertice montis, ubi faciem conuerſa retorſit,
Virgo ſuam, ſimul ipſe Ioſeph: deuotus vtrinque.
Suſtulit; inde domum, villam, templumque ſalutant.
Dulce vale, natale ſolum, valeant & amici.
Tuque Hieroſolymis in Sion vertice templum;
Dixerat; hinc celeres pariter Ioſeph atque Maria.
Contorquent greſſus; & ſemita capta tenetur.
Veſpera deſeſſos ambos aſinumque laſſum.
Sera domi locat; in qua diuerticula villæ,
Commodiora Ioſeph reputauit, protinus vlnis.
Excepit puerum propriis; terraque reclinat.
Ipſe ſinu matris ereptum, vagit, & inde.
Vir dat opem dominæ ſatagens deſcendit aſello.
Collapſis faculis, hoſpes dat ſtabulum, paleaſque.
Augent ligna focum: gremio mox virgo receptum.
Faſciolis euoluens infantem, igne manuque.
Blanda contrectans refouet, &c.
Et infra.
Lux oritur, ſurgunt, incedunt limite cœpto.
Poſt iter emenſum diri, multique laboris.
De Procul inſpicitur quæſita terra Canopi,
Hinc horror ſubitus amborum corda pauorq;
Concutit; ipſa licet mens inconcuſſa reſiſtat.
Vir prior alloquitur ſponſam; cognoſco decora.
Quod ſis, o domina, gens iſta libidine feruens,
Fœdis vrgetur ſtimulis, ſi ſciuerit, vxor.
Quod mea ſis; mihi quid niſi mors o virgo paratur.
Atque pudicitia tibi diſcrimen; Pharaonis.
Ducat ad aſpectum mox te manus improba ſerui.
Sors indigna nimiò; quid facienus
Blande petit? fugimus, ne te vnum perdat Herodes.
Deſerimus dulceſque lares, charoſque propinquos.
Ecce quod irruimus in tanta pericula ſoli.
Ignoti, atque inopes; lingua ignari; Deus alme,
Nobis quid facere hoc voluiſti? quaſi Maria,
Filia dic mea ſit, hoc ætas credere verum
Suadebit; reliquum auxilio committo ſuperno.
Iure quidem dilecte Ioſeph nobis ita ſemper
Sperandum; ſicca lachrymas, trepidus pauor abſit:
Virgo refert; nonne memori nos mente tenemus.
Ætatis priſca miracula; qualiter Abram.
Qualiter & Saram Dominus ſaluauit; & auxit?
Eſt opportuno protector tempore ſummus, &c.
Et infra.
Plurimus hinc aditu explorator quolibet aſtat,
Inuigilans gentemque, locumque requirere ſolers:
Dum penetrare ſuos aliquis vult aduena fines,
Scire volens, vbinam virgo peperiſſe refertur.
Pene metum domina dixit, cui copia fandi
Prima fuit; faciem regis viſura beatam.
Ne reputa; tantum dic qua regione veniſtis.
O bone vir, coniux ne tua hæc, vel filia fare.
Quis pater infantis, qui formoſiſſimus alto
Sanguine ſe natum vultus ſplendore fatetur.
Pauca Ioſeph grataque refert doctiſſimus heros.
Vobis memphitici nullas impendere dignas
Sufficimus grates, quorum dignatio tantum
Pandit in occurſu primo ſolamen, opemque
Iſrael à terra nos ſors infeſta coegit.
Has oras petere; infelix quam cernitis huius
Infantis mater mihi filia ſola relicta eſt.
Namque pater pueri reſidet regione remota.
Fama loquax aulam regis cito garrula totam
Ægypti impleuit celebris veniſſe puellam,
Vrbe Hieroſolyma; cuius decor atque venuſtas
Tanta erat vt nil vltra cœtus clamitat omnis.
Ergo ſtatim veniat, veniat, videatur, adoret
Regem; ſitque ſuis vxoribus annumerata.
Vrbis in ingreſſum certatim cura videndi.
Conglomerat populos: variant hi verba viciſſim,
Hi mittunt ad regem; alij comitantur euntes,
Coram quo poſiti, tu virgo Ioſephque puerque,
Poplitibus flexis ſolitos deſertis honores.
Sit licet idolatra, ſit flagitioſus; in Chriſto
Solus adoratur Deus, à quo cuncta poteſtas.
At rex contemplatus eos, interprete lingua,
Multa petit, cauſaſque viæ, ſortem, genus, ortum.
Si qua præterea virgo peperiſſet Hebræa.
Virgo ſilet demiſſo oculo verbum capit heros.
Grandæuus, ſanctuſque mouet ſua ſpiritus ora.
Rex in ſempiternum viue, ſalus tibi: qui nos
Afflictos inopes oculo ſpectare benigno
Dignaris; tua ſit, qui condidit omnia merces,
Eſt nobis, o rex, tellus Galilæa propago.
Fertilis, & diues fuit: in qua nobile regnum,
Reges inſignes; ſed nil mortalibus vſquam
Tutum vel ſtabile eſt alienigena dominatu.
Nunc premitur: dicunt, tamen hic oracula vatum;
Regem venturum priſcorum ex ſanguine regum.
Quorum præcipui, Dauid, & Salomon numerantur.

Digitized by Google

Quot genuere pater Abraam, Iſaacque Iacobq;
Hac cui prædiues olim fuit hoſpita terra
Ad iter: ſed rex venio, qua compulit iſtum,
Et me cum puero fugitare ferocis Herodis
Imperium: qui cuncta timens, dareuit in omnes.
Et modo, dum regnet, confundit faſque, nefaſq;
Huius ebinde pater infantis cedere iuſſit.
Hanc miſeratus me dum comitem, parere moleſtũ,
Aufugimus noſtro per tot diſcrimina rerum.
Tot varios caſus: Deus huc nos appulit, o rex,
Ergo tuum per ſceptrum, & maieſtatis aſylum.
Regia per ſolium clementia recipit egenos,
Atque peregrinos miti tractare fauore.
Rex fer opem profugis: petit hunc infantulus iſte.
Cum gemitu petit hanc nouiter nupta puerpera
pauper.
Nulli nos crimine obteri, pateant neque gratis,
Sed partum proprijs in anchis quæſiſſe voluntas.
Rex iubet, extemplo detur domus, & locus aptus.
Nil durum fiat, vis nulla, iniuria nulla.
Porro monitor repetit; partus ſi virginis vllus
In Iuda fuerit: ita verbum temporat heros,
Vt neq; ſcire neget: neq; ſe cognoſſe reuelet.
Nuper ait varius ſuper hoc rumor fuit ortus.
Vrbe Hieroſolyma certatim turba ſacrorum,
Cauſa fuit relegens vatum reſponſa ſacrorum,
Tempus eis dubium: ſed præſtolatio certa.
Offert ſceptrum rex tangendum, munera donat,
Imperat vt ſubito, deducantur que domũ mox.
Aulica tota cohors reſonat, plaudit, benedicit.
Implet ruſſa loboribus, regem collaudat ouanter.
Cum fremitu vario. Ioſeph admiratur ab iſto.
Facundus laudat alter ſpeciem mulieris.
Alter compatitur puero, blanditque decoro.
O pater omnipotens quis non ſperauerit in te,
In cuius ſunt corda manu, regumque hominũq;
Quo vis flectis ea ſicut & lubricus anguis.
Plebs incompoſita, fugitiuos ſuſcipiunt, &
Aſpiciunt gratis animis, tractantque pudice.
Hoſpitium præbent, quo tu te virgo receptas,
Cum ſponſo, & puero pro ſeruo ſedes aſellus.
Ligna, cibum, menſam vir præparat: at pia mater
Infantem lactat, voluens balneat: inde.
In cunis aptans dormit, quas tempus in illud
Dat laudes, penitusq; quoties o corda leuarunt,
Cum manibus Domine poſt tanta pericula
tuti, &c.

Et infra prædictus doctor alloquitur Dominum Ieſum, & interrogat de modo ſuæ reſurrectionis de Ægypto, di.

Quis tibi ſeptenni puero modus in gradiendo
Tunc fuerit dubium eſt: baiulandus vtrique parenti,
Tu non appares ſat idoneus aſpera ferre.
Quomodo longa via diſpendia pes tener atque
Non iſſius tibi membra ſatis ſuffulta locaret.
Curriculus ne vehet: forſan te virgo Ieſumque
Conſcius in qualitmodo vir fabrefecerat vimi.
An ſuper ætatem diffudit gratia vires
In corpus, vt iter per agat breuiore diæta,
Virtus angelica nec deeſſe miniſtra putanda eſt,
&c.

Tertius dolor beatæ virginis fuit, quando in templo filius remanſit: & ipſa per triduum eũ cum maximo cruciatu quæſiuit, vnde inuento eo dixit: vt habetur Lu. 2. *Fili quid feciſti nobis ſic? pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* In quibus verbis ipſa expreſſit titulũ magni honoris, & effectum magni doloris. Magnus enim honor in hoc notatur quod eum vocat filiũ. Vnde Bern. ſuper miſſus eſt ait: *Ecce Mariæ priuilegium. Quis enim hoc audeat angelorum: ſufficit enim eis, & pro magno habent quod cum ſint ſpiritus ex conditione, & gratia facti ſunt angeli, i. nuntiũ Dei. Maria vero Deum maieſtatis, & Dominum angelorum ſuum appellauit filiũ, di. Fili quid feciſti nobis ſic?* Dolorem autem expreſſit cum ſubdidit: *Ecce pater tuus* &c. Iſte autem dolor cauſabatur ex triplici timore. Vnus erat ſecundum Origenem: quia timebat ne Iudæos tanquã indignos reliquiſſet: & ad prædicãdũ gẽtibus lõge receſſiſſet. Secũdus erat ſecundũ eundem Orig. quia timebat ne ad patrem, qui miſerat eum, rediiſſet: & ſic humanam redemptionem ſic exigentibus demeritis generis humani non feciſſet. Tertius erat: quia timebat ne in manibus filiorũ Herodis deueniſſet. Vt n. ait Ouid. in epiſtolis. *Res eſt ſolliciti plena timoris amor.* Vnde inquit glo. ſuper Lu. *Metuebat B. virgo ne quod Herodes in eius infantia patrare quæſierat, hoc Archelaus in ipſius pueritia inuenta opportunitate perficeret.* De iſto autẽ dolore virginis, & Ioſeph tractat magiſter. Io. Gerſon in ſua Ioſephina, dicens Domino Ieſu in perſona virginis, & Ioſeph, quando repererunt eum in templo.

Fili quid nobis feciſti perdite totum
Per triduũ? nam me nimis anxia cura coquebat,
Atque dolor validus, rurſus ne perderet vt te,
Quærerat impius Archelaus charisſime, fama tyranni.
Quid me putas epiſcopo? prima dum nocte dixi.
Vna domus recipit nos ambos te ſine fili.

Doluit Maria in triduana perditione filij.

Fit nobis nox vna vigil, flemusq; precantes.
Primo mane cito conſurgimus atq; propinquos
Nunc hos, nunc illos inter te quærere cura eſt.
Teq; dic tota fili non inuenientes,
Quando tertia lux oritur, repedamus ad vrbem,
Heu nimium triſtes, defeſſus anhelat vterque.
Iſtum ſed remouet inuento læta dolorem.
Oramus fili ne taliter egeris vltra.
Non faciam: remanebo domi, parebo; vobis,
Reſpōdit puer &c. Multos alios dolores habuit B. virgo in præſenti vita: vt quando neceſſe habuit exiſtens grauidā, & vicinā partui; proficiſci ad ciuitatem Bethleemiticam: & ibi cū multis incommodis, & ſine hoſpitio condecenti ſtare, & filium ſuum ibi parere: de quo quia ſatis dixi in 7. parte principali huius operis, hic pertranſeo. Similiter non declarabo hic dolorem, quem habuit de morte Ioſeph: de quo dixi in 5. parte prin. huius operis in ſermone deſponſationis eius. Non etiam referā dolorem, quem habuit quando filio ſuo aſcēdente in cœlum ipſa in miſeriis huius mundi remanſit, de quo dicam in 11. parte prin. huius operis ſer. 1. Item pertranſibo dolores, quos paſſa eſt propter tribulationes ei datas à Iudæis; de quibus dixi in 4. parte princi. huius operis. Solum referam alias duas afflictiones, quas habuit propter compaſſionem filii: quarū prima quæ eſt quarta in ordine fuit in eius paſſione: Vnde Ambro. ſuper Lu. ait: *Quāuis multa tribulationes trāſfoderint animā Mariæ, tamen illa ſpecialiter materna transfixit viſcera Domino in cruce moriente: de qua prædixit Simeon: & tuam ipſius animam pertrāſibit gladius. tanquam ſi diceret: Materna tua viſcera hic gladio tribulationis trāſuerberaberit. Videbis in cruce pendentem quem Angelo nunciante in virginitate permanens filium édidiſti.* Et ibidem etiam ait ipſe Ambro. *Denique illo pendente in cruce Iudæi præſentes vt deſcenderet; inſultabant, apoſtoli fugientes de cruce illū deſcendere poſſe non credebant. Quæ vt vidit Maria: neceſſe fuit materna pia; viſcera ex eius compaſſione gladio tribulationis transfigi.* Sed vt intelligere valeamus quantus in ea fuerit dolor: videamus quantus in illa fuerit amor ad ipſum filium. Cum enim non ſolum homines, ſed etiā omnia alia animalia naturalia diligant filios ſuos. 8. Ethi. profecto amor ipſius virginis erga filiū ſuū fuit inexplicabilis: quia ipſe Dominus Ieſus erat totus ipſius virginis filius ſine parte carnali. Vnde amor qui debet eſſe in patre, & matre ad filiū; totus erat in ſola virgine erga ſuum vnigenitum; virtus autem vnita fortior eſt diſperſa; vt dicitur in li. de cau. Item cum ſuper omnes creaturas diligebat, quem ſciebat ſe diligere ſuper omnes creaturas; & eſſe ſuum creatorem; vnde tanto affectu amoris eius afficiebatur, vt mirū ſit quod ex tanti amoris ardore non ſit liquefacta: vbi autem eſt maior amor, ibi etiam ſequitur maior dolor de malo dilecti. Cum igitur inuenti fuerint aliqui parentes qui tantum doluerūt de morte filiorum quod ipſi expirauerunt; quid putandum eſt doloris ſenſiſſe ipſam piiſſimam matrem in tam horribili ſui filij occiſione? *nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit.* ad Eph. 5. Conſiderate vos piæ matres quo dolore anguſtiaremini, ſi vnigenitum filium veſtrum ſanctum, gratioſum, iuuenemque omnibus virtutibus plenum ſic crudeliter in conſpectu veſtro mactari videretis? Magnæ autem compaſſionis fuit mors Chriſti, quia Iudæi, qui ei viuo non pepercerunt: etiā mortuo miſereri noluerunt: ſed vnus eorū lācea latus eius iam mortui transfixit: de quo ipſe conquerendi. Iob. 16. *Concidit me vulnere ſuper vulnus: & irruit in me quaſi gigas.* Et Ber. in quodam ſer. ad matrem eius conuerſus ait *Vere ô virgo animam tuam gladius pertranſiuit: quando crudelis lācea filio tuo iam mortuo latus aperuit.* Ex quib. omnibus patet, quod ipſa B. V. multipliciter paſſa eſt martyriū: quia ait Ber. vbi ſup. omnem ſenſum corporeç paſſionis exceſſit affectus ſuæ compaſſionis. Aliud quoq; martyrij genus paſſa eſt ex filij commutatione; quando ei dixit Ieſus in cruce; vt habetur Iohān. 19. *Mulier ecce filius tuus.* de quo Ber. vbi ſup. ait: *An non plus quam gladius fuit ſermo ille; reuera fuit pertranſiens vsque ad diuiſionem animæ; & ſpiritus. O inequa commutatio; Iohannes pro Ieſu traditur; ſeruus pro Domino; diſcipulus pro magiſtro; filius Zebedæi pro filio Dei; purus homo, pro vero Deo. Quomodo vere tuā affectuoſiſſimam animam non pertranſiuit hæc auditio, quando & noſtra licet ſaxea: licet ferrea pectora, ſola ſcindit recordatio.* Et Anſel. inquit: *Domina noſtra quibus ſingultibus æſtimabo puriſſimum pectus tuum vexatum eſſe, cum audires: Mulier, ecce, filius tuus.* Quanto quoque dolore cruciata ſit, cum iniquiſſimus Barrabas latro præpoſitus fuit in

Vbi maior amor, ibi maior dolor de malo dilecti.

Digitized by Google

liberatione ſuo filio benedicto, quis enarrabit? Æſtimo autem quod cũ eiulatu maximo exclamauit ſentiens ſuũ dulciſſimum Ieſum ipſi crudeliſſimo homicidæ poſtponi di. O inrectum cambium; ô iniquum iudiciũ; bonus deſpicitur, & iniquus poſtulatur; iuſtus punitur, & peccator liberatur; agnus occiditur, & lupus acceptatur; vita delctitur, & mors celebratur. Martyrium etiam paſſa eſt voluntatis, quia tantum dolebat ex compaſſione dãnationis humani generis, quod pro redemptione eius parata erat & deſiderabat in cruce mori cum filio ſi opus fuiſſet. Vnde Ambro. vbi ſup. ait: *Virgo Maria fugientibus Apoſtolis ante crucem ſtabat; & pijs oculis vulnera Chriſti ſpectabat. Et quia cognouerat per eius mortem mundi redemptionem futuram putabat aula regalis ſe ſua morte publico muneri aliquid addituram. Sed ipſe Chriſtus qui factus eſt ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber, ſuſcepit quidem maternum affectum; ſed non quæſiuit auxilium.* Paſſa quoque fuit ſacratiſſima virgo martyriũ macerationis. In tantum enim in filij paſſione corpus ſuum, & omnia membra macerauit quod quodammodo martyrium ſibi intulit, vt ait magiſter Iacobus de Voragine in ſuo lib. B. V. in verbo martyrium, vbi allegat Aug. ſic dicẽtem. *Ipſa quippe pia mater immani dolore tiubans, pectoraque delicata contundens, ita ipſa viſcera, cæteraque fatigauerat membra, vt iam deficiens ad Chriſti funus vix potuerit peruenire.*

Martyriũ Maria habuit 4. conditiones.

Prædictus etiam doctor vbi ſupra, dicit quod martyrium ipſius virginis habuit quatuor cõditiones graues; quia in mente martyrizata eſt. Vnde atrocius paſſa eſt dũ paſſionis Chriſti gladium in anima ſua ſuſtinuit, quã ſi corporaliter perempta eſſet, vt ait Hier. ad Euſto. Item quia eius dolor non fuit particularis, ſed vniuerſalis, quia totam animam repleuit, & nulla in eius corde remanſit particula, quæ doloribus non fuerit plena. Vnde Hiero. vbi ſupra, ait: *Conſtat nempe quod Maria in tantum doluit, vt totam animam eius pertranſiret, ac poſſideret vis doloris ad teſtimonium eximiæ dilectionis. Item quia eius dolor non fuit ſuperficialis, ſed præcordialis, nam vſque ad cordis intima pertrãſiuit.* Nec mirum, quia mortem Chriſti fecerant ſuam. Vnde Hiero. vbi ſupra, inquit: *Eius nimirum dilectio morte fortior extitit, quia mortẽ Chriſti ſuam fecit. Item quia eius dolor non fuit momentaneus, ſed diuturnus. Nam etiam poſt filij reſurrectionem, & aſcenſionem eius paſſiones in memoria retinebat, & ſine magno doloris gladio de eis recordari non poterat. Vnde dicebat illud Can. 1 Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Faſciculum myrrhæ vocat collectionem amaritudinũ, & paſſionum Chriſti, quas ipſa inter vbera animæ, id eſt, in memoria deferebat. Et ex his vulnerabatur præ dolore, cruciabatur præ amore, & æſtuabat præ deſiderio, & maxima compaſſione*, hęc ille. Vltimus dolor B. V. explicandus in præſenti ſerm. dicitur ſepelitionis filij ſui. Non autem ſine cordis teneritudine poſſumus memoriæ cõmẽdare pœnam, & afflictionem, imo gladios, & lanceas dolorum cor ipſius virginis penetrantes in filij ſui ſepultura. Vnde contemplantur quidam deuoti, quod cum B. V. ſtaret iuxta crucem Ieſu filij ſui iam defuncti, ibiq; aſſociato Iohanne Euangeliſta, & Magdalena, & aliis deuotis mulieribus amariſſimè deploraret, & iam ſero appropinquante cogitaret, quomodo filij ſui corpus de cruce deponeret, ecce quod vidit à longe venire Nicodemum, & Ioſeph ab Arimathia cum ſcalis, & malleis, cæteriſque inſtrumẽtis idoneis ad deponẽdum corpus, libraſque centũ myrrhæ, & aloes ad vngendum, ſeu inuoluendum cum eis ipſum corpus Ieſu, quos illa conſpiciens, & quia pręmultitudine lachrymarum eius oculi caligabant, nõ cognoſcens, cœpit valde expaueſcere, dubitans ne eſſent ſcribæ, & Phariſæi venientes, vt de corpore filij ſui ſic mortui etiam diuerſas ſtrages facerent, trahentes illud per totam ciuitatem, ſicut magnis malefactoribus fieri conſueuit, quæ pauore perterrita, ad Iohannem, & ſocias dixit, heu mihi, quia canes rabidi Iudæi veniunt nondum ſaturati morte crudeliſſima filij mei, vt corpori eius noua opprobria inferant, & his dictis in terram ſemimortua collapſa eſt. Quam circundantibus Mariis, & eam ſicut melius poterant confortantibus, interim B. Iohannes & ipſe pauefactus, aliquãtiſper obuiam illis perrexit, vt videret, & intelligeret ad quid peragendum cum illis ſcalis venirent. Cum vero cognouiſſet Nicodemum, & ipſum Ioſeph, ſtatim ad ipſam virginem cucurrit conſolans eam, & di. Bono animo eſtote domina, & mater mea. Illi enim qui veniunt ſunt diſcipuli filij veſtri, ac magiſtri, ac Domini mei, qui ad auxilium noſtrum veniunt; vnus enim eſt Nicode-

Doluit vltimo Maria in Chriſti ſepelitione.

Digitized by Google

codemus amicus noſter, alter Ioſeph ab Arimathia, qui licentiam ſepeliendi Dominum obtinuit à Pilato. Ex quibus verbis benedicta aliquantulum recreata ſurrexit. Aduenientes ergo prædicti viri deuoti, nigris, vt pie creditur, veſtibus induti, primo quidem filium Dei in cruce pendentem genu flexi adorauerunt cum ploratu magno. Deinde euntes vt viſitarent virginem piiſſimam, videnteſque ipſam mœſtiſſimam matrem ſqualidam, & afflictã, & totam lachrymis madefactam, cœperunt lachrymas emittere, & gemitus, nihil præ dolore loqui valentes, demum aliqualiter ſpiritus reſumentes, poſtquam benedictæ virgini lachrymoſis verbis condoluerunt de morte filij, ad petitionem virginis ipſum corpus ſanctiſſimum de cruce depoſuerunt. Conſidera igitur anima deuota, & diligenter attende depoſitionis modum. Ponuntur duæ ſcalæ à lateribus crucis oppoſitæ. Ioſeph aſcendit ſcalam lateris dextri, & Nicodemus aſcendit ſcalam ſiniſtri lateris. Ioſeph igitur reuerenter extrahit clauum manus dextræ, poſtmodum Nicodemus extrahit alium manus ſiniſtræ. Deinde deſcendit Nicodemus, & venit ad clauum pedis. Ioſeph vero ſuſtẽtabat corpus Domini. Tunc piiſſima mater, quæ ſtabat pedib. quantum poterat eleuata, brachiiſque extenſis vt filium in ſinu ſuo reciperet. Primo manum dextram pendentem ſuſcepit tenerẽter, poſuitque ad vultum ſuum intime deoſculãs eam cum lachrymis, & validis ſuſpiriis, dicebatque verba tanta compaſſione digna, quod etiam ſaxea corda ad pietatem flectere potuiſſent. Euulſo autem clauo pedum pauliſper deſcendit Ioſeph, & ipſa benedicta virgo accepit corpus filij ſuis in brachiis, & illud tenerrime oſculabatur, poſtmodum in terram ſedens ponit illud in gremio, & oſculabatur nunc caput, nunc manus, nunc os, nunc pedes, nunc vulnus lateris; omneſque eius plagas amaris lachrymis lauabat plorantibus omnibus qui aſtabant. Et hæc quaſi omnia ponit Ber. in ſer. de planctu virginis di *Stabat Maria leuans brachia in altum: & cum tangere eũ valuit, caput, manus & brachia eius dependentia trahebat ſupra triſte pectus ſuum, atque in oſcula, & amplexus ruẽs; de ſuo dilecto licet extincto ſatiari non poterat. Sed dum de cruce in terrã corpus depoſitum fuit, ſuper ipſum ruens præ incontinentia doloris, & immenſitate amoris quaſi mortua ſtabat. Stabat ad corpus extincti filij ſui mater Maria lachrymis faciem rigans, ac per diuerſa torquebatur ſuſpiria. frontemque, & genas, oculoſque, & ora frequentius oſculabatur ipſius, lachrymarumque tanta vbertas effluebat, vt carnem cum ſpiritu omnem in lachrymas diſſolui putares*, hæc ille. Magiſter autem Iac. de voragine, vbi ſupra, ait: *Veſpere autem depoſitum ſacratiſſimum corpus per Nicodemum, & Ioſeph ſuſcipiens in gremio mater, quot lachrymarum flumina, quam amariſſimos ſingultus, quam alta ſuſpiria, quæ verba mæſtitia plena ex ea proceſſerint quis poſſet exprimere, cum ſingula membra perquireret tam dire cruciata, tam turpiter deluſa oſcularetur, & lachrymis irrigaret, ſociatã Maria Magd. & aliis Mariis, & deuotis mulierib. Cum autem ſero factum eſſet: deuoti homines pie, & deuote corpus illud de brachiis matris accipientes poſuerunt in monumento mente conſepulta cum eo.* hæc ille. Ego autem arbitror quod adueniẽte nocte ipſa benedicta virgo ſæpius rogata fuit, vt eis traderet corpus filij ſepeliendum. Sed ipſa dicebat, dimittite me hic mori cum filio meo: vel ſaltem permittite me iterũ oſculari eum, & tunc oſculabatur loca clauorum, tangebat coronam ſpineam, multoſque magnæ compaſſionis actus faciebat: atque ad filium dicebat: O fili dilectiſſime, cur mihi nõ loqueris? nonne hoc eſt os illud benedictum, quod Iudæis ſic dulciter prædicabat? nonne iſtæ ſunt illę manus, quæ tanta miracula faciebant? nonne iſti ſunt illi pedes, quorum ſcabellum adoratur? o fili dulciſſime, vbi eſt ille tam delectabilis aſpectus? vbi vultus tuus lætus, & iucundus? vbi eſt facies illa ſerena? vbi eſt viſus ille amabilis? o fili mi ſpecioſe præ filiis hominum, quomodo factus eſt deformis, & opprobrium hominum? vbi eſt o fili loquela tua ſuauis, & conuerſatio manſueta? quare remanet ſine filio mater? qualis erit vita mea ſine te fili mi? Tu mihi pater eras, tu mihi mater, tu mihi frater, tu mihi ſponſus, tu mihi blandus filius: tu meæ delicię, tu mea gloria, tu mihi omnia eras fili mi. In his vel ſimilibus lachrymoſis fletibus perſeuerante ipſa mœſtiſſima virgine, quadam ſancta importunitate inſtabat Magd. & alij, vt corpus illud ſacratiſſimum tradi permitteret ſepulturæ propter ſuperuenientem noctem, quib. tandem conſentiens, & corpus à ſuis brachiis abſtrahi permittens, poſt modicum rogabat,

Digitized by Google

vt iterum dimitterent illud ſemel oſculari, & poſtea illud eis tradere differebat, & tandem traditum iterum repetebat, & toties præ teneritudine deficiebat, quoties dabat, vel accipiebat, tandem ſepultum fuit, & manib. propriis ab ipſa virgine in ſepulchro coaptatum, quia vt inquit glo. in c. vbicunq;. 13. q. 3. cubant melius *manibus tumulata ſuorum*. De hac autem ſepultura inquit deuotus Vbet. de Caſa. l. 4. c. 26. *Vbertin. de Caſali de ſepultura Chriſti.* *Cogita anima deuota ſi corpus illud fuit à ſanguine lotum, vt conditura aromatum eſſet idoneum, illamque loturam ſanguinis bibe cum amoris dulcore: tunc teipſam totam in aquam conuerte, vt merearis illi ſacro corpori applicari, cogita quanto affectu illa ſancta mulieres ſibi ſedulè miniſtrantes dum viueret, illud ſacrum corpus nitebantur contingere, & ſe maternis fletibus ſociare, ſed & ille dilectus Iohannes experti amoris memoria, & corporalis aſpectus fixura dolorum pariter perfuſus: totum ſe lamento ſacri corporis, & quali poterat refrigerio ſuſpiriis maternis exhibebat, vnde puto quod iſtorum prolongatione fletuum, & deuotorum luctaminum, quibus mater à filij corpore auelli non poterat, & quibus ipſa illorum corda voluntquebat in lachrymas, vſq; ad horam completorij eſt ſepultura protracta, vt hora cõpletorij pro tardius accipiatur. Veſperis ante ſolis occaſum, vt quaſi poſſis dici ſepultus in veſperis.* Piam autem concertationem dilationis ſepulturæ inter deuotam virginem, & aduenientes diſcipulos, deuotus lamentator paſſionis Ieſu, & eximius doctor Bernardus in quodam deſcribit tractatu de ſacræ virginis planctu: *Terminato autem ſepulturæ officio, cogita cum quantis geſtibus ipſum ſacrum ſaxum ſepulchri materna complectebãtur brachia, rigabãt oculi, oſculabantur labia, & totus geſtus corporis intra ſua præcordia abſorbere videbatur ſepulchrum, amplectere ſepulcrum pia mater, & ſuper ipſum ingemina iterata ſuſpiria in tuo receſſu, ipſumq; in tuo dolore aſporta*, hæc ille. Lodulphus autem Chartuſiẽ. prædicta omnia confirmans, & latius explicans in lib. meditationum vitæ Ieſu Chriſti par. 2. c. 65. ait: *Hora veſpertina meditaberis mente lugubri, & lachrymabili quomodo mater Domini, & alij quatuor ſtant prope crucem neſcientes quid facere debeãt, corpus enim deponere, & ſepelire nõ poſſunt, quia nec vires ſufficientes habent, nec inſtrumẽta quib. deponant, recedere autem eo ſic manente non audent, & diu manere nocte appropinquante non valent: vide in quanta ſunt perplexitate, & eis corde compatere. Interim autem Ioſeph ab Arimathia ciuitate Iudæ: decem leucis ab Hieruſalẽ diſtante, antiquitus dicta Ramatha, vnde fuerũt Helcana, & Anna parentes Samuelis, diues & nobilis genere: & decurio, id eſt, de ordine curiæ, & officia curiæ imperij Romanorum adminiſtrans, vir bonus in ſe quoad Deum, & iuſtus quoad proximum, ac diſcipulus Ieſu, non de 12. vel 72. ſed de multis alijs credentibus, quia omnes credentes à principio diſcipuli vocabantur: ſed occultus propter metum Iudæorũ ne de ſynagoga expelleretur, qui non conſenſerat neci Domini, & actibus, & conſilijs aliorum Chriſtum perſequentium, qui & ipſe ſicut & alij diſcipuli expectabant, ſcilicet certitudine ſpei regnum Dei non temporale, & terrenum ſed cæleſte, & æternum, id eſt, regnum cælorum à Chriſto diſcipulis promiſſum, venit ad ſepeliendum Chriſtum antequam intraret ſabbatum, in quo talia facere non erat licitum, quia enim erat diſcipulus Domini, ideo curam de corpore eius habere voluit: vt cum honore ſepeliretur, & non ſicut damnati corpus proijceretur, hac virtute ſanguinis Chriſti iam fuſi roboratus audacter omni timore depoſito, & confidenter introiuit ad Pilatum, nec Iudæorum timens inimicitias, nec Pilati poteſtatem. & petiit magno opere, vt de eius licentia tolleret corpus Ieſu de cruce: & ſepeliret illud honorifice, hoc præferens omni theſauro quantumlibet precioſo. Petijt autem hoc ſibi concedi, quia ſecundum leges humanas corpora damnatorum non debent ſine licentia deponi, vel ſepeliri, & permiſit Pilatus, tum propter petentis reuerentiam, tum propter Chriſti innocentiam ſibi notam, & quia plura in morte eius viderat miracula.* In quadam autem hiſtoria habetur, quod Ioſeph ſeruierat quinque annis Pilato, & pro ſeruitio petiit, & obtinuit corpꝰ Ieſu ab eo Fuit autem autem hic ſæcularis dignitatis Ioſeph mentio, non quod Euãgeliſta hanc commendet, ſed quia ad præſidem niſi talis accedere non poterat. Quia ergo diues erat, valde inſignis, ac Pilato notus, & familiaris, potuit de facili ad Pilatum intrare, & ab eo impetrare. Quia vero bonꝰ, & iuſtꝰ, dignꝰ fuit hoc myſterio, & meruit corpus Ieſu ſepelire. Vñ Beda, *Magna quidem Ioſeph iſta dignitatis apud ſeculum, ſed maioris apud Deũ meriti fuiſſe laudatur, vt & per iuſtitiam meritorum ſepeliendo corpore Dominico dignus foret, & per nobilitatẽ*

Ioſeph ab Arimathia quis, & quo potiit corpus Ieſu ad ſepeliẽdum.

Cur Euãg. faciat mentionem dignitatis Ioſeph.

potentia

Digitized by Google

potentia ſæcularis idem corpus accipere poſſet. Nõ n. quilibet ignotus, aut mediocris ad præſidẽ accedere, & crucifixi corp' poterat impetrare. Vñ & Aug. *Ioſeph fiducia dignitatis qua præditus erat familiariter intrauit ad Pilatũ. Iã minus curans de Iudæis quamuis antea in audiendo Domino deuitaret inimicitias eorũ.* Vnde etiã Greg. *Fuerat quandoque Ioſeph occultus Chriſti diſcipulus, deinque vincula timoris, rumpens, feruentior factus: Dominicum corpus turpiter pendẽs à ligno depoſuit, comparans precioſam margaritam verborum modeſtia.* Conſidera nunc fortitudinem Ioſeph, quia non ſolum audet corpus Chriſti petere, ſed etiam ſepelire, ſicut homo poteſtatem habens plus ex virtute quam ex adiutoribus. Vnde Chryſ. *Inſpice autem huius viri fortitudinem. In mortis n. periculũ ſe tradidit, inimicitiam ad omnes aſſumẽns propter beneuolentiam Chriſti.* Vnde & Theoph. *Audet auſum laudabilem, non n. cogitauit: A Iudæis decidam, & expellar à Iudæis, ſi corpus petam eius qui eſt condemnatus,* hęc Theo. Qui ergo prius imperfectione meticuloſus, & occultus diſcipulus Dñi fuerat propter metum Iudæorum, vitans tunc inimicitias eorũ, nunc exemplo mortis Chriſti animatus, ac virtutis etiã vigore auctus manifeſtat ſe, ac palã, & facto confitetur, ac oſtendit Chriſti diſcipulum petendo eius ſepulturam, & exequendo minus curans de illis in hoc extremo officio. Conceſſo autẽ ſibi corpore: vocauit ad ſe quendam nomine

De Nicodemo.

Nicodemum virũ ſapientem & legiſperitum, ſimiliter diſcipulum Chriſti occultũ. Ioſeph igitur mercatus ſindonẽ, i. pannum lineũ candentẽ, & mundum, venit ad crucifixionis locũ portans ſecum inſtrumenta, quib. clauis euulſis corpus de cruce deponeret, & ipſam ſindonem qua ipſum inuolueret. Iſte autem pãnus mundus, & candidus innocentiã Dñi, & lilioſam ſignificat caſtitatẽ, vt qui rubricatus fuerat ſanguine paſſionis: candidaretur ſindone innocentiſſimæ caſtitatis. Vnde dicitur in cãticis: *Dilectus meus candidus, & rubicũdus.* Venit ergo Nicodemus cũ eo qui prius timidus nocte ad Ieſum venerat, ſ. ante paſſionẽ ferens ſecum mixturã myrrhæ, & aloes libras quaſi centũ ad ipſum condiendũ, quia hæc ſua amaritudine arcent vermes à corporib. mortuorũ, & quã plurimũ ea conſeruant, nec cito corruptioni ſubiici permittunt. Iſte ante paſſionem Chriſti erat eius diſcipulus, ſed occultus. Poſt paſſionem vero manifeſtauit ſe, & factus eſt publicus: ſed nondum habebat verã fidem de reſurrectione, quia attulit myrrham, & aloen, quaſi corpus eius muniri indigeret à putredine, licet ex deuotione iſtã vnctionem faceret. Corpus. n. Chriſti non indigebat vnctione cõſeruante contra putrefactionem. Scriptũ nãq; eſt. *Non dabis ſanctum tuũ videre corruptionem.* Vnde Chryſ. *Adhuc. n. vt de nudo homine diſponebant: ſed tamen multã dilectionem demonſtrabant,* & loquitur de Nicodemo, & Ioſeph. Per Ioſeph autem, qui interpretatur accreſcens, ſignificatur perſona creſcens in virtutibus, quæ corpus Domini poſtulat, quando pro digna receptione Euchariſtiæ Deum ſuppliciter orat. Per Nicodemũ vero legis peritum ſignificatur doctor bonus ferens mixturam, id eſt, doctrinam ex autoritatib. ſacræ ſcripturæ cõfectam, ad vngendum corpus Chriſti myſticũ ad eius ſalutẽ. In ſindone etiã munda paupertas notatur, & in aromatib. virtutum varietas deſignatur. Fœlix talis conſcientia cui nõ deficit beatitudo paupertatis contra mundum, mundicia caſtitatis contra carnem, & fragrãtia virtutum contra diabolum. Cum autẽ Ioſeph, & Nicodemus fuerunt prope crucifixionis locum, genua flectẽtes adorauerunt Dñm. Quos dum vidit mater volẽtes deponere corpus, quaſi de morte conſurgens paululum reuixit ſpiritus eius, & applicantes recepti fuerunt per eã reuerẽter, & parauerũt ſe ad deponendũ, cũ quib ipſa ꝙ poterat miniſtrabat ad iutorium. Corpore autem Domini in terram depoſito, Domina ſuſcepit caput cum ſcapulis ſuis in gremio. Magdalena vero pedes apud quos olim tantam gratiam inuenerat. Alij autem circumſtabant, & planctum magnum faciebant. Cõſidera quomodo fæliciſſimus Ioſeph brachiis corpus amplectitur, ac ſuo ſtringit pectori, & quã dulciter, quamq; diligenter B. Nicodemus ſacratiſſima mẽbra eius tractat digitis; & fouet vnguentis, vt ait Anſel. Venies & tu charisſime deuotis greſſibus, & ſpiritualibus acceſſibus ad deponendum Dñm Deũ tuum de cruce, & ad plangendum eum cum ſua benedicta matre, & dicas: Deus meus bone Ieſu, concede mihi: vt qui cum matre tua, & aliis qui tunc aderant, corpore intereſſe, & ea facere non merui, fideli tamen deuotione hæc eadẽ mente pertractans illũ ad te Deum pro me crucifixũ, & mortuũ cõpaſsionis affe-

Qui ſint Ioſeph, & Nicodemus moraliter.

ctum-

Digitized by Google

Quum experiar, quem innocens mater tua, & pœnitẽs Magdalena in ipſa paſſionis tuæ hora ſenſerunt. Et ſciendum, quod quamuis iſta depoſitio Domini de cruce non fuerit ſibi in pœnam, quia corpus erat exanime. Iſtud tamẽ factũ depoſitionis in ſe valde miſerabile fuit, & lamentabilè, quod videlicet corpus tantæ nobilitatis tanquam cadauer tractabatur, & B. Virgo, quæ ibi aderat, pœnam in hoc facto ſenſit maximam. Ex hoc autem articulo depoſitionis Domini de cruce habetur duo documenta. Primum eſt quod fideles communicantes, & accipientes corpus Domini de altari, æquiparantur illis qui ipſum depoſuerũt de cruce: par enim eſt, immo plus Chriſti corpus ſumere de ara altaris, quam de ara crucis. Illi enim acceperunt eum in brachiis, & manibus, ſed iſti ſumunt in ore, & cordibus; Secundum documentum eſt, quod & nos debemus libenter Chriſtum cum Ioſeph de cruce deponere. Quamdiu enim peccator in peccatis eſt, Chriſtum in cruce diſtentum quantum in ſe eſt, vinculat, & crucifigit. Peccata enim noſtra fuerunt cauſa quod Chriſtus crucifixus eſt. Sed mox cum per pœnitentiam ad Deum cõuertitur, ipſum de cruce ſoluit, & deponit, & inter brachia ſua ipſum recipit. Vnde ſicut quis complectens aliquem inter ſua brachia poteſt facere de eo quicquid vult, maxime ſi ille non repugnet. Sic peccator conuerſus per pœnitentiam, cõſtringens iam Chriſtum brachiis amoris, potens eſt de eo omnia quæ voluerit obtinere. Nequaquã enim Chriſtus repugnat pœnitenti, ſed paratior eſt ad dandum gratiam quam ille ad recipiendum. Ad conformandum autem ſe huic articulo recogitet homo quam lamentabile factum fuit quod tale corpus, quod erat Deus, ſic tractaretur ad modum cadaueris, & quod corona gloriæ iacuit ſic ſupina, & proſtrata in terra, qualem etiam planctum tunc B. Virgo fecerit ſuper corpus dilecti. Poſt aliquam vero morulam rogat Ioſeph dominam, vt permittat corpus Domini perungi, ac linteaminibus inuolui, & ſepeliri. Ipſa vero contendebat dicens: Nolite amici mei tam cito mihi filium meum auferre. Illum adhuc paululum relinquite mihi, vt faciem ipſius valeam contemplari, & videndo inde aliquantulum conſolari. Illi volebant eum tradere ſepulturæ, & ipſa volebat eum retinere, & ſic erat hæc pia lis, & miſeranda contentio inter eos. Flebat illa lachrymis irremediabilibus, rigabat lachrymis faciem, & extincti filij corpus, & perfundebat vndique plagas eius, lapidem quoq; quo corpus eius poſitum, & locatum fuerat, lachrymis madebat: in quo adhuc lachrymarum eius indicia apparere dicuntur, qui nunc in ingreſſu Eccleſię ſancti ſepulcri eſſe memorantur. Lauit, & terſit vulnera eius cruentata, & oſculabatur ea, & faciem eius ſacratiſſimã. Aſpiciebat vulnera corporis, & vultum eius, & caput, videbat ſpinarum puncturas, depilationem barbæ. Faciem ex ſputis, & ſanguine deturpatam, & de aſpiciendo & flendo non poterat ſatiari. Virginis dolores narrari non poſſunt, quia male illi erat, ſicut eſſe poterat. Et ideo quantas lamentationes vlulatus, planctus, & fletus ſuper idem corpus vnigeniti filij ſui tunc fecerit, verbis explicari non poſſet. Credendum tamen eſt quod nullos planctus irrationabiles fecerit, quia dolor eius ad rationem ſuperiorem non pertingebat. Magdalena vero pedes Domini, quos alia vice lachrymis compunctionis rigauit, tunc multo magis vndis lachrymarum compaſſionis largiter lauit. Aſpiciebat pedes ſic vulneratos, & perforatos, deſiccatos, & ſanguinolentos, & flebat amariſſime, & præ dolore videbatur deficere. Similiter flebant vehementer & alij, ac etiam Angeli præſentes ibi. Vnde Augu. *O quis Angelorum, vel Archangelorum illic non fleuiſſet, vbi contra naturam autor naturæ immortalis Deus mortuus homo iacebat. Videbant corpus Chriſti ſic male tractatum ab impijs, ſic laceratum iacere, & Mariam totam ſuo cruentatam in cruore ſic amariſſime flere, & nullo modo poterãt ſuas lachrymas refrenare. Sicut enim poſſibile fuit Deum per aſſumptum hominem mori, ſic poſſibile fuit Angelos bonos in morte Domini ſui dolere*, hæc Aug. Plange ergo, & tu chariſſime amare, & clama cum Bernardo dicente: *O bone Ieſu quam dulciter cum hominibus conuerſatus es, quam magna, & abundantiſſima eis largitus es: quã dura & aſpera pro eis paſſus es; dura verba, duriora verbera, duriſſima crucis tormenta.* Contemplare etiam bene Dominum, & ſaluatorem tuum, gyra, & regyra, volue, & reuolue, à latere in latus: à planta pedis vſque ad verticem capitis; & non inuenies in eo ſanitatem, ſed vndique dolorem, vbique cruorem. Non enim eſt in eo membrum, vel ſenſus corporis: qui

Duo documenta ex depoſitione Chriſti de cruce.

Planctus. Ber. de paſſione Domini.

qui ſuam afflictionem, & infirmitatem, vel paſſionem non ſenſerit. Vide quid in quolibet ſenſu, vel in qualibet parte ſuſtinuit. In capite ſpinas, in auribus opprobria, in oculis fletum, in ore fel. & acetum, in facie alapas, & ſputa, in collo colaphos; in naribus fœtorem, quia in loco ex cadauerib. corrupto fuit crucifixus, clauos in manibus, & pedibus: flagella in dorſo: lanceam in pectore. Quia enim genus humanum vulneribus peccatorum fuit plenum, ſecundum illud Eſa. 1. Omne caput languidum, & omne cor mœrens &c. Ideo Ieſus in omni parte corporis ſui plagas ſuſcepit; vt per eius liuores in toto ſanaremur. Homo enim erat infirmus in capite, id eſt in intentione, quæ eſt caput animæ, quia in his quæ faciebat non ſanam intentionem habebat. Erat infirmus in manibus: quia faciebat opera mala, vel remiſſa. Erat infirmus in pedibus, quia habebat affectionem immundam, aut terrenam. Pes enim animæ eſt affectus, & amor eius, quia ſicut corpus vadit pedibus, ſic anima vadit affectibus. Erat infirmus in corde, quia habebat cogitationes noxias, & vanas. Erat infirmus in toto corpore: quia habebat totam vitam mundanam, & conuerſationem vanam. Vt igitur Chriſtus ſuis liuoribus, & vulneribus nos ſanaret: voluit vulnerari in capite; vt ſanaret omnes noſtras obliquas intentiones: voluit vulnerari in manibus, vt ſanaret noſtras malas, & peſſimas operationes, voluit vulnerari in pedib. vt ſanaret noſtras immundas, & terrenas affectiones, voluit vulnerari in corde; vt ſanaret noſtras noxias, & vanas cogitationes, voluit flagellari. & vulnerari in toto corpore, vt ſanaret totam noſtrã vitam. & conuerſationem, vnde Ber. *Meditare* inquit, *poſitionem corporis crucifixi; & vide ſi aliquid eſt in eo quod nõ oret pro te ad patrem. Diuinum illud caput multiplici ſpinarum denſitate denſatum vſq; ad cerebri teneritudinem confixũ eſt. Ad quid hoc. Ne doleret caput tuum, ne tua vulneraretur intentio. Caligauerunt in morte oculi ſui, & illa luminaria magna, quæ illuminant orbem ad horam extincta ſunt. Nõne illis obtenebrantibus tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram. & illa duo luminaria magna cum illis luminaribus ſemota ſunt. Hoc autem totum factum eſt, vt auerterentur oculi tui ne viderent vanitatem, & ſi viderent, non adhærerent. Aures illæ quæ in cælis audiunt Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth: audierũt in terra dæmoniacorum voces, dicẽtes crucifige, crucifige. Vt quid iſtud. Ne aures tuæ obſurdeſcerent ad clamorẽ pauperis, ne reciperent auditum vanum: ne detractionis virus apertis portis vſq; quaq; ſuſciperent. Specioſa illa facies ſpecioſi forma præ filiis hominum ſputis illita eſt, afflicta colaphis, addictaq; deluſionib. Quare hoc. Vt facies tua illuminaretur, illuminata confirmaretur, diceretur, de te vultus eius nõ ſunt amplius in diuerſa mutati. Os illud quod angelos docet, homines inſtruit, quod dicit & factum eſt, felle potatum eſt, & aceto. ſed hoc factum eſt, vt veritatem, & iudicium loqueretur os tuum, & confiteretur Dominum Deum ſuum. Manus illæ quæ fundauerunt cælos extenſæ ſunt in cruce, clauiſq; transuerberatæ duriſſimis vt manus tuæ extenderentur ad inopem. Pectus illud in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi, lancea militari perfoſſũ eſt, vt pectus tuum à prauis cogitationibus mundaretur, mũdatum ſanctificaretur, & conſeruaretur ſanctificatum. Pedes illi, quorum ſcabellum adorare debemus, quoniam ſanctum eſt, dura transfixione transfixi ſunt, ne pedes tui feſtinarent ad malum, ſed currerent per viam mandatorum Domini. Quid plura? Pro te carnem, & animã poſuit, vt corpus & ſpiritum tuum ſibi vendicaret. Totum toto ſe te comparauit. Huic igitur omnem vitam tuam ò homo debes, quia vitã ſuam pro tua poſuit, & cruciatus amaros ſuſtinuit ne tu perpetuos ſuſtineres. Cui vero iuſtius viuam, quam illi qui ſi non moreretur, ego non viuerem*, hæc Ber. qui etiam ait: *Vide homo quo amore te dilexit Dominus Deus tuus. Vt veſtigia eius ſequaris, pro te ligatus eſt, vt te a vinculis peccatorum abſolueret: pro te flagellatus eſt, vt te a flagellis æternæ damnationis liberaret: pro te coronatus eſt ſpinis, vt te coronaret in cælis: pro te vulneratus eſt medicus, vt tu ſanareris ægrotus: pro te crucifixus eſt, vt tuas concupiſcentias crucifigeret, pro te mortuus eſt, vt te à mortuis ſuſcitaret, pro te ſepultus eſt, vt in te vitia ſepeliret*, hæc ille. Cuius ſepulturæ modum prædictus doctor Carthuſienſis vbi ſupra c. 66. ponit di. *Tardante hora rogat Iohannes dominam, vt permittat aptari, & ſepeliri corpus Domini noſtri, antequã intret ſabbathum item ne propter nimiam moram poſſent à Iudæis pati calumniam. Tandem domina tanquam grata, & diſcreta, & cogitans quod ipſi Iohanni eſſet per filium commiſſa, amplius* cen-

Ecce quõ in ſingulis membris Chriſtus crucifixus orat pro nobis.

Modus ſepulturæ Domini narratur à Ludolpho Carthus.

Digitized by Google

contendere noluit, at ſignans, & benedicens corpus, vt volebant aptare permiſit. Tunc vnxerunt corpus, & inuoluerunt in ſindone munda, quã Ioſeph emerat: & ligauerunt illud linteo etiam alio, ſcilicet ſudario, quod capiti adhibebatur, & inſtitis, ſeu faſcijs, quibus totum corpus alligabatur, quæ omnia etiam de lino erant, & vt creditur Nicodemus attulerat, & condierunt corpus aromatibus, ſicut conſuetũ erat Iudæis ſepelire perſonas venerabiles, quem ritum acceperunt à patribus ſuis ſenioribus. Domina tamen ſemper tenebat caput ipſius in gremio ſuo, quod ſibi reſeruauit aptandum, & Magdalena pedes, apud quos miſericordiam eſt conſecuta. Tandem vero Magdalena pedes lachrymis rigatos deuote abſtergit, amplexatur, oſculatur, & inuoluit, ac aptat fideliter quam melius nouit. Sic ergo aptato reliquo corpore reſpiciunt ad dominam, vt ipſa compleat, & omnes planctum renouant. Omnes enim ſic amariſſime flebant, vt vix quiſquam eorum loqui poſſet, videbant enim matrem omni ſolatio deſtitutam, & ſuper illam dabant potius planctum, quam ſuper extinctum Dominum ſuum. Reſpice etiam, & tu planctum ſi forte dimiſeras eum. Tunc domina videns quòd amplius differre non poſſit, ponit vultum ſuper faciem filii, & inundantia lachrymarum multo magis lauit faciem, quàm Magdalena pedes, abſtergit autem, & deoſculatur os eius, & in quodam ſudario caput ipſius inuoluit, & diligenter aptat; & iterum benedicit eum, & ſignat. Et tunc omnes adorantes flexis genibus, & pedes eius oſculantes accipiunt, & portant eum ad monumentum, quod à monte Caluariæ diſtat paſſibus L. Domina tenebat caput, & Magdalena pedes, reliqui vero erant in medio, vnde Anſel. *Sequere, & tu precioſiſſimum cæli terræque theſaurum, & porta, vel pedes, vel manus, brachiaque ſuſtenta. Terra defluentes minutatim precioſiſſimi ſanguinis guttas curioſius collige, & puluerem pedum eius linge. Dolorem quem Maria in exequiis filij ſui tolerauit, olim Dauid in exequiis Abner præfigurauit: Abner à Ioab fraudulenter interfectus erat: Cuius interfectionem rex Dauid pheretrũ ſequens lugebat, ſed etiam alios ad plorandum incitabat. Ita beata virgo, & alij deuoti exequias Chriſti deplanxerunt, & corda ſua intima compaſſione ſciderunt.* Erat autem prope locum crucifixionis hortus, & in horto monumentum nouum, ſcilicet ipſius Ioſeph ſumptuoſe factum, & in petra exciſum, id eſt in vno lapide ſecundum quantitatem hominis concauatum. In quo nondum quiſquam poſitus fuerat, in quo ſepelierunt eum reuerenter, & deuote flexis genibus, magnis ſingultibus, & ſuſpirijs validis, & ſic dominum vitæ dederunt ſepulturæ mortis. *Tunc*, vt ait Aug. *ad illius exequias angelorum millia millium decantabant, qui omnes conuenerant ad ſepulturam Domini ſui. Illi cantabant laudes, ſed Maria dabat gemitus, & ſuſpiria cordis.* Quare autem in alieno ſepulchro ſepeliri voluit, ponit Ambro. qui ait, *Saluator in aliena ſepultura ponitur, qui pro aliena moriebatur ſalute, vt quid enim illi propria ſepultura, qui in ſe propriam mortem non habebat?* Theophilus vero dicit: *Qui domum in vita non habuit, poſt mortem quoque in alieno ſepulchro reconditur, & nudus exiſtens à Ioſeph operitur, vt oſtenderet abundantiam pro nobis aſſumpta paupertatis*, & Anſel. inquit: *Pauper ita fuit Chriſtus, vt non in ſua, ſed in aliena domo naſceretur, & viuens in hoc mundo non haberet, vbi caput ſuum reclinaret; nec moriens, vnde nuditatem ſuam tegeret, nec mortuus vnde inuolueretur, nec ſepulcrum, aut locum vbi corpus ſuum poneretur.* Sepulto autem Domino mater eius omni corde amplexabatur ſepulcrum, & qua poterat voce benedicebat filium ſuum, ad ſepulcrum ſedens innixa illi manus extendebat, & deſuper illud oſculans amaro nimis Dominum ſingultu deplorabat. Acceſſit Iohannes, & lugẽs etiam ipſe multum leuauit eam lugentem. Et exeuntes omnes de monumento poſuerunt lapidem magnũ ad oſtium monumenti pro clauſura. Appropinquante autem nocte dixit Iohannes dominæ quod eis expediebat recedere, quia non erat conueniens ibi morari, vel de nocte ad ciuitatem redire. Tunc domina prout poteſt, ſurgit, & ad monumentum genu flectit: & ipſum amplectitur, & benedicit. Nam cruciata gemitibus, fatigata doloribus, afflicta ploratibus nequibat ſtare pedibus. Tamen ſicut poterat à mulieribus ſanctis adiuta, cunctis plorantibus ſimul cum eis cœpit recedere. Cum autem venerunt ad crucem, ibi ipſa genu flexit, & crucem adorauit ſimiliter, vt omnes fecerunt. Cogitare itaque potes quod ipſa fuit prima, quæ crucem adorauit, ſicut etiam fuit prima, quæ filium natum adorauit. Adorata autem cruce incedebant

Diſtantia ſepulcri à monte Caluaria.

Cur in alieno ſepulcro voluit ſepeliri.

Digitized by Google

debant verſus ciuitatem Hieruſalem; ſed pia Domina ſæpe ſe vertebat retro aſpiciens per compaſſionem. Intrantibus autem illis ciuitatem, multi videntes Dominam moti pietate ſuper illius dolore ad luctum conuertebantur amarum, & concurrebant vndique bonæ matronæ, & virgines ambulantes poſt ipſam, & aſſociantes eam per viam, & conſolantes, ac etiam lamentantes eam. Sed & boni homines, per quos tranſibat, compatiebãtur eidem, & mouebantur ad fletum, vndiq; fit ploratus magnus, & luctus. Nam dolor eius multos faciebat dolentes, vix lachrymas continere poterant quicunque eam plorantem videbant. Fiebat luctus quocunq; tranſibat Maria plorabat ipſa, plorabant, & omnes ambulantes cum ea, plorabant & multi venientes obuiam ei. Sic vtique deducitur à plorantibus plorans, quouſque peruentum eſt ad domum Iohannis. Cum autem ventum eſſet ad domum, tunc ipſa vertens ſe verſus illas dominas inclinauit ſe gratias agens, illæ vero inclinantes ſe eidem valedixerunt, & cũ lachrymis receſſerunt. In domum ergo intrans flebat, & lugebat valde cum Iohanne. & Magdalena, ac ſororibus ſuis. Soluebat dolor amaras lachrymas. Deplorabatque virgo filij ſui mortem nimis amaram in corde ſuo recolens, ac paſſionis loca, & cuncta, quæ paſſus fuerat in animo voluens, hæc omnia prædictus doctor Carthuſienſis. Alius autem deuotus prædicator inquit, quod poſtquam pijſſima virgo ſepeliuit filium ſuum; rogauit beatum Iohannem qui fuerat præſens in omnibus locis, in quibus ſteterat filius eius poſtquam receſſit ab ipſa Bethania, cum iret ad paſſionem, vt eam in eis duceret, & quid in eis filius ſuus operatus erat, vel paſſus fuerat, aperiret. Sed breuitatis cauſa pertranſeo quo modo per viam euntes inuenerunt in loco vbi Chriſtus ceciderat cum cruce, lapidem ſanguine vultus Ieſu cruentatum, & ibi beata virgo amaras effudit lachrymas, lapidemque illum aſportauit adiutorio comitum; prætermittam etiam quomodo eunte illa in montem Sion occurrit ei cum fletu, & mœſtitia dominus domus, qui receperat hoſpitio filium ſuum, & ei parauerat cœnam, erat enim diſcipulus Ieſu. & ſecum condoluit de morte eius. Item audiens pijſſima virgo quod in eo loco filius eius omnibus apoſtolis lauiſſet pedes, genu flexus ante eos, & eis ſuum corpus in cibum, & ſanguinem in potum dediſſet; reprehendit ipſos apoſtolos dicens: O ingrati de tanto beneficio, heu nonne debebatis potius mortem ſubire, quam tam pium, & dulcem magiſtrum veſtrum derelinquere? Solum dicam quod cum perueniſſet beata virgo ad hortum, in quo captus fuit eius filius, & in quo cum priuſquam apprehenderetur factus in agonia prolixius orabat. & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram, vt dicitur Luc. 22. videns pijſſima virgo terram ſanguine madefactam, & intelligens quòd ille ſanguis defluxerat de facie filij ſui, ex repræſentatione. & memoria futuræ paſſionis; cœpit altius ingemiſcere, & planctus, ac dolores præteritos reuocare. O miſerabile ſpectaculum. O res non ſine lachrymis memoranda; cum mœſtiſſima mater ſemimortua in terram ſe proſternit, oſculatur ſanguinem precioſum dilecti filij ſui, & ſuis ſanctiſſimis manibus illum recolligens dixit: Terra tu non es digna poſſidere tam nobilem theſaurum. Quis poſſet à fletibus continere, videns benedictam virginem habentem manus ſanguine filij ſui rubricatas; & illum ſanguinem cum terra illa madefacta reuerẽter portantem ad domum Iohannis? Quia vero ex nimio planctu deſiccatæ erant lachrymæ ab oculis eius; ipſa cum ſuſpirijs, & ſingultibus forte dicebat: O fontes, ô mare, ô flumina, oculis quæſo meis aquarum præbere copiam, vt ſenſus tandem mei in lucta omnes reſoluantur. Cum qua benedicta Domina noſtra, & nos plangamus ex recordatione paſſionis filij ſui, vt ad eius gaudia poſtmodum perueniamus, & cum ea lætemur in gloria paradiſi.

Amen.

Digitized by Google

DE PASSIONE GAVDII

IPSIVS BEATISSIMÆ VIRGINIS.

SERMO SECVNDVS.

IN HAC PARTE.

In quo agitur de ſeptem gaudiis B. V. de quibus communiter ab eccleſia laudatur.

IN *gaudio eius non miſcebitur extraneus. Prouer. 14.* Quantum fuerit gaudiũ in mente virginis, atque lætitia, & cõſolatio; ac iucunditas, & exultatio, etiam in hac vita, nullus exprimere poſſet, ſed nec cogitare, ipſa autem ſola nouit, quę ſola experta eſt. Et ad hoc applicari poſſent verba thematis noſtri. Hic autem non loquimur de gaudio mundano de quo dicitur Eccle. 2. *Riſum reputaui mœrorem, & gaudio dixi: quid fruſtra deciperis?* Dicit enim Ber. in quodã ſermone de hoc vano gaudio temporali: *Extrema gaudij luctus occupat, hic eſt transitoria lætitiæ finis, hic fructus gloriæ temporalis.* Et Iob 20. ſcriptum eſt: *Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti.* Iſte autem hypocrita; vt expouit Grego. in mora eſt mundus, qui hominem fallit promittendo ei dare verã lætitiam quam dare non poteſt. Tale gaudium beata virgo habere noluit: quæ in vanitate mundi nunquam delectata fuit. Habuit autẽ gaudia omnia, quę poteſt cum merito habere aliqua pura creatura. Vnde de ipſa exponi poſſet illud 2. Mach. 3. *Gaudio & lætitia repletum eſt templum.* Ipſa enim, vt alibi declarauimus, dicitur templum Dei. De illa etiam exponi poſſet illud quod fuit prædictum Eſa. 51. ſcilicet, *Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.* Vnde ipſa dicebat illud Eſa. 61. *Gaudens gaudebo in Domino: & exultabit anima mea in Deo meo.* Et illud Abacuc. 3. *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo.* Quis enim vnquã hoc melius dicere potuit quam mater eius. Cum etiam dicatur Prouerb. 29. *Iuſtus laudabit, atque gaudebit.* Quanto magis gauiſa fuit, & Deum ſemper laudauit iuſtiſſima genitrix illius? *Et ſi rectis corde eſt lætitia.* Pſal. 26. Quã lætitiam ſentiebat rectiſſimum cor innocentiſſimæ virginis? Et ſi omnibus iuſtis, & fidelibus chriſtianis dicitur Matth. 5. *Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.* Et Luc. 10. *Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis*, quantum exultare debuit virgo glorioſa, cuius merces ſuper omnes alias erat copioſiſſima, & cuius nomen poſt nomen filij Dei erat in cælis deſcriptum? Et ſi omnibus ſe diſponentibus ad gratiam recipiendam dicitur Eſa. 12. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris.* Quantam debuit haurire lætitiam illa, quæ ſuper omnes ſe diſpoſuit ad gratiam recipiendam. Profecto ipſa fuit primiceria eorum, in quorum perſona dicebat Dauid Pſalm. 125. *Repletum eſt gaudio os noſtrum: & lingua noſtra exultatione.* Vnde dixit Luc.

Expon. Iob. 20. gaudiũ hypocritæ. &c.

Habuit B. V. omnia gaudia, quæ poteſt cum merito habere creatura vlla.

Luc. 1. *Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* In eius enim perſona prædictum fuerat per figuram illud 1. Reg. 2. *Exultauit cor meũ in Domino.* Et ideo dicere potuit in ipſo ingreſſu in mundum, illud Eſai. 60. *Exultabit anima mea in Deo meo.* Ipſi quoque conuenire poteſt illud Iohel. 2. *Exulta & lætare terra.* Nã beata virgo terra in ſacra pagina appellatur. Et illud Zach. 9. *Exulta ſatis filia Sion: iubila filia Hieruſalem.* Quare autem ipſa ſuper alias lætari deberet manifeſtum eſt. Nam Pſal. 104. dicitur. *Lætetur cor quærentium Dominũ.* Et 2. Paral. 6. *Sancti tui lætentur in bonis*, dicitur Deo. Et Pſal. 103. *Lætabitur iuſtus in operibus ſuis*, & Prouer. 15. *Lætatur homo in ſciẽtia oris ſui.* Et eiuſdem lib. ca. 23. *qui ſapientem genuit lætabitur in eo.* Abſque dubio ipſa quæ ſemper Dominum quæſiuit, & toto corde ei adhæſit, quæ etiã iuſtitia plena, ſanctiſſima ac omnibus bonis operibus ornata fuit, atque ſapientiſſima exiſtens Dei ſapiẽtiam genuit, ſuper omnes creaturas poterat dicere Deo illud Pſ. 29. *Circumdediſti me lætitia.* Et Pſal. 4. *Dediſti lætitiam in corde meo.* Vnde ei continue dicebat illud Pſ. 9. *Lætabor, & exultabo in te.* Adeo autem ſuperueniens in eam Spiritus ſanctus lætificauit ipſam, quæ eſt Dei ciuitas: iuxta illud Pſ. 45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei*, quod ipſam lætitiam omnibus communicabat, & omnes cum ea conuerſantes dulcedine, & iucunditate replebat. Vnde Sap. 8. dicitur: *Non habet amaritudinem conuerſatio eius. Nec tædium conuictus illius; ſed lætitiam, & gaudiũ.* Quia etiam beata virgo erat ſemper læta, & plena gaudio diuinorum, ideo licet naturaliter eſſet pulchra, tamen ex hoc apparebat pulchrior. Ait enim Statius libr. 1. Achillei: *O quantum gaudia formæ adijciunt.* Et Pamphilus poeta ſui libri ca. 3. ait. *Eſt cum lætitia pulchrior omnis homo.* Seruauit namque

Maria habuit gaudium multipliciter.

mater Dei illud ad Phil. 4. *Gaudete in Domino ſemper, iterum gaudete.* Gaudium autem habuit multipliciter ſcilicet gaudium charitatis, & pacis. De quo ad Gal. 5. dicitur: *Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium pax &c.* Gaudium enim, & pax ſunt effectus, quæ immediate naſcuntur à Spiritu ſancto, vt ait beatus Tho. 2. 2. qu. 28. Habuit etiam gaudium in Spiritu ſancto: in quo conſiſtit regnũ Dei, vt dicitur ad Rom. 14. *Habuit lætitiam bonæ conſcientiæ.* De qua Pro. 17. *dicitur; Animus gaudens ætatem floridam facit, & ſecura mens quaſi iuge conuiuium.* Econtra vero eſt de mala cõſcientia, iuxta illud Augu. in 1. confeſ. dicentis: *Iuſſiſti Domine, & ita eſt, vt omnis animus inordinatus ſit pœna ſibiipſi.* Et Eſa. 7. dicitur: *Cor impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt.* Et in eodem c. etiam ſcriptum eſt: *Non eſt pax impijs.* Ipſa ergo habuit in ſummo illud gaudium de quo dicitur Eccle. 30. *Non eſt oblectamentum ſupra cordis gaudium. Nam iucunditas cordis eſt vita hominis.* Sancta quoque & columbina eius ſimplicitas mentem eius lætam tenebat, & feliciſſimam reddebat. Inquit enim Greg. 12. mora. *Nihil eſt ſimplici corde felicius, quia quo innocentiam circa alios exhibet, nihil eſt quod pati ab alijs formidet. Habet enim quaſi arcem quandam fortitudinis ſimplicitatem ſuã: nec ſuſpectus eſt pati, quod ſe feciſſet non meminit. Vnde & bene per Salom. Prouer. 14. dicitur: In timore Domini fiducia fortitudinis. Qui & rurſus ait: Secura mens quaſi iuge conuiuium. Quaſi enim continuatio refectionis eſt ipſa tranquillitas mentis*, hæc ille. Flos etiam virginitatis non parum lætitiæ menti eius intulit. Ait enim Hiero. in prologo ſuper Iohannem: *Virgines merito in Deo delicias inueniunt, quia amore eius delicias carnis relinquunt.* Sanctiſſima quoque eius humilitas: pia deuotio: obediẽtia prompta: laudabilis prudentia, cæterarumq; virtutum decor mirum in modum mentem ipſius lætificauit. Ait enim Greg. *Abſit vt tanta ſit delectatio in vitiis, quanta eſt in virtutibus.* Et magiſter ſen. in 1. di. 1. inquit: *Virtutes propter ſe petendæ, & amandæ ſunt: quia ſuos delectant poſſeſſores ſyncera, & pura, & ſancta delectatione, & in eis pariunt gaudium ſpirituale.* Super omnia autem in hoc mundo eam lætificauit gratia diuina; & ſeptem Spiritus ſancti chariſmata. Nam ſuper illud Proue. 13. *Lux iuſtorum lætificat*, ait glo. *Gratia eſt cordis delectatio.* Quanta ergo habuiſſe gaudia credenda eſt, quæ Spiritus ſancti gratia fuit repleta, & quæ in vtero ſuo angelorum gaudium concepit. Et ideo Bern. ſuper *Miſſus eſt*, inquit, *Neceſſe erat non modico lætitiæ & amoris præueniente inflammari incendio, quæ filium paternæ dilectionis cum gaudio ſancti Spiritus mox erat conceptura, neque enim niſi in deuotiſſimo, atque puriſſimo corde tanta ſe capere poterat dulcedinis, & alacritatis affluentia*, hæc

Digitized by Google

illc. Sed de his omnibus gaudiis pro nunc prætermittamus loqui. Et iterum de gaudio eiuſdem virginis, quando filium amiſſum, quem per triduum cum maximo dolore quæſierat in templo inuenit.

Credendum eſt enim quod ſummopere exultauit: vnde cum maximo gaudio dicebat vicinis ſuis illud Cantici. tertio: *Inueni quem diligit anima mea; tenebo illum, nec dimittam.* Pertranſibo etiam gaudium, quod habuit benedictiſſima virgo ex eo quòd ipſa ſola eſt electa mater filii DEI. Item non referam eius exultationem, quam continue habebat ex conſideratione, quòd per eius filium tota humana natura liberata eſt ab æterna damnatione. Si enim *gaudium magnum eſt angelis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente*, Lucæ decimoquinto, & Matth. decimooctauo, & capitul. quia tua,l. diſtinct. & 23. quæſtione 4. §. ex his. Quanto magis ipſa exultare debebat de tota humana natura per ſui ventris fructum reconciliata. Quantum etiam lætari debebat, cum videret ſe fuiſſe cauſam reſtaurationis angelicæ, mediante filio ſuo. De quo dicitur Coloſſ. 3. *Pacificans per ſanguinem ſuum, quæ in cælis ſunt, & quæ in terris, &cæt.* Solum autem in hoc ſermone de gaudiis illis differemus, de quibus communiter ab Eccleſia laudatur, quæ in his canticis deſcribuntur, cum ei canitur: *Gaude virgo mater Chriſti, quæ per aurem concepiſti Gabriele nuncio: Gaude, quia DEO plena, peperiſti ſine pœna cum pudoris lilio. Gaude quia Magi dona, tuo nato ferunt bona, quem tenes in gremio. Gaude quia iuxta legem, obtuliſti mundi regem, in templi ſacrario. Gaude quia tui nati, quem dolebas mortem pati, fulget reſurrectio. Gaude Chriſto aſcendente, qui in cælis te vidente, motu fertur proprio. Gaude virgo, quia miſit Paracletum, quem promiſit ſanctorum collegio. Gaude quæ poſt ipſum ſcandis, & eſt honor tibi grandis, in cæli palatio. Vbi fructus ventris tui, per te nobis detur frui, in perenni gaudio, Amen.* Iſtorum autem gaudiorum primum dicitur ſalutationis, ſiue conceptionis, ſecundum parturitionis, tertium adorationis, ſiue oblationis, quartū præſentationis, quintum reſurrectionis, & aſcenſionis, ſextum miſſionis, ſiue receptionis, ſeptimum vero appellatur aſſumptionis.

Canticum continens 7. gaudia de quibus agitur in præſenti ſermone.

PARS PRIMA huius ſermonis: de primo gaudio beatæ virginis, quod dicitur ſalutationis, ſiue conceptionis.

SI aliquis magnus Imperator deſtinaret vnum de ſuis principalibus ſecretariis, & ambaſiatoribus ad aliquam pauperculam iuuenem ad accipiendum eam in ſponſam dilectam ipſius Imperatoris; certe indicibiliter ex hoc illa gauderet. Quantum ergo gaudium putandum eſt habuiſſe ſacratiſſimam virginem, cum ei cœleſtis paranymphus Gabriel genu flexus coram illa tanquam domina ſua, reuerenter decantauit ex parte cœleſtis Imperatoris & dixit: *Aue gratia plena, Dominus tecum.* Quis enarrare ſufficiat, quanta ſuauitas, & exultatio non ſolum mentem, ſed etiam corpus ipſius virginis intrauerit, cum ipſa virgo dicens *Ecce ancilla Domini &c.* fœlicitatem æternam in vtero ſuo clauſit, & incarnari fecit. Sed de hac conſolatione dixi in quinta parte principali huius operis, ſermone 2. parte 3. Nunquid enim non ſummopere exultare debebat, quæ non ſolum ſe gratia plenam, ſed etiam in eam ſtabilitam, & confirmatam cognoſcebat, & ſecura de immarceſcibili gloria ſua facta erat. Atque ſe non ſolum matrem Creatoris factam eſſe videbat, atque ſponſam æterni patris, ſed & totius mundi dominam & angelorum reginam. Et ideo Auguſtinus in ſermone natiuitatis eius inquit. *Gratulare beata virgo, Chriſtus rex ex ſolio ſuo venit in vtero tuo. Ex ſinu patris in vterum dignatus eſt deſcendere matris &c.* Ipſa quoque benedicta virgo alios ad congaudendum ſecum inuitat dicēs: Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum, quia cum eſſem paruula placui altiſſimo, & de meis viſceribus genui Deum, & hominem. Vnde & ſancta Eccleſia admirans ait: *Genuit puerpera regem cui nomen æternum. Et gaudium matris habens cum virginitatis honore. Nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem.* Hoc autem

Digitized by Google

autem gaudium recepit beata virgo exiſtens in oratione, vt oſtendatur quod Deus mittit gratias ſuas orationi vacantibus. Vnde magiſter Iohannes Gerſon in ſua Ioſephina ait:

Carmina Gerſonis de hoc gaudio Mariæ.

Virgo diuinitus intrat Mentis in arcanum, ſuſtulit ſeſe ſuperſe.
Alta ſuper rapitur, cœloſque ſuperuolat omnes.
Cuncta creata ſilent, fruitur caligine diua.
Nullum interturbans tandem phantaſma quiete.
Excedit mens acta Deo: loquiturque ſilenter:
Alme pater tottes hominum miſerate labores:
Nunc miſerere precor; etenim tempus miſerendi
Venit: quo dira frangatur ianua mortis:
Que cœlos reſeres; vtinam diſruperis illos:
O cœli rorate, pluant, ô nubila iuſtum:
Germinet & terra ſaluatorem benedictum.
Concurrunt pariter ſacrorum carmina vatum.
Quod Dominus prope, quod gens quem deſiderat omnis,
Aduenit. propera, iam non tardaueris oro:
Iam ſceptrum Iuda ſublatum iam Danielis
Viſio complenda: iam virgo puerpera fiet.
Iamque virum mulier circundabit Emmanuelem.
Sic Simeon, ſic Anna ſenes dixere recenter,
Dum me deifici templi ſecreta tenerent.
Myſterium prægrande nimis, qui nouerit illud?
Quis capiet? ſed certa fides præſtanda prophetis.
Temporis articulo tali delapſus ab alto.
Præradians Gabriel totus feſtiuus, eo quòd
Mittitur ad talem; talem deferre ſalutem.
Gratia, qua cœlis; qua pax ſit reddita terris.
Infima qua iungat ſummis: D E V S ac homo fiat:
Virginis ingreditur thalamum cum luce coruſca:
Cum pulchro nimium vultu: cultuque decoro &c.

Vide ibi. quia nimis eſſet longum omnia metra recitare. Inferius autem dicit:

Dum protulit ore,
Ecce ancilla Dei: fiat miſſum mihi verbum:
Formatur ſubito nouus, atque nouiſſimus Adam.
Immerſuſque D E V S minimus ſinuatur in artus.
Coniugium mirare nouum deitas, vbi nubit. Et infra.
Audiit vt Gabriel reſponſa fidelia: nouit,
Virginei ventris thalamo virtute recentis,
Quod verbum caro factum eſt: illud pronus adorat.
Atque peracta videns mandata receſſit ab illa,
Glorificans Dominum: cœleſtis concomitatur
Multa cohors iubilans hymniſque canora melodis.
Gloria ſit cœlis Domino, ſit pax bona terris.
Mater & ipſa noua grato noua gaudia corde
Læta canit &c.

Hic pertranſeo aliud gaudium quod ipſa virgo habuit dum creatorem cœli, & terræ, ac Dominum angelorum, & iudicem ſeculorũ in vtero ſuo habens, gaudioq; & ſuauitate repleta in montana perrexit ad viſitandum Elizabeth, tota Spiritu ſancto plena erat, ad ſalutationem ſuam repleta de Spiritu ſancto eſt ipſa Elizabeth; & exclamauit dicens: *Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me. Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit gaudio infans in vtero meo. Et beata quæ credidiſti, quoniam perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino.* Tunc Maria tantam lætitiam amplius occultare non præualens, cum iubilo, & exultatione mentis cecinit di. *Magnificat anima mea Dominum &c.* Cõcludendo ergo primam partem huius ſermonis, dico quod hoc primum gaudiũ beatiſſimæ virginis cauſabatur ex quatuor. Primo ex eo quòd effecta erat mater illius, cuius Deus ſolus erat pater. De quo Auguſtinus in ſermone aſſumptionis inquit in perſona D E I Angelo Gabrieli: *Vade & antiquum conſilium virgini defer Mariæ. Huic ego vnicum filium meum, quo charior alter nemo fuit, & vt plenius dicam, alterum me donare volo, vt illa ſit eius mater, cuius ego ſum pater.* De quo etiam loquens Bernard. inquit: *Virgo Maria te matrem præſtitit gratia, non natura. Genitricem te dici voluit pietas, quam non ſinebat integritas.*

Hoc gaudium cauſabatur ex quatuor.

Secundo cauſabatur gaudium hoc ex eo, quòd concipiebat operatione Spiritus ſancti, & non ex ſemine viri.

Vnde

Vnde Auguſtin. vbi ſupra, etiam in perſona Dei patris inquit: *Exiet de ſancta ſanctum per illibatum Vterum, eritque ſine merito mater, cuius ſum ego ſine coniuge pater.* Beda vero ſuper Lucam ait: *Spiritus ſanctus in Virgine ſuperuenit, qui & mentem ipſius ſanctificauit, & in eius Vtero redemptoris corpus operatione ſua ſine Virili ſemine de ipſius Virginis carne creauit.* Ideo Hieronym. in ſermone aſſumptionis inquit: *Cum ad Mariam acceſſit Spiritus ſanctus, ſicut lana cum inficitur ſanguine conchylij, Vel muricis Vertitur in purpuram, ſic illa conuerſa eſt ſine coitu in matrem, Vt iam non ſit quod fuerat, ſed purpura Veriſſima ad indumentum ſummi regis diuinitus aptiſſimè dedicata.* Tertio cauſabatur hoc eius gaudium, ex eo quod fuit viſitata, & ſalutata tam nobili nuncio cæleſti. Vnde Auguſtin. vbi ſupra, ait *Secreta coniugia celebrata ſunt in Virginali thalamo, quibus Gabriel angelus paranymphus interfuit. Vade inquit Deus Gabriel, & æthereas ſedes rumpe, & beneplacitum noſtrum Virgini annuncia Mariæ. Hac incolit parua Nazareth mœnia, ſed ibi patent cœleſtia palatia.* Quarto cauſabatur gaudium eius ex eo quod per eam debebat fieri generis humani ſalus. Vnde Auguſtin. in quodam ſermone inquit: *Maria impleta eſt gratia, & Eua euacuata eſt à culpa; maledictio Euæ in benedictionem mutatur Mariæ. Eua peccando obfuit: Maria Viuificando profuit, percuſſit illa: ſanauit iſta.*

PARS SECVNDA HVius ſermonis, de ſecundo gaudio B. V. quod fuit in parturitione.

Hoc gaudium ex quatuor efficiebatur.

SECVNDVM gaudium ipſius virginis fuit in parturitione, de quo diximus in 7. parte principali huius operis ſermone 1. parte vltima. Fuit autem cauſatum ex quatuor. Primo ex tam nobili progenie. Vnde inquit angelus Lucæ 1. *Hic erit magnus, & filius altiſſimi Vocabitur.* Super quem locum dicit Bernard. *Altiſſimus namque pater quamuis omnipotens ſit, non tamen inæqualem ſibi filium gignere potuit. Fecit igitur angelum magnum, ſed non altiſſimum. Solum autem Vnigenitum; quia non fecit, ſed genuit, ipſum ſibi per omnia comparem, nec iniuriam æſtimat nec iacturam.* Secundo cauſatum eſt gaudium hoc ex conſeruato pudore. Vnde Auguſtinus in ſermone de nati. Domini ait: *Vir non tranſibit per portam, ſicut Dominus ad Ezechielē dixit, niſi Dominus Deus Iſrael. Vbi euidēter oſtendit, quod ſancta Maria ſemper fuit Virgo ſcilicet ante partum, in partu & poſt partū. Concipit & Virgo eſt; generat & Virgo eſt; lactat & Virgo eſt. Vtique corrumpi non potuit, quæ integritatem generauit.* Tertio eius gaudium cauſabatur ex angelica iubilatione. Audiebat enim angelos iubilantes. Vnde canit Eccleſia: *Dum paris, & gaudes &c.* Et Hugo de S. Victor. inquit: *Ad eius partum multitudo cecinit angelorum. Abſit igitur Vt inter angelorum diſcurſus immunda ſederit. 7. diebus.* Et Bernard. ait: *Fulget in tenebris lux noua de cælo, gaudium magnum euangelizat angelus de excelſo, laudat multitudo militiæ cæleſtis, datur gloria DEO, & pax hominibus bonæ Voluntatis.* Quarto cauſabatur hoc gaudium ex eo quod pariebat ſine dolore. Vnde Bernard. inquit: *O beata, ſumme inter mulieres benedicta, ſola à maledictione generali libera, & à dolore parturientium aliena, nec mirum, ſi dolorem non intulit matri, qui tulit dolores totius mundi. O Vere nouitas inaudita, Virgo peperit, & poſt partum inuiolata permanſit, fœcunditatem prolis cum carnis integritate, & gaudium matris habens cum Virginitatis honore.* Et Hugo de ſancto Victore ait: *Beata Virgo Maria non ſolum ſine libidine concepit, ſed neque de ſemine Virili partum accepit, & ob hoc ſine dolore filium edidit.* Et Auguſtinus in ſermone natiuitatis eiuſdem dicit: *Præciſum eſt in ea illud Euæ infelicitatis elogium, ſcilicet, In triſtitia paries filios, quia iſta in lætitia Dominum parturiuit, quia illa peccatorem, iſta edidit innocentem.* Ipſa igitur virgo benedicta in pariendo dulciſſimum filium ſuum tantam ſenſit ſuauitatem, tantoque gaudio, ac exultatione fuit repleta, vt noſtris nequeat ſermonibus reſerari. Omnes enim ſui ſenſus corporales & ſpirituales inenarrabilem exultationem perceperunt. O ineffabile gaudium Mariæ, cum vidit ſe peperiſſe regem angelorum, ſaluatorem mundi,

Digitized by Google

di, creatorem omnium, & DEVM deorum, ac Dominum dominantium, radios ſuæ diuinitatis à toto corpore emittentem. Cum oculis corporeis cernebat Meſſiam à ſanctis patribus tam anxię deſideratum. Cumque illum in brachijs ſuis ſuſcipiens, dulciter ad pectus ſtringebat; & ſuauiter illi lac ſuum virgineum propinabat. Quis cogitare ſufficiat quantum gauiſa fuerit, quando vidit paſtores filium ſuum reuerenter adorantes. O inæſtimabilis iucunditas. O incomparabile gaudium. O ingentiſſima virginis iubilatio. Si enim natiuitatis filij ſui gaudium attulit vniuerſo mundo, iuxta illud Lucæ 2. *Annuncio vobis gaudium magnum quod erit omni populo*, quantum iucunda fuiſſe putanda eſt eius dilectiſſimæ genitrici. Nam de beato Iacopono de Tuderto ordinis noſtri legitur, quod in ſolemnitate natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum in choro audiſſet intonari: *Gloria in excelſis Deo &c.* ex memoria mellifluæ natiuitatis Chriſti ex virgine, & præ dulcedine ſciſſum eſt cor, & plenus iubilo, & ſuauitate migrauit ad Dominum. Sanctus autem Franciſcus cum in nocte natiuitatis Domini in loco Græcij poſt Euangelium prædicaret populo de parturitione virginis, viſus eſt a multis habere in brachijs ſuis Dominum Ieſum in forma pueruli, ex cuius amplexibus mirum in modum conſolabatur.

PARS TERTIA huius ſermonis, de tertio gaudio B. V. quod fuit in Magorum adoratione, & oblatione.

TERTIVM gaudium virginis glorioſæ fuit in Magorum adoratione. Vnde ſciendum pro maiori iſtius gaudij declaratione quod dicitur Eſaiæ 45. Domino noſtro Ieſu Chriſto: *Vere tu es DEVS abſconditus, ſanctus Iſrael ſaluator.* DEVS enim *Pater dedit eum manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus praeordinatis à DEO*, vt ait Petrus Actor. 10. Pertinet enim ad diuinæ ſapientiæ ordinem, vt eius dona, & ſecreta, non æqualiter ad omnes, ſed immediate ad quoſdam perueniant, & per eos ad alios deriuentur. Vnde hoc etiam debuit circa Domini IESV natiuitatem obſeruari, vt non omnibus manifeſtaretur, ſed quibuſdam, per quos poſſet ad alios peruenire. Quapropter ſanctus Thomas in tertia parte ſummæ. quæſtion. 36. articulo primo, dicit: *Natiuitas Chriſti non debuit omnibus communiter eſſe manifeſta.* Primo quidem, quia per hæc impedita fuiſſet humana redemptio, quæ per crucem peracta eſt, quia vt dicitur prioris ad Corinthios ſecundo: *Si cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Secundo, quia hoc diminuiſſet meritum fidei, per quam ipſe venerat homines iuſtificare, ſecundum illud ad Romanos tertio: *Iuſtitia DEI per fidem Ieſu Chriſti.* Si enim manifeſtis indiciis Chriſto naſcente eius natiuitas omnibus appareret, iam tolleretur ratio fidei, *quæ eſt argumentum non apparentium* ad Hebræos vndecimo. Tertio, quia per hoc veniſſet in dubium veritas humanitatis ipſius. Vnde Auguſtinus dicit in epiſtola ad Voluſianum: *Si nullas ex paruulo in iuuentutem mutaret ætates, nullos cibos, nullos caperet ſomnos; nonne opinionem confirmaret erroris, nec hominem verum vllo modo ſuſcepiſſe crederetur, & dum omnia mirabiliter faceret; auferret quod miſericorditer fecit. Vnde de gratia DEI ſaluatoris erudiendi erant omnes homines ad ſalutem, non in principio natiuitatis eius; ſed poſtea tempore procedente, poſtquam operatus eſt ſalutem in medio terræ. Vnde poſt paſſionem, & reſurrectionem ſuam dixit diſcipulis Matth. vltimo capit. Euntes docete omnes gentes*, hæc ille. Notandum vero eſt quod natiuitas Chriſti quatuor generibus hominum fuit manifeſtata. Primo, ipſi benedictæ virgini, & Ioſeph ſponſo eius, qui inſtruendi erant de natiuitate DEI antequam naſceretur, quia ad eos pertinebat reuerentiam habere prolis conceptæ in vtero, & obſequi naſcituræ. Sed quia eorum teſtimonium propter hoc quòd domeſticum fuiſſet habitum ſuſpectum circa

Natiuitas Chriſti nō debuit omnibus eſſe communiter manifeſta.

Natiuitas Chriſti fuit quatuor generibus hominū manifeſtata.

ea magnificationem Chriſti. Nam teſtimonium domeſtici reprobatur, & non valet, lege, iure ciuili. C. de teſtibus, quia familiaritatis, propinquitatis, & conſanguinitatis affectio veritatem impedire ſolet, capitulo accuſatores. 3. quæſtione 5. Ideo oportuit vt aliis manifeſtaretur extraneis, quorum teſtimonium ſuſpectum eſſe non poſſet, propterea Ioſeph certificatus eſt ab angelo Matthæi primo, dum ei dixit: *Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.* Secundo manifeſtata fuit paſtoribus ab angelo. Lucæ ſecundo. Tertio iſtis Magis, qui peruenerunt ad Chriſtum 13. die natiuitatis eius, quo die feſtum Epiphaniæ, ideſt manifeſtationis, ſiue apparitionis celebratur, quia noua ſtella ipſis tribus Magis apparuit, vt infra videbitur. Si enim reuoluto anno, aut etiam duobus annis poſt Chriſti natiuitatem peruenissent ad Chriſtum, non inueniſſent eum in Bethleem, cum ſcriptum ſit Lucæ ſecundo, quòd poſtquam perfecerunt omnia ſecundum legem Domini, ſcilicet puerum Ieſum offerentes in templum; reuerſi ſunt in Galilæam in ſuam ciuitatem Nazareth. Quarto autem manifeſtata eſt iuſtis in templo, ſcilicet Simeoni, & Annæ, prophetis, qui de ipſo prophetauerunt, vt habetur Lucæ ſecundo, & iſti omnes poterant dicere cum Magis: *Vidimus ſtellam eius.* Matthæi ſecundo capite.

De nomine Magorum.

De his vero Magis tria ad præſens videbimus, primum dicetur nominationis, ſecundum apparitionis, tertium vero oblationis. Quoad primum dico, quòd iſti reges appellati ſunt Magi, ideſt malefici. Vnde Exodi octauo, malefici Pharaonis dicuntur magi, & ſimiliter omnes incantatores, & diuini dicuntur Magi. 26. quæſtione quint. capit. nec mirum, & l. nemo. C. de male. Dicit autem Chryſoſtomus ſuper Matthæum, iſtos fuiſſe maleficos, ſed poſtea conuerſos, quibus voluit Dominus ſuam natiuitatem reuelare, & eos ad ſe adducere; vt per hoc peccatoribus ſpem veniæ præberet, & ſic poſt conuerſionem retinuerunt denominationem, ſicut etiam Simon leproſus poſt curationem, & qui ſemel fuit fugitiuus, ſemper dicitur fugitiuus. l. quid ſit fugitiuus ff. de ædili. edicto. Vel dicuntur Magi, ideſt illuſores, quia illuſerunt Herodem per aliam viam reuertentes ad regionem ſuam. Matthæi ſecundo. Vel ſecundum Rabanum ſuper Matthæum: *Magi ſunt qui de ſingulis rebus philoſophantur.* Magus enim Hebraice dicitur ſcriba, Græce philoſophus; Latine vero ſapiens. Vnde dicuntur Magi, ideſt ſapientia magni, vt etiam dicit Archidiaconus in capitulo legimus. §. ſed econtra. 37. diſtinctione, & in capitulo nec mirum. 26. quæſtione quinta. in verbo magi. De his Magis ſic dicit Remigius: *Sciendum eſt quòd varia eſt de Magis opinio. Quidam enim dicunt eos fuiſſe Chaldæos. Chaldæi enim ſtellam pro Deo colebant, & ideo dixerunt quòd Nuncupatiuus eorum DEVS oſtendit verum Deum natum. Alii vero dicunt quòd fuerunt Perſæ. Nonnulli etiam dicunt eos de vltimis terræ finibus fuiſſe. Alii autem aſſerunt eos fuiſſe nepotes, ideſt deſcendentes Balaam; & magis eſt credendum. Balaam enim inter cætera quæ* prophetauit dixit Numeri vigeſimoquarto. *Orietur ſtella ex Iacob: & conſurget homo de Iſrael; eius igitur deſcendentes habentes hanc prophetiam, mox vt viderunt ſtellam nouam, intellexerunt regem natum, & venerunt* hæc Remigius. Dicit etiam Chryſoſtomus ſuper Matthæum quòd deſcendentes de genere Balaam elegerunt de ſeipſis duodecim, & ſiquis eorum moriebatur, filius eius aut aliquis ex propinquioribus in eius locum ſubſtituebatur, qui ſingulis annis certo tempore ſuper montem victorialem aſcendebant; & ibi tribus diebus orabant Deum, vt eis ſtellam, de qua Balaam prædixerat, oſtenderet. Quadam vero vice dum ſic ibidem manerent tres reges ſtella quædam ad eos ſuper montem venit; quæ habebat formam pulcherrimi pueri: ſuper cuius caput crux ſplendebat, quæ Magos allocuta eſt dicens: *Ite velociter in terram Iuda, & regem quem quæritis, inuenietis.*

Varia opinio de ſtella Magorum.

De hac autem ſtella diuerſæ fuerunt opiniones. Quidam enim dixerunt, vt ait Remigius, quòd Spiritus ſanctus, po-

ſtea.

ſteá datus eſt Apoſtolis in forma ignis, ſic his Magis apparuit in ſpecie ſtellæ. Chryſoſtomus vero ſuper Matthæū videtur tenere, quod fuerit Angelus, qui in tali ſpecie apparuit. Doctores autem communiter tenent, quòd fuerit ſtella realiter de nouo creata; vt ponit Nicolaus de Lyra ſuper Matthæū. Vnde gloſſ. ſuper illo verbo *Vidimus ſtellam eius*; ait: *ſcilicet propriam. quia hanc creauit ad oſtenſionem ſui.*

Cur per ſtellam fuerit Magis ſacta demonſtratio Christi nati.

Quoad ſecundum autem videndum de Magis ſcilicet; Quare per ſtellam facta fuerit Magis demonſtratio Chriſti nati? Reſpondet beatus Thomas in tertia parte ſummæ, quæſtione 36. articulo quinto di. Sicut manifeſtatio ſyllogiſtica fit per ea quæ ſunt magis nota ei, cui eſt aliquid manifeſtandum; ita manifeſtatio; quæ fit per ſigna debet fieri per ea quæ ſunt familiaria illis quibus fit. Manifeſtum eſt autem quòd viris iuſtis eſt familiare, & conſuetum, interiori Spiritus ſancti edoceri inſtinctu abſque ſignorum ſenſibilium demonſtratione; ſcilicet per ſpiritum prophetiæ. Alii vero corporalibus rebus dediti per ſenſibilia ad intelligibilia deducuntur. Iudæi tamen conſueti erant diuina reſponſa per Angelos accipere; per quos etiam legem acceperant ſecundum illud Actorum ſeptimo: *Accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum.* Gentiles vero, & maxime aſtrologi conſueti ſunt ſtellarum curſus reſpicere; & ideo iuſtis, ideſt Simeoni, & Annæ manifeſtata eſt Chriſti natiuitas per interiorem inſtinctum Spiritus ſancti. iuxta illud Lucæ ſecundo *Reſponſum acceperat Simeon à Spiritu ſancto &c.* Paſtoribus autem magis tanquam rebus corporalibus deditis manifeſtata eſt Chriſti natiuitas per apparitiones viſibiles; & quia hæc natiuitas non erat pure terrena; ſed quodammodo cœleſtis, ideo per ſigna cœleſtia vtriſque manifeſtatur. Vt enim Auguſtinus dicit in ſermone de Epiphania: *Cœlos angeli habitant; & ſydera ornant.* Vtrique ergo *cœli enarrant gloriam Dei*; Rationabiliter autem paſtoribus tanquam Iudæis apud quos frequenter factæ ſunt apparitiones angelorum reuelata eſt natiuitas Chriſti per Angelos. Magis autem aſſuetis in conſideratione cœleſtium corporum manifeſtata eſt per ſignum ſtellæ: quia vt dicit Chryſoſtomus. *Per conſueta eos Dominus vocare voluit ad eos condeſcendens.* Gregorius autem dicit in homil. ſuper Matthæū. *Iudæis tanquam ratione vtentibus rationale animal, ideſt Angelus prædicare debuit; gentiles vero qui vti ratione neſciebant ad cognoſcendum DEVM non per vocem, ſed per ſigna perducuntur. Et ſicut Dominum iam loquentem annunciauerunt gentibus prædicatores loquentes, ita eum nondum loquentem elementa muta prædicarent.* Auguſtinus autem dicit in ſermone Epiphaniæ, *Abraæ innumerabilis erat promiſſa ſucceſſio, non carnis ſemine, ſed fidei fœcunditate generanda; & ideo ſtellarum multitudini eſt comparata, ſcilicet Geneſis decimoquinto, vt cœleſtis progenies ſperaretur. Et ideo gentiles in ſyderibus deſignati ortu noui ſyderis excitantur, vt perueniant ad Chriſtum per quem efficiunt ſemen Abraæ.* Hæc autem ſtella non fuit vna de ſtellis cœleſtibus ab initio creatis; vnde Auguſtinus in libro contra Fauſtum dicit: *Non ex illis erat ſtella, quæ ab initio itinerum ſuorum ordinem ſub creationis lege cuſtodiunt; ſed in Virginis partu nouum ſydus apparuit.* Beatus vero Thomas in tertia parte ſummæ, quæſtione 36. articul. ſeptimo inquit: Sicut Chryſoſtomus dicit ſuper Matthæū, quod illa ſtella, quæ Magis apparuit, non fuerit vna cœleſtium ſtellarum, multipliciter manifeſtum eſt. Primo quidem quia nulla ſtellarum hac via incedit: hæc enim ſtella ferebatur à ſeptentrione in meridiem. Ita enim iacet Iudæa ad Perſidem vnde Magi venerunt. Secundo apparet hoc ex tempore. Non ſolum enim apparebat in nocte: ſed etiam in meridie, & ſuum fulgorem oſtendebat, quod non eſt virtutis ſtellæ: ſed nec lunæ. Tertio quia quandoque apparebat: & quandoque occultabatur: cum enim Magi intrauerunt Hieruſalem occultauit ſeipſam. Deinde vbi Herodem reliquerunt, oſtendit ſeipſam. Quarto quia non habebat continuum motum, ſicut aliæ ſtellæ: ſed cum oportebat ire Magos, ibat: quando autem eos oportebat ſtare, ſtabat. ſicut & de columna nubis quæ erat in deſerto dicitur Exodi

Digitized by Google

13. Quinto, quia non ſurſum manens partum virginis demonſtrabat: ſed deorſum deſcendens hoc faciebat. Vnde Matt. 2. dicitur, quod *ſtella quam viderant Magi in oriente antecedebat eos vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi puer erat.* Ex quo patet quod verbum Magorum dicentium: *Vidimus ſtellam eius in oriente:* non eſt ſic intelligendum quaſi ipſis in oriente poſitis ſtella apparuerit eis in terra Iuda: ſed quia viderunt eam in oriente exiſtentem: & præceſſit eos vſq; in Iudæã. Non potuiſſet autẽ diſtincte domum demonſtrare, niſi fuiſſet terræ vicina: erat ergo non in firmamento cœli collocata; ſed in aere vicino terræ. vt ait Fulgentius: & ſecundum voluntatem Dei mouebatur; vnde Leo Papa dicit in ſermone Epiphaniæ: *Tribus Magis in regione orientis ſtella noua claritatis apparuit: quæ illuſtrior cæteris: pulchriorque ſyderibus in ſe intuentium oculos, animoſque conuerteret: vt confeſtim aduerteretur, non eſſe otioſum quod tam inſolitum videbatur.* hæc ille. Ex quibus omnibus patet, quomodo hæc ſtella ab aliis differebat: Origine, quia non fuit creata cum aliis à principio mundi; ſed ſolum in natiuitate Chriſti. Item officio: quia aliæ ſtellæ factæ ſunt vt ſint in ſigna, & tempora. Geneſ. 1. hæc autem, vt duceret Magos. Item duratione: quia aliæ ſtellæ ſunt perpetuæ: hæc autem, vt ait Nicolaus de Lyra finito ſuo miniſterio rediit in præiacentem materiam. Item in ſitu, & locatione: vt ſupra dictum eſt. Item in radiatione, quia cæteris ſtellis erat lucidior: ita quod ſplendor ſolis eam obſcurare non poterat: & etiam in meridie ſplendidiſſima apparebat. Item in motu: quia non mouebatur motu circulari; ſed progreſſiuo. Item in ſui demonſtratione, & celatione ad tempus. Dicit quoque beatus Thomas vbi ſupra art. 5. *Stella quæ Chriſti natiuitatem manifeſtauit, omnem occaſionem erroris ſubtraxit.* Vt enim Auguſtinus dicit contra Fauſtum: *Nulli aſtrologi ita conſtituerunt naſcentium hominum fata ſub ſtellis, vt aliquam ſtellarum homine aliquo nato circuitus ſui ordinem reliquiſſe, & ad eum qui natus eſt perrexiſſe aſſeuerent; ſicut accidit circa ſtellam; quæ demonſtrauit natiuitatem Chriſti.* Et ideo per hoc non confirmatur error eorum, qui ſortem naſcentium hominum aſtrorum ordini colligari arbitrantur. Non autem credunt aſtrorum ordinem ad hominis natiuitatem poſſe mutari. Similiter etiam, vt dicit Chryſoſtomus. *non eſt hoc aſtronomiæ opus à ſtellis ſcire eos qui naſcuntur: ſed ab hora natiuitatis futura prædicere.* Magi autem tempus natiuitatis non cognouerunt, vt hinc ſumentes initium à ſtellarum motu futura cognoſcerent: ſed potius è conuerſo Et ſicut Auguſtinus dicit in ſermone Epiphan. *Magi ab Angelis aliqua monitione reuelationis audierunt, quod ſtella Chriſtum natum ſignificaret, & probabile videtur, quod à bonis, quando in Chriſto adorando ſalus eorum iam quærebatur.* hæc ille. Et idem Auguſtinus in libro quæſtionum noui, & veteris teſtamenti ait: *Regem intellexerunt natum cum ſtella indice temporalis rex ſoleat deſignari.* Hi enim Magi non maleuolentia aſtrorum curſum, ſed rerum curioſitate ſpeculabantur. Leo autem Papa in ſermone Epiphaniæ dicit: *Præter illam ſtellæ ſpeciem quæ corporeum incitauit obtutum, fulgentior veritatis radius eorum corda perdocuit.* Beatus vero Thom. vbi ſupra articul. 8. inquit: *Magi ſunt primitiæ gentium in Chriſto credentium: in quibus apparuit, ſicut in quodam præſagio fides, & deuotio gentium venientium à remotis ad Chriſtum. Et ideo ſicut deuotio & fides gentium eſt abſque errore per inſpirationem Spiritus ſancti: ita etiam credendum eſt Magos à Spiritu ſancto inſpiratos ſapienter Chriſto reuerentiam exhibuiſſe.* hæc ille.

Differentia illius ſtellæ ab aliis.

Quoad tertium vero, ſcilicet de oblatione Magorum prædictorum inquit Chryſoſt. ſuper Mat. *Si Magi regem terrenum quærentes veniſſent, fuiſſent confuſi; quia tanti itineris laborem ſine cauſa ſuſcepiſſent; vnde nec adoraſſent, nec munera obtuliſſent. Nunc autem quia cæleſtem regem quærebant: etſi nihil regalis excellentiæ in eo viderunt, tamen ſolius ſtellæ teſtimonio contenti adorauerunt. Viderunt enim hominem & adorauerunt Deum, & obtulerunt munera dignitati Chriſti congruentia. Aurum quidem quaſi regi magno. Thus quod in Dei ſacrificio ponitur, immolant vt Deo. Myrrha, qua mortuorum corpora condiuntur præbetur tanquam pro ſalute omnium morituro.* Greg. quoque in homil. Epiphaniæ idem confirmans ait: *Magi vero aurum, thus, myrrham deferunt. Aurum*

De oblatione Magorũ

quippe

Digitized by Google

quippe regi congruit; thus vero in Dei ſacrificio ponebatur; myrrha autem mortuorum corpora condiuntur. Cum ergo Magi quem adorant etiam myſticis muneribus prædicant. Auro regem, thure Deum, myrrha mortalē. Alii autem quidam Doctores dicunt quod obtulerunt aurū in paupertatis ſubſidium: thus in ſtabularis fœtoris remedium, myrrham vero in teneritudinis puerilis obſequium, ad vngēda membra illius debilia, & tenera, ac delicatiſſima, qui noſtras pœnalitates, & infirmitates aſſumpſit. Hos autem beatos Magos admirabiles nobis reddit labor itinerationis, quia longitudo viarum non retraxit eos, quin pergerent ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Non etiam difficultas temporum, quia in hyeme. Non multitudo expenſarum, quas oportebat facere. Non teneritudo complexionum, quia erant delicatæ perſonæ. Non periculum perſonarum: quia eis poterant fieri multæ inſidiæ. Non timor vſurpationum, ſcilicet ne ſua regna ab aliis interim vſurparentur. Venerabiles etiam eos reddit audacia confeſſionis, quia coram Herode, qui regnū Iudaicum vſurpauerat, cōfeſſi ſunt Chriſtum natum eſſe regem Iudæorum. Sed hic quæri poteſt, quomodo in 13. diebus potuerint Magi venire de vltimis terræ finibus: vel ſaltem de terra longinqua vſque in Hieruſalem, quæ eſt in medio terræ habitabilis, cum à patria eorum vſq; in Hieruſalem eſſet via vnius anni ſecundum Chryſo. Et reſpondet Remigius quod puer ad quem properabant, eos in tam breui ſpacio perdūcere potuit. Vel dicendum ſecūdum Hiero. quod ſuper dromedarios venerunt, qui ſunt velociſſimi: & tantum currūt vna die quantum equi in multis. Et tunc impletum eſt illud Eſa. 60. *Inundatio camelorum operiet te: dromedarij Madian, & Epha.* Si etiā quæratur: quare potius in Hieruſalem perrexerunt, quam ad aliam ciuitatem ad quærendū Chriſtum. Reſpondet Remigius quod Hieruſalem magna erat ciuitas, & regalis: & ideo credebant quod talis puer non niſi in regia ciuitate naſci deberet. Vel ibi perrexerūt vt locum natiuitatis Chriſti certius diſcere poſſent, quia ibi ſapientes, ſcribæ & legis doctores reſidebant; vt impleretur quod dictum eſt per prophetam Eſa. 2. *De Sion exibit lex, & Verbum Domini de Hieruſalem.* Item vt ſtudio Magorum damnaretur pigritia Iudæorum, vt

Pulchre quæritur quomodo Magi in 13. diebus ad Chriſtum peruenerint.

Quare Magi venerint in Hieruſalem.

ſcilicet eſſent inexcuſabiles, quia potuiſſent dicere. Nos quidem locū natiuitatis ſcimus, ſed tempus ignoramus. Et ideo Magi oſtenderunt eis tempus, & didicerunt ab ipſis locum. O quanta igitur fuit deſidia Iudæorum, qui cum per ſcripturas inuenirent Chriſti aduentum eſſe propinquum, viderentque reges à finibus terræ veniſſe ad eum quærendum, & adorandum: iuxta prophetiam Dauid Pſal. 71. *Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerent: & reges Arabum, & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges &c.* non curauerunt ad locum natiuitatis Chriſti ei vicinum; & ab ipſis demonſtratum Magis vna cum illis properare. Sed hoc Deo permittente factum eſt propter eorum malitiam. Vt etiā dicit Greg. vbi ſup. Ideo ſtella diſparuit prope Hieruſalem, vt Magi neceſſe haberent percōtari principes Iudæorum de ortu Meſſiæ: & ſic duplici teſtimonio firmarentur in fide, ſcilicet ſtellæ, & ſacræ ſcripturæ. Ipſi enim ſcribæ, & Phariſæi allegauerunt prophetiam Micheæ 5. vbi dicitur, quod Meſſias naſci debebat in Bethleem. Sed hic inquirendum eſt; quę cauſa Magos impulerit ad ſumendam tam longam, & difficilem viam: Et reſpondet Aug. in ſer. prædicto ſic dicens: *Cum alias multi nati eſſent reges Iudæorum nunquam quenquam illorum ad adorandum quæſierunt: quia nec quemquam illorum de cælo loquentem didicerunt. Non itaque regi Iudæorum, quales illic eſſe ſolebant, hunc tam magnum honorem longinqui alienigenæ ab eodem regno extranei à ſe deberi arbitrabantur: talem eſſe natum didicerant in quo adorando ſe ſalutem, quæ ſecundum Deum eſt conſecuturos minime dubitarent. Neque enim ætas cui ſaltem adulatio humana ſeruiret: non in membris purpura; non in capite diadema fulgens; non pompa famulantium; non terror exercitus; non glorioſa fama præliorum? hos ad eum viros ex remotis terris cum tanto voto ſupplicationis attraxit. Iacebat in præſepio puer ortus recenter, exiguus corpore, contemptibilis paupertate. Sed magnum aliquid latebat in paruulo quod illi homines primitiæ gentium, nō terrena poteſtate, ſed cælo narrante didicerūt.* hæc ille. Cognouerāt enim per apparitionem illius ſtellæ; quòd natus erat ille, qui ait Apoc. vlt. *Ego ſum genus & radix Dauid; ſtella ſplendida, & matutina* Quare autem ab oriente venerint; aſſignat Chryſoſt. ſuper Mat.

Quare Magi tam longam viam aſſumpſerunt.

Digitized by Google

Mat. rationem dicens: *Ab oriente venerunt Magi; quia vnde dies naſcitur, inde initium fides proceſſit; quia fides lumen eſt animarum:* *Quare Herodes turbatus eſt.* *Vel quia omnes, qui ad Chriſtum veniunt; ab ipſo, & per ipſum veniunt.* Cur autem Herodes rex turbatus ſit: tres inter alias poſſunt cauſæ aſſignari. Primo ſcilicet vt celſitudo maieſtatis Chriſti monſtraretur. Vnde Greg. vbi ſup. ait: *Cæli rege nato, rex terræ turbatus eſt; quia nimirum terrena altitudo confunditur, cum celſitudo cæleſtis aperitur.* Secundo vt eius iudiciaria poteſtas cognoſceretur, vel figuraretur. Vnde Aug. vbi ſupra dicit: *Quid erit tribunal iudicantis; quando ſuperbos reges cuna terrebat infantis.* Tertio vt deiectio regni diaboli oſtenderetur. Vnde Leo Papa vbi ſupra, inquit. *Non tantum Herodes in ſemetipſo turbatur quantũ diabolus in Herode. Herodes.n. hominem Chriſtum æſtimabat, ſed diabolus Deum, & vterque regni ſui ſucceſſorem timebat, diabolus cæleſtem, ſed Herodes terrenum.* Superflue tamen timebat Herodes, quia Chriſtus non venerat regnum terrenum in terra habere. Vnde Leo Papa vbi ſup. ait ipſi Herodi: *Non capit Chriſtum regio tua, nec mundi Dominus poteſtatis tuæ ſceptris eſt contentus anguſtis.* Omnis etiam Hieroſolyma turbata eſt de natiuitate Chriſti; cum tamen ſumme gaudere deberet, quia vt inquit Chryſoſt. *De aduentu iuſti non poterant gaudere iniqui.* Vel turbatam ſe oſtendit, licet non eſſet, vt ſe ſuſpectam non redderet tyranno, ſi ſe lætam oſtendiſſet de natiuitate regis Iudæorum. Et forte hac de cauſa nemo iuit cum Magis ad videndum eum. Cum autem ipſi Magi diſceſſiſſent ab Herode maligno, & fraudulento; qui quærebat occidere Chriſtum, ſimulans tamen cum Magis ſe velle adorare eum. Ecce quod vt dicitur Mat. 2. *iterũ eis apparuit ſtella quæ primo diſparuerat.* Et in eodem c. dicitur: *Videntes autem ſtellam Magi gauiſi ſunt gaudio magno valde.* In tota autem ſacra ſcriptura nullibi reperiuntur tot verba lætitiæ ſimul poſita; quæ quidem verba ſunt vnita ad denotandum ineffabile eorum gaudium. Per tria autem verba lætitiæ. ſ. gauiſi ſunt gaudio magno ſignificatur lætitia omnium trium potentiarum animæ, quæ totæ erant intentæ ad quærendum & inueniendum virginis filium: quæ lætatæ ſunt vehementer. Dum autem additur *valde* denotatur gaudium omnis ſenſus corporis repleti lætitia ex inuentione Chriſti. Videntes enim ſtellam, certificati ſunt quod ipſum indubitanter in proximo inuenirent; cum Bethlem vbi natus erat prope ad quinque milliaria eſſe cognouiſſent. Vnde ſequitur in prædicto Euangelio, quod ipſa ſtella præcedens eos duxit ad locum vbi erat puer: & ibi firma ſtetit indicans eis quod ibi in illo tugurio erat ſaluator mundi cum virgine benedicta matre ſua. Vnde ſequitur: *Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* O iucunda inuentio. *Deſideria.n. cum completa fuerint, delectant animam.* Prouer. 13. *Et procedentes adorauerunt eum.* Vbi Ber. exclamat di. *Quid facitis ò Magi, quid facitis? Lactentem puerum adoratis, in tugurio vili, in vilibus pannis? Ergone Deus iſte? Et vbi eſt regis aula: vbi curia regalis frequentia? Nunquid aula eſt ſtabulum; thronus præſepium, frequentia Ioſeph, & Maria. Iſta inſipientia ſunt, vt fierent ſapientes.* hæc ille. Sequitur autem: *Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* In quo actu myſtice deſignauerunt cōditiones quas debet habere bona oblatio, & eleemoſyna. Dum enim dicitur *apertis*, oſtenditur largitas eius theſauri, bonitas, & ſui proprietas. Vt non ſolum eleemoſyna fiat largiter, & abundanter in magna copia, & de bonis rebus: non corruptis, ſed etiam de proprijs, & non alienis rebus. Dum autem additur *obtulerunt*, denotatur celeritas, & hilaritas vt fiat libenter, & alacri animo & vultu; & cito præueniendo petitionem paupertatis, & non expectando vt precibus extorqueatur. Dum vero dicitur, *ei*, ſignificatur diſcretio eleemoſynę & ſinceritas; vt ſcilicet fiat diſcrete pauperi, & non diuiti, ſiue non indigenti: nec ex vana gloria, vel alio malo fine, ſed ſincere ex charitate, & amore Dei, vt ei ſit datũ quod eius cauſa datur pauperi. Dum autem additur *munera* oſtenditur liberalitas eleemoſynæ, vt quod ex debito & pro ſua mercede debet quis habere, ei non detur tanquam eleemoſyna; & ne detur aliquid alicui ſub prætextu pietatis; vt poſtea amplius habeatur ab eo; Dum autem dicitur *aurum, thus, & myrrham,* quæ tria quilibet eorum obtulit. vt dicunt docti. vnde falſa eſt illa ſententia: *Gaſpar fert myrrham; thus Melchior; Balthaſar aurum.* Ex hac diuerſorum munerum oblatione

Cōditiones bonæ oblationis, vel eleemoſynæ.

Digitized by Google

tione denotatur varietas eleemoſynæ. Non enim ſufficit pauperi dediſſe panẽ, ſi vino, vel veſtimento indigeat, & quibus ei ſubueniri poteſt. Quid autem myſtice deſignarent hæc tria munera circa perſonam Chriſti; ſuperius diximus. De quo etiã Eccleſia in officio Epiphaniæ canit: *Tria ſunt munera pretioſa, quæ obtulerunt Magi Domino in die iſta, & habent in ſe diuina myſteria. In auro vt oſtendatur regis potentia. In thure ſacerdotem magnũ conſidera; & in myrrha Dominicam ſepulturam.*

Magorum congrua oblatio.

Notandum vero eſt quòd quia ordo rationis exigit, vt ſecundum gradum, dignitatis, & excellentiæ, & valoris alicui cultus exhibeatur honoris, & reuerentiæ. cap. ſtatuimus, de maio. & obe. Vnde cũ magnus cultus honoris perpendatur in munerum oblatione; magnis, & dignis perſonis nõ vilia, ſed & magna, & nobilia ſunt donaria facienda, & offerenda. Nam vt dicitur in cap. & ſi quæſtiones. de ſimo. *In accipiendis vel dandis muneribus perſona dantis, & accipientis eſt qualitas attendenda.* ideo cum ipſi offerentes eſſent ſapientiſſimi, & cognoſcerent nobilitatem rerum, & eſſent diuites, quia reges, & Domini, & offerre vellent ei qui potens eſt in cœlo & in terra; qui dicit Matthæi 28. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.* Congrue elegerunt facere ei oblationem de tribus, quorum quodlibet in genere ſuo eſt optimum. Aurum enim eſt potioris valoris inter metalla; thus potioris odoris inter aromata; myrrha potioris vigoris inter vnguenta. Recte ergo Domino Ieſu obtulerunt aurum; quia ipſe eſt *rex regum, & Dominus dominantiũ*, Apoca. 19. Aurum namq; offertur regibus pro tributo. ea, ſi tributum. 11. q. 1. & per glo. in c. generali. in verbo regalia. de elec. li. 6. Quia vero in thure ſapientia deſignatur, vt ait Salomon Sap. 7. dicens de ſapientia, quòd *infinitus eſt theſaurus hominibus.* Ideo congrue illud obtulerunt ei in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ Dei abſconditi; ad Col. 2. Et ſic in auro & thure eũ profeſſi ſunt, eſſe verum regem de regio genere Dauidico, qui promiſſus erat in lege ſuper Iſrael regnaturus, atq; ſummum ſacerdotem de ſtirpe Aaron, qui debebat ſacrificare ſuũ precioſiſſimum corpus ſuper aram crucis, & Deum ac Dominum ſuum, per myrrham vero eum deſignauerunt debere pro humani generis redemptione mori; & in ſepulcro myrrha eius corpus condiri, ſicut poſtea factum fuiſſe patet Iohan. 19. In his quoque muneribus deſignauerunt tria munera quæ omnes fideles chriſtiani debent offerre Domino Ieſu. Nam aperto theſauro ſuo debent de ſcrinio cordis ſui offerre ei cordialem dilectionem, & charitatem, quæ per aurum figuratur, quia ſicut aurum eſt valore maximum, & virtute optimum, nam cor debile reſtaurat, & confortat: & propter hoc ponitur in electuarijs infirmorum. Item in tenore ſolidum, multumque durans; ſic charitas inter omnes virtutes principatũ tenet, & qui de ea plus habet, plus valet: & qui nihil charitatis habet, nihil valet, vt patet. 1. ad Corinthios. 13. vbi Apoſtolus ait: *Si linguis hominũ loquar, & angelorum, charitatem autẽ non habeam, nihil ſum.* Item charitas ſuperueniens reſtaurat omnia merita deperdita: & confortat corda debilia ad operandum inſtanter opera virtuoſa. Et ideo charitatẽ non habenti dicit Dominus Apocalypſ. 3. cap. *Dicis quia diues ſum, & locuples: & nullius egeo. Et neſcis quia tu miſer es, & miſerabilis, pauper, cæcus, & nudus? ſed ſuadeo tibi emere à me aurum ignitum, vt locuples fias, & offeras Deo tuo.* Charitas etiam eſt ſolida: quia tenet hominem ſolidum & firmũ in bono. Vnde de ea inquit Apoſtolus vbi ſu. *charitas nunquã excidit:* tranſſumptiue in c. charitas nunquam. de pœni. diſt. 2. Et ideo de habẽte charitatẽ dici poteſt illud Eccleſ. 50. *Quaſi vas auri ſolidũ.* Item quilibet fidelis debet Domino Ieſu offerre thus deuotæ laudationis, & orationis, quia ipſe ait Pſal. 49. *Sacrificiũ laudis honorificabit me &c.* Et ideo vnuſquiſque debet dicere cum eodem propheta ibidem: *Dirigatur Domine oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.* Et tunc de quolibet tali dici poterit illud Eccleſ. 50. *Quaſi thus ardens in igne poſitum.* Item debemus illi offerre myrrham carnalis afflictionis, & mortificationis: pœnitentiæque, & macerationis. Sicut enim myrrha, licet ſit amara; tamen habet odorem bonum, & vigorem conſeruatiuum à putrefactione: ſic pœnitentia licet videatur eſſe amara quoad ſenſualitatem; tamen eſt odorifera Deo, & nos præſeruat à putrefactione vitiorũ: & eſt valde vtilis, & fructifera. iuxta illud Iac. 1. *Omnis diſciplina in præſenti quidem non videtur*

Tria munera debemus omnes offerre Christo.

tur

Digitized by Google

tur eſſe gaudij, ſed mœrorũ, poſtea vero fructum pacatiſſimum affert exercitatis per eam. Et tunc dicere poterit quilibet noſtrum illud Eccleſiaſt. 24. *Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris.* Et illud Can. 5. *Manus meæ diſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima.* Et prædicta quaſi omnia confirmat Gre. in homil. Epiphaniæ. Sed iam ad cõtemplandum virginis gaudium veniamus. Si enim tantum gauiſi ſunt Magi de vna Ieſu Chriſti viſione, quantum gaudere debebat eius mater de quotidiana eius amplexatione, oſculatione, lactatione; & dulciſſima conuerſatione? Cogita aliquantulum ò paupercula mulier, quod ſi eſſes in puerperio decubans cum filio, & in maxima paupertate: quantum gaudium haberes ſi aliquis præpotens Dominus coram eo genu flecteret, & ei precioſa munera offerret. Quantum ergo gaudere debebat virgo benedicta quæ paupercula exiſtens vidit iſtos tres reges ſapientiſſimos, ac potentes, qui cum tanta comitiua de tam lõginquis partibus ad viſitandum filium ſuum venerant ſtella eos ducente, eidem filio ſuo adorato tanquam eorum vero Deo, tam precioſa munera abundanter offerre: & ſuis omnibus neceſſitatibus copioſiſſime ſatisfacere. Poſſumus autem deuote meditari quod exiſtens benedicta virgo ſola in diuerſorio cũ puero ſuo, atque Ioſeph ac boue, & aſino: ſentiens tot gentes, equos, pedites, camelos, milites, baroneſque cum turba magna venire, cœpit timere ne iſti venirent ad perdendum filium ſuum: vnde ſubito accipiens eum poſuit in præſepio, & fœno cooperuit. O Ieſu dulcis. O imperator mundi. O infinita maieſtas. O ſumma potentia, & bonitas. Quomodo ſtas? Vbi cubas? Vbi quieſcis? Conſidera modicum ò ſenſualis, & carnalis qui gaudes mundo, & deliciis vnde Ber. inquit: *Quid vltra gloriaris ò diues in volutabro lecti picti? &c.* Abſconſo igitur dulci Ieſu inter bouem, & aſinum, ecce appropinquant ſcutiferi, & famuli aliæque gentes. Stella autem ſtabat ſupra locum, vbi erat Dominus Ieſus: nec vltra progrediebatur. Arbitrantes ergo, quod ibi eſſet, intrantes ipſi reges, & neminem videntes niſi Mariam pauperculam puellam, & Ioſeph, egrediũtur, & aſpicientes ſtellam vident eam firmam ſtare ſupra præſepium; & iterum ingrediuntur, & non videntes eum, iterum egrediuntur,

Gaudium Virg. in ador. & oblat. Magorum.

& videntes ſtellam ſtare immobilem, tertio ingrediuntur, quærentes vbi erat *puer, qui natus erat rex Iudæorum.* Quibus cum timore dixit benigna virgo: O reges, ò principes, rogo amore Dei ne moleſtetis me pauperculam matrem. Tunc illi hoc audientes dixerunt: O virgo ſancta: O virgo illibata: O mater Dei ne timeas. Vidimus enim ſtellam eius in oriente, & venimus cum muneribus adorare eum. Nos venimus benefacere, & non male. Ne tardes obſecramus oſtendere nobis deſiderium cordis noſtri. O ſpes noſtra vbi es? O gaudium noſtrum. O expectatio noſtra. O dulcis Ieſu oſtende nobis faciem tuam, & ſalui erimus. Videns autem piiſſima virgo eorum magnam deuotionem, & fidem, perrexit ad præſepium. Conſidera modo quomodo illi reges, & barones ſumma cum reuerentia, ac deuotione ipſam ſequuntur euntem verſus præſepium; & ſubito beata virgo cũ veniſſet, vbi erat filius, genu flexit: & illi ſimiliter. Et tunc diſcooperuit benigniſſimum Ieſum; & oſtendit illis. Quem illi videntes ſubito depoſitis coronis, & ſceptris regalibus adorauerunt eum, & nõ potuerunt lachrymas continere, ſed cum fletu exclamauerunt dicentes: O diuina bonitas, vbi iaces? O ſaluator mundi? O gaudium angelorum quomodo te humiliaſti? O quantus feruor. O magnanima fides iſtorum regũ, qui non ſuſpicati ſunt indignum regis habitaculum. Non paupertatem matris; non viles panniculos, non aſperitatem fœni, non fœditatem ſtabuli: non paruitatem pueri, ſed in abiecto loco, & aſpero fœno mirabantur filii Dei humilitatem; *qui exinaniuit ſemetipſum.* ad Phil. 2. In paupertate matris ſtupebant de indicibili eius paupertate. In vilibus panniculis attendebant ſplẽdorem virtutum. In mortali carne conſiderabant ineffabilem eius dignationem. Poſſumus autem contemplari quod diabolus conatus eſt auertere Magos à fide Chriſti: & probare quod non erat Deus, ſed purus homo multis rationibus, quibus ſapientiſſima virgo reſpondit. Et primo ſic arguit diabolus dicens: Iſte puer generandus annunciatus eſt fœminę, ergo eſt tantum homo, & non Deus. Conſequentia patet: quia Iſaac, Samſon: & Ioannes Baptiſta, annunciati ſunt parentibus ſuis, qui tamen non fuerunt niſi homines? Reſpondit b. virgo. Verum eſt quod iſte puer annunciatus eſt mihi naſciturus.

rus.

Digitized by Google

rus ex me, ſed virgine remanente, quod de aliis non fuit. De me enim prædictum fuit Eſa.7. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium & vocabitur nomen eius Emanuel*, id eſt, nobiſcum Deus: & Ezech. 44. *Vidi portam in domo Domini clauſam &c.* Et Dan. 2. *lapis abſciſus eſt de monte ſine manibus.* Secundo dixit diabolus: Iſte puer conceptus eſt in vtero fœminæ: ergo eſt homo, & non Deus, patet conſequentia. Quia Deus cum ſit infinitus omnia implet. vnde ait Hierem. 23. *Cælum & terram ego impleo*: ergo non potuit claudi virginis vtero? Reſpondit b. virgo illud Auguſtin. in lib. contra Fauſtum Manichæum di. *Non plane catholica fides, quæ Chriſtum Dei filium natum ſecundum carnem credit ex virgine, ullo modo eundem Dei filium ſic in vtero mulieris includit, quaſi extra non ſit, quaſi cæli & terræ adminiſtrationem deſeruerit: quaſi à patre receſſerit: Sed vos Manichæi corde illo, quo nihil poteſtis niſi corporalia phantaſmata cogitare, iſta omnino non capitis, &c.* Dixit quoque illud eiuſdem Auguſt. in epiſtola ad Voluſianum: *Hominum iſte ſenſus eſt, nihil niſi corpora valentium cogitare: quorum nullum poteſt vbique eſſe totum, quoniam per innumerabiles partes aliud alibi habeatur neceſſe eſt: longe alia eſt natura animæ quam corporis; quanto magis Dei qui creator eſt animæ & corporis, qui nouit vbique totus eſſe, & nullo contineri loco? nouit venire non recedendo vbi erat: nouit abire non deſcedendo quo venerat, vnde non eſt facta mutatio in Deo: ſed in homine aſſumpto.* Tertio arguit diabolus di. Iſte puer natus eſt ex fœmina: ergo eſt homo, & non DEVS. Patet conſequentia: quia ſicut mors hominum ſubſecuta eſt ex peccato primorum parentum, iuxta illud Gen. 2. *Quacunque die comederitis ex eo, morte moriemini*: ita etiam dolor partus, ſecundum illud Gen. 3. *In dolore paries filios.* Sed hoc non fuit conueniens Deo naſci cum dolore matris parturientis; ergo, &c. Reſpondit beata virgo: Illæ mulieres pariunt filios cum dolore, quæ contraxerunt peccatum originale; ego autem ſum illa, de qua dicitur Cant.4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Et ideo peperi filium meum ſine dolore. Vnde de me prophetatum fuerat Eſa.35. *Germinans germinabit ſicut lilium: & exultabit lætabunda, & laudans.* Quarto arguit diabolus di. Iſte puer natus eſt apud ciuitatem paruam, ergo eſt homo, & non Deus. Patet conſequentia: quia Eſa.2. dicitur: *De Sion exibit lex; & verbum Domini de Hieruſalem.* Si ergo iſte puer erat Deus, naſci debebat in Hieruſalem? Reſpondit virgo benedicta. Filius Dei debebat naſci de ſemine Dauid ſecundum carnem, cui dixit Deus pater Pſal. 131. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam*: & ideo apud Bethleem naſci debebat à qua Dauid originem traxit: & in qua natus eſt 1. Regum 16. vt impleretur prophetia Micheæ 5. dicens: *Tu Bethleem terra Ephrata paruula es in millibus Iuda. Ex te exiet dux qui regat populum meum Iſrael: & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis.* vbi tranſlatio Châldaica habet, *ex te egredietur Meßias.* Quinto diabolus arguit dicens: Iſte puer natus eſt plorando: ergo eſt homo, & non Deus. Antecedens patet Sap.7. *Similem vocem omnibus emiſi plorans*, conſequentia etiam patet. quia vt ait Sibylla Agrippa: *Eſt lætitia ſempiterna.* Reſpondit ſapientiſſima virgo di. Iſte ploratus congruus fuit fini incarnationis: quia ad hoc filius Dei carne ex me aſſumpta venit in mundum, vt pro peccato generis humani ſatisfaceret. De cuius fletu prædixit prædicta Sibylla di. *Flebit Deus lætitia ſempiterna.* Vnus autem pro peccato alterius ſatisfacit: quando pœnam peccato illius debitam in ſe ſuſcepit: ploratus autem eſt pœna peccati quod eſt in mundum per Adam introductum: Et ideo congruum fuit ad finem incarnationis, vt filius meus pœnalitatem hanc, & alias ſuſciperet; ſicut prædictum fuit Eſa.53. *Vere languores noſtros ipſe tulit; & labores noſtros ipſe portauit.* Sexto inquit diabolus: Iſte puer inuoluitur pannis; ergo eſt homo, & non Deus. Antecedens patet Luc.2. ibi: *Inuenietis infantem pannis inuolutum.* Conſequentia etiam patet: quia ſi *Deum cæli cælorum capere nequeunt* 2. Paral. 6. multo minus pannis poteſt inuolui? Reſpondit b. virgo illud beati Maximi in ſermone de natiuitate Domini: *Si tibi ſenſuum tuorum fragilitate minus dignum videtur, filium Dei de fœmina natum credere: virginem cogita peperiſſe. Si tibi panni quibus inuolutus eſt fortaſſe vileſcunt, Angelos collaudantes, & multitudinem cæleſtis exercitus admirare.* Deus ergo omnipotens voluit inuolui panniculis, iuxta illud quod canit Eccleſia:

Membra pannis inuoluta virgo mater alligat: & manus pedeſq; crura ſtricta cingit faſcia: vt *hominem in peccatis inuolutum, & ligatum diſſolueret.* Septimo arguit diabolus di. Iſte puer natus eſt inter animalia; ergo eſt homo, & non Deus. Antecedens patet, Baruch, 3. vbi dicitur: *In medio duorum animalium cognoſceris;* ſecundum vnam tráſlationem; conſequẽtia patet, quia abſurdum videtur, Deũ ſapientiæ conditorem inter bruta animalia naſci. Reſpõdit b. virgo: quia homo per peccatum factus erat, vt beſtia. Vnde de eo Pſal. 58. inquit, *Comparatus eſt iumentis inſipientib. & ſimilis factus eſt illis.* Ideo Dei filius vt beſtialitatem eius in rationabilitatem conuerteret, natus voluit ad hoc inſinuandum in medio beſtiarum reponi. Itẽ vt verificaretur prophetia Eſa. 1. *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum; & aſinus præſepe Domini ſui.* Item vt per hoc deſignaretur conuerſio Iudæorum ad eius fidem, qui figurantur per bouẽ; vt patuit in paſtoribus. Et gentilium qui figurantur per aſinum; vt nunc patet in Magis. Item per bouem deſignatur maturitas diſcretionis: quæ eſt in anima filii mei perfectiſſimo modo. Et per aſinum auſteritas oneris quæ erit in corpore eius. Octauo arguit diabolus di. Iſte puer natus eſt in diuerſorio; & reclinatus in præſepio; ergo eſt homo, & non Deus. Antecedens patet Lu. 2. *Reclinauit eum in præſepio; quia non erat ei locus in diuerſorio.* Conſequentia etiam patet, quia hoc indecẽs videtur diuinæ maieſtati. Reſpondit beatiſſima virgo illud ſancti Maximi in ſer. de natiuitate Domini: *Si præſepe in quo infans iacuit deſpicis; erige paulisper oculos: & nouam in cælo ſtellam proteſtantem mundo natiuitatem Dominicam contuere. Si credis vilia; crede mirifica, ſi de his quæ humilitatis ſunt, diſputas, quæ alta ſunt & cæleſtia venerare.* ſcilicet iſtam micantem ſtellam, cuius ductu iſti reges huc venerunt: ſicut prædictum fuerat Eſa. 60. dum dicitur: *Et ambulabunt gentes in lumine tuo; & reges in ſplendore ortus tui.* Nono dixit diabolus: Iſte puer vocatur nomine humano Ieſus: ergo eſt homo, & non Deus; patet conſequentia, quia Exod. 3. dixit Deus Moyſi. *Quid quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* Reſpondit beata virgo illud quod inquit Deus Eſa. 52. *Propter hoc ſciet populus meus nomẽ meum in illa die; quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum.* Decimo arguit diabolus dicens: Iſti Magi obtulerunt myrrham huic puero: ergo eſt homo, & nõ Deus: quia myrrha datur ad præſeruationem à corruptione, quæ non conuenit diuinitati. Reſpondit beata virgo. Quia immortalis Deus pro hominum ſalute factus eſt mortalis; ideo debuit ei myrrha offerri, per quam mortalitatis aſſumptio deſignatur. Vnde Can. 4. ipſe ait: *Vadam ad montem myrrhæ & ad collem thuris.* De oblatione autem iſtorum regum prophetatum fuit Eſa. 60. vbi dicitur: *Omnes de Saba venient aurum & thus deferentes; & laudem Domino annunciantes.* Tunc diabolus confuſus receſſit. Ipſi vero Magi in fide roborati feruentiores facti ſunt. Et credendum eſt quod ipſe benedictus virginis filius iſtos reges, qui tanto labore eũ quæſierant; & eum tam reuerenter adorauerant, ac tanto venerabantur affectu, abſque lætitia, & magna conſolatione abire non permiſit. Idcirco cõſideremus qualiter in brachiis maternis exiſtens, aſpiciebat Magos hilari facie, Ipſiſque geſtu, ac nutu blandiebatur; & ſignis, quibus poterat oſtendebat ſe lætum de illorum viſitatione, de quo beatiſſima virgo ſummopere gaudebat. Ioſeph vero lachrymabatur præ deuotione, & gaudio. Non enim credendum eſt ipſum Ioſeph fuiſſe abſentem, quando Magi adorauerunt filium virginis, vt quidam opinantur, aſſignantes rationem, quod ſcilicet Dei nutu hoc factum eſt, ne Magi Chriſtum putarent de Ioſeph generatum. Hæc enim opinio non videtur vera. Nam Spiritus ſanctus qui duxerat Magos & inſtruxerat in via de pertinentibus ad incarnationem filii Dei, etiam eos inſtruxerat de miniſterio Ioſeph: & quod datus eſſet virgini ſponſus ad habendam curam pueri, & ipſius virginis. Et ideo credendum videtur, quod fuerit præſens tali gaudio. Vnde Iohannes Gerſon in ſua Ioſephina inquit:

Sentit auctor, quod Ioſeph fuerit præſens adorationi Magorum.

Inueniſſe Ioſeph paſtores littera tradit.
Mentio nulla fit hic: ſed qualiter huius honoris,
Huius myſterij manſiſſe putabitur expers.
Præſertim reges quia non ceſſare repente,
De reditu vetito: nam ſomnus viſio facta eſt.
Quid quod muneribus eſt optus recipiendis,
Atq; recondendis, an ſola relicta videtur
Mater cum puero: quando vaga fama per vrbẽ
Inſonuit totam; reges veniſſe potentes.
In dromedariis; in pulchro, & diuite cultu.
Quid quod fortaſſis prægrandis fulgida ſtella

Viſa

Viſa fuit multis, ſignoque ſtella peracto.
Materiam redit, vnde fuit formata priorem.
Tantos nonne Ioſeph rerum miraris honores.
Nunquid non matri congaudes triſtia paſſa.
Multa prius puto quid vult hæc veneratio quæris:
Reſpondet virgo; vates memorata priores.
Mi vir; mi Domine, ſaluandas credito gentes.
Et ſua perfundet fidei luſtratio corda.
Promiſſa veniunt: inter miracula nullum
Maius prædictum eſt: totoq; implebitur orbe.
Fiet & eccleſia de gentibus: aſt ſynagogam,
Magna pro parte cæcabit demum error.
Diuitias reges & opes cumulare cupiſcent.
Addent ornatus templis cum dotibus amplis.
Plurima dona ferent: quæ myſtica plura docebunt.

Hæc ille.

Credendum quoque eſt quod mitiſſima, & humaniſſima virgo Maria cernens in his Magis tantam fidem, tantamque deuotionem; multa eis verecundo, & benigno ſermone de filio ſuo locuta eſt, enarrando quomodo illum Angelo nunciante concepit: & peperit Angelis iubilantibus, & cantantibus. *Gloria in altiſſimis Deo, &c.* quomodo filij ſui natiuitas ab Angelo fuerat paſtoribus nunciata Commendabat inſuper Magorum prudentiam, eorumque ſollicitudinem atque benignitatem, qui ad ipſum videndum tam cito properauerant, & de oblatis munerib. gratias referebat. Videnſq; ipſa benedicta virgo, quod dulcis eius filius oſtẽdebat ſignis quod libenter in brachiis Magorum iuiſſet; quos tã libenter videbat; illis eum liberaliſſime protulit amplexandum, & oſculandum. O virginis cõſueta pietas; ô filii Dei profunda humilitas; ô gratia ſuperexceſſiua orientalium regum; quia à virgine matre filium Dei incarnatum inter ſua pectora ſtringendum ſuſceperunt. Notandum vero quòd iſti Magi, vt habetur Matth. 2. *admoniti in ſomnis ne redirent ad Herodem: per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.* Licet enim Herodes dixiſſet eis: *Ite & interrogate diligenter de puero; & cũ inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum:* hoc malicioſe dixerat. Vnde Grego. in homil. Epiphaniæ ait: *Adorare eum ſe velle ſimulat, vt videlicet hunc ſi inuenire poſſit, extinguat.* De hoc etiam loquens Iohannes Gerſon. vbi ſup. ait:

Stella fuit formata noui prænuncia regis.
Conſpiciunt illam reges: veniunt: & in vrbe.
Sancta dum ſiſtunt, conquirunt, eſt vbi natus.
Iudæorum rex, hac vrbem quæſtio turbat.
Te perturbato nimium crudelis Herodes.
Iugiter anxia ſit dominandi ſæua cupido.
Turba ſacerdotum, ſcribarumq; agmine multo,
Commoniti veniunt: & dant reſponſa potenti.
Naſcetur Chriſtus in Iudæ Bethleem vrbe.
Sicut diuina deprompſit voce Michæas.
Auxilio nimis humano qui fidere quærunt,
Perdunt diuinum; ſit in vrbe recondita ſtella.
Deforis inſpicitur, reges præcedit, & vſq;
Clara domum ſupra pueri conſiſtere viſa.
Congaudent valde, crudelis clam prius ipſis,
Rex accerſitis fallax condixerat: ite.
Quærite de puero, vt veniens deuotus adorem.
Mentiris: fraus ficta tibi, nam perdere quæris.
Non colere infantem: ſic ſe perquirere verum,
Fingit hypocrita: vult expugnare repertum.

Hæc ille.

Propter hoc igitur ipſi Magi per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Et ideo Herodes iratus, quòd eſſet ab eis illuſus; fecit in odium eorum comburi omnes naues Tharſis: quia ipſi reges erant de partibus illis. Et ita exponitur illud quod prædictum fuerat per Dauid Pſalm. 47. *In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.* Hæc autem reuerſio Magorum nobis aliquid inſinuauit faciendum. Vnde Gregor. vbi ſup. ait: *Magnum vero nobis aliquid Magi innuunt, cum in regionem ſuam per aliam viam reuertuntur. In eo namque quod admoniti faciunt, profecto nobis inſinuant quid faciamus. Regio quippe noſtra paradiſus eſt: ad quam Ieſu cognito redire per viam qua venimus, prohibemur. A regione etenim noſtra ſuperbiendo; inobediendo, viſibilia ſequendo, cibum vetitum guſtando diſceſſimus, ſed ad eandem neceſſe eſt vt flendo, obediendo, viſibilia contemnendo, atque appetitum carnis refrænando redeamus: ergo per aliam viam ad regionem noſtram regredimur: quando qui paradiſi gaudiis per delectamenta diſceſſimus ad hæc per lamenta reuocamur.* O igitur deuota anima; conſidera quantum exultabat virgo beatiſſima; quę videbat puerum ſuum à bonis regibus ſic venerari; & à malis tantum timeri. De quo inquit Aug. in ſermone Epiphaniæ. *In præſepio iacebat, & Magos ab oriente vocabat. Abſcondebatur in ſtabulo, & agnoſcebatur in cælo; vt agnitus in cælo;*

manifeſtaretur in ſtabulo; & appellaretur Epiphania dies iſte, quod Latine manifeſtatio dici poteſt. Simul enim celſitudinem, humilitatemque commendans: Vt qui in aperto cælo ſydereis ſignis monſtrabatur: in anguſto diuerſorio quæſitus inueniretur inualidus, infantilib. membris inuolutus in pannis adoraretur à Magis; teneretur à malis. Pie ergo timeant reges ad patris dexteram iam ſedentem, quem rex impius timuit adhuc matris Vbera lambentem. Et ibidem exclamat idem Augu. di. *Quis eſt iſte rex tam paruus, tam magnus nondum in terris loquens; & iam in cælis edicta proponens.* O fælices reges orientales, qui iſtius magni regis famuli facti eſtis. Vt autem dicit Chryſoſt. ſuper Mat. cum ad patriam ſuam reuerſi eſſent, prædicantes multos erudierunt. Et denique cum b. Thomas Apoſtolus poſt aſcenſionem Domini in illam regionem perrexiſſet, ab eo baptizati ſunt, & facti ſunt adiutores prædicationis eius. Quorum corpora poſt felicem mortem primo per Helenam Conſtantini matrem reperta Conſtãtinopolim translata ſunt. Deinde per ſanctũ Euſtorgium Mediolanenſem epiſcopum, Mediolanum ſunt perducta. Et vltimo per Federicum Imperatorem Coloniam Teutoniæ ſunt delata. Et vt dicitur, ſemper cum facie reſpiciunt verſus Mediolanum: & ſi aliquando reuoluantur, iterum ſeuertunt verſus ipſam ciuitatem, in qua multis annis ſteterunt. Eorum vero animæ cum Domino Ieſu Chriſto: & ipſa beata virgine matre eius in cæleſti regno triumphant.

PARS QVARTA huius ſermonis; de Gaudio B. V. in præſentatione filij in templo habito.

DE quarto gaudio benedictæ virginis ſatis dixi in 8. parte principali huius operis & ideo hic breuiter pertranſeo. Si enim Simeon tantum gauiſus eſt in præſentatione paruuli Ieſu in templo; vt viſo, & amplexato eo cantauerit: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, &c.* quantum debebat iubilare mater eius videns ſanctum Simeonem Spiritu ſancto feruentem obuiare filio ſuo: & coram eo genua flectere, eumque vt Dominum, & Deum ſuum adorare adhuc in maternis brachijs exiſtentem, atque cum humilitate; & deuotione maxima extendentem brachia ſua; & dicentem eidem piiſſimæ virgini: O bona domina, ô genitrix Dei mei, ô regina cœli, obſecro placeat vobis dare mihi oſculandum, & amplexandum: ac in vlnis meis fouẽdum, dulciſſimum filium veſtrum ſaluatorem meum: quem tanto tempore expectaui; & videre deſideraui, & de euius viſione reſponſum à Spiritu ſancto accepi. Ego enim ad hoc officium à Deo electus ſum, ad hoc miſſus ſum, & huic miniſterio reſeruatus. Cui cum benigna virgo filium ſuum liberaliter obtuliſſet, ex cuius benedicti pueri facie radii lucidiſſimi exibãt, ille lachrymis ex dulcedine decurrentib. eum reuerenter & ſuauiter amplexatus, & oſculatus exclamauit: O felix mater, quæ re benedictum ſaluatorem meum generauit: *beatus Venter qui te portauit, & Vbera quæ ſuxiſti.* Exiſtimo autem quod ipſe Simeon ebrius ſpiritu, exclamaret: Currite, currite omnes gentes: & videte puerum qui fecit cœlos. Currite virgines, & lætamini cum Maria: currite viri, & accingimini virtute cum ſancto Ioſeph. currite viduæ & prædicate, ac benedicite hunc ſanctiſſimum paruulum cum Anna. Currite Angeli & obſtupeſcite cum in templo offerri cui omnia offeruntur ſacrificia. Currite iuſti, accipite lætitiam. Currite peccatores, & accipite veniam. Currite ſenes, & cantate mecum: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum Verbum tuum in pace. Quia Viderunt oculi mei ſalutare tuum, &c.* In quo cantico laudauit filium virginis de tribus, primo quod eſſet ſaluator mundi: ſecundo quod eſſet lumen totius orbis: tertio quod eſſet gloria plebis Iſrael: quia magna eſt gloria Iudæorum; quod filius Dei natus ſit de eorum ſtirpe. Non ſolum autem gauiſa eſt beata virgo de ſancto Simeone commendante filium ſuum; ſed etiam de beata Anna propheteſſa, quæ mirabilia de Chriſto omnibus prædicabat. De his autem omnibus tractat Iohannes Gerſon vbi ſupra dicens:

Reſponſum Simeon accepit deſuper olim:
Non te mors rapiet niſi Chriſtum Videris ante.
Chriſtus Vbi Venit, quod gratia ſuggerit audit:
Gratia cæleſtis radians bonitatis imago.
Ecce ſuum Venit ad templum Dominus dominator:
Iuſte ſenex timorate, Dei quem ſpiritus implet,

Interno.

Interno affatu: fac occurras venienti:
Vlnis accepto puerum, benedictio, dicens:
Dimittis Domine, me nunc in pace, ſecundum
Verbum tacite tuum, qui ſum ſeruus tuus almẽ.
Namque tuam propriis oculis nunc cerno ſalutem.
Siue ſalutare quod cunctorum populorum
Ante paras faciem: lux gentibus alta reuelans.
Iſrael ipſe tua ſalus eſt, & gloria plebis.
Membra ſenex ergo, quamuis languore grauata,
Corde vigente mouet: templum petit; ornat ouanter,
Nunc ea; nunc illa loca templi ſuadet alacris,
Sic faciant alij, quia mox veniet dominator:
Proſpicit ex adytis templiq; per atria, quando
Promiſſus veniat: vidit procedere tandem,
Bethleem ex vrbe te virgo; Ioſeph, puerumq;,
Agmine cum, ſancte victimorum; atque parentum:
Spiritus extemplo ſanctus ſibi prodit, hic eſt.
Exilit & iubilat; non ſe capit, atque iuuentus
Eſt aquila viſa: mens in Domino renouatur.
Forte ſacerdotum ſancta de ſorte beati
Tunc aderant, cum te puero venerande Iohannes.
Vir Zacharias; & olim ſterilis ſua coniunx
Venerat Anna, ſenex octogenaria vates.
Deq; Ieſu cuncti multo ſermone loquuntur, &c.

PARS QVINTA huius ſermonis; de quinto gaudio beatæ virginis, in reſurrectione & aſcenſione filii.

Gaudium Mariæ de reſurrectione Domini.

IN iſta parte continetur gaudium duplex, quod ipſa virgo benedicta habuit de filio ſuo. Primum eſt de eius reſurrectione, quando ſcilicet vidit dilectum filium ſuum, quem in ſepulcro ipſa repoſuerat totum liuidum, & plagatum: cum tanta gloria, & triumpho reſuſcitatum. O cum quanta dulcedine cordis, & ſuauitate ſplendidiſſimum corpus filii ſui deoſculabatur, incipiendo à capite, diſcurrebatque per ſingula membra dicens: O fili mi, quam pulchri ſunt capilli tui, quos à Iudæis dilaniatos conſpexi. Quam pulchra eſt facies tua, quam totam liuidam, & ſanguine infectam vidi, & ſic de ſingulis membris dicebat. Decantabatque cum propheta dicens Pſalm. 29. *Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi.*

Chriſtus ſurgens primo apparuit Mariæ Virgini.

Sciendum eſt autem quod ſaluator noſter primus apparuit ſuæ matri poſt reſurrectionem, quam alicui alteri. vnde Amb. in lib. de virginibus ait: *Reſurrectionem Domini Maria Virgo primo vidit, & credidit.* Huic autem opinioni non contrariatur illud quod dicitur Mar. vlt. ſcilicet quod *ſurgens Ieſus apparuit primo Mariæ Magdalenæ.* Quia illud dictum intelligitur ſicut illud Matth. 11. *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.* Ex quibus tamen verbis non ſequitur quin Chriſtus, & beata virgo ſint maiores ipſo Iohanne Baptiſta: licet ſint nati ex mulieribus. Sed per illa verba voluit ſaluator intimare; quod inter illos qui ceciderant per peccatum originale, nemo ſurrexerat maior Iohanne Baptiſta, ſi eius verba intelligantur, quoad habendam gloriam cœleſtem. Ex quibus concluditur quod Chriſtus & b. virgo qui non ceciderunt in peccato originali: & per conſequens non ſurrexerunt ab eo, ſunt ipſo Iohanne maiores. Et ideo ipſe Dominus in prædictis verbis ſtudioſe & notanter dixit, *non ſurrexit*; non autem ait: non eſt, vel erit maior. Et similiter intelliguntur prædicta verba Marc. ſcilicet quod Chriſtus reſurgens primo apparuit Mariæ Magdalenæ, quam alicui alteri ex his qui aliquando peccauerant. Et ideo notanter poſt illa verba ſtatim ſubinfertur: *à qua eiecerat ſeptem dæmonia.* Et hanc opinionem tenet ſancta mater Eccleſia. Et in ſignum quod Chriſtus primo apparuit virgini glorioſæ in die reſurrectionis Domini, ſtationem celebrat apud ſanctam Mariam maiorem in vrbe Roma. In qua eccleſia cum in prædicta die miſſam decantaret. ſanctus Gregorius, & dixiſſet: *Pax Domini ſit ſemper vobiſcum*: Angelus Dei alta voce reſpondit: *Et cum ſpiritu tuo.* Et ob hoc cum in die paſchæ papa ibi celebrat, in teſtimonium huius miraculi: quando dicit: *Pax domini, &c.* nihil ſibi reſpondetur.

Expon. illud Mar. vl appar. 1. Mariæ Mag.

Quare Euangeliſtæ nihil dicũt de apparitione hac facta Matri.

Si autem quæratur, quare de hac apparitione facta matri nullam faciunt Euangeliſtæ mentionem. Reſpondent doctores: quod apparitiones Chriſti exhibitæ matri; & familiaria inter eos colloquia, atque amoris ſublimia ſigna; in tantum

Digitized by Google

fuerunt intellectum humanum excedentia, quod nec potuerunt bene ſciri, nec ab inferioribus dici, niſi cum tanta diminutione, quod illa dicere, eſſet nobis eorum exceſſum quodammodo denigrare. Item Spiritui ſancto & Euangeliſtis propoſitum erat illas apparitiones deſcribere, quæ carnalibus hominibus poſſent de reſurrectione Chriſti fide dignum teſtimonium præbere. Et ideo noluerunt ponere apparitiones factas matri, cuius teſtimonio pro filio non creditur. l. videamus. ff. de in litem iu. Si enim verba extranearum perſonarum deliramenta viſa ſunt Iudæis, multo magis matrem pro filij honore delirare exiſtimaſſent. Poteſt autem hæc apparitio ſic probari. Prius debuit Chriſtus conſolari illos quos plus dilexit: & à quibus plus dilectus fuit, & à quibus plura beneficia recepit, & quos magis tribulatos, & afflictos reliquerat de paſſione ſua & morte; quam alios. Amor enim debet eſſe reciprocus 9. Ethi. *Et beneficiatus eſſe debet gratus ſuo benefactori.* l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæred. & c. cum in officiis. de teſta. & c. de forma. 22. q. 5. Cum igitur ipſe Dominus Ieſus nullum habuerit in hoc mundo chariorem amicum, nec à quo plura beneficia receperit, quam matrem ſuam; cui ex præcepto legis debebat particularem reuerentiam, & honorem, Exod. 20. Deut. 5. & Matth. 15. Et quam eiuſdem præcepti obligatione tenebatur conſolari pro ſuo poſſe, ſecundum ſententiam Alexan. de Ales in 3. parte ſummæ, in tractatu de præceptis decalogi. ſuper 4. præcepto. Ergo indubitanter tenendum eſt quòd primo eam conſolatus eſt. Nullus enim erat in hoc mundo qui tantum doluerit de morte ipſius Domini Ieſu, quantum cordialiſſima mater ſua. Cum igitur ille qui in vno grauatur, in alio debeat ſubleuari. l. cum qui. ff. de iureiur. Cumque eius ſit commoda ſequi qui incommoda ſequitur. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. & §. cum autem. inſtit. de emp. & ven. & l. id quod. ff. de peri. & commo. rei ven. & c. charitatem 12. quæſt. 2. & cap. qui ſentit. de reg. iur. lib. 6. Ideo non eſt dubitandum, quòd beata virgo, quæ prima fuit in dolore filii ſentiēdo: fuit etiam prima in participanda eius conſolatione, vt eſſent ſocii conſolationum, ſicut ſocii fuerant paſſionum, & tribulationum, c. 1. de ſepul. & 2. Cor. 1.

Apparuit Chriſtus Mariæ eã gaudio repleuit.

Apparuit ergo ipſe dulcis Ieſus ſuæ benedictæ matri totus iucundus, & eam ineffabili gaudio repleuit, quod ex quatuor cauſis procedebat. Primo ex eo quòd filius ſuus immortalitatem induerat: iuxta illud ad Rom. 6. *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Vnde Leo Papa in quodam ſer. inquit: Poſt paſſionem Chriſti ruptis vinculis mortis, infirmitas in virtutem, mortalitas in æternitatem, & contumelia tranſiuit in gloriam.* Secundo cauſabatur ex eo, quòd videbat filium ſuum eduxiſſe ſanctos patres de limbo; ſicut prænunciatum fuerat Zach. 9. vbi dicitur Chriſto: *Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua.* Tertio cauſabatur ex eo, quod filius eius nobis omnibus, & principaliter ſibi de reſurrectione ſpem dabat, iuxta illud 2. ad Cor. 4. *Qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit.* Cum enim caput noſtrum Chriſtus reſurrexit: pro certo tenere debemus, quod etiam nos reſurgemus, quia corpus ſequitur naturã ſui capitis. l. cum in diuerſis. ff. de reli. & ſum. fu. & acceſſorium ſui principalis. l. cum principalis. ff. de reg. iu. & c. acceſſorium. eo. ti. lib. 6. Et ideo inquit Apoſtolus 1. ad Cor. 15. *Si Chriſtus reſurrexit, quomodo quidam in vobis dicũt, quoniam reſurrectio mortuorum nõ erit?* Quarto cauſabatur ex eo quod videbat, & cognoſcebat, quod filius eius angelicum numerum adimplebat: & eorum ruinã reſtaurabat. iuxta illud Pſ. 109. *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas:* Et ideo ſecundum Greg. in homil. Paſchæ: *Angelus qui annunciabat Chriſti incarnationem, dum in veſte alba apparuit, de ſua reparatione ſuum gaudium demonſtrauit.* Contemplemur ergo deuote hoc gaudium virginis. Poſſumus autem deuoto corde meditari quod piiſſima virgo Maria quæ per tres dies afflicta ſteterat: & in continuis ſuſpiriis adueniente tertia die à paſſione & morte filii, affectuoſe expectabat reſurrectionem eius, indubitãter credens quod tertia die reſurgeret, & ei ſtatim appareret: vnde plorando, lachrymando, corde & ore ſic dicebat: O pater æterne; ecce iam tempus inſtat vt filium tuum, & meum à mortuis reuoces. Suſcita ergo illum, & ad me mitte tanto mœrore pro ſua paſſione afflictam. Deinde ad filium dicebat: O fili mi dulciſſime. O fili iucundiſſime. O fili amantiſſime. O fili deſideratiſſime. O fili gratioſiſſi-

Contemplatur auctor apparitionem factã à Chriſto matri poſt reſurrect.

tioſiſſime. O fili ſuauiſſime: quem vidi plagis repletum, ſpinis coronatum, crudelique morte extinctum, & in ſepulchro poſitum: quando videbo te ex mortuis triumphaſſe? Dixiſti mihi ſæpius ô fili dilectiſſime: Die tertia reſurgam. Ecce iam dies tertia imminet. *Surge ergo Domine in requiem tuam:* vt prænuntiauit Dauid Pſalmus 131. & veni vt videam te ſolatium animæ meæ, & verificetur illud quod inquit Propheta Pſalm. 29. *Ad Veſperam demorabitur fletus; & ad matutinum lætitia.* Quæ verba cum diceret virgo benedicta, tota lachrymis madefacta. Ecce quod in ipſam intrauit in conſueta lætitia, & tantum gaudiũ, tanquam indicibilis dulcedo, & conſolatio: quod nequibat amplius dolere, vnde intra ſe cœpit dicere: Vnde hoc gaudium mihi? Nonne mortuus eſt filius meus? Eſt ne forte reſuſcitatus? Et tunc ad filium conuerſa dicebat: Dic mihi ô fili chariſſime: es ne tu ille qui venis ad me? Quæ verba cum diceret: Ecce apparuit Dominus Ieſus filius eius totus feſtiuus, & decorus, ac glorioſus, aſſociatus omnibus ſanctis patribus, quos de limbo extraxerat. Qui dulciter ſalutans matrem ſuam prædilectam amplexatus eſt eam & oſculatus Et dixit illi: *Reſurrexi, & adhuc ſum tecum*, Pſalm. 138. *Regina cæli lætare, alleluia: quia quem meruiſti portare, alleluia, reſurrexit ſicut dixit, alleluia.* Aliud quoque ineffabile gaudium habuit virgo beatiſſima, cum filium ſuum perſpexit totum glorioſum aſcendere in cœlum. Non enim eſt vllatenus dubitandum quin ipſa præſens fuerit aſcenſioni filii ſui: cui interfuerunt etiam Apoſtoli; vt habetur Act. 1. & Mar. vl. Hoc autem gaudiũ virgini cauſatum eſt ex quatuor. Primo ex eo quod filius eius ad dexteram Dei ſedere debebat, Vnde Marc. vl. dicitur. *Et Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei* Secundo ex eo quod animas omnium ſanctorum ſecum ad cœlum deducebat, ſecundum illud quod ei prædixit propheta Pſalm. 67. *Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem.* & Micheæ 2. dicitur: *aſcendit pandens iter ante eos.* Tertio cauſabatur gaudium ex eo quod cœleſtem ianuam aperiebat. iuxta illud ad Hebræ. 4. *Habemus pontificem qui penetrauit cælos Ieſum Chriſtum. Vnde Eccleſia canit illi: Æternitatis nobis aditum deuicta morte reſeraſti.* Et

Gaudium quod habuit in aſcenſione.

iterum, *Tu deuicto mortis aculeo aperuiſti credentibus regna cælorum.* Quarto cauſabatur ex eo, quod filius eius aduocatus humani generis conſtitutus erat, iuxta illud 1. Ioan. 2. *Aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* Et ad Hebræos 7. *Semper viuens ad interpellandum pro nobis.* Et eiuſdem epiſtolæ 9. c. *Chriſtus introiuit in cælum vt appareat vultui Dei pro nobis.* Aſcenſurus autem Dominus, iucundiſſimo vultu, & ſuauiſſima voce poſt dulciſsimos amplexus, & oſcula, dixit chariſsimæ matri ſuæ. O dilectiſsima, & digniſsima genitrix mea, & infantilium neceſsitatum mearum ſedula miniſtratrix, & particeps omnium laborum meorum, quę fuiſti mecum cruci confixa ex dolore maternæ dilectionis, teneritudo requireret, vt te nunc mecum adducerem ad gloriam, niſi horum dilectorum filiorum tuorum, & puſilli gregis mei indigentia me moueret, quibus te matrem, & conſolatricem, ac magiſtram intima pietate relinquo, & te ei vt ipſorum reginam, & dominam recommendo. Iterum autem veniam ad te; & cum ineffabili gloria aſſumam te, vt vbi ego ſum; & tu in æternum ſis mecum.

PARS SEXTA
de 6. Gaudio B. V. ſcilicet miſſionis Spiritus ſancti.

BEatam virginem fuiſſe præſentem miſſioni Spiritus ſancti; quando in die Pentecoſtes in forma ignis, & in ſpecie linguarum deſcendit ſuper Apoſtolos in monte Sion, nulli dubium eſt. Dicitur autem Pentecoſte à Pente, quod eſt quinque, & coſte, quod eſt decem, quia quinquies decem id eſt quinquaginta dies ſunt à reſurrectione Domini vſque ad ipſam diem: de quo vide per Arch in cap. hunc numerum. 86. diſtinct. Quod autem etiam ipſa benedicta virgo pręſens fuerit, patet. quia Actu. 1. dicitur de Apoſtolis, poſt aſcenſionem Chriſti: *Hi omnes erant vnanimiter perſeuerantes in orationibus cum Maria matre Ieſu.* Et poſtea ſequitur in cap. ſequenti *quod exiſtentibus illis in eodem loco, factus eſt de cælo ſonus tanquã aduenientis*

Digitized by Google

nientis ſpiritus vehementis : & repleuit totam domum vbi erant ſedentes &c. Si igitur ſuper omnes beata virgo Spiritum ſanctum, vt indubitanter tenendum eſt, recepit, profecto conſtat quod de eius receptione mirum in modum exultauit. Miſſio enim ipſius Spiritus ſancti totum mundum lætificauit. Vnde de filio virginis, canitur Deo patri in præfatione miſſæ Pentecoſtes : *Qui aſcendens ſuper omnes cælos, ſedenſque ad dexteram tuam, promiſſum Spiritum ſanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profuſis gaudijs totus in orbe terrarum mundus exultat, &c.* Et ideo multo magis illum recipientes gaudio, & exultatione perfudit. Vnde ipſam benedictam virginem, quæ ipſius Spiritus ſancti habitatio, & ſacrarium erat: maiori, & incomparabili conſolatione repleuit. Non ſolum autem tunc : ſed prius ſæpius eam repleuerat ; maxime in ſua conceptione. & ſanctificatione in vtero matris, ſicut prædictum fuerat Pſal. 45. c. *Fulminis impetus lætificat ciuitatem Dei ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.* Item in conceptione filii Dei : iuxta illud Lucæ 1. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te ; & virtus altiſſimi obumbrabit tibi* De hac repletione prophetatum fuerat Sap. 1. vbi dicitur, *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.* Ipſa enim orbis terræ dicitur. Vnde de Deo inquit Pſalm. 73. *Operatus eſt ſalutem in medio terræ.* Semper ergo gaudio replebatur virginis anima : quæ ſemper Spiritu ſancto erat repleta. Vnde dicebat Deo illud Sap 12. *O quam bonus & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus.*

Non modo in die Pentec. fuit repleta Spiritu ſancto B. V. ſed & prius.

PARS SEPTIMA huius ſermonis; de 7. Gaudio B. V. ſcilicet Aſſumptionis.

VLtimum gaudium beatiſſimæ virginis in hoc ſermone explicandum dicitur aſſumptionis. De quo dicam in vndecima parte principali huius operis, ſermone 1. & 2. & ideo hic ſuccincte pertranſeo. Quantum vero gauiſa ſit in glorioſa ſua aſſumptione, nullus hominum mortalium cognoſcere poteſt. Hoc autem eius gaudium cauſabatur ex quatuor. Primo ex eo quod in cœlum aſcendebat in anima & corpore. Vnde Auguſtinus in ſerm. aſſumptionis ait: *Lætabatur Maria lætitia inenarrabili corpore, & anima, glorificata per proprium filium, quem in vtero geſſit, quem genuit, quem fouit, & aluit Dei genitrix, Dei miniſtratrix, Dei que ſeruitrix, de qua quoniam aliter ſentire non audeo, aliter dicere non præſumo* : hæc ille. Et idem ego dico de immaculata eius conceptione. Secundo cauſabatur eius gaudium ex eo, quod à tota cœleſti curia fuit aſſociata. Vnde Hieron. in ſerm. aſſumptionis ait : *Ad eius exequias Angeli famulabantur : & vniuerſa cælorum curia congratulabantur. Nec mirum : quia maternus honor illius eſt qui ex ea natus eſt.* Tertio cauſabatur hoc eius gaudium ex eo quod ad dexteram ſui filii erat collocanda. iuxta illud Pſalm. 44. *Aſtitit regina à dextris tuis &c.* Quarto eius gaudium cauſabatur ex eo quod debebat eſſe humani generis aduocata. Vnde Ber. ait : *Ipſa eſt humani generis aduocata: quæ non poteſt ſuſtinere repulſam, quoniam apud Deum inuenit gratiam. Prudens quidem virgo, non ſapientiam, vt Salomon, non diuitias, non honores, ſed gratiam quærebat. Quæramus igitur gratiam : ſed per inuentricem gratiæ. Cæterum quicquid eſt quod Deo offerre paras, Mariæ commendare memento ; vt eodem alueo ad gratiæ largitorem gratia redeat, quo influxit.* hæc ille. Hæc ſunt gaudia quæ communiter ad honorem ipſius beatiſſimæ virginis recoluntur.

Gaudium aſſumptionis Maria, naſcebatur ex quatuor.

Sed ſciendum eſt, quod, vt legitur, beatus Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis, quotidie cum magna deuotione repetebat prædicta gaudia dicens : *Gaude virgo mater Chriſti, &c.* Semel autem eum eadem gaudia more ſolito in ſuo oratorio diceret, apparuit ei ipſa virgo benedicta, & dixit: Cur fili mi tantummodo gaudes de gaudiis meis quæ tranſierunt. Et non potius læraris de illis gaudiis, quæ modo habeo in cœlo : & quæ perpetuo durabunt? Gaude igitur, & lætare de cætero, ac exulta mecum: quia gloria mea excellit dignitatem, & lætitiam omnium ſanctorum, & eunctorum ſpirituum beatorum : & maiorem gloriam habeo ipſa ſola, quam omnes ſimul Angeli, & ſancti. Gaude quia ſicut ſol illuminat diem, & mundum; ſic claritas mea illuminat totum orbem cœle-

Digitized by Google

cœleſtem. Gaude quia tota militia cœli mihi obedit, me veneratur, & honorat. Gaude quia filius meus mihi ſemper eſt obediens & meam voluntatem, & cunctas preces meas ſemper exaudit. Gaude quia Deus ſemper ad beneplacitum meum remunerat ſeruitores meos in hoc ſeculo, & in futuro. Gaude quia proxima ſedeo ſanctæ Trinitati, & veſtita ſum corpore meo glorificato. Gaude quia certa ſum, & ſecura, quod hæc mea gaudia ſemper ſtabunt, & nunquam finientur, vel deficient. Et quicunque cum his gaudiis ſpiritualibus lætando in hoc ſeculo me venerabitur, in exitu animæ ſuæ de corpore præſentiam meam obtinebit; & ipſam animam ab hoſtibus malignis liberabo; & in conſpectu filii mei, vt mecum gaudia poſſideat præſentabo. Et de hoc habetur exemplum in miraculis ipſius virginis; vbi legitur quod quidam quotidie dicebat ſeptem eius gaudia. Qui cum veniſſet ad mortem; & ipſam benedictam virginem totis affectibus inuocaret, venit illa virginibus comitata, & cum maxima angelorum multitudine: & dixit illi infirmo; Chariſſime longo tempore mihi gaudia præſentaſti; veni ergo ſecure, quia nobiſcum per infinita ſecula permanebis, pro quibus verbis ille mirum in modum exultauit; & cum gratias egiſſet, fœliciter migrauit ad Dominum; cum ipſa Dei genitrice æternis gaudiis potiturus. Quam virginem gaudioſam obſecro, vt animam meam cum ex hoc ſeculo migrauerit in cœleſti palatio coram dilecto vnigenito ſuo fœliciter præſentare dignetur. Amen.

Digitized by Google

SERMONVM MARIALIS

PARS VNDECIMA.

IN QVA TRACTATVR DE GLORIOSÆ VIRGINIS MARIÆ, ASSVMPTIONE: ET PROPRIO nomine, Iubilatio angelica nuncupatur.

SERMO PRIMVS.

In quo agitur de cauſis deſiderij B.V. cum filio aſcendendi. Item aſſignantur multæ rationes quare non fuerit aſſumpta cum filio, tum de eius morte, reſurrectione glorioſa quoad corpus, & ſumma in eius aſſumptione, iubilatione.

ELeuauerunt arcã in ſublime. Gen. 7. Benedicta Dei genitrix virgo per arcam Noe figuratur. Quia ſicut illa arca præſeruauit ipſum Noe cum filiis ſuis à diluuio; ita ipſa, & multo excellentius ſaluauit totum humanum genus ab æterna damnatione, & de inferni profundo. Figuratur etiam per arcam teſtamenti, ſiue fœderis, & hoc quadruplici ex cauſa. Primo ex cauſa efficiente. Illam enim arcam fecit Moyſes ex præcepto Dei Exod. vigeſimo quinto. Beatam autem virginem fecit ipſe Deus, & habitauit in ea iuxta illud Pſalm. 85. *Homo natus eſt in ea: & ipſe fundauit eam altiſſimus.* Deus enim in beata virgine fuit altus, quando eam in vtero ſanctificauit; fuit altior quando de ea integra eius virginitate naſci voluit. Fuit vero altiſſimus quando ipſam ſuper omnes angelos exaltauit. Ratione igitur cauſę efficientis iſta arca virginalis fuit nobilior, & dignior arca fœderis. Secundo ipſa arca fœderis figurat beatam virginẽ ratione cauſæ materialis, fuit enim facta de lignis Sethim Exod. vigeſimoquinto, quæ ligna ſecundum Hieronymum habent leuitatem, pulchritudinem, fortitudinem, & imputribilitatem, per quæ intelliguntur quatuor dotes corporis eius. Corpus enim glorioſum ipſius beatiſſimæ virginis eſt leue per ſubtilitatem,

Maria per arcam fœderis figuratur quadruplici de cauſa.

Digitized by Google

tatem, pulchrum per clariratem, forte per agilitatẽ, & imputribilę per immortalitatem. Tertio ipſa arca Dominam noſtram figurat ratione cauſę formalis: quia vt habetur Exod. 25. & 37. habuit in longitudine duos cubitos, & ſemiſſem, id eſt. 5. palmos. Ioſephus enim vocat hic cubitum duos palmos. In latitudine autem habuit tres palmos: & in altitudine cubitum, & ſemiſſem, vt in eodem c. habetur. Et ſimiliter iſta arca ſpiritualis fuit. 5. palmorum in longitudine: quia ipſa benedicta virgo quinque ſenſus ſuos vſque in finem puriſſimos conſeruauit. Fuit etiam trium palmorũ in latitudine, quia reſtaurationem angelorũ, ac ſaluationem hominum, & renouationem omnium creaturarum procurauit. Habuit etiam hæc arca cubitum, & ſemiſſem in altitudine: quia eius celſitudo humanam & angelicam naturam exceſſit, ſed vſque ad filii ſui excellentiam non peruenit. Quarto ipſa arca beatam virginem figurat ratione cauſæ finalis. Dicta enim arca facta fuit, vt cõtineret tabulas teſtamenti. Deutero. vigeſimo tertio, & virgam Aaron, & vrnam auream, in qua erat manna. Hæc autem arca ſpiritualis, ſcilicet beata virgo intra ſe continuit Chriſtum, in quo ſunt tres ſubſtantiæ, ſcilicet diuinitas dulciſſima, per manna ſignificata, & anima ſapientiſſima per tabulas teſtamenti deſignata, in quibus deſcripta erat Dei ſapientia, & caro mundiſſima, quæ reſurrexit, & per virgã Aaron, quæ fronduerat deſignata fuit. Iſtam igitur *arcam eleuauerunt angeli in ſublime*, vt dicunt verba propoſita, ſcilicet in die ſacratiſſimæ aſſumptionis eiuſdem, de qua in pręſenti ſermone ſeptem conſiderationes faciemus.

Prima dicetur optationis.
Secunda allegationis.
Tertia cauſationis.
Quarta dormitionis.
Quinta conſolationis.
Sexta reſurrectionis, ſiue aſſumptionis.
Septima vero & vltima appellabitur iubilationis.

PARS PRIMA huius ſermonis, de deſiderio quo B. V. tenebatur ad cœlum aſcendendi, & eius cauſis.

BEatiſſima virgo Maria videns filium ſuum glorioſum aſcendentem in cœlum, cum ipſo pariter aſcendere exoptabat. Cauſæ autem huius deſiderii poſſunt 5. aſſignari. Prima propter appetitum naturalem vltimi finis. Secunda propter inſtinctum interiorem naturalis legis. Tertia propter claram contemplationem filialis pulchritudinis. Quarta propter longam, & tædioſam protogationem ſuæ peregrinationis. Quinta propter affectuoſam expectationem curiæ triumphantis. Primo igitur dico quod mouebat beatam virginem ad hoc deſiderandum appetitus naturalis vltimi finis. Nam vt ait Bernar. in lib. de vita clericorum. c. 26. *Naturali deſiderio omnes ſummum appetimus bonum, nec eſt in nobis quies niſi eo adepto.* Et Boetius in 3. de conſola. proſa. 2. inquit: *Omnis mortalium cura, quam multiplicium ſtudiorum labor exercet; diuerſo quidem calle procedit, ſed ad vnũ tandem beatitudinis finem nititur peruenire.* Et in eodem lib. etiam dicit: *Eſt enim mentibus hominum veri boni naturaliter inſerta cupiditas; ſed ad falſa deuius error abducit.* Et Auguſt. 13. de Trinitate ait: *Ad appetendam beatitudinem natura compellit: cui ſummum bonum, & immutabiliter beatus creator hoc indidit.* Et 10. de ciuit. Dei. iterum dicit: *Omnium certa ſententia eſt, qui ratione quoque modo vti poſſunt, beatos eſſe omnes homines velle.* Et ratio huius deſiderii eſt: quia finis noſter eſt beatitudo, ſecundum magiſtrum ſenten. in 2 di. 1. Et ibi ſanctus Bonauen parte 2. articul. 2. q. 2. Et 19. diſt. eiuſdem lib. artic. 1. q. 1. & per omnes Theologos in 4. diſt. 49. maxime ſanctum Bonauen. & Richar. ar. 1. q. 1. & beatum Thom. 1. 2. q. 8. at. 3. in corpore. q. Cum ergo omnia appetant pertingere ad finem ſuum, vt ait philoſophus. 2. & 8. phyſ. Non eſt mirum ſi etiam nos appetimus fœlicitatem, & ſummum bonum. Omnia enim bonum appetunt. 1. Eth. 1. rheto. 3. Topic. & 4. Meta. Hic autem vltimus finis noſter, & hoc ſummum bonum eſt filius virginis: qui de ſeipſo inquit Apocalyp. 1. *Ego ſum principium & finis*: principium videlicet à quo omnis creatura ſumpſit exordium, finis vero ad quẽ omnis creatura redigitur, & terminatur, & per quẽ omne beatificabile fœlicitatur. Et ideo dicit Haimo. *Finem tanto vehementiori deſiderio Maria appetebat, quanto*

Maria optabat Chriſto aſcendente aſcendere ob quinq; cauſas.

Digitized by Google

illum plus cognoſcebat, & quanto fortius amabat. Eſt enim amor pondus ſpiritus rationalis, dicente Auguſt. 13. confeſſ. *Pondus meum, amor meus, eo feror, quocunque feror. Quanto igitur hoc pondus eſt maius: tanto magis inclinat ad amandum.* Et quia beata virgo ſuper omnes creaturas hunc finem, id eſt Deum amabat; ideo plus omnibus in eum deſiderio ferebatur; & ad ipſum pertingere, ac eum illo coniungi cupiebat. Secundo eam ad hoc inducebat inſtinctus legis naturalis. Naturalis enim inſtinctus eſt omnibus animalibus ad dilectionem filiorum. Vnde 8. phyſic. Ariſt. vt generantis ad genitum naturalis eſt amicitia. Hic autem inſtinctus eſt maxime in hominibus. Nam pater magis diligit filium, quam ſeipſum, l. iſti quidem. in fi. ff. quod me. cau. vbi gloſſ. dicit idem eſſe de matre. Imo dico quod mater tenerius diligit ſuum filium, quã pater: quia magis eſt certa eũ eſſe ſuum filiũ. l. quia ſemper. ff. de in ius vo. Amant autem parentes filios tanquam aliquid ſui. nam pater, & mater eſt radix filii: filius vero flos eius 33. q. 3. c. tunc ſaluabitur. Vnde etiam dicitur quod pater, & filius cenſentur eſſe vna, & eadem perſona. l. fi. C. de impu. & ali. ſub. & vox patris, vox filii. §. el qui. inſti. de inuti. ſtip. Dicitur quoque quod nullus amor vincit paternum. l fin. C. de cura. fu. nec maternum. l. videamus. ff. de in litem iu. Et hæc omnia patent ex etymologia vocabuli. Filius enim dicitur à philos Græce, quod eſt amor Latine, vt no. 1. §. fin. inſtit. qui dari tu. poſ. Quia igitur in beata virgine inſtinctus naturæ erat ordinatiſſimus; ipſam inclinabat ad tenerrime diligendum filium ſuum vnigenitum, qui totus erat ſuus quoad humanitatem, quia quod alii filii habuerunt ab vtriſq; parentibus; hoc filius ſuus totum receperat ab ipſa. Amabat ergo eum tanquam aliquid ſui quantum ad carnem. Et tanquam aliquid æterni patris quantum ad diuinitatem, & tanquam deſiderabilem quãtum ad vtrunque. Vnde immenſitas amoris eius non ſinebat illam quieſcere in triduo, quando puer Ieſus remanſit in Hieruſalem. Lucæ 2. quod oſtendit diligentia inquiſitionis. De qua Can. 3. habetur, vbi ipſa ait: *Surgam & circumibo ciuitatem per vicos, & plateas: quæram quem diligit anima mea.* Vbi Ber. ait: *Aurora rutilans conqueſta eſt ſe diem perdidiſſe lucentem. Stella matutina admirata eſt triduanam ſolis abſentiam.* Si ergo deſiderauit filii ſui præſentiam adhuc exiſtentis in terris, ſic quod quieſcere non poterat: quantum deſiderauit præſentiam eius regnantis in cœlis. Tertio ipſam mouebat ad hoc appetendum clara contemplatio filialis pulchritudinis. Quamuis enim non ſit hæſitandum, quin beata virgo in hac vita pluries, & manifeſte non per ænigmata, vel figuras diuinæ maieſtatis viſionem habuerit, quod aſſeritur de Moyſe, & Paulo, de quibus etiam illud aſſerit Auguſt. ad Oroſium: Tamen per aggrauationem corporis lumen in quo fit talis viſio, non eſt in anima permanens habitualiter, ſed tranſiens. Et ideo beata virgo affectabat in cœlos aſcendere cum filio ſuo: vt ſine diſcontinuatione æternaliter contemplaretur eius diuinitatem. Vnde Cant. 1. illi inquit: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Vbi dicit Bernar. *Hic paſcis: ſed non in ſaturitate.* Perfrui igitur exoptabat fructu ſuauiſſimo vteri ſui, de quo Pſalm. 126. inquit propheta; *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum. ecce hæreditas Domini filii merces fructus ventris.* In Chriſto enim eſt vera diuinitas, quam videre eſt merces, & gloria beatorum; iuxta illud quod inquit Deus Abraæ Geneſ. 15. *Ego ſum merces tua magna nimis.* Item eſt vera humanitas, quæ fuit fructus beatæ virginis: & hanc etiam videre glorioſam, eſt fœlicitas ſanctorum, iuxta illud Iohan. 17. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te verum Deum: & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Cupiebat ergo virgo piiſſima ſemper, & ſine interruptione filium ſuum dulciſſimum videre; *in quem deſiderant angeli proſpicere.* 1. Pet. 1. Quarto ad hoc ipſam inclinabat longa, & tædioſa ſibi prorogatio ſuæ peregrinationis. Videbatur enim ei quod iam diu vixiſſet in hac lachrymarum valle. Vnde dicebat cum propheta pſalm. 119. *Multum incola fuit anima mea.* Erat etiam illi tædioſa peregrinatio huius vitæ: quia habitabat inter malos, & perfidos Iudæos. Vnde dicebat cum eodem propheta vbi ſupra: *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus Cedar.* Cedar enim interpretatur tenebra: & ſignificat Iudæos tenebroſos, inter quos ipſa habitabat. Dicebat ergo ipſa benedicta virgo illud ad Phil. 1. *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* Quinto ad hoc ipſam.

B. V. pluries, & manifeſte habuit in hac vita diuinæ maieſtatis viſionem.

pſam inclinabat, affectuoſa expectatio curiæ triumphantis. Nouerat enim virgo glorioſa: quod tota cœleſtis curia eam tanquam reginam ſuam cum maximo deſiderio expectabat. Et ideo dicebat filio ſuo illud quod habetur in Pſalm. 141. *Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iuſti donec retribuas mihi.* Et ideo me debes tecum aſſumere in cœlum, quod non ſolum mihi erit iucundum: ſed etiam toti curiæ tuæ cœleſti gratiſſimum.

PARS SECVNDA huius ſermonis, in q a contemplatur auctor rationes quaſdam, quibus filius adduci poterat, ad aſſumendum ſecum matrem.

BEatiſſima virgo, quæ optime ſcit allegare pro aliis, etiam bene ſciebat allegare pro ſeipſa. Inter alias autem rationes, quas adducebat, vt filium inclinaret ad eam aſſumendam, & perducendam ſecum in gloria cœleſti, quadruplici vſa eſt fundamento. Quas rationes tangit Alexander de Ales libr. 2. de laudibus beatæ virginis. cap. 14. Nam licet de ipſis allegationibus in diuinis ſcripturis nulla fiat mentio, tamen nihil obſtat contemplationis gratia aliqua meditari. Dixit ergo primo ſic; Te dulcis fili, dum eſſes paruulus blanda manu ſæpius leniter traxi, nunc itaque in recompenſatione fœlici me manu miſericordiæ tuæ trahe ad te in gloria paradiſi. Ad quod facit illud Hieronym. in lib. de honorandis parentibus: *Memento parentum quod talis es: quorum manibus incrementa ſumpſiſti.* Secundo ſic ait: Tu qui de meis viſceribus lac traxiſti virgineum, trahe me poſt te ad tuum cœleſte conuiuium, iuxta illud quod in eodem lib. de hono. paren. dicitur, ſcilicet: *Exolue fili quod debes: & officia debita qualecunque exhibe famulatu. quia parentibus nemo poteſt reddere quod debetur. Sit tibi grata vita illorum, quibus charior eſt vita tua quam propria. Redde amoris vicem colenda pietatis.* Tertio ſic inquit: Tibi ò fili patienti compaſſa ſum ex quo ergo tua paſſio mihi & tibi fuit communis; quare non communis eſt gloria? Secundum naturam enim eſt eum commoda ſequi, qui incommoda ſequitur. l. ſecundum naturam. ff. de regulis iuris, & qui in vno aggrauatur in alio debet ſubleuari. l. cum qui. ff. de iureiurand. Quarto ſic dixit: Optima pars carnis meæ iam cœlos tenet, quia partus eſt pars viſcerum matris. l. 1. ff. de vent. inſpi. & capitu. ſi ad matris, de conſecra. diſtinct. quarta. Vt quid ergo pars reliqua mole terrenæ habitationis eſt depreſſa. Acceſſorium enim debet ſequi naturam ſui principalis, capitulo, acceſſorium, de regulis iuris, libro ſexto, & l. cum principalis. ff. eodem titu. Tu ergo qui dixiſti electis tuis Oſeæ vndecimo: *Traham vos in vinculis charitatis.* Tu qui es brachium æterni patris; *trahe me poſt te.* Cantic. 1. cap. de exilio, ſcilicet ad patriam, de morte ad vitam, de tenebris ad lucem perpetuam, & de miſeria ad æternam fœlicitatem.

PARS TERTIA huius ſermonis, in qua multæ aſſignantur cauſæ cur B. V. non aſſumpta fuerit ſimul cum filio.

PRo declaratione huius partis quæritur qua de cauſa Chriſtus matrem ſuam in tam piis petitionibus non exaudierit: cum enim bonum filium deceat exaudire matrem ſuam, iuxta illud. 3. Reg. ſecundo: *Pete mater mea, neque enim fas eſt, vt auertam faciem meam à te.* Mirabile quibuſdam videtur, quod Chriſtus tam venerabilem matrem ſuam, quam tam tenero amore diligebat, exaudire noluerit, vt eam ſecum ad gloriam adduceret: ſicut ipſa tam anxio affectu appetebat, ſed potius eam in hac lachrymarum, & calamitatum, atque tenebrarum caligine remanere voluerit. Sed his hæſitationibus ſatisfacere volens, dico quod licet Deus in ſuis operibus noſtra adinuentione non indigeat, cum certum ſit quod omnia facit debito ordine, certaque ratione; *quia iuſtus Dominus in omnib. vijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis*, vt inquit Pſalm. 144. Tamen pro deuotione augẽda fidelium, & omni ſiniſtra opinione tollenda à cordibus chriſtianorum, inter alias poſſumus aſſignare quatuor cauſas, quibus ipſe Dominus noſter

Aſſignantur 4. cauſæ cur Chriſtus non aſſumpſerit ſecum Matrem.

rationabiliter matrẽ ſuam dilectiſſimam ſecum aſſumere noluit. Prima aũt dicitur conſolationis reſpectu remanẽtium. Secunda inſtructionis reſpectu ſcribentium. Tertia confortationis reſpectu patientium. Quarta vero honorationis reſpectu obuiantium.

1 Vt conſolarẽtur remanentes.

Primo igitur dico, quod Christus dimiſit matrẽ ſuam in terris poſt ſuam aſcenſionem ratione conſolationis reſpectu remanẽtium, ſcilicet apoſtolorum, & aliorũ fidelium. Vnde ſuper illud Ioh. 19. *Stabat iuxta crucem Ieſu, &c.* dicit Aug. *Migraturus ex hoc mundo Dominus ita ordinauit, vt vtraq; Eccleſia portio, triumphans videlicet, & militans viſibili & inuiſibili ſolatio frueretur per ipſum. Aſcendens enim in cælum ſanctis animabus, & angelis ſuam diuinitatem, & humanitatem perpetuo contemplandam exhibuit: vt ſiue ingrederentur, ſiue egrederentur, paſcua inuenirent. Eccleſia vero adhuc in terra militãti ſolatium quidem viſibile promiſit, quod in die Pentecoſtes impleuit, quando ipſum conſolatorem cordibus fidelium immiſit. Solatium vero viſibile, quod de corporali eius præſentia habebat, fidelibus ſuis ſubtrahere tam voluit. Et idcirco matrem eccleſiæ conſolatricem vice ſui dereliquit; vt dum beati angeli in cælis aſpicerent illum hominem, fideles in terris intuerentur cum gaudio eiuſdem hominis veram matrem*, hæc ille. Et reuera valde gaudioſum erat, & cõſolatorium videre in terris fœminam habentem filium regnantem in cœlis. Exiſtimo n quod ſicut modo fit ad limina apoſtolorum, ſic fiebat tunc ad ipſam peregrinatio fidelium, reginam cœli, & terræ videre cupiẽtium, vt ſcribit beatus Ignatius ad beatum Iohannẽ Euãgeliſtam.

Dionyſ. deſiderium videndi Mariam, & eius dictum.

Et legitur de beato Dionyſio, quod valde deſiderabat videre virginem glorioſam. Cum aũt ipſam vidit, conſiderans magnitudinem gratiarum eius, & excellentiam virtutũ, ac honeſtatem morum, ſingularemq; vitæ ſuę ſanctitatem, & mirabilem ipſius pulchritudinem, dixit ei: *Si de tui filij diuinitate non fuiſſet mihi à Paulo apoſtolo prædicatũ, faciliter ſe crederem eſſe Deum.* Nec mirum ſi fideles ad videndam beatam virginem currebant, cũ legamus multos diuerſas mundi partes luſtraſſe, vt aliquos homines viderent & audirẽt, ſicut recitat Hiero. in epiſtola ad Paulinũ. Quæ viſitationes ipſis viſitantibus maximã conſolationem afferebant, & ipſi virgini in magnũ honorem cedebãt. Si. n. gloria eſt matri vnius martyris, vel alterius ſancti, quanto honore debebat venerari mater ſancti ſanctorum filii Dei? Dimiſit ergo Chriſtus matrẽ ſuã in terris, & noluit eã adducere ſecũ in cœlis, quia apoſtolis nimis durũ fuiſſet ſimul priuari præſentia ſolis, & lunæ. Secundo dimiſit eam in terris poſt ſuam aſcenſionẽ ratione inſtructionis reſpectu ſcribentium, vt. ſ. fideles inſtrueret de rudimentis fidei, maxime de his, de quib. nulli mortalium, niſi ſibi cõſtare potuit.

2. Vt inſtrueret ſcribentes.

Quamuis aũt Euangeliſtæ Spiritu ſancto dictante Euangelia ſua ſcripſerint; nihilominus credi põt, & veriſimile eſt ꝙ de talibus cum ipſa virgine conferebant. Similiter & alii fideles legentes Euangeliſtarum ſcripta, ab ipſa quærebant, ſi hæc ita ſe habebant. Et non eſt dubitandum quin Spiritus ſanctus plura beatæ virgini reuelanda ſeruauerit. Quis enim melius ſcire potuit de Magis venientibus cum ſtella, de fuga in Ægyptum, de angelica ſalutatione & verbis inter ipſam, & archangelum Gabrielem factis, de natiuitate Chriſti, & de circuncisione eius, & de oblatione ipſius in templo, & de reliquis ad filium ſuum pertinentibus, quam ipſa quæ ſingula fuit experta, & cuncta Chriſti opera per triginta, & tres annos oculis propriis aſpexit? Vnde dicitur Luc. 2. *Maria autem conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo.* Et ob hoc forte Lucas plura de Chriſti infantia ſcripſit, tanquam familiarior virgini, nam capellanus eius aſſeritur fuiſſe. Reliquit ergo Dominus matrem ſuam, magiſtram apoſtolorum, & omnium fidelium. Vnde Hiero. in ſermone ad Euſtochium loquens de beato Iohanne Euangeliſta, ſeruiente ipſi virgini, poſtea ſubdit: *Non quod eximius ille ſanctorum chorus apoſtolorum eam deſeruerit, inter quos poſt reſurrectionem Dominus intrans, & exiens familiarius contulit de Chriſti incarnatione, tanto ſiquidem verius, quanto ab initio per Spiritum ſanctum plenius cuncta didicerat, & perſpexerat plenius vniuerſa, licet & apoſtoli per eundem Spiritum ſanctum omnia cognouerint, & omnem edocti fuerint veritatem*, hæc ille.

3. Vt confortaret patientes.

Tertio eam dimiſit ratione confortationis reſpectu patientium. Sciebat enim Chriſtus fideles ſuos ſtatim poſt aſcenſionem ſuam inter perſecutiones debere fluctuare; & quod ſi matrem ſuam ſecum duxiſſet, grex fidelium deſperare potuiſſet, & dicere quod chario-

res

Digitized by Google

res ſecum transferens, cæteros traderet ob-
liuioni. Sed quando Chriſti fideles vide-
bant, quod ipſam ſanctiſſimam matrem
ſuam hic reliquerat multis tribulationibus,
& perſecutionibus affligendam, ſuas paſſio-
nes æquanimiter tolerabant, ipſius virginis
patientiſſimæ exemplo. Quod autem glo-
rioſa virgo multa aduerſa poſt aſcenſionem
Domini perpeſſa ſit, præſertim à Iudæis, te-
ſtatur beatus Ignatius, qui in epiſtola ad
Iohannem Euangeliſtam ait: *Maria Salo-
me quam diligis filia Annæ Hieroſolymis
quinque menſibus commorans, & quidam
alij noti, referunt Mariam matrem Ieſu o-
mnium gratiarum habere abundantiam,
& dicunt eam in tribulationibus, & per-
ſecutionibus hilarem, in penuria, & indi-
gentia non querulam, iniuriantibus gra-
tam, & quod moleſtata lætatur miſeris,
& afflictis coafflicta.* Et infra: *Mirum au-
tem eſt quod cum ab omnibus magnificetur, à
Phariſæis tamen, & ſcribis ei detrahitur,*
hæc ille. Si ergo Dominus IESVS ſuam
dilectiſſimam matrem, quæ nunquam pec-
catum commiſerat, in hoc mundo pati
voluit, quanto magis nos digne patimur,
qui quotidie peccamus? Et ideo inquit
Cato in ſuis documentis: *Quod merito pa-
teris, patienter ferre memento.* Quarto
dimiſit eam ratione honorationis reſpectu
obuiantium. Pro cuius declaratione eſt
conſiderandum, quod prudens mercator
tractans precioſas merces, prius tractat,
& conſiderationem facit de loco congruen-
ti ad illarum repoſitionem, & illum locum
optime coaptat, & ordinat, & ſimiliter co-
gnoſcens Dei filius matrem ſuam virginem
glorioſam eſſe inter omnes creaturas pre-
cioſam, prius voluit illi locum præparare
precioſum, & amœnum, in quo ipſa ſubli-
maretur; & poſtmodum de cœlo deſcen-
deret ad ipſam aſſumendam. Et hanc ra-
tionem tangit Hieron. in ſermone aſſum-
ptionis di. *Aſcendit & præparauit huic
ſanctiſſimæ, & glorioſiſſimæ virgini locum im-
mortalitatis, vt cum eo regnare poſſet in æ-
ternum.* Et iterum ibidem ait: *Præceſſit eam
Dominus ad cæleſtia, vt pararet ei ſicut ipſe
ſuis repromiſerat diſcipulis, in æthereis manſio-
nibus locum.* Hoc autem in figura ſignifica-
tum fuerat. 2. Reg. 6. vbi legitur, Dauid re-

4. Vt poſtea magis honoraretur in cælis.

gem feciſſe tabernaculum iuxta domum
ſuam, pro reponenda arca fœderis, & quod
poſtea deſcendit ipſe cum electis filiis Iſrael
& tulit arcam de domo Aminadab, quæ e-
rat in Gabaa: & poſuit eam ſuper plauſtrum
nouum, quam cum Oza tetigiſſet, percuſ-
ſus eſt à Domino. deinde Dauid cum i-
pſis filiis Iſrael aſſociauit arcam ipſam cum
cithara, & cantoribus: & cum magnis feſti-
uitatibus repoſuit illam in loco ſibi præ-
parato. Per arcam enim fœderis vt ſupra
diximus, intelligitur benedicta virgo, quæ
tali fœdere ordinata eſt, vt ipſa eſſet plena
gratia, & per eam nos gratia repleremur,
& iſtud fuit fœdus, vt propter nos ſaluato-
rem conciperet, & per ipſum propitiatio-
nem nobis procuraret. Vnde Auguſtin. in
quodam ſermone inquit: *Adde gratia ple-
na loquar, ex gratia debet, ò piiſſima, eſſe gra-
tioſa, cui nimirum peccatorum reſtauratio tan-
ta ſublimitatis exiſtit cauſa. Mira loquar ò Do-
mina. Sed ſi eſt multum, audeo multum gau-
deo. Nos enim tibi, teque nobis mira neceſſitudo
confœderat, cum vere pro nobis habeas illud eſſe
quod habes.* Si enim nulla præceſſiſſet tranſ-
greſſio, non foret ſecuta redemptio noſtra, &
ſi neceſſe non fuiſſet nos redimi, non fuiſſet
neceſſe parere redemptorem ſcilicet Chriſtũ,
qui tabernaculum. i. locum ſublimem in cœ-
lis beatæ virgini ſuper omnes angelos ſecun-
dum celſitudinem ſuæ maieſtatis præparauit.
Deinde in die aſſumptionis eiuſdem venit cũ
electis filiis Iſrael. i. cum ordinib. ſanctorum,
& recepit arcam de domo Aminadab, qui in-
terpretatur populus, Gabaa vero vallis, id eſt,
eduxit eam de populo mortalium, & de val-
le lachrymarum. ſed in plauſtro poſita, id eſt,
in ſacro corpore, percuſſus eſt Oza, id eſt, Iu-
dæus, qui illud tangere tentauit, ſcilicet mur-
murando. Vel poteſt per Ozam ſignificari
princeps ſacerdotum, qui cum portaretur
corpus beatæ virginis ad ſepulturam, præ-
ſumpſit apponere manus ad pheretrum, in
quo erat corpus beatiſſimæ virginis, vt illud
ad terram deiiceret; ſed ſtatim vigore bra-
chiorum deſtitutus eſt, & doloribus maximis
afflictus. Qui ad exhortationem apoſtolorũ
pœnitentiã agens, tacto ſacratiſſimo corpore
immaculatæ virginis conualuit, vt legitur in
quadam hiſtoria de aſſumptione ipſius. Hanc
autem arcam aſſociauit Dauid cum cantorib.
qua

Digitized by Google

quia Chriſtus cum angelis, & ſanctis dulciter canentibus, ac pſallentibus eam in cœlum comitatus eſt. Et nota quod plauſtrum dicitur fuiſſe nouum: ſuper quo poſita fuit arca: quia corpore benedictæ virginis reſuſcitato, & incorruptibilitate dotato reddita eſt anima, & ſic ad dexteram filii ſui eſt in gloria ſublimata. Vnde Augu. in ſermone aſſumptionis eiuſdem ait: *Ad hanc gloriam tu glorioſa perfecto prouecta es, vt ſuperno rege nihil habeas ſuperius in ſupernis. Quæ angelicam tranſiens dignitatem, vſque ad ſummi regis thronum es ſublimata. Vbi enim poſuit idem rex filius tuus, quod ex te ſuſcepit, ibi te poſuit reginam, de qua illud ſumpſit. Nec enim fas eſt alicubi te eſſe, quam vbi eſt id quod à te genitum eſt. Hinc nos per te hæreditamus miſericordiam miſeri, ingrati gratiam, veniam peccatores, ſublimia infimi, cœleſtia terreni, Deum homines, mortales vitam, & patriam peregrini*, hæc ille. Iſta igitur fuit præcipua cauſa, quare Chriſtus non aſſumpſit matrem ſuam ſecum: vt videlicet poſtea cum maiori honore ſuſciperetur in cœlum, & ipſe cum tota cœleſti curia illi veniret obuiam. Et hanc cauſam aſſignat Anſel. in libro de excellentia beatæ virginis cap. 7. Dominum noſtrum alloquens & dicens; *O bone Ieſu; quomodo pati potuiſti, vt te ad regnum gloriæ remeante illam beatam matrem tuam in miſerijs mundi relinqueres, & non ſtatim tecum regnaturam aſſumeres? Fortaſſis Domine hoc agere voluiſti, ne tua curia veniret in dubium, cui potius occurreret, tibi ſcilicet Domino ſuo primo in aſſumpta carne cœlum petenti; an ipſi matri ſimiliter in ipſum regnum materno iure te cum aſcendenti. Prudentiori ergo, & digniori conſilio præcedere illam volebas: quatenus ei locum immortalitatis in regno tuo præparares, & ſic comitatus tota curia tua feſtiuus illi occurreres: eamque ſicut decebat matrem tuam per te ipſum exaltares*, hæc ille. De his autem cauſis remanſionis ſuę in hoc mundo poſt aſcenſionem filii certificata ab ipſo filio ſuo, benedicta virgo contentiſſima remanſit. Non enim petebat, vt aſſumeretur cum filio niſi ſub conditione, ſcilicet ſi Deo placeret; & non aliter; & hoc non fuit velle aliquid contra diuinam voluntatem; ſed potius ſuam velle diuinæ voluntati ſubiicere. Beatiſſima etenim virgo, quæ nunquam peccauit, nunquam aliquid contra diuinam voluntatem voluit. Et

Anſel. aſſignat hanc cauſam.

in hac ſua petitione conditionata fecit, ſicut poſtea egit filius eius, qui Matthæi 26. inquit *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo: ſed ſicut tu, fiat voluntas tua.*

PARS QVARTA huius ſermonis, de morte B. Virginis.

QVærunt quidam nunquid glorioſa virgo ſit mortua, an vero ſine morte fuerit in cœlum aſſumpta; ſicut factum fuiſſet de noſtris primis parentibus, ſi non peccaſſent. nam Aug. ſuper Gen. ait, & recitat magiſter in 2. diſt. 20. *quod ſi non fuiſſent tranſgreſſi diuinũ præceptum, ſine morte ſtatuto tempore fuiſſent ad meliorem ſtatum*, hoc eſt ad beatitudinem *tranſlati*. Ad quam dubitationem reſpõdetur, quod licet beatiſſima virgo nunquam habuerit aliquod peccatum actuale, nec etiã originale, vt incõuincibiliter probatum eſt in prima parte principali huius operis, tamen rationabile fuit ipſam mori, vt in eadem parte declaraui reſpondendo ad argumentum quo dici poſſet, debuiſſe ceſſare mortem in beata virgine ceſſante in ea peccato, quam reſponſionem vide ibi in 2. ſermone. parte 2. Et hanc veriſſimam opinionem tenent catholici doct. Vnde Augu. in ſermone de aſſumptione virginis inquit; *Memores conditionis humanæ, mortem illam temporalem ſubiiſſe matrem Dei dicere non metuimus*. Idem quoque dicit Damaſce. in duobus ſermonibus aſſumptionis eiuſdem; Et Hiero. in ſer. ad Euſto. vbi ait; *Cum profecto nihil conſtet, niſi quod hodierna die glorioſa migrauit à corpore*. Fuit autem hoc decẽs quadruplici ratione. Primo propter filii ſui cõfirmationem. Cum. n. Chriſtus naturã noſtram aſſumpſerit, vt eadem natura, quæ peccauerat ſanctificaretur, decuit vt hoc manifeſte oſtenderet ad confutandas multas hęreſes quas futuras prænouerat. Fuerunt. n. hæretici nonnulli, qui non ſolum naturam noſtrã, hoc eſt de genere Adam eum aſſumpſiſſe negauerunt, ſed omnino eum corpus phantaſticum habuiſſe, aſſeruerũt. Inter quos fuerunt Manichæi. Valentinus aũt hæreticus dixit, Chriſtũ cœleſte corpus aſſumpſiſſe. Vt ergo oſtenderetur ꝙ Chriſtus vere de illo genere erat quod

Mariam mori fuit decens quadrup. ratione.

mortem

Digitized by Google

mortem meruerat, decuit vt eius genitrix mortem ſuſtineret. Si enim ſine morte ad gloriam fuiſſet tranſlata, faciliter creditum fuiſſet, vel quòd non fuiſſet de humano genere, vel non de ſtirpe primorum parentum. Et ſic ſi beata virgo non fuiſſet credita, eſſe de ſtirpe humana ab Adam deſcendente: ſimiliter creditum fuiſſet de Chriſto eius filio. Et conſequenter viſum fuiſſet, quod Chriſtus pro ipſo humano genere congruentem ſatisfactionem non feciſſet, & quòd idoneus redemptor non fuiſſet. Mors autem ipſius benedictæ virginis oſtendit illam fuiſſe veraciter de humano genère, & de illa propagine, de qua dicitur Hebr. 9. c. *Statutum eſt hominibus ſemel mori.* Secundo conueniens fuit ipſam mori propter filij ſui conformationem. Neque enim decuit, eam melioris eſſe conditionis quam filium, qui vere Deus, & homo eſt. Inconueniens namque eſſet; quòd membrum præcederet caput, cũ omnia membra ſequatur naturam ſui capitis, l. cum in diuerſis, ff. de reli. & ſumpti. fu. Cum igitur filius beatæ virginis ſit caput totius Eccleſiæ, vt ait Apoſtolus ad Col. 1. Cuius vtique & virgo eſt membrum: Et ipſe mortem ſuſtinuerit, imo vt inquit Auguſtinus in 2. libro de baptiſmo paruulorum, *ſi nullus eum interfeciſſet, ſenio defeciſſet*, profecto decuit, vt beata quoque virgo moreretur, quæ filio ſuo eſſet conformis. Tertio hoc conueniens fuit propter ſui meriti augmentationem Decuit enim gratia plenam non ſolum mereri bonis operibus; ſed etiam paſſionibus, & tribulationibus æquanimiter toleratis; *Patientia enim opus perfectum habet*, Iacob. primo. Et propterea Deus ſæpe immittit aduerſa ad augmentum virtutis, & meriti. 7. quæſt. 1. cap. aduerſitas, & 11. qu. 3. capitul. in cunctis. Et quoniam *Vltimum terribilium eſt mors*, vt dicitur in tertio Ethi. & in l. vltimum. ff. de pœnis. Ideo voluntaria, & patiens eius ſuſtinentia ſummum patientiæ genus demõſtrat, vnde meritum auget; & tanto magis in beata virgine meritum augmentauit, quanto pro vllo ſuo crimine, mors illi debita non fuit.

Maria moritur. Vt morientes nos confortaret.

Quarto hoc congruum fuit propter noſtram confortationem. Naturaliter enim omnes mortem timemus: ſcientes veram eſſe ſententiam Quintiliani in libro declamationum, declamatione 5. dicentis: *O quam grauе eſt mori*, ſcilicet quo ad ſenſualitatem carnis, quamuis autem hic timor ſublatus ſit, quando Chriſtus Dei filius mortem ſuſtinuit, tamen poſſet homo cogitare & dicere: Bene ſuſtinuit, quia non ſolum homo, ſed etiam Deus fuit. Virgo autem beata in qua fuit pura humanitas, mortem libenter ſuſtinendo nos omnes hortata eſt ſeruare illud Iuuenalis documentum lib. 4 ſatyra 1. dicentis: *Fortem poſce animum mortis terrore carentem.* Nam vt inquit Lucanus lib. 8. *Mors vltima pœna eſt, Non metuenda viris.* Vnde Tullius in Tuſcu. quæſt. lib. 1. in fine dicit: *Teneamus & nihil cenſeamus eſſe malum, quod ſit à natura datũ omnibus.* Mors enim non eſt mala, nec in ſorte malorum computandá, 5. qu. 1. c. illa. in fin. Et ideo prædictus Tullius in eiuſdem operis lib. 2. ait: *Qui id quod vitari non poteſt, metuit, is viuere animo quieto nullo modo poteſt. Qui vero mortem non timet: magnum is præſidiũ ſibi ad beatam vitam comparat.* Et Quintilianus in libr. præallegato, declama, 3. inquit: *Faciamus potius de fine remedium, & de neceſſitate ſolatium.* Et Sen. ad Lucillum lib. 5. Epiſtolarum Epiſtola 1. dicit: *Vita enim expectatione mortis data eſt. Ad hanc itur, quam timere dementis eſt, quia certa expectantur, dubia dimittuntur.* Moriens itaque alacri animo benedicta virgo nobis, & omnibus hominibus dicebat illud, quod inquit Quintilianus, vbi ſupra: *Exeamus ſponte conſilio pleni, ſecuritati gratias agentes. Solus vixit, quoad voluit, qui mori, quam viuere, maluit. Infirma autẽ prorſus, terrenaque mentis eſt, vt numeremus annos.* Vt enim ait Plinius lib. 7. naturalis hiſtoriæ, cap. 54. *Natura nihil hominibus breuitate vitæ præſtitit melius.* Nam vt dicit Senenſ. in libr. tragœdiarum: *Mors ſola portus ærumnis dabit.* Et Iſidor. lib. 1. ſoliloquiorum c. 1. inquit: *Mors calamitatis terminũ præbet*, omnem enim calamitatem adimit. Vnde Boe. li. 1. de conſ. canit: *Mors hominum felix.* & Franciſcus Petrarcha in ſuis triumphis ait: *La morte e fin d'vna prigione obſcura.* & Bernard. in quodam ſermone inquit: *Mors eſt finis miſeriæ, victoria pugnæ, ianua vitæ, adeptio coronæ, beatitudinis plenus ingreſſus, initium refrigerii, paradiſi ſcala, qua aſcenditur in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad montem Dei* & ideo dicebat Salomon Prouerb. 14. *Sperat iuſtus in morte ſua.* Iuſtus enim ſi morte præoccupatus fuerit

Xxxx in re-

Digitized by Google

in refrigerio erit, Sap. 4. *Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* Pſ. 105. Vnde dicitur Eccl. 7. *Dies mortis dies natiuitatis.* His ergo exhortationibus beatæ virginis, & eius exemplo non debemus mortem pertimeſcere, ſed cum gaudio & exultatione expectare, quæ vt inquit Cato, eſt finis omnium malorũ. Et ob hanc cauſam Deus præmiſit ſuam dilectam matrem mori. Poſſumus quoque aliam aſſignare rationem, quam ponit ſcilicet Th. in 3. parte ſummę q. 27. art 3. in ſolutione primi argu. di. *Beata Virgo nõ fuit liberata a morte, & aliis pœnalitatibus, vt per illas pœnalitates toti Eccleſiæ theſaurizaret.*

PARS QVINTA huius ſermonis de conſolationibus, quas Beata Virgo habuit in eius morte.

Apocrypha ſcripta quare dicantur.

SI quæratur quæ beata virgo in morte ſua habuerit ſolatia? Reſpondetur, quod licet ſacra pagina de hoc non faciat mentionẽ, tamen ex aliis ſcripturis poſſumus comprehendere, dormitionẽ beatiſſimæ matris Dei multis conſolationibus fuiſſe repletam. Pro cuius declaratione eſt ſciendum quod Hiero. in ſermone Aſſumptionis, vocat illum libellũ Apocryphum id eſt dubium, qui intitulatus de tranſitu virginis, qui quidem liber etiam appellatur Apocryphus in cap. ſancta. 15. diſt. Apocrypha autem dicuntur illa ſcripta, quorum autor ignoratur, vel quæ in canone ſcripturarum non habentur, vel quæ non ſunt in publico legenda tanquam authẽtica, vel quę ſunt dubia ſecundum Iſid. 6. Ety. Et ideo dicit Hiero. vbi ſupra, loquens de prædicto libro: *Ne dubia pro certis recipiatis.* Non ergo reprehendit illum tanquã falſum, ſed vult aliquando haberi dubium. Quamuis ergo in dicto libro aliqua contineãtur, quæ non omnino conſonant veritati; nihil tamen obſtat etiam ibi plura vera contineri. Vnde pro deuotorum conſolatione dicere poſſumus, quod benedicta virgo in tranſitu ſuo quatuor habuit ſolatia, inter alia multa Primum fuit angelicæ reuelationis. Cum enim filius beatiſſimæ virginis cœlum aſcendiſſet, ipſa continue deſiderabat cum illo coniungi: ſimulq; cum propheta dicebat pſ. 41. *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum, fontem viuum: quãdo veniam & apparebo ante faciem Dei. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus.* Si ergo *deſiderium iuſti omne bonum.* Prouerbiorum vndecimo capite. Profecto deſiderium iuſtiſſimæ matris Dei, totum erat intentum circa ſummũ bonum filium ſuum. Vnde cum ſæpe in oratione ſuauiter alloquebatur. In quibus dulcibus precibus, atque ſuauibus colloquiis exiſtente ipſa benedicta virgine: Ecce quòd, vt dicitur in dicto libro de tranſitu eius, apparuit ei Angelus ſanctus Gabriel totus iucundus cum ramo palmarum in manu, in ſignum perfectæ victoriæ, quam habuerat de mundo, carne, & diabolo. Erat autem totus lucidus, & in forma hominis pulcherrima. Et credo cum multorum Angelorum comitatui fuiſſe ſociatum. Qui reuerenter glorioſam Virginem ſalutans, annunciauit ei diem fœliciſſimum tranſitus ſui. Quod autem angelus apparuerit beatæ Virgini annuncians ei diem mortis ſuæ, non eſt vllatenus dubitandum, quia cum ad alios miſerit Deus angelos ad annunciandũ eis finem vitæ, profecto etiam eſt credendum ſimiliter eum feciſſe matri ſuæ, per illam ſententiam Ber. in epiſtola ad canonicos Lugdunenſes; *Quicquid aliis licet pauciſſimis eſt conceſſum, non eſt credendum glorioſæ Virgini fuiſſe denegatum.* Si ergo beatus Martinus reuelatione ſuperna obitum ſuum longe ante præſciuit; & Petrus ſciuit quod breuis eſſet depoſitio tabernaculi ſui; & Paulus quod tempus ſuæ reſolutionis inſtabat; & ſimiliter beatus Iohannes Euangeliſta, & ſanctus Franciſ. & alii quam plures ſancti, vt in eorum legendis habetur; multo magis hoc ſciuit beatiſſima Virgo, vt arguit Alberic. ſuper *miſſus eſt* c. 169. Glorioſa autem Virgo illis Angelis, qui ei annunciauerant cum Gabriele Archangelo, hoc bonum nouum, cum recedere vellent, dixit illud Cantic. 5. *Nunciate dilecto meo, quia amore langueo.* Scriptum eſt quoque in quadã legenda aſſumptionis, quod beata Virgo per angelum tres gratias à filio petiit, ſcilicet vt omnes Apoſtolos ſuæ dormitioni præſentes haberet, vtque diabolum non videret, & vt omnes qui erant in purgatorio a pœnis in ſuo obitu eriperet, quę omnia obtinuit. De prima autem

Maria in morte habuit quatuor ſolatia.

Angelus Mariæ nũciauit mortem.

Digitized by Google

Omnes fuerunt congregati in morte Mariæ.

autem gratia immediate dicemus. Secundum ſolatium beatiſſimæ virginis in tranſitu ſuo fuit apoſtolicæ aduentationis. Apoſtoli enim cum eſſent in diuerſis mundi partibus diſperſi, in quibus fidem Chriſti prædicabant deſiderante beatiſſima virgine illos videre ante mortem ſuam, affectanſque eos eſſe præſentes ſuæ dormitioni, & eius corpori impendere ſepulturam, Dominus noſter Ieſus Chriſtus filius eius in ictu oculi eos fecit eſſe ante conſpectum matris ſuæ dilectiſſimæ: Qui enim per angelum ſuum fecit Abacuc prophetam in momento temporis per capillum de Iudæa in Babyloniam deferri, vt Danieli prophetæ prandium portaret, Daniel. vltim. vt beato Franciſco ſocios ſuos per mundum diſperſos videre cupienti, congregauit ad eius preces: potuit etiam Apoſtolos, & diſcipulos ſuos miniſterio Angelorum in inſtanti facere deportari, vt genitrici ſuę morienti debitum exhiberet obſequium. Vel dicere poſſumus, quod Spiritus Domini qui rapuit Philippum Apoſtolum, & ſtatim inuentus eſt in Azoto Act. 8. Similiter eleuari fecit apoſtolos omnes, & protinus inueniri in virginis habitaculo. Affuiſſe autem Apoſtolos dormitioni eius affirmat ſanctus Dionyſius, aſſerens in lib. de di. no. ſe & beatum Timotheũ, ac plurimos Chriſti apoſtolos, & diſcipulos morti beatæ virginis interfuiſſe. De hoc etiam inquit Damaſ. in quodam ſermone: *Ex antiqua, & veriſſima traditione accepimus quod tempore glorioſæ dormitionis beatiſſimæ Virginis, cum omnes ſancti apoſtoli ad ſaluandas gentes orbẽ terræ peragrarent in momento temporis in altum ſubleuati Hieroſolymis conuenerunt. Ibiq; angelica eis viſio facta eſt, & diuina hymnodia poteſtatum audiebatur virtutũ. Cum autem ſancti apoſtoli intelligerent Deigenitricis tranſitum imminere, communi eã voce collaudabant dicentes: Cum huius mundi incolatus te ò celeberrima virgo haberemus cohabitatricem, quaſi ipſum Dominum Deum, & magiſtrum videntes conſolabamur. Nunc vero quia te tranſmigraturam cognouimus, hoc ſolum nobis remanet refrigerium, quod te mediatricẽ habebimus apud Deum: Filius tuus creator omnium vocat te. Nemo eſt qui prohibeat matrem: à filio ipſa natura docet honorari. Nec te decet amplius permanere in medio nationis prauæ & peruerſæ, Vade ergo in pace, & placa nobis Deũ. Donec enim moraberis in terris, modica te terra portio detinebat. Cum autem aſſumpta eris in cælos: communem propitiatoriũ te tus habebit mũdus.* hæc ille. Patet ergo huius ſancti teſtimonio, apoſtolos morti glorioſæ virginis fuiſſe præſentes. Dicitur autem in prædicto libro de tranſitu virginis, quod *Eo tempore quo Angelus annunciauit beatæ Virgini tranſitum ſuũ, beatus Iohannes Euangeliſta de licentia Virginis prædicabat Epheſi. Quamobrem volens beata Virgo illum ad ſe venire; cum ſuper hoc rogaſſet filium ſuum, ſtatim intonuit cælum & in candida nebula eleuatus, & raptus ipſe beatus Iohãnes, incontinenti ſe reperit ante oſtium domus in qua morabatur Virgo benedicta, & intrans ad beatiſſimam Virginem, cum maxima reuerentia ſalutauit eam. Quem videns Virgo glorioſa, præ gaudio à lachrymis continere non valuit, & dixit illi: O Iohannes, recordare verborum Domini magiſtri tui, quibus me tibi recommendauit in matrem. Ecce quod vocata à Domino exoluere debeo conditionis humanæ debitũ. Recommendo igitur tibi corpus meum: vt omni diligentia & cura illud ſtudeas ſepelire. Audiui enim perfidos Iudæos inter ſe concilium feciſſe, dicentes: Expectemus donec illa, quæ Chriſtũ peperit, moriatur; & tunc rapiemus corpus eius & comburemus. Facies ergo deportari ante pheretrũ meum, quando corpus meum ad ſepulturam deferetur, hãc palmam, ſicut ex parte Dei angelus mihi eam deferens monuit faciendum. Hæc enim palma, quã vt vides eſt multæ claritatis, conturbabit inimicos noſtros: & cum ea fient multæ mirabiles operationes. Dixit autem Ioha. O vtinam nunc adeſſent omnes alii Apoſtoli, fratres mei, vt tibi poſſent vna mecum præparare condecentes exequias, & debitas exſoluere laudes. Hæc vero dicente beato Iohanne, ſtatim ad petitionem beatiſſimæ Virginis, apoſtoli omnes à quadam nebula, ſicut beato Iohanni factum fuerat, rapti ſunt de locis in quibus prædicabant, & ante portam domus in qua erat ipſa benedicta Virgo, ſunt delati, qui ſe inſimul inuenientes mirati ſunt valde. Quos videns glorioſa Virgo multum confortata fuit, & de eorum miſſione filio ſuo gratias egit. Ipſi vero cognoſcentes ſe debere remanere orphanos, & priuatos ſua dilectiſſima magiſtra, à lachrymis abſtinere non potuerunt. Quis autem eorum planctum deſcribere valeat? Quis ipſorum ſuſpiria, omniumque diſcipulorum fletus exprimere queat? Quando*

Digitized by Google

enim Chriſtum paſſus eſt, & quãdo cælos aſcẽdit, ipſa benedicta virgo cum loco cum ipſis apoſtolis, & diſcipulis remanſit; ex quo cum præſentia confortabantur, & dolorem, quem de receſſu Domini habuerant, aliqualiter mitigabant. Nunc vero vtroque orbati parente remanebant. Arbitror autem quod dicebant. Quo pergis mater, ſine filiis? Quis nos mæſtos conſolabitur? Quis dilecti magiſtri noſtri recordationem dabit? Ecce tu pergis ad alta: nos remanemus in imo. Tu aſcendis, nos opprimimur. Te angelorum conuentus circundabit: filius amplectetur, pater oſculabitur, Spiritus ſanctus inflammabit; nos conuentus malignantium, & perfidorum ſynagoga Iudæorum flagellis afficiet: vinculis aſtringet, tormentis cruciabit, & gladio feriet ac mactabit. Sed tu mater noſtra, tu pia omnium aduocata, deprecare filium tuum, vt nobis aſſiſtat, ac nos in tantis tentationibus, & tribulationibus nõ deſerat. Quibus benigniſſima Domina inquit: Pugnate filii mei viriliter: & recordemini verborum magiſtri veſtri dicentis Matth. vltimo. *Ecce vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Et iterum. *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt.* Lucæ 12. & rurſum Matthæi 10. *Cum ſteteritis ante reges, & præſides nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquemini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Cum igitur filius meus ſemper permanſurus ſit vobiſcum: ego quoque nunquam recedens ab eo, vos non deſeram, ſed ad pugnam confortabo; apud filium aduocabo. Vos ergo eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente: & accipietis regnum æternum. Tertium ſolatium fuit deificæ apparitionis; quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus filius eius eam in infirmitate viſitauit: de quo beatiſſima virgo indicibilem conſolationem percepit. Si enim Iacob patriarcha deſiderauit ante mortem ſuam videre filios ſuos. Geneſis 43. & cum Ioſeph vidiſſet ait: *Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam.* Geneſis 46. Quantum debeat piiſſima virgo appetere, viſionem vnigeniti ſui ante mortem, quantumve ex ipſius viſitatione conſolari? Ipſum autem viſitaſſe in morte matrem ſuam, nullatenus eſt dubitandum. Si enim apparuit beato Iohanni: & dixit ei, *Veni dilecte mi &c.* multo magis credendum eſt eum apparuiſſe matri ſuæ dilectiſſimæ, & in infinitum chariori, vt dicit Albertus ſuper *miſſus eſt* capit. 17. Inquit etiam Gregori. 4. dialogorum, & exemplis probat: quod aliquando ad conſolationem egredientis animæ; ipſe ſolet apparere autor vitæ. Si ergo aliis apparuit, multo magis matri, per ſupradictam Bernardi ſententiam. *Quicquid aliis &cæt.* Dicitur autem in prædict. lib. de tranſitu Virginis, quod ipſe Dominus Ieſus de cœlo deſcendit cum Angelicis ordinibus, cum cœtu patriarcharum, cum martyrum exercitu, cum virginum choro, cum ſocietate confeſſorum & omnium ſanctorum. Qui omnes ipſo Domino incipiente, ſubſequentes dulcia cantica circa lectum beatiſſimæ virginis frequentabant. Quartum ſolatium fuit mirificæ dulcorationis. Ipſe enim Dominus Ieſus poſt ſuauiſſima oſcula, & dulciſſimos amplexus, dixit dilectiſſimæ matri ſuæ illud Cantic. 3. *Veni de Libano ſpecioſa mea, veni, coronaberis.* Beata autem virgo reſpondit illud Pſalm. 39. *Ecce venio, quia in capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam voluntatem tuam: Deus meus volui: & legem tuam in medio cordis mei.* Et iterum ait illud Pſal. 107. *Paratum cor meum Deus: paratum cor meum.* Omnes autem Angeli, & ſancti decantabant illud Sap. 3. *Hæc eſt quæ neſciuit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum.* Beatiſſima igitur Virgo videns dulciſſimum filiũ ſuum iucundiſſimo vultu, extenſiſq; brachiis eius animam, vt exiret, expectantem dixit illud Luc. 1. *Beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctum nomẽ eius.* Ad filium autem conuerſa ait illud pſal. 4. *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.* Sicut autem ab omni corruptione carnis fuerat extranea; ita ab omni dolore mortis fuit aliena. Immo cũ indicibili lætitia, & inexcogitabili ſuauitate exiit illa benedictiſſima anima cantãtibus angelis, & tota cœleſti militia, & in brachiis chari filii ſui eſt recepta. O igitur mira, & iucundiſſima exultatio. O immenſũ gaudiũ. O ineffabilis iubilatio; cũ ipſa ſacratiſſima virgo audiuit melliſluã vocem dilecti filii ſui, eã ſic dulciter inuitãtis. O fœliciſſimus trãſitus. O mors ab aliorum

liorum communi morte penitus diuerſifica-ta. Alij enim doloribus cōquaſſantur in morte. Ipſa autem virgo conſolatione replebatur, & ſuauitate. Quamuis autem iſta mors ei fuerit dulcis, tamen eius tolerantia non fuit ſine magnis meritis: quia beatiſſima virgo eam, etiam ſi aſperrima fuiſſet, pati voluntarie parata erat. Fuit ergo in ea mors naturaliter horribilis: ſed per gratiam concupita, & delectabilis. Sicut igitur de Beato Stephano canit Eccleſia: *Lapides torrentis illi dulces fuerunt.* Et de ſancto Laurentio legitur, quod prunæ ignis eius carnem adurentes, illi refrigerium præſtabant, ex qua tamē gratia non eſt ablatum meritum. Similiter, & multo magis eſt credendum de morte fœliciſſimæ Virginis. Vt autem dicitur in prædicto lib. de tranſitu ipſius beatæ Virginis: *Dominus noſter præcepit Apoſtolis, Vt corpus matris ſuæ deportarent ad ſepeliendum in Valle Ioſaphat in monumento nouo quod ibi inuenirent.* Aſcendit autem cœlos Dominus noſter Ieſus Chriſtus cum anima glorioſa ſuæ dilectiſſimæ, matris, cum ineffabili totius curiæ cæleſtis iubilatione: & ad dexteram throni ſui in gloria eam collocauit. Statim autem poſt illius benedictæ animæ aſſumptionem, cum tres pudicæ virgines, quæ ibi aderant corpus illud ſacratiſſimum lauare vellent: tanto ſplendore coruſcare cœpit, quod tangi quidem poterat, ſed nō videri. Et tamdiu ibi permanſit ille ſplendor lucis mirabilis, donec ablutum fuit corpus ipſius, & veſtitum. Quod cum ab Apoſtolis in pheretro eſſet collocatū, dixit beatus Iohannes Petro: Tu Petre debes portare palmam ante pheretrum, quia Dominus te nobis prætulit, & paſtorem ouilis ſui dereliquit. Cui reſpondit Petrus: Tibi magis conuenit eam portare, qui à Domino es virgo electus. Vnde dignum eſt & congruum, quod virgo deferat Virginis palmam. Tu etiam ſupra pectus Domini iacuiſti, à quo hauſiſti flumina diuinę ſapientiæ, & magis ab eo dilectus fuiſti. Iuſtum igitur videtur, vt tu qui à Virginis filio plus gratiæ recepiſti, etiam matri eius pręſtes plus honoris, cuius filius effici meruiſti. Ego vero portabo pheretrum, in quo repoſitum eſt corpus eius alijs Apoſtolis illud circumdantibus, & Deo laudes referentibus. Dixit autem Paulus: & ego qui ſum minimus omnium veſtrum, etiam portabo pheretrum tecum. Eleuans igitur Petrus cum Paulo pheretrum, alijs quoque Apoſtolis adiuuantibus: incepit ipſe Petrus cantare, & dicere: *Egredere Iſrael de Ægypto. domus Iacob de populo barbaro. Facta eſt enim Maria ſanctificatio eius: & in Hieruſalem poteſtas eius.* Dominus autem cooperuit pheretrum, & apoſtolos vnà, candente & lucidiſſima nebula taliter, quod ipſi non videbantur: ſed tantummodo eorum vox audiebatur, cum quibus erant etiam Angeli cantantes: ita quod repleuerunt totam terram canticis, & ſonis mirabilis ſuauitatis. Vnde princeps ſacerdotum cum maxima populi multitudine currens, vt corpus beatiſſimæ Virginis comburi faceret, percuſſus eſt brachiorum deſtitutione, & cruciatu maximo: ſed per pœnitentiam poſtea curatus, vt ſupra dictum eſt. Populus autem qui cum eo erat cæcitate fuit percuſſus: impoſita autem illa palma ſuper eos qui pœnitentia ducebantur, & credere in Dominum volebant, omnes ſanabantur. Sicque benedictæ Virginis corpus ſolennibus exequijs eſt tumulatum. Et forte ipſe Dominus Ieſus, ſicut ſua dilectiſſima mater corpus eius mortuum ſepelierat, ita etiam voluit corpus ipſius matris proprijs manibus in ſepulcro coaptare: vt enim inquit gloſ. in c. vbicunque 13. q. 2. *Mollius oſſa cubāt, manibus tumulata ſuorum.* Cū igitur Deus ſepelierit Moyſen Deutero. vlt. Cumque ipſe Dominus Ieſus interfuerit exequijs Marthæ hoſpitæ ſuæ, vt in eius legenda habetur: quanto magis credendum eſt ipſum genitricis ſuæ exequijs honorem impendere voluiſſe? Opus enim miſericordiæ eſt ſepelire mortuos: ergo ipſe pater miſericordiarum Dominus Ieſus matris ſuæ ſepulturæ in propria perſona voluit intereſſe.

PARS SEXTA HVius ſermonis de reſurrectione, ſiue Aſſumptione Beatæ Virg. in corpore glorioſo.

Licet beatus Hieronymus in ſermone aſſumptionis dubitatiue locutus ſit de reſurrectione, & aſſumptione beatiſſimæ virginis quoad corpus, tamen Augu. & Hugo. de ſancto Vict. alijque docto. quam plurimi aſſertiue confitentur ipſam benedictam. Dei

matrem in corpore glorioſo reſuſcitatam, in cœlum aſſumptam fuiſſe, & ita nunc ſancta Romana indubitanter tenet Eccleſia, quæ ſicut nunc de immaculata Virginis conceptione ſolennitatem facit, de qua antiquis temporibus certis bonis reſpectibus ita clarè determinare noluit, ita diui Auguſtini efficaciſſimis mota rationibus, & principaliter ſancti Spiritus inſpiratione glorioſam Dei matrem in anima, & corpore beatificatam eſſe non ambigit. De quo etiam notat Archidia. in c. ne innitaris. de conſti. Quam quidem veritatem quam pluribus probare poſſumus fundamentis. Et primo ratione perfectionis. Certum eſt enim quod beata Virgo fuit gratia plena, & perfecta ſicut ei annunciauit Angelus Luc. 1. Vnde Hiero. vbi ſup. ait: *Cæteris per partes gratia præſtatur. Maria vero tota ſe infudit gratiæ plenitudo.* Hæc ergo gratiæ plenitudo non ſolum fuit in eius anima, ſed etiam in corpore, quia Maria non conſtat niſi ex anima, & corpore. Hieronymus autem non dixit, quòd gratiæ plenitudo ſe infuderit in animam virginis, ſed in ipſam virginem Mariam. Plenitudo ergo gratiæ fuit etiam in corpore virginali in quo habitauit plenitudo diuinitatis, vnde ipſa inquit Eccleſiaſti. 24. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Cum itaque gloria debeat æquari gratiæ, iuxta illud Eccleſ. 4. *Exequabit gloriam gratia eius.* Concluditur quod ſicut ipſa benedicta Virgo fuit plena, & perfecta gratia in corpore, & anima, ita etiam fuit in eis pariter glorificata. Vnde Ber. in quodam ſermone inquit: *Quantum gratia in terris eſt adepta præ cæteris, tantum & in cœlis obtinet gloria ſingularis.* & Auguſti. in ſermone aſſumptionis ait: *Si merito præ omnibus mulieribus Maria donata eſt gratia, eidem in morte erit minuenda? abſit. Si enim mors aliorum ſanctorum eſt precioſa in conſpectu Domini; mors Mariæ erit precioſiſſima.* Sed quæ differentia eſſet inter mortem virginis, & aliorum, ſi non eſt in corpore aſſumpta? & Chryſo. in quodam ſermone inquit de beata Virgine: *Plena gratia, plena virtutibus, non poteſt non plene gratiam poſſidere:* ergo ratione ſuæ perfectionis arguitur eius aſſumptio totalis. Secundo idem probatur ratione reſtaurationis. Debuit enim reſtauratio correſpondere præuaricationi: in paradiſo autem terreſtri fuit vterque parens, ſcilicet Adam, & Eua; licet prius Adam quam Eua.vt patet Gene. 2. Cum ergo non ſit perfectior paradiſus terreſtris, quam cœleſtis, debuit etiam in cœleſti paradiſo eſſe vterque parens gratiæ, ſcilicet Chriſtus qui nos regenerauit ſuo ſanguine, & beata Virgo, quæ nos pauit ſuæ pietatis lacte. Hi enim in quibus culpa nunquam fuit, extra paradiſum eſſe non debuerunt; alioquin melior quoad hoc fuiſſet conditio parentum culpæ quam gratiæ. Chriſtus igitur prius cœlum aſcendit, & poſtea beata Virgo; Sicut enim vterque ſexus extra paradiſum expulſus fuit ad oſtendendam plenam damnationem, ita vt oſtenderetur plena redemptio, vterque ſexus debuit in cœleſti paradiſo introduci, alias quomodo ſperarent mulieres ſe eſſe perfecte redemptas? In animabus autem non eſt diſcretio ſexus. Et ideo inquit Auguſtinus in ſermone aſſumptionis: *Lætetur Maria vt dignum eſt, lætitia inenarrabili glorificata in anima, & corpore, in filio proprio, per filium proprium, & cum filio proprio.* Tertio, idem probatur ratione comparationis. Cum enim multi ſancti iam ſint in cœlo cum corpore glorificato; quare non credamus quod etiam ibi ſit beata Virgo, quæ eſt ſanctior vniuerſis? Et hanc rationem tangit Hierony. in ſermone aſſumptionis. Vt enim ſcriptum eſt Matt. 27. *Multa corpora ſanctorum, qui dormierant, reſurrexerunt cum Chriſto; & introierunt in ſanctam ciuitatem:* de quibus ibi dicit gloſ. quod iam ſunt cum corpore in gloria: alias vt etiam refert Hierony. vbi ſupra, veri teſtes reſurrectionis non fuiſſent; Scribit quoque idem Hierony. ad Heliodorum de morte Nepotiani, quod illi reſuſcitati viſi ſunt cum corporibus in cœleſti Hieruſalem. Ambroſi. etiam in ſermone Paſchali confirmat hoc de Iohanne Euangeliſta. Item ibi videtur velle quod quoties celebratur feſtum reſurrectionis Domini aliqui mortui ex ſanctis reſurgunt, & in cœlum cum corpore glorioſo aſſumuntur. Cum ergo mater Dei nulla gratia ſit priuata, quæ etiam paucſſimis fuerit conceſſa, profecto etiam ipſa reſurrexit, & in cœlum glorioſa aſſumpta fuit

Marginal notes: [Aſ]ſumptio corp. glo. [Vir]git. pro[bat]ur, pri[mo r]atione [perf]ectis. — [2. r]atione [reſt]auratis. — [2.] ratio [re]ſtaurat[ionis]. — 3. ratione comparationis. — In hoc cū ... ſtebat di... ma iuſte... ta.

fuit. Quarto, idem probatur ratione præceptionis. Mandauit enim Deus Exod. 20. Deutero. 5. & Matth. 15. di. *Honora patrem tuum, & matrem tuam*, & Apoſtolus ad Ephe. 6. addit: *Hoc enim iuſtum eſt* ſcilicet iuſtitia naturali, ſecundum philoſophum 8. Eth. in fi. & l. veluti. ff. de iuſti. & iure. iuncto §. legis præcedentis. Cum igitur Chriſtus *non venerit ſoluere legem, ſed adimplere*. Matthæ. 5. profecto voluit in omnibus matris ſuæ venerandę honorem conſeruare, ſicut etiam honorificauit patrem ſuum. Vnde ait Iohan 8. *Ego honorifico patrem meum*. Honorauit enim eam in vita ei obediendo. Nam cum ſederet in templo in medio doctorum, vocatus ab ipſa ſtatim iuit cum ea, relictis doctoribus, & erat ſubditus illis, Lucæ 2. Honorauit etiam eam in morte, cum in cruce illam commendauit diſcipulo. Iohan. 19. Ergo & in obitu eiuſdem matris, & poſt mortem debuit illi honorem exhibere. Filius enim tenetur quantum poteſt, ſuccurrere parentibus ſuis, ſecundum Alexan. de Ales in 3. parte ſummæ, in tractatu de quarto præcepto decalogi. Sed dicet forte aliquis, quod Chriſtus eam honorauit præ omnibus in anima? Cui reſpondeo quod hoc non ſuffeciſſet. Nam filius non ſolum tenetur animæ patris, & matris benefacere, ſed etiam eorum corporibus, c. cæterum, 86. di.

4. ratione præceptionis.

Sed pro maiori confirmatione huius argumenti dico quod Chriſtus debuit aſſumere matrem ſuam in anima & corpore, quia hoc competebat ſuæ iuſtitiæ, ſapientiæ, bonitati immenſæ, & ſuæ potentiæ. Primo enim diuinæ iuſtitiæ ſuæ hoc competebat. Nam cum ipſe Deus tantũ honoret corpora ſanctorum, & à nobis honorari faciat, profecto iuſtitiæ debitũ eſſet, quod ſi corpus matris ſuæ ſuper terram foret, à nobis illud faceret venerari. Videmus enim corpora, & reliquias, ſiue cineres ſanctorum in locis in quibus requieſcunt, conſeruari venerabiliter in vaſis aureis, & argenteis; & in templis auratis, ac in mauſoleis margaritis ornatis. Legimus quoque quorundam ſanctorum corporibus angelorum miniſterio monumenta præparata, & ipſa corpora diuina virtute integra, & incorrupta præſeruata. Videmus inſuper ſanctorum oſſa ſericeis, & precioſis linteaminibus circundari. & cum maxima reuerentia adorari, & quando oſtenduntur, luminaria accendi, & à diuerſis mundi climatibus confluentibus gentibus viſitari, ſicut patet de Apoſtolis Petro & Paulo Romæ, & de ſancto Iacobo in Galicia, & ſic de reliquis. Legimus quoque quod cum quorundam ſanctorũ corpora eſſent in loco deſpecto collocata, facta eſt reuelatio, vt inde amouerentur, & in loco venerabili collocarentur, ſicut patet de corpore beati Stephani protomartyris, de cuius inuẽtione Eccleſia feſtum celebrat. Et ſimiliter exemplificare poſſumus de corporibus beatorum Geruaſij, & Protaſij, & Nazarij, ac Celſi martyrum, & de multis alijs. Si ergo Deus ſic honorari facit corpora ſanctorum exiſtentia ſuper terram, quia fuerunt habitaculum Spiritus ſancti, & ad eorum ſepulturas facit cæcos illuminari, paralyticos ſanari, leproſos mundari, ſurdos audire, claudos ambulare, & mortuos reſurgere, tantoque honore ſeruos ſuos & amicos mundo facit manifeſtos; Quanto magis ſi corpus matris ſuæ eſſet in terra, illud manifeſtaret, vt ad viſitandum, & adorandũ ipſum ex toto orbe terrarum populus conflueret, ipſiuſque reliquias, & ſepulchrum maioribus ſignis, & prodigijs illuſtraret. Ex quo ergo in nullo loco terrarum virginis corpus veneratur, nec reperitur, profecto conſtat, quòd tanto theſauro terra non fuit digna, & quòd eſt in loco hominibus inacceſſibili, & digniori quàm terra, in cœlo ſcilicet empyreo, in paradiſo, in vita æterna. In maiori enim honore debet haberi corpus illud, quod fuit Spiritus ſancti ſacrarium, & Chriſti ſpirituale domicilium, ac totius Trinitatis nobile triclinium, quàm omnia corpora aliorum ſanctorum. Si autem corpus ipſum virginale nondum ſurrexiſſet, cum nec in cœlo, nec in terra veneraretur, minus honoris illi impẽderetur, quàm alijs ſanctorum corporibus, & reliquijs, quod valde abſonum, & inconueniens eſſet. Et hanc rationem tangit Bernar. in quodam ſermone di. *Quoniam ſanctorum corpora precioſa Deus ſublimauit; vt puta Petri & Pauli, quæ tam glorioſe venerabilia reddidit. & honore tam mirifico ſublimauit, vt & ipſis deputetur locus venerationi congruus, & ad ipſa mundus properet vniuerſus. Si Maria corpus ſuper terrã eſſe dicatur, cum nec deuota frequentatione fidelium veneretur, nec eidem deputetur locus honoris, minimum Chriſtus videbitur honorem*

In hoc competebat diuina iuſtitia.

rem materni corporis contempſiſſe, cum tamen ſuper terram aliorum corpora ſic honoret, hæc Bernard. Quod ſi aliquis dicat, quod corpus beatiſſimæ virginis eſt adhuc ſuper terram: ſed ideo Deus non reuelauit vbi ſit, quia nos non ſumus digni illud videre, ac viſitare? Reſpondeo ſecundum Bernardum vbi ſuprà. quod de alijs quoque ſanctis dicitur ad Hebr.11. *Quibus dignus non erat mundus*, & tamen eorum corpora non ſunt propter hoc nobis occultata. Præterea corpus Chriſti vtique precioſius, & dignius, quia diuinitati vnitum, Deus nobis tradidit contrectandum, & diſpenſandum; ergo non eſt putandum, quòd ratione indignitatis noſtræ virgineum corpus nobis fuerit celatum. Et hanc quoque rationem ponit Auguſt. in ſermone aſſumptionis di. *Nunquid non pertinuit ad benignitatem Domini matris ſeruare honorem, qui non venit ſoluere legem, ſed adimplere? Lex autem ſicut honorem matris præcipit: ita & inhonorem damnat. Qui ergo præ cæteris illam gratis conceptam honorauit, pium eſt credere etiam in morte ſingulari ſaluatione, & ſpeciali eam gratia honoraſſe.* hæc ille. Præterea ſi crux quam Chriſtus ad horam portauit, & in qua paruo tempore ſtetit, ſic honoratur, profectò in maiori honore debuit haberi corpus immaculatæ virginis, in quo Dei filius nouem menſibus habitauit. Et ſi Deus in tanto honore vult haberi imagines, & picturas ſanctorum: certe in maiori reuerentia voluit haberi corpus illud, in quo imago ſua illibata permanſit: cum vnigenitus eius qui eſt imago patris in eo decubuit; & per quod imago noſtra, quæ corrupta erat, reparata fuit. Et ſi in tanto honore habita fuit arca teſtamenti, quia in ea erat virga Aaron, manna, & tabulæ legis conſcriptæ. In maiori proculdubio honore haberi debuit arca illa ſanctificata, in qua habitauit virga, ideſt caro Chriſti, quæ floruit, manna, ideſt diuinitas, quæ omnem dulcedinem habuit, & tabulæ conſcriptæ, ideſt anima Chriſti, quæ omni ſapientia plena fuit. Secundo hoc competebat diuinæ ſapientiæ. Sicut enim dicitur Prouerb 9. *Sapientia ædificauit ſibi domum* Sapiens autem architectus domum facit pulchram intus, & extra. Sunt vero quædam domus pulchræ foris, ſed intus turpes, ſicut hypocritæ de quibus ait Dominus Matthæ. 23. *Væ vobis ſcribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis; quæ foris apparent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia.* Aliæ autem domus ſunt intus pulchræ, ſed turpes exterius, ſicut ſunt ſerui Dei, qui ſunt pulchri intus per puritatem, ſed turpes exterius per auſteritatem. Item, quia à mundanis hominibus contemnuntur. Aliæ, etiam domus ſunt pulchræ intus, & foris: ſicut ſunt beati in anima, & corpore glorificati, quorum corpus eſt lucidum, & anima lucida, & formoſa. Domus igitur beatiſſimæ virginis in præſenti vita fuit tota pulchra, & intus in anima per puritatem, & extra in corpore per virginitatem. Si ergo ſapientia Dei in hac vita ædificauit ſibi domum tam pulchram, ad eandem ſapientiam pertinuit poſt hanc vitam, pulchritudinem eius non diminuere, ſed augere, vt eſſet pulcherrima intus in anima per fælicitatem, & extra in corpore per immortalitatem. Et ideo ſponſus ipſe cœleſtis eam alloquitur, dicens Cantic. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.*

2. diuina ſapientia.

Tertio, hoc competebat immenſæ filij Dei bonitati. Boni enim filij eſt magis prouidere matri ſuæ, quam ſibi; tam bonus autem fuit filius ipſe Dominus Ieſus, quod in hac vita potius voluit matri ſuę ſuccurrere eique prouidere quam ſibi, matremque ſuam voluit gaudere in partu, iuxta illud quod ei canitur: *Dum paris, & gaudes &c.* Ipſe autem voluit flere: iuxta illud quod in eius perſona dicitur Sapien. 7. *Similem vocē omnibus emiſi plorans.* Cum igitur poſt hanc vitam corpus ſuum ſibi Chriſtus conſeruauerit à putrefactione, iuxta illud pſalm.15 *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, profectò etiam eſt credendum, quod matrem ſuam ſimiliter à corporis corruptione præſeruauit. Boni quoque filij eſt matris habere memoriam, & inter aduerſa, & inter proſpera. Chriſtus ergo, qui vt bonus filius inter aduerſa ſuæ paſſionis curam habuit matris; dum adhuc eſſet paſſibilis, & mortalis; proculdubio poſtquam fuit inter proſpera, ideſt inter bona paterna, & poſtquā factus eſt immortalis, & glorioſus, de illa nō minorem curam geſſit. Boni etiam filij eſt, magis velle quòd mater honoretur, quàm ipſe. Chriſtus ergo optimus filius, qui tantum honorauit matrem in terris, nunquid eam honorare deſpexit in cœlis? Boni quoque filij eſt vel-

Digitized by Google

uit velle, vt magis ſeruiatur matri quàm ſibi. Olim autem à Domino datæ fuerunt duæ ſententiæ Gen. 3. vna ſcilicet communis viro, & mulieri. ſ. *Cinis es, & in cinerem reuerteris.* Alia vero tantum pertinens mulieri. ſ. *In dolore paries filios.* Chriſtus ergo qui vt bonus filius matrem ſuam à particulari mulierum maledictione præſeruauit. vt. ſ. ſine dolore, immo cum maxima ſuauitate pareret. Profecto etiam ab alia omnibus hominibus communi, ipſam præſeruauit à qua ipſe fuit exceptus. Quarto hoc competebat ſuæ potentiæ: de quo inquit Aug. in ſermone aſſumptionis; *Si in poteſtate ſaluatoris eſt de ſanctorum capite capillum non perire, eſt & matrem ſuam in anima, & corpore integram poſſe ſeruare, quod ſi nullus fidelium dubitat hoc eum poſſe, cur dubitandum eſt etiam eum velle? Legitur Ionam in ventre ceti preter naturalem vſum ſeruaſſe incorruptum ſola miſericordia. vt habetur Iona 2. Mariam ergo incorruptam præter naturam non ſeruabit gratia? Seruatus eſt Daniel in intemperantiſſima fame leonum. vt habetur Dan. vltim. & non eſt ſeruata Maria tot dotata meritis dignitatum? Potuit ergo à putredine, & puluere alienam facere, qui ex ea naſcens potuit virginem relinquere.* hæc ille. Quæ omnia optime poſſunt adduci ad probandum, quod Chriſtus præſeruauit matrem ſuam à peccato originali. Quinto principaliter beatam virginem fuiſſe in anima, & corpore glorificatam probatur ratione dedicationis. Quod enim ſemel eſt Deo dedicatum, non eſt amplius ad vſus humanos transferendum. c. mancipia. de rerum permu. & c. ligna. de conſe. di. 1. & 19. q. 3. c. quæ ſemel. vbi præcipitur quod monaſteria ſemel Deo dicata non conuertantur in domos ſecularium. Et ſimiliter nec hoſpitalia, & idem de rebus ſacris. vt veſtibus ſacratis & vaſis eccleſiaſticis. Sed de corpore virginis dicitur Pſalm. 45. *Sanctificauit tabernaculum ſuū altiſſimus*, ergo ſi non debuit humanis vſibus contrectari, multo minus decuit ipſum à vermibus corrodi, & pulueribus maculari. Prætereа in capitul. 2. de cuſto. Eucha. præcipitur, vt eccleſiæ materiales ſeruentur nitidæ, ita vt reſplendeant, & ibi etiam dicitur quod nimis abſurdum videtur in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerent etiam in prophanis. In eodem etiam cap. reprehenduntur clerici tenentes corporalia, ſeu vaſa eccleſiaſtica immunda. Corpus igitur virginis cum ſit Deo æternaliter dedicatum ſuper omnia corpora, nunquam debuit aliqua ſorde maculari: ſed vt ſummus decor, & reuerentia deputari. Non ergo iacet ſub terræ pulueribus, ſed glorioſum veneratur in cœli ſplendoribus. Et hanc rationem tangit Aug. vbi ſupra. di. *Thronum Dei, Thalamum Dei, tabernaculum Chriſti, dignum eſt ibi eſſe vbi ipſe eſt. Tam precioſum theſaurum dignum eſt ſeruari in cœlo quàm in terra.* Sexto idem probatur ratione figurationis. Vt enim ſupra declaratum eſt in exordio huius ſermonis. Per arcam teſtamenti figuratur beata virgo. Cum igitur præceperit Deus Exod. 26. quod arca teſtamenti intus, & foris tota deauraretur, & eſſet de lignis imputribilibus, profecto ſignificauit quod virgo glorioſa arcanorum Dei contentiua nunquam putreſceret, nec corpus eius incineraretur, ſed tota deauraretur intus in anima, & extra in corpore per glorificationem. Quam quidem arcam deiferam vidit beatus Iohannes Euangeliſta in ſpiritu, dum eſſet in inſula Pathmo. Vnde dixit Apoc. 11. *Apertum eſt templum Dei in cœlo, & viſa eſt arca Dei in templo.* Hanc quoque arcam præuidit in ſpiritu Dauid propheta, debere reſurgere, cum dixit Domino Ieſu Chriſto Pſal. 131. *Surge Domine in requiem tuam: tu & arca ſanctificationis tuæ.*

4. Conueniebat ſuæ potentiæ.

5. Ratio princip.

6. Ratio.

Septimo idem probatur ratione vnionis. Caro enim virginis, & caro CHRISTI eſt quaſi vna, & eadem caro, vt ait Auguſtinus in ſermone aſſumptionis di. *Caro Ieſu Chriſti caro eſt ſanctæ Virginis Mariæ quam ſuper aſtra tranſtulit, honorans omnem humanam naturam, & multo magis maternam.* hæc ille. Cum ergo, vt dicunt philoſophi, Ignis de ſua natura congreget homogenea, & diſgreget heterogenea. Non eſt dubitandum quòd ignis diuinus, qui fecit vt beata virgo eſſet vnum cum Chriſto in terris, fecit etiam vt illi coniungeretur in cœlis. Et hanc rationem tangit Augu. in ſermone aſſumptionis di. *Putredo & vermis ſunt opprobrium humanæ conditionis, à quo opprobrio cum Chriſtus alienus ſit, Maria quoque natura excipitur, quā Ieſus de ea aſſumpſiſſe probatur, vt quo fertur vna pars feratur & reliqua.* Et Chryſo. inquit: *Si pars eſt cum Chriſto, & pars cum Virgine;*

quomodo illud ſacrum, de quo Chriſtus carnem & naturam humanam aſſumpſit, tradidit corruptioni? Et Aug. vbi ſup. iterũ dicit: *Quantum intueor, & quantum video, quantumque intelligo, Mariæ anima fruitur Chriſto, & poſſidet in Chriſto corpus quod genuit. Cur ergo non*
8. Ratio. *etiam poſſideat illud per quod genuit?* Octauo idem probatur ratione filiationis. Nam Chriſtus etiam nunc dicitur vere filius virginis, ergo eſt. Nam ab eo quod eſt, vel non eſt, dicitur oratio vera vel falſa. 1. Perihe. ſed correlatiua poſita, ſe ponunt, & perempta ſe perimunt, vt ait Ariſto. in prædicamento ad aliquid, & notant legiſtæ in l. fi. C. de accepti. Ergo virgo Maria nunc vere dicitur, & eſt mater Chriſti, ſed anima eius non eſt mater Chriſti, cum anima non ſit ex traduce, vt probat magiſter in 2. ſen. di. 16. c. vltimo. nec anima ſola ſit perſona ſecundũ Alexandrum de Ales in 3. parte ſummæ in tractatu de aſſumptione humanæ naturæ q. 6. vbi dicit, magiſtrum in hoc non dixiſſe verum in 3. di. 5. vbi dixerat animam ſolam eſſe perſonam, quem etiam reprobat ſanctus Bona. in 2. diſt. vlt. in quæſtionib. circa literam. & Scotus in 3. diſt. 5. in 1. quæſtio. Si ergo anima non eſt perſona, nec homo, profecto anima virginis non homo, non poteſt dici mater naturalis Chriſti hominis. Non etiam caro ſola ipſius virginis proprie poteſt dici mater Chriſti, cum homo mortuus nõ ſit homo, ſecundum Theo. communiter in 3. di. 22. quæ reprobant ibi magiſtrũ. Si ergo virgo Maria ſit vere mater Chriſti, & appellatur de præſenti, vt quotidie eam nominat Eccleſia, ſequitur quòd vere cõiuncta eſt anima eius cum ſuo corpore: & ſic eſt
9. Ratio. beata in vtroque. Nono idem probatur ratione perfectionis. In ipſa enim virgine eſt omnis perfectio, & beatitudo perfecta, vt de ipſa canit Eccleſia. Cum igitur omnis pars ſit imperfecta extra ſuum totum, vt ait Philoſophus 5. Meta. & 3. Phyſi. Si anima beatæ virginis necdum aſſumpſit ſuum corpus, necdũ habet omnem perfectionem, ſeu eſſendi modum. Cum autem Angeli omnem ſuam in eſſendo perfectionem habeãt; minus eſſet perfecta beata virgo quàm Angeli, quod eſt inconueniens. Et hanc rationem tangit magiſter in 4. diſt. 44. loquens de imperfectione animarum ſeparatarum, & allegat Augu. ſuper Gen. ad literam lib. 12. circa finem di. *Si quis quærat quid ſit opus ſpiritibus defunctorum, ſua corpora in reſurrectione ſuſcipere, ſi eis poteſt ſine corporibus ſua beatitudo præberi, difficilis eſt quæſtio. Nec poteſt à nobis perfecte definiri, &c.* & tandem concludit dicens: *quia in eis eſt naturalis quidam appetitus corpus miniſtrandi, quo retardantur quodammodo, ne tota intentione pergant in illud ſummum bonum, donec ille appetitus conquieſcat.* Et hoc non ſolum dicit Augu. vbi ſup. ſed etiam Bern. in lib. de diligendo Deum. Si ergo anima virginis nondum habet ſuũ corpus, nondum habet totalem, & perfectiſſimam beatitudinẽ: & necdum videt Deum ita quietato appetitu ſicut vident angeli, quod eſſet valde abſur-
dum. Decimo idẽ probatur ratione commu- *10. Ratio.*
nicationis. Imperator enim communicat ſua priuilegia imperatrici, l. princeps ff. de legi. cũ ergo ipſe reſurrexerit glorioſus, vt patet Mar. & Matth. vlti. c. ergo & imperatricem virginem, i. glorioſam debuit reſuſcitare, & in cœlum ſecũ aſſumere. Vndecimo idem probatur
ratione collocationis. Locus enim debet eſſe *11. Ratio.*
proportionatus locato, & econtra. Sapiẽs ergo locat res in locis ſibi conuenientibus ſecundum earum dignitatem, quod obſeruauit Deus, qui omnia in ſapientia fecit, vt inquit Pſalm. 103. Ita enim ordinatiſſime collocauit omnes creaturas, quòd quælibet habet locum ſibi conuenientem. Res enim dignas in loco digno poſuit: Digniores autem in honorabiliori, vt patet diſcurrendo machinam elementarem, & cœleſtem. Cum igitur poſt ſacratiſſimum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, nullum ſit dignius corpore ſacratiſſimæ virginis matris ſuæ, ſequitur quod ſicut corpus Chriſti collocatum eſt in cœlis: ita & corpus ſuæ digniſſimæ matris, vt ait Aug. in ſermone de aſſumptione virginis. Et quaſi omnes prædictas rationes tangit idem Aug. vbi ſup. di. *De ſanctiſſimo corpore perpetuæ Virginis Mariæ eiuſque ſacra animæ aſſumptione loqui ſuſcipientes: hoc ipſum dicimus, quod in ſcripturis poſtquam Dominus eam in cruce diſcipulo commendauit, nihil de ea reperitur præter quod Lucas in actibus apoſtolorum commemorat, dicens: Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum Maria matre Ieſu. Quid ergo de morte, quid de eius aſſumptione dicendum eſt, vbi ſcriptura nihil commemorat, niſi quærendum ratione, quid conſentiat veritati, ſi-*

atque

atque ratio ipſa Veritas, ſine qua nec Valet autoritas? Si ergo beatam Virginem dicimus reſolutam in communem putredinem, Vermem, ac cinerem, librandum eſt, ſi tanta conueniat ſanctitati, & tanta aula Dei prærogatiua. Scimus enim dictum primo parenti, quia puluis es, & in puluerem ibis. Hanc conditionem caro Chriſti euaſit, quia corruptionem non ſuſtinuit. Excipitur ergo ab illa generali ſententia de Virgine ſumpta natura. Mulieri quoque dixit Deus: in dolore paries: ſed ipſa Virgo ſine dolore genuit. Ipſa ergo excipitur à quibuſdam generalibus, quam tanta attollit dignitatis prærogatiua. Si ergo eam dicimus adhuc mortis Vinculis retineri; nunquid impium erit? Si Voluit Dominus integram matrem Virginitatis ſeruare pudore; & cur non Velit incorruptam ſeruare à putredinis fætore? Tantam ergo integritatem merito incorruptibilitas, non putredinis Vlla reſolutio ſequitur. Illud ſacratiſſimum corpus in eſcam Vermib. traditum ſentire nec Valeo, dicere pertimeſco, quam æſtimationem procul propellit incomparabile gratiæ munus, quod ſuſcepit. Confitendum igitur cenſeo Mariam ad æternitatis gaudia aſſumptam bonitate Chriſti: honorabiliusque ſuſceptam cæteris, quam gratia honorauit præ cæteris; atque ad communem humanitatem non eſſe adductam poſt mortem putredinis Videlicet Vermis, & pulueris, quia ſuum, & omnium genuit ſaluatorem; Chriſtus igitur lætari facit Mariam in anima, & corpore, nec Vllam ſequi corruptionis ærumnam, quam nulla ſecuta eſt in pariendo filium integritatis corruptio: Vt ſit ſemper incorrupta, quam tanta perfudit gratia, Vt integriter Viuens omnium genuerit integram Vitam. hæc ille, cum multis alijs probationibus, quas breuitatis cauſa hic pertranſeo.

12. *Ratio.* Duodecimo idem probatur ratione virginalis conditionis, quæ requirebat eam aſſumi in anima, & corpore, & non in cinerem conuerti. Fuit enim in ea magna dignitas, & maxime quintuplex. Prima, quia mater fuit Chriſti deifera, & ideo debuit venerari, vt ſupra probatũ eſt. Videmus .n. quòd Chriſtus totus voluit eſſe matris ſuæ. quia patrem carnalem noluit habere, voluit etiam matrem totam eſſe ſuam, quã alios filios noluit generare. Qui ergo eam noluit communicare homini, nunquid eam communicabit vermibus? Et qui ex ea noluit generari filios, nunquid ex ea voluit generari vermes putridos? Sciebat enim quòd *dedecus filij eſt parens ſine honore* Eccl. 3. Secunda dignitas eſt, quia fuit Chriſti fidelis miniſtra, & ideo debuit exaltari, dicente Domino Ioh. 12. *Vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit.* Miniſtrauit enim ei ipſum concipiendo, in vtero gerendo, pariendo, in præſepio reclinãdo, fouendo, nutriendo, in Ægyptũ deportando, & inde reportando, omnemq; eius infantiam pio mentis affectu proſequendo, & vſq; ad crucẽ ab eo non recedendo, & non ſolũ eum ſectando pedum greſſu, ſed etiã imitationis effectu. Fuit ergo fide, & opere Chriſti miniſtratrix, & vſq; ad eius mortẽ deuota ſeruitrix, & ideo inquit Auguſtinus in quodã ſermone: *Si Vbi Chriſtus miniſtros ſuos eſſe Vult, ipſa non eſt: Vbi ergo erit? Et ſi ibi eſt, nunquid gratia pari? Et ſi æquali gratia: Vbi eſt æqua Dei cenſura, quæ reddit Vnicuique ſecundum merita?*

Tertia dignitas eſt, quia fuit veſtis Chriſti deaurata, & ideo debuit integra reſeruari. vnde Aug. in ſermone aſſumptionis inquit: *Si elegit diuina Voluntas inter ignium flammas puerorum Veſtimẽta ſeruare illæſa: Vt habetur Dan. 3. cur abnuat in matre propria quod elegit in Veſte aliena?* Quarta dignitas eſt: quia fuit Dei arca ſanctificata, & ideo debuit in templo cæleſti collocari. Vnde Damaſcenus in ſermone aſſumptionis dicit: *Hodie Virgo cæleſti templo inuehitur: hodie ſacra Dei arca in templo non manu facto reponitur. Columba innocens auolans ex arca ſui corporis, quam Deus ſuſcepit pedibus, requiem adinuenit.* Quinta dignitas eſt, quia fuit Theſaurus, & gẽma precioſa, & ideo debuit in gazophylacio cæleſti reponi, & non terræ pulueribus ſordidari, vt inquit Augu.

13. *Ratio.* Decimotertio idẽ probatur ratione confortationis. Sicut enim Chriſtus ex reſurrectione ſua, & aſcenſione magnã ſpem dedit hominibus, quod & ipſi reſurgent, & in cœlum aſſumentur, vt inquit Apoſtolus 1. ad Cor. 15. ita etiam ex matris ſuæ reſurrectione, & aſſumptione magnam ſpem dedit mulieribus, quòd & ipſæ reſurgent, & aſſumentur in cælum, ipſaſque mirum in modum confortauit, quod & facere debuit. Ipſe enim Dominus, vt Aug. inquit, vtrunque ſexum curaturus aduenit: perfecta autẽ curatio, & liberatio in reſurrectione manifeſtatur: ergo reſurrectio in vtroq; ſexu manifeſtari debuit in teſtimoniũ perfectæ cura-

curationis. Sicut igitur quantum ad virilem ſexum, manifeſtata eſt Chriſto reſurgente, ita & in fœmina debuit apparere: in nulla autem fœmina manifeſtari congruentius potuit, vel debuit, atque decuit, quàm in dulciſſima matre Dei, quæ in vita, libera extitit ab omni corruptione. Et hoc eſt quod ait Propheta in perſona Chriſti, Pſalm. 88. *Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo: & ſicut luna perfecta in æternum: & teſtis in cælo fidelis.* Thronus enim filij Dei eſt mater eius, quæ in conſpectu ipſius ſicut ſol fulget, quantum ad gloriam animæ: & ſicut luna perfecta in æternum quantum ad gloriam corporis ſine defectu. & eſt teſtis in cælo fidelis, quod non ſolum viri reſurgent: ſed etiam mulieres. 14. Ratio. Decimoquarto idem probatur ratione ſublimationis, vt. ſ. natura humana in Chriſto & in matre: & ſic in vtroque ſexu, ſuper omnes angelos ſublimaretur. Ipſi enim angeli ſciebant naturam humanam eſſe eis inferiorem ex conditione naturæ, iuxta illud Pſalm. 8. *Minuiſti eum paulo minus ab angelis &c.* Sciebant etiā eam poſſe eis æquari per gratiam, & meritum, & ideo angelus à ſancto Iohanne Euangeliſta, non permiſit ſe adorari, dicens Apocal. 22. *Vide ne feceris: conſeruus enim tuus ſum, & fratrū tuorum prophetarum, & eorum qui ſeruant verba libri huius.* Quod autem humana natura in vtroque ſexu ſic mirabiliter ſuper eos deberet ſublimari; ad plenum non cognouerant. Et ideo de Chriſto aſcendente quaſi admirantes dixerunt illud Eſa. 63. *Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudine virtutis ſuæ.* De matre autem eius aſcendente dixerunt illud Can. 6. *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens. &c.* Condecens autem fuit, vt ſicut Angeli habebant Chriſtū regem, & imperatorem ſuū in anima, & corpore glorioſum: ita etiam haberent matrem eius reginam, & imperatricem ſuam ſimiliter glorificatam. *Maria meruiſſe ita aſſumi probat Anſel.* Hanc autem ſublimationem meruiſſe benedictam virginem, & corpus eius immortalitate debuiſſe veſtiri, probat ſanctus Anſel. in quodam ſermone di. *Non dubitandum eſt beatam Mariam merita apud Deum incomparabiliter excelluiſſe, nec aliquem ſanctorum ſingulariter, nec etiam omnes communiter illi ſoli æquari poſſe. Iuſtum eſt autem, vt cum maiora eius ſint apud Deum merita, excellentiora etiam ab eo percipiat præmia. Deum porro conſtat nihil quod iuſtum eſt negligere. Quapropter beatam Mariam iam gloria reſurrectionis dotatam, & perpetua immortalitate veſtitam noſtra præſumit credulitas. Cum enim amplior ſit eius iuſtitia, & copioſior ei fuerit data gratia, quomodo corpus eius, ipſum videlicet Dei templum ſpes adhuc reſurgendi maneat? ſpe qua omnium animas felici expectatione ſollicitat? Nunc vero præſumptuoſum eſt ſi credamus, quòd illa omnes ſanctos præceſſit in præmio, quam ſcimus omnes præceſſiſſe in merito. Conuenit certè Dei iuſto iudicio, vt magnitudo muneris amplificetur velocitate retributionis; præſertim cum pro doni liberalitate nihil donatoris detrahatur copia. Immo virginis commendetur iuſtitia, extollantur merita, atque accendatur fides noſtra. Item poſt aſcenſionem Domini quamuis de credulitate gentium gauderet: non erat ei perfecta lætitia eo quod careret filij præſentia. Deſideraret autem matrem prolis præſentiam, ſi ſentiam, puto quòd non delinquo. Deſideraret autem non ſimiliter, ſed perfectè, vt non ſolum anima, ſed & corpus eius quod fuerat eius diuinitatis conſcium, & receptaculum filio ſuo aſſiſteret. Filium autem piorum ſanctum matris compleſſe deſiderium non eſt dubitandum. Nam cum Apoſtolus dicat, nemo vnquam carnem ſuam odio habuit, multo magis ipſa quam aliquis carnem ſuam dilexit. Ex eius enim ſaluatorem mundi ſciebat prodiſſe triclinio, ſicut ſponſum è thalamo. Volebat ergo beata domina, vt caro, quam omni ſtudio ſeruarat Domino cum anima, quam proxime aſſiſteret filio. Reſtitiſſe autem filium voluntati genitricis ſuæ quis credat? Cum & ipſe in lege parentes honorare præcipiat, & in qualibet remota barbaries proles parentis honorem deferat, niſi ſi quis eſt belua, quæ nec ab amore parentum eſt vtcunque aliena. Ipſe igitur pietatis autor, & natura Dominus parenti non exhibuit, quod & ipſe fieri præcepit, & naturaliter quilibet ſolo inſtinctu ſanguinis facit? Ipſe ergo perfectum honorē exhibuit matri dulciſſimæ, quem ipſam intellexit velle magnopere. Non eſſet autem honor perfectus niſi illud virgineum reſuſcitaret corpus, vt tota aſſiſteret filio, in cuius tota laborauerat obſequio. Cælo igitur corpus maternum, ſuum ſcilicet habitaculum repoſuiſſe credendum eſt. Namque cum etiam ſancti non ſe perfectè beatos exiſtiment, niſi cum in illa*

Illa reſurrectionis gloria ſtolam ſecundam induerint, hæc Domina quæ pleno guſtu hauſerat quam ſuauis eſt Dominus, ad perfectam beatitudinem ſufficere ſibi crederet, ſi labefacto corpore ſolo ſpiritu præſentiam ſuam filio exhiberet. Nec vero putandum eſt, quod ſemimutilata, & quodammodo truncata fœlicitate matrem tolo induceret. Immo credendum eſt omnem ei honorem exhibuiſſe quem potuit. Quantum autem poſſit quis, explicet. Amplius ſcriptum eſt anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ, & ideo matri, & excellentiori ſanctitate caro pollebat eius quã cuiuslibet ſancti ſpiritus. Porro fides noſtra non ambigit ſanctorum animas iam regnare in cœlis. Cum ergo illæ ſanctorum animæ quæ minorís apud Deum ſunt ſanctitatis, Deum præſentialiter videant, iniuſtum videtur matris ſanctitatis conſcium non idem ſaltem munus meruiſſe. Porro ſanctorum corpora, quæ fuerũt ſpiritibus repugnantia: carnis compage ſoluta, quia aggrauauerũt animam, & in peccatum traxerunt, inobedientiam tabe luunt, & in terrenum elementum abeunt. Animæq; interim longa ſpe reſurrectionis à ſordibus per corpora cõtractis purgantur. Rebellis autem non fuit ſpiritus corpus beatæ virginis, quia nulla vnquam habuit anima, & corporis diſſonantiam, immo cumulata, & æquata proportione virtutum omnium tenuit harmoniam. Quapropter iniuſtum eſt eius corpus pulueſcere, quod nunquam animæ blanditum eſt in ſcelere. Præterea cum credamus corpus Domini in cœlo eſſe, & toti mundo imperare, cur non credamus eiuſdem corporis materiam, & vt ſic dicatur, opificem, virginalem ſcilicet carnem ibidem eſſe? Sed ne ſuſpicionibus agamus, audi breuem diſtinctionem: & conclude. Corpus ſanctæ Mariæ, aut eſt in cœlo; aut in terra. Immerſum enim mari, vel per inane aëris rotari, nemo puto niſi demẽs dicet. Eſt ergo vel in cœlo, vel in terra. In terra autem non eſt credibile eſſe. Nam filius eius qui tanto miraculorum fulgore quorundam ſanctorum corpora clarificat, multo minus matris ſuæ corpus, in quo nouem menſium gratiſſimum habitaculum habuit, ſi vſpiam terrarum eſſet ingloriũ iacere permitteret. Nõ ibi ſileret miraculorum gloria; cuncti enim ex omnibus vrbibus migrarent peregrini. Quia igitur nec in terra, nec in aëre, nec in mari eſſe veriſimile eſt, reſtat vt in cœlo eſſe credatur. hæc ille.

PARS SEPTIMA

huius ſermonis declaratur, Summa iubilatio, quæ fuit in Beatæ Virginis aſſumptione.

AD intelligendam iubilationem virginalis aſſumptionis, eſt ſciendum quod ipſa benedicta virgo primo aſſumpta eſt cum honorabili ſocietate, quod figuratum eſt 2. Reg. 6. vbi dicitur quod Dauid, & omnis Iſrael deducebant arcam Domini cum gaudio, & erant cum Dauid ſeptem chori. Per Dauid enim intelligitur Chriſtus, per ſeptem autem choros vniuerſitas angelorum, & ſanctorum, quia ſeptenarius numerus, eſt numerus vniuerſitatis. Vnde Gregor. in homil. Magdalenæ inquit: *Quia ſeptem diebus omne tempus comprehenditur, recte ſeptenario numero vniuerſitas figuratur, vel per ſeptem choros intelliguntur, angeli, Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, martyres, confeſſores, & virgines, qui omnes ipſam honorabiliter deduxerunt: & merito, quia omnes iſti eam honorare tenebantur. Angeli, quia ipſa angelicam vitam duxit; patriarchæ, quia ipſa de eorum ſtirpe deſcendens eos honorauit; propheta, quia ipſa Spiritu prophetiæ plena fuit; apoſtoli, quia eorum magiſtra extitit.* Et intelligendum eſt de illis apoſtolis, qui iam ad cœlos per mortẽ aſcenderant. Alii vero qui adhuc viuebant, etiam ipſi Spiritu eam in cœlum aſſociabãt cantantes, & dicentes illud, quod canit Eccleſia: *Virgo prudentiſſima quo progrederis quaſi aurora valde rutilans &c.* Martyres quoque eam honorabant ſicut tenebantur, quia ipſa gladio paſſionis perforata fuit. Item confeſſores, quia ipſa ſola in paſſione Chriſti fidem tenuit, & Chriſtum confeſſa fuit: virgines etiam quia ipſa primiceria virginum extitit & magiſtra. Dicit autem quidam doctor quod bis euacuatũ eſt cœlum. Primo quando Chriſtus aſcendit, quia tunc nullus angelus ſecundum ipſum in cœlo remanſit, ſed omnes obuiam Chriſto venerunt. Secundo vero quando beata virgo aſſumpta fuit. Quia omnes angeli, & animæ ſanctorum, & ipſe Chriſtus obuiam ſibi venerunt. Tertio autem euacuabitur in iudicio vniuerſali, quando omnes in

Aſſumpta eſt cum honorabili ſocietate.

2. *cum ineffabili iucunditate.* valle Ioſaphat congregabantur. Secundo aſſumpta fuit cum ineffabili iucunditate. quod ſignificatũ eſt 2. Reg. 6. vbi dicitur, quòd *Dauid & omnes filij Iſrael deducebant arcam teſtamenti Domini in iubilo, & in clangore buccinæ, & quod ipſe Dauid, & omnis domus Iſrael ludebat coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris.* Vbi notandũ, quod ſicut dicit Auguſtinus ſuper pſal. Triplex eſt ſonus muſicus, vnus qui fit cum voce, ſicut in cantu aliis qui fit cum flatu, ſicut in buccina; tertius vero qui fit cum pulſu, ſicut in cithara. Primus ergo qui fit cum voce, tangitur cum dicitur *in iubilo.* Eſt enim iubilatio cantus modulatio. Secundus vero qui fit cum flatu, tangitur cum dicitur, *in clangore buccinæ.* Tertius autem qui fit cum pulſu tangitur, cum dicitur; *in omnibus lignis fabrefactis, & citharis.* Ex quibus omnibus datur intelligi, quod in deductione iſtius arcæ diuinalis in cœlum fuerunt omnia genera muſicorum. Vnde verificatum fuit illud 2. Paral. 5. *Cymbalis & Pſalteriis, ac citharis, & tubis, ac voce concrepabant, & cunctis pariter in organis, & lignis diuerſi generis muſicorum concinentibus, ac vocem in ſublime tollentibus longe ſonitus audiebatur.* Si enim pro reparatione templi materialis, ſacerdotes habentes ſtolas cum tubis, & Leuitæ habentes cymbala, collaudabant, & benedicebant Dominũ, & ei canticum decantabant, & populus Iſrael tuba cecinit magnifice, & clamauit voce magna cum gaudio magno, vt habetur 2. Eſdræ 3. Quanto magis debebant decantare cœleſtium agmina beatorum pro reparatione, & reſuſcitationẽ atque glorificatione templi viui diuini corporis. ſ. genitricis creatoris ſui? Et cum ad honorationem ſtatuæ, quam Nabuchodonoſor fecerat, fuerit ſonus tubæ, & fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ, pſalterii, & ſymphoniæ. ac vniuerſi generis muſicorũ, vt habetur Dan. 3. Quare in deductione, & exaltatione reginæ cœli non credamus vniuerſa ſonorum & canticorũ genera affuiſſe? De hac autem iubilatione inquit Hiero. in ſermone ad Euſto. *Legimus quam ſæpe ad funera, ſepulturaſque ſanctorũ angelos aduenisse, & ad exequias eorum obſequia præſtitiſſe: necnon & animas eorum vſque ad cælos cum hymnis, & laudibus detuliſſe. & eoſdem multo lumine reſplẽduiſſe. Inſuper adhuc viuentes in carne ibi miri odoris fragrantiam perſenſiſſe. Si igitur talia, & tanta circa defunctos Deus dignatus eſt exhibere: Quanto magis eius genitricem die obitus ſui credendum eſt cælorum militiam obuiam adueniſſe, eamque ingenti lumine circumfulſiſſe. & vſque ad thronum gloriæ perduxiſſe? Nulli dubium eſt totam illam cæleſtem curiam ſupernæ Hieruſalem ineffabili lætitia tunc exultaſſe. & iucunditatem fuiſſe indicibili charitate, tuncque omni gratulatione iubilaſſe. Quoniam feſtiuitas hæc, quæ nobis reuoluitur annua, illis facta eſt continua. Nec immerito, creditur enim quod ipſe ſaluator per ſe totus feſtiuus occurrerit, & eam cum gaudio ſecum in throno collocauerit, alioquin quomodo crederetur impleſſe. quod ipſe in lege præcepit; honora patrem tuum & matrem tuam* hæc ille. Tertio aſſumpta fuit cum mirabili claritate, de qua dicitur Can. 6. *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgẽs &c.* 3. *cum mirabili claritate.* Fuit autem tunc multiplici claritate perfuſa. Primo luce ſuperſubſtantiali; quia Chriſtus qui eſt vera lux, obuiam ſibi venit, & eam aſſociauit. Secundo luce ſpirituali, ideſt anima ſua ſuper omnia, omni luce, & gloria illuſtrata, & tunc impletũ fuit in ea illud Eſ. 64. *Implebit Dominus ſplendoribus animam tuam.* Tertio luce corporali, quia eius corp' immortalitate, & claritate reſplenduit. Si. n. *iuſti fulgebunt ſicut ſol.* Matth. 13. quanto magis eius corpus fulgere debet, quæ Deum portauit? Quarto luce rationali, quia omnes ſancti qui erant in cœlo, eã aſſociauerunt. Vnde in officio aſſumptionis canit Eccleſia: *Sicut dies verni circumdabant eam flores roſarum, & lilia conuallium.* Flores roſarum ſunt martyres, lilia conuallium ſunt confeſſores, & virgines. Quinto luce intellectuali, ſcilicet angelica, quia omnes angeli eam aſſociauerunt, quorum quidam præcedebant tanquam domicelli. Quidam ſubſequebantur tanquam fideles miniſtri. Omnes autem iubilabant tanquam ſeruitores deuoti. Ecce quam luminoſa aſcendit, quia à ſuperiori illuminata fuit luce ſuperſubſtantiali, ab inferiori luce intellectuali, & rationali, ab interiori luce ſpirituali, & ab exteriori luce corporali. De hac etiam iubilatione canit Eccleſia: *Aſſumpta eſt Maria in cælũ, gaudent angeli laudantes benedicunt Dominum.* 4. *Aſſumpta cum terribili poteſtate.* Quarto aſſumpta eſt cum terribili poteſtate, iuxta illud Cantic. 6. *Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.* Tam terribilis namque

que

que fuit dæmonibus eius aſſumptio, quod dæmones de iſto aere caliginoſo in quo morantur, penitus aufugerunt. Nec mirum; fugerunt enim perterriti à tam terribili societate. iuxta illud Can. 7. *Quid videtis in ſunamite, niſi choros caſtrorum?* i. choros angelorũ, & omnium ſanctorum Fuerunt etiã vulnerati à tam ineffabili iocũditate. Dæmones. n. ſemper in luctu ſunt. Et ad hoc applicari poſſet illud Eccleſi. 22. *Muſica in luctu importuna narratio.* Fuerunt quoque excæcati à tam mirabili claritate. Ipſi enim tanquam noctuæ diuinam claritatem ferre non poſſunt. *Malitia enim eorum penitus excæcauit ipſos.* Sap. 2. Fugerunt etiam tremefacti à tam terribili poteſtate. Sicut enim canis cum videt virgam qua percuſſus eſt, territus fugit: Sic & dæmones cum viderunt virgam Ieſſe in cœlum deduci, territi aufugerunt. iuxta illud Eſa. 30. *A voce Domini pauebit Aſſur, virga percuſſus.* Beata etenim virgo aſſimulatur virgæ, primo ratione nominis, quia virgo dicitur a virtute, nam virtus quę latet in radice, ſe prodit in vigore virgæ. In ipſa autem virgine omnis virtutis perfectio reperitur, vnde ipſa ait Eccl. 24. *In me omnis ſpes vitæ, & virtutis.* In eius etiam vigore, ac fructu refulſit omnis virtus radicis. Radix enim ex qua hæc virga prodiit, fuerunt patriarchæ. In quibus quicquid gratiæ, & virtutis fuit, totum in beata virgine eminentius apparuit. Vnde in eius natiuitate cantat Eccleſia Euangelium Matth. 1. deſcriptum: in quo ponuntur genealogiæ patriarcharum. Notandum quoq; quod in virga triplex virtus inuenitur, ſecundum quod ex triplici ſubſtantia componitur ſcilicet cortice, ligno, & medulla. Mediante autem medulla nutritur, mediãte ligno ſurſum erigitur, & mediante cortice contra exteriores contrarietates defenſatur. In beata vero virgine tanquam medulla nutriens fuit eius interior gratia, de qua Angelus ei dixit Lucæ 1. *Aue gratia plena.* lignum autem erigens fuit eius contemplatio aſſidua. iuxta illud Cantic. 3. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit quaſi virgula fumi?* Vbi notandum, quod virgula ex quo aſcendit, ſurſum tendit, & ſuam ſummitatem verſus cœlum erigit: & quanto magis à terra recedit & ſurſum tendit, tanto amplius ſemper ſubtilior fit. Et ſimiliter beatiſſima virgo Maria ſurſum tendebat intentione, & affectione. Vnde ſanctus Odilio Cluniacenſis, in quodam ſermone ait: Vnum quippe ſcimus pro certo, quod omnis Mariæ vita, & actio intenta fuit ſemper in Domino. Item, ſummitatem, ideſt mentem ſemper ad cœlũ dirigebat. ſ. in contemplatione, & oratione, & quanto à terra per terrenorum contemptũ recedebat, & ſurſum ad altum per affectum cœleſtium accedebat, tanto in contemplando ſubtilior erat. Tanquam autem cortex exterius defenſans, fuit in beata virgine diligẽs ſui cuſtodia, ſeruauit enim illud Prou. 4. *Omni cuſtodia ſerua cor tuum.* & propter hoc Can. 4. appellatur *hortus concluſus.* Ipſa igitur fuit illa virga virtuoſa, de qua inquit Dauid pſal. 109. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus &c.* Secundo aſſimulatur virgæ ratione germinis. Naſcitur. n. ſiue germinat ex virga flos, & flos ipſe de virga egrediens, virgam ipſam non violat, ſed fœcundat, virga etiam non accipit fœcunditatis gratiam, nec germinãdi potentiam ex aliqua ſeminis commixtione, ſed ex ſolis calore, & cœleſti rore. Et ſimiliter ex virga noſtra, ideſt ex beata virgine, egreſſus eſt flos ſ. Dominus Ieſus qui incarnatus, & natus eſt ex illa, abſque vteri eius violatione. Vnde ſic eſt fœcundata, quod tamẽ nullatenus violata, quia ſicut ante partum fuit virgo, ita etiam in partu, & poſt partum remanſit, nec etiam ex virili ſemine habuit generandi potentiam, ſed ſolum ex rore cœleſtis gratiæ, & ex ſolis calore, ideſt Spiritus ſancti operatione. vt habetur Lucæ 1. dum dixit ei angelus: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & virtus altiſſimi obumbrabit tibi,* & ita exponitur illud Eſa. 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcẽdet.* Tertio aſſimulatur virgę ratione culminis Vtũtur. n. virga præcipue illi q ſunt in aliquo culmine dignitatis conſtituti, ſicut reges & domini, & ꝓpter hoc, beata virgo dicitur virga quia Dominus dominorũ Deus, vſ⁹ eſt illa, & quotidie vtitur ad regendũ nos, qa ipſã fecit noſtrã gubernatricẽ. Et iõ pſ. 44. inquit Deo, de beata virgine: *Virga directionis virga regni tui.* De aliis aſſimulationib. virgę poſui in 2. parte principali huius operis in exordio 2 & 5. ſermonis De erectione autẽ huius virgę in cœlũ per aſcenſionem, & de percuſſione demonũ ꝓphetatũ fuerat Nu. 24. vbi Balaam dixit: Conſurget virga de Iſrael, & percutiet duces Moab, vaſta-

Maria aſſimulatur virgæ.

Expon. de B. Virg. illud Balaã Nume. 24. Conſurget virga &c.

Digitized by Google

vaſtabitque omnes filios Seth. huius enim virgæ nominatio, ſalutatio, & laudatio eſt dæmonibus valde terribilis, quando enim audiunt ipſam beatam virginem nominari, ita eſt, ac ſi ſentirent clauam qua percuterentur. Vnde vt legitur in miraculis eius, cum in forma humana apparens diabolus cuidam mulieri, eam vehementer vexaret, & illa nec per aquam benedictam, nec per ſignum crucis ipſum totaliter expellere poſſet, tandem à quodam ſancto viro edocta dixit: *Sancta Maria adiuua me*, & ſtatim diabolus quaſi claua percuſſus aufugit, dicens: Diabolus intret in os illius, qui hoc te docuit. Quãdo etiam dæmon audiuit ſalutationem eius, ita eſt, ac ſi audiret tonitruum quo terreretur. iuxta illud pſal. *Vox tonitrui tui in rota*. pſal. 76. Et ideo de aſſumptione huius virgæ in cœlum, exponi poteſt illud Exodi 9. *Extendit Moyſes*, ideſt Chriſtus *virgam in cœlum*, *& dominus*, ideſt Deus pater *dedit tonitrua*, ſcilicet dæmonibus. Vnde verificatum fuit illud Exod. 19. *Cœperunt audire tonitrua*. Et de ipſa virgine, & de dæmonibus in aſcenſione eius territis poteſt exponi illud Iob. 26. *Quis* ſcilicet dæmonum *poterit tonitruũ magnitudinis eius intueri*? Et illud Apocalyp. 8. & 10 cap. *Facta ſunt tonitrua, & voces, & fletus*, ideſt lamentationes dæmonum in glorioſa aſcenſione virginis Quapropter dicere poſſumus ipſi benedictæ virgini de dæmonibus illud pſalm. 103. *A voce tonitrui tui formidabunt*. De ipſa quoque dici poteſt illud Apocal. 4. *De throno procedunt fulgura, & voces, & tonitrua*, & illud Ouid. 1. Metam. *Vnde ſolet tonitrus, & fulmina mittere terris*. Sectam ergo dæmonũ percutit beata virgo tanquam tonitruum. Vnde illi dicere poſſumus illud Ezech. 43. capitu. *Vox tonitrui tui verberauit eam*. Quando etiam diabolus audit ipſam immaculatam Dei genitricem laudari, ita eſt ac ſi ſentiret gladium quo iugularetur. Et hoc figuratum fuit Iudith vigeſimotertio Vbi Iudith pugione amputauit caput Holofernis. Iudith enim interpretatur confitens, vel glorificans Deum, & ſignificat beatam virginem, quæ ſemper Deum glorificauit. In cuius aſſumptione dæmones quaſi gladio percuſſi ſunt. Et ad hoc applicare poſſumus illud quod prædictũ fuerat Hieremiæ 20. *Corruent gladio inimici*. De ipſa quoque beata virgine verificatum eſt illud, quod inquit Deus Zach. nono: *Ponam te quaſi gladium fortium*. Et ideo vnicuiq; chriſtiano dicit Deus illud eiuſdem libro quinto capit. *Sume tibi gladium acutum*, & illud Iudicum 9. & 1. Regum 30. *Euagina gladium* ſcilicet deuotionis beatæ virginis *& percute*, ſcilicet dæmones. O igitur ſtrenue miles Ieſu Chriſti, *Accingere gladio tuo ſuper femur tuũ potentiſſime*. Pſal. 44. Hoc inquam gladio, de quo dicitur Hiere. 48. *Maledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine*, ideſt à dæmonum vulneratione, mediante huius ſanctiſſimæ virginis deuotione, & inuocatione. Omnibus enim fidelibus inquit Deus illud Ezech. 5. *gladium euaginate poſt eos* Iſte eſt enim gladius quo Deus protegit caſtra fidelium. Ad quod applicari poſſet illud quod dicitur 1. Machab. 5. cap. *Protegebat caſtra gladio ſuo*.

Omnes angeli iubilabãt in Mariæ aſſumptione.

Sed dimiſſis dæmonibus ex Dominæ noſtræ aſſumptione contriſtatis, reuertamur ad iubilationem ſpirituum beatorum, de quibus inquit Alexand. de Ales ſuper Can. libro ſexto, capitulo primo: *Inſtante temporis articulo quo in cœlum Maria eſt aſſumpta, aſtimo non ſolum angelos inferiorum ordinum, ſed etiam aliorum ordinum glorioſæ matri Dei debitum honorem impendiſſe. Videre enim mihi videor angelos inferioris ordinis nunciaſſe matri Dei voluntatem filii eam vocantis ad ſolium gloriæ. Archangelos nunciaſſe eius aduentum cœleſti curiæ. Poteſtates intuitu ad irruendum in poteſtates tenebrarum, ne molirentur forte inſidias latenter, ſe præparaſſe principes ſigniferos quæ agenda erant diſponentes principaliter. Dominationes vero, vt huius nouæ ſolemnitatis diem agant celeberrimum ſpecialiter iniungentes. Throni illam reginam decenter locauerunt ad dexteram filii in ſolio regni ſui Cherubim prudenter, & diſcrete debitam impenderunt reuerentiam. Seraphim igne charitatis pleni ferventiſſimo amore venerabantur Dominam ſuam, & ſic Dauid, & omnes angeli deducebant arcam fœderis Domini cum iubilo.* hæc ille. Hieronymus quoque in ſermone aſſumptionis ait: *Non credo vnquam in cælo ſolemniorem fuiſſe proceſſionem. Quamuis enim magna fuerit in Chriſti aſcenſione: ſatis iſta videtur fuiſſe ſolemnior.* hæc ille. De qua proceſſione aſſumptionis virginalis, etiam loquens Bernard. inquit: *Per comparationem vtriuſque illa maieſtate potentior, ſed iſta pompa ſolemnior.*

Digitized by Google

ſolemnior. Inueniuntur quippe angeli, ſoli redemptori occurrere potuiſſe. Matri vero filius ipſe cum tota cæleſti curia tam angelorum quam iuſtorum hominum occurrens, euexit eam ad beatam ſeſſionem. hæc ille. Similiter credi poteſt ſecundum Franciſcum de Maro. in quodam ſermone: Tunc animabus quæ erant in purgatorio aliquam gratiam factam fuiſſe, vnde forte plurimæ, & forſan omnes beatam virginem aſſociantes ad requiem æternam euolauerunt, quod ego exiſtimo indubitanter factum fuiſſe. Quam autem venerabiliter ſit ſuſcepta à tota Trinitate, non poteſt humanis verbis explicari. Si enim filio prodigo iuxta parabolam Saluatoris pater occurrit cum gaudio, & cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. Luc. 15. O quãto cum gaudio Deus pater hanc non prodigam filiam, ſed liberaliſſimam, ac optimã bonorum ſuorum diſpenſatricem recepit in ſuæ fælicitatis conſortium? Quanta cum exultatione paraclėtus Spiritus ſanctus recognouit ſuum ſacratiſſimum habitaculum? Quantis vero cum iubilationibus Dei filius humanitatis ſuæ illuſtrauit hoſpitium? Audi Bernardum in ſermone aſſumptionis dicentem: *Quis enim, etiam ſi linguis loquatur hominum, & angelorum, explicare queat quemadmodum ſuperueniente Spiritu ſancto, & obumbrante virtute altiſſimi, caro ſit factum verbum Dei? per quod facta ſunt omnia: & Dominus vniuerſitatis quẽ non capit vniuerſitas creatura inter virginea ſeſe clauſerit viſcera factus homo? Sed & illud cogitare quis ſufficiat, quã glorioſe hodie mũdi regina proceſſerit: & quãto deuotionis affectu tota in eius occurſũ prodierit cæleſtiũ legionũ multitudo? Quibus cãticis, gloria ad thronũ ſit deducta, quã placido vultu, quã ſerena facie, quã diuerſis amplexibus ſuſcepta à filio: ſuper omnẽ exaltata creaturam? Cum honore inquam illo, quo tanta mater digna erat. Cum honore & illa gloria, qua decuit tantum filium. Fœlicia prorſus oſcula labiis impreſſa lactentis, cui virgineo mater applaudebat in gremio. Numquid non fœliciora cenſebimus, quæ ab ore ſedentis in dextera patris hodie beata ſalutatione ſuſcepit, cum aſcenderet ad thronum gloriæ cantãs, & dicens: Oſculetur me oſculo oris ſui? Chriſti generationem: Mariæ aſſumptionem quis enarrabit?* hæc ille. In quibus verbis innuit deuotus doctor, quod ſicut Chriſti incarnatio explicari non poteſt, ſic nec gaudium virginalis aſſumptionis. Et in eodem ſermone arguendo etiam dicit: *Si nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* ſ. Eſa. 64. & 1. Corinth. 2. *Quid præparauit genitrici ſuæ?* Sãctus quoq; Gerardus epiſ. & martyr de iubilatione virginalis aſſumptionis in ſuis Homiliis inquit: *Hodie beatam virginem cœli ſuſceperunt lætando: angeli gaudendo: archangeli iubilando, throni exultando: dominationes pſallendo, principatus harmonizando, poteſtates citharizãdo; cherubin, & ſeraphim hymnizando, atque ad ſupernum diuinæ maieſtatis tribunal deducendo.* hæc ille. Et Hier. in ſermone aſſumptionis ait: *Hæc eſt dies præclara in qua vſque ad throni celſitudinem intemerata mater, & virgo proceſſit, atq; in regni ſolio ſublimata poſt Chriſtum glorioſa reſedit.* Sic itaque vbique confidenter de illa ſancta Dei canit Eccleſia; Quod de nullo ſanctorum fas eſt credere, vt vltra angelorũ merita tranſcenderit, quia ſi ſimilitudo promittitur, veritas denegatur. Ad cui⁹ profecto exequias quantũ fas eſt credere famulabantur Angeli, & vniuerſæ cœli cõgratulabantur curiæ, quia credendũ eſt militiam cœlorũ cum ſuis agminibus feſtinè obuiã veniſſe genitrici Dei, eamque vſque ad thronum olim ſibi etiam ante conſtitutionẽ mundi præparatum eum laudibus, & canticis ſpiritualibus perduxiſſe. Cum enim gaudiũ ſit in cœlis de quolibet peccatore cõuerſo, multo magis putandum eſt pro tantę virginis exultatione, & gloria, quòd exultatio ſit in ſupernis. Cuius nimirũ feſtiuitas omnium ſupernorũ eſt gloriatio: cœlicolarumque congratulatio: præſertim quia eius celebritas, laus, & fauor eſt Saluatoris. Vnde credimus quòd nõ hunc tãtum diẽ ſolemnẽ ducunt pro eius amore annuũ, verumetiam continuum, & æternum, iucũditatis, & lætitiæ, venerationis, & obſequii cũ omni tripudio amoris, & gaudii. Nec immerito omnis illa cœleſtis ciuitas cõgratulatur, & veneratur matrem, cuius ſemper adorat filium regem, ante quem tremunt poteſtates, & curuatur omne genu. Quam ſi diligenter aſpicias, nihil virtutis eſt, nihil ſpecioſitatis, & glorię, quod non in ea reſplendeat. Et ideo ſi placet talis eſt tanta virgo, placeat & opus virtutis eius. Cuius vita omnium eſt diſciplina, cuius mores inſtituta ſunt omniũ Eccle-

Gaudium ſactiſſ. Trinitatis in aſſumptione Mariæ.

Eccleſiarum, quæ præcellit cunctis, & ſupereminet vniuerſis. Propterea quæcunque virgo ſibi ab ipſa optat præmium, & implorat auxilium: debet eius imitari exemplum. Vnde & Bern. in ſermone aſſumptionis dicit: *Precioſum hodie munus terra noſtra dixerit in cœlum, vt dando & accipiendo ſalici amicitiarum fœdere copulentur humana diuinis. Illo enim aſcendit fructus terræ ſublimis, vnde data optima deſcendunt. Aſcendens in altum Virgo ſancta Maria, dabit quoque ipſa dona hominibus. Si quidem nec facultas ei deeſſe poteſt, nec voluntas. Regina cælorum miſericors eſt mater Vnigeniti Dei. Nihil enim ſic poteſt poteſtatis eius, ſeu pietatis magnitudinem commendare, niſi forte aut non credatur Dei filius honorare matrē, aut dubitare quis poteſt omnino in affectum charitatis tranſiſſe Mariæ viſcera, in quibus Dei charitas nouem menſibus corporaliter requieuit. Et hæc quidem propter vos dixerim fratres, vt tamen interim ſileam beneficia quæ pro ipſius glorificatione conſequimur. Si eam diligimus, gaudere mus vtique, quia vadit ad filium niſi forte quod abſit, inuentrici gratiæ omnimodè inueniamur ingrati. Quem enim in caſtellum mundi huius intrantem prius ipſa ſuſceperat, ab eo ſuſcipitur hodie ſanctam ingrediens ciuitatem. Sed cum quante putas honore? cum quanta exultatione, cum quanta gloria? Nec in terris locus dignior virginalis vteri templo, in quo Dei filium Maria ſuſcepit, nec in cœlis regali ſolio, quo beatam Mariam hodie filius ſublimauit.* Deuotus quoque Anſelm. in quodam ſermone ait: *cum Chriſtus matrē in regnum ſuum aſſumere, & eis magnificentiam gloriæ decreuiſſet oſtendere, cuius precor dignitatis, & honoris apparatibus intendebat tota curia Angelorum; quibus vocibus exultationis, atque ſalutis reſonabant vniuerſa tabernacula antiquorum patrum ipſi curiæ tunc nuper aſſociatorum? Certe crediderim omnes illius patriæ ciues feſtiuiori ſolito & ſublimioris decoris nitore ad aduentū matris Domini ſui præparari: ac noua quadā, & ineffabili iucūditatis gratia pro tanta rei expectatione conturbilare. Et quid mirū? Ipſe. n. Ieſus Deus & Dominus omnium illius caſtiſſimæ virginis, & dominæ roſū, ei ſicut vnicæ matri ſuæ totus feſtiuus occurrere voluit, ne aliquis de familiaribus ſuis ſe à tanti gaudii immēſitate ſubtraheret. Vtiq; moris inter homines eſſe ſcitur, vnumquemq; bonū ſeruum cuiuſcunq; præpotentis Domini, eo maiori gaudio in aduētu amici ſui exultare, quo ipſum Dominum ſuū cognoſcit aduentantē amicū magis amare. Cum vero de aduentu parentum Domini ſui agitur, de quorū ſpeciali dilectione nullus vlla dubitatione tenetur: ille nimirū magis fælicē ſe æſtimat qui maiori iubilo, & feſtiuiori occurſu latitiæ fræna relaxat. Si ergo hæc ita ſe habēt apud homines, quibus ſi qua bonitas eſt, lōge tamen ſupernorum ciuiū bonitati impar eſt, contempletur animus quo ad poteſt, quo gaudio, qua feſtiuitate, quibus cōcentibus iubilabant omnes beatorum ſpirituū ordines, quando & vnicā matrem Domini ſui aduentare, & ipſum Dominum Deum ſuum ei videbāt omni gloria ſua decoratum velle occurrere. Stipatus itaque mille millibus: immo innumerabilium angelorum agminibus Deus ipſe huic piiſſimæ matri ſuæ de hoc mūdo migrāti occurrit, eamq; ſuper omnes cœlos exaltatam cuncta ſecum creatura perenni iure dominaturam in throno gloriæ collocauit. O dies tanti occurſus glorioſa. O fælix dies tam præclaræ exaltationis. Beata, & celebris dies tam ſublimis glorificationis feſtiua, & omnis ſæculis admirabilis. Dies. n. illa non ſolum te dominam ineffabiliter ſublimauit, ſed etiam ipſum cœlū quod penetraſti, necnon & cuncta quæ in eo ſunt noua, & inæſtimabili gloria decorauit. Noua quidē gratia cœlū decorauit, quia priorem gloriam eius ex præſentia tua, vltra quam dici poſſit, aut cogitari, magnificauit. Nam tu Domina illuc aſcendēs nouā illud, ac præcellentis virtutum tuarū dignitate irradias, immenſaq; miſerationum & gratiarum tuarū luce perluſtras. Eadem quoq; dies tui aſcenſus eos qui ciues cœli ab initio creaturæ eſſe meruerunt, ſolito feſtiuiori exultationis gaudio induit. Quia namq; per glorioſum fructū fœcundæ virginitatis tuæ vident ſemiruptam ciuitatem ſuam redintegrari, vero in tuo aduentu, per quem tantum bonum meruerunt, gaudii ſui magnitudo iure debuit augmentari. Terram etiam dies exaltationis tuæ ô beatiſſima fœminarum mira gratia irrigauit, quia dum te, quam de ſe, & in ſe aliorum hominum lege progenitam nouit, vſq; ad creatoris omnium thronum exaltari recognoſcit antiquæ maledictionis pœnam, quam in peccato primorum filiorum ſuorum ſe merito excepiſſe ſciebat, iam per tanta benedictionis tuæ abundantiam ſe euadere indubitanter credebant. Quid amplius dicere poſſum Domina? Immenſitatem quippe gratiæ & gloriæ tuæ conſiderare cupienti ſenſus deficit, lingua ſatiſ-*

Quanto honoris apparatu virgo ſit aſſumpta, Anſel. prolixe explicat.

cit.

bit. Quemadmodũ .n. omnia quæ in cælo ſunt per glorificationẽ tuam ineffabiliter decorantur, ita per eandẽ glorificationem cũcta quæ in terra ſubſiſtunt mirabiliter ſublimãtur. Singula nempe quæ p̃ tuam beatã, & integerrimã virginitatem Deum ſuũ, quem nõ cognouerant, agnoſcere, & cognitũ colere, atq; amare meruerũt. Immenſæ dignitatis decus receperũt, quãdo ſe ſuper omnes cælos aſcẽdere, ac in dextera Dei ſui benedicti filij tui exaltari cognouerũt. In eo etiã didicerunt ſe eidem Deo ſuo totũ debere quod ſunt, quando tu quæ inter illa, & de illis vna fuiſti, tantã dignitatis eminentiam meruiſti. Nihil igitur aut idolis homines, aut vlla alia rerum ſpecies idolorum cultoribus ſe debere intellexerunt, quando & ſingularem autorem ſui ex caſtiſſimo vtero tuo ad reſtitutionẽ primæ creationis ſuæ progenitũ ſuſceperunt. Et te per quã amiſſam dignitatem ſuam recuperauerũt omni creaturæ tam ſublimiter præponi intellexerunt. Quas igitur laudes, quasve gratiarum actiones non ſolum humana, ſed etiam omnis creatura huic ſacratiſſimæ virgini debet? Puriſſima namque ſanctitas, atque ſanctiſſima puritas pectoris eius, omnem omnis creaturæ puritatem, ſeu ſanctitatem incomparabili ſublimitate tranſcendens hoc promeruit, vt operatrix perditi orbis digniſſime fieret. Vnde quid laudis pro tam ineffabili bono, ipſe per eam reparatus mũdus ei iure debeat, cor alicuius ſub carne mortalis viuentis æſtimare nullatenus ſufficit. Vtique cuncta quæ Deus fecit & valde bona, in eo ſtatu quo condita fuerunt eſſe deſtiterunt, ſed per hanc beatiſſimam virginem in ſtatum priſtinum reſtituta ſunt. Sicut ergo Deus ſua potentia cuncta patrando pater eſt, & Dominus omnium, ita beata Maria ſuis meritis cuncta reparando mater eſt, & domina rerum. Deus enim eſt Dominus omnium ſingula in ſua natura propria iuſſione conſtituendo, & Maria eſt domina rerum ſingula congenitæ dignitati per illam, quam meruit gratiam reſtituendo. Et quẽadmodum Deus ex ſua ſubſtantia genuit eum per quem cunctis originem dedit, ita Maria de ſua carne peperit illum, qui in decorem primæ creationis omnium cuncta reſtituit. Item ſicut nulla rerum ſpecies niſi per Dei filium facta ſubſtitit, ita lex debita damnationis neminem deſerit, niſi quem ab ea filius Mariæ abſoluit. Quis igitur iſta recto ſenſu, & corde ſincero perpendẽs, plene percipere queat excellentiam Dominæ huius per quam tam ineffabili gratia, & tam inæſtimabili erectione erectus eſt mundus? Quis inquam miram, & omni rei præter hanc inauditam mulieris iſtius gratiam oculis mentis aſpiciens non obſtupeſcat, & non modo elinguis, verumetiam tantæ rei comprehenſione prorſus immunis fiat? Quapropter ea quæ nobis impenetrabilia ſunt, intermittentes, precibus impetrare nitamur, vt quod intellectu capere nequimus, ſalutari effectu obtinere mereamur. Aſcendat igitur fidelis anima in mentis ſpeculam, & quantum poteſt, videat in quanta ſublimitate locata ſit domina noſtra. Omnis natura à Deo eſt facta, & Deus eſt ex Maria factus. Deus cunctorum factor ſe ex Maria fecit; & ſic cuncta refecit, qui potuit omnia ex nihilo facere, noluit ea violata ſine Maria reficere. Deus igitur eſt pater rerum creatarũ, & Maria eſt mater rerum creatarũ. Deus illum genuit per quem ſunt omnia facta, & Maria illum genuit, per quem ſunt omnia refecta, & ſaluata. Per has ergo ratiocinationes impoſſibile eſt, vt aliquis homo ad eam conuerſus, & ab ea reſpectus damnetur, quia ipſa genuit eum, per quem mortua reſuſcitant, & per quem homines ex peccato ſaluantur. Et quia non eſt iuſtificatio, niſi quam ipſa in vtero fouit, non eſt ſalus niſi quam ipſa peperit. Ipſa ergo eſt mater iuſtificantis, & iuſtificatorũ. Ipſa mater ſaluantis, & ſaluandorum. Igitur mater Dei qui ſolus damnat, qui ſolus ſaluat, quem ſolum timemus, in quo ſolo ſperamus, eſt mater noſtra, iudex & ſaluator noſter eſt frater noſter. Quomodo ergo deſperemus cum ſalus ſiue damnatio ex boni fratris, & piæ matris pendeat arbitrio? Nunquid ſuſtinebit bonus frater puniri fratres quos redemit. Bona mater damnari filios ſuos, quorum ipſa redemptorem genuit? Dulcis mater, rogabit dulcem filium ſuum piũ fratrem noſtrum, filium pro filiis: vnigenitum pro adoptatis, pius filius audiet libenter pro filiis, vnigenitus pro his quos adoptauit Dominus pro his quos liberauit. hæc ille.

Exultemus ergo etiam nos cum cælicolis, & creaturis vniuerſis prout poſſumus, & talẽ, ac tantam virginem, matremque piiſſimam pro noſtro modulo laudare ſtudeamus. Ad quod nos hortatur Hie. vbi ſup. d. *Hodie glorioſa ſemper virgo Maria cælos aſcẽdit, rogo gaudete, quia ineffabiliter ſublimata cum Chriſto regnat in æternũ. Regina mũdi hodie de terris, & de præſenti ſeculo neqũ eripitur. Iterum dico gaudete, quia ſecura de ſua immarceſcibili gloria* *Hortatur nos D. Hie. ad exaltãdã & laudandam B. virg.*

ad cœleſtiam peruenit palatium. Exultate inquã ac gaudete & lætetur omnis orbis, quia nobis hodie omnibus interuenientibus eius meritis ſalus aucta eſt, vobis quoque diligentibus eam honor, & virtus, amplíorque præſtatur & gratia. Idcirco dilectiſſimi lætamini, & exultate, quia ſi Deum ore prophetico in ſanctis eius laudare iubemur, multo magis eum in hac celebritate beatæ virginis matris eius oportet cum hymnis, & canticis diligentius extollere, & dignis Deo iubilare præconiis, ac myſticis honorare muneribus. Nulli enim dubium eſt, quando totum ad gloriam laudis eius pertineat quicquid dignæ genitrici ſuæ impenſum fuerit, ac ſolemniter exhibitum. Propterea hortor vos, & commoneo in hac ſacra ſolemnitate genitricis Dei Mariæ, nolite ceſſare à laudibus, quod ſi virgo es gaude, quia meruiſti eſſe & tu, quod laudas, tantum cura vt ſis quæ digne laudare poſſis: quam ſi continens es, & caſta venerare, & lauda, quia nõ aliunde conſtat, vt poſſis eſſe caſta quam ex gratia Chriſti, quæ pleniſſime fuit in Maria, quam laudas, quam ſi contingat certe es aut peccatrix, nihilominus confitere, & lauda, quia inde omnibus miſericordia profluxit, & gratia vt laudent. Et quamuis non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris, noli ceſſare à laude, quia inde promittitur tibi venia, vnde & omnibus vt laudes. Alioquin niſi iuxta modulum ingenii noſtri Deum in ſanctis ſuis laudare ſtudeamus, quomodo eum ſecundum quod canimus iuxta multitudinem magnitudinis eius laudare poterimus? Omnino hoc prætermittendum non eſt, quod implenturi ſumus quandoque ſecundum quod dicitur: Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Omnes ergo pariter feſtiuitatem glorioſæ ſemper virginis Mariæ deuotiſſime celebremus, quia hæc eſt dies præclara, in qua meruit exaltari ſuper choros angelorum, & peruenire vltra quam noſtra humanitatis, eſt natura, vbi non ſubſtantia extollitur, ſed gloria magnitudo monſtratur, cum eleuatur ad dexteram patris, vbi Chriſtus introiuit pro nobis pontifex factus in æternum ad cœli palatium. Hæc inquam eſt præſentis diei feſtiuitas, in qua glorioſa, & fœlix ad æthereum peruenit thalamum. Quæ profecto feſtiuitas, ſicut & virgo incomparabilis eſt cæteris virginibus, ita & incomparabilis eſt omnium ſanctorum feſtiuitatibus, & admiranda etiam virtutibus angelicis. Propter quod ex perſona ſupernorum ciuium in eius aſcenſione admirans Spiritus ſanctus, ait in canticis: Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum, quaſi virgula fumi ex aromatibus. Et bene quaſi virgula fumi, quia gracilis & delicata, quia diuinis extenuata diſciplinis, & concremata intus in holocauſtum incendio pii amoris, & deſiderio charitatis, vt virgula, inquit, fumi ex aromatibus. Nimirum quia multis erat repleta virtutum odoribus: mananſque ex ea fragrabat ſuauiſſimus odor etiam ſpiritibus angelicis. hæc ille. Beatus vero Anſelmus vbi ſupra rogat beatam virginem ſic exaltatam dicens: Cogita quæſumus & recogita apud te piiſſima mater, quia non ad damnandum, ſed ſaluandum peccatores conditor noſter factus eſt homo ex te; Cur itaque non iuuabis nos peccatores, quæ in tantam celſitudinem es propter nos eleuata, vt te dominam habeat, & veneretur tota pariter creatura? An ideo vtrũ pereamus, amplius non curabis, quia quicquid de nobis miſeris vltra eueniat gloria tua, nulla iactura inde proueniat? Et hoc quidem fortaſſis aliquo modo bona Domina poſſes, ſi pro tui ſolius exaltatione, & vtilitate mater Dei facta fuiſſes: ſed vtique Deus, qui hominem aſſumpſit ex tua caſtiſſima carne, hoc fecit pro tua & noſtra communi ſalute. Si ergo tu quæ plena ſalute es potita, non intendis, vt eadem ſalus pro modulo noſtro etiam ad nos vſque pertingat, iam tuorum ſufficiens commodorum, noſtrorum negligens eſſe videberis, quæ pro totius mundi ſaluatione meruiſti fieri mater altiſſimi. hæc Anſelm. Beatus autem Auguſtinus eandem virginem alloquens in quodam ſermone ait: Accipe itaque quaſcunque meritis tuis impares gratiarum actiones, & laudes. Et cum ſuſceperis vota, culpas noſtras orando excuſa. Admitte noſtras preces intra ſacrarium pia exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis. Sit per te excuſabile quod per te ingerimus, fiat impetrabile quod fida mente poſcimus, accipe quod offerimus, & impetra quod rogamus, excuſa quod timemus, quia nec potiorem meritis inuenimus ad placandam iram iudicis, quam te, quæ meruiſti mater exiſtere eiuſdem redemptoris. Succurre ergo miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro monachorum choro, exora pro deuoto fœmineo ſexu, ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunque deuotè celebrãt ſuam.

Deprecatio Anſel. ad beatã Virginem pro noſtra ſalute.

tuam aſſumptionem. Sit tibi compaſſio pro afflictis, ſit pius affectus ſuper cœlorum peregrinis. Et cum te ſemper lætantem aſpicis, fletus quoque noſtros ad Deum ipſa admittas, eumque vt proprium filium pro nobis interpelles, precamur. Nos enim adhuc in hac terra affligimur, opprobriis afficimur, eſurimus, ſitimus, ſomnum patimur, in carcere retinemur. Tu vero in cœleſtibus regnis, prælata es cunctis virginum choris. Tu agnum quocunque perrexerit, ſequeris. Tu virgineos choros, & ab incontinuæ carnis illecebris alienos per albentia lilia, roſaſque vernantes, ad fontem perennis vitæ potandos inuitas. Tu in illo beatorum feliciſſimo regno primo ordinis dignitate adepta: plantis roſcidis oberrans inter paradiſi amœnitatē, gramineoſque, & croceos hortos tenero poplite pergis, feliciquе palma violas immarceſcibiles carpis. Tu beatis ſine fine choris coniuncta Angelicis, archangeliſque ſociata, indefeſſa voce, Sanctus clamare nō ceſſas. Tu in cubiculo regis beatitudine, gemmis, ac margaritis ornata exiſtis. Tibi thronus ab angelis eſt locatus in aula regis æterni, Teque ipſe rex regum vt matrem veram, & decoram ſponſam præ omnibus diligens amoris amplexu afficiat. Nec mirum, ſi dignetur tibi aggaudere Deus regnans in cœlis, quem tu paruulum ex te hominem natum toties oſculata es in terris. Has ergo tuas felicitates poſſidens conuertere ad noſtrarum miſeriarum ſalutem. Inter hæc fratres chariſſimi toto mentis affectu beatiſſimæ virginis interceſſionibus nos committamus: eiuſque patrocinia omni niſu imploremus, vt dum nos ſupplici eam obſequio frequentamus in terris, ipſa nos ſedula prece commendare dignetur in cœlis. Neque enim dubium eſt eam, quæ meruit pro liberandis proferre precium, poſſe plus ſanctis omnibus liberatis impendere ſuffragium. Sed quid nobis prodeſt hanc interpellare vocibus, niſi etiam humilitatis eius exempla teneamus? Curemus ergo dilectiſſimi fratres, vt cum huius diei feſtiuitati intereſſe cupimus, veſtimentis humilitatis, atque charitatis induti appareamus. Non nos inuidia alienæ felicitatis torqueat, non ira vſque ad diuiſionem dilaniet, non cupiditas à nobis Chriſtum excludat, non ſæculi nos triſtitia exurat, non proſperitas eius incaute decipiat, non luxuria inquinet, non immunditia polluat, non elatio corrumpat, non ſuperbia inflet, vt cum nos virtutibus ornatos, charitate coniunctos, humilitateque fundatos beata Dei genitrix Maria ſuæ nos feſtiuitati intereſſe proſpexerit, ardentius ſubuenire feſtinet apud filium, & Dominum ſuum Ieſum Chriſtum, ſaluatorem noſtrum, qui coronis perennis regni clarificat ſanctos ſuos, & eſt æterna laus, & expectatio omnibus ſanctis ſuis. hæc ille. Cui dulciſſimo redemptori noſtro, atque glorioſiſſimæ matri ſuæ ſit infinita laus, & gloria per omnia ſæcula ſæculorum.

Amen.

Digitized by Google

DE EADEM GLORIOSISSIMA

VIRGINIS ASSVMPTIONE,

SERMO SECVNDVS:

IN quo primo agitur de optima parte (id eſt principali gradu bonitatis) quam elegit ſibi Maria, præterea contemplatur auctor quadam de aſcenſu B. Virg. per loca elementorum, per cælos, per choros beatorum, ac per ordines Angelorum; & obuiationem ei factam à tota cæleſti curia: Item oſtendit aſſumptionem manifeſtatam fuiſſe Dauid, & Ioanni: ac denique de eius ſublimitate agit, ac rationibus eam probat.

Feſtum aſſumptionis eſt maius omnibus B. Virg. reſpectu Vltimi finis.

DOMINI *eſt aſſumptio noſtra, & ſancti Iſrael regis noſtri* Pſal. 88. Glorioſæ aſſumptionis virginalis feſtum reſpectu vltimi finis eſt maior ſolennitas omnium feſtiuitatum ipſius beatiſſimæ matris Dei. Si enim omnium hominum finis vltimus eſt fælicitas: vt per Theol. in 2. di 1. beatificandæ in ſummo virginis finis ſumma erat fælicitas, quam conſecuta eſt in ſua ſacratiſſima aſſumptione. Quia ergo ſecundum Solonis philoſophi ſententiam: *Philoſophia ſolummodo à fine conſecratur: & finis eſt poſtrema perfectio rei.* vt in l. 1. ff. de iuſti. & iur. & res plus attribuitur fini quàm principio, vt. ff. de aqua quo. & æſti. l. 1. §. homo interdictum. Itē finis habet rationem optimi, & eſt cauſa cauſarum 2. Phyſic. Vnde Ariſtotel. 1. & 5. Meta. inquit: *Finem optimum eſſe in vnaquaque re dicimus, quia eſſe rei confert.* Et 3. Topi. ait: *Melior eſt finis omnibus, quæ ſunt ad finem.* Dicit quoque commentator ſuper 2. Metaph. *Qui deſtruit finem, deſtruit omne bonum.* Et philoſophus 3. Phyſic. & 1. de cœlo & mundo inquit: *Vanum eſt omne quod ſuum non attingit finem.* Vnde in vanum ille homo viuit qui ad ſuum fælicem finem non pertingit. Ad quem nullus peruenire poteſt, donec eſt in hac mortali vita, iuxta illud Ouidij 3. Metam. *Vltima ſemper Expectanda dies homini, dicique beatus Ante obitum nemo, ſupremaque funera debet.* Ideo ipſa pijſſima virgo toto cordis affectu hunc ſuum fæliciſſimum finem quotidie poſt filij aſcenſionem; vt in præcedenti ſermone diximus, expectabat. Si quis autem illam interrogaſſet, quando ad æthereas manſiones eſſet peruentura: Ipſa reſpondere potuiſſet verba thematis noſtri. Super quib. 7. alias conſiderationes faciemus.

Prima

Prima dicetur electionis.
Secunda inuitationis.
Tertia introductionis.
Quarta tranſgreſſionis.
Quinta obuiationis.
Sexta oſtenſionis.
Septima vero & vltima appellabitur ſublimationis.

PARS PRIMA huius Sermonis, in qua agitur de optima parte, quam elegit ſibi Beata Virg.

PRo expeditione primæ partis dicere poſſumus de matre Dei illud, quod recitatur in euang. ſuæ aſſumptionis, & eſt ſcriptum Luc. 10. vbi dicitur: *Optimam partem elegit ſibi Maria, quæ non auferetur ab ea in æternum.* tranſſumptiue in c. niſi cum pridem. §. nec pudeſ. de renun. Iſta enim verba propriè non conueniunt alicui ſancto, nec alicui Angelo, nec etiam ipſi Deo: ſed tantum ipſi virgini glorioſæ. Cum enim optimum dicatur, cuius bonitati non eſt poſſibilis additio. Optimum namque ſignificat principalem gradum bonitatis. ff. de verbo. obligatio. l. vbi autem non apparet. ver. at cum optimum. Cum non ſit aliquis ſanctus, vel angelus ad cuius perfectionem non poſſit aliquid addi: ideo nulli ſancto vel angelo poterunt verba iſta proprie conuenire. Et cum Deus non habeat partem bonitatis, ſed totum. Ipſe enim, vt ait Aug. in li. de vero cultu: Et Plato in Timęo 1. *Eſt bonitas infinita.* Et vt inquit Anſelm. in lib. Monologion eſt ſummum bonum, quo nihil maius cogitari poteſt, ideo nec ipſi Deo prædicta verba poſſunt conuenire. Sola autem glorioſa virgo optimam partem habet. Ad cuius perfectionem inquantum eſt pura humana creatura, aliquid addi non poteſt. Et eſt media inter creatorem, quæ totum tenet, & omnem aliam creaturam, quę partem bonam, vel meliorem poſſidet, ipſa namque partem optimam obtinet. Inuenitur enim bonum, melius & optimum, l. exigendi. in glo. C. de procu. & l. ſi mulier. ff. de mino. Et ſimiliter triplex eſt electio, ſcilicet boni à malo reprobato. de qua in c. hinc etenim, 49. diſt. & hæc eſt incipientium. Secunda electio eſt melioris inter bona, quod ſemper eſt præeligendum 1. Ethi. & 3. Topico. & cap. non mediocriter. de conſecratio. diſtin. 5. & hæc electio eſt proficientium. Tertia eſt optimi inter meliora, quod ſemper debet eligi, vt in authen. de defenſione ciuitat. circa principium, & iſta eſt electio perfectorum. Manifeſtum eſt autem quod cum ipſa virgo eſſet perfectiſſima, non tantum elegit ſimpliciter bona, nec tantum de bonis meliora, ſed de melioribus optima. Iſtam vero optimam partem elegit in mundo & in cœlo. Prima pars optima, quam elegit in mundo multiplex fuit. Primo enim elegit partem optimam de caſtitate. Caſtitas autem tres habet partes. Vna eſt caſtitas coniugalis de qua ad Hebræos 13. dicitur. *Honorabile coniugium, & thorus immaculatus*, & iſta eſt pars bona, quæ habet fructum triceſimum. Alia eſt caſtitas vidualis, & hæc eſt melior, quia habet fructum ſexageſimum. Tertia vero eſt caſtitas virginalis, & hæc eſt optima, quia habet fructum centeſimum, & iſtam partem elegit ſibi Maria. Vt tamen oſtenderet, quod nullum bonum ei defuit, & quod fuit omnibus communis perſona, voluit eſſe coniugata cũ coniugalibus, & vidua cum viduis, & immaculata virgo cum virginibus immaculatis: vt inquit Bernard. in quodam ſermone. Et quoniam multæ fuerunt, quæ ſeruando virginitatem eius exemplo, poſt eam partem optimam elegerunt. Ideo ipſa elegit partem ſuper optimam ſcilicet virginitatem cum fœcunditate, ſiue fœcunditatem cum virginitate. vnde Bernardus in ſermone aſſumptionis inquit. *Optimam partem elegit ſibi Maria, quia bona quidem eſt fœcunditas coniugalis, melior eſt caſtitas vidualis, optima vero fœcunditas virginea, ſeu virginitas fœcunda, & iſtud priuilegium ſolummodo eſt Mariæ, quod alteri non fuit datum.* Secundo ipſa beata virgo elegit partem optimam de humilitate. Humilitas enim habet tres partes ſiue gradus de quibus tractat gloſſa in Clement. prima, de religio. do. Primus gradus eſt ſubiici ſuo ſuperiori, & de hac dicitur ad Hebræos vltimo. *Obedite præpoſitis veſtris, & vos ſubiicite illis.* Et iſta eſt pars bona. Secundus vero gradus eſt ſubiici ſuo

Oſtẽditur qua ratione illud Luc. 10. Optimam partem ele. ſibi Maria conueniat ſoli B. Virg.

Caſtitas habet tres partes cum triplici fructu.

Humilitas habet tres gradus.

ſuo æquali,iuxta illud ad Roman. 12. *Honore inuicem præuenientes.* Et iſta eſt pars melior. Tertius gradus eſt ſubijci inferiori, iuxta illud Luc vigeſimo ſecundo: *Qui maior eſt veſtrum,fiat ſicut minor,* & facit de pœniten. diſtinct. 2. capitulo primo. Et iſta eſt pars optima quam elegit Maria, quia non tantum fuit obediens ſuo ſuperiori ſcilicet Deo dicens Lucæ 1. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundū verbum tuum,* & non ſolum ſuo æquali,ſcilicet Ioſeph ſponſo ſuo, quem ſibi præponebat dicens Chriſto Lu. 2. *Pater tuus & ego &c.* ſed etiam ſuo inferiori ſe ſubiecit, ſcilicet Eliſabeth,apud quam tribus menſibus manſit, & ei humiliter ſeruiuit. Ipſa enim de Deo ſentiebat digna, de ſe parua, de proximo vero magna Sed multi contrarium faciunt: contra quos dicitur Leuiti.21. *Qui non accedent ad miniſteriū Dei,qui fuerint grandi,vel paruo,vel torto naſo.* illi autem habent grandem naſum, qui de ſe ſentiunt magna, ſicut ſunt vanè glorioſi. Illi vero paruum, qui de proximo ſentiunt modica, ſicut ſunt præſumptuoſi. Illi autem habent tortum naſum qui de Deo ſentiunt indigna, ſicut ſunt hęretici,qui in ſcripturis ſanctis tortas expoſitiones faciunt: & de Deo erronea dicunt. Tertiò elegit beata virgo optimam partem de perfectione vitæ. Eſt enim vita actiua, quæ eſt pars bona. Alia eſt contemplatiua: & hæc eſt melior. Tertia vero eſt ex vtraque compoſita: & hæc eſt optima, quam elegit Maria. Ideo figurata eſt per Martham, quæ fuit actiua: & Magdalenam ſororem ſuam, quæ fuit contemplatiua, vt ait Grego. & Auguſtinus ſuper Lucam. Lucæ enim 10. tria dicuntur de Martha, quæ ſunt pertinentia ad vitam actiuam, & optime inueniuntur in benedicta virgine. Primum eſt quod ipſa excepit Ieſum in domum ſuam. Secundum quod ſatagebat circa frequens miniſterium. Tertium vero quod ſollicita erat, & turbabatur circa plurima. Primum enim opus ſignificat Chriſti conceptionem in vtero virginali factam. Quod igitur dicitur in Euangelio aſſumptionis, quòd intrauit Ieſus in quoddam caſtellum, ſignificat ingreſſum filij Dei in hunc mundum. Dicitur autē mundus caſtellum: quia habet conditiones caſtelli rebellis. Primo quia fundamentum eius inſtar caſtri eſt in alto ſuperbiæ, & vanæ gloriæ; propriæ reputationis, ac pompæ, & ab ipſa ſuperbia; vt dicitur Tob. 4. ſumpſit initium omnis perditio. Secundo quia eſt munitum lapidibus duris,qui frangi non poſſunt,ſcilicet obſtinationibus, & conſtructū eſt ſaxis duriſſimis, ſcilicet auaritiæ,vſuræ, rapinæ, fraudulentiæ & ſimoniæ. Iſti enim lapides ita ſunt duri, vt non frangantur malleo verbi Dei. Quis enim eſt qui velit reſtituere vſuras, furta, & rapinas,& beneficia ſimoniaca relinquere. De auaro namque verificatur illud Iob. 41. *Cor eius indurabitur quaſi lapis.* Tertio quia habet foſſatum plenum aquis immundis, & fœtidis luxuriæ cum ranis clamantibus,& perſuadentibus in eis permanere; De luxurioſis enim moraliter verificetur illud Exod.8. *Ebulliet fluuius*, idest libido, & concupiſcentia ranas, i. malas cogitationes: & locutiones, iuxta illud quod eodem c. habetur,ſcilicet, *Aſcēderunt ranæ:operuerunt que terram aegypti.* Et de his tribus malis conditionibus huius caſtelli mundani, dicitur 1. Iohan. 2. *Omne quod eſt in mundo,aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum,aut ſuperbia vitæ.* Quarto quia eſt clauſum cum pontibus eleuatis,ac ianuis,& ſeris. Et ſimiliter caſtellum mundi eſt clauſum non recipiens dilectionem proximi per inuidiam. Vnde de inuido dici poteſt illud 4. Re. 25. *Clauſa eſt ciuitas,*ſcilicet mentis ſuæ. Quinto quia habet prouiſionem diuerſarum eſcarum per gulam. Vnde de ventre guloſi verificatur illud Eccleſiaſ.36. *Omnem eſcam manducabit venter: & eſt cibus cibo melior.* De guloſis etiam dicitur ad Philip. 3. *Quorum Deus venter eſt.* Sexto quia habet arma diuerſorum generum per iram, vt blaſphemiam, contumeliam,& maledictionem, Vnde de iracundis dicitur.pſal. 56. *Dentes eorum arma & ſagitta,& lingua eorum gladius acutus.* Septimo quia eſt quietum, & ſecurum per accidiam, qua ſe reputat tutum in negligentia,& pigritia ex præſumptione ſua. Vnde de dæmonibus intrantibus in accidioſos, dici poteſt illud Iudi.18. *Venerunt ad populum quieſcentem, atque ſecurum &c.* Quia autem iſtud caſtellum mundi erat inobediens, & rebelle Deo patri, ideo ipſe miſit filium ſuum ad ipſum ſubiugandum: quaſi diceret ei illud Matthæi 21. *Ite in caſtellum quod contra vos eſt* Quod etiam habetur Marc.10. & Lu. 19. Ipſum ergo caſtellum intrante Domino, mulier quędam Martha

Expon Leuitic. 21. nō accedēt ad miniſteriū Dei, qui fuerit grādi vel paruo, vel torto naſo.

Mundus curdicitur caſtellum.

Martha nomine excepit illum in domum ſuam. Martha autem interpretatur domina, ſeu prouocans. Et ſignificat beatam virginem, quæ ſua maxima humilitate prouocauit Dei filium, vt veniret in domum vteri ſui virginalis: & ipſa domina aptiſſime dicitur, quæ ſuper omnes dominata eſt ſuæ ſenſualitati, & carni, nec aliqua alia creatura digna fuit recipere Dei filium in domum vteri ſui, niſi ipſa. Vnde canit Eccleſia: *Domus pudici pectoris templum repente fit Dei, intacta neſciens virum verbo concepit filium.* Nunquam autem factum fuit tam excellens opus vitæ actiuæ, ſicut fecit ipſa Virgo benedicta concipiendo Deum in vtero ſuo.

Secundum opus actiuæ vitæ, quod Euangelium narrat de Martha, eſt, quod ſatagebat circa frequens miniſterium. Et ſimiliter hoc opus fecit beata Virgo in Chriſti conuerſatione. Et primo in eius natiuitate, in qua, vt ait Hieronymus, *nulla obſtetrix fuit, nullius mulierus ſedulitas interceſſit*, ipſa benedicta Virgo puerum natum de terra leuauit: ipſum nudum pannis inuoluit, eum fameſcentem lacte cibauit, & potauit, ipſa eum veſtiebat, & denudabat, & infirmum ætate brachijs ſuis portabat. O quam frequenter eum, vt filium ſuum oſculabatur, & vt Deum amplexando venerabatur. Ipſa ei fecit tunicam inconſutilem: ipſa eum in tribulatione crucis poſitum viſitauit, & eum vſque ad ſepulturam proſecuta eſt. Ipſa ei non ſolum in infantili ætate, ſed vſque ad mortem ſollicite miniſtrauit. Et ideo ipſa ait Eccleſiaſ. 24. *In habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui*, Clerici enim, & religioſi, qui ſeruant ordinationes, & ceremonias ſuæ religionis: & bene dicunt officium in choro; & bene prædicant: ſi hoc faciunt vt honorificentur ab hominibus non miniſtrant coram Deo: ſed coram mundo. Et ſimiliter laici ieiunantes, vel eleemoſynas facientes, Eccleſias, ſeu Capellas, aut hoſpitalia ædificari facientes, vt laudentur ab hominibus, non miniſtrant coram Deo, ſed coram hominibus. Et ideo iam receperunt mercedem ſuam de operibus vitæ ſuæ actiuæ. Beata autem Virgo, quæ ſatagebat circa frequens miniſterium Chriſti, coram Deo ſemper miniſtrauit; quia omnia opera ſua ad ipſius gloriam fecit.

Quomodo Maria ſicut Martha turbabatur.

Tertium opus quod dicitur de Martha eſt, quod ſollicita erat & turbabatur erga plurima: Et ſimiliter pijſſima Virgo in paſſione filij turbata eſt ſecundum partem ſenſitiuam, & ſollicita fuit circa plurima. Nam cum Ioannes Euangeliſta venit ad nunciandum ei quod filius eius captus erat, non remanſit pene in ea ſpiritus præ dolore. Et tandem ad ſe aliquantulum reuerſa ſollicitabatur quomodo poſſet eum videre, & alloqui ante mortem. Cumque pergens de Bethania in Hieruſalem, mane obuiauit filio, qui ducebatur ad Pilatum: cernens faciem eius ſputis infectam, alapiſque tumefactam, ipſumque more latronis duci ad mortem, manibus poſt tergum ligatis: vix valens formare vocem præ lachrymis quibus erat plena, vt ait Archiepiſcopus Florentinus in 4. parte ſummæ titul. 15. cap. 41. §. primo dicebat: Heu fili, ego expectabam te iſto mane ad prandium: ſed video quod oportet te prandere in menſa doloris. Quando vero ductus eſt ad caluariæ locum, baiulans ſibi crucem dicebat: Heu fili quid faciam infælix ſine te fillo meo? Vtinam daretur mihi illa crux ad portandum, ſicut te portaui in vtero meo. Quando autem in cruce clamauit dicens; *Sitio*, multum ſollicitabatur, vt poſſet ei aquam ad bibendum tradere. Bis autem dixit in Euangelio Martha Martha; quia affligebatur intus ſcilicet in anima, & in corpore. Turbabatur quoque dolore erga plurima, quia videbat Apoſtolos fidem perdidiſſe de Chriſti diuinitate, ſicut turbaretur quilibet perfectus Chriſtianus, ſi videret omnes Chriſtianos fidem relinquere. Turbabatur quoque, quod Iudæi de quorum ſtirpe proceſſerat, filium ſuum crucifigi facerent, ex quo dominaretur. Turbabatur etiam de latrone malo, & de alijs blaſphemantibus Chriſtum. Turbata eſt ex vulneratione lateris filij ſui. vnde dicere poterat illud pſalm. 6. *Conturbata ſunt omnia oſſa mea*: ideſt Apoſtoli, qui dicuntur oſſa Eccleſiæ: quia ſuſtentauerunt corpus eius. Erant autem oſſa beatæ Virginis in qua tunc erat tota Eccleſia, de quorum conturbatione ipſa valde turbabatur ex compaſſione, & dolore: vnde ſequitur, & dicit,

Digitized by Google

cum eodem propheta: *Et anima mea turbata eſt valde.* Et pſalm. 141. *In me turbatum eſt cor meum.* Ex quibus omnibus patet quomodo beata Virgo elegit optimam partem vitæ actiuæ per Martham deſignatæ. Quantum vero ad opera vitæ contemplatiuæ, per Magdalenam deſignatæ, tria etiam notantur. Et primum eſt quod dicitur: *Maria ſedens ſecus pedes Domini audiebat verbum illius.* Quod quidem opus ipſa benedicta Virgo fecit perfectius omni creatura. Nam Magdalena audiebat verbum Domini in paucis ſermonibus reſpectiue: ſed beata Virgo non ſolum audiebat filium ſuum publice prædicantem, ſed etiam in priuato: à pueritia vſque ad mortem audiuit ab eius mellifluo ore verba vitæ æternæ. Ipſa enim prudentiſſima Virgo quotidie interrogabat filium ſuum de ſecretis cœleſtibus: & ille ad eius conſolationem ſuauiter inſtruebat eam de cœleſtibus: vnde poſſumus conſiderare, & contemplari, quod ipſa benedicta Virgo ſciens filium ſuum etiam in puerili ætate tantam habere omnium ſcientiam, quantam nunc habet in cœlis: Ponebat illum ad ſedendum, & ipſa ſtabat ad pedes eius: & dicebat: Rogo te fili dilectiſſime, vt mihi dicas aliquid de ordinibus Angelorum, quomodo ſtant in cœlis: quoniam Moyſes, & alii Prophetæ de hoc nihil dixerunt. Item, de animabus ſanctis, qualiter in Angelicis choris collocabuntur? Cui dulcis, & optimus filius reſpondebat: Mater mea chariſſima, ſcias quod ego cum patre meo, & Spiritu ſancto creaui cœlum empyreum, (quod ita appellatur à pyr quod eſt ignis, quia ad modum ignis fulget. Quod quidem cœlum nouem Angelorum ordinibus repleui; ſcilicet Angelis, Archangelis, Principatibus, Poteſtatibus, Virtutibus, Dominationibus, Thronis, Cherubin, & Seraphin. Et in iſtis ordinibus ſpirituum beatorum collocabuntur animæ ſanctorum ſecundum eorum merita. In ordine enim Angelorum collocabuntur illi, qui de peccatis ſuis pœnitentiam facient, & ideo primum thema prædicationis meæ erit, *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.* Mat. 4. In ſecundo ordine, ſcilicet Archangelorum, qui eſt in decuplo pulchrior & perfectior, collocabuntur illi, qui vltra pœnitentiam habebunt etiam actualem deuotionem, quæ eſt plus quam pœnitentia; & ſic in operibus deuotis perſeuerabunt, vt de ipſis verificetur illud Exod. 35. & 1. Paralip. 29. *Obtulerunt mente promptiſſima, atque deuota, primitias Domino.* In tertio ordine, ſcilicet principatuum, quæ eſt in decuplo perfectior præcedente, collocabuntur miſericordes in operibus corporalibus, & ſpiritualibus, de quibus ego dicam Matth. 5. *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* In quarto ordine poteſtatum, adhuc in decuplo perfectiori præcedente collocabuntur patientes, qui multa aduerſa æquanimiter tolerabunt, quibus ego dicam Luc. 21. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* In quinto ſcilicet virtutum ponentur pacifici, qui cum omnibus, quantum in eis eſt, pacem habentes: nullique malum pro malo reddentes; quæſierunt etiam inter alios pacem ponere, de quibus ego dicam Matth. 5. *Beati pacifici; quoniam filii Dei vocabuntur.* In ſexto, ſcilicet dominationum, beatificabuntur Prælati tam Eccleſiaſtici, quam ſeculares, qui per portam intrauerunt ad dignitatem, & non per ſimoniam, vel ambitionem, & bene gubernauerunt ſubditos ſuos, puniendo malos, & præmiando bonos, de quibus pſalm. 105. inquit: *Beati qui cuſto. iudic. & faciunt iuſtitiam in omni tempore.* De quibus etiam dicet Apoſtolus meus Paulus 1. ad Timo. 5. *Qui bene præſunt, duplici honore digni ſunt.* In ſeptimo: ſcilicet thronorum, collocabuntur illi, qui perfecte ſeculum deſerentes paupertatem voluntariam obſeruabunt. Qui mecum iudicabunt mundanos: ſicut ego dicam eis Matthæi 19. De ipſis etiam dicam Matthæi 5. *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* In octauo ſcilicet cherubico ordine erunt ſapientes doctores animarum, qui non ſolum ipſi bene viuent, ſed etiam alios ſua ſapientia, & doctrina ad vitam æternam perducent, de quibus dicitur Danielis 12. *Qui docti fuerint, fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti. Et qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Qui enim fecerit, & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cælorum,* vt ego dicam Matth. 5. In vltimo autem ordine, ſcilicet ſeraphico, qui ſicut omnes alii præcedentes ſunt perfectiores in decuplo aliis inferioribus: ita ipſe eſt pulchrior & perfectior in decuplo ipſo cherubico

Tria ſimiliter de Magdalena hic dicuntur: circa vitã contempl. quæ conueniunt Beat. Virg.

Digitized by Google

rabico ordine, ſtabunt illi qui erunt perfecti in ardenti charitate ſuper omnes alios ſicut apoſtoli, & alii ſimiles. Seraphin enim ardens interpretatur, & iſti implebunt præceptum meum, Leuiti. 6. vbi dixit. *Ignis ſemper ardebit in altari meo.* De quo igne amoris ego dicam Lucæ 12. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat?* His autem auditis; dixit ei Virgo benedicta: Et ego fili in quo ordine collocabor? Cui benignus filius reſpondit. Tu mater mea chariſſima, quia perfectior es omnibus creaturis in nullo iſtorum ordinum collocaberis, ſed ſuper omnes ſpiritus angelicos exaltaberis. Nam duæ cathedræ, & ſedes fulgentiſſimæ ſunt nobis præparatæ in cœlo. Vna mihi in qua ſedebo vt rex cœlorum, & alia tibi ad dexteram meam in qua ſedebis vt regina angelorum, & omnium ſanctorum. Et hoc quidem figuratum fuit 3. Regum 2. vbi legitur, quod cum mater Salomonis iret ad eum, ipſe Salomon aſſurrexit ei honorabiliter, & fecit parari matri ſuæ ſedem, iuxta ſedem ſuam. Alia autem die interrogabat virgo beatiſſima filium de ordine iudicii vniuerſalis, & de pœnis purgatorii, & inferni, & ſic per ſingulos dies doctrinæ eius intendebat. Quando autem cœpit Chriſtus publice prædicare, ſequebatur virgo benedicta filium, audiens deuote verbum eius, vnde venerabilis Beda ſuper illud Lucæ 11. *Beati qui audiunt verbum Dei, &c.* ait: *Beatam eſſe matrem ſuam Saluator dixit, quæ verbum Dei audiuit & plus quam omnes mortales cuſtodiuit.* Secundum opus vitæ contemplatiuæ oſtendit Euangelium Lucæ 10. in eo quod Martha dixit de Magdalena: *Soror mea reliquit me ſolam miniſtrare.* Hoc autem opus fecit beata virgo præcipue poſt Chriſti aſcenſionem, quæ tota erat intenta orationi, & contemplationi, vnde dicere poterat illud apoſtoli ad Philip. 3. *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt.* Tertium vero opus, quod poteſt notari, de vita contemplatiua eſt in hoc quod dicitur: *Porro vnum eſt neceſſarium.* Vita enim contemplatiua ſolum illud cogitat, cupit, & diligit, quod eſt neceſſarium vltimæ perfectioni humanæ abſtracta à pluralitate temporalium actionum, & occupationum exteriorum, vnde inuenit magnam quietem, & dulcedinem, & eſt ſine mundana perturbatione Et ideo de ſapientia, quæ reperitur in contemplatione dicitur. Sapient 8. *Non habet amaritudinem conuerſatio eius, neque tædium conuictus illius, ſed gaudium, & lætitiam.* Et talis fuit beatiſſima virgo, quæ ſoli Deo adhærebat, & illi ita coniuncta erat, vt ab omnibus terrenis penitus ſeparata videretur, dicebatque cum pſalm. 72. *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt; ponere in Domino Deo ſpem meam.* Vnde de ipſa inquit Hieronymus in ſermone aſſumptionis: *Puto quicquid cordis eſt: quicquid virtutis humanæ: ſi totum adhibeas, non ſufficiat, vt cogitare valeas, quanto indeſinenter cremabatur ardore pii amoris. Quantis mouebatur repleta Spiritu ſancto cæleſtium ſecretorum incitamentis, dum reuolueret animo cuncta quæ audierat, & quæ viderat, & cognouerat, nouis quippe inflammabatur quotidie deſideriorum affectibus, totamque eam incenderat diuinus amor, &c.* Ex quibus omnibus patet quomodo ipſa benedicta virgo elegit optimam partem non ſolum vitæ actiuæ, ſed etiam contemplatiuæ; quod etiam manifeſtum eſt ex his, quæ ſcribit Hieronymus in quadam epiſtola dicens, quod ipſa beata virgo à mane vſque ad tertiam orationi vacabat. A tertia vero vſque ad nonam circa aliqua opera honeſta dedita erat. Poſt nonam autem Angelo deferente ſibi refectionem cum parcitate, & gratiarum actione eam ſumebat. Reliquum vero tempus circa quatuor expendebat, quia aut legebat, aut orabat, aut laborabat corpore, ſed mente Deo vacabat, aut loca ſancta viſitabat, ſcilicet annunciationis angelicæ, natiuitatis Chriſti, paſſionis, & ſepulcri, atque locum aſcenſionis & cætera loca, in quibus filius eius aliqua mirabilia operatus erat.

Quarto ipſa beatiſſima Virgo elegit partem optimam de gratiæ cumulatione. Deus enim habet quadruplicem gratiæ menſuram; de qua habetur Lucæ 6. ſcilicet bonam, quæ eſt accipientis, iuſtificationem: & hæc eſt pars bona: confertam quæ alicui confertur non ſolum ad ſui iuſtificationem, ſed etiam ad aliorum ſaluationem, & hæc eſt pars melior. Coagitatã, quando Deus gratiam in anima agitando, quempiã confirmat: ſicut facit his quos in vtero ſanctificat.

Quadruplicẽ menſurã gratiæ habet Deus Luc. 6.

Et hæc eſt pars optima. Supereffluentem autem quam in tanta abundantia tribuit, vt eam accipiens de ſua plenitudine in alios effundat: & hæc eſt pars peroptima, quæ fuit in Chriſto, & beatiſſima virgine: vnde illis dicere poſſumus illud Apoſtoli ad Ephe. 1. *ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in vobis &c.* Quinto elegit optimam partem de omni bono ſtudio, & operatione. Quidam enim intendunt proximo per eruditionem, & hæc eſt pars bona. Alij intendunt ſibi per diſcuſſionem: & hæc eſt pars melior. Alij vero intendunt Deo per vacationem. Et hæc eſt pars optima. Maria autem & proximo intendebat per doctrinam, & ſibi per cuſtodiam, & Deo per meditationem internam. Vnde dicere poterat cum pſalm. 76. *Meditatus ſum nocte cũ corde meo* ſcilicet Deo vacando, *& exercitabar*, ſcilicet proximum erudiendo, & *ſcopebam ſpiritum meum*, ſcilicet conſcientiam meam diligenter diſcutiendo.

In cælo optimam partem elegit quo ad quatuor Bea. Virg.

Secundo principaliter dico quod beatiſſima Virgo elegit optimam partem in cœlo: & hoc poteſt conſiderari multipliciter: & primo quantum ad ſubiectum, in quo eſt glorificata ſcilicet in corpore, & anima. Gloria enim quam Deus dat ſanctis ſuis, tres habet partes. Vna eſt qua glorificat eorum corpora in terris, ſicut ſcriptum eſt Eccleſiaſt. 20. *Corpora eorum in pace ſepulta ſunt, & nomina eorum viuent in ſecula.* Et hæc eſt pars bona. Alia eſt qua glorificat animas eorum in cœlo: de qua ſcriptum eſt Apocal. 6. *Data ſunt eis ſingula ſtola alba*, ideſt dotes animæ: & hæc eſt pars melior. Tertia vero eſt, qua glorificat vtrumque ſcilicet corpus & animam: quod erit in beata reſurrectione. Et iſtam partem optimam Maria elegit, quæ in corpore, & anima glorificata fuit. Petrus ergo, & Paulus, ac ſanctus Iacobus, & multi alij ſancti habent partem bonam, quia eorum corpora honorantur in terris Habent etiam partem meliorem: quia eorum animæ glorificantur in cœlis Sed non habent partem optimam: quia eorum corpora adhuc iacent in ſepulcris. Alij ſancti volant in cœlum cum vna ala, ideſt cum gloria animæ. Iſta autem eſt illa *mulier amicta ſole, quæ volauit in deſertum*, ideſt in cælum ab Angelis derelictum, *cum duabus alis*, ideſt cum glorificatione animæ & corporis, vt dicitur Apocalyp. 12. Alij ſancti veſtiuntur tantum vna ſtola animæ. Hæc autem eſt illa mulier, de qua dicitur Prouer. vlti. *Byſſus, & purpura indumentũ eius.* Per byſſum enim quæ eſt veſtis candida; intelligitur glorificatio animæ. Per purpuram autẽ, quæ eſt veſtis regalis, vt notatur C. nulli licere in frenis, l. 1. in verbo chlamidibus, intelligitur glorificatio corporis virginalis, quod de regali ſtirpe deſcendit. Secundo conſideratur eius glorificatio, quantũ ad modum quo aſſumpta eſt. Quædã n. animæ aſſumuntur in cælũ per vnum Angelum, iuxta illud Exod. 24. *Ecce ego mittam Angelum meũ, qui introducat te in locum, quẽ paraui tibi*, dicit Dominus. Et iſta eſt pars bona. Aliæ vero animæ aſſumũtur à pluribus Angelis iuxta illud Luc. 16. *Factũ eſt vt moreretur Lazarus mendicus: & portaretur ab Angelis &c.* & iſta eſt pars melior. Sed ſi oẽs Angeli, & ſancti, & ipſe Chriſtus obuiaret animæ, & eã glorioſè duceret in cœlũ, iſta eſſet pars optima. Et talẽ partẽ elegit beata virgo; vt ſupra declarauimus. Tertio cõſideratur quantum ad locũ, ad quem aſſumpta eſt. Aliquæ n. animæ aſſumuntur ad ordines infimæ Hierarchiæ, & iſta eſt pars bona. Aliæ vero ad ordines mediæ Hierarchiæ, & iſta eſt pars melior. Aliæ autem ordines ſupremæ Hierarchiæ: & iſta eſt pars optima. Beata igitur Virgo, quæ ſuper omnes angelicas Hierarchias, & ſuper omnem ſanctorum altitudinem, eſt exaltata, iuxta illud quod in figura dicitur Geneſis 8. *Requieuit arca ſuper montes Armeniæ*, ideſt ſuper omnes beatos cœleſtis curiæ. Et vltra hoc eſt locata à dextris filij, iuxta illud pſalm. 44. *Aſtitit regina à dextris tuis, &c.* Profecto optimam partem cœli empyrei elegit. Quarto conſideratur quantum ad officium ſibi commiſſum. Deus enim ei commiſit quadruplex officium, ſcilicet ſuper iuſtos, & bonos, vt eos in gratia Dei cuſtodiat. Et ideo illi canit Eccleſia. *Maria mater gratiæ*, & iſta eſt pars bona: Item ſuper peccatores, & malos vt ad pœnitentiam recipiat, & conuertat. Et ideo appellatur *mater miſericordiæ.* Et hæc dicitur pars melior. Item ſuper morientes, vt eos ab inſidijs diaboli cuſtodiat, & protegat. Et ideo ei canimus: *tu nos ab hoſte protege.* Et iſta eſt pars optima. Item ſuper mortuos, vt eorum animas ſuſcipiat; & in cœlum deducat. Et

Quadruplex officiũ Deus cõmiſit Mariæ.

ideo.

ideo ei canimus: *& hora mortis ſuſcipe.* Et iſta eſt pars ſuper optima. Quinto conſideratur quantum ad euaſionem, ſcilicet omnis pœnæ. Aliquæ enim animæ iuſtorum vadunt ad purgatorium, quod eſt ſub terra. In quo pœna ignis valde terribili purgantur eorum peccata. de quo igne habetur in §.hic autem, de pœnis, diſtinct. 7. Et hæc eſt pars bona, quia licet patiantur pœnas, tamen ſunt in gratia Dei. vt per Theologos in quarta diſt. 45. Aliæ autem animæ, quę non commiſerunt peccata ita grauia, vt mereantur puniri pœna ignis purgatorii, purgantur aliqua pœna leuiori in hoc mundo, ſecundum Richar. in 4. diſtinct. 21. articul. 1. quæſt. 3. Et diſtin. 45. artic. 1. quæſt. 2. Et ſanctum Bonauen. in eodem lib. diſtin. 20. articul. 1. quæſt. 6. Aliquas etiam animas ſic purgari teſtatur Greg. in 4. dialogorum. Et hæc eſt pars melior. Alię vero animæ, quæ nihil purgandum habent, ſed plenæ bonis operibus tranſeunt de hoc mundo, ſtatim & immediate in cœlũ aſcendunt. Et hæc eſt pars optima De iſtis enim ſic morientibus dicitur Apocalyp. 14. *Beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodo enim iam dicit Spiritus, Vt requieſcant à laboribus ſuis. Opera enim eorum ſequuntur illos.* Quæ verba non intelliguntur de euntibus ad purgatorium, quia illi non requieſcunt à laboribus ſuis, immo maiores patiuntur aſflictiones, quam ante patiebantur in hac vita. Iſtam ergo partem optimam ſuper omnes beatiſſima Virgo elegit, quæ nihil, vel minimũ purgandum vnquam habuit, & omnibus virtutibus ornata de hac vita migrauit. Et ideo ſuper omnes ſanctos exaltata in cœleſti gloria fuit.

PARS SECVNDA huius ſermonis, in qua contemplatur auctor, quaſdam inuitationes B. V. factas in eius aſſumptione.

LEgitur in prædicto libro de tranſitu beatæ Virginis, quod tertia die ſuæ dormitionis reſurrexit ipſa benedicta mater Dei præſentibus Apoſtolis, & in cœlum glorioſa aſſumpta fuit. Sed cum Thomas ſolus defuiſſet, & ideo ipſam reſurrexiſſe credere nollet, ſtatim ex aere cincturam ipſius Virginis ad ſe, delatam recepit, & ſic credidit, hoc tamen apocryphum reputatur. Legitur autem in hiſtoria Entimiaca, libro tertio capite quarto, quod reſurgente beata Virgine eius veſtimenta in monumento remanſerunt cum ſudario; ſed poſtea Iuuenalis epiſcopus Hieroſolymitanus miſit illa Marciano imperatori, in vrbe Conſtantinopolitana, vbi honorifice collocata ſunt. Sed contemplationis gratia dicit quidam deuotus prædicator; quod ipſa benigniſſima Virgo inuitata fuit, vt ſic glorioſa ſaltem remaneret in terra per aliquot dies, & potuerunt fideles Chriſti, eam aſcendere velle ad cœlum cernentes allegare multas ſimilitudines, quas ipſa habet cum terra. Et ponit Alexand. de Ales aliquas earum ſuper pſalm. 24. exponens illa verba, *Domini eſt terra*, ideſt Virgo Maria, & dicit iſtas ſimilitudines contineri in his verſibus: *Nigra rotunda, capax, medians, circundata, ſæta, integra ſtans, humilis, cibat omnia, continet aurũm.* Nigra autem dicitur, quia fuit de genere Iudæorum, qui nigri fuerunt & obſcuri per infidelitatem erga Chriſtum. Item quia fuit vilis exterius reputata ab eis. vnde ipſa ait Cantic. primo; *Nigra ſum, ſed formoſa.* Item ſicut terra eſt elementum qualitate obſcurum, & de ſe opacum: vt dicitur in decimoquarto libro de proprietate re. Item ipſa benedicta Virgo fuit nigra, & obſcura in paſſione filii per dolorem, & afflictionem iuxta illud Eſai. 33. *Luxit, & elanguit terra.* Et eiuſdem libro 110. dicitur: *Ecce tenebræ operient terram*, ideſt beatam virginem Mariam. Secundo ad modum terræ fuit rotunda; Sicut enim terra eſt elementorum figuratione ſphæricum vt dicitur in prædict. libro de proprietate re. & ponit Baſilius in libro hexameron: ſic beata Virgo fuit rotunda, ideſt perfecta. Vnde illi inquit ſponſus eius cœleſtis Cant. 6. *Veni columba mea: perfecta mea &c.* Beata igitur virgo dicitur fuiſſe figuræ ſphæricæ, in quantum habuit plenitudinem gratiæ. Nam ſicut figura ſphærica probatur à philoſopho eſſe perfectiſſima omnium figurarum: ita & ipſa fuit perfectiſſima fœminarum. Id autẽ quod philoſophi vocant *ſphæram terræ*: ſacra ſcriptura appellat *orbẽ terræ*: Glorioſa ergo Virgo

Maria habet multas ſimilitudines cũ terra, quæ hic explicãtur.

Aaaaa 3 Maria.

Digitized by Google

Maria eſt illa figura ſphærica, & orbicularis; de qua pſa.88. inquit Deo: *Orbem terræ & plenitudinem eius tu fundaſti.* Tertio ſicut terra, licet reſpectu cœli ſit quantitate minima, eſt tamen in ſe maxima. Vnde eſt omnium viuentium corporalium receptaculum, vt dicitur in prædicto libr. de proprie. re. Et ſimiliter beata Virgo licet reſpectu Dei ſit minima, tamen in ſe eſt maxima, & capaciſſima, adeo quod vt ipſa inquit Eccleſiaſti. 24. *Qui creauit eam, requieuit in tabernaculo eius.* Quæ ergo fuit receptaculum Dei: etiam omnes ad ſe confugientes recipiet. Ipſa enim eſt refugium, & receptaculum ſecurum omnium ad eam deuote recurrentium. Et propter hoc data eſt hominibus à Deo. iuxta illud pſalm. 113. *Terram autem dedit filiis hominum.* Vnde ipſa non ſolum eos recipit benigne, quando ad eam confugiunt, ſed etiam miſericorditer inuitat, vt ad ipſam recurrant, dicens, Eccleſiaſtici. 24. *Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me &c.* Hæc enim eſt illa terra de qua inquit propheta pſalm. 32. *Miſericordia Domini plena eſt terra.* Quarto terra eſt medium mundi; vt dicitur in dicto li. de proprie. re. & ponit Iſido. lib. 13. Etym. c. 1. Et ſimiliter beata Virgo, eſt media inter Deum & hominem, quę ita bene mediauit, quod per eius mediũ ſalutem Deus homini contulit. De quo pſalm. inquit pſalm. 73. *Operatus eſt ſalutem in medio terræ.* Et figurata fuit ipſa benedicta Virgo per Heſter, quæ liberauit populũ Iſrael morti adiudicatum. Heſter. 4. Et propter hoc in die paſſionis ſtetit iuxta crucem ex parte aquilonis, quaſi inter peccatores, & filium ſuum. Quinto ſicut terra eſt circundata aquis, ita beata Virgo fuit circundata tribulationibus in morte filii. Et ſicut aquæ non ſubmergunt terram, ita nec aquę tribulationum potuerũt ſuffocare Virginẽ glorioſam. iuxta illud Can. 8. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.* Sexto ſicut terra aquæ glutine ſeruatur integra; vt dicitur in prædict. li. de proprie. re. & ponit Baſilius in li. hexameron: Ita beata virgo glutine aquæ diuinæ gratiæ, ſeruata eſt ſemper integra per virginitatem, iuxta illud Eſa. 11. *Ecce Virgo concipiet &c.* Ezec. 44. *Porta hæc clauſa erit, & non aperietur. &c.*

Septimo ſicut terra eſt ſtabilis, iuxta illud Eccleſiaſ. 1. *Generatio præterit & generatio aduenit, terra autem in æternum ſtat.* Et ideo ſecundum Iſido. 13. etym. dicitur ſolum, quia eſt elementum ſolidum. Item dicitur mundi fundamentum, quia omnia alia corpora mũdi mouentur circa eam, ſcilicet cœlum, ignis, aer, & aquæ, ſed ipſa ſtat ſicut fundamentum immobile. Sic beata Virgo, ſicut fidei fundamentum, fuit ſemper ſtabilis in ea: Apoſtolis tamẽ, & aliis Chriſtianis ab ea recedentibus tempore paſſionis Chriſti. Item ipſa ſemper ſtat coram Deo ad intercedẽdum pro nobis, ſicut promiſit Eccleſi. 24. dicens. *Vſque ad futurum ſæculũ non deſinam,* ideſt, vſque ad diem iudicii non ceſſabo interpellare Deum pro vobis. Octauo terra eſt corpus infimum, ſicut cœlũ eſt supremũ, iuxta illud Pro. 25. *Cælũ ſurſum, & Terra deorſum.* Et ſimiliter beata Virgo in conſideratione ſe infimam, & abiectam ſemper reputauit, vnde viliſſimo, & infimo nomine fœminarum ſe ancillam appellauit, dicens Luc. 1. *Ecce ancilla Domini &cæt.* Nono ſicut dicitur in lib. de proprie. rerum. 14. & ſunt verba. Iſid. 13. Etym. *Terra omnia cibat, & nutrit omnia indigentia alimento,* & ſimiliter beata Virgo cibauit totum mundum, fructu vteri ſui. de quo prædixerat pſalm. 84. di. *Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuũ.* vnde de ea dicitur Pro. vlt. *dedit cibaria ancillis ſuis,* ideſt deuotis. Decimo de Terra inquit Iſid. vbi ſup. *Terra mater eſt fœcunditatis: quia nullum vegetabile poteſt creſcere niſi in terreſtri ſubſtantia radicetur.* Et ſimiliter beatiſ. Virgo fertiliſſima fuit: de cuius fertilitate exponi poteſt illud Geneſ. 1. *Producat terra herbam virentem,* i. omnis virtutis operationem. Vndecimo de terra ait Iſi. vbi ſup. quod naturaliter eſt frigida & ſicca. Et ſimiliter beata Virgo fuit frigida, & ſicca per carnis incorruptionem, quia caruit humore luxuriæ & calore cõcupiſcentiæ, vnde de illa exponi poſſet illud Iudicum 15. *Terram aridã dediſti mihi,* & Deuter. 28. *Terra quam calcas ferrea eſt.* Ferrum enim eſt frigidum, & ſiccũ. Duodecimo de terra inquit Baſilius vbi ſup. & ponitur in prædict. li. de proprie. re. quod *eſt corpus æqualibus ſpatiis à cælo remotum, & ideo cæli centrum à ſapientibus eſt vocatum: vnde philoſophus inquit, quod terra eſt propriis æquilibrata ponderibus. Qualibet enim ſuarum partiũ ſuo pondere nititur ad mũdi medium: quo niſu, & inclinatione ſingularium partium tota terra*

centrum

Digitized by Google

centrū æquilibrata ſuſpenditur, & æqualiter immobilis retinetur, ſicut ſcriptum eſt: Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſæculum ſæculi. hæc Baſilius. Et ſimiliter beatiſſima Virgo, dicitur centrū cœli, quia ad ipſam omnes reſpiciunt tanquam ad mediatricem, & ipſa ſemper fuit firmiſſima in Dei amore, ſicut prædixerat pſal. 92. di. de Deo: *Firmauit orbem terræ qui nō commouebitur*; & æqualibus affectionū bonarū ponderib⁹ ſemper librata fuit medio axe diuinæ charitatis, & ad hoc exponi poſſet illud Claudiani dicētis de Deo li. 1. *Tellurē medio librauit axe.* Decimotertio de elemēto terræ dicit Baſilius vbi ſup. quod eſt omniū corporū corpulentiſſimū; & ſimiliter beata virgo fuit corpulētiſſima per priuilegiationē, quia ipſa corpus Virgineū poſſedit in mūdo, & corpus diuinū portauit in vtero: & corpus glorioſū poſſedit in cœlo. vnde de deuotis eius dici poteſt illud 1. Paral. 4. *Inuenerūt terrā latiſſimā, quietam, & fertilem.* Corpus. n. beatę virginis fuit terra quieta à paſſionibus carnalibus per virginitatē; fertilis per fœcunditatē, & latiſſima per glorię ęternitatē. Decimo quarto de terra inquit Iſido. vbi ſup. & ponitur in dict. li. de proprie. re. *Quamuis terra ſuperficialiter exterius ſit indecora, intrinſecus tamē cōtinet multa precioſa, ex quadā. n. cœleſtis influentia impreſſione, in interiorib⁹ terræ venis precioſa gemma, & nobilia metalla generantur. Vnde & terræ virtuoſitas ſub quadā extrinſeca deformitate occultatur*, hæc ille. Et ſimiliter benedicta virgo in exterioribus ſe pauperculā, & viliſſimā oſtendebat, ſed intus diuitiis ſpiritualium donorū plena erat: vnde de eius exteriori abiectione exponi poteſt illud Hier. 4. *Aſpexi terram, & ecce vacua erat*, & illud Ge. 1. *Terra autem erat inanis & vacua.* De diuitiis vero ſpiritualib⁹ ipſa dicere poteſt illud Ge. 41. *Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.* Decimo quinto terra ſecundū ſe tota eſt quieta, & non ſolum ſibi; ſed etiā aliis; vnde inquit Iſi. vbi ſup. *Terra dicitur ſolum: quia eſt elementū ſolidū cuiuslibet corporis quantumcunque ponderōſi ſuſtinens totam molem: vnde quælibet grauia ſurſum mota quouſque terram ſtabilem tangant, permanent inquieta, ſed cum peruenerint ad terram, quieſcuntur.* hæc ille. Et ſimiliter beatiſſima virgo ſemper fuit quietiſſima per mentis ſuæ pacificationem, & ab omnibus animi vagationibus remotionem: vnde ei attribuitur ſabbatum, quod eſt dies quietis. iuxta illud Leui. 25. *Sabbatū erit terra veſtra.* omnes quoque ei adhærentes per deuotionem quietos, & tranquillos facit, ita vt de ipſis poſtea dici poſſit illud 2. Paralip. 23. *Lætatus eſt populus terræ & quieuit.* Decimo ſexto terra dicitur ſcabellū pedū Dei Mat. 5. Et ſimiliter fuit beata virgo per filii Dei ſuſceptionē. Quaſi. n. pedes Dei quibus mediātibus ſtetit in eius vtero, fuerūt anima, & caro Chriſti. Et ideo inquit ipſe De⁹ Eſa. 66. *Terra eſt ſcabellum pedū meorū.* Decimoſeptimo, vt dicitur in prædicto lib. de proprie. re. *Bona terra ſi rore fuerit perfuſa, aut cōpluta mollificatur, impinguatur, & melioratur. Et ſimiliter quando melius cultiuatur, tāto maior fructuū abūdantia ab illa producitur.* Et ecōtrario eſt de nō cultiuata, iuxta illud Oui. in 5. de triſtibus: *Fertilis aſſiduo ſi nō renouetur aratro; Nō niſi cum ſpinis gramen habebit ager.* Et pari modo beatiſſima virgo fuit cultiuata aratro Spiritus ſancti, & madefacta rore gratiæ Dei: vnde de illa dicitur in figurā Iud. 6. *Omnis terra rore madens.* Decimooctauo vt inquit Iſi. 15. ety. Terra ideo ſic appellatur, quia teritur. Et humus dicitur ab humido mari, cui cōiungitur. Et tellus, quia fruct⁹ eius tollimus. Itē dicitur ops: quia opē fert frugibus, vel quia ex ipſa cōſequitur opē vice eius quęlibet corporaliter viuens creatura. Dicitur quoque arida, quia araturæ, & culturæ eſt apta, vel quia ab aqua, ſiccitate, & ariditate propria eſt diſtincta. Quod enim humida ſit, hoc ab aquæ vicinitate procedit. Et ſimiliter ipſa benedicta virgo diuerſis tribulationibus attrita, congrue terra appellari poteſt, fuit. n. à perfidis Iudæis ſæpius conculcata, & deſpecta, vt in præcedenti ſermone diximus. Vnde ipſa dicere poteſt illud Pſ. 55. *Conculcauerunt me inimici mei.* Appellari quoq; poteſt hum⁹ ab humido humilitatis, & tellus, quia de gratiis eius omnes tollimus, iuxta illud Bernard. *De plenitudine eius accipiunt vniuerſi.* Itē ops; quia omnibus ad eā recurrētibus opem impendit. Poteſt etiā appellari arida, quia vnuſquiſq; poteſt in ea arare per deuotionē. Vnde de ipſa exponi poteſt illud Hier. 26 & Micheę. 3. Sion quaſi ager arabit. Quilibet autem arans hāc aridā poteſt ſperare, quod maximū fructum recolliget, iuxta illud 1. ad Cor. 9 *Debet in ſpe arare qui arat.* Væ autem in diebus illis.

Terra varia nomina explicātur, quaſi-militer B. V. conueniunt.

Digitized by Google

illis, quando verificabitur de hac terra illud Gen. 2. *Homo non erat qui operaretur terram.* Arida etiã dicitur ideſt ſicca. ſ. ab omni humore peccati, vnde quia nec in corpore, nec in anima vnquam habuit vllam fœditatem, ſeu corruptionem peccati, ideo de illa exponi poteſt illud Iudic. 6. *In omni terra ſiccitas*, & de ipſa etiam exponi moraliter poteſt illud Gen. 1. *Appellauitque aridam terram.* Hæc eſt illa terra de qua dicit Deus cuilibet deuoto ſuo illud Gen. 12. *Veni in terram, quam monſtrauero tibi*, de qua etiam in figuram dixit Moyſi Geneſ. 15. *Semini tuo dabo terram hanc.* Quam quidem terram dedit nobis habitandam, dicens illud Geneſ. 20. *Ecce terra coram vobis eſt.* Et ideo vnicuiq; deuoto cultiuatori eius inquit ipſe Deus: *In pinguedine terra erit benedictio tua.* Geneſ. 27. Omnes ergo chriſtiani, negocientur in hac terra, *quæ ſpacioſa, & lata eſt*, Gen. 34. De qua etiam in figuram dixit Deus Moyſi Exod. 3. *Terra in qua ſtas ſancta eſt.* O igitur deuoti chriſtiani, conſiderate terram, qualis ſit. Num. 13. Quia ſi eam bene conſideraueritis, diceris: *Terra quam circuiuimus valde bona eſt.* Num. 14. Hæc eſt illa terra, de qua in figuram dixit Moyſes Deut. 8. *Dominus Deus tuus introducet te in terram bonam, terram riuorum, aquarumque & fontiũ, in cuius campis erumpunt fluuiorum abyſſi. Terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus, & malo granata, & oliueta naſcuntur. Terram olei, ac mellis, in qua abſque vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris.* Gratias igitur agimus tibi Domine Deus qui verificaſti in nobis illud Ioſue. 24. vbi dixiſti: *Dedi vobis terram, in qua non laboraſtis*, vnde nos dicere poſſumus illud Iudicum 18. *Vidimus terram valde opulẽtam.* Et de nobis dici poteſt illud. 1. Paral. 4. *Inuenerunt terram latiſſimam, quietam, & fertilem.* Beatus igitur ille de quo dici poterit illud Iob. 1. *Poſſeſſio eius creuit in terra.* Qui confidenter dicere poteſt illud Pſalm. 26. *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* Omnes ergo peccatores qui volunt ſaluari, deberẽt per deuotionem virginis, verificari facere illud Pſalm. 71. *Inimici eius*, ſcilicet Dei, *terram lingent*, & non eſſe de illis de quibus dicitur Prou. 10. *Impii non habitabunt ſuper terram.* Hæc eſt illa terra de qua dicitur Canticorum ſecundo: *Flores apparuerunt in terra noſtra*, quia flores omnium virtutum refulgent in virgine Maria. Hæc eſt illa terra, quæ abſque precio poteſt comparari, iuxta illud Pſalm. decimoquinto. *Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem.* Hæc eſt illa Deo gratiſſima terra, de qua in figuram dixit ei Salomõ Sap. 12. *Quæ tibi omnium charior eſt terra.* Et ideo nos ei valde obligati ſum⁹, qui nos fecit inhabitatores terræ ſuæ ſanctæ. Sapientię 12. de qua Eccl. 1. dicitur: *latitudinem terra quis dimenſus eſt*, quaſi diceret, nullus, & eiuſdem libri, c. 20. ſcriptum eſt, *qui operatur terram ſuam, viſitabit aceruum frugum.* De qua terra creata eſt medicina omnium ſaluandorum, iuxta illud Eccl. 38. *Altiſſimus de terra creauit medicinam.* De qua etiam dicitur Eſa. 11. *Repleta eſt terra ſcientia Domini.* Si quis autem vult à Deo gratias recipere, prius debet ad iſtã terram aſpicere, vt verificetur illud Eſai. 49. vbi dicitur Deo: *Vultu in terrã demiſſo adorabunt te.* Deus autẽ dicet vnicuiq; deuoto matris ſuæ illud Hier. 2. *Recordatus ſum tui, quãdo ſecuta es me in terram, quæ non ſeminatur.* Per quam ſignificatur virgo benedicta, quæ virili ſemine non fuit ſeminata. Hæc eſt illa terra, quę in omni ſua parte fuit glorificata, vnde dicere poſſumus Deo illud Pſ. 107. *Super omnem terrã gloria tua.* De quo etiam dicere poſſumus illud Baruch. 4. *Fecit terram in æterno tempore*, hæc eſt illa terra, de qua dicit ipſe Deus Ezech. 20. *Seruiet mihi omnis domus Iſrael in terra in qua placebunt mihi.* Sed heu, quia de quibuſdam conqueri poteſt Deus dicens illud Hier. 16. *Contaminauerũt terram meam*, ſcilicet eam infamando, & prædicãdo, fuiſſe peccato contaminatam. Ego autem dico ei illud Iohe. 2. c. *Noli timere terra: ſed exulta, & lætare, quoniam magnificauit Dominus*... *Zelatus eſt enim Dominus terrã.* Et ideo faciet ab omnibus cognoſci ꝙ nunquam fuit maculata, ſed ſemper de Maria virgine dici potuit illud Abac. 3. *Et laude eius plena eſt terra.* Ipsã enim terrã ab omni corruptione mirabiliter prȩſeruauit Deus. De quo dicitur Pſ. 14. *Qui facit mirabilia in cœlo, & in terra.* Dixerũt ergo fideles chriſtiani, vidẽtes beatiſſimã virginẽ in anima, & corpore glorioſã, velle in cœlũ aſcendere. Poſtquã tot ſimilitudines cum terra habuiſti, & toties in ſacra ſcriptura nomine terrę figurata fuiſti, placeat maieſtati tuæ morari aliquantulũ ſuper terrã, vt de hac terra materiali verificetur illud Eſ. 6. *Plena*

erat

Digitized by Google

erat omnis terra maieſtate eius. Beata autem virgo reſpondit Paulo, qui forte erat vnus ex poſtulantibus hanc gratiam. O Paule, nonne tu dixiſti ad Coloſſen. 3. *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, quærite, non quæ ſuper terram.* Præterea his temporibus verificata eſt illa ſententia Iuuenalis poetæ dicentis: *Terra malos homines nunc educat, atque puſillos, &c.* Et illud Oſeæ 4. *Non eſt veritas: non eſt miſericordia, non eſt ſcientia Dei in terra. Nam maledictum, homicidium, furtum, & adulterium inundauerunt ſuper terram.* Et ideo nolo remanere amplius in ea. Tunc, vt contemplatur quidam deuotus, dixit ei vnus alius ex ipſis fidelibus Chriſtianis: O benedicta virgo ſi in terra habitare non vis, ſaltem ſuper aquas aliquibus diebus remanere digneris. Tu enim habes proprietates aquæ, de quibus ſcriptum eſt in libro de proprietatibus re. vbi dicitur.

Aqua proprietates.

Aqua eſt inter omnia elementa vtiliſſimum elementum. Cælum enim temperat, terram fæcundat, aerem ſuis vaporibus incorporat, & condenſat, ſcandit in ſublime: & cælum ſibi vendicat. Aquæ etiam ſunt omnium naſcentium cauſa, quia fruges gignunt, ac arbores, & plantas producunt. Item ſordes detergunt, peccata abluunt, & potum ſitientibus tribuunt. Eſt inſuper aqua terræ continuatiua: penetratiua, ac repletiua, & nutritiua omnium inferiorum, caloriſque cæleſtis temperatiua, niſi enim hæc inferiora ſuis exhalationibus temperarentur, omnia in nihilum per conflagrationem, vi caloris verterentur. Hæc ab animalibus potata nutrimentum traducit in carnis vegetationem. Hæc piſcibus dat ſpiraculum; ſicut aer animantibus præbet vitam, & animationem. Hæc ſui diffuſione per interiores partes terræ facit partium eius vnionem. Terra enim propter intenſionem ſiccitatis diſſolueretur in puluerem, niſi pars cum parte humoroſitate aquea vniretur. Hæc omnium colorum, & saporum eſt ſuſceptiua. Hæc mouetur à fundo ſiue centro ad circumferentiam, nec ſiſtit donec quietetur eius ſuperficies ſecundum æquidiſtantiam à centro terræ. Hæc inſuper lucem à radiis ſolis receptam reflectit in cæleſtia, & refundit. Et ideo quia ſuperficiem habet ſpecularem, per actionem reflexi luminis rerum obiectarum imagines in ſe repræſentat, & intuentium facies ad modum ſpeculi manifeſtat. Hæc etiam radios ſolis ipſius ſubſtantiam penetrantes diffundit, & in ampliorem latitudinem extendit. Et ideo res in ſe viſas facit apparere maiores, quam ſint in ſeipſis. Quas etiam proprietates tu beatiſſima virgo, & multas alias habes in teipſa, ſicut perpendere poteſt quilibet qui tuas velit virtutes, & excellentias perſcrutari.

B. V. aſſimilatur aquæ.

Tu etiam figurata es per illam aquam, de qua dicitur Num. 19. *Qui aqua expiationis non fuerit aſperſus, immundus erit, & manebit ſpurcitia eius ſuper eum.* De qua etiam dicitur eiuſdem li. c. 21. *Quicquid ignem non potuerit ſuſtinere, aqua expiationis ſanctificat.* Peccator enim qui ignem diuinæ iuſtitiæ, & vltionis ſuſtinere non poteſt: per te ſanctificatur, vt igne infernali non comburatur. Tu es *aqua frigida, id eſt, refrigeratiua animæ ſitientis.* Prouer. 25. Tu es illa *aqua in qua reſplendet vultus proſpicientium* Prouer. 27. Tu es *aqua de petra altiſſima propinata.* Sap. 11. i. à Deo miſſa hominibus, de qua dicitur Eſa. 50. *Computreſcent piſces ſine aqua.* Piſces enim, id eſt, homines qui in mari huius mũdi ſunt poſiti, deficient ſine deuotione, & protectione tua. Sed heu quia tu cõqueri potes de quibuſdam indeuotis tuis, & dicere illud Hier. 2. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* Tu etiam es *aqua puriſſima*, de qua fit mentio Ezech. 34. Tu es *fons aquæ ſplẽdida* de quo habetur Apoc. 22. Tu es *aqua vitæ*, de qua dicitur præallegato ca. *accipe aquam vitæ gratis.* Tu es appellata Maria a cõgregatione aquarum, id eſt gratiarum in te, iuxta illud Geneſis. 1. c. *Congregationes aquarum appellauit maria.* Et in eodẽ ca. dicitur. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas;* ergo & tu debes ſuper eas ferri, & nobiſcum aliquamdiu commorari. Reſpondit autẽ beatiſſima virgo: Cum in ſacra ſcriptura per aquas etiã ſignificetur peccatum, iuxta illud Canticorum. 8. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*, Item cum per aquas tribulationes deſignentur. Vnde in perſona filij mei in paſſione poſiti prędixerat propheta Pſ. 68. *Saluum me fac Deus; quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.* Et ideo idem propheta dicebat Deo Pſalm. 16. *Libera me de aquis multis:* non videtur conueniens, quod ego remaneam ſuper aquas, quæ in anima, & corpore glorificata, dicere poſſum cum eodẽ propheta Pſal. 17. *Aſſumpſit me de aquis multis.* Aſcendit ergo beata virgo in aera, quod appellatur cœlum aereum, vt inquit Franciſcus

de Mayro, in quodam ſermone, quia ſua ſphęra totam terram, & aquam ambit. Et ideo dæmones habitantes in aere appellantur aues cœli, & volucres Mat 13. & Luc. 8. quia circumquaq; volitant. Quod aũt aer dicatur cœlum: patet Prou. 30. ibi. *Viam aquila in cælo, &c.* & 2. Paral. 6. vbi dicitur: *Si clauſo cælo pluuia non fluxerit, &c.* Item appellatur aer cœlum. inſti. de rerum diui. §. fere. & ff. de vſufruct. l. ſi cuius. §. inde quæſitum. Inuitata autem fuit beata virgo, vt aliquo tempore remaneret in aere. Et potuit illi ſic dici, cum, vt dicitur in libro de proprietatibus rerum, aer naturaliter ſit ſuiipſius diffuſiuus, & extenſiuus, tranſparenſque & perſpicuus, & cœleſtis virtutis, ac influentiæ, & impreſſionis ſolaris luminis receptiuus, & ſuper omnia alia elementa leuiſſimus, & virtutem reſpirandi omnibus animãtibus miniſtratiuus: quas omnes conditiones aeris, & multo plures, & excellentiores tu virgo benedicta habes; ſicut patet conſideranti tuas prerogatiuas. Tu enim gratias tuas liberaliſſime omnibus communicas, & diffundis, vnde dicere potes illud Sap. 7. *Sine inuidia communico.* Tu es omnibus tranſparens per omnium virtutum exemplaritatem. Tu cœleſtis, & diuinæ gratiæ, & æterni ſolis influentiam ſuper omnes creaturas recipiens, illuminaris, ita vt de te dici poſſit illud Apoc. 21. *Claritas Dei illuminabit eam.* Et illud Sap. 10. *Dedit illi claritatem æternam.* Nunquam enim aliqua tenebra peccati te obſcurauit. Nam à tua conceptione remouit Deus omnem peccati originalis tenebroſitatem, ita vt de illo dici poſſit illud Virgil. 5. Æneidos: *Aera dimouit tenebroſum, & diſpulit vmbras.* Tu etiã ſuper omnes ſanctos mitiſſima, & mãſuetiſſima. Vnde tibi canit Eccleſia dicens: *Virgo ſingularis inter omnes mitis.* Tu etiã es illa de qua dici poteſt illud Iob. 12. *In cuius manu anima omnis viuentis, & ſpiritus vniuerſæ carnis.* Reſponderunt aũt angeli dicentes. *Quæ ſocietas lucis ad tenebras* 2. ad Cor. 6. Quamuis. n. aer in ſuperiori parte ſit lucidus propter ſolem ſuperexiſtentem, & in inferiori parte propter radiorũ ſolarium reuerberationem, in medio tamen interſtitio eſt obſcurus, & tenebroſus, in quo habitant dæmones, vt per theologos in 2. ſent. diſt. 6. vbi Thom. art. 3. Et ibi manent ad hominum exercitationem, ſecum tamẽ ſemper portantes infernum non materialiter, nec localiter; ſed ſpiritualiter, vt inquit glo. ſuper Iac. 2. c. dicens: *Dæmones quocunq; vadũt, ſemper ſecum infernum portant, quo ſemper ardent.* In eodem quoq; loco vt inquit Bonauent. in 2. di. 6. in quęſtionibus circa litteram, eſt turbulentia, & vexatio, & varietas impreſſionum. Et hinc eſt quod frequenter mouent ventos, & tempeſtates, ac pluuias. In ipſo etiam loco eſt frigiditas, & ibi generantur tonitrua, fulgura, & grandines. Dixerunt ergo angeli beatæ virgini: *Aſcende ſuperius.* Lucæ 14. Cum igitur beatiſſima virgo ad ſphæram ignis perueniſſet; rogata eſt vt ibi aliquantulum remaneret. Et potuit ſic ei dici: Tu beata virgo per charitatis ardorem ſemper cum Deo manere delectaris. Deus autem aſſimilatur igni. Vnde Deut. 4. dicitur. *Deus noſter ignis conſumens eſt:* ergo in igne debes aliquantiſper remanere, maxime quia ignis Spiritus ſancti te ſuper omnes alios amplius inflammauit. Vnde ſic inquit ſanctus Odilio in quodam ſermone: *Credimus ipſam interfuiſſe gaudijs aſcenſionis Dominicæ, & in die ſancto Pentecoſtes cum apoſtolis Spiritus ſancti gratiam percepiſſe, quam conſtat eam à conceptione Chriſti pleniſſime habuiſſe,* hæc ille. Quia enim tu virgo ad receptionem ignis Spiritus ſancti: te cæteris amplius, & diligentius diſpoſuiſti: & cæteris ſollicitius cuſtodiſti, ideo ipſe ignis Spiritus ſancti maiorem in te operationem, & virtutem habuit. Quatuor enim ſunt diſpoſitiua ad recipiendum Spiritum ſanctum, quæ omnia tu perfectiſſime habuiſti. Primũ eſt deuota oratio. Ad quod innuendum dixit Saluator Io. 14. *Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis.* Vnde canit Eccleſia: *Orantibus apoſtolis Deum veniſſe nunciat.* Hoc aũt tu virgo benedicta habuiſti. De apoſtolis enim Spiritum ſanctum recipientibus ſcriptũ eſt Act. 1. *Hi omnes erant perſeuerantes in orationibus cum Maria matre Ieſu.* Secundum diſpoſitiuum eſt profunda humiliatio, iuxta illud Eſa 66 *Super quẽ requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem, &c.* Tu vero ſuper omnes humillima fuiſti. Vnde in tuo cantico cecinisti: *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* Quapropter Petrus Rauen. ſuper *Miſſus eſt,* ait. *Ecce quam vocauit angelus Dominam, ipſa ſe agnoſcit, & confitetur ancillam, quia deuotus animus infuſis beneficijs creſcit: & ad obſequium augetur, & gratiam, non autem ad ſuperbiam,*

& ar-

Propriet. aeris applicãtur B.V.

Quatuor diſpoſitiua ad recipiendum Spiritum ſanctum.

Digitized by Google

& arrogantiam proſilit, vel pertumeſcet. Tertiũ diſpoſitiuum eſt cordis purificatio. Vnde propheta volens petere Spiritus ſancti infuſionẽ. Primo petit cordis mundationem, dicens Pſ. 50. *Cor mundum crea in me Deus: & Spiritum rectum innoua in viſceribus meis.* Tu vero hanc purificationem ſuper omnes habuiſti, quam pater æternus ſanctificauit, iuxta illud Pſ. 45. *Sanctificauit tabernaculũ ſuum altiſſimus*, quã filius qui eſt ſplendor patris illuſtrauit. Vnde Apoc. 12. appellaris *mulier amicta ſole*, & quam Spiritus ſanctus purificauit, iuxta illud Luc. 1. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.* Quartum diſpoſitiuum eſt mentis tranquilla vacatio. Vnde Chriſtus inquit apoſtolis Luc. vlt. *Sedete in ciuitate quouſq; induamini virtute ex alto.* Sedete. i. à ſuperfluis curis quieſcite. Tu vero perfectiſſime obſeruaſti ſemp illud Pſ. 33. *Guſtate, & videte quoniã ſuauis eſt Dominus, &c.*

Quatuor conſeruauerunt Spiritum ſanctum in Maria.

Quod aũt ignem Spiritus ſancti ſuper omnes alios cuſtodieris manifeſtum eſt. Nã quatuor fuerunt, quæ iſtum ignem in te cuſtodierunt. Primũ eſt, quia in te habuiſti ignem diuinum, & perpetuum, qui nunquã extinguitur ſc. Dei filium qui in vtero tuo nouem menſib. habitauit. Nam licet per natiuitatem ſuam receſſerit à tuo ventre, non tamen receſſit à tua mente, ſed ſemper ignem Spiritus ſancti in te incendebat. Ipſe. n. inquit Luc. 12. *Ignem veni mittere in terrã, & quid volo niſi vt ardeat?* Secundum eſt: quia habebas pabulũ continuũ. i. bona opera. Nunquam. n. ocioſa fuiſti. Vnde de te dicitur Prou. vlti. *Panem ocioſa non comedit.* Et ideo in te verificatum eſt illud Leuit. 6. *Ignis ſemper ardebit in altari meo*, i. in te, quæ fuiſti altare Dei. Quem nutriet ſacerdos, id eſt Chriſtus ſummus pontifex, ſubiiciens ligna. i. virtutum opera per ſingulos dies. Tertiũ eſt, quia habebas ſufflatorium, i. amorem Dei, qui continue cor tuum incẽdebat, & in cor tuum ſufflabat. Quod quidẽ ſufflatorium quia multi non habent, iuxta illud Hier. 6. *Defecit ſufflatorium in igne.* Ideo ignem Spiritus ſancti in ſe nequeunt conſeruare. Quartum eſt, quia habebas feruorem deſideriorum; quæ ſe mutuo inflammabant. Sicut enim ex colliſione lapidum ignis excutitur, ſic ex agitatione ſanctorum deſideriorum calore Spiritus ſancti mens tua inflammabatur, & diuinis conſolationibus replebatur, iuxta illud Pſ. 102. *Qui replet in bonis deſiderium tuum.* Tu quoque ô benedicta virgo virtutem, ac operationem, & proprietatem ignis in te ſuper omnes alios habuiſti. Nam vt habetur in lib. de proprietate. Inter alias ignis proprietates eſt inflammare, purgare, illuminare, & vnire. Sicut patet de duobus ferris quæ ad inuicem vniri non poſſunt, niſi per ignem. Tu vero beatiſſima virgo non tantum recepiſti ignem Spiritus ſancti in tua ſanctificatione, & in filii Dei conceptione, ac in linguis igneis in viſibili de cœlo miſſione, qui te totam inflãmauit, purgauit, illuminauit, & cum Deo vniuit; ſed ẽt omnes ignis proprietates in te recepiſti. Tu. n. inflãmas frigidos: & propter hoc *mater pulchra dilectionis* appellaris. Eccl. 24 quia ad Dei amorẽ, & dilectionem, frigidos, & tepidos inflammas, & accendis. Item immundos purgas à peccatis, & propter hoc in prædicto cap. *mater timoris* nominaris; quia vt dicitur Prouerb. 15. *per timorem Domini declinat omnis homo à malo.* Per ignorantiam quoque tenebroſos illuminas ad Dei cognitionem, & propter hoc in præallegato cap. diceris *mater agnitionis.* Item homines elongatos, & diuiſos à Deo, vnis & copulas ei, & propter hoc in eodem c. vocatis *mater ſanctæ ſpei*, per ſpem enim homo approximat Deo ad Hebr. 7. Tu etiam ò glorioſa in ſacra ſcriptura per ignem figurata es. Vnde Exod. 13. dicitur: quod Deus præcedebat populum ſuum per noctem in columna ignis. De quo etiam propheta ait Pſalm. 104. *& ignem vt luceret eis per noctem.* Te enim quaſi noſtram columnam miſit Deus, vt nos antecederes, & igne tuæ exemplaritatis illuſtrares, & in terram promiſſionis perduceres. Dicitur quoque Exod. 19. quod deſcendit Dominus in igne. Tu enim fuiſti ille ignis in quo Deus deſcendit. Vnde dicitur Exod. 4. *Apparuit Dominus in flamma ignis in medio rubi.* Tu enim fuiſti flamma illa, in qua apparuit Deus incarnatus. Tu es ille ignis perpetuus, qui nunquam deficiet. Leui. 6. *Tu es quaſi ignis effulgens.* Eccleſ. 50. Et ideo tua præſentia debes aliquantulum elementum ignis decorare. Reſponderunt autem angeli dicentes, quodnam clariſſimæ virgini conueniebat locus incomparabiliter dignior, & clarior. Ignis namq; in ſua ſphæra non lucet ab extra expandendo ſplendorem ſuum propter defectum materię. Si n. ab extra mitteret ſplendorem ſuum eclipſaret omnes

Maria habet proprietates ignis.

Maria figuratur per ignem in ſcriptura.

ſtellas, quæ ſupra ipſum ſunt. Sicut manifeſtũ eſt de duabus candelis accenſis, quarum vna alteri facit vmbram. Licet ergo ignis de ſui natura ſit lucidus: tamen non diffundit ſuos radios per orbem ratione prædicta. Vnde Dio. lib. 12. de angelica hie. inquit: *quod ignis in ſua eſſentia eſt occultus, inuiſibilis, & incognitus, ac circumuelatus ſplendorib.* Quæ verba exponens eius commentator ait: *Dicitur occultus: quia in ſua eſſentia ſenſibiliter non videtur. Inuiſibilis, & incognitus dicitur: quia ſine ſubiecta materia non percipitur. Dicitur et circumuelatus ſpledorib. nam ſplendidi ignis radij circumuelantur, quia ad ſecretum ſubſtantiæ ſuæ ſinum reducti, ab humanis ſenſibus occultantur.* His dictis ſanctus Iohannes Bap. inquit beatæ virgini: Licet, ò benedicta Dei mater, tu habeas prædictas proprietates ignis, & alias multas, quas poſuit Diony. vbi ſupra, di. *quod ignis eſt corpus ſenſibile longe excellentius & ſubtilius omnibus alijs rebus corporalibus, & naturæ ſpirituali proximum, & eſt tradens ſe omnibus, ſibi quoq; modo approximantibus mouens vniuerſa ſe participantia, renouatiuus omnium, naturæ cuſtos, clarus, diſtinguens, & reſiliens, ſurſum mouens, excelſus, ſemper motiuus, comprehenſiuus, & mutatiuus, ac potenter actiuus, & inter omnia alia elementa naturam habens puriorem &c.* Tamen quia vt dicitur in li. de propri. rerum. *Ignis de ſui natura ſemper ſurſum aſcendit.* Vt etiam dicit philoſophus. 4. Meta. per hoc figurat, quod tu quæ tota fuiſti ignea diuino amore, & ſemper in mundo aſcendiſti de altitudine vnius virtutis ad altitudinem alterius maioris, debes etiam nunc aſcendere in altum, quantum potes ad locum tibi ab æterno deputatum, vt verificetur de te illud Pſalm. 32. *Aſcendit ſuper Cherubim, & volauit, volauit ſuper pennas ventorum,* id eſt, omnium angelorum. Tunc Gabriel Archangelus dulciter intonuit: Aſcende ſuperius ò ſpecies, & decor totius curiæ cœleſtis. Aſcẽdit ergo virgo beatiſſima cœlũ lunæ, in quo inuitata eſt, vt aliquantulum moraretur propter proprietates lunæ quas ipſa habuit: & potuit ei ſic dici: Luna dicitur quaſi luminum vna, id eſt principalis, & maxima: quia corpori ſolari in magnitudine, & pulchritudine eſt ſimillima, vt dicitur in lib. de proprie. rerum, vbi etiam dicitur: *Luna eſt pulchritudo noctis.* Quæ omnia tibi conueniunt, ò beatiſſima fœminarum. Vnde appellaris Can. 6. *pulchra vt luna.* Sicut enim luna noctem illuminat, fugat tenebras, ambulantibus in nocte iter oſtendit, ſic tu vallem lachrymarum tenebroſam, ſcilicet mundi, & ſiluam feris plenam illuminas, errantes reducis, & peccatoribus iter quo ad cœleſtem patriam peruenire poſſint, oſtendis. Sicut etiam Luna lumen ſuum recipit a ſole, & receptum reflectit in terram, vt in eodem libro dicitur, & fuit ſententia philoſophi in libro elementorum. Ita tu à ſole iuſtitiæ filio tuo illuminaris, iuxta illud Apoca. 21. *Lucerna eius eſt agnus,* & receptum lumen in mundum reflectis. Tu enim *es lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael.* Luc. 2. Et ideo in hoc cœlo lunæ conuenienter poteris per aliquot dies permanere. Reſponderunt autem angeli, Nequaquam ita erit, Luna enim eſt inſtabilis, & mutabilis. Vnde de inſipiente dicitur: *Stultus vt luna mutatur.* Eccleſ. 27. Ipſa autem eſt, & fuit ſemper quieta. Item luna patitur eclipſim, nec ſemper illuminatur. Ipſa autem ſemper eſt clara, & luminoſa, & nunquam illi deeſt lumen. Et ideo de ipſa dicitur Apocal. 12. *Et luna ſub pedibus eius.* Quapropter aſcendere debet ſuperius. Cum autem ad cœlum Mercurij perueniſſet, inuitata eſt, vt ibi commoraretur, & potuit ei ſic dici. O benedicta virgo, tu noſti quod Mercurius à poetis appellatur Deus ſapientiæ, & eloquentiæ, quia ſecundum Ptolomæum dat, eſſe ſtudioſos, & facundiæ amatores. Et propter hoc Lycaonij appellabant Paulum, Mercurium ratione eloquentiæ, vt dicitur Act. 14. Item ſcis quod à prædictis poetis, maxime Lucano dicitur *Deus aquarum,* dum ait: *Quantum Dominus percuſſit aquarum. &c.* Item quia ipſe Mercurius eſt citus in ſuo motu, dicitur ab ipſis poetis curſor Deorum, ſiue planetarum. Ipſe etiam ſemper cum ſole graditur, & nunc ante ſolem, nunc poſt ſolem & nunc iuxta ſolem inuenitur, vt dicitur in lib. de proprie. rerum. Tu vero es omnium ſapientiſſima, & eloquentiſſima. Vnde propter tuam facundiam dicit tibi ſponſus cœleſtis Can. 2. *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis.* Inſuper tu per patientiam omnibus aquis tribulationũ dominata fuiſti: quæ tuam non potuerunt extinguere charitatem Can. 8. Tu etiam citiſſima, & feſtina es in ſubuentione, & auxilio pecca-

Maria habet proprietates lunæ.

Maria habet proprietates aliquas Mercurij.

Digitized by Google

peccatorum, quibus miſerta ſolem, id eſt, filium tuum aſſocias, nũc quam ante illum genu flectis, & ipſum pro eis deprecaris, nunc poſt illum vadens perſuades, vt parcat, nunc iuxta illum ſedẽs rogas, vt eos illuminet, ſemperq; illi proxima per amorem charitatis cõſortio sociaris. Vnde dicere potes illud Can. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Dixerunt autem angeli b. virgini. Aſcende altius regina cœli, quia adhuc grandis nobis reſtat via. Nec hic locus tibi conuenit. Ipſe enim Mercurius à poetis infamatur, quod cum Venere fornicat⁹ fuerit. Tu vero ſemper virgo puriſſima fuiſti. Et ideo *Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur Maieſtas, & amor.* Mercurius quoque in li. de proprie. rerum modo maſculinus, modo fœmininus eſſe deſcribitur; quia ſe conuertit ad naturam illius cui coniungitur, & cum bonis bonus, cum malis autem malus effici dicitur. Tu vero optima fœminarum, & ſemper intemerata virgo cum bonis bona es, & cum malis ſemper plena pietate fuiſti, & eis tua beneficia miſericorditer præſtitiſti, ac eos tuo exemplo ad bonum conuertiſti. Vt enim ſcriptum eſt in c. non eſt. 32. q. 1. *Qui bonus permanet non polluitur ſi malo ſocietur, potius ſuo exemplo malum in bonum conuertitur.* Quo dicto altius in cœlum euolauit. Intrante autem illa cœlum Veneris inuitata fuit ſic. Tu ſcis beatiſſima virgo quod Venus à poetis appellatur dea amoris, quia amore mentes inflammat; & dura pectora mollia facit, vt dicitur in prædicto lib. de proprie. rerum. Et tu ſimiliter *mater pulchra dilectionis* appellaris. Eccleſ. 24. Tu enim tantæ charitatis extitiſti, & tantopere Deum amaſti, quod eum amore tuo captum ad te traxiſti; eumque tibi ſponſum ac filium feciſti. Inſuper multarum virginum corda eius amore inflammaſti, ita vt poſt te filij tui amore ardentes ipſum ſequantur, quocunq; ie perrexerit, ſicut per prophetiam fuerat prædictum Pſalm. 44. vbi dicitur. *Adducentur regi virgines poſt eam.* Ipſa quoque Venus vt dicitur in lib. de proprie. rer. dicitur Lucifer, quia ſemper præcedit ſolem, habetque colorem candentem, & refulgentem ſimilem electro: & ſuper omnia ſydera fulgentius lucet, propter quod appellatur iubar, quaſi ſplendorem emittens. Tu vero ortum ſolis æterni non ſolum præueniſti, ſed etiam cum mundo oriri feciſti, & nouem menſibus in vtero tuo baiulaſti: & illa ſtella quæ ſolem peperit, fuiſti, ac omnis ſplendoris, & decoris radios per vniuerſum orbem emiſiſti. Vnde de te poteſt dici illud Iob. 25. *Super quem non ſplendet lumen illius?* Et illud Ezech. 43. *Splendebat terra à maieſtate eius.* Vt etiam ait Miſael. & Ptolomæus, & ponitur in prædicto lib. de proprie. re. Venus diſponit ad pulchritudinem, & ad delectationem viſus, & odoratus, guſtus, auditus, & tactus, & facit cantores, & amatores muſicorum. Tu vero ò pulcherrima mulierum ſola delectaſti totam cœleſtem curiam, quæ de tua conceptione immaculata, natiuitateque, ac filij Dei generatione, & parturitione melliſluis canticis, ac iubilis exultauit. Et nunc cum hymnis, & laudibus, atque omnis generis muſicorum ſonis te aſcendentem comitatur. Statim autem angeli reſponderunt: Noli hic morari virgo benedicta; quia hæc Venus à poetis adultera fuiſſe perhibetur, & ſæpius fornicata, vt cum Mercurio, & cum Troiano Anchiſe, vt Virgil. tangit in 1. Æneid. Tu autem ſemper immaculatam virginitatem ſeruaſti. hæc inflammat peſtifera libidine: iuxta illud moral. poetæ documentum: *Cum te detineat Veneris damnoſa voluptas, &c.* Tu vero inflammas charitate. Aſcende ergo ſuperius, quia glorioſior tibi corona, multoque dignior habitatio debetur. Aſcendens igitur cœlum Solis, ibi ſimiliter inuitata fuit, & potuit ei ſic dici: Tu bene cognouiſti ò virgo ſapientiſſima quod ſol radios mittens in fæces, non inficitur ab eis. Tu vero intrans in humanam generationem peccato infectam, non es contaminata, imo anima tua intrans corpus ad modum radij ſolaris, illibata, & immaculata remanſit a peccato originali. Vnde tibi canit Eccleſia: *Sicut ſolaris radius corruptionis neſcius intraſti matris viſcera, ò glorioſa Domina.* Item ſol dicitur quaſi ſolus lucens ſecũdum grammaticos, ſicut etiam dicitur in hiſtoria ſcholaſtica. c. 4. eo quod ſit fons totius luminis, cuius radiatione ſuperiora, & inferiora radiantur. Vnde vt dicitur in prædicto lib. de proprie. rerum, eſt maior omnibus luminaribus cœli in quantitate, & dignitate, ac claritate, & poteſtate, atque effectuum multiplicitate. Et in eodem etiam lib.

Maria Soli aſſimilatur.

lib. dicitur, quod ſol ſuo proprio motu ordinato, & imperturbato ordinat & perficit vniuerſa. De quo inquit Ambroſ. in hexameron. *Sol eſt oculus mundi, iucunditas diei, pulchritudo cæli, menſura temporum, virtus, & vigor omnium naſcentium, dominus planetarum decor, & perfectio omnium ſtellarum,* Et Marcianus philoſophus, vt etiam recitatur in prædicto libro de propric. rerum, dicit: *Sol eſt principium lucis, rex naturæ, mens mundi, fulgor olympi, & moderator firmamenti.* Et Plato in Timæo ait: *Sol à Deo factus eſt, quaſi conditor rerum, lucem emittens clariſſimam, qua cætera illuſtrantur.* Et Ariſtot. in lib. de elementis inquit: *Sol habet lumen proprium, ſtella vero, & luna lumen à ſole acquiſitum, ſicut quando à candela ſpeculum ei appoſitum illuminatur.* Item dicit Marcianus vt etiam refertur in prædicto lib. de propric. rerum. quod *ſol in medio ſigniferi incedens, biſſenos radios emittit ex ſe; quibus ſuperiora, & inferiora illuſtrantur.* Dionyſius quoque in lib. de diui. no. cap. 5. de proprietatibus ſolis loquens ait: *quod non ſolum illuminat, ſed etiam renouat, nutrit, cuſtodit, perficit, & diſcernit, vnit, & refouet, fœcunda facit, auget, mutat, collocat, plantat, remouet, & viuificat omnia,* hæc ille. Cuius verba exponens commentator dicit,

Propriet. & effectus ſolis.

quod ſol in ſua ſubſtantia, & eſſentia habet ſummam, & omnimodam ſimplicitatem, & perpetuam permanentiam, ac incorruptibilitatem, & ſummam ad motum habilitatem, & agilitatem, ſummamque actiuitatem, & virtutem. Nam habet virtutem illuminatiuam. Licet enim eius lumen quandoque ab hominibus auferatur, vt puta terræ interpoſitione, vel lunæ, tamen in ſuo lumine nunquam deficit. Item virtutem renouatiuam. Nam poros terræ aperit. Et virtutem latentem in radicibus ad actum perducit, & terræ ſuperficiem herbis, frondibus, & floribus renouat, & reueſtit. Item habet virtutem nutritiuam, quia ad interiora radicum, & ſeminum ſolaris radius ſubintrans, calore ſuo humiditatem terræ diſſoluit, & vi ſua attractiua de illa humiditate attrahit, ac in nutrimentum terræ naſcentium conuertit. Item virtutem habet inferiorum conſeruatiuam, & ſaluatiuam. Nam elementa propter contrarietatem, quam habent inter ſe, ad inuicem ſe deſtruerent, niſi per virtutis cœleſtis maxime ſolis influentiam conciliarētur, & ſic in eſſe debito ſaluarentur. Item habet virtutem perfectiuam, quia quod calor elementaris incipit agere in generationem corporum, calor ſolaris perficit, & deducit ad debitum complementum. Virtutem quoque diſcretiuam, nam colores, & rerum ſpecies, quæ in tenebris ſunt confuſæ, & incognitæ, per virtutem ſolaris luminis agnoſcuntur, & ab inuicem diſcernuntur. Item virtutem vnitiuam, quia vnit, & concordat, ac conciliat planetas in ſuis effectibus, & propter hoc collocatus eſt medius inter planetas. Habet quoque virtutem fœcundatiuam, quia vim generandi, & varias ſpecies producendi confert inferioribus. Nihil enim fructificat vel creſcit, vbi ſolis radius non attingit. Et de hac virtute tangit philoſophus 2. Phyſic. dicens, quod *ſol, & homo generant hominem.* Item habet virtutem confortatiuam, qua mediante corpora animalium in ſuis viribus fortificantur.

Et ſimiliter eſt de aliis viuentibus, quę eius approximatione in vigore meliorãtur. Et per eius elõgationem debilitantur, ſicut patet de floribus, qui aperiuntur in ortu ſolis, ſed in eius declinatione marceſcunt, & clauduntur. Virtutem etiam habet temporum, & dierum mutatiuam, ordinatiuam, & diſtinctiuam, quia ſecundum eius aſcenſum, deſcenſum per ſigna auſtralia, & ſeptentrionalia facit tempora diuerſa in qualitatibus, & dies longiores, & breuiores noctibus. Item habet virtutem inferiorum informatiuam, quia ſecundum eius appropinquationem, & elongationem facies hominum, & animalium corpora calore, & vigore diſponuntur. Vnde dicit Ptolomæus, vt etiam refertur in lib. de proprietatibus rerum. quod ſol facit hominem corpulentum, facie pulchrum, & coloratum, ac magnorum oculorum. Et quia natos in ſua conſtellatione facit pulchros, ideo depingitur in facie pulchri pueri. Vnde etiam appellatur phœbus, id eſt pulcher. Habet quoq; virtutem purificatiuam. Radiorum enim ſuorum diſperſione ſubtiliat aerem, & diſgregat, ac conſumit vaporem inficientem aerem, & diſpergit ac fugat auram peſtilentem. Item habet virtutem calefactiuam, inflammatiuam, & vſtiuam, iuxta illud

Vir-

Digitized by Google

Virgilii. 8. Æneid. *Sol medium cæli conſcenderat igneus orbem.* Et virtutem attractiuam, quia calore ſuo attrahit humores, & vapores à mari, & ab aliis aquis, qui poſtea in pluuias, & niues, & ſimilia conuertuntur. Item virtutem viuificatiuam, quia inter omnes planetas maxime diſponit animalia ad animationem, & viuificationem, & nihil poſſet viuere in terra niſi iuuaretur ſolis vigore, &

Solis quantitas.

influentia. Item habet virtutem ſuæ maximæ quantitatis, & maguitudinis, ac velocitatis occultatiuam. Nam cum ſit octies maior tota terra: vt dicit Macrobius propter altitudinem ſui ſitus vix bipedalis videtur, & in eius aſpectu viſus humanus decipitur, quia hominibus videtur maior in ſuo ortu, & occaſu, quãdo ab eis magis elongatur, quam in puncto meridiei, quando eis magis appropinquat. Item cum continue moueatur velocius ſagitta, tamen ab aliquo moueri non videtur, præ nimiæ enim claritatis intenſione, & exceſſu, ſicut eius quantitas, ſic & motus velocitas humanum viſum ſubterfugit, hæc omnia commentator vbi ſupra, & ponuntur in prædicto lib. de proprie. rerum. Quas omnes ſolis proprietates, & multo plures tu virgo benedicta in te habere cognoſceris, ſi quis tuas virtutes voluerit ſpeculari, & ad ſpiritualem intelligentiam virtutes ipſius ſolis reducere. Tu igitur virgo quæ tanti es ſplendoris, tantæ lucis, tanti decoris, tantæ gloriæ, & tanti fulgoris, vt tua præſentia ſuperni reſplendeant, & inferi, quæ, ſicut *ſol oritur ſuper bonos, & malos* Matth. 6. & c. ſi. 28. diſtin. ita claritatem tuam omnibus impartiris. Et non ſolum es mundi princeps, & orbis oculus, ſed ſi mille eſſent mundi, & orbes, omnes tuis radiis fulgentiſſimis illuſtrares. Tu, cuius intelligentia ſol appellatur dicente beato Cypriano in quodam ſermone: *Lego & intelligo quod Virgo Maria quidam mundus intelligibilis, & admirandus eſt: cuius terra, ſoliditas humilitatis, cuius mare latitudo charitas: cuius cælum, altitudo contemplationis: cuius ſol, ſplendor intelligentia, cuius luna decor munditia, cuius lucifer, fulgor ſanctitatis; cuius arcturus gratia ſeptiformis; cuius ſidera, cæterarum ornamenta virtutum pulcherrima.* Tu etiam quæ in ſacra ſcriptura ſol vocaris: dicente propheta Pſ. 18. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum* ſcilicet Deus, debes pauliſper in ſolis cœlo demorari. Et eo maximè; quia maieſtatem tuam congruit ſonis dulciſſimis recreari, quæ in hoc cœlo percipi poſſunt: Dicitur enim in li. de proprie. rerum: *Ex mutuo concurſu orbium, & motu contrario planetarum dicunt ſapientes generari concentum, & harmonicam ſuauitatem.* Vnde Macrobius in li. Ciceronis ait: *In impulſu, & motu ipſorum orbium efficitur ſonus ille, qui acuta cum grauibus temperans, æqualem harmoniam efficit, & concentum. Ad hanc autem harmoniam cæleſtem perficiendam hoc facit ſol in ſuo circulo, quod facit media chordula in muſico inſtrumento,* hæc ibi. His autem auditis cecinerunt angeli illud Eccleſiaſtici. 26. *Sicut ſol oriens mundo; ſic mulieris bona ſpecies in ornamentum domus ſuæ.* Quæ domus non eſt hic, quam videlicet domum iſta fulgentiſſima virgo debet ornare, ſed eſt multo altior. Et ideo ipſi Angeli dulciter decantando beatiſſimæ virgini dixerunt: Aſcende ſuperius Peruenerunt ergo ad cęlum Martis, vbi etiam inuitata fuit; & potuit ſic ei dici: Mars à gentil lib. eſt appellatus Deus belli, vt dicitur in lib. de proprie. re. vbi etiã habetur quod iſte planeta diſponit ad audaciam, & fortitudinem, & victoriam de hoſtibus: & etiã inclinat; & diſponit ad igneas operationes fabrorum. ſ. ferratiorum. Tu vero victorioliſſima virgo de omnibus hoſtibus ſemper triumphum, & victoriam habuiſti; ſicut prædixerat Dominus diabolo à te conterendo, dicens Gen. 3. *Ipſa conteret caput tuum.* Nume. quoq; 24. prophetatum fuerat. *Conſurget virga de Iſrael, & percutiet duces Moab.* i. dæmones Vnde in tui figuram Moyſi dicitur Exod. 14. *Leua virgam tuam, & extende manum ſuper mare.* i. ſuper malignos ſpiritus, qui conturbant mare huius mundi. Tu homines puſillanimes factos per peccatum facis animoſos per gratiam eis impetratam. Vnde dicis eis illud Eſa. 35. *Dicite, puſillanimes confortamini, & nolite timere. &c.* Tu das fidelibus tuis de malignis hoſtibus victoriam: vnde de te dici poteſt illud 2. Mach. 10. *Prout ſibi placet, dat dignis victoriam.* Tu etiam charitate tua corda mortalium omni metallo duriora, facis liquida, & tenera per deuotionem; ita vt verificetur illud Iudith. 16. *Petra ſicut cera liqueſcent.* Tu debiles in ſeruitio

Dei,

Digitized by Google

Dei, facis ex feruore fortes, & robnſtos; ita vt de tuis bellatoribus dici poſſit illud Ioſ. 10. *Fortiſſimi bellatores eius*. Reſponderunt autem Angeli dicentes: Nequaquam ò domina hic permanere debes: quia iſte Mars appellatur Deus belli, tu vero Dea pacis. Hic vt dicitur in dicto lib. de proprie. re. ad iracundiam, & perturbationem commouet; tu vero qnietem, & tranquillitatem animi procuras. Aſcende ergo ſuperius. Ad cœlum autẽ Iouis cum perueniſſet: etiam ibi inuitata fuit, & talibus verbis inuitans eam, vti potuit.

Tn noſti quod ſecundum fabnlas poetarũ, & gentilium errores, Iupiter dicitur quaſi iuuans pater: qnia appellabatur ſummus Deorum, & eorum pater. Et hic planeta in lib. de proprie re. dicitur eſſe beneuolus, calidus, & humidus; in ſuis qualitatibus temperatus, in colore argentens, candidus, clarus, ac blandus. Et ideo in eius circulo cauſam fœlicitatis antiqui philoſophi poſuerunt, vt dicit Marcianus philoſophus. Et ipſe reprimit malitiam naturalem Saturni: Item in corpore hominis cooperatnr ad pulchritudinem, & honeſtatem: pulchrum enim colorem niueum & rubore permixtum cauſare ſolet: pulchroſque oculos, & dentes, ac crines, barbamq; rubicundam vt inqnit Ptolomæus, & etiam ponitur in prædicto lib. de proprie. rer. vbi etiã dicitur quod *praeſt aeri & ſanguini; ac ſanguinea complexioni. Et ſub ipſo continentur honores, & diuitia ac optimum indumẽtum: Idem ſecundum aſtrologos indicat ſapientiam, rationem, & veritatem. Et quando apparet in aſcendente, deſignat reuerẽtiam, honeſtatem, fidem, & diſciplinam: & erit finis ad ſalutationem; & omnium ſignorum cæleſtium confortat bonitatem*, hæc ibi. Quas omnes proprietates tn virgo benedicta in te habes; vt patet tuas excellentias intuenti. Tu enim es regina cœli & domina angelorum, & omnium ſanctorum: & parens reſtauratiua omnium creaturarum. Tu benigna es, feruens, & humilis; medium virtutis tenens, omni argento candidior, & quaſi nouum ſpeculum, in quo ſol ſplendet æternæ quietis, qnæ bonitate tua iratum ex te Deum mitigas; & placatum hominibus reddis. Cuius figura habetur. 1. Regum 25. de Abigail, quæ acceſſit in occurſum Dauid irati, & venientis cum exercitu ſuo, vt vlciſceretur ſe de viro eius. Vnde ſua humilitate, & bonitate placauit illum. Sub te quoque ò imperatrix mundi continentur honores; diuitiæ, & indumentum optimum, iuxta illud quod dicitur Deo Pſal. 44. *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate*. Tu quoque peperiſti illum, qui eſt ſapientia Dei patris 1. ad Cor. 1. *In quo ſunt omnes theſauri ſapientia Dei*. ad Col. 2. *Qui eſt via, veritas & vita* Ioan. 14 &c. ſi conſuetudinem. 8. di. Tu deuotos tuos facis pulchros in conſpectu Dei, rubicundos charitate, niueoſque munditia, & puritate: reuerentes, honeſtos, fideles, & morigeratos: eoſque in omni bono confortas; & poſtremo ſaluos; ac fœlices reddis. Quibns dixiſti Prouerb. 8. *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino*. Quibus de cauſis in cœlo iſto debes aliquantulum ſaltem demorari? Reſponderunt autem Angeli dicentes: Non eſt congruum te, ò Domina noſtra in hoc cœlo moram trahere. Iſte enim Iupiter à poetis infamatur, quod ſępius commiſit adnlteria: de quibns tractat Ouid. in lib. metamor. tu vero es virgo illibata. Præterea vt legitur in libro prædicto de proprie. re. Iupiter in 12. ſigno ſignificat ſeruitutem, & triſtitiam, ac paupertatem: & infirmitatem; quæ nullatenus tibi conueninnt. Aſcende igitur altius; quia in ſublimiori loco expectaris. Aſcendit ergo cœlum Saturni: & ibi etiam inuitari ſic potuit: O Domina quæ conſolaris mœſtos, conſidera quod Saturnus vt dicitur in lib. de proprie. re. planeta eſt melancholicus, maleuolus, frigidus, ſiccus, nocturnus, & ponderoſus, falſidicus, atque inſtabilis: & ſenex depingitnr cum facie curua, ac colore pallido, aut liuido ſicut plumbum: duaſque habet mortiferas qualitates: ſcilicet frigiditatem, & ſiccitatem: & ideo fœtus ſub ipſius conſtellatione natus, & conceptus vel moritur, vel peſſimas conſequitnr qualitates. Nam Saturnns ſecundum Ptolomæum in lib. de iudiciis aſtrorum: facit hominem plerumque eſſe fuſcum, ac turpem: & ad mala opera inclinat, & ad pigritiam, triſtitiamque. Et quamuis iſte planeta dicatnr Saturnns à Saturando: vt dicitur in prædicto lib. de propri. rer. tamen nunc à poetis habetur quodammodo in deriſum. Vnde Ouid. in epiſtolis dicit. *Saturnus periit: perierunt & ſua iura, &c.* Et ideo debes hic ali-

Qua applicatur B. V.

Proprietates Saturni.

Digitized by Google

aliquantulum moram trahere; & eius peſſimas qualitates ex tua bonitate, vel in bonas commutare, vel ſaltem aliqualiter temperare? Reſpondit autem tunc Dominus Ieſus, & dixit ſuæ benedictæ matri: Licet in prædicto lib. de propri. rer. dicatur, quod Saturnus diſponit ad ſcientiam, & doctrinam: & tu ſapientiſſima mater mea de teipſa ſemper dicere potueris illud Eccleſiaſt. 23. *In corde meo doctrina ſapientia.* Quamuis etiam diſponat ad diuitias congregandas, de te autem dicatur Prouerb. vltimo, *Multæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias; tu vero ſupergreſſa es vniuerſas*: tamen non conuenit te, omni lætitia, & iubilatione digniſſima, in loco iſto mœſtitiæ cauſatiuo demorari; vel immutare eius naturalem qualitatem ſibi ab initio inditam ad decorem vniuerſi. Et his dictis cœpit dulciter decantare illud Can. 2. *Iam hyems tranſiit, imber abijt, & receſſit: ſurge amica mea, & veni.* Et ſtatim introduxit illam in cœlum ſtellatum: & ibi, *poſuit in capite eius coronam ſtellarum duodecim*, de qua habetur Apocal. 12. In hoc autem cœlo vt permanere vellet, aliquamdiu ſic potuit inuitari: O glorioſa virgo tu habes in te omnes ſtellarum proprietates: quas ego poſui in 3. parte princ. huius operis. ſermone vlti. Tu enim fuiſti illa ſtella matutina; quæ Chriſtum æternæ diei ſolem tenebroſo mundo adduxiſti. Tu ſtella marina quæ Chriſtianos nauigantes per mundi pelagus ad portum ſalutis adducis, & dirigis. Vnde in huius figuram dicitur Matth. 2. *Stella antecedebat eos vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi puer erat*, ſcilicet Ieſus: qui ſalus interpretatur. Stellæ autem

Maria habes proprietatem poli.

iſtius nomine congrue tu vocaris. Quia ſicut hæc ſtella, quæ vulgariter dicitur la tramontana, de loco ſuo nunquam moueri videtur, & tamen in ſphæræ circulo circumuoluitur, vt dicitur in li. de propri. re. Sed quia circulum habet breuiſſimum, quaſi non videtur, vnde & immobilis dicitur. Sic tu ô ſtella diuina, quamuis in ſtatu gratiæ immobiliter permanſeris: & ab ipſo per motum alicuius peccati nunquam receſſeris: tamen in ſphæræ, id eſt, charitatis circulo motu dilectionis diuinæ velociſſime cucurriſti. Dicit enim Ber. quod *qui amat vehementius currit, velocius, & peruenit citius.* Amor autem tuus fuit per modum cuiuſdam circulationis: quia motus circularis eſt ab eodem in idem. Tu vero ſic Deum amabas, quod omnia alia non niſi propter ipſum diligebas. Et ſic omnis amor tuus ab eo incipiebat; & ad ipſum redibat. vnde Eccleſiaſt. 24. dixiſti. *Gyrum cœli circuiui ſola*: *gyrum cœli*, id eſt, cœleſtis amoris. Et bene dixiſti. *ſola*; quia nullius ſancti amor fuit ita in Deum totaliter directus, ſicut amor tuus. Vnde & breuiſſimum circulum habebat: quia poſt contemplationem Dei omnia, quę currebant ſtatim referebas in eum: & omnis tua actio ſemper intenta fuit in Domino. Item ſicut illa ſtella à *pollendo* vocatur *polus*; quia ſemper pollet hominibus, & nunquam occidit: vt dicitur in prædicto lib. de proprie. rer. ſic tu ſplendorem tuum nunquam mundo ſubtrahis. Et ſicut, vt in præallegato libro dicitur, ad hanc ſtellam aſtrologi potiſſime reſpiciunt, quia per eius ſitum diſcernuntur termini, & ſitus aliarum ſtellarum & cœleſtium circulorum; ſic ſancti, qui ſunt veri Aſtrologi cœleſtia contemplantes potiſſime ad te recurrunt, & attendunt: quia ſitus ſyderum, id eſt, manſiones beatorum, quas habent in cœlo: & termini cœleſtium circulorum, id eſt, perfectiones Angelorum per te diſcernuntur tanquam per ipſorum Dominam, & Reginam; & per te etiam tanquam per cœli portam omnes qui ſaluantur, introducuntur. Item, ſicut iſta ſtella per gyrum Arcturi ſibi propinqui ab aliis ſtellis eſt diſtincta; à cuius vicinitate pol⁹ arcticus eſt vocatus. Arcturus enim eſt currus ſeptem ſtellarum, quæ iſtam ſtellam circumeunt facientes ei quaſi circulum; & coronam: vt habetur in dicto lib. de proprie. re. Sic tu coronis omnium

Arcturus quid ſit.

Sanctorum, qui in ſeptem ordinibus diſtinguuntur, decoraris, & coronaris, Angelorum ſcilicet, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, confeſſorum, & virginum. Qua ex re debes in iſto cœlo tibi valde condecenti aliquantulum ſtare, maxime, quia iſtud cœlum eſt ornatum varietate ſtellarum, ſicut tu decorata es diuerſitate virtutum? Reſpondit autem beata virgo. Cœlum hoc, ſicut & alii inferiores ſemper mouetur, & inſtabile eſt. vnde Ariſt. in lib. de cauſis elementorum dicit. *Cœlum iſtud inquietum eſt, & mobile naturaliter; cuius motus eſt reuolubilis ſuper axem, &c. Ego autem in omnibus requiem quæſiui: ideo in hæreditate Domini*

morabor, Eccleſiaſt.24. Quapropter aſcendere volo ſuperius.

Cœlum cryſtallinum quare ſic dicitur.

Peruenit ergo poſt hæc ad cœlum cryſtallinum: de quo dicit magiſter ſententiarum in 2. diſt. 13. ſecundum opinionem Bedæ: quod factum eſt ex aquis in modum cryſtalli ſolidatis. Aquas enim ſuper cœlos collocatas ſcripturæ nobis autoritas inſinuat. Nam Gen. 1. dicitur de Deo. *Diuiſit aquas quæ erant ſub firmamento ab his, quæ erant ſupra firmamentum.* Firmamentum autem eſt cœlum ſtellatum. Nam in eodem cap. dicitur quod fecit Deus ſtellas, & poſuit eas in firmamento cœli; & dicitur firmamentum, quia eſt firmum, id eſt, ſolidum, & incorruptibile ac in perpetuum permanens: vnde hac ratione octaua ſphæra ſtellarum, quæ cōtinet ſub ſe alias ſeptem ſphæras planetarum, vocatur firmamētum à Deo in prædicto c. vbi dicitur. *appellauitque firmamentum cælum.* Et ita exponit Nicolaus de Lyra. In hoc autem cœlo, quod eſt ſupra firmamentum, ſiue octauam ſphæram vel cœlum ſtellatum, quod idem eſt: inuitari potuit ad manendum beata virgo talibus verbis. Iſtud cœlum eſt naturæ ſubtilis, & cœleſtis; tu vero licet hactenus in terra fueris, vitam tamen ſemper cælibem actitaſti; & tantæ ſubtilitatis, vt in te filius Dei in conceptione intraret; & in natiuitate ſua extra te, exiret, & per te tranſiret non apertis clauſtris virginalibus, ſicut intrat & exit ſolis radius per cryſtallum. In iſto etiam cœlo benedicitur Deus; vnde Dan. 3. canebant tres pueri in fornace ignis dicētes. *Benedicite aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt Domino laudate, & ſuper exaltate eum in ſecula.* Tu ergo quæ ſemper Deum benedixiſti; & per omnia ſecula benedicere intendis; quare in hoc benedictionis loco nō moraris? Conſiderare etiam debes quod aquę illæ non ſunt frigidæ, fluxibiles, humidæ, & ponderoſæ; ſed diuina potentia ſunt ita læuigatæ, & ſubtilitatæ, quod in naturam cœleſtem ſunt conuerſæ, & ideo permanent fixę, & ſolidæ perſpicuæq;, & tranſparentes ſicut alij cœli. vt dicitur in prędicto li. de proprie. re. Tu vero nunquam habuiſti frigiditatem alicuius peccati. Tu fuiſti ſine fluxu vitiorum; tu non frigida per negligentiam, vel tepiditatem, ſed feruida per charitatem ſemper extitiſti, atque ponderoſitatem iniquitatum, vel concupiſcentiarum nunquam habuiſti, de quibus inquit Pſalm. 37. *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* Sed fuiſti leuis ad volandum in altum per contemplationem. Vnde de te ſub nomine *nubis* dicitur Eſa. 19. *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem*, &c. Tu fuiſti ſolida, ſtabiliſque in omni virtute. In te quoque tranſparet omnis perfectio ſanctorū. Tuque fuiſti perſpicua per omnium bonorū morum exemplaritatem. Præterea ſicut dicitur in prææallegato lib. de proprie. re. Cœlum cryſtallinum à ſuperiori cœlo ſcilicet, empyreo recipit lumen ad luminoſitatis plenitudinem, quam in inferius cœlum effluit, & effundit. Tu vero à cœlo diuinæ Trinitatis tuam recipis claritatem, quam per orbem vniuerſum diffundis. Vnde tibi dicere poſſunt non ſolum mortales homines, ſed etiam ſancti omnes cum Pſalm. 35. *In lumine tuo videbimus lumen.* In te enim velut in cryſtallo relucet ſplendor omnis ſanctitatis. vnde Ambroſ. in li. de virginibus inquit. *Sit vobis tanquam in imagine deſcripta virginitatis, vitaque Mariæ: aqua velut è ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutum; hinc ſumatis licet exempla, vbi tanquam in exemplari magiſteria ſunt expreſſa probitatis*, &c. Et Hieronymus in epiſtola ad Chromacium, & Heliodorum de te ait. *In vigiliis inueniebatur prior; in ſapientia legis eruditior; in humilitate humilior; in carminibus Dauid præſtantior; in charitate gratioſior; in puritate purior; & in omni virtute perfectior.* hæc ille. Præterea ſi teneatur opinio quorundam Aſtrologorum quæ recitatur in prædicto lib. de proprietatibus rerum ſcilicet, quod cœlum cryſtallinum ſupra firmamentum eſt collocatum ad impetus firmamenti moderationē: vel ad caloris generati ex eius velociſſimo motu repreſſionem; vt calor ille cœleſtis ad temperantiam duceretur. ita quod ex cœli inflammatione mundus inferior diſpēdium nō patiatur. Hoc quoque tibi conuenit quæ diuinæ vindictæ impetum moderaris, & iracundiæ eius calorem temperas, ac reprimis, atq; ab inflammatione, & exterminio, interuentu tuo mundum conſeruas, & defendis. Et ideo ſicut cœlum cryſtallinum eſt medium inter cœlum empyreum, & ſtellatum; ita tu es mediatrix Dei & hominum. O igitur ſponſa illius qui mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas. Pſalm. 147. Permane aliquantulum in cœlo

iſto.

Digitized by Google

ſtro cryſtallino. O intemerata mater Chriſti ante cuius ſedem vidit beatus Iohannes tã quam mare vitreum ſimile cryſtallo, Apocaly. quarto. Cui etiam oſtendit idem filius tuus fluuium aquæ viuæ ſimile cryſtallo. Apocal. 22. Poſtquam ita placet cryſtallus filio tuo; placeat & tibi paulisper requieſcere in eo. Non enim frigidus ventus ab aquilone hic flauit; & gelauit cryſtallus ab aqua, Eccleſiaſt. quadrageſimotertio. Sed cœlum iſtud cryſtallinum fabricauit diuina ſapientia. Nec in loco iſto eſt aſpectus, quaſi cryſtalli horribilis, de quo habetur Ezechielis primo. Sed eſt pulchritudo niuei candoris. His autem dictis reſpondit beata virgo illud Eccleſiaſt. vigeſimoquarto. *Ego in altiſſimis habitaui*, ſcilicet, in mundo per omnium virtutum altitudinem. Et ideo nunc debeo eleuari ad altiſſima paradiſi palatia. Angeli vero addiderunt. *Non decet alibi collocari matrem, quam vbi eſt eius filius, qui in altior locum tenet.* Et ideo aſcende altius ô virgo glorioſa; & iam ingredere beata cœli mœnia.

Cælum empyreum quid ſit.

Intrauit ergo benedicta Dei mater cœlum empyreum. De quo dicit Rabanus, & Baſilius in hexameron. Cœlum empyreum eſt corpus purum natura ſimpliciſſimum, de corpulentia habens minimum, quia ſubtiliſſimum eſt, & primum mundi firmamentum, quantitate maximum, qualitate lucidum, figuratione ſphæricum, locali ſitu ſupremum, quia à centro remotum, amplitudine ſpirituum, & corporum viſibilium, & inuiſibilium continentium: Dei ſummum habitaculum: licet enim Deus ſit vbique, tamen ſpiritualiter dicitur eſſe in cœlo: quia ibi relucet potiſſime ſuæ virtutis operatio. Et ideo cœlum dicitur ſpecialiter *ſedes Dei*, Eſa. 66. Item dicitur *thronus Dei*, Matth. quinto. Et cap. ſi Chriſtus. de iureiurando. De quo cœlo inquit ſanctus Bonauen. in ſecunda, diſtinctione, ſexta, in quæſtionibus circa litteram; quod poteſt recte appellari *palatium*, tum propter ſpecioſitatem, tum etiam propter amœnitatem, & claritatem. Eſt enim clariſſimum, & ſplendidiſſimũ. De quo etiam ait Scotus in quarta, diſtinctione quadrageſimonona, quod eſt lumine pleniſſimum, & omni iocunditate gratioſum. Cuius pulcritudinem admirans Dauid inquit Pſal. octuageſimotertio. *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtu. concu. & deſi. anima mea in atria Domini.* Et iterum ibidem dicit Deo: *Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia.* De ipſo etiã cœlo ait S. Bonauen. 2. diſtin. 2. artic. 3. quæſtio. 2. corpore quartinis. quod eſt maximum mole; quia omnia alia corporalia continet. Et ideo Baruch. 3. dicitur. *O Iſrael quam magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius, magnus, & non habens conſummationem.* Eius autem qualitates deſcribuntur Apocalyp. vigeſimoprimo, vbi beatus Iohannes inquit. *Oſtendit mihi angelus ciuitatem ſanctam Hieruſalem habentem claritatem Dei. Et erat ſtructura eius ex lapide iaſpide. Ipſa vero ciuitas de auro mundo. Fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioſo ornata, & portæ eius erant ex Margaritis, & platea ciuitatis aurum mundum. Hæc ciuitas non eget ſole, neque luna, vt luceant in ea; quia nox non eſt illic, nam claritas Dei illuminat illam. & lucerna eius eſt agnus* hæc ibi. Quod quidem cœlum Franciſcus Petrarcha in ſuis triumphis appellat ſuauiſſimum montem omnis iocunditatis. De quo beatus Tobias loquens dicebat ſui lib. ca. 13. *Beatus ero ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei ad videndam claritatem Hieruſalem*, ſcilicet, *ſupernæ*. Et ſequitur. *Portæ Hieruſalem ex ſapphyro, & ſmaragdo, & ex lapide precioſo omnis circumitus muri eius, & per vicos eius cantabitur, Alleluia.* In hoc ergo admirabiliſſimo cœlo introducta ipſa benedicta virgine quis enarrare valeat ineffabiles ſonos diuerſorum inſtrumentorum? quis melodias? quis cantus dulciſſimos Angelorum? quis apparatum indicibilem explicare ſufficiat? quis laudes, & gratiarum actiones ei ab omnib. ſanctis redditas poteſt contemplari? Videre autem mihi videor Patriarchas inter ſe dicentes. Hęc eſt illa benedicta filia noſtra, quæ de lumbis noſtris venit; & nos de omni maledictione eripuit. Prophetas vero cantantes, & illam digito ſignantes, & dicentes. Hæc eſt illa de qua iam mira, & ſtupẽda prophetauimus. Martyres vero dicebant; Hæc eſt illa glorioſa virgo, per quam animati ſumus, & ad prælium incitati. Confeſſores quoque & anachoritæ dicebant. Iam iam veni beata, iam veni deſiderata omnibus nobis. Poſt quos procedebat maxima, & pulcherrima turba virginum in capitibus florida ſerta habentium: quæ omnes benedictæ virgini reuerentiã facientes dicebãt. Gratias tibi innumera.

Qua ratione Deus dicatur eſſe in cælo.

Apoc. 21. deſcribuntur qualitates huius cæli.

merabiles ſeſerimus ſacratiſſima virgo; quæ tuo exemplo nos de mundi fœtore & corruptione eduxiſti: & ad locum iſtum amœniſſimum peruenire feciſti. Tunc beatus Io. Baptiſta de ipſa benedicta virgine ait omnib. Angelis & ſanctis, *Dominus in cælo parauit ſedem ſuam, & regnum eius omnibus dominabitur.* Pſal. 102. Iſta enim eſt *quæ aſcẽdit ſuper cælum cæli ad orientem* Pſal. 67. Ad ipſam autem virginem conuerſus dixit. *Aperuit tibi Dominus theſaurum ſuum optimum cælum*, Deut. 28. Vnde in veritate tibi dicere poſſum illud Pſal. 88. *Tui ſunt cæli: & tua eſt terra.* Te enim fecit Deus dominam, & imperatricem vniuerſi orbis. Et ideo tu potes dicere illud. Iob. 41. *Omnia quæ ſub cælo ſunt, mea ſunt.* In hoc ergo loco permane ò benedicta virgo; locus enim eſt ſpacioſus ad manendum Gen. 24. In optimo ergo eius loco fac habitationem Gen 48. Et aſcende in locum habitationis gloriæ tuæ. Pſalm. 25. Et tunc dicere poteris cum eodem propheta Pſalm. 30. *Statuit in loco ſpacioſo pedes meos.* Tunc autem Dauid, id eſt Chriſtus, & omnes filii Iſrael Angeli, *& poſuerunt arcam Domini in locum ſuum.* 2. Regum 6. & Salomon, id eſt, Chriſtus cum populo Dei, id eſt, vniuerſa curia cœleſti, ipſam arcam collocauit in templo 3. Reg. 8. & 2. Paral. quinto. id eſt, in cœlo empyreo in loco altiſſimo. Et tunc beata virgo filium amplexata dixit. *Inueni quem diligit anima mea, tenebo illum, nec dimittam*, Can. 3. Dixit quoque. *Hæc requies mea in ſæculum ſæculi; hic habitabo, quoniam elegi eam.* Pſalm 131.

PARS TERTIA huius ſermonis; in qua ſimiliter contemplatur auctor qua ratione B. V. debuerit introduci in omnibus cœlis.

BEatam virginem ſuper omnes cœlos debere aſcendere prophetatum fuit Eſa. 2. vbi dicitur. *Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium; & eleuabitur ſuper cælos.* Noſtra autem translatio dicit, *ſuper colles*, id eſt, ſuper omnes beatorum ordines. In omnibus ergo cœlis debuit introduci benedicta mater Dei propter ſingularia priuilegia quæ ipſa habuit. Vnde dicit quidam deuotus Theologus, quod ipſa introducta fuit in duodecim cœlis materialibus. Quorum primum dicitur *aereum*, quod quidem aſcendit per virtutem humilitatis ſingulariter in ea renitentis plus quam in cæteris creaturis. Quia ſicut cœlum eſt inferius cæteris; ita cor ipſius virginis humilius omnibus ſenſit; dum dixit Angelo. *Ecce ancilla Domini* Lucæ 1. Vnde dicit Ber. ſuper Miſſus eſt. quod *cor virginis glorioſa in hoc verbo penetrauit centrum terræ per humilitatem; & ideo meruit exaltari.* Et hanc cauſam exaltationis ſuæ aſſignauit ipſa beata virgo Elizabeth dicens in ſuo cantico Luc. 1. *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, &c.* Secundo aſcendit cœlum *æthereum*: ſiue olympium: Licet autem philoſophus faciat differentiam inter iſtos cœlos: vt refertur in lib. de propri. rer. tamen pro nunc poſſumus pro eodem accipere. Æther autem græce dicitur, ſplendor latine ſecundum Iſid. in lib. etymolog. Et dicitur æther, ſuprema regio aeris, in qua eſt perpetuus ſplendor, & nunquam eſt obſcuritas; quia vmbra terræ non poteſt illuc peruenire. vt dicitur in prædicto lib. de proprie. re. Et figurat beatam virginem quæ ſemper fuit ſplendida, & ad quam nunquam peruenit vmbra peccati. Vnde de ipſa ſemper dici potuit illud Eſa. 18. *Sicut lux meridiana clara eſt.* Olympus autem vt dicitur in præallegato lib. de proprie. rer. eſt mons Macedoniæ excelſus nimis, id eſt, valde: ita vt ſub illo nubes eſſe dicantur. Vnde ait Virgilius. *Nubes exceſſit olympus.* Et ideo appellatur *cælum.* Tantæ enim eſt altitudinis quod omnes excedit aeris turbines, & paſſiones. Vnde philoſophi ibi aſcendentes vt curſus, & ſitus ſtellarum inſpicerent; vt ibi poſſent viuere, portabant ſecum ſpongias aquæ plenas, vt per attractionem aquæ aerem redderent ſpiſſiorem, & groſſiorem. Eſt enim ibi aer ſummæ puritatis: vt dicit magiſter hiſtoriarum. *Et figurat beatiſſimam virginem, quæ ſuper omnes mundi turbines ſemper illæſa permanſit.* Et vt ait Anſelmus, *tanta puritate renituit, quæ ſub Deo nequit maior intelligi:* iſtud autem cœlum æthereum, ſiue olympium intrauit virtute fidelitatis. Sicut enim hoc cœlum omnes tenebras expellit, ſic ipſa ſingularius cæteris creaturis per ſuam excellẽtem fidem omnem hæreſim extinxit. Vnde illi canit Eccleſia. *Gaude Maria.*

Æther quid ſit.

Digitized by Google

Maria virgo cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo. Nam cum in paſſione Domini obſcuritas infidelitatis intraſſet corda omnium Diſcipulorum, & Apoſtolorum, & fidem eorũ extinxiſſet, lumen & claritas fidei in ipſa virgine ſola remãſit. Et propter ea omnes candelæ accenſæ in die paraſceues in matutinis extinguuntur præter vnam.

In tertio cœlo lunæ benedicta virgo meruit exaltari per gratiam ſanctificationis. Quia ſicut cœlum lunæ propter frigidam influentiam contemperat caliditatem inordinatam ignis, & ſolis in hæc inferiora; ita gratia ſanctificationis ſuæ nedum fomitem, & ignem concupiſcentiæ temperauit, ſed etiam penitus extinxit. Vnde ſuper illa verba Luc. 1. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te; & virtus altiſsimi obumbrabit tibi:* ait Aug in lib. de concordia Euan. quod illud *obumbrare fuit fomitem extirpare.* Quartum cœlum Mercurii introiuit per virtutem patientiæ; quia ſicut ſup. diximus in parte præcedenti. Sicut Mercurius dicitur dominari aquis; ita ipſa per tolerantiam ſuper omnes aquas tribulationum illæſa permanens eis dominata fuit. Habuit enim virtutem patientiæ in aduerſis ſuper omnes alios viatores. Quod patuit in martyrio animæ ab ipſa tolerato tempore paſſionis Chriſti: eius enim animam pertranſiuit gladius doloris Luc. 2. Cum ergo martyrium animæ, & ſpiritus ſit nobilius martyrio carnis, ſequitur ipſam benedictam virginem ſuper omnes meruiſſe exaltari ſupra hoc cœlum per patientiæ virtutem. In quinto cœlo veneris exaltata eſt per virtutem pietatis, quia ſicut hoc cœlum eſt cauſatiuum amicitiæ propter ſuam benignam influentiam; ita ipſa virgo glorioſa poſt Chriſtum maiores cauſauit amicitias: quam omnes mundi homines, qui vnquam fuerunt, vel erunt; quia pacificauit Deum, & homines, & amicitiam etiam contraxit, fecit inter hominem, & Angelum, adeo quod in cœlo ſunt coniuncti ſimul; non ſolum per amorem, ſed etiam per habitationem. *Amicitia autem eſt vnius ad alterum coniunctio,* vt no. in l. ſi fuerit. ff. de redu. Sextum cœlum ſolis aſcendere promeruit propter ſuam mirabilem ſapientiam. Sicut enim per ipſius ſolis illuminationem, omnia viſibilia videntur, ita benedicta virgo ſua illuminata ſapientia omnia intelligibilia intellexit, & luce clarius cognouit. Vnde in eius perſona exponi poſſunt illa verba quæ prædixit Dauid Pſal. 138. *Et anima mea cognoſcet nimis.* Et nos illi dicere poſſumus illud quod in eodem Pſal. dicitur ſcilicet. *Tu cognouiſti omnia nouiſsima, & antiqua.* In ſeptimo cœlo Martis per virtutẽ fortitudinis meruit exaltari. Quia ſicut hoc cœlum, vt prædiximus in parte præcedẽti ad actum fortitudinis eſt inductiuum. Sic ipſa benedicta virgo nos ad fortitudinem inducit, dicens nobis illud quod canit Eccleſia in feſto Apoſtolorum. *Eſtote fortes in bello; & pugnate cum antiquo ſerpente, &c.* De eius autem fortitudine dicit Salomon Prouer. vl. *Mulierem fortem quis inueniet?* quaſi dicat; nullam ſimilem ei inuenire poterimus. Super octauo cœlo Iouis exaltari promeruit propter virtutem temperantiæ. Quia ſicut Iupiter eſt in qualitate temperatiſſimus; ita Domini mater fuit modeſtiſſima, & temperatiſſima in ſuis ſenſibus. Seruauit namq; modeſtiã non ſolum in interioribus ſenſibus, ſed etiam in exterioribus. iuxta illud Phil. 4. *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.* Nonum cœlum Saturni aſcendit per virtutem paupertatis: Quia ſicut Saturnus dicitur maleuolus omnibus iſtis inferioribus, ſic ipſa per virtutem paupertatis hæc omnia inferiora contempſit. Vnde de mundo ipſa dicere potuit illud Iudith. 9. *Contemnam illum, & virtutem eius.* Decimum cœlum ſtellarum aſcendit per virtutem ſuæ miſericordiæ. Sicut enim hoc cœlum habet influentiam generalem ad hæc inferiora: ſic ipſa poſt Deum generaliter influit tam iuſtis quam peccatoribus ſalutis remedia. Vnde Pſal. 32. inquit. *Miſericordia Domini plena eſt terra.* Quæ quidem terra eſt illa, de qua idem Propheta dixit Deo, Pſalm. 84. *Benedixiſti Domine terram tuam.* Vndecimum cœlum ſcilicet cryſtallinum virgo benedicta introiuit per virtutem perſeuerantiæ. Sicut enim prædictum cœlum licet ſit de aquis formatum, quæ de ſui natura ſunt fluxibiles: tamen vt in præcedenti parte diximus, non fluit, ſed ſolidum permanet. Ita benedicta virgo, licet procreata ſit de Iudæis, qui erant influxibiles per peccatum: tamen ipſa nunquam fluxit, ſed continue in Dei gratia ſtabilis, & firma perſeuerauit: & in omnib. virtutibus ſolida permanſit. Vnde de ea dici poteſt illud Eccleſ. 50. *Quaſi vas auri ſolidum*

Digitized by Google

ornatum omni lapide precioſo. Duodecimum cœlum, ſcilicet, empyreum aſcendit virtute ſuæ glorificationis. Sicut enim hoc cœlum eſt magis glorioſum omnibus aliis cœlis; iuxta illud Pſalm. 86. *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.* Ita beatiſſima Dei mater glorioſior eſt omnibus ſanctis: & ideo debuit in loco glorioſiori exaltari; & ibi ſuper omnes beatos collocari. De qua glorificatione prædixit Deus Eſai. 60. dicens. *Domum maieſtatis meæ glorificabo.*

PARS QVARTA

huius ſermonis; in qua contemplatur autor B. V. aſcenſionem per omnes choros Beatorum, & ordines Angelorum.

AScendens B. Virgo ad præparatum ſibi à filio habitaculum, viſitauit manſiones omnium beatorum; vt quidam deuotus Prædicator contemplatur: de quibus inquit Saluator Ioan. 14. *In domo patris mei manſiones multæ ſunt.* Et primo viſitauit decimum chorum, in quo, vt inquit S. Bonauent. in 2. ſen. di. 9. ſunt pueri poſt baptiſmum ſtatim decedentes, & alij qui non fuerunt tanti meriti, vt mererentur peruenire ad ordines Angelorum: ſed ſolummodo ſaluati ſunt merito paſſionis Chriſti. Iſti autem beati rogauerunt beatiſſimam virginem, vt in eorum ſocietate moraretur. Cui ipſa reſpondit Quaſi balſamum nō mixtum odor meus, Eccleſiaſt. 24. ideſt, ego fui impermixta, & intacta ab omni fœtore peccati. Vos autē omnes corrupti fuiſtis peccato ſaltem originali. Et ideo vobiſcum non remaneo; ſed tamē vos continue gloriæ meę fulgoribus illuſtrabo. Viſitauit quoque virginum ordinem, quæ omnes genibus flexis obſecrarunt eam, vt in earum ſocietate remaneret dicentes. Tu fuiſti magiſtra noſtra, domina noſtra, & mater, ac abbatiſſa noſtra: ordinemque noſtrum inſtituiſti, ordinaſti, tenuiſti, & conſecraſti. Decet autem magiſtram morari cum diſcipulis: dominā cum ancillis, abbatiſſam cū ſubditis: ac matrem cū filiabus ſuis, & eo maxime, quia tu in te habuiſti tres excellentias ſcilicet, puritatem in mente, virginitatem in carne, & claritatem in conuerſatione: de quibus dicitur Sap. 4. *O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate.* Nos autem quantum nobis poſſibile fuit, tibi ſimiles fuimus. Cū ergo ſimilitudo ſit cauſa dilectionis, cōiunctionis, & aſſociationis. Eccle. 13. & 8. eth. Ideo in noſtro debes conſortio permanere? Reſpondit autem benedicta virgo. Omnes vos aliquo modo perdidiſtis puritatem veſtram ſaltem per peccatum veniale. Quia de vobis illud Prouerb. 24. verificatum eſt, ſcilicet, *ſepties in die cadit iuſtus, & reſurget,* & illud 3. Reg. 8. *Non eſt homo qui nō peccet.* *Ego autem quaſi Libanus non inciſus euaporaui habitationem meam,* Eccleſiaſtici 24. Puritas enim mea nullo vnquam vel minimo peccato, fuit inciſa, vel deprauata. Quapropter vobiſcum remanere non debeo. Sed tamen faciam vos à filio meo coronari: cui canit Eccleſia. *Ieſu corona Virginum.* Item, *decorabo vos ſequela filij mei:* cui iterum canitur. *Qui paſcis inter lilia ſeptus choreis Virginum.* Et rurſum. *Quocunque pergis Virgines ſequuntur, atq; laudibus poſt te canentes curſitant: hymnoſque dulces perſonant.* Viſitauit inſuper confeſſores & anachoritas. Qui dixerunt ei. *Vtinam tibi placeret o domina glorioſa habitare cum ſeruis tuis qua Deum corde, ore & opere, confeſſa fuiſti, ſicut & nos ad tui imitationem confeſſi fuimus.* ſeruantes conſilium Archangeli Raphaelis dicentis Tob. 12. *Confitemini ei,* ſcilicet Deo; *quia fecit vobiſcum miſericordiam. Opera enim Dei, reuelare, & confiteri honorificum eſt.* Reſpondit beata virgo. *Confitebor Domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum,* Pſalm. 108. Veruntamen vobiſcum non permanebo; quia, *ſicut cedrus exaltata ſum in Libano,* Eccleſiaſt. 24. ideſt, ſicut cedrus Libani eſt alta ſuper omnes arbores; ita ego exaltari debeo ſuper omnes confeſſores: vbi perpetuā de vobis memoriam ego & filius meus coram patre æterno faciemus, ipſe enim ait Matt. 10. *Omnis qui confitebitur me coram hominibus; confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt.* Poſtea vero viſitauit Martyres qui ipſam ſimiliter inuitauerunt ad ſecum permanendum dicentes. Tu in mundo diuerſis afflictionib. vexata fuiſti vnde Thrē. 2. tibi dicitur. *Magna eſt velut mare contritio tua.* In hoc autem dolore inexplicabili decorata fuiſti conſtantia inæſtimabili. Nos vero tui exemplo

plo multas patienter tolerauimus paſſiones. Vnde de nobis canit Eccleſia. *Omnes ſancti quanta paſſi ſunt tormenta*, &c. Et ideo ſicut tibi fuimus ſocij paſſionum, debemus etiam eſſe conſolationum. cap. 1. de ſepul. Reſpondit autem beata virgo. Vos fuiſtis martyres: ego autem plus quam martyr per paſſionem filij mei. In qua meam ipſius animam pertranſiuit gladius: vt mihi prædixit ſanctus Simeon Lucæ. 2. Quando enim latus filij mei lancea perforauit, anima eius in ſuo corpore non erat, anima vero mea in meo corpore erat, quã ipſa lãcea perforabat. Diſſecabaturq; caro mea videns carnem vnigeniti mei laniari. Diſſecabaturque autem anima mea videns animam eius tam grauiter contriſtari. Diſſecabatur quoque ſpiritus meus videns diuinitatem ipſius tam ignominioſe tractari. Quia ergo anima eſt dignior corpore. cap. cum infirmitas. de pœni. & re. Et cap. ſedulo. 38. di. Ideo martyrium animæ, quod eſt dignius martyrio corporis, meretur altius exaltari. Et propter hoc ego quaſi palma exaltata ſum in cades, Eccleſiaſt. vigeſimoquarto. Per palmam autem victoria intelligitur. Cades vero interpretatur ſancta: per Eam vos eſtis ſignificati, qui eſtis ſancti, id eſt, ſanguine tincti. Licet autem in veſtro choro non morabor: vos tamen mirum in modum conſolabor. Nã ſicut meus filius eſt rex veſter: ſicut canit Eccleſia. *Rex glorioſe martyrum.* Ita ego ero veſtra regina.

Viſitauit quoque manſiones Apoſtolorũ, in quib. licet Apoſtoli tunc non eſſent: tamen ſi ibi fuiſſent, inuitata eſſet, vel ſi forte tunc aliquis eorum ibi erat, potuit eam ſuo nomine & aliorum omnium ſic ad ibi manendum exhortari. De nobis ô Virgo intemerata dicitur, quod ſumus *ſal terræ, lux mundi, lucerna ardens, & ciuitas ſupra montem poſita.* Tu autem tanquam optimum ſal terræ quam plurimos à peccati putredine præſeruaſti, & inſipidum mundum condiuiſti, ac tanquam fulgentiſſima lux mundi ad Dei cognitionem illuminaſti, & mundum tenebroſum illuſtraſti, ac tanquam lucerna ardentiſſima ad Dei amorem multos inflammaſti, & mundum frigidũ charitatis igne accendiſti. Et tanquam ciuitas ſupra montem poſita viſcera, & ſinum miſericordiæ tuæ omnibus aperuiſti. Cum ſis ergo Apoſtolorum magiſtra, & gubernatrix: debes in eorum collegio demorari. Reſpondit B.V. Non relinquam vos orphanos, ſed cõtinue videbo vos: & gaudebit cor veſtrum. Ego n. ſum tanquã plantatio roſę in Hiericho, Eccleſ. 24. Hiericho namq; interpretatur Luna, & ſignificat Eccleſiam, i. Apoſtolorum congregationem, qui ipſam Eccleſiam plantauerunt. Quilibet autem veſtrum ô Apoſtoli fuit vna roſa per aliquã ſpecialem gratiã, qua redoluit. Ego vero fui tanquã plantatio roſæ: quia in me fuerunt vniuerſaliter omnes gratiæ, quæ in vobis fuerunt ſingulares. Vos ergo eſtis roſæ corã Deo redolentes; ego vero ſum plantatio roſæ, quæ inter vos non loci ſituatione & mãſione, ſed per gratias, quas habetis, familiariter maneo. Nam maneo cum Petro per diuinitatis, & humanitatis filij mei cognitionem. Quia ipſe dixit ei, vt habetur Matt. 16. *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Cũ Paulo per altam contemplationem: qui ait ad Ephe. 3. *Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt.* Cũ Andrea per præcordialem ad crucẽ deuotionem, qui cum deberet & ipſe in cruce poni, ſalutauit deuote ipſam crucem dicens. *Salue crux precioſa, quæ in corpore Chriſti dedicata es & ex membris eius tanquam margaritis ornata. Suſcipe diſcipulum eius, qui pependit in te magiſter meus Chriſtus.* Cum Iacobo autẽ ſum per vitiorum euitationem. Cum Iohanne per virginitatis conſeruationem, *Virgo. n. electus à Domino, Virgo in æuum permanſit*, vt canit Eccleſia. Cũ Thoma per fortium operũ aggreſſionem. Ipſe. n dixit Apoſtolis Iohan. 11. *Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Cum Iacobo Alphei ſum per ſingularẽ in vtero ſanctificationem. Cũ Philippo per ſpecialem cũ filio meo familiaritatẽ, ſicut patet Iohan. 6. & 12. c. Cum Bartholomæo per feruentem orationẽ, vnde, vt in eius Legẽda habetur, clamabant dæmones, dicentes: Bartholomæe incendũt nos orationes tuæ, Cum Matt per terrenorum deſpectionẽ, Cum Simone per mandatorũ Dei promptam executionẽ. Et cum Thadæo per munditiam, & puritatem: nam in hiſtoria Eccleſiaſtica vocatur *corculus*, i. cordis cultor. Viſitauit poſtmodum chorum Prophetarum: qui eam rogauerũt, vt ſecum manere dignaretur, dixeruntque. *Tu habuiſti ſpiritum propheticum, ſicut & nos; quare ergo non erit etiam communis habitatio?* *Pares* enim *cum paribus*, veteri prouerbio, *facile cõgregantur*. vt in quit

Nota hic ſingulares cuiuſq; Apoſtoli virtutes.

Digitized by Google

inquit Terentius.Reſpondit beata Virgo. Aliqui ex vobis prophetauerunt de præteritis, alij vero de præſentibus occultis, vel longinquis:alii autem,& communiter omnes de futuris.Ego autē prophetaui de præteritis. præſentibus,& futuris. *Et ſic in Sion firmata ſum & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui, & in Hieruſalem poteſtas mea*,Eccl.24. Sion;quippe ſpeculatio interpretatur, & ſignificat viſionē propheticam, in qua ego ſuper omnes eleuata ſum. Vnde etiam dicere poſſum illud,quod in eodem c.habetur,ſcilicet, *& quaſi cypreſſus in monte Sion*. Per cypreſſum namq;cuius folia vt dicit Platearius,ſunt medicinalia:ſignificatur ſpiritus prophetiæ.Verba enim Prophetarum fuerunt animabus valde ſalutifera, & medicinalia. Quia igitur requieuit in me ſpiritus multiplex Prophetarum: multiplici debeo ſuper omnes Prophetas gloria ſublimari. De me enim verificatum eſt illud 2.Pet.1. *Habetis firmiorem propheticum ſermonem*. Et illud Eccleſ.46. *Exaltauit vocem illius in prophetia. Non tamen vos deſolatos relinquam*. Filius enim meus vult reddere mercēdem ſeruis ſuis prophetis Apocalyp.11. Vnde nunc totaliter complebitur deſiderium veſtrum; de quo ſcriptum eſt Matth.13. & Luc.10. *Multi prophetæ voluerunt videre*,ſcilicet, Dominum Ieſum in carne, *& non viderunt*. Nam non ſolum eum nunc videtis regem veſtrum glorioſum:ſed etiam me reginam veſtram in æternum videre poteritis ſuper omnia ſydera incomparabiliter retinentem. Viſitauit poſtremo chorum Patriarcharum, qui ei dixerunt. Tu es filia noſtra: tu es os, & caro noſtra;tu fuiſti baculus, & virga ſenectutis noſtræ. Ergo tanquam filia debes patres tuos tua præſentia honorare:tāquam caro noſtra debes tua præſentia nos fouere: tanquam virga noſtra debes tua præſentia nobis conſolationem impēdere. Dauid autem qui appellatur Patriarcha actuum 2.ſubiunxit dicens. Fac vt adimpleatur Prophetia,quam ego progenitor tuus poſui pſal.22.dicens. *Virga tua, & baculus tuus iſta me conſolata ſunt*. Reſpondit autem beata Virgo. *Ego quaſi oliua ſpecioſa in campis*,Eccle.24. Solus, n. Deus dicitur eſſe ipſa oliua,per quam figuratur miſericordia: quia ipſe Deus eſt ipſa miſericordia. Vos vero habuiſtis oleū miſericordiæ,cuius operibus dediti fuiſtis. Ego autem fui ſicut oliua:quia miſereri eſt mihi quaſi conuerſum in naturam. Sum ēt quaſi oliua ſpecioſa, & formoſa atque pulcherrima in ramis,foliis, & fructu, quia miſericordiam habui in corde exhibendo maternæ compaſſionis affectum: & in ore pro ſalute mundi apud Deum aduocando, & intercedendo, ac in opere conferendo miſerationis auxilium vniuerſaliter omnibus & vbique,& in omni neceſſitate atque omnibus temporibus: Item vos ſaluandorum numerum carnaliter auxiſtis ex filiorum veſtrorum propagatione. *Ego autem quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris*,Eccleſ.24. Illum enim fructum protuli ſine quo nullus poteſt ſaluari; & qui orbem vniuerſum ſalutari odore repleuit.Vnde dicere poſſum illud, quod in præallegato capitulo continetur, ſcilicet. *Ego quaſi terebinthus expandi ramos meos*. Veſtræ enim generationes, & veſtræ nuptię repleuērunt terram. Mea autē virginitas repleuit paradiſum. c. nuptię. 32.q.1.Et ideo debeo in altiori loco ſublimari, & maioris,ac dignioris fructus mercedem excellentiorem & copioſiorem reportare. Non enim de me dictum fuit. Tob.6. In copulatione ſanctorum patriarcharum admitteris. Sed in perſona mea prænunciauit ſapiens Eccleſiaſt.24. dicens. In habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui.Non tamen vos deſero patres,neque derelinquo, licet maiora mihi conferantur in cœleſti regno prœmia. Ego enim omnibus ſine inuidia communico, Sap.7.Vnde de vobis dicitur 1.ad Corinth.10. *Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt*. Et illud Matth.17.etiam de vobis dici poteſt. *Ecce nubes lucida obumbrauit eos*. Ego namque ſicut *nubes roris in die meſſis* Eſa.17. communicabo vobis conſolationes meas,& obumbrabo vos radiis gloriæ meæ. Ita quod verificabitur de vobis illud Exo.13. *Non defuit eis columna nubis per diem* qui erit perpetuus. Et illud Exod.24. *Operuit nubes montem*. Et illud eiuſdem lib.40.& Nume.16. *Operuit nubes tabernaculum*, id eſt chorum patriarcharum. Et illud Ex.16 *Gloria Domini apparuit in nube*. Nūc ergo aſcendēte me ſupra vos verificabitur illud Num.10. *Eleuata eſt nubes de tabernaculo*. Poſſumus quoque deuote meditari, ꝙ ipſa beniġniſſima virgo viſitauit omnes beatorum ſpirituum ordines,eoſq;tranſcendit,licet ab eis, vt ibi moraretur, inuitata fuerit. De quibus angelicis ordinibus inquit Rabanus in lib.de myſterio

Digitized by Google

myſterio crucis. *Nouem ſunt ordines Angelorum*, vt ſcripturæ ſanctæ nobis commendat auctoritas. Hoc eſt, *Angeli, Archangeli, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Dominationes, Throni, Cherubim, & Seraphim.*

Cum ergo primum ordinem Angelorum, ingreſſa fuiſſet, dixerunt ei. *Tu noſti ô virgo benedicta, quod officium angelicum eſt cuſtodire hominem*, iuxta illud pſal. 90. *Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.* Sicut enim Tyroni eunti ad bellum de bono prouidetur magiſtro, qui ſciat omnia ad bellum neceſſaria illi oſtendere, videlicet qua ex parte hoſtem aggredi debeat: ictuſque cauere. Sic miſericors Deus humanam fragilitatem cognoſcens eſſe inexpertam, & ineptam ad bellandum & reſiſtendum fraudulento hoſti infernali, ne in aliquo ab ipſo ſatana decipiatur, & per fraudulentiam vincatur, dedit vnicuique homini vnũ ex nobis Angelis ſuis fidelibus tanquam magiſtrum expertum, ſcientem omnia neceſſaria pro humana ſalute, ſicut dicunt Theologi in 2. diſtin. 11. Item, ſicut ambulanti per viã non tutam, ſed periculis plenam dantur cuſtodes, & ductores, ita cuilibet homini, quãdiu eſt viator, deputatur vnus ex nobis, ne fallatur ab illis malignis, ac ſuperbis ſpiritibus: de quibus inquit pſalm. 141. *In via hac qua ambulabã, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.* Vnde & Ariſtotel. in libro de ſecretis ſecretorum ad Alexandrum ait. *Neſcis, quod*, teſte Hermogene, egregio doctore, *duo ſunt Spiritus, qui te cuſtodiunt: quorum vnus ſtat ad dexteram, & alius ad ſiniſtram cuſtodientes, & ſcientes opera tua: & referentes factori tuo quicquid feceris, hoc ſolum in veritate debet ô Alexãder te retrahere ab omni inhoneſto opere.* hæc ille. Per quos angelos intelligit vnum ex nobis qui ſtat ad dexteram, & alium Angelum ſatanæ qui ſtat ad ſiniſtrã, vel quia erat prælatus, duos habebat bonos Angelos cuſtodes ſecundum quoſdam.

Nos ergo Angeli Dei cuſtodimus hominem multipliciter, ſcilicet remouendo ab eo peccatum præteritum: increpando eum, vt ab eo recedat. Vnde habetur Iudic. 2. *cum Angelus increpaſſet filios Iſrael, ipſi eleuauerũt vocem cum fletu.* Item, eripiendo a peccato præſenti, vt patet in eductione Loth, & vxoris eius de Sodomis. ideſt de peccati conſuetudine, Geneſ. 19. Item, in impediendo peccatum futurum, vt patet Numeri 22. de Balaam qui ad maledicẽdum populo Iſrael pergens, ab Angelo impeditus eſt. Vnde Bernardus inquit. *Quotiens grauiſſima cernitur ſurgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere, inuoca Angelum cuſtodem tuum, directorem tuum, adiutorem tuum in omnibus opportunitatibus tuis, in tribulatione enim non dormitat, ſed quandoque ad tempus diſſimulat.* Nos quoque ô bona domina protegimus hominem, & in bono gratiæ ſtudemus illum conſeruare multipliciter, ſcilicet omne impedimentum ad bonum remouendo. Vnde Exod. duodecimo. Angelus percuſſit primogenita Aegypti: vt propter hoc Pharao dimitteret populum Dei ſacrificare in deſerto, & non ſuffocaret eum ſicut prius faciebat. Item à pigritia excitando. Vnde Zacharias inquit ſui libri capitulo quartò, Angelus Domini excitauit me quaſi hominem, qui excitatur à ſomno. Item, in viam pœnitentiæ ducendo, & reducendo. Vnde vt patet Tobiæ quinto. *Angelus Domini Tobiam duxit in itinere ſuo, & etiam reduxit incolumem.* Nos etiam iuſtificationem hominis procuramus multipliciter. Primo mouendo ad contritionem, quod in figuram patet Tob. vndecimo; vbi ad documentum Angeli de felle per quod intelligitur contritio, liniti ſunt oculi, ſcilicet cordis Tobiæ cæci. Secundo, purgando labia ad confeſſionem. Vnde Eſaiæ 6. Labia Eſaiæ purgantur calculo ignito. Tertio gaudendo ad ſatisfactionem, iuxta illud Lucæ 15. *Gaudium eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* Nos etiam defendimus hominem multipliciter. Primo, poteſtatẽ dæmonis refrænando. Vnde Tob. 8. *Angelus religauit dæmonem in deſerto ſuperiori.* Apocalyp. 20. *Angelus ligauit dæmonem, & miſit eum in abyſſum.* Secundo cõcupiſcentiam ipſius hominis debilitando. Vnde Ge. 32. *Angelus tetigit neruum femoris Iacob, & emarcuit.* Tertio, memoriã paſſionis Chriſti humanis mentibus imprimẽdo Vnde Angelo dictum fuit Ezechiel. 9. *Signa thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium.* Defendimus inſuper hominem ab inimicis. Vnde Apoc. 7. dixit Angelus, *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus.* Terra enim ſunt pueri, nouiter de terra nati Mare ſunt adole-

ſcentes, & iuuenes velut mare feruidi, & inſtabiles per concupiſcentias. Arbores ſunt ſenes in vita prolongati. De quibus omnibus inquit pſal. 33. *Immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos.* Nos quoque conſolamur hominem. primo verbis. Vnde Zacharias inquit ſui li. c. 1. *Angelus loquebatur in me verba cōſolatoria & bona.* Secundo corroborando, & fortificando. Vnde Tob. 5. inquit Angelus; *forti animo eſto, &c.* Et Daniel. 10. dixit Angelus Danieli, qui corruerat in terram, *noli timere, pax tibi, confortare & eſto robuſtus.* Tertio ſpem dando: Vnde ſuo Angelo poteſt quilibet homo dicere illud Hiere. 27. *ſpes mea tu in die afflictionis.* Quarto, refrigerādo Vnde Da. 3 dicitur quod *Angelus Domini deſcendit cum tribus pueris in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventū roris flantem: & non tetigit eos omnino ignis, neque contriſtauit: nec quicquam moleſtiæ intulit eis.* Nos etiam ô glorioſa domina adſumus homini ad præſentandum eius vota in conſpectu altiſſimi. Vnde Bern. inquit ſuper Cant. *Diſcurrit Angelus medius inter dilectum & dilectā vota offerens, & referens dona, &c.* Item, præſentamus orationes hominis coram Deo. Vnde Tob. 12. dixit Angelus. *Quando orabas cum lachrymis ego obtuli orationem tuam Domino.* Allegamus inſuper coram Deo pro ipſo homine. Vnde Iob. 33. dicitur, *Si fuerit pro eo Angelus loquens, miſerebitur eius.* Et Zachar. 1. reſpondit Angelus Domino di. *Domine exercituum vſquequo tu non miſereberis Hieruſalē & vrbium Iuda, quibus iratus es?* Item annūciamus ei ſententiā, & voluntatem Dei Vnde Dan. 9. dixit Angelus Danieli. *Ego veni vt nunciarem tibi, quia vir deſideriorum tu es.* Reuelamus quoque homini ſaluationem animæ ſuæ. Vnde Angelus dixit Eſa 55. *in lætitia egrediemini: & in pace deducemini, &c.* Item à periculis hominē præſeruamus. Vnde Iudith. 13. dixit ipſa Iudith. *Viuit Dominus, quia cuſtodiuit me Angelus eius: & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde reuertentem.* Et Gen. 32. Cum Iacob valde timeret Eſau, Angelos ſibi obuios habuit ipſum adiuuare paratos, vnde ait; *Caſtra Dei ſunt hæc.* Item nos præparamus homini viam, quæ ducit ad vitā. Vnde Malach. 3. inquit Deus. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem tuam.* Ipſum quoque hominem per viam præparatā in cœlum deducimus. Vnde Exod. 23. dixit Deus. *Ecce ego mittam Angelum meū, qui cuſtodiat te in via: & inducat in terram, quam promiſi patribus tuis.* Et Luc. 16. dicitur. *Factum eſt vt moreretur Lazarus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ* Quæ omnia cum tu ô benedicta Virgo exhibeas homini, debes in hoc angelico collegio remanere, quæ noſtro fungeris officio. Reſpondit beata Virgo. Officium veſtrum eſt regulariter circa ſingulares perſonas. Nā vnus Angelus vnum hominem cuſtodit, & alium Angelum cuſtodientē habet vir, & alium mulier. Vnde ſuper illud Matt. 18. *Angeli eorum ſemper vident faciem patris.* dicit gloſ. Hier. *Magna eſt dignitas animarū, vt habeat vnaquæque ab exordio ſuæ creationis Angelum ad ſui cuſtodiam deputatū.* Ego vero nō tantū vnū virum, vel mulierem, ſed omnes mūdi homines cuſtodio, protego, & conſeruo. Vnde Bern. inquit. *Maria omnibus ſinum miſericordiæ ſuæ aperit, vt de plenitudine eius capiant vniuerſi, &c.* Qua propter ſum figurata per gallinā, quæ pullos ſuos cuſtodit ſub alis ſuis, vt dicitur Matt. 23. Quia ergo officiū veſtrū ſupergredior; ideo ſupra vos debeo eleuari. Tunc autē omnes Angeli decantauerunt ei illud pſ. 44. *Specie tua & pulchritudine tua intēde, proſpere procede, & regna.* Aſcendit ergo ad ſecundū ordinem ſpirituū beatorum, qui ſimiliter eā inuitauerūt dicētes. Noſtrum officiū eſt cuſtodire multitudinem gentiū, & ciuitatem, vel prouinciā. Vnde Eſa. 62. dixit Dominus. *Super muros tuos Hieruſalē conſtitui cuſtodes.* vbi glo. inquit, ideſt, Archangelos. Reſpondit beata Virgo. Ego nō tantum vnā ciuitatem, ſeu gentē, vel prouinciā cuſtodio: ſed vniuerſum orbem, & omnes prouincias, ciuitates, & gentes. Vnde Bern. inquit de me. *Ipſa præclara ſtella ſuis radiis totum illuminat mundum, &c.* Et ideo ſuper Archangelos debeo ſublimari. Tunc illi decantauerunt ei. *Felix namque eſt ſacra Virgo Maria, & omni laude digniſſima: & ideo ſuper nos aſcēde: quia maiori gloria digna es.* Cum igitur aſcendiſſet ad ordinē principatuum, ab eis quoq; inuitata fuit, vt ibi moraretur, quia ſicut ipſa facit, officium eorū eſt cuſtodire principes, & præeſſe regnis. vnde appellantur principatus, eo quod principibus præſint, vel quia eos cuſtodiant. Reſpondit autem beata Virgo; Ego non

Hominem conſolando

Eius orationes Deo offerendo, & alia multa præſtando.

Officium Archangelorum.

Officium principatuum.

Digitized by Google

non ſolum principibus terrenis præfui, ſed etiam principi cœleſti, & de eo curam, & cuſtodiã habui, quæ vt dicitur Apoc. 9. *Eſt rex regum, & Dominus dominantiũ.* Item, *in omni populo, & in omni gente primatũ tenui,* Eccl. 24. Et ideo officium veſtrum exceſſi, & altius mereor eleuari. Tunc principatus ei cecinerũt. Speciosa facta es, & ſuauis in delitiis tuis ſancta Dei genitrix. Et ideo aſcende ſuperius, quia noſtram excedis pulchritudinẽ. Peruenit ergo ad ordinem poteſtatum à quibus etiam inuitata fuit, vt cum eis permaneret, quia officium eorum eſt arcere poteſtiã dæmonũ.

Officium poteſtatũ.

Vnde Iſido. in li. Etym. ait. *Poteſtates ſunt quæ aduerſis poteſtatibus principantur, & ſua poteſtate refrenãt nequitiam ſpirituum malignorũ, ne plusquam permittuntur à Deo, exercere audeant nequitiam ſuam, vel humanis ſenſibus inhærere.* Ipſa autem Cant. 6. appellatur terribilis, vt caſtrorũ acies ordinata. Reſpõdit beata virgo. Ego non ſolum dæmonibus in aere habitantibus vel in terra dominor, ſed etiam contra omnes infernales dęmones imperium poteſtatis meæ exerceo. Vnde dicere poſſum illud Ecc. 24. *Omniũ ſublimium, & excelſorum colla propria virtute calcaui, & profundum inferni penetraui.* Et homines à me à dæmonibus liberati, dicere mihi poſſunt illud Iudith. 13. *Benedictus Deus qui per te ad nihilũ redegit inimicos noſtros.* Tunc poteſtates dixerunt ei. Scriptum eſt. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* ad Ro. 13. 11. q. 2. c. magnũ, & 23. q. 5. c. prodeſt. & q. 8. in pr. & de cenſi. c. omnis anima. Et ideo tibi ſubiecti erimꝰ. Quapropter aſcende ſuper noſtram regionẽ: quia maiorem nobis habes poteſtatẽ. Aſcendit ergo chorũ virtutũ, à quibus ſimiliter ad ſecundum manendũ fuit inuitata: quia ipſa multa fecit, & continue facit miracula: quod pertinet ad officiũ virtutum.

Officium virtutum.

Vnde Ber. in li. de cõſideratione ait. *Virtutes ſunt quarum motu, vel opere, ſigna, & prodigia fiunt.* Sed beata Virgo reſpondit eis di. *Ego officium iſtud excellentius omnibus vobis habui.* Quia nunquam Deus fecit ad alicuius veſtrum inſtantiam illud ſtupendiſsimum miraculum, quod ad inſtantiã meã fecit, ſ. quod vna creatura reſpectu eiuſdem eſſet mater, & filia, & quod in partu, & poſt partum remaneret virgo incorrupta, & quod creatorem generaret creatura; & quod minor contineret in ſe maiorem; quod fuit omnium nouitatum nouiſſimum. Iuxta illud Hier. 31. Nouũ faciet Dominus ſuper terram; fæmina circundabit virũ. Quia ergo in vtero meo Deus fecit miraculũ miraculorũ in cuiꝰ cõparatione miracula veſtra ſũt minima; deo maiori debeo collocari in gloria. Tũc virtutes omnes dixerũt ei. *Scit omnis populus mulierẽ te eſſe virtutis.* Ruth. 3. & *quod in manu tua virtus, & potentia* 1. Paral. 29. *Te igitur laudat omnis virtus cælorum, & tibi eſt gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.* 2. Paral. vlt. Aſcẽdit ergo ad ordinẽ dominationũ, à quibus etiã inuitata fuit, vt cũ eis maneret.

Officium dominationum.

Quia, *officium ipſorum eſt,* vt ait Iſi. 7. etym. *aliis inferioribus Angelis præſidere, & eis præcipere, ac eos mittere.* Vnde Zach. 2. dicitur, quod vnus Angelus præcepit alteri di. *Curre cito ad puerũ iſtum, &c.* De quo beatus Greg. inquit. *Quamdiu mundus durat Angeli Angelis, & dæmones dæmonibus præſunt.* Ipſa vero benedicta virgo mittit Angelos vbicumque ſibi placet, & eis præeſt, & dominatur. Reſpondit autẽ glorioſa Dei mater. Vos ſolum mittitis inferiores Angelos, & eis præeſtis, ego autẽ mitto omnes, & omnibus præſum, quia omniũ ſum domina, & regina Angelorũ & ideo dixit mihi Deus illud Deut. 15. *Tu dominaberis dominationibus plurimis.* Tũc dixerũt ei dominationes. *Tua eſt gloria, & tu dominaberis omniũ* 1. Para. 29. *& regnũ tuum omnibus dominabitur,* pſ. 102. *Tu igitur collocari debes cum filio tuo ſuper omnẽ principatũ, & poteſtatẽ, & virtutem, & dominationẽ* ad Eph. 1. Aſcẽdit igitur virgo beatiſsima chorũ thronorum, qui inuitauerunt eam dicentes. Noſtrã debes tua præſentia illuſtrare ſocietatẽ, quæ ſimilẽ nobis habes dignitatẽ.

Officium thronorũ.

De nobis. n. inquit Iſido. in 7. etym. *Throni ſunt agmina angelorũ qui ſedes eloquio Latino dicuntur: ſic vocati, quia & illis cõditor præſidet, & ſua iudicia per eos diſponit.* iuxta illud pſal. 9. *Sedes ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam.* Et ibidem. *Parauit in iudicio thronum ſuum.* De te vero dixit Deus pſal. 88. *Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo.* Reſpondit autem virgo benedicta. Hoc officium valde excellentius in me fuit, in qua Deus ſublimiꝰ requieuit, & ſedit quã in vobis. Quia in vobis ſolũmodo ſpiritualiter requieſcit: & in me nouẽ mẽſibus ſpiritualiter, & corporaliter reſedit. Vnde dicere poſſum illud Eccleſ. 24. *Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo.* Et ideo etiam dicam illud

quod ibidem habetur, ſcilicet. *Ego in altiſſimis habito*, ideſt, habitare volo, *& thronus meus in columna nubis*, ideſt iuxta nubem humanitatis filij mei, *qua ſole tegitur diuinitatis* Et tunc mihi dici poterit illud 2. Regum 7. *Thronus tuus erit firmus in perpetuum.* Et Prouerb. 29 *Thronus eius in aeternum firmabitur.* Ego quoque ſum thronus Dei multo excellentior quam vos, quia per me thronum gratiæ, & miſericordiæ eius, Heb. 4. *iudicat Deus populos in aequitate.* pſalm. 97. De me etiam intelligitur illud Eſa. 28. *ſpiritus iudicii ſedet ſuper thronum.* Tunc dixerũt throni. *Eleuetur thronus Dauid ſuper Iſrael*, 2. Reg. 3. *ponaturque thronus matris regis ad dexteram eius*, 3 Reg. 2.

Officium Cherubin.

Ad chorum autem cherubicum cum peruenisset, inuitata fuit, vt ipſa quæ ſapientiſſima extitit ſuper omnes homines, cum eis permanerent in quibus ſingulari munere eſt ſcientia Dei: vt inquit Greg. ſuper Mat. & propter hoc Cherubin *plenitudo ſcientiæ* interpretatur. Reſpondit Beata Virgo. In me maior eſt ſcientiæ plenitudo quam in vobis. Vnde Bern. de me ait. *Profundiſſimam diuinæ ſapientiæ penetraui abyſſum.* Et ideo oportet verificari illud pſal. 17. *Aſcendit ſuper Cherubin, & volauit.* Debet enim ſociari filio meo, cui dicitur pſal. 79. & 129. & Eſaiæ. 37. *qui ſedes ſuper Cherubin.*

Officium Seraphin.

Tunc dixerunt omnes Cherubin videtes glorioſam Virginem ſupra ſe eleuari. Gloria Domini Dei aſſumpta eſt de Cherubin Ezech. 9. Aſcendit ergo Virgo benedicta ad chorum ſeraphicum. In quo etiam ad manendum fuit inuitata. Nam ille qui erat primus in illo ordine allegauit excellentiam ſuam quam ponit Iſid. 7. etym. & dixit. *O Virgo beatiſſima tu noſti quod nos Seraphin, in ardentes appellamur: eo quod inter nos, & Deum nulli alij interſunt, & ideo quanto ei vicinius collocamur: tanto magis claritate diuini luminis inflammamur, & tanto maiori claritate illuſtramur, quanto ardentiori motu dilectionis interna inflammamur: vnde noſtrum proprium officium eſt ardere charitate, & dilectione.* Tu vero ſuper omnes homines charitate Dei, & proximi exarſiſti, ſeruans illud, quod de te in figuram dictum fuit à Deo Exod. 27. *Ardeat lucerna ſemper in tabernaculo.* Et illud Leuit. 6. *Ignis in altari meo ſuper ardebit.* Mane ergo in ordine iſto, in quo ſunt perfectiones omnium inferiorum ordinum, vt inquit Dion. in libr. de ange. hie. *Quia tu in te habuiſti omnes beatorum Spirituum proprietates.* Angelus enim interpretatur miſſus. vt ait Iſid. 7. ety. *Omnes namq; angeli ſunt adminiſtratorij Spiritus miſſi propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis*, ad Heb. 1. Vnde Bern. ait Deo. *Domine quid eſt homo, quia innotuiſti ei: aut filius hominis quia reputas eum. Denique mittis ei Vnigenitum tuum, immittis Spiritum tuum, promittis vultum tuum, & ne quid vacet in cæleſtibus ab opere ſollicitudinis, illos etiam beatos Spiritus propter nos mittis in miniſterium noſtri.* hæc ille. Angeli enim inferioris ordinis mittũtur ad ſingularium perſonarum defenſionem, & releuationem: quod patuit 3. Regum 19, vbi Angelus portauit Heliæ ſubcinericium panem, & vas aquæ, qui comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius vſq; ad montem Dei. Archangeli vero mittũtur ad ſingulorum rectorũ eruditionem, & ad ſecretorum maiorum reuelationẽ, vnde Gabriel vt Archangelus Zachariam pontificem docuit, & natiuitatẽ Chriſti. Tibi, ô virgo ſacratiſſima nũciauit Luc. 1. Principes mittũtur ad principũ inſtructionẽ, vt patet Dan. 10. vbi ponuntur tres principes, Perſarũ, Græcorum & Medorum quos omnes Angel⁹ Domini inſtruxit. Poteſtates mittũtur ad dæmonũ, & tẽtationũ repreſſionẽ, q̃ patuit Exo. 13. vbi Angelus interpoſuit ſe inter Ægyptios perſequẽtes filios Iſrael, ac exercitu Pharaonis, & ipſos filios Iſrael. Virtutes mittũtur ad miraculorũ operationẽ, quod patuit Tob. 11 de Angelo q̃ Tobiã illuminauit; & filiũ eius à deglutatione piſcis eripuit. Dominationes mittuntur ad ſenſuũ ſub dominio rationis ſubiugationẽ: q̃ patuit in figurã Gen. 16. vbi Angelus dixit Agar Ancillæ, vt ad dominam ſuã rediret, & ei ſe ſubiiceret. Throni mittũtur ad iudicii informationẽ habẽt. i. informare iudices, vt legem intelligant, & obſeruent. Vnde Act. 7. dicitur. *Accepiſtis legẽ in diſpoſitione Angelorũ.* Cherubin mittũtur ad ſcientiarum eruditionẽ: quod patuit Apo. 10. de Angelo qui habebat librũ in manu. Et eiuſdẽ li. 18. de Angelo à cuius claritate terra illuminata eſt. *Nos vero Seraphin mittimur ad cordiũ inflammationẽ*; quod patuit 4. Reg. 2. in Angelis qui in curru igneo, & equis igneis apparuerũt. Hæc autẽ omnia beneficia tu exhibes humano generi: ergo fiet fides habitatrix noſtri tabernaculi. Tũc omnes Seraphin cœperũt eã rogare dicẽtes. *O ſancta Dei mater,*

Digitized by Google

mater & omnium, ô ſacra Virgo Virginum, ô ſanctiſſima mediatrix Dei, & hominũ, ô domina & Regina cælorum, ô imperatrix exercituum cunctorum Angelorum decet te ardore, & incendio charitatis feruentiſſimam in ſupremo iſto ordine noſtro nobiſcum reſidere: Vt tuo fœlici conſortio perfruamur. Reſpondit autem beata Virgo. Valde mihi complaceo, & ſumme congratulor de veſtro diuino ardore, Sed tamen decet me altius aſcendere: quia vos ſuperaui in amore. Si enim Deus ab hominibus eſt amandus, multo magis ab illa cuius eſt filius. Non eſt autem mirum, ſi ego mater Dei plus diligam filium meum, quam alii eius ſubditi, cuiuſmodi eſtis vos ò Seraphin & omnes alii Angeli. Ego enim ſum mater pulchræ dilectionis Eccleſiaſ. 24. Præterea oportet impleri ſcripturam Geneſ. 2. vbi Deus ait. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Cum ergo omnes ſancti, & ſanctæ Dei aſſociati ſint vobiſcum, & aliis ordinibus inferioribus, & omnes alii in poſterum glorificandi ſimili modo debeant vobis ſociari, ita quod nullus beatus ſolitarius erit, ſed homines cum Angelis erunt ſocietate cõiuncti, ſicut prædictum fuit Deuteron. 32. vbi dicitur de Deo. *Conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum*, id eſt Angelorum. Filius tamen meus Deus, & homo, ſuper omnes angelicos ordines merito eleuatus non habet ibi ſocietatem ſibi quoad humanitatem. Et ideo ſicut ego in mundo fui ei ſocia in tribulationibus, ita etiam ei debeo aſſociari in conſolationibus.. Et ſicut ille ibi aſcendit, vt continue appareat vultui Dei pro hominibus, ad Hebræ. 9 Ita ego debeo ibi aſcendere vt appaream vultui ipſius filii pro peccatoribus.. Et ſic humanum genus habeat ſemper ante faciem Dei adiutorium ſimile Chriſto ad procurandam ſuam ſalutem. Vnde ſancta mater Eccleſia in oratione ſecreta vigiliæ meæ aſſumptionis orat Deum dicens. *Munera noſtra Domine apud clementiam tuam Dei genitricis commendet oratio: quam de hoc ſeculo tranſtuliſti, Vt pro peccatis noſtris apud te fiducialiter intercedat.* Aſcendam igitur ſuper vos ad patrem meum, & patrem veſtrum: Deum meum, & Deum veſtrum. Ipſe enim me vocat dicens. Veni dilecta mater mea, veni chariſſima genitrix mea, & ponam in te thronum meum. Aſcendente autem illa dixerunt quidam Angeli obſtupeſcentes de immenſitate gloriæ eius. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delitiis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? Canti. 7. Quibus reſponderunt alii Angeli. Iſta eſt ſpecioſa inter filias Hieruſalem. Merito autem beatiſſima virgo Maria omnes eorum Angelorum ordines tranſcendit, quæ omnes eorum perfectiones excellẽtiori modo poſſedit. Vnde Alber. ſuper, Miſſus eſt, cap. 194. concludens inquit. Patet ergo qualiter beatiſſima virgo omnes proprietates Angelorum habẽs, ſuper omnes Angelos & omnes Hierarchias eſt exaltata, ita quod ſingulorum & omnium proprietates & dona ipſa ſola vniuerſaliter & ſingulariter in ſummo poſſidet vniuerſa.

Merito B. Vir. omnes ordi. Angelorũ tranſcẽdit, quæ eorũ perfectiones omnes excellentius poſſidet.

PARS QVINTA

huius Sermonis, in qua meditatur auctor obuiationem Beatæ Virg. factam à tota cœleſti curia.

SCriptum eſt 3. Regum 2. quod Salomon ſurrexit in occurſum Berſabeæ matris ſuæ, & adorauit eam, & ſedit ſuper thronum ſuum, poſituſque eſt thronus matris regis quæ ſedit ad dexteram eius. Quia autem omnia in figurã contingebant illis 1. ad Cor. 10. Hæc obuiatio Salomonis figurauit obuiationem Chriſti, quando in occurſum iuit cum curia cœleſti matri ſuæ in cœlum aſcendenti. Quis autem excogitare ſufficiat ſupernæ patriæ iucunditatem, atq; ſolennitatem, quando ſurrexit rex glorioſus Chriſtus feſtiuus & lætus regali decore laureatus: totamque beatorum ciuitatem commouit, vt omnes cœli ciues occurrerent ſecum matri ſuæ. O ſolennitas glorioſa, ò iubilus inexplicabilis; ò feſtiuitas ineffabilis, cum ſurrexit rex Salomon, id eſt Chriſtus in occurſum matris ſuæ. Ecce quam mirifica obuiatio: & adorauit eam, ecce quam ſtupenda veneratio: poſituſq; eſt thronus matris regis: ecce quam altiſſima ſublimatio, ſeditque ad dexteram eius: ecce quam immediatiſſima coniunctio: non tantum autem Dominus Ieſus homo laureatus corpore glorificato occurrit ſuæ benedictę matri cum toto Angelorum exercitu, omniumque ſanctorum comitiua, ſed etiam ipſe rex æternus

Digitized by Google

Quomodo dici poſſit Deus trinus obuiaſſe Beat. Virg.

Deus trinus, & vnus poteſt dici huic ſacratiſſimæ virgini triumphaliter obuiaſſe; non motu locali, ſed complacentia fauorabili, & glorificationis influentia principali Primo enim pater per quandam approbationem occurrit beatæ virgini; & amplexatus eſt ſponſam caſtiſſimæ dilectionis ſingulariſſimæ fœcundationis, & ſollicitiſſimæ educationis. Quæ ſingulari munditia virginitatis, & amplius profundiſſima abyſſo humilitatis placuit ſibi altiſſimo patri, cui & filium ſuum vnigenitum dedit, quem ipſa de ſuis caſtiſſimis viſceribus concepit, & peperit: & diligentiſſime enutriuit. Hanc ergo ſponſam coram tota cœleſti curia æternus pater recognouit matrem vnigeniti ſui, & regni ſui conſortem. & dixit illud Eſa. 40. *Domum maieſtatis meæ glorificabo*; Sicque benedicta Virgo quaſi altera Heſter de triclinio fœminarum, id eſt, de Eccleſia militante adducta eſt per totam militiam cœleſtis curiæ ad cubiculum ſuperni regis: cui poſt dulces amplexus dixit cum pſalm. 72. *Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me.* Et tunc donauit illi Deus fontalem fœcunditatem ad generandum ſpiritualiter omnes electos, & etiam ad lætificandos ipſos Angelos in aliquo guſtu, & gradu, & experientia diuinorum, vt inquit ſanctus Bernard. in ſermone aſſumptionis quæ incipit. *Surge Domine in requiem tuam.* Ipſa igitur Virgo ex hoc accepit à patre rationem paternitatis, & ſublimitatis regalis, ac imperialis ſuper omnem creatam naturam. Secundo, occurrit ei ipſe filius in gloria ſuæ maieſtatis omnibus manifeſtans hanc eſſe veriſſimam genitricem ſuam quæ ipſum concepit, peperit, & nutriuit: atque in ei aſſumpta natura fideliter ſeruiuit: vnde reuerentia filiali ipſam reuerenter adorauit. O bone Ieſu rex æternæ gloriæ, quid eſt quod mulierem adoras. Volo inquit eam adorare, quia duo faciunt ipſam adorandam. Primum eſt ratio maternitatis. Secundum eſt meritum humilitatis. Nam in ea fuit maternitas ſingularis, & humilitas incomparabilis. Primo igitur Dominus Ieſus adorauit eam ratione maternitatis, non vt qualemcumque matrem, ſed ſingularis ſufficientiæ, magnificentiæ, & diligentiæ. Primo ſingularis ſufficientiæ, quia ſine virili ſemine ſola ex Spiritu ſancto concepit. Secundo ſingularis magnificentiæ, quia nulla præter ipſam Deum genuit, nullaq; alia poſt partum mater virgo remanſit. Tertio ſingularis diligentię, quia nulla vnquam mater filium tantum dilexit, atque ſic ſollicita pro eo fuit, immo nec omnes aliæ ſimul ſumptæ. Sicut ergo in ipſo conceptu nullum habuit ſocium, ita & in iſto honore nullum habebit conſortium. Et ſicut in tali filio nullam habuit parē, ſic & in hoc honore nullam habebit conſimilem. Et ſicut in præcordiali ſollicitudine nullā habuit comparabilem, ita & in gloria nullā habebit creaturam æqualē. Secundo autem adorat Chriſtus matrē ratione abyſſus humilitatis. Nam vt dicitur Luc. 14. *Qui ſe humiliat exaltabitur.* Quia igitur in humilitate non habuit creaturam ſimilem, in exaltatione non habebit conſortem. Eſt quippe triplex modus præmiandi virtutes. Primus per euacuationem, vt in fide, & ſpe, quibus euacuatis ſuccedit viſio fidei, & tentio ſpei, & de hoc modo facit mentionem Paulus 1. ad Corint. 13. dicens. *cum venerit quod perfectum eſt, tunc euacuabitur quod ex parte eſt.* Secundus modus eſt per completionem, vt in charitate & pluribus virtutibus cardinalibus, quibus addetur completio abſque defectu. De quo modo tangit Salomon Prou. 4. di. *Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſq; ad perfectum diem.* Tertius modus eſt per oppoſitionem, ſicut eſt in paupertate, & eſurie ac luctu, atque humilitate: quibus Deus oppoſita repromittit. Nam ipſe Dominus teſtatur Matth 5. di. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiā, quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* De humilitate autem dicitur Iob 22. cap. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* Vide ergo quomodo in virgine benedicta ipſius humilitas, & diuina bonitas quadam pia oppoſitione contendunt. Maria ſe humiliat, ſe vilificat, ſeipſam deſpicit. & abiectam reputari appetit: Deus vero eam extollit, glorificat, & exaltat. Maria non ſolum ſe humiliat, ſed in humilitate ſub omni rationali creatura ſe abyſſat. Deus autem non ſolum eam exaltat, ſed ſupra omnem etiam angelicam creaturam magnificat, & ſublimis Deus eam vt ſuam reuerendiſſimam matrem reuerenter adorat, & ad eam venerandā honore inæſtimabili corporaliter ſe inclinat. O

Fides, & ſpes per euacuationem præmiatur.

Charitas & multa alia per completionem.

Paupertas, & alia per oppoſitionem.

Digitized by Google

ſtupendum prodigium, & inauditæ altitudinis faſtigium, vt à muliere Dei filius recognoſcat ſuum eſſe humanum. Quid non debuit virgini concedere, quam tantum voluit honorare? Profectò iſto reſpectu honoris nó reſpiceret Dei filius milleſies mille millia Seraphin, & infinities, ſi dici liceat, infinitos. Sed nec ipſi ſimul omnes poſſent vere Deum diligere, & vere ipſo frui, vt filio vteri ſui ſicut fecit ipſa beata virgo. Tertio occurrit virgini glorioſæ Spiritus ſanctus recognoſcens fornacem ſui amoris: & officinam ſuæ ſtupendæ operationis, in qua & de qua fabricatum eſt corpus mundiſſimum filii Dei, & noua infuſa anima ambo ſimul tanquam vnam naturam humanam integram, atque perfectam in perſona filii Dei vniuit. Oſtendit autem Spiritus ſanctus omnibus electis expreſſe, quòd in hac officina & per eam fabrefecit quicquid in gratia mirificum operatur. Et quod in hac totum ignem operationis virtuoſæ recluſit, quem vnquam dare diſpoſuit creaturæ rationali. Sic ergo tota Trinitas vniformi, & concordi voluntate hanc ſacratiſſimam virginem oſtendit eſſe ſuam ſponſam incommunicabilis charitatis, cœli reginam, inattingibilis dignitatis, mundi Dominam imperceptibilis poteſtatis, electorum omnium genitricem piam inexplicabilis pietatis, omnium Dei hoſtium conculcatricem triumphantiſſimam, inſuperabilis ſtrenuitatis, omniũ cœleſtium theſaurorum diſpenſatricem largifluam pro ſuæ complacẽtia voluntatis. Omnium ſupernatum delitiarum, & conſolationum guſtatricem affluentiſſimam in triclinio diuinæ maieſtatis. Vnde Bern. ſuper Cano. exponens illud Can. 8. *Quæ eſt iſta quæ progreditur de deſerto delitiis affluens innixa ſuper dilectum ſuum*, ait. *Super hunc innititur mater illa feliciſſima, & in aureo reclinatorio diuinæ maieſtatis recumbens, inter ſponſi, immo filii ſui brachia requieſcit. O quanta dignitas, quã ſpecialis gloria inniti ſuper illum, quem reuerentur angelicæ poteſtates.* hæc ille. Abſurdum ergo eſt vt tam glorioſam virginem non venerentur linguæ hominum, quam tota Trinitas ſic honorat, tantumq; veneratur ſublimitas Angelorum. Occurramus igitur, & nos deuotione, & ſpiritu ipſi benedictæ virgini aſcendẽti in cœlum, & eius triumphantiſsimam aſſumptionem debita veneratione recolamus.

PARS SEXTA huius Sermonis, in qua oſtenditur manifeſtatio Aſſumptionis Mariæ, facta tamen Dauid in Spiritu. Pſalm. 131. tum Iohan. Apoc. 12.

SECVNDVM Sanctum Bernardinum in quodam ſermone aſſumptionis prophe. *Dauid oſtenſa fuit in ſpiritu excellentiſſima aſſumptio, & exaltatio matris Dei.* Vnde ait domino Ieſu Chriſto pſalm. 131. *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tua.* Id eſt, non ſolum tu à mortuis reſurge, & in requiem paradiſi tui poſt labores humanæ redemptionis aſcẽde, ſed etiã arcam tuæ ſanctificationis. i. matrem tuam, quæ te ſanctum ſanctorum genuit reſurgere facias, & eam in requiem aſſume ſibi à te ante ſæcula præparatam. Beata enim virgo appellatur *arca*. Nam *arca* dicitur *ab arcendo*, eo quod arceat, & prohibeat viſum, vt dicit ſanctus Bernardinus, vbi ſupra. Et ſimiliter beata virgo arcuit per nouem menſes filium Dei in vtero ſuo. Et addit, *ſanctificationis tua* quia eam ſanctificauit, iuxta illud pſal. 45. *Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus*. Ait ergo, *tu & arca ſanctificationis tua*, id eſt ſicut fuiſtis ſuper omnes creaturas in gratia ſublimati, ita ſuper omnes aſcendite glorificati. Simili etiã modo oſtenſa eſt glorificatio matris Dei Iohanni Euangeliſtę in ſpecię arcę, Apoc. 11. vbi ait. *Viſa eſt arca Dei in templo, & facta ſunt fulgura, & voces, & terræmotus* Per ipſam. n. arcam intelligitur beatiſsima virgo. Nam arca vt alibi diximus, facta erat ex lignis Sethim vt habetur Exo. 25. Lignum autem Sethim ſecundum Hiero. habet leuitatem, pulchritudinem, fortitudinem, & imputribilitatem. Per quæ intelliguntur quatuor virtutes ipſius benedictæ virginis. Nam leuitas conuenit eius paupertati, per quam fuit a terrenis affectibus, & ſollicitudinibus exonerata. Vnde Eſa. 19. dicitur. *De ſcendet Dominus ſuper nubem leuem.* i. Mariam pauperẽ, quæ nubes quidem fuit, quia ex terra nata eſt, ſed tamen fuit leuis, quia a mundi affectibus prorſus exonerata. Pulchritudo verò competit eius puritati, per quã immunis fuit ab omni deformitate peccati. cui dicitur Can. 3. *Tota pulchra es*, &c. Fortitudo autẽ competit eius

Aſſumptio Mariæ fuit in ſpiritu oſtenſa Dauid.

Quatuor virtutes beatæ virginis ſignif. per ligna Sethim.

Digitized by Google

tit eius ſtabilitati. ſ. in fide, & ſapientia: iuxta illud Prouerb. vl. *Fortitudo, & decor indumentum eius.* Et Eccl. 26. *Columna aurea ſuper baſes argenteas, & pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris.* Imputribilitas vero competit eius virginitati: iuxta illud Sap 6. *clara eſt quanũquam marceſcit.* Templum autem in quo hæc arca fuit, eſt triplex. Vnum in quo fuit fabricata, & ſanctificata. ſ. vterus matris ſuæ ſ. beatæ Annæ. Vnde in figuram dicitur 3. Reg. 8. quòd intulerunt arcam Domini in locum ſuum, in oraculum templi, in ſancta ſanctorum. Hæc enim arca fœderis fuit beatiſſima virgo, quam Deus auferens ſterilitatem parentum, & Angelus promiſſionem deferens, & Ioachim operam præbens introduxerunt in locum ſuum, id eſt in vterum beatæ Annæ de qua ſubdit in oraculum templi. Ipſa enim beata Anna quoddam templum Dei fuit, cuius oraculum erat mens eius deuota Deo, & orationi dedita. In cuius etiam vtero beata virgo ſanctificata fuit, vt eſſet ſancta ſanctorum, id eſt ſuper omnes ſanctos ſanctificata, vel vt ipſa benedicta virgo in vtero matris præpararetur ad generandum ſanctum ſanctorum. Secundum templum in quo viſa fuit hæc arca, fuit templum Salomonis, in quo fuit purificata, & in eo obtulit filium ſuum Deo in die purificationis Luc. 2. Tertium vero templum in quo fuit glorificata eſt templum cœli empyrei. de quo inquit pſalmus 10. *Dominus in templo ſancto ſuo, dominus in cœlo ſedes eius.* In hoc igitur templo cœleſti deducta fuit hæc ſacratiſſima arca cum indicibilibus tripudiis, & iubilationibus. Et ideo in prædicta viſione Iohannis dicitur, *quod facta ſunt fulgura, & voces, & terræmotus.* Fulgura. ſ. ad terrorem dæmonum, qui omnes ex terrore in fugam conuerſi ſunt. Voces vero omnium ſanctorum, atque Angelorum iubilantium. Terræmotus autem, id eſt commotio Iudæorum concurrentium. Oſtenſa etiam fuit alio modo aſſumptio ipſius beatiſſimæ virginis prædicto Iohanni Euangeliſtæ Apoc. 12. vbi ait. *Signum magnum apparuit in cœlo mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim.* In quibus verbis oſtenditur quod ipſa beata virgo aſſumpta fuit vtiliter, ſublimiter, mirabiliter, & honorabiliter. Vtiliter quidem ſi conſideremus officium ad quod aſſumpta eſt,

Fuit & oſtenſa Iohanni. Apoc. 12. aſſumptio Mariæ. Qui locus hic expl[icatur].

quod oſtenditur in ſigno. Vnde ait. *Signum magnum apparuit in cœlo*, id eſt, beata virgo Maria aſſumpta eſt in cœlum, vt eſſet nobis ſignum. Sunt autem quædam ſigna *directiua*, vt ſunt cruces in via. Et ſigna *diſtinctiua*, vt ſunt termini in agris. Et ſigna *oſtenſiua*, vt circulus ante tabernam. Beata igitur virgo fuit ſignum magnum, id eſt magna ſignificans. Ipſa enim nos dirigit, ſicut ſtella maris. Ipſa etiam nos à peccatis diuidit, ſicut aurora quæ diuidit diem à nocte. Ipſa etiam pro nobis filio preces fundit, & vbera oſtendit. Vnde eſt altera Heſter quæ apud regem pro nobis aſſiſtit. Omnes ergo ſignemus animas noſtras deuotione iſtius magni ſigni, vt ſub eius protectione viuamus ſecuri. Nam res præſumitur eſſe illius, cuius eſt ſignum, quod in ea repetitur, vt ait Bal. in aut. dos data. C. de dona. ante nup. de quo vide per Iohannem And. in additionibus ad Specu. in titu. de præſcrip. Secundo fuit aſſumpta ſublimiter ſi conſideremus ſitum, quia ipſa apparuit in cœlo empyreo ſuper omnes ordines Angelorum. iuxta illud pſal. 8. *Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos.* Item, *apparuit in cœlo tanquam regina in throno ad regnandum cum filio, ſecundum figuram* 3. Reg. 2. Item, *apparuit tanquam aduocata in curia ad interpellandum pro mundo.* Vnde figurata eſt in illa ſapiente muliere, quæ intrauit ad Dauid ad interpellandum pro Abſalone 2. Reg. 14. Item, apparuit tanquam hoſpita ad recolligendum ingredientes. Et ideo in eius aſſumptione cantatur Euangelium de Martha, quæ Chriſtum recepit in hoſpitio ſuo vt habetur Luc. 10. Tertio aſſumpta eſt mirabiliter, quod apparet ſi conſideremus ſexum, quia mulier. Mirum eſt autem valde, quod mulier appareat in cœlo, quę hominem expulit a paradiſo. Sed nota, quod beata virgo dicitur mulier ſexus diſcretione, non corporis fractione, iuxta illud Eccl. 26. *Sicut ſol oriens mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus ſuæ.* Ornamentum enim domus Eccleſiæ fuit exemplum virginitatis eius. Vel ſicut ſol oriens, & in alto exiſtens illuminat mundum, ſic ipſa benedicta virgo in aſſumptione aſcendens illuminauit cœlum quod dicitur domus Dei. Vnde Maria interpretatur illuminatrix. Licet ergo appellatione mulieris regulariter intelligatur illa, quæ fuit corrupta. ff. de contra. emp. l. alio.

Qualiter Maria dicatur mulier.

l. alioquin. & de ope. noui nunc. l. de pupillo. §. & generaliter. & de edil. edi. l. quæritur. §. mulierem, & de acti. emp. l. ex empto. §. ſi quis virginem. & 27. q. 1. c. nec aliqua. Quandoque tamen mulieris appellatione intelligitur etiam virgo. l. mulieris. ff. de verbo. ſig. de quo dic vt ibi per doct. & in l. mulier. eo. tit. Vnde mulieribus legatis etiam virgines continentur, l. ſeruis leg. §. mulierib. ff. de leg. 3. & de auro & argento le. l. argumento. §. 2. & ſic accipitur in prædicta autoritate. Item dicitur mulier benedicta virgo ex prolis fœcunditate, non ex mentis fragilitate. Muliebris enim ſexus communiter eſt fragilis. inſti. quibus ali. li. vel non. §. 1. & eſt inſtabilis. 32 q. 7. cap. quod propoſuiſti. & no. per gl. in c. 1. de clãde. deſpo. & facit c. vltimũ. de pac. li. 6. Item dicitur mulier non ex fatuitate, vel ex vitiorum multiplicitate, ſicut illa cui dicitur. *Tanquam vna de inſipientib. mulieribus locuta es*, Iob. 2. & 2. q. 8. cap. conuenior. Vel vt illa de qua dicitur. *Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix*, Luc. 7. ſed dicitur mulier ex virtutum ſingularitate, velut Iudith de qua dictum fuit Iudith 11. *Non eſt talis mulier ſuper terram, in ſenſu, in pulchritudine, & in ornatu verborum.* Non etiam dicitur mulier ex debilitate, & mutabilitate ſicut de fœmina inquit poeta. *Varium & mutabile ſemper fœmina.* de quo extra. de verborum ſignificat. capit. forus. §. final. & facit 32. quæſtio. ſecunda. cap. mulier. & de fri. & male c. vltim. & in l. filia. C. de inoffi. teſt. Sed eſt illa mulier, de qua dicitur Prouerb. vltim. *Mulierem fortem quis inueniet*, &c. & de qua in figuram dicitur Iudith. 14. *Vna mulier Hebræa fecit confuſionem in domo Nabuchedonoſor.* Et Prouerb. 11. *Mulier gratioſa inueniet gloriam.* & 12. *Mulier diligens corona eſt viro ſuo.* & 14. *Mulier ſapiens ædificat domum ſuam.* & 15. *Beatus qui inuenit mulierem bonam.* & 31. *Mulier timens Deum ipſa laudabitur.* Et ideo vnicuique uoſtrum moraliter dicitur Eccl. 7. *Noli diſcedere a muliere ſenſata, quam ſortitus es in nomine Domini, beatus enim, qui habitat cum muliere ſenſata, & mulieris bonæ beatus vir.* Eccl. 26. *Mulier enim fortis oblectat virum ſuum, & pars bona mulier bona*, ibidem, *& gratia mulieris ſedula delectabit virum ſuum, & donum Dei eſt mulier tacita, & ſenſata, & gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata.* ibidem. Talis ergo fuit illa mulier ſcilicet beatiſſima virgo quæ apparuit in cœlo. Quarto, aſſumpta fuit honorabiliter; quod patet, ſi conſideres ornatum ſui corporis, quia ſole amicta, ſiue pedum eius, quia luna ſub pedibus eius, ſiue capitis, quia in capite eius corona ſtellarum duodecim. Aſcendit ergo beata virgo *amicta ſole.* i. circundata diuinitate filii ſui, & luna ſub pedibus eius, per quod perpetua ſtabilitas eius deſignatur. luna enim inſtabilis eſt, & non diu manet plena, & deſignat mundum, & omnia terrena inſtabilia, quæ Maria contemnens pedibus conculcauit, & ad cœlum vbi omnia ſtabilia ſunt, anhelauit. Corona vero quæ conſueuit honoris eſſe ſignum, ſignificat datum fuiſſe ipſi beatæ virgini honorem ſibi condignum. Per duodecim autem ſtellas Apoſtoli intelliguntur, qui in obitu, & aſſumptione ipſius glorioſæ virginis præſentes fuiſſe dicuntur. Mulieri autem ipſi datæ ſunt duæ alæ ad volandum, per quas intelligitur, quod tam in corpore, quam in anima volauit ad cœlum. Petrus autem Iohannis ſuper Apocal. 12. exponens prædicta verba. *Mulier amicta ſole*, &c. ait. In iſtis verbis notantur *tria*, quæ facta ſunt in die aſſumptionis. *Primum* eſt corporis ipſius glorificatio, quæ notatur ibi. *Mulier amicta ſole*, id eſt Maria amicta corporis glorificatione, quæ conſiſtit in quatuor dotibus eius, ſcilicet, claritate, agilitate, ſubtilitate, & impaſſibilitate, quæ omnia in ſole ſignificantur. Radius enim ſolis eſt clarus & agilis, nam ſubito ab oriente in occidentem volat. Item, ſubtilis eſt, quia intrat vitrum ſine aliqua fractione. Item, eſt impaſſibilis, quia nec gladio, nec lapide, vel alio aliquo poteſt lædi. Et propter hoc dicit Dominus Mat. 13. *Fulgebunt iuſti ſicut ſol.* Vbi dicit Bern. *Quis erit ſplendor animarum, quando ſolis ſplendorem habebit lux corporum?* Hæc etiam glorificatio animæ, & corporis figuratur Eſa. 41. vbi dixit Deus. *Dabo eis coronam pro cinere*, id eſt, gloriam animæ pro humilitate patientiæ. *Et oleum gaudij*, id eſt ſtolam, ſeu gloriam corporis, *pro luctu*, id eſt, pro miſeria corporali. Oleum enim eſt ſanatiuum, ſeu mitigatiuum doloris, per quod ſignificatur impaſſibilitas. Item, eſt penetratiuũ, per quod ſignificatur ſubtilitas. Eſt etiam leue, vnde omnibus liquoribus ſupernatat, per quod ſignificatur agilitas. Item, lucidum eſt, & cibus luminis, per quod ſignificatur claritas.

i. V. quomodo dicatur amicta ſole. Apoc. 12.

Eſai. 41. figuratur glorificatio animæ, & corporis.

tas. Hanc igitur coronam cum oleo habuit virgo benedicta, quę in anima, & corpore glorioſo in cœlum eſt aſſumpta. Fuit etiam ipſa beatiſſima virgo in cœlo militantis Eccleſiæ amicta ſole.i. maxima caſtitatis claritate. Habuit namque caſtitatem clariſſimam, & altiſſimam. Clara eſt enim, & alta caſtitas coniugalis, clarior, & altior caſtitas vidualis, ſed clariſſima, & altiſſima fuit eius caſtitas virginalis. Vnde 1. ad Corin. 15. dicitur. *Alia eſt claritas ſolis, alia lunæ, & alia ſtellarum.* Claritas ſolis eſt continentia virginalis: claritas autem lunæ eſt continentia vidualis, ſed claritas ſtellarum eſt continentia coniugalis. Omnes tamen has claritates habuit ipſa benedicta mater Dei, quæ fuit virgo cõiugata, & vidua. Vnde Eccl. 24. inquit. *In me omnis gratia vitæ,* ſcilicet virginalis, coniugalis, & vidualis. In triumphãte autem Eccleſia in aſſumptione fuit amicta ſole.i. omnium ſanctorum congregatione, qui cum maximo gaudio eam ad thronum gloriæ deduxerunt. Vnde in figuram dicitur Numeri 10 *Eleuata eſt nubes*, id eſt, virgo Maria, & profecti ſunt filii Iſrael per turmas ſuas, eam comitando, quod prædictum etiam fuerat Eccl. 24. vbi dicitur. *In domino honorabitur, & in medio populi glorificabitur, & in eccleſiis altiſſimi aperiet os ſuum, & in conſpectu virtutis illius gloriabitur, & in plenitudine ſancta admirabitur, & in multitudine electorum habebit laudem: & inter benedictos benedicetur.* Sicut ergo benedicta virgo in terra tenuit primatum. Vnde ipſa ait Eccl. 24. *In omni terra ſteti, & in omni populo, & in omni gẽte primatum tenui.* ita etiam in cœlo primatum eſt conſecuta ſuper omnes electos, & ideo in prædicto c. etiã dicit. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine ſanctorum detẽtio mea. Dicitur autẽ luna ſub pedibus eius, id eſt omnis defectus, & imperfectio. Tunc enim repleta fuit omni bono ſine aliquo defectu, vnde dicere potuit cum Propheta pſalm. 22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit.* Quatuor autem ſunt quæ gerunt defectum boni. *Primum* eſt ſuperbia, iuxta illud pſal. 9. *Defecerunt frameæ in finem* Et iſte defectus deſignatur in luna, quæ à paganis dicebatur regina cœli. Vnde dicebãt Hier. 7. *Faciamus placentas reginæ cœli.* Superbia enim vult audire placentia. Hanc autẽ lunam.i. defectum ſuperbiæ ſuppeditauit beata virgo per veram humilitatem. De qua Luc. 1. ipſa inquit. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* *Secundum* eſt impatientia. iuxta illud Iob 4. *Venit ſuper te plaga, & defeciſti.* Et hoc etiã vitium ſignatur in luna cum dicitur Iohelis 2. quod *luna vertetur in ſanguinem*, id eſt, anima in furorem, & iracundiam.ſ. per impatiẽtiam, & iram, per quã ſanguis ebullit, vel per quam ſanguis effunditur. Et hunc quoque defectum Maria ſuppeditauit, quę tota mitis, & patiens fuit. Vnde ipſa ait Eccl. 24. *Spiritus meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel & fauũ.* *Tertium* eſt auaritia, iuxta illud Eſa. 40. *Deficient pueri*, id eſt, auari, *& laborabunt.* Auari enim ad modum puerorum plus ſunt amatores bonorum temporalium, quam regni cœlorum, & hic etiam defectus ſignatur in luna, quæ eclipſatur ex vmbra terrę, id eſt anima ex auaritia terrenorum. Et de hoc poteſt exponi illud Lucæ 12. *Luna non dabit lumen ſuum.* Sed hunc defectum beata virgo ſuppeditauit per paupertatem, & terrenorum omnium cõtemptũ. Vnde ei dicitur Can. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula*.ſ. terrenæ auaritiæ, *nõ eſt in te.* *Quartũ* eſt vanitas gloriæ. iuxta illud pſ. 77. *Defecerunt in vanitate dies eorum.* Et hic etiam defectus deſignatur in lunæ mutabilitate, quia temporalis gloria eſt mutabilis. Vnde Eccl. 27. dicitur. *Stultus*, id eſt, homo temporali, & vanę gloriæ deditus. *Vt luna mutabitur.* Hunc quoque defectum Maria ſuppeditauit, quæ mundi gloriã deſpexit. Deſpexit enim omnem gloriã exteriorem, quęrẽs ſolummodo interiorem.ſ. conſcientiæ. iuxta illud pſal. 44. *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus.* Sed hic etiam eſt notãdum, quod quatuor ſunt quæ impediunt defectum. Primum eſt patientia. de qua dicitur Iacob. 1. *Patientia opus perfectũ habet.* Et ibidem. *Vt ſitis perfecti, & integri in nullo deficientes.* Secundũ eſt ſpei conſtantia. Vnde Eſa 40. dicitur. *Qui ſperant in domino mutabũt fortitudinem, ſument pennas vt aquilæ, current, & non laborabunt, atq; ambulabunt, & nõ deficient.* Tertium eſt memoria Dominicæ paſſionis. Vnde Heb. 12. dicitur. *Recogitate eum, qui talem à peccatoribus aduerſum ſemetipſum paſſus eſt contradictionẽ, vt non fatigemini animis veſtris deficientes.* Quartũ eſt deſiderium cœleſtium, iuxta illud pſal. 33. *Inquirentes autem dom. non minuentur omni bono.* & Gal. 4. ait

Digitized by Google

ait Pau. *Bonum facientes non deficiamus.* Tempore enim ſuo metemus non deficientes. Et hæc omnia fuerunt in beata virgine, vt patet eius vitam diſcurrenti. Corona autem vigeſimaſecunda ſtellarum in capite eius ſignificat plenam beatitudinem, quæ conſiſtit in 12. gaudiis paradiſi, quæ ſignificantur per 12. fructus ligni vitę, Apocal. vltim. Quorum duo oriũtur a Deo, ſcilicet viſio Diuinitatis, & gaudium de contemplatione humanitatis Chriſti, in quibus conſiſtit vita æterna Iohan. 17. Alia duo cauſantur à loco, ſcilicet cœlo empyreo. quorum vnũ cauſatur ex cœli ſpacioſitate, & aliud ex eius ſpecioſitate. Alia duo à conſortio beatorum, vnum à ſocietate Angelorum, aliud ex ſocietate hominum. Alia duo à mundo, vnum de pulchritudine creaturarũ, aliud de ſtabilitate earum. Alia vero duo ab inferno, vnum ab euaſione, & aliud ex clauſione. Alia inſuper duo à ſe ipſa, vnum de ſtola animæ, aliud autem de ſtola corporis glorioſi, & ita exponit Petrus Iohannis, vbi ſupra.

Corona 12. ſtellarũ ſignificat plenam beatitudinem.

P A R S   S E P T I M A
huius Sermonis, in qua de ſublimitate B. Virg. agitur, & rationibus probatur eius aſſumptio.

INquit deuotus Bernard. in Sermone aſſumptionis. Sublimis iſta dies, & ſplendidior ſole refulgurans, in qua virgo regalis ad thronum Dei patris euehitur, & in ipſius Trinitatis ſede repoſita naturam etiam angelicam ſollicitat ad videndum, tota conglomeratur Angelorum frequentia, vt videant reginam ſedentem à dextris domini virtutum, in veſtitu deaurato, & in corpore immaculato circundatam varietate gratiarum, & diſtinctam multiplicitate virtutum. Sanctus quoque Bernardinus in ſermone præallegato ait. *Sed quibus laudibus ſeruitus hominum reginam efferet Angelorum? quæ præconia dilatet mortalis anguſtia, vel officia ſubminiſtret, cui cœleſtia parent, & famulantur obſequio cœlici ciues? Quæ feret xenia, quas laudes attentet humana penuria: cuius gloriam angelica mirantur & prædicant poteſtates? Quibus dignam honoribus plauſus hominum acclamabit in terris, quam ſpirituum agmina beatorum iugiter venerantur in cœlis? Non eſt profecto facultatis humanæ virginem glorioſam, vt meretur, efferre nobis qui votum gerimus obſequendi: talem credere ſufficiat, tantamq; fateri, quãtam nullus hominum valeat explicare. Sufficere forſitan poteſt, & illi cui ſummam id ipſum cedit ad gloriam, quòd hodie ſuper Angelos anima, & corpore exaltata, omnium hominum, & voces excellit, & ſuperat intellectum.* hæc ille.

Volens autem dominus noſter Ieſus Chriſtus matrem ſuam dilectiſſimam reſuſcitare à mortuis, & in cœleſti gloria ſublimare, dixit ei illud Eſa. 51. *Eleuare, eleuare, conſurge Hieruſalem.* Ipſa enim virgo benedicta quæ fuit tota pacifica, & Dei viſione mirabiliter illuſtrata, merito appellatur Hieruſalem, quæ interpretatur viſio pacis. *Bis* autem ait *eleuare, & ſemel conſurge:* vt eleuationem tam mentis, quam corporis in gloria deſignare oſtendat, & vt ad ſui ſimilitudinem à mortuis glorioſa reſurgat. Nec mirum, ſi ipſa virgo ſacratiſſima eleuata eſt ſuper omnes beatos in cœlis; quæ in præſenti vita ſuper omnes eleuata eſt in terris. Eleuata enim fuit in mundo eleuatione gratioſa *tripliciter. Primo,* per eminentiam ſanctitatis ſupra munditiam virginum, & Angelorum. *Secundo,* per excellentiam conuerſationis ſupra obedientiam martyrum, & confeſſorum. *Tertio,* per altitudinem contemplationis, ſupra eminentiam Apoſtolorum, Prophetarum, & Patriarcharum, & hanc triplicem eleuationem, vt inquit ſanctus Bernardinus, vbi ſupra, myſtice nobis oſtendit ſcriptura in eleuatione arcæ Noe, in eleuatione rotæ, & in eleuatione aquilæ. Primo quidem eleuata fuit per eminentiam ſanctitatis, proinde Gen. 7. dicitur. *Multiplicata ſunt aquæ,* ſcilicet propter exuberantiam gratiæ, ſublimitatis, & ſanctitatis. Multiplicatio enim aquarum in arca, denotat *gratiarum plenitudinem in Maria.* Ipſa enim *eſt fons hortorum, & puteus aquarum viuentium.* vt ſcribitur Can. 4. Et *hortus irriguus, & fons aquarum cuius non deficient aquæ.* Eſai. 58. Hæ autem aquæ gratiarum eleuauerunt arcam; in qua ſaluatum eſt vniuerſum ſemen generationis electorum in ſublime à terra, id eſt, ab omni terrenitate, & humore infecto. Dicitur autem *in ſublime,* quia ad hanc puritatem, & munditiam nul-

Maria fuit hic eleuata tripliciter per gratiam.

Digitized by Google

In pura creatura aſcendit, nec Angeli, nec virgines. Nam Angeli munditiam tantum habent in mente, virgines vero in mente, & carne. Sed glorioſa virgo cum quadam vtriuſque perfectione ſuper omnem creaturam eſt eleuata in ſublime. Secundo autem eleuata fuit per excellentiã conuerſationis deſignatam in eleuatione rotæ, de qua Ezech. primo dicitur. *Apparuit rota ſuper terram iuxta quatuor animalia habens quatuor facies, & aſpectus rotarum, & opus earum quaſi viſio maris.* Et ſequitur. *Cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur rotæ: Spiritus enim vitæ erat in rotis.* Per illa quatuor animalia myſtice doctrina euangelica deſignatur, per rotam vero quatuor facies habentem virgo benedicta denotatur, quæ quatuor habet virtutes ſecundũ quas vita actiua regitur, & omnimoda perfectione ad Euangelicam cõformatur. Et quoniam hæ virtutes licet vniantur in gratia, diſtinguuntur tamen in operatione ſua, ideo dicitur pluraliter, quod rotæ illæ eleuabantur, quia virtutes in ea fuerunt in ſummo perfectionis tam ad agendum, quam ad patiendũ, & hoc in tantam incomprehenſibilitatem intellectui humano, vt merito dicatur, quod aſpectus rotarum, & opus earum erat quaſi viſio maris. Nam inæſtimabiliter ſuperauit omnem obedientiam, & actionem, atq; conuerſationem confeſſorum, & martyrum. Nam in omnibus ipſis fuit pondus difficultatis ad bonum, & pronitatis ad malum. In ipſa autem virgine benedicta nullum fuit omnino retardatiuum. Fuit enim rota volubilis ſecundum omnem Spiritus ſancti motum. Tertio autem eleuata eſt per excellentiam contemplationis, & hoc deſignatum fuit in eleuatione aquilæ, de qua Iob 39. dicitur. *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum?* Ipſa enim beatiſſima virgo ſuper omnes Apoſtolos, Prophetas, Patriarchas, & quoſcunq; mundi homines eleuata eſt, per ſapientiam, & contemplationem, ſicut aquila eleuatur ſuper omnes aues in aerem. Et de his tribus eleuationibus tangitur. Can. 6. vbi de ipſa beatiſſima virgine dicitur. *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens,* & hoc in ſanctitate. *Pulchra vt luna,* & hoc in conuerſatione, *electa vt ſol,* & hoc in contemplatione, *terribilis vt caſtrorum acies ordinata,* & hoc in omnium prædictorum connexione. Quæ quaſi omnia ponit ſanctus Bernardinus ad literam vbi ſup. Vbi etiam dicit, quod ipſa benedicta virgo trãſiens ex hoc mundo eleuata eſt ad culmen triplicis dignitatis ſcilicet, altiſſimæ, latiſſimæ, & firmiſſimæ, quæ tria in eleuatione diuinæ magnificentiæ, diuinæ ſedis, & montis immobilis figurantur.

Eleuata eſt ad triplicẽ dignitatem quæ figuratur in triplici eleuatione.

Primo quidem eleuata eſt ad culmen dignitatis altiſſimæ, vt ſit regnum virginis altum. Et de hoc pſalmus 8. inquit. *Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos.* Porro ſingularis magnificentia Dei fuit beata virgo. quia in eius exaltatione plus magnificatur, & etiam ipſa benedicta virgo in ſua humiliatione, deuotione, gratiarum actione, & omnium bonorum Dei fruitione plus magnificat Deum, quam omnis creatura alia ſimul ſumpta. Vnde merito dicitur eleuata ſuper cœlos, id eſt, ſuper Angelos vniuerſos. *Quia ſicut filius Dei Dominus Ieſus ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, tanto melior Angelis effectus, quanto præ illis differentius nomen hæreditauit.* ad Heb. 1. Quod nomen profecto eſt, vt vere ſit Deus per gratiam vnionis. Sic & mater ipſius Ieſu tanto omnibus Angelis melior eſt, quãto præ omnibus in dignitate maternali abundat. Secundo eleuata eſt ad culmen dignitatis latiſſimæ vt ſit regnum eius latum. Vnde 2. Regum 3. dicitur. *Quemodo iurauit David, ſic faciam cum eo vt eleuetur thronus eius ſuper Iudam & Hieruſalem, à Dan vſque Berſabea.* Thronus autem iſte in quo ſedit, & requieuit Dauid, qui manu fortis, & vultu deſiderabilis interpretatur, id eſt, Ieſus Dei filius, fuit glorioſa virgo Maria, quæ eleuata fuit ad latitudinem regni, vt de ea dici poſsit quod non ſolum dominatur à Dan vſque ad Berſabeæ, ſed à mari gratiæ vſque ad mare gloriæ, & à flumine influxuum diuinorum vſque ad terminos orbis terrarum regnans ſuper omnem creaturam. Tertio eleuata eſt ad culmen dignitatis firmiſsimæ. Vnde Eſai. 2. dicitur. *Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles.* Mons enim iſte in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo, & de quo abſciſſus eſt lapis ſine manibus eſt glorioſa virgo, de qua *ſine humano opere natus eſt Chriſtus Ieſus lapis angularis, qui repleuit vniuerſam terram.* Hic autẽ mons eleuatus eſt ſuper colles: quia virginis ipſius dignitas.

Digitized by Google

gnitas eſt ſuper omnes ſublimiſſima, & latiſſima, & ſuper cunctos firmiſſima, & inconcuſſa, ita vt moueri non poſſit ſublimitas mōtis quandiu durat firmitas lapidis, nec regnum matris quandiu durat imperium prolis. De cuius imperio dicitur Daniel. 7. *Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum quod non corrumpetur.* Et hęc triplex eleuatio præmonſtrata eſt Eſai. 6. vbi inquit Propheta. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium,* quia immobiliter requieuit ſuper glorioſam virginem ratione dignitatis firmiſſimæ. *Solium,* inquā, *excelſum, & eleuatum ratione dignitatis altiſſima, & plena erat omnis terra maieſtate eius ratione dignitatis latiſſima,* hæc ſanctus Bernardinus, vbi ſupra. Beatus quoque Bernard. in quodam ſermone ait. *Nec in mundo dignior locus fuit virginalis vteri templo, quo Maria Dei filium ſuſcepit, nec in cælo ſublimior regali ſolio, quo Mariam Mariæ filius ſublimauit,* ſcilicet in anima, & in corpore, ſicut ipſa deſiderabat dicens filio ſuo aſcendenti in cœlum. *trahe me poſt te,* ſcilicet totaliter: non enim dicebat ſolummodo cum Dauid, pſalm. 41. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum,* ſed etiam cum beato Iob ſui libri, cap. 17. *Libera me Domine, & pone me iuxta te,* ſcilicet, totaliter quo ad animam, & corpus. Tanta autem excellētia exaltauit Dei filius matrem ſuam ſuper omnes choros Angelorum, quòd ſicut dicit quidam doctor deuotus, ſi ibi vbi ipſa reſidet, eſſet multitudo, nouam conſtitueret hierarchiam. Licet autē nullus dubitet ipſam glorioſam virginē Mariam ſuper omnes angelicas hierarchias, & ſuper omnes beatos ſublimatam, tamen hanc veritatem nonnullis probabimus rationibus, quo intellectus habeat materiam ſpeculandi; & affectus inflāmetur deſiderio imitandi. Prima autem ratio dicitur puritatis. Sicut enim *grauia naturaliter tendunt deorſum, ita leuia ſurſum,* 3. de cœlo, & mundo. Et quanto aliquid eſt leuius, tanto magis aſcendit donec ad terminū, ſiue ſphæram ſuæ naturæ præfixam attingit. Creatura autem rationalis ſecundum ſpiritum tanto eſt leuior, quāto eſt purior à peccato, vnde peccatum appellat Apoſtolus *pondus,* Heb. 12. di. *Deponentes omne pondus, & circumſtans vos peccatum.* Cuius grauedinem ſenſerat pſalm. 37. cum dicebat. *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* Nulla autem pura creatura fuit beata virgine purior, ergo nulla leuior. Super omnes igitur aſcendit ratione ſuæ puritatis. Vnde dicit Anſelmus in quodam ſermone. *Sicut nulla poteſt ſub Deo maior puritas virginis puritate intelligi, ſic ſub Deo locus ſibi propinquior intelligi non debet illo ad quem virgo eſt aſſumpta.* Et ideo Bern. ſuper pſalm. inquit. *O virgo virga ſublimis, quam in ſublime verticem ſanctam erigis, vſque ad ſedentem in throno, & vſque ad Dominum maieſtatis.* Et Hier. in quodam ſermone ait. *Si in domo patris manſiones multæ ſunt, credimus ſplendidiorem matri filium præſtitiſſe, quam cum ædificauit ſibi domum ſubnixam columnis* 7. id eſt 7. Spiritus ſancti donis. Secundum idem probatur ratione humilitatis ineffabilis. Regula enim veriſsima à Chriſto eſt tradita Lucæ. 18. quòd *omnis qui ſe humiliat, exaltabitur.* Vnde Apoſtolus Phil. 2. arguit. quod, quia *Chriſtus humiliatus eſt, &c.* ideo *Deus exaltauit illum, & dedit ei nomen ſuper omne nomen.* De hoc etiam habetur Prou. 25. vbi dicitur. *gloriam præcedit humilitas.* Cum ergo aliqua pura creatura non reperiatur ipſa beata virgine humilior, conueniens eſt, vt etiam nulla ſit in gloria altior, & ſublimior, vt ſicut aqua quanto magis deſcēdit, tanto altius aſcendit, ita & ipſa humillima virgo quanto in inferiori abyſſo humilitatis deſcendit, tanto in ſublimiori gloriæ loco ſit eleuata. De cuius profundiſsima humilitate loquens Bern. ſuper, *Miſſus eſt,* inquit. *Quæ eſt, hæc humilitas tam ſublimis quæ cedere neſcit honoribus, inſoleſcere gloria neſcit? mater Dei eligitur, & ancillam ſe nominat.* Tertio idem probatur ratione dignitatis. Videmus enim, quod Deus cuilibet rei deputauit locum ſecundum ſuam dignitatem. *Terra* enim quaſi fex omnium, in infimis iacet. Super eam eſt *aqua* tanquam dignior, deinde *aer,* poſtmodum *ignis,* poſt quem ſphæra lunæ, & ſic de aliis cœlis quorum quælibet tanto in maiori altitudinem conſiſtit, quanto maiori nobilitate, & dignitate inferiora præcellit. Similiter in locis collocari ſolent homines ſecundum eorum dignitatem. Vnde parabolicè loquens Dominus ait Lucæ. 14. *Cum inuitatus fueris ad nuptias non diſcumbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus, & veni-*

Mariam ſuper omnes aſſūptam probat rationibus.

iniquite, & illum inuitauit, dicat tibi, da huic locum, &cat. Cum ergo virgo benedicta poſt DEVM ſit digniſſima, & ſuper omnem puram creaturam excellentiſsima, eo quod eſt mater Dei, patet, quod decet eam locum habere ſupremum inter omnes creaturas, & DEVM. Quarto, idem probatur ratione gratioſitatis. Gratiæ enim debetur gloria, iuxta illud Pſalmi 83. *Gratiam, & gloriam dabit Dominus.* Maiori autem gratiæ maior debetur gloria, & maximæ maxima, quia *ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis, ad magis, & maxime ad maxime*, ſecundum philoſophū 4. Topico. Sed beata virgo ſuper omnes creaturas puras fuit gratia plena, iuxta illud Hieron. ad Euſtochium. *Cæteris per partes gratia præſtatur: Maria autem tota ſe infundet gratiæ plenitudo, ergo illi debetur ſummus gloriæ locus.* Vnde Bernardus in ſermone aſſumptionis ait. *Quantum plus gratia adepta eſt in terris præ cæteris, tantum & in cœlis obtinet gloriæ ſingularis.* Quinto: idem probatur ratione charitatis. Charitas enim eſt menſura ſecundum quam menſurantur præmia, vt quanto plus charitatis quis habuerit, tanto etiam plus gloriæ accipiat, & in cœlis ſublimior fiat. Quia ergo beata virgo ſuper omnes creaturas exarſit charitate, quia non tantum amauit Chriſtum, vt DEVM, ſed etiam vt filium proprium. Vnde Cantic. ſecundo dicebat. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.* Ideo ſuper omnes creaturas quas ſuperauit charitate, debuit exaltari in cœleſti retributione. De ipſa enim inquit Hieronymus ad Euſtochium. *Totam eam incanduerat diuinus amor, & ardor continuus perfuſi amoris.* Cum igitur charitas, & amor ſit *ſpiritualis ignis*, de quo habetur Lucę duodecimo. Et ignis naturaliter aſcendat, ſequitur quod ipſa virgo benedicta, quæ ſuper omnes igne diuini amoris plena fuit, ad altitudinē gloriæ ſuper omnes aſcendit. Sexto, idem probatur ratione meritationis. Vt enim dicitur prioris ad Corinthios, tertio, & in capitul. præſens clericus. 101. quæſtion. tertia. *Vnuſquiſque propriam mercedem recipiet ſecundum proprium laborem.*

Secundum ergo meritum hic habitum habebitur locus in præmio. Sed ipſa benedicta virgo plus meruit ſola, quam omnes aliæ creaturæ. Vnde ſanctus Bonauen. in 3. diſtinction. quarta, articulo ſecundo, quæſt. ſecunda. *dicit. quod ipſa plus meruit intenſiuè poſt annunciationem quam omnes ſancti, & ſancta Dei ſimul, ergo & cat.* Septimo, idem probatur ratione paſsibilitatis. Dicit enim Apoſtolus ſecundę ad Corinth. primo: *Sicut ſocii paſſionum eſtis, ita & conſolationis eritis.* ad quod etiam eſt textus in capite primo de ſepul. Vnde, quanto plura quis tormenta tolerauit pro Chriſto, tanto glorioſior erit in cœlo. Et ideo dicebat beatus Andreas. *Tanto meo regi ero acceptior, quanto pro eius amore fuero permanens in tormentis confeſſor.* Et propter hoc petentibus Apoſtolis Iohāne, & Iacobo gloriæ celſitudinem. Reſpondit Dominus, Matthæi vigeſimo. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Dicunt etiam doctores in quarta diſtinction. 49. quod martyribus propter paſſiones toleratas datur aureola. Sed beatiſſima virgo plus eſt paſſa, quam aliquis martyrum. iuxta illud Lucæ ſecundo. *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Vnde dicit Hieronymus, quod tantus fuit dolor ipſius virginis, quod, *licet non fuerit mortua, tamen fuit pluſquam martyr*, quod etiam inquit Richardus noſter in tertia diſtinction. 33. articul. ſeptimo, quæſtio. quart. Ergo ſuper omnes alios eſt in cœleſti curia laureata, & glorificata. Cuius exaltatio, & ſublimatio, vt inquit ſanctus Bernardinus, vbi ſupra, eſt nobis valde proficua Nam quando reſidet iuxta filium tria militanti Eccleſiæ patrocinia præſtat. Primo, enim dirigit expediendo viam. Secundo, protegit repellendo pugnam. Tertio, irrigat impetrando gratiam. Et hæc triplex eleuatio figurata eſt in Sacra Scriptura. Prima enim, quia dirigit, figurata eſt Exod. decimoquarto, vbi dominus ait Moyſi: *Eleua virgam tuam, & extende manum tuam ſuper mare, & diuide illud, vt gradiantur filii Iſrael in medio maris per ſiccum.* Hæc enim virga ad cuius eleuationem præparatur via populo Dei, eſt glorioſa virgo Maria, cuius patrocinio omnis pœnæ amaritudo populo Dei dulcoratur, & iter ad ingrediendam

Aſſumptio Mariæ eſt nobis valde vtilis.

dam terram promiſsionis diſponitur. Vnde ipſi benedictæ virgini dicere poſſumus illud Sapien. decimoquarto. *Dediſti in mari viam, & in fluminibus ſemitam firmiſſimam oſtendens, quia potens es ex omnibus ſanare, etiamſi ſine rate quis adeat mare.* Secunda figura de protectione habetur Numeri decimo, vbi dicitur. quod *cum eleuaretur arca dicebat Moyſes. Surge Domine, & diſſipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua.* Ex qua figura myſtice innuitur, quod cum beatiſſima virgo eleuata eſt in cœlum, dæmonis potentia imminuta eſt, & diſſipata. Vnde ipſa inquit Eccleſiaſt. 24. *Superborum & ſublimium colla propria virtute calcaui.* Tertia vero figura de irrigatione habetur Iob. 38. vbi dicitur. *Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te?* Vox in nebula eleuata eſt gratia per orationem virginis impetrata, ad quam ſequitur impetus aquarum, quia per ipſam impetratur influentia gratiarum atque remiſſio peccatorum. Vnde Eccleſiaſtic. quadrageſimotertio. *Medicina omnium in feſtinatione nebula.* hoc eſt, in feſtina aſſumptione virginis benedictæ; quia omnes qui volunt, participes fiunt gratiæ ſuæ. Ideo ipſa in tanta gloria ſublimata omnes inuitat vt ad ipſam recurrant pro gratia impetranda, dicens illud Eccleſiaſt. vigeſimo quarto. *Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini, ſcilicet, in præſenti vita recipientes gratiam, & in futura æternam gloriam. AMEN.*

SERMO-

SERMONVM MARIALIS

PARS DVODECIMA, ET VLTIMA.

IN QVA TRACTATVR DE BEATISS. VIRGINIS MARIÆ CORONATIONE, SIVE GLORIficatione: & proprio nomine, Triumphus Dominæ Paradiſi, nuncupatur.

SERMO PRIMVS.

In quo primum oſtenditur B. Virg. iure fuiſſe Reginam mundi; deinde explicatur qualitas, & ſignificatio eius Coronæ, & diadematis, ac demum agitur de Corona illa in memoriam Beatæ Virginis inſtituta, quam illi fideles faciunt, recitando certum numerum orationum, quæ dicuntur, Aue Maria, & Pater noſter.

POSVIT *diadema regni in capite eius.* Heſter 2. Ad gloriam, & honorem beatiſsimę virginis matris Dei exordium ſumamus à verbis deuotiſsimi eius beati Bernard. in principio cuiuſdã ſermonis de aſſumptione eiuſdem, qui ait. *Hic totum decurrat ingenium, & aureus ſermo totus reluceat maieſtate. Voluntaria oris mei beneplacita ſibi faciat genitrix Dei, domina mundi, regina cœli. Ipſa ſenſum acuat, dirigat ſtilum, & linguam pauperis venuſtiori reſpergat eloquio, quod & ipſa mihi hodie impartiri dignetur, vt de magnificẽtiis eius aliquid ſaltem balbutiendo depromã.* Cuius gloriam in ſpiritu videns Propheta Dauid inquit Deo, pſal. 44. *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate.* In quibus verbis oſtendit, quod ipſa glorioſa virgo tanquam regina cœli diademate coronata ſedet à dextris filii veſtita aurato charitatis indumento, atque circundata varietate omnium virtutum, atque gratiarum. De cuius triumphantiſsimæ virginis glorificatione locuturus tria deuotis mentibus ſpeculanda myſteria propono.

Primum dicitur *coronationis.*

Secundum *qualificationis.*

Tertium vero *recordationis.*

PARS

Digitized by Google

PARS PRIMA huius ſermonis An B. V. dum viueret, eſſet regina mundi, an ſaltem regni Iudaici.

DE Glorioſa virgine Maria in cuius capite poſuit Deus diadema regni cœleſtis poſſum' dicere illud Eccl. 45. *Corona aurea ſuper caput eius.* Sed hic operæ precium eſt videre, nunquid ipſa benedicta virgo ſicut nunc eſt regina cœli, ita etiam cum viueret, eſſet regina mundi, vel ſaltem regni Iudaici? Pro cuius dubii declaratione quęritur primo: vtrum in regno ſuccedatur ordine ſucceſſionis, an vero per electionem? Ad quod concluſiue dico teneri, quod ſuccedirur per ſucceſſionem, per tex notabilem in c. licet deuoto. & ibi Pan. in 2. col. in 3. nota. & allegat bonam glo. in c. denique. 7. q. 1. cum aliis allegationibus. Secus autem eſt in imperio in quo ſuccedirur per electionem, ſecundum Pano. in c. venerabilem. de elect. Et ſic prima concluſio procedit in regno particulari: non autem in vniuerſali. Et facit glo. in c. Moyſes. 8. q. 1. Et ratio eſt ſecundum Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iu. quia indignũ eſſet quod monarchia imperii, quæ nemini ſubeſt, iret per ſucceſſionem in manibus pupilli, vel pupillæ. Sed de regno particulari magis toleratur, quia eſt ſubditum imperio. Confirmantur quoque prædicta quod regnum tranſeat per ſucceſſionem ad quemcunq; de domo regis ſeruata ordinis prærogatiua etiam vſque ad centeſimũ gradũ, per ea quæ determinat Bal. in cap. 1. in pr. in vlt. col. de feudo Marchiæ. vbi hoc expreſſe tenet. Et corroborantur prædicta, quia in ſcriptura diuina in omnibus libris Regum, & Paralipomenõ videmus quod ſuccedebatur per gradus ordine ſucceſſiuo. Sacra autem ſcriptura poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, ſecundũ gloſ. in §. fugiunt. in auth. vt iudices ſine quoquo ſuf. col. 2. Secũdo pro deciſione primæ dubitationis quæritur, vtrum infideles poſſint creari reges. Et reſpondetur, quod non, & ſi qui ſunt, ſunt de facto, & non de iure. vt determinat Panor. in d. c. venerabilem. de elect. & gloſſ. in prooemio inſti. Et patet: quia reges vngũtur c. 1. de ſacra vnctio. cuius non ſunt capaces hæretici, & infideles. Immo, ſi rex Chriſtian' efficeretur hæreticus perderet regnũ. vt inquit Bal. in l. 1. in 13. col. C. de emancipat. liber. in repetitione. Tertio quæritur, nunquid fœminæ poſſint ſuccedere in regno? Et reſpondet Panor. expreſſe in cap. dilecti filii. in fine primi no. & clarius in 3. colum. in gl. 3. extra. de arbi. quod ſic. & facit tex. in c. cum deuotiſſimam, iuncta ſuperſcriptione 12. quæſt. 2. Idem quoq; tenet prędictus Panor. in c. ſignificauit. de reſcript. in 3. no. Secus autem eſt in feudo, vt determinat idem Panor. in locis præallegatis. & omnes doctores in §. & quia de his, qui feu. da. poſ. per illum tex. & glo. ibi, quæ dicit, quod fœmina non ſuccedit in feudis, niſi in tribus caſibus. Primo quando nominata eſt inueſtitura. Secundo quando feudum redemit à domino. Tertio quãdo domin' ei dedit propter ſeruitium patris. In quibus caſibus ab aliquo ex parentibus non eſt inquiranda, vt in ca. ſi quis ſine filio maſculo. quemad. feu. ad fi. per Bal. autem in dicto §. & quia addit quartum caſum, ſcilicet, quando feudum eſt datum ad nullum ſeruitium, quia non extantibus maſculis ſuccedet fœmina. Quintum caſum ponit Odofre. in ſua ſumma, ſcilicet, quando feudum erat quæſitum iure emptionis, & hoc eſt potius ex natura contractus quã feudi. Sextum caſum addunt quidam in feudo conceſſo ad certum ſeruitium quod fœmina poteſt explicare per ſe, vel per alium ff. de vſufruct. ac l. ſi quis. t. 10. & l. ſi mulieri, ſecundum Iacob. de Belaper. qui dicit quod fuit in facto in regno Apuliæ. Fœminas autem regulariter non ſuccedere in feudis, patet in cap. filia. de ſucceſſion. feud. Quod autem deficientibus maſculis fœminæ ſuccedant in regno, & in comitatu, tenet etiam Bal. in l. in multis. ff. de ſta. ho. & Archid. in d. cap. cum deuotiſſimam. 12. quæſt. 2. dicit hoc ſeruari de conſuetudine. Et idem videtur tenere glo. in l. fina. C. de arbit. vbi dat exemplum comitiſſæ Capuæ, & Matellæ, Cynus quoque idem affirmat in d. l. fin. & dat exemplum de Matilla, quæ fuit filia regis Italiæ, & poſt mortem patris multas rexit ciuitates in Italia, & templa multa conſtruxit, quæ adhuc extant. Et ita conſuetudo maxime videtur extare in partibus Gallicanis. d. c. dilecti. de arbi. Quarto quęritur, nunquid mulieres habeant aliquãdo regna, iuriſdictiones, & comitatus ex radiis mariti quibus coruſcãt, l. fęminę.

Vtrum regnũ ſucceſſione vel electione teneatur.

Infideles & hæretici nõ poſſunt creari reges inter Chriſtianos.

Fœminæ in regno poſſunt ſuccedere. Secus in feudo, niſi in tribus caſu.

Fœmina habent aliquãdo regna propter maritum.

ff.de ſena. § hoc itaque in auth. de conſu. Et reſpondetur quod ſic; vt determinat Pan. in dicto cap. dilecti filii. de arbit. His autem omnibus præſuppoſitis dico, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus fuit ille rex, de ſemine Dauid, cuius regnum eſt fidele Deo in perpetuum, vt diffuſe probaui in prima parte roſarii ſermonum, ſermone. 14. parte. 3. Qui quidem rex promiſſus fuit ipſi Dauid à Deo, vt habetur 2. Regum 7. Cum ergo omnes nobilitates, & dignitates reſpectu ſanguinis habuerit Chriſtus a ſola matre ſua, cõſtat quod ipſa virgo benedicta recta linea deſcendit de genere Dauid, & ei debebatur regnũ Iudaicum, quod fuerat ab Herode alienigena vſurpatum, & hoc regnum ei competebat, vel propter defectum maſculorum ex maſculino genere recta linea à Dauid deſcendentium, vel quia ſi qui erant, quia ingratiſſimi erãt Deo, vt habetur Eſa. 1. ideo ad ipſam virginem gratiſſimam deuolutum erat ius regni Iudæorum, quod illis Deus donauerat. Quãdo enim primogeniti ſunt ingrati, tunc regnũ tranſuoluitur ad proximiores in gradu, c. licet. vbi Inno. de voto. Licet autem Chriſtus noluerit adminiſtrare regnum temporale, immo fugerit, quando Iudæi voluerunt eum conſtituere ſibi regem, Iohan. 6. tamen vere erat rex Iudæorum, & non falſum, ſed verum titulum ſcripſit Pilatus ſuper crucem, ſcilicet, *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.* Iohan. 19. Hanc autem dignitatem, vt ſupra diximus, tranſmiſit in ipſum mater ſua, quæ fuit filia Dauid, & regina ſui regni. Vnde ipſe Dauid cum dixiſſet pſalmo 44. *Aſtitit regina à dextris tuis, &c.* immediate ſubiunxit. *Audi filia & vide, &c.* Iſtud autem regnum Iudaicum, quia erat particulare, potuit in mulierem peruenire eo modo, quo ſupra declaratum eſt. Et poſito quod fuiſſet imperium vniuerſale, etiam ad ipſam pertinuiſſet, quia ratio aſſignata per Bald. quare ad imperium nõ peruenitur per ſucceſſionem, non militat in ipſa beata virgine, quæ etiam in ventre matris fuit capax omnis rationis, & ad regimen totius mundi aptiſſima. Et poſito ſine præiudicio veri, quod ipſa non eſſet proximior ad ſucceſſionem ipſius regni Iudaici, ſaltem non poteſt negari, quin ad ipſum Ioſeph de iure pertineret, qui de regio ſemine deſcenderat per rectam lineam maſculinam.

Maria cõpetebat regnum Iudaicum & qua ratiõe.

vt patet Matt. 1. Et cõſequẽter ipſa virgo vxor regis erat regina, & gaudere debebat priuilegiis eius, l. princeps. ff. de leg. Item ipſa erat ſponſa Dei: vt declaraui in 4. parte principali huius operis, ſermone 11. parte vltima. Deus autem eſt imperator cœli, & terræ, & conſequenter ipſa erat imperatrix mundi, dum adhuc viueret. Præterea cum, vt ſupra diximus, imperans mundo debeat per electionem promoueri, in electione autem electores tenentur eligere meliorem, & ſapientiorem, atque ſufficientiorem, ſecũdum quod determinat Nicolaus de Lyra ſuper Iohan. 21. & Beatum Thomam in quod li. 6. quæſti. 6. Cumq; ipſa benedicta virgo eſſet omnibus puris hominibus, qui vnquam fuerunt, ſapientior, & ſufficientior, & plena donis Spiritus ſancti. vt declaraui in quarta parte principali huius operis, ſermone 5. & 6. ergo ad ipſam ex electione fienda pertinebat imperium, & gubernatio totius mundi. Preterea Chriſto ſecundum humanitatem dedit Deus imperium, & monarchiam totius mundi. Vnde ipſe ait Matth. vlt. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra.* Sed filio ſine liberis morienti ſuccedit mater, l. fi. C. de Senatuſconſult. Tertu. & Inſt. eo. titul. §. ſed nos. & §. ſed cum. ergo ipſa erat imperatrix totius mundi. Sicut autem eius filius, vt nos doceret fugere mũdi honores, noluit in regali ſede, & throno reſidere, ſed *voluit miniſtrarẽ, & non miniſtrari,* Matth. 20. Vnde licet ſuum eſſet regnũ mũdi. iuxta illud Iohan. 1. *In propria venit, &c.* tamen quia non venerat imperium exercere, ait Iohann. 18. *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Similiter fecit eius benedicta mater, quæ etiam noluit vacare regimini mundi, ſiue alicuius temporal.s regni, quia curam & gubernationẽ habebat Dei filii ſui. Maior enim incomparabiliter eius dignitas in regendo Deum, quam fuiſſet in gubernando totum mundum. Sicut autem abſonum, & valde indignum, atq; vituperoſum eſſet quod aliquis ſapientiſſimus, atque nobiliſſimus rex habens gubernationẽ ſui regni, vacaret gubernationi vnius aſini. Ita & multo magis abſurdiſſimum fuiſſet, quod virgo glorioſa quæ gubernatrix conſtituta erat filii Dei, attenderet, & occuparetur circa gubernationem alicuius temporalis, & tranſitorii regni. O igitur regina noſtra ſereniſſima profecto tu dicere potes illud

Imo imperiũ totius mundi.

Maria dignitas maior in cura gerenda Dei filii ſui quam fuiſſet in regimine totius mundi.

1. Eſdræ

1. Eſdræ 1. *Omnia regna terræ dedit mihi Dominus.* Et nos tibi dicere poſſumus illud Tob. 13. *In omnia ſæcula regnum tuum.* & pſal. 144. *Regnum tuum regnum omnium ſæculorum, &c.* Et Dan. 2. *Regnum quod in æternum non diſſipabitur*, veni ergo, & ſuper nos regnum accipe Iudicum 9. De regno enim tuo dici poteſt illud pſa. 103. *Et regnum ipſius omnibus dominabitur.* Et Luc. 1. *Et regni eius non erit finis.* Tu namq; in te habes omnes boni regis, & bonæ reginæ proprietates, de quibus Ariſtot. tractat in lib. de regi. principum, & Ægidius in eodem tractatu libro 1. capit. 8. vbi ait. *Regem decet eſſe diuinum, & ſemideum.* In eiuſdem etiam operis libro ſecundo cap. 19. iterum inquit. quod *rex non poteſt eſſe nimis liberalis erga ſubditos ſuos: immo vix poteſt pertingere ad liberalitatem ſibi conuenientem.* Tu vero ad ipſam perfectionem liberalitatis peruenisti, quæ nobis ſubditis, & ſeruis in omnibus noſtris neceſſitatibus liberaliſſimè ſuccurris, Scis enim quod ait Ouid. in 2. de ponto, *Regia crede mihi res eſt ſuccurrere lapſis.* Cõueniens homini eſt hominem ſeruare voluptas. Et ideo dicere poteſt cum Iuſtinia. Imperatore in l. priuilegia. §. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſi. *Humanitatis noſtræ eſt egenis proſpicere, & dare operam, vt pauperibus alimenta non deſint.* O igitur liberaliſſima domina, profecto ſi non eſſes noſtra regina rationibus prææallegatis, nos qui ſumus populus Dei conſtitueremus te reginam noſtram. *Populus enim conſtituit ſibi regem.* 1. Regum 11. ff. de orig. iur. l. 2. §. in initio. & § exactis. Ad hoc enim peragendum nos attraheret bonitas tua. Ait namque Tullius in oratione ad Cæſarem. *Nihil eſt tam populare quam bonitas.* O regina excellentiſſima, tu & filius tuus eſtis illi, de quibus principaliter dixit Deus Prouerb. 8. *Per me reges regnant, &c.* Transſumptiuè in epiſt. inter claras. C. de ſumm. trin. & fi. cap. Beati autem ſunt illi qui viuunt ſub veſtro regimine. Verificatur enim illa Platonis ſententia, quam refert Boetius in 2. de conſo. ſcilicet, quòd *beatæ eſſent ciuitates ſi aut Philoſophi regnarent, aut reges philoſopharētur.* Quia enim bonus rex debet habere omnia iura in ſcrinio pectoris, l. omnium. C. de teſtam. & debet eſſe plenus ſapientia, l. penul. C. de his qui. vt indi. Vnde Philoſophus in 1. rheto. cap. 20. ait. Princeps oportet ſapere.

Beatæ ciuitates, vbi aut philoſophi regnarent, aut reges philoſopharētur

Ideo tu perfectiſſime cum filio tuo ſeruiſti illud inquit Salomon Sapien. ſexto di. *Concupiſcentia ſapientiæ deducet ad regnum perpetuum. Et ideo ò reges populi diligite ſapientiam, vt in perpetuum regnetis. Diligite lumen ſapientiæ omnes qui præeſtis populis. Multitudo enim ſapientum ſanitas eſt orbis terrarum, & rex ſapiens populi ſtabilimentum eſt.* hæc ille. Tu quoque ò clementiſsima virgo merito es regina, quia perfectiſsime ſemper fuit in te pietatis, & miſericordiæ adminiſtratio, quę ad quemlibet bonum regem pertinet. iuxta illud Prou. 21. *Miſericordia, & Veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius.* Et eiuſdem libro capitul. decimoſexto, *Clementia regis quaſi imber ſerotinus.* Tu etiam habes in te illam boni regis conditionē, quam ponit Caſsiodorus libro tertio epiſtolarum, epiſtola l. di. *Felicitas regnantis eſt famulantes amare.* Et Tullius in philippicis libro ſecundo inquit. *Charitate, ac beneuolentia ciuium ſeptum oportet eſſe principem magis, quam armis.* Et Senten. in libro tragœdiarum dicit. *Decet timeri Cæſarem, ſed plus diligi.* Tu enim feciſti illud, quod poſtea nobis conſuluit faciendum deuotus tuus Iſidor. libro ſecundo ſoliloquiorum capitul. 40. diſtinction. *A ſubditis venerari magis, quam timeri ſtude. Talemq; te redde ſubditis, vt magis ameris quam timearis. Non ſis terribilis in ſubditos, ſic eis dominare, vt delectet ſeruire.* hæc ille. Et ideo nos valde delectat ſeruire tibi. Licet enim dicatur, quod ſeruitus morti comparatur, l. ſeruitutem ff. de reg. iur. l. cum hic ſtatus. §. ſi donator. ff. de donatio. inter virum & vxor. l. interdicit. ff. de condition. & demonſtration. & § ſi vero. in authent. de nupt. Tamen ſeruire tibi. nobis eſt vita, & conſolatio immenſa Vnde tu potes dicere de deuotis ſeruitoribus tuis illud 2. Par. 12. *Sciãt diſtantiam ſeruitutis meæ, & ſeruitutis regni terrarũ.* Et quid mirũ ò virgo benigniſſima, ſi nobis eſt iucundũ tibi ſeruire, cum ſeruierit Iacob pro Rachel ſeptē annis, & videbãtur ei dies pauci præ amoris magnitudine? Gen. 29. O bona domina, tu ſcis quòd ſeruus tuus ſum ego pſal. 115. Ne igitur tranſeas ſeruum tuum Geneſ. 18. ſed pro tua benignitate dignare dicere de me. Erit mihi ſeruus ſempiternus. 2. Regum 27. & illud Eſaiæ 42. *Ecce ſeruum meum, ſuſcipiam eum, electus meus; complacuit*

Digitized by Google

placuit ſibi in illo anima mea. Placeat humanitati tuæ dicere mihi illud Eſa. 49. *Seruus meus es tu, quia in te glorabor.*

PARS SECVNDA huius Sermonis, de qualitate, & ſignificatione Coronæ B. Virginis.

QVIA ſupra diximus beatiſſimam virginem a Deo coronatam diademate, pulchrum erit videre qualis ſit, & quid ſignificet iſta corona. Dicit autem glo. in clemen. Romani. de iureiurando. quod diadema proprie dicitur *corona imperialis*, vel *regia*. & ſic dicitur à *dia*, quod eſt duo, & *demo, demis*, quia ex ſui rotunditate principium demit, & finem, & fit ſolum ex auro, & lapidibus precioſis. Pro iſtius autem partis expeditione declarabimus illud, quod dixit beatus Iohannes Euangeliſta Apocal. 13. ſcilicet. *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta ſole lunam ſub pedibus habens, & in capite eius corona ſtellarum 12.* In quibus verbis quinq; myſteria deſignantur. Primum dicitur deſignationis: ibi. *Signum magnum.* Secundum apparitionis, ibi. *Apparuit in cælo.* Tertium glorificationis, ibi. *Mulier amicta ſole.* Quartum conculcationis, ibi. *Lunam ſub pedibus habens.* Quintum vero coronationis ibi, *& in capite eius, &c.* Quoad primum dico ſecundum ſanctum Bernardinum in ſerm. aſſumptionis. quod beata virgo dicitur tripliciter *ſignum magnum*. primo ſcilicet magnæ gratiæ, ſecundo magnæ gloriæ, tertio magnæ intelligentiæ. Primo namq; fuit beata virgo ſignum magnæ gratiæ Incarnationis filii Dei demonſtratæ, & datæ. Signum enim operit, & claudit illud, quod ſignatum eſt. Et ſimiliter ipſa beata virgo immaculato vtero, ſuo ex dono gratię magnę, & ineffabilis clauſit, & operuit filium Dei pro nobis. Vnde Ezech. 32. dominus ait. Solem nube tegam, ideſt Chriſtum in virgine abſcondam. Et Eſa. 7. dicitur. Dabit Dominus ipſe vobis ſignum, *Ecce virgo concipiet, &c.* Ipſa igitur virgo ſanctiſſima magnæ gratiæ nobis ſignum fuit, dū Deum per carnis aſſumptionem fecit eſſe nobiſcum ex gratia ſua. Et propterea Gabriel Angelus Lucæ. 1. ad eam inquit. *Inueniſti gratiam apud Deum.* Quia ipſa ſola, & non alia creatura gratiam per Euam perditā nobis reinuenit. Vnde ipſa dicere poteſt generi humano illud. Oſeæ. 14. *Ex me fructus tuus inuentus eſt.* Secundo ipſa benedicta virgo fuit ſignum magnæ gloriæ, tam vtique magnę, quòd vltra quam dici poſſit ſuperat in gloria. & lætificat omnes Angelos, & ſanctos. Vnde Eccleſiaſtic. 43. dicitur. *A luna ſignum diei feſti.* Ad literam enim in principio lunaris menſis luna aſpectibus hominū occultatur, & tamen à ſole illuminatur, & ei coniunctiſſima eſt. Tunc etiam apud Iudæos erat feſtum neomeniæ. Et ſimiliter beatiſſima virgo Maria in aſſumptione ſua oculis hominum abſconſa, & à tota Trinitate Dei formata, atque filio ſuo in glorioſa ſede coniuncta, feſtum ſupernæ, ac magnæ gloriæ, nouo gaudio, & lætitia conſecrauit. Vnde Prouerb. 12. dicitur. *Mulier gratioſa*, ideſt, beata virgo vere gratioſiſſima, *inuenit gloriam*, ſcilicet, nouam in paradiſo. Et merito quidem inuenit gloriam nouam in cœlo, quę amiſſam gratiā inuenit in terra. Tertio beata virgo eſt ſignum magnę intelligentiæ. Signū enim ducit in ſignati cognitionem: Et ſimiliter ipſa virgo glorioſa ſuper omnem creaturam ducit in ſapientiam, & intelligentiā Dei filii ſui. Hinc Eſa. 45 de ipſa Dominus inquit: *Exaltabo ad populum ſignū meum*, ideſt, per ſignum meum, quod eſt virgo benedicta aliā intelligentiā dabo de meipſo, & de filio meo. Propter hoc etiam dicitur *porta cæli*, quia per eam alta, & ſacra cœli, & ſcripturarum, ac ſacramentorum myſteria reſerantur. De ipſa quoque benedicta virgine dixit Deus Noæ & filiis eius in figuram Geneſ. 9. *Erit ſignum fœderis inter me, & vos.* Quando autem aliquis habet veram deuotionem ipſi virgini, ſignum habet de intrando gloriam paradiſi, & illi poteſt dici de ipſa illud Exod. decimotertio. *Erit quaſi ſignum in manu tua.*

Maria dicitur ſignū magnum triplicit er.

Quando vero Deus tangit cor alicuius deuotione ipſius ſacratiſſimę virginis, poteſt dici illud Heſt. 8. *Sceptrum aureum protendit, quo ſignum clemētia demonſtratur.* Dicat ergo quilibet Chriſtianus Deo illud pſalm. 85. *Fac mecum ſignum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adiuuiſti me & conſolatus es me.* Hoc eſt ſignum ſalutis omnium gentiū, de quo exponi

poteſt

Digitized by Google

poteſt illud Eſa. 5. & 11. *Leuabit Dominus ſignum in nationes.* Et ideo cuilibet Chriſtiano dicitur Eſa. 7. *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo.* Prædicatoribus autem verbi Dei ego dico illud Eſa. 62. *Tranſite, tranſite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, & eleuate ſignum ad populos, quod Dominus auditum fecit in extremis terræ.* Et illud Hiere. 4. *Leuate ſignum in Sion.* Et eiuſdem lib cap. 50. *Annunciate in gentibus, & auditum facite, leuate ſignum, & nolite celare.* Ego autem ſciens, quod vt legitur in officio feſti de niue, beata virgo gratiſſimum habuit quod Iohannes Patricius Romæ ſibi ædificauit templum, vnde ei dixit. *Scire te volo, quoniam tuarum rerum, hæreditatumque perpetuum ſucceſſorem tibi volui prouidere, vt dum mihi domum in terra conſtruxeris, ego tibi in cælis copioſum theſaurum viuum, & æternam conſtruam manſionem.* Cogitaui hoc ſignum virgineum leuare, & per vniuerſum orbem deferre, componendo hoc opuſculum quaſi palatium portatile ad eiuſdem virginis gloriã fabricatum. Et ideo prædicator quilibet deſiderans, quod ego hunc librum componerem, poteſt dicere illud Iob 31. *Quis mihi tribuat adiutorem, vt deſiderium meum audiat omnipotens, & librum ſcribat, vt in humero meo portem illum, & circundem illum quaſi coronam mihi? Per ſingulos gradus meos pronunciabo illum, & quaſi principi offeram eum.* hæc ibi. Rogaui autem Dominum, vt in me verificari faceret illud Zach. 6. *Ipſe extruet templum, & portabit gloriam, ſcilicet beatæ virginis, per totum mundum.* Vt ipſa virgo dicere poſſit illud Eſa 66. *Videbunt gloriam meam,* ſcilicet in hoc libro deſcriptam, *& ponam in eis ſignum,* ſcilicet ſalutis. *& mittam ex eis, qui ſaluati fuerint ad gentes in mare, in Africam, in Lybiam, in Italiam, & Græciam, & ad inſulas longe, ad eos qui non audierunt de me, & ideo non viderunt gloriam meam, & annunciabunt gloriam meam gentibus.* Secundum myſterium quod in prædictis verbis B. Iohan. tangitur, dicitur apparitionis, dum ſubditur *apparuit in cælo.* In triplici enim cœlo apparuit hoc virginale ac cœleſte ſignum. vt dicit beatiſſimus pater meus S. Bernardinus, vbi ſupra: qui iſta duo ſigna per Italiam deportauit, & adorari atque venerari fecit, ſcilicet nomen Ieſu, & glorioſæ virginis, propter quod nunquam fuit hæreticus, ſed fidei

Autoris motiuum ad hunc librum componendum.

Maria tanquã ſignũ apparuit in triplici cælo.

Chriſtianæ zelator præcipuus, nec de huius ſigni veneratione vnquam pœnituit, vt ſcripſit homo quidam, ſed vſque ad mortem in ipſius adoratione perſeuerauit. Loquendo autem de hoc ſigno virgineo dicit ipſe ſanctus Bernardinus, quod apparuit primo in cœlo Eccleſiæ, ſecundo in cœlo gloriæ, tertio vero in cœlo animæ. Primo namque apparuit in cœlo Eccleſiæ militantis, de quo exponi poteſt illud quod idem Iohannes ſcripſit Apocal. 21. dicens. *Vidi cælum nouum, & terram nouam.* In hoc enim cœlo apparuit, vt omnibus bene viuendi præberet exemplum. Vnde Ambroſius in libro de virginitate, ait de ipſa virgine. *Vt de cæteris etiam virtutibus taceam, virgo erat non ſolum corpore, ſed etiam mente, corde humilis, virgo grauis,* &c. Et infra. *Talis fuit Maria vt eius ſolius vita omnium ſit diſciplina.* Secundo hoc virginale ſignum apparuit in cœlo gloriæ, cum ſcilicet in anima, & in corpore in cœlum aſſumpta eſt ipſa virgo glorioſa, ex cuius illuſtratione tota cœleſtis curia decoratur. Vnde Bernard. in quodam ſermone inquit. *Maria præſentia totus illuſtratur orbis, adeo vt ipſa cæleſtis Hieruſalem clarius rutilet virgineæ lampadis illuſtrata fulgore.* Et Eccl. 43. dicitur. *Species cæli in viſione gloriæ,* ſcilicet matris Dei. Tertio inſuper hoc virginale ſignum apparuit, & quotidie apparet in cœlo animæ, de quo cœlo inquit pſalmus 113. *Cælum cæli Domino.* Cœlum enim cum à *celando* ſit dictum, animam deſignare poteſt, quæ nobis celata manet. Cœlum autem cœli dicitur, pro eo quod pro inhabitando cœlo creata eſt. Hoc igitur virginale ſignum apparet in cœlo animæ, quando eam viſitat, & replet ſpirituali conſolatione. Debet ergo quilibet fidelis Chriſtianus deuotionis oculos leuare ad contemplandum hoc ſignum, & rogare vt animam ſuam dignetur viſitare, vt poſſit poſtea ei dicere illud Iob 10. *Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.*

Tertium myſterium à beato Iohanne tactum in verbis præallegatis dicitur glorificationis dum ait. *Mulier amicta ſole.* Triplici enim ſole dicitur amicta beata Virgo Maria. Primo ſole amoris quoad voluntatem ſuam, quæ Dei amore feruet. Secundo ſole ſplendoris quoad intellectũ qui Dei lumine ſplendet. Tertio ſole fulgoris quoad corpus, quod excepto Deo totum paradiſum vltra omnes

Maria amicta triplici ſole.

Digitized by Google

beatos fulgoribus replet. vt inquit ſanctus Bernardinus in loco prædicto. vbi proſequēs addit. Primo igitur beata Virgo dicitur amicta ſole, ſcilicet calidiſſimi, & ignitiſſimi amoris, quo ſupra omnes beatos diligit Deum, & humilitatem filii ſui. Vnde Bernard. ait. *Hoc enim amoris igne labia prophetæ purgantur, iſtoque Seraphim accenduntur. Longe vero aliter hæc Virgo meruit non velut ſummatim tangi: ſed operiri magis, aut circumfundi: & tanquam ipſo igne concludi. Sane candidiſſimus, atque calidiſſimus huius mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata noſcuntur, vt nihil in ea non dico tenebroſum, vel ſaltem minus lucidum, ſed nec tepidum liceat ſuſpicari.* hæc ille. Secundo autem dicitur amicta ſole ſplendoris, ſcilicet quoad lucem gloriæ, quam eius anima habet. Vnde Bernard. inquit. *Denique ipſa eſt mulier amicta ſole*, id eſt induta ineffabili claritate. *Amicta*, inquam, *lumine ſicut veſtimento*: de quo inquit Apoſtolus. *Induimini Dominum Ieſum Chriſtum.* Nam gloria ipſius Dei ſuper omnem creaturam ornata fuit. Tertio etiam dicitur amicta ſole fulgoris quoad lucem, quam habet in corpore ex redundantia gloriæ quæ ſibi à Deo in anima datur. De quo Bernard. ait. *Quam familiaris ei facta es ô domina, quam proxima, immo quam intima, veſtiſti eum ſubſtantia carnis; & ille te gloria ſuæ maieſtatis: veſtiſti, nube ſolem, & ipſa ſole veſtiris*, ſcilicet tam in corpore quam in anima.

Maria omnia terrena conculcauit.

Quartum myſterium quod dicitur conculcationis tangit beatus Ioannes vbi ſupra, di. *Lunam ſub pedibus habens*: quod exponit ſanctus Bernardinus in ſer. prædicto de ipſa beata Virgine. *Habet enim luna mutabilitatem, cauſat frigiditatem, atque luciditatem.* Per mutabilitatem ſignificantur bona temporalia, quæ mutabilia, & defectibilia ſunt, vt luna. Beata enim Virgo omnia terrena contempſit: ne aliquo modo impedirent, aut retardarent eius dilectionem ad Chriſtum. Vnde merito ipſa inquit Eccle. 24. *Ego mater pulchræ dilectionis.* Amor enim commutabilis boni ſuper aliquo modo derogat amori incommutabilis boni. Proinde Auguſti. in 10. confeſſi. ait Deo. *Minus te amat qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat.* Frigiditas autem ſignificat mundanam prudentiam frigidam, atque nocturnam. Et hanc ſub pedibus Virgo habens partim ſpreuit, atque conculcauit eam: partimque famulatui ſuo ſubiecit; quia ea tantum ad Dei laudem vſa fuit. Luciditas vero ſignificat claram creaturarum intelligentiam. Et hanc etiam ſub pedibus habuit. Nam omnium creaturarum cognitionem in comparatione ad ſupereminentem Chriſti ſcientiam paruipendit. Cum enim Apoſtolus Paulus hoc fecerit. Vnde ipſe inquit ad Philippen. 3. *Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta: exiſtimo enim omnia detrimentum eſſe propter eminentē ſcientiam Ieſu Chriſti*, &c. Quanto magis ipſa benedicta Virgo hoc egit, quæ mater extitit ſaluatoris?

Duodecim ſtellæ in corona Mariæ quid ſignificent.

Quintum myſterium à beato Iohanne tactum in præallegatis verbis dicitur coronationis: dum ait. *Et in capite eius*, &c. Quod ſecundum ſanctum Bernardinum vbi ſup. poteſt tripliciter intelligi. Primo modo, vt duodecim ſtellæ coronæ eius ſint duodecim Apoſtoli Chriſti, quia beatæ Virginis meritis fuerunt electi: & poſt ruinam in Chriſti morte ſunt ad fidem reformati, ac per eius inſtructionem edocti. Nam ipſa glorioſa Virgo eſt ſingulariter ciuitas illa, de qua ſcribitur Apocalyp. 21. cap. In quo omnes electi myſtice cōtinentur, & in qua duodecim Apoſtoli ponuntur duodecim lapidum precioſorum fundamenta. Et ſimiliter duodecim Margaritæ ex quibus fiunt duodecim portæ, quæ deſignant duodecim Patriarchas: qui omni lapide precioſo ornati ſunt: & per quos fides venturi filii Dei ipſius beatæ Virginis meritis ad poſteros pertranſiuit. Secundo modo duodecim ſtellæ eius coronæ ſunt duodecim luminoſæ cogitationes, ſeu illuminationes mentis virginalis. Prima ſtella eſt cognitio corporalium naturarum. Secūda ſpiritualiū ſubſtantiarū. Tertia ſcientiarū intellectualium. Quarta virtutum affectualium. Quinta inſtitutarū diuinitus legum. Sexta infuſarū à Deo gratiarum. Septima irreprehenſibilium iudiciorum. Octaua incomprehenſibilium miſericordiarū. Nona innumerabiliū meritorum. Decima remunerabilium præmiorū. Vndecima temporalium decurſuum. Duodecima æternalium rationum. hæc ille. Qui etiā ſubdit, quod tertio modo duodecim ſtellæ in corona Virginis ſunt 12. priuilegia quæ ea regnante, & glorioſa in cœlo, precibus eius

Duodecim priuilegia Mariæ.

impe-

impetrantur nobis, qui militamus, & laboramus in mundo. Prima enim ſtella eſt cæcorum illuminatio. Vnde ipſe ait Eccleſiaſ 24. *Illuminabo omnes ſperantes in Domino.* Secunda lapſorum eleuatio, iuxta illud Daniel. 11. *Cumque corruerint ſubleuabuntur auxilio paruulo*, id eſt, auxilio Beatæ Virginis, quæ paruula dicitur propter humilitatem. Tertia ſordidorum lauatio ſiue purgatio. Vnde in figuram dicitur 1. Regum 25. *Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum tuorum.* Hæc enim inquit Abigail ad Dauid, id eſt, Maria ad Chriſtum, vult enim lauare conſcientias noſtras, intellectum, & affectum noſtrum à ſordibus vitiorum Quarta ſtella eſt deſolatorum lætificatio. Vnde Canti. 1. illi dicitur. *Meliora ſunt vbera tua vino:* quod vt ait pſal. 103. *Vinum lætificat cor hominis* Quinta eſt tentatorum adiutatio. Vnde ipſa inquit Eccleſiaſtic. 24. *Quaſi platanus quæ habet folia ad modum ſcuti exaltata ſum iuxta populos baptizatos.* Et ideo in tentationibus ſuis debet illi dicere quilibet Chriſtianus illud pſalm. 34. *Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi*, &c. Sexta eſt in aduerſis roboratio. Vnde Eſaiæ 28. dicitur. *Vrbs fortitudinis noſtra* Sion, id eſt, Beata Virgo Maria. Septima eſt mortuorum reſuſcitatio. Vnde ipſa ait Eccleſia. 24. *In me omnis ſpes vitæ, & virtutis.* Octaua induratorum mollificatio. Vnde in figuram dicitur Numer. 1. *Cumque percuſſiſſet Moyſes virga* bis ſcilicet, *egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ. Virga Ieſſe floruit. Virgo Deum & hominem genuit*, &c. Silex eſt cor durum. Bina autem percuſſio fit, quando ipſa Virgo facit peccatorem declinare à malo; & facere bonum: à quo egrediuntur aquæ largiſſimæ lachrymarum. Nona ſtella eſt ad Ieſum Chriſtum directio, ſiue viæ ſalutis demonſtratio. Ipſa enim fuit figurata per illam columnam ignis, & nubis, de qua habetur Exod. 13 quæ introduxit filios Iſrael in terram promiſſionis, iuxta illud pſalm. 104. *Dedit nubem in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctem.* Decima ſtella eſt in hora mortis ſubuentio. Vnde Eccleſiaſ. 15. de ipſa. *Obuiabit illi quaſi mater honorificata* Vndecima ſtella eſt contra ignem purgatorii refrigeratio. Vnde Hier. 18. dicitur: *Nunquid de petra agri deficiet nix Libani*, id eſt, refrigerium de Maria poſt mortem noſtram: quaſi dicat non.

Duodecim prærogatiuæ Mariæ.

Duodecima ſtella eſt in vita cœleſti ſua præſentia omnium beatorum lætificatio, & delectatio. Vnde ei dicitur illud Iudith 15. *Tu gloria Hieruſalē, tu lætitia Iſrael, tu honorificētia populi noſtri.* Quarto dicere poſſumus, quod per duodecim ſtellas intelligūtur duodecim eius priuilegia ſiue prærogatiuæ. Prima autē prærogatiua eſt ſpecialis Dei patris electio ad opus incarnationis filii ſui. Vnde in figuram prædictum fuerat Geneſis vigeſimoquarto. *Virgo quæ egredietur ad hauriendam aquam, ipſa eſt quam præparauit Deus filio Domini mei*, id eſt, Chriſto. Potuerunt enim eſſe verba Angeli Gabrielis loquentis de Virgine Maria, quæ prima egreſſa eſt ad hauriendam aquam gratiæ, de qua Eſai. quinquageſimoquinto inquit Deus. *Omnes ſitientes venite ad aquas*, &c. De hac autem electione etiam prædixerat pſalm. dicens; *Elegit eam Deus, & prælegit eam.*

Secundo prærogatiua eſt filii Dei ſpecialis deſponſatio. Vnde ad Corinth. 11. dicitur. *Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.* In veteri enim teſtamento Summus Pontifex non ducebat vxorem niſi virginem, vt habetur Leuitici vigeſimoprimo. Tertia eſt Spiritus ſancti fœcundatio. Vnde Matthæi primo dicitur. *Inuenta in vtero habens de Spiritu ſancto.* Quarta eſt filii Dei conceptio, & parturitio, iuxta illud Eſaiæ ſeptimo. *Ecce Virgo concipiet*, &c. Quinta eſt Dei coniunctio, ſiue conuerſatio, Vnde ipſa ait Cantico. 2. *En dilectus meus mihi, & ego illi qui paſcitur inter lilia*, ſcilicet virginitatis, & puritatis meæ, vel inter vbera, & brachia mea. Sexta eſt Dei meditatio, iuxta illud 1. ad Corinth. 7. *Mulier innupta, & Virgo cogitat quæ Dei ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.* Septima eſt in libro vitæ deſcriptio, de qua dicitur Apocalyp. 7. *Habes pauca nomina in Sardis*, id eſt, in virginibus quæ non inquinauerunt veſtimenta ſua, id eſt, corpora: *& non delebo nomina eorum de libro vitæ.* Ipſa autem dicere poteſt illud pſalmi trigeſiminoni. *In capite libri ſcriptum eſt de me.* Octaua eſt cœli ornatus, & pulchritudo, iuxta illud Ezechielis 24. *Species cœli gloria ſtellarum*, id eſt, virginum, quæ dicuntur ſtellæ, quia de die non lucent, ſed in veſperis incipiunt apparere,

pparere,

patere, id eſt in præſenti latent, ſed in futuro apparebunt quid ſunt. Vnde 1. Iohan. 3. dicitur, *Filii Dei ſumus, ſed nondum apparuit quid erimus*. Nona eſt perfecta Dei aſſimilatio, de qua dicitur Apocalyp. 10. *Virgines ſunt, & ſequuntur agnum quocunque ierit*. Decima eſt noui cantici decantatio, quod tantummodo Virgines decantabunt, iuxta illud Apocal. 13. *Cantabunt ſancti canticum nouum*, &c. Vnde Propheta ait pſal. 136. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? id eſt, in carne corrupta. Vndecima eſt maioris fructus promiſſio. Nam fructus trigeſimus promittitur coniugatis, ſexageſimus viduis: centeſimus autem virginibus, vt dicunt doct. in expoſitione parabolæ Matth. 13. Duodecima eſt duplicis coronæ adeptio. nã ipſi debetur aurea, & aureola. Vnde in figuram dicitur 1. Macchabæorum 3. *Ornauerunt faciem templi coronis aureis*. Facies enim quæ eſt nobilior, & altior pars corporis ſignificat corpus virginale, quod eſt nobilius, & altius omnium membrorum Eccleſiæ. Ornauerunt autem faciem, non tantum vna corona, ſed coronis aureis. Aurea pro charitate ei debetur, & aureola pro virginitate. Et licet hę coronæ competant etiam aliis virginibus, tamen ſingularius competunt ipſi benedictæ virgini, & ideo hæ duodecim ſtellæ dicuntur eſſe in corona capitis eius, quia ipſa eſt omnium virginum primiciua, & regina. Quinto dicere poſſumus, quod iſtæ 12. ſtellæ ſunt 12. ordines, ſcilicet, nouem Angelorum, & tres ſanctorum, ſcilicet martyrum, confeſ. & virginum, quæ omnes eam coronant, quia ipſam perpetuè venerantur, mirantur, & laudant. Seraphin enim mirantur & laudant in ea charitatem tam ſuccenſam. Cherubin ſapientiam tam profundam. Throni poteſtates, & quietem in Deo ſic tranquillam. Dominationes tantam ſuper Angelos præeminentiam. Virtutes tantam miraculorum efficaciam. Poteſtates tantam ſuper dæmones potentiam. Principatus tantam de omnibus regnis prouidentiam. Archangeli tantam de omnibus locis diligentiam. Angeli tantam de omnibus, & ſingulis hominibus cuſtodiam. Martyres tantam in tribulatione conſtantiam. Confeſſores tantam ſobrietatẽ, & temperantiam. Virgines vero tantam ipſius puritatem, & munditiam. Vnde illi dicere poſſumus illud 2. Paral. vlt. *Te laudat omnis Virtus cœlorum, & tibi eſt gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.*

Duodecim ſtellæ ſunt 12. ordines in cœlo Mariam coronantes.

PARS TERTIA

huius Sermonis; De corona illa in memoriam Mariæ, inſtituti, quæ pluries recitantur, *Oratio Dominica*, & *Salutatio Angelica*.

IN memoriam, & recordationem triumphantiſſimæ recordationis dominæ paradiſi, debent omnes deuoti Chriſtiani quotidie coronam dicere deuota mẽte. Ad quam inducere poſſunt vnumquemque ea, quæ in commendationem Angelicæ ſalutationis dixi in quinta parte principali huius operis ſer. 12. In hac autem corona dicũtur. 63. *Aue Maria*. in commemorationem annorum, quibus ipſa Virgo benedicta vixit in hoc mundo. Licet enim de tempore annorum eius in præſenti vita fuerint variæ opiniones, tamen hæc videtur communior. Et poſſunt ſic eius anni computari, videlicet quod, quando concepit Dei filium, compleſſet annum quartumdecimum, & intraſſet quintumdecimum per tantum tempus, quod poſtea quando peperit ſuum benedictum filium compleuerat quintum decimum annum. Quia vero eius filius mortuus eſt trigintatrium annorum; ideo ipſa tunc habebat annos 48. Poſt Aſcenſionem vero filii ſui vixit annis quatuordecim completis, & intrauit quintumdecimum annum; & ſic ipſa vixit in hoc mundo annis 62. completis, & tetigit de. 63. Et ob hoc eius vita dicitur fuiſſe annorum 63. & ſicut & eius filius dicitur ſtetiſſe mortuus tribus diebus, quia tetigit de tribus diebus. In hac autem corona interponitur *Pater noſter*; & ab eo incipitur, vt ſignificetur, quod omnem gratiam ſuam recepit ipſa benedicta Virgo à patre cœleſti, *à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum deſcendit*. Iaco. 1. vt etiam dicit gl. in l. 2. ff. de legi. Sciendum eſt autem, quod aliquĩ poſtquam dixerunt quinquies. *Aue Maria*, dicunt vnum, *Pater noſter*, ad memoriam quinque vulnerum Saluatoris. Alii vero poſtquam dixerunt ſepties, & hoc ad memoriam ſeptem gaudiorum ipſius Virginis. Alii poſtquam nouies dixerunt, *Aue Maria*, interponunt,

Computatio annorum beatæ Virg.

nunt, *Pater noſter*, vt ſignificent quod beata Virgo exaltata eſt ſupra nouem choros Angelorum. Alii vero poſtquam dixerunt decies, vt denotent, quod ipſa glorioſa Virgo eſt eleuata in decimo choro cœleſti. Alii autẽ poſtquam dixerunt duodecim, *Aue Maria*, dicunt vnum, *Pater noſter*, in memoriam coronæ duodecim ſtellarum, quæ eſt in capite ipſius ſanctiſſimæ Virginis: vltimis autem tribus, *Aue Maria*, interponitur *Pater noſter*, ad reuerentiam ſanctiſſimæ Trinitatis. Sed qualitercunque dicatur prædicta corona totum redundat in laudem Dei, & ipſius benedictæ Virginis. Ego igitur dico omnibus Chriſticolis illud ad Roma. vltimo. *Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis.* Ad hoc autem faciendum nos inuitat ſancta mater Eccleſia, quæ eam diuerſimode ſalutat dicendo. *Salue ſancta parens.* Et, *Salue regina miſericordiæ. Aue regina cælorum. Aue maris ſtella*, &c. Principalis vero eius ſalutatio deportata eſt à cœlo, ſcilicet, *Aue Maria*, quæ non debet reputari res muliebris: vel ſolum ſpiritualium gentium, ſed omnium Chriſtianorum Melius eſt autem dicere vnum *Aue Maria* corde deuoto, & cum animi feruore, quam centum cum tepiditate, & indeuotione. c. non mediocriter, de conſe. di. 5. Ipſam autem coronam deuote dicentes innumerabilia beneficia ab ipſa benedicta Virgine conſequentur. De quibus aliqua tangit Propheta pſalm. 64 dicens. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate. Pingueſcent ſpecioſa deſerti, & exultatione colles accingentur. Induti ſunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent.*

Fructus ſ. ſalutates di centiũ coronam Mariæ.

Quæ omnia poſſunt exponi moraliter de facientibus coronam ipſius Virginis. Ex quibus verbis poſſumus colligere tres fructus principales coronæ virginalis. Primus dicitur benedictionis, ibi. *benedices coronæ*, &c Secundus impinguationis, ibi, *pingueſcent ſpecioſa deſerti.* Tertius vero dicitur inchoationis, ſcilicet paradiſi, vel conformationis; ſcilicet cum cœleſti curia, ibi, *cantabunt*, &c. Quo ad primum dicit Propheta ipſi benedictæ Virgini: *Benedices coronæ anni*, id eſt, annorum. Et ponitur numerus ſingularis pro plurali, ſicut etiam Exod. 8. dicitur. Venit muſca grauiſſima Et Virgilius in 6 Æneid. inquit *& armato milite complent*, id eſt, armatis militibus.

Benedicit autem beata Virgo coronæ annorum benignitatis ſuæ, id eſt, quibus ipſa benigniſſima vixit in hoc mundo: vnde facientes coronam, & conſtanter totius vitæ ſuæ memoriam obtinent multiplicem benedictionem, ſcilicet operatiuam, remiſſiuam, compenſatiuam, confortatiuam, & cumulatiuam. Benedictionem autem operatiuam conſequimur à Deo, videlicet à patre cœleſti, eo quod eius dilectiſſima ſponſa à nobis in ipſa corona veneratur à filio, quia eius chariſſima mater honoratur: & à Spiritu ſancto, quia vas theſauri ipſius a nobis in reuerentia habetur. Cum enim cuilibet ſancto dicat Deus illud Geneſis 27. *Qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur.* Profecto ille qui faciendo coronam benedicit virginem Mariam: à tota Trinitate benedicitur, & de plenitudine benedictionum ipſius Virginis recipit. Non ergo amittitur illa hora, quæ in facienda corona expenditur, ſed Deo conſecratur, & a tota Trinitate acceptatur. Quia vero *Dei dicere, eſt facere*, iuxta illud pſalm. antepenult. *Ipſe dixit, & facta ſunt.* Ideo eius benedicere eſt benefacere. Et conſequenter Deus qui facientes coronam benedicit, eis benefacit. Remiſſiuam quoque benedictionem conſequimur faciendo coronam. Nam cum benedictio Sacerdotis, Epiſcopi, Cardinalis, & Papæ remittat de peccatis venialibus, ſecundum Franciſcum de Mayro, & alios Theologos in 4. ſententiarum diſtinct. 20. & Iohannem Andreæ in prooemio 6. & ibi doctores ſuper illud. *Salutem & apoſtolicam benedictionem.* Multo magis benedictio Dei, quæ eſt magis curialis. Sciendum eſt autem quod à diuerſis Summis Pontificibus conceſſæ ſunt diuerſæ indulgentiæ dicentibus, *Aue Maria:* quæ licet credantur eſſe maioris numeri, quam nunc exprimam, tamen colligendo ea ſolum quæ pro certo ſciuntur. Quando quis dicit; *Aue Maria*, conſequitur indulgentiam, 188. dierum. Et quando dicit *Ieſus* totidem. Et quando dicitur *Sancta Maria*, habentur quadraginta dies de indulgentia. Quia igitur in corona dicitur ſexagintatribus vicibus *Aue Maria*, & *Ieſus* ac *Sancta Maria*, &c. Ideo in ſumma quis faciens coronam conſequitur dies ducentos ſeptuagintatria millia, ſexcentum quinquagintaocto de indulgentia. Beatus autem frater Cherubinus

Indulgentia dicentibus Aue Maria.

de Spoleto Ordinis noſtri impetrauit à Summo Pontifice centum dies de indulgentia pro omnibus facientibus coronam. Et ſic in ſumma erunt ducenta ſeptuaginta tria millia ſeptingenti quinquaginta octo dies indulgentiæ pro qualibet corona. Felicis autem recordationis Sixtus Papa IV. omnibus dicentibus in ſtatu gratiæ infra ſcriptam orationem, ſiue ſalutationem ipſius Virginis, quæ à multis dicitur in corona, conceſſit indulgentiam duodecim millium annorum pro qualibet vice, qua dicitur. *Aue ſanctiſſima Maria mater Dei, regina cæli: porta paradiſi: domina mundi ſingularis, & pura tu es Virgo. Tu concepiſti Chriſtum ſine peccato. Tu peperiſti creatorem, & ſaluatorem mundi in quo non dubito. Libera me ab omni malo: & ora pro peccatis meis. Amen.*

Benedictionem quoque compenſatiuam recipiunt facientes coronam. In recompenſationem enim iſtius benedictionis, quia in ipſa corona benedicunt Dei matrem, benedicuntur, & ipſi non ſolum à Deo; ſed etiam à tota curia cœleſti. Omnes enim Angeli, & beati dicunt beatæ Virgini illud Numer. 24. *Qui benedixerit tibi, ſit ipſe benedictus.* Vnde cum benedicimus ipſam Virginem, & eius filium: reſpondet ipſa Dei genitrix, & omnis paradiſus ſecum *ſitis & vos benedicti.* Dicitur enim in communi prouerbio. *Quale verbum dixeris, tale audies.* Ipſa ergo piiſſima virgo nos reſalutat, quando eam ſalutamus. Aliter non haberet in ſe vrbanitatem, ac curialitatem. Nam ſi alicui quis dicat. *Bonus dies,* ille ſi non eſt valde ruſticus, reſpondet. *Bonus dies, & bonus annus.* Quanto ergo magis hoc faciet beata Virgo nobis ſalutantibus eam? Habet enim valde gratas ſalutationes noſtras. Nam ſi Octauianus Imperator emit pro decem millibus nummis vnum coruum cuiuſdam Romani, qui inſtructus ab illo ſalutauerat ipſum Imperatorem reuertentem victorioſum de prælio dicens. *Aue Imperator uictor.* vt refert Macrobius. Et ſic Imperator Tiberius, & Romani ita charum habuerunt coruum alium, quia eos ſalutabat in foro, quod poſtea de eius morte valde doluerunt, vt refert Plinius 10. naturalis hiſtoriæ. Profecto multo chariores habet Virgo benedicta illos qui ipſam cordialiter ſalutant. Vnde legitur quod quidam Abbas mortuus poſtea reſuſcitatus, & à monachis ſuis interrogatus quid vidiſſet in alia vita? Reſpondit. *O filii qui vult ſaluari, ſæpe ſalutet Mariam.* Vt enim inquit Bernar. Non venit ad veniam, qui neſcit amare Mariam. Benedictionem etiam confortatiuam recipimus deuote faciendo coronam. Nam efficiemur filii ipſius virginis: & conſequenter ab ea tanquam à bona matre confortamur. Vnde ſciendum eſt ſecundum doct. maxime Cardi. Petrum Dami. Franciſcum de Mayro, & Petrum Ioannis ſuper Iohan. quod ipſi, vt habetur Ioan. 19. Chriſtus in Cruce dixit beatæ Virgini de Ioan. *Mulier ecce filius tuus.* Tanta fuit potentia huius verbi: quod fecit ipſum Iohannem verum filium adoptiuum ipſius virginis, & dedit ei affectum filialem erga matrem, & econtra immo maiorem quam ſit communiter inter filium naturalem, & matrem eius, quia maior eſt vis gratiæ quam naturæ, cap. reuera. de conſe. diſtinct. 2. Quia vero eſt Iohannes interpretatur in quo eſt gratia, ipſe Iohannes accepit hanc filiationem pro omnibus qui voluerint eſſe, & viuere in gratia Dei, & ipſius virginis: Imperator enim cœleſtis ſtans in tribunali crucis nos adoptauit in filios matris ſuæ, dicens ei de quolibet noſtrum. *Ecce filius tuus,* quaſi diceret. *Aſſigno quod tibi ſint filii omnes, qui voluerint eſſe tui deuoti, & te reuerenter ſicut matrem ſalutare, & venerari.* Vt ideo ipſa nos filios ſuos non poteſt refutare, ſed cogitur materna pietate conſolari. Vnde ait illud Eſa. 45. *Nunquid obliuiſci poteſt mater infantuli ſui, & ſi ipſa oblita fuerit, ego non obliuiſcar tui.* Mater enim dulcius amat filium quam pater: quia non tantum paſſus eſt pater in ipſo filio in lucem producendo quantum mater. Debet igitur ipſa benigna virgo nos tenere diligere, ſicut membra filii ſui, quæ eſt frater noſter; & pro indiuiſo dare nobis paradiſum, & hæreditatem cœleſtem. Et hæc corona eſt quaſi proteſtatio quædam & deprecatio filialis, ac ſi diceremus *Nos ó piiſſima Virgo ſumus tui filii & ideo petimus benedictionem maternam, quia benedictio matris firmat domos filiorum,* Eccleſiaſtici. 3.

De coruo Octauianum ſalutante.

Benedictionem quoque cumulatiuam, ſcilicet donorum ſpiritualium, & gratiarum, atque meritorum recipimus faciendo coronam. Et iſte eſt fructus ſecundus ipſius coronæ, qui dicitur impinguationis: & ideo ſub-

Per orationem coronæ cumulamus gratiam.

dit pro-

Digitized by Google

dit propheta pſalm.64. *Et campi tui implebuntur vbertate, pingueſcent ſpecioſa deſerti*,&c. De ipſa enim Virgine, & de nobis poteſt dici illud pſal 106. *Benedixit eis, & multiplicati ſunt nimis*,&c. De hac etiam benedictione, & fructu coronæ, qua benedicimus beatam Virginem prædictum fuit Prouerbior. 11. vbi dicitur; *Anima quæ benedicit, impinguabitur*. Per campos autem qui ſunt lati, intelliguntur mundani, qui ſine diſtrictu obedientiæ alterius viuunt in ſpiritu propriæ libertatis. Et iſtis coronam facientibus dat beata Virgo vbertatem fructuum, diuitiarum, honoris, & gloriæ: ita quod etiam dormiendo ditantur. Item conſolationem filiorum eis tribuit, atque eis ſuæ miſericordiæ ſinum aperit. Vel per campos intelliguntur iuſti, vt exponit Alexander de Ales, qui ſuſcipiunt ſemen verbi Dei, & pluuiam gratiæ diuinę. & iſtis dat beata Virgo vbertatem bonorum operum. Per ſpecioſa autem deſerti intelliguntur boni religioſi, & religioſæ fugientes campos, id eſt, terrenas occupationes, & mundialium conuerſationes. Deſertum enim dicitur monaſterium, quia à mundanis voluptatibus eſt elongatum. In quo cum poſuiſti filiam, non amplius recordaris de illa; vel raro ipſam viſitas eleemoſynis: eſt tamen hoc deſertum ſpecioſum, ſicut paradiſus: in quo frequentant Angeli Dei. Religioſas ergo facientes ſibi coronam, facit beata Virgo impinguari charitate, & deuotione. Per colles autem intelliguntur Domini, & principes temporales, quos replet conſolationibus, ſi coronam ſuam facere non omittant. Sequitur. *Induti ſunt arietes ouium*, id eſt, capita ſpiritualia, vt ſacerdores, Epiſcopi, & Cardinales, quos induit veſtimento ſanctitatis. *Et valles abundant frumento*, id eſt, pauperes, & deſpecti habebunt gratiam Dei per virtutem coronæ. Et ideo noſter frater Iacobus da le corone, de prouincia ſancti Franciſci, qui quotidie faciebat multas coronas beatæ Virgini, hortabatur omnes, vt facerent coronam, & inſtruebat quomodo eam facere deberent. Vnde etiam Epiſcopi non diſcedebant ab eo, quin promitterent ei facere coronam, & vixit 70 annis in virginitate. Quantas autem vtilitates recipiat faciens coronam deuoto corde, non poſſet verbis demonſtrari.

Exempla. Legitur autem quod quidam iuuenis diſſolutus, & à bono propoſito deuiatus; facta deuotione coronæ liberatus eſt, & ad bene faciendum reductus. *De corona Mariæ.* Mater etiam quædam habens filium prauum: per virtutem coronæ obtinuit illius emendationem. Quidam quoque Peruſinus poſitus in profundo turris, deſperanſque poſſe euadere, quinque coronas dicebat in die, & ſic liberatus fuit. Quadam etiam die cum nonnulli mercatores Florentini venirent de Lugduno, vnus eorum poſt ſocios remanens plane dicebat coronam. Et quia ſolus erat a latronibus aggreſſus eſt, qui totum eius veſtimentum in fruſta inciderunt, & coronam quam in manu habebat, atque carnem eius non tetigerunt. In quodam quoque lacu exiſtente quodam deuoto beatæ virginis diabolus tantam tempeſtatem concitauit, qua nauis ſiue barcha verſata eſt. Famulus autem eiuſdem deuoti præ timore mortis ſtrinxit collum eius. Ipſe vero cum corona in manu inuocabat beatam virginem, vt ipſum adiuuaret, & ſic liberatur eſt. Legitur quoque quod in quadam nauicula cum eſſent quidam pueri ludentes, inter alios erat ibi filius cuiuſdam pauperis, qui quotidie faciebat coronam virginis. Vnde ſubmerſa naui omnibus aliis ſuffocatis, ille liber ſuper aquas ambulans euaſit. Vulterræ etiam in morte pii Papæ propter magnam niuem cecidit tectum domus, & omnia ſuper canicium ſteterunt, quia ibi erant duo filii pauperis viduæ qui quotidie faciebant coronam. Ad quod miraculum videndum cucurrerunt omnes de ciuitate. Item Feltri vxor cuiuſdam Medici capta à Turcis propter coronam liberata fuit intacta cum filia ſua. Item Oruieti quædam dæmoniaca dixit domino ſuo. Dic officium virginis. Cui ille reſpondit. Neſcio legere. Et poſtea traxit coronam de manica dicens. Hoc eſt meum officium, & aliud neſcio. Tunc illa dixit. Bene bene fratello mio. Queſto è il meliore bocone che tu poſſi trouare. Legitur quoque quod ſuper Nurſiam ad lacum Pilatus vnus deſperatus cœpit clamare di. O dæmones venite.

Qui ſtatim cum furore venientes dixerunt. Quid vis? quid vis? Et ille ait. Portate me vobiſcum, quia nolo amplius viuere. Illi autem reſponderunt. Non poſſumus pro-

auiculam dicere *Aue Maria*, ita quod garriendo vix aliud proferebat. Quadam autem die volucris rapax ipſam rapuit, & aſportauit. Quæ cum clamaret *Aue Maria* ſtatim illic auis rapax mortua cecidit: & auicula ad gremium iuuenculæ eſt reuerſa.

Quantum vero ipſa Angelica Salutatio quæ dicitur in corona, ſit grata ipſi Virgini, & filio eius; patet. Nam legitur quod quædã mulier docebat filios ſuos, & alios paruulos ſalutare beatam Virginem atque affectuoſe deſiderabat videre filium eius. Quadam autẽ die vidit quendam puerulum valde decorum, & formoſum, & vocans illum, cœpit eum docere Salutationem Angelicam. Et cum diceret. *Benedictus fructus ventris tui*; Reſpondit puerulus. Verum dicis mulier, quia ego ſum benedictus. Et volens mulier ipſum puerulũ in vlnis apprehendere ait. Eya, es ne tu, ille, quem ego quotidie videre deſidero? Et in his verbis diſparuit puerulus, quem ipſa poſtmodum feruentius dilexit.

Legitur etiam quod miles quidam diues, ac nobilis ſæculo abrenũciauit, & Ordinem Ciſtercienſium intrauit neſciens literas. Erubeſcentes autem monachi tam nobilem viſum inter laicos deputare, dederunt ei magiſtrum, ſi forte aliquid vel modicum addiſcere poſſet, & ſic inter monachos permaneret. Qui nihil omnino præter hoc, ſcilicet, *Aue Maria*, addiſcere potuit, quod tam auide retinuit, vt quocunq; deambularet, & quicquid ageret, illud inceſſanter diceret. Tandẽ moritur, & in cœmiterio cum aliis fratribus ſepelitur. Et ecce ſuper eius tumulum excreuit lilium precioſum, habens in quolibet folio, *Aue Maria*, inſcriptũ litteris aureis. Currentes autem omnes ad tam grande ſpectaculum, terram de tumulo effoderunt, & radicẽ lilii de ore defuncti procedere repererunt. Vnde intellexerunt cum quanta deuotione illa duo verba dixerat, quem ipſa beata virgo tanto prodigio illuſtrauerat.

Legitur quoque in chronicis Ordinis noſtri, quod quidam frater noſter, Virginis Glorioſæ valde deuotus ſolitus erat nunquã comedere in die, niſi prius coronam virginis feciſſet. Cõtigit autem, vt quadam die cum reliquis fratribus prãdere cœpiſſet coronę immemor. Cum autem primum bolum comediſſet, recordatus eſt, quod nondum coronã fecerat: & tactus dolore cœpit anxius cauſas perquirere, quomodo diſcederet ab aliis; & benedictam virginem ex more ſalutaret. Tandem innuit patri Guardiano, vt ſe ire dimittat, quaſi aliqua duceretur neceſſitate. Quo impetrato, mox Eccleſiam petit, & ante virginis figuram cœpit coronam facere. Interuallo autem facto, cum non reuerteretur, timẽs Guardian⁹, ne aliquid mali ei accidiſſet: pręcepit vni fratrum, vt eum perquireret. Qui per totum monaſterium diſcurrens, & illum non inueniens, tandem ipſum reperit in Eccleſia orantem, & facientem coronam ante imaginem glorioſæ virginis. Viditque ipſam benedictam virginem in forma pulcherrimæ mulieris: & prope eam duos Angelos, qui de ore ipſius fratris dicentis, *Aue Maria*, accipiebant vnam roſam in ſingulis; dum diceret Ieſus poplite flexo, & capite inclinato: quas roſas ponebãt in corona ipſius virginis. In ſingulis autem *Pater noſter* formalium interponebant. Finita autem corona, beata virgo illam in capite ſuo poſuit. & ſic in cœlum aſcẽdit. Quod videns frater ille ſtupefactus aliis fratribus enarrauit. Et extunc alii fratres habuerũt ipſum deuotũ beatæ virginis in maiori reuerẽtia; atq; eius exemplo incitati ſunt ad dicendam quotidie deuotius coronam ipſius virginis benedictę per infinita ſæcula,

Amen.

DE EIVSDEM DOMINAE

PARADISI TRIVMPHANTI CORONATIONE,

SERMO SECVNDVS:

In quo primum contemplatur auctor glorioſam coronationem Mariæ; in cœlis factam; deinde agit de eius excellentiis; ac denique de eius Coronatione exhibet lapidibus pretioſis confecta.

IN *perpetuum coronata triũphat.* Sap. 4. In exaltatione virginis glorioſę in cœlum verificatum fuit Illud, quod in figuram dicitur 2. Paral. 20. *Facta eſt celebritas grandis in Hieruſalem, qualis non fuit à diebus Salomonis in illa ciuitate.* Nec immerito. Nam honor eſt impendendus illi; quem princeps honorat. C. de domeſticis, & protectoribus. l. vnica glo. vlt. Vnde ſi curiales Papæ viderẽt ipſum Papam aſſurgere ad honorandum aliquem, profecto, etiam ipſi illum ſummopere honorarent. Videntes igitur omnes Angeli, & beati Deum tantum honorare beatam virginem, & ipſum regem cœleſtem Chriſtum tanta celebritate, ac iubilo obuiare ſuæ matri in cœlum aſſumendæ, atque illam cum tantis feſtiuitatibus ad cœlum deduceret, & in throno fulgentiſſimo collocatam corona triumphatiſſima coronare: profecto etiam ipſi reginæ ſuæ exaltationem ſic mirabilẽ ineffabilibus exultationibus proſecuti ſunt. Cõtemplatur autem quidam deuotus prædicator; quòd dũ benedicta virgo deberet in cœlũ deferri, fuit facta diſputatio; quis deberet eam deportare. Abraam enim dicebat, quòd ſibi fuerat primo promiſſa Gen. 22. & ideo ad eum pertinebat. Dauid dicebat, quòd, quia etiam ſibi promiſſa erat, & ipſe erat rex, ideo conuenientius ad eum pertinebat delatio reginę. Sanctus Ioachim pater eius dicebat, quod ipſi erant parentes remoti ipſius virginis, & ideo nõ ad eos, ſed ad ſe huiuſmodi officium pertineret. Sancta vero Anna dicebat. Ego ipſam ſæpius portaui, dum eſſet paruula; & ideo etiam nũc debeo illam portare, quia eſt mea filia. Item, quia conuenientius eſt mulierẽ a muliere deferri, quàm à viris, per arg. in ca. mulieres, de iudi. li. 6. Sanctus autem Ioſeph inquit. Ego ſum ſponſus eius: & duxi eam in Ægyptum, & inde eam reduxi: & debeo prope ipſam ſponſam meam ſublimari ratione matrimonii. Indecens enim eſſet ſi illam, quam ſponſam habui, in tribulationibus, & cuius comes fui in miſeriis humanis, non haberem etiam proximam in conſolationibus, & iubilationibus ſupernis. Volo igitur adimplere illud Ge. 2. *Relinquet homo patrem, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ.* Tunc Dominus interrogauit matrem, a quo vellet deferri. Cui illa reſpondit. *Manus peccatoris non moueat me,* Pſal. 35. Cum autem Angeli hoc audierunt: dixerunt.

xerunt. Ergo ad nos pertinet eam portare, qui nunquam peccauimus. Tunc Dominus Ieſus inquit matri ſuæ. Vis mater mea ab Angelis deferri qui omnes animas portant. Reſpondit benedicta virgo: *Mihi adhærere Deo bonum eſt.* Pſ. 72. Et iterum ait. O dulciſſime fili; ego cum te peperi nolui ſeruitricē, ſed meis propriis manibus te pannis inuolui, atque nutriui, & educaui. Tunc Dominus Ieſus dixit illud Eſ. 46. Ego feci ſcilicet te, ſic glorioſam, & ego feram, & portabo ſcilicet ad ſedem tibi ab æterno præparatam. Quia vero nihil inordinatum eſt laudabile. §. inordinatū in auto. de hæt. & ſal. Ideo hæc glorioſæ virginis exaltatio, & coronatio cum maximo ordine facta eſt. Cum enim in cœlum delata eſſet cū proceſſione ſolemniori, quæ vnquam facta fuerit in paradiſo, & baiulo digniori, qui eſſe poſſit, atque cum ordinatiſſimo modo, de quo pertractum eſt in ſuperiori parte principali huius operis. Inceperunt omnes Angeli, & beati celebrare feſtū dedicationis templi virginalis, & exaltationis, atque coronationis eius. Vnde ſanctus Michael, & Gabriel decātauerunt inuitatorium dicentes. *Venite adoremus regem regum; cuius hodie ad æthereum Virgo mater aſſumpta eſt cælum.* Et eis reſpondebant omnes throni ſimul ſicut fieri ſolet in officio matutinali. Et poſtea hymno decātato, cecinerunt Angeli primam antiphonam ſcilicet. *Exaltata eſt ſancta Dei genitrix ſuper choros Angelorum ad cæleſtia regna.*

Secundam vero antiphonam decantauit tota humana natura dicens: *Paradiſi porta per te nobis aperta ſunt, quæ hodie glorioſa cum Angelis triumphas.*

Tertiam autem antiphonam decantauit beatus Ioh. Baptiſta dicēs. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, qui hodie te portauit in cælũ, quem tu ſæpe portaſti in terris.* Quartā antiphonam cecinit Iacobus maior dicens. *Specie tua, &c.* Quintam Sanctus Stephanus protomartyr dicens. *Adiuuabit eam, &c.* Sextam omnes cognati, & affines ipſius beatæ virginis dicentes. *Sic vt lætātium omnium noſtrũ. &c.* Et ſimiliter alias antiphonas diuerſi intonabant, prout eis Michael, & Gabriel cantores principales recommittebant. Primam autem antiphonam ad laudes decantauit Dominus Adam dicens. *Aſſumpta eſt Maria, &c.* Secundam ſanctus Noe dicens. *Maria virgo aſſumpta eſt, &c.* Tertiam Abraam dicens. *In odorem, &c.* Quartam omnes Patriarchæ à quibus ipſa deſcenderat, dicentes. *Benedicta filia tua à Domino, &c.* Quintam omnes Prophetæ, dicentes. *Specioſa facta eſt, &c.* Completis autem pſalmis, & antiphonis: Dominus Ieſus ſacerdos magnus paradiſi, hebdomadarius in hac ſolennitate dixit orationē ſcilicet. *Domine, ſancte pater, omnipotens, æterne Deus, qui glorioſum habitaculum noſtrum benedictæ matris meæ fulgoribus illuſtraſti, atque totam curiam noſtram eius dulci præſentia lætificaſti, concede propitius; vt quiſquis ipſius ſacratiſſimæ virginis deuotus extiterit in terris; eius felici conſortio perfrui mereatur in cælis. Qui mecum & cum Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum.* Omnes autem Angeli & beati reſponderunt. *Amen.* O dies iucundiſſima. O celebritas ſtupendiſſima. O ſolemnitas incomparabilis, qua nunquam paradiſus habuit maiorem, cum regina Saba cum tot aromatibus eſt in Hieruſalem ingreſſa. tertio, Regum decimo, cum ſcilicet glorioſa cœlorum regina repleta omnium virtutum aromatibus ſuper omnes Angelicos choros, & ordines, atque hierarchias in quarta hierarchia prope filium ſuum, eſt exaltata, vt probat Albet. ſuper *Miſſus eſt* capitul. 190. Vbi etiam dicit quòd ipſa magis diſtat ab ordine Seraphico in dignitate, & gloria quam Seraphicus ordo ab aliis inferioribus. De cuius virginis exaltatione inquit Auguſtinus in quodam ſermone eam alloquens, & dicens. *Tibi thronus gloriæ regis collocatur in aula regni. Teque ipſe rex gloriæ vt matrem veram, & decoram ſponſam præ omnibus diligens, amoris amplexu aſſociat ſibi.* Quæ verba exponens Alberic. vbi ſupra, ait. *Ex autoritate quatuor ſequuntur concluſiones. Si poſitus eſt ei thronus regis: ergo item ſuus thronus, & regis dicitur; ergo ſuper omnes thronos.* Item, *ſi mater regis; ergo iuxta regem.* Item, *ſi ſponſa regis, ergo iuxta regem.* Item, *ſi ipſā improportionabiliter plus omnibus creaturis diligit, ergo improportionabiliter ſuper omnes collocauit.* O dilectiſſimi hodie factæ ſunt nuptiæ in paradiſo. Hodie rex Aſuerus, ideſt, Deus, fecit parare conuiuium permagnificū principibus ſuis: & fecit nuptias He-

ſter,

ſter, ideſt, glorioſæ ſponſæ ſuæ; nunciauitque pacem cunctis populis ſuis. Heſter. ſecundo. O igitur regina noſtra ad connubium æterni regis adducta; ſi non vis nobis ſeruulis tuis porrigere de pinguibus, & delicatis cibis nuptiarum tuarum; ſaltem aliqua fragmenta micarum, quæ cadunt de menſa tua nobis ſicut catulis porrige: vt de tua ineffabili iucunditate aliquid vel minimum guſtare valeamus. Vos vero deuoti chriſtiani conſiderantes, quòd hodierna die ipſa virgo aſcendit ad tam ſublimem gloriam, ne ſinatis illã abire, niſi vt dicebat quidam deuotus prædicator. Prius dimittat vobis ſuam benedictionẽ. Tanta autem eſt ſolemnitas huius diei, quòd Eccleſia ſtatuit in cap. alma mater, de ſenten. excommu. lib. 6 quòd etiam ſi eſſet interdictum in aliqua terra, vel ciuitate; debent in ipſa ſolemnitate aperiri portæ Eccleſiarum, & pulſari campanæ, & officium ſolemniter dici ad honorem ipſius virginis hodie ſic venerabiliter coronatæ.

Verum, quia in prima parte præcedentis ſermonis probauimus, ipſam glorioſam virginem eſſe imperatricem mundi: ad quam dignitatem ſublimata fuit in puncto cõceptionis filii Dei. Ideo de eius coronatione loqui volentes, dicimus, quòd ſecundum gloſſam, in cle. Romani principes. de iureiurand. Imperator coronatur triplici corona, ſcilicet ferrea vltra montes in Aquiſgranis: quam accipit ab Archiepiſcopo Colonienſi, & ſignificat eius fortitudinem. Argentea ab Archiepiſcopo Mediolanenſi Modoctiæ: ſignificat eius munditiam, & puritatem. Et aurea Romæ à Papa: & ſignificat eius ſuperioritatem, & excellẽtiam ſuper omnes reges, principes, gentes & nationes. Dicit tamẽ prædicta gloſſa, quod Henricus Imperator recepit argẽteam coronam Mediolani in Eccleſia ſancti Ambroſii. Albericus autem de Roſate in ſuo repertorio, ſiue dictionario in verbo, *corona*, inquit. De iſtis tribus coronis inueni in quodam ſermone in feſto B. Stephani hoc modo. Imperator recipit tres coronas. Primam in Alemania ab Archiepiſcopo Maguntino; & hæc eſt, *argentea*. Et quando ipſe Archiepiſcopus dat ſibi ipſam coronam, dicit ei. *Iſtam coronam mihi conſerues*, quaſi dicat, quòd in anima ſua, & corpore ſuo debet eſſe mundus, & purus ſicut argentum; quod eſt purum inter alia Metalla. Secundam coronam recipit in Mediolano ab Archiepiſcopo Mediolanenſi in Eccleſia cathedrali; & eſt *ferrea*; & recipit eam genuflexo; & Archiepiſcopus dicit ei. *Iſtam coronam mihi defendes*: non intelligens de ipſa corona materiali, ſed ſicut ferrum eſt metallum, ex quo fiunt infiniti labores; & eſt duriſſimum, & fortiſſimum: ita Imperator debet paratus eſſe ad ſuſtinendum omnem laborem corporalem pro poſſe, & eſſe conſtantiſſimus, & fortiſſimus in iuſtitia exhibenda, maxime pupillis, & viduis, ac miſerabilibus perſonis. Tertiam coronam recipit Romæ à Summo Pontifice. vel ab alio loco eius: & iſta eſt *aurea*. Et quando Papa eam ſibi imponit dicit. *Eſto fidelis vſque ad mortem; & dabo tibi coronam vitæ*. Apocalyp. ſecundo. Et iſta deſignat fidelitatem, & prudentiam ſciendi diſcernere malum à bono. Sicut enim aurũ eſt precioſius omnibus aliis metallis, ita ſcire diſcernere bonum à malo eſt dignius aliis ſcientiis. Iſtis ergo tribus coronis fuit coronata mater Dei. Cum enim corona detur propter habitam victoriam de hoſtibus, iuxta illud, ſecũdæ ad Timoth. ſecundo. *Non coronabitur, niſi qui legitime certauerit*. Ipſa benedicta virgo debuit coronari, quæ peccatum ex omni parte debellauit, & deuicit; vt inquit Auguſt. in libr. de natura & gratia. Nulla namque fuit tam victorioſa præliatrix, vt ipſa, quæ caput ſerpentis antiqui contriuit, Gen. 3. Et ideo in ſignum fortitudinis ei conuenienter data fuit corona ferrea. Item, argentea ratione puritatis: quæ tanta in ea fuit ſecundum Anſel. in lib. de conceptu virginali, quòd illa maior nulla ſub Deo valet intelligi. vnde Hie. in ſermone aſſumptionis ait. *Nihil eſt cãdoris; nihil eſt ſplendoris; nihil eſt luminis; quod non reſplendeat in Virgine glorioſa*. Aurea quoque corona debuit coronari ratione ſuperioritatis, & ſufficientiæ. Vnde ſecundum Seraphicũ Bonauenturam in 3. ſent. di. 3. *Ipſa tanta fuit perfectionis etiam ante conceptionem filii, tantoque luminis, & aptitudinis regendi; quod vere digna erat eſſe Monarcha totius mundi*. Conſidera ergo ô anima deuota, quòd ſi quãdo coronatur Papa, vel Imperator fit celeberrima feſtiuitas; multo maior facta eſt in cœlo die coronationis ipſius glorioſiſſimæ reginæ paradiſi. Si vero corona accipiatur pro gloria victoriæ.

Imperator coronatur triplici corona, & quid ſignificet.

Maria triplici iſta corona coronata eſt.

Digitized by Google

ctoriæ. vt l. 1. C. de athletis. lib. 10. & de re iudi. l. commodis. profecto ipſa glorioſa virgo victoriis innumeris illuſtrata, in perpetuũ coronata triumphat; vt dicunt verba thematis noſtri. Super quibus duas tantum coronas ipſius dominæ noſtræ declarabimus.

Prima dicetur *excellentiarum*.

Secunda vero *lapidum precioſorum*.

PARS PRIMA huius ſermonis; de corona excellentiarum B. Virginis.

Maria excellentiſſima puritatis.

INnumerabiles ſunt excellentiæ beatę virginis, quibus tanquam fulgentiſſima corona illuſtratur, quarum prima poteſt dici mũdiſſimæ puritatis. De qua ſatis dixi in prima parte principali huius operis. In qua probaui ipſam intemeratam Dei matrem puriſſimam fuiſſe, & ab omni labe peccati penitus elongatam, quod fuit conueniens propter tria, quæ ponit ſanctus Bonauentura in tertio diſtinctione tertia. Primo propter diaboli cõfuſionem. Congruũ enim erat, vt illa quæ opprobrium noſtrum auferre debebat: & nos per filium ſuum de diabolica ſeruitute eripere veniebat, ipſum inimicum vinceret, & ſuperaret. vnde Bernar. & Augu. exponens illud Gen. 3. *Ipſa conteret caput tuum*, ait, id eſt ſuggeſtionem tuam; quia nulla diaboli ſuggeſtio in mente ipſius virginis ingredi potuit. & ſic ab omni peccato immunis fuit.

Excellẽtiſſ. gratia.

Secundo, hoc conueniens fuit propter noſtrã interceſſionem: Congruebat enim vt illa, quæ humani generis aduocata eſſe debebat, tanta puritate fulgeret; vt nullum peccatum haberet, quod eius conſcientiam remorderet. Tertio propter diuinam deſponſationem. Congruum enim fuit, vt illa quæ placuit altiſſimo Deo; ita vt fieret eius ſponſa; & mater vnigeniti filij ſui, ſic eſſet immaculata mente, ſicut erat intemerata carne; Indecens namque fuiſſet, quod peccatorum aduocata eſſet peccatrix, corona & gloria iuſtorum iniuſta. Sponſa Dei polluta. Specialiſſimum reclinatorium verbi Dei fractum, & infectum. Sacrarium Spiritus ſancti violatum, totiusque Trinitatis triclinium contaminatum; & ideo inquit Bernardus: *Decuit reginam virginum ſingulari priuilegio ſanctitatis abſque peccato ducere vitam, quæ dum peccati, mortisque pareret peremptorem, munus vitæ, & iuſtitiam præ omnibus obtineret.* hæc ille. Vt ergo Dei genitrix eſſet puriſſima, ſuper omnes puras creaturas, Deus eam præſeruauit, non ſolum à peccato actuali, ſed etiam ab originali. Nam procul dubio illud eſt magis mundum, & purum, quod nũquam fuit ſordidatum, quam illud quod ſemel fuit infectum, & poſtea purgatum. Hæc autem prima excellentia mundiſſimæ puritatis beatæ virginis alio nomine appellari poteſt *immunitatis ab omni peccato*. Secundo, excellentia dicitur gratificationis, quam tetigit Angelus Lucæ primo: Nam cum dicendo *Aue*, demonſtraſſet primam excellentiam prædictam, poſtea ſubdidit ſecundam, dicens *gratia plena*. Eſt autem ſciendum ſecundum Auguſtinum ad Bonifacium: & in libro enchiridion. & in 6. de Trini. ca. 8. quod gratia eſt forma, quæ meretur augeri: non quidem augmento, & quantitate molis, vt dicit Rich. noſter in prima diſtinct. 17. ſed quantitate virtutis. Et conſequenter etiam aliquando meretur diminui: quia circa quodcunque habet fieri vnum oppoſitorum, habet fieri, & reliquum ſecundum philoſophum. Sicut ergo non omnia alba ſunt æqualiter alba, nec omnia calida ſunt æqualiter calida. Vnum enim habet duos gradus albedinis, ſeu caliditatis; & aliud tres, vel quatuor: & ideo vnum eſt albius, & calidus altero. Similiter omnes ſancti habent gratiam: ſed non æqualiter. Nam vnus habet vnam, alius aliam. Vnus habet duos gradus, alius tres; & ſic de ſingulis. Omnem autem gratiam, quam per gradus dedit Deus aliis ſanctis, ipſi benedictæ virgini dedit plenarie, & vniuerſaliter. vt inquit Hierony. in ſermone ad Euſtochium di. *Cæteris per partes*, &c.

Virginalis fœcunditatis.

Tertia excellentia eſt virginalis fœcunditatis: de qua Angelus vbi ſupra illi dixit. *Paries quidem filium: & virginitatis non patieris detrimentum.* Quia igitur ipſa beatiſſima regina noſtra ſola fuit mater, & virgo incorruptiſſima: ideo *benedicta ſuper omnes mulieres* appellatur. Quod enim vna mulier ſit virgo, & mater ſimul, & ſemel, eſt impoſſibile per naturam. Oportet ergo, quod illa quæ vult eſſe virgo, non concipiat filios. Et ſi vult habere filios, oportet, quod amittat virginita-

tē. Vnde om̄es philoſoph. naturales habuerūt pro impoſſibili, virginem concipere, & parere; atque inuiolatam virginitatem ſeruare. Maria tu ſola, & virginitatem illibatiſſimam obſeruaſti, & filium concepiſti, ac peperiſti: & ideo tibi ſoli hæc excellentia competit: quod ſcilicet virginitatem, & fœcunditatem ſimul habuiſti. Hoc autem ſingulare priuilegium ille tibi contulit, apud quem non erit impoſſibile omne verbum, Luc. 1. Quod. n. mulier non poſſit eſſe ſimul mater, & virgo: hoc ideo eſt; quia Deus dedit hunc ordinem rebus, quod non poſſit mulier concipere ſine ſui contaminatione. Cum ergo eius ſit tollere, cuius eſt dare. l. qui damnare. ff. de re iudi. profecto ipſe Deus hunc ordinem potuit mutare in matre ſua, vt virgo conciperet: immo mutare poſſet in omnibus mulieribus, ſi vellet. Vt enim dicit B. Thom. in 1. parte. ſum. quæſt. 105. art. 6. & habetur ab Auguſt. 26. cōtra Fauſtum. Deus ſic rebus certum ordinem indidit; vt tamen ſibi reſeruaret, quod ipſe quandoque aliter eſſet facturus. Non enim Deus eſt ſubiectus ordini ſecundatum cauſarum: immo talis ordo eſt ſubiectus Deo: quia ab ipſo Deo procedit, non per neceſſitatem naturæ; ſed per arbitrium volūtatis. Potuiſſet enim & alium ordinem rerum conſtituere. vnde Hugo in lib. de ſacramentis, ait: *Qui fecit, vt vnum corpus eſſet in vno loco; fecit, quomodo voluit. Et ſi voluiſſet aliter facere, potuiſſet*, hæc ille. Ex quibus omnibus patet, quod non recte locutus eſt ille, qui dixit, quod ad hoc, vt mater Dei conciperetur ſine peccato originali, neceſſe erat, quod conciperetur de virgine incorrupta remanente poſt conceptum, quaſi Deus non poſſit facere mundum de immūdo conceptū ſemine; quod eſt contra diuinam ſcripturam Iob. 13. Sicut ergo Deus qui ab æterno elegerat glorioſā virginem in matrem ſuam, in ea mutauit ordinem generalem conceptionis ſuæ, vt ſcilicet conciperetur ſine infectione peccati. Ita etiam mutauit ordinem conceptus ſui: vt ſcilicet ipſa conciperet ſeruata virginitate, quod fuit mirabile. vnde Orige. in homelia natiuitatis Domini, ait. *O magna admirationis gratia. O inenarrabilis ſuauitas. O ineffabile, magnumque ſacramentum. Ipſa beata virgo, ipſa mater Domini; ipſa eius ancilla, plaſmatio eius ipſa quem genuit? Quis vnquam iſta audiuit?*

Deus nō eſt ſubiectus ordini ſecundarum cauſarum; ſed ecōtra.

Quis vidit talia? Quis cogitare potuit ſimilia; vt mater virgo eſſet intacta, & generaret, ac virgo permaneret? Hac etenim virgo ſancta genuit Dominum: ſed intacta permanſit. Mater effecta eſt, ſed virginitatem non amiſit. Virgo genuit, & virgo permanſit. Mater filij facta eſt, & caſtitatis ſigillum non perdidit. hæc ille.

Maria ſola mater Dei.

Quarta eius excellentia eſt; quia ipſa ſola fuit mater Dei ineffabiliſſima; & iſta excellentia poteſt dici *maternitatis*. Hoc autem priuilegium, ſi bene conſideretur, eſt maximum, & ſtupendum. Licet enim magnum priuilegium fecerit Chriſtus Ceciliæ, Luciæ, Katharinæ, Agneti, Agathæ, Vrſulæ, & aliis virginibus, ſcilicet quod ſint eius comites; Vnde ipſi canit Eccleſia. *Quocunque pergit virgines ſequuntur*, &c. Item, licet magnum priuilegium fecerit Adæ; ſcilicet quod in lūbis eius fuerint omnes homines mūdi: glorioſę tamen virginis priuilegium hoc eſt maius. Omnes enim ſupradicti, licet ſint excelſi, ſublimes, & digni; tamen Deo ſunt ſubditi & non prælati. Ipſa vero benedicta virgo, licet ſit ſubiecta Deo, in quantum creatura ſuperior, tamen illi dicitur, & prælata inquantum eſt eius mater. Vnde Lucæ ſecūdo de Chriſto Deo & homine ſcriptum eſt, quod *erat ſubditus illi*. O ineffabilis dignitas Mariæ, quæ imperatori omnium meruit imperare. De hac quarta excellentia loquens Bernardinus inquit. *Iſta eſt noſtra virginis ſingularis gloria, & excellens prærogatiua, quod vnum, eundemque filium cum Deo patre meruit habere communem.* Et Ambroſius ſuper Lucam ait. *Bene gratia plena dicitur: quia gratiam quam nulla alia habuit à Deo autore conſecuta eſt, quia mater Dei eſt effecta.* Et Anſelmus inquit: *Maria propter peccatores facta eſt mater Domini, quia ea ſanctior, ea caſtior, ea humilior in genere humano nulla potuit inueniri. Merito ergo in tanta debuit excellentia collocari.* hæc ille.

Maria Deo familiariſſima.

Quinta eius excellentia dicitur *familiaritatis*. Ipſa enim ſuper omnes fuit, & eſt Deo familiariſſima. Videmus quod ſæculi homines habent familiaritatem dominorum valde charam, & reputant magnam gratiam, quod ſint eorum intrinſeci, & domeſtici. Et quanto maior eſt princeps,

Digitized by Google

cepſ, tanto cæteris paribus maiores ſe reputant cubicularij, camerarij, & ſecretarij eius. Quis autem eſt maior princeps? nonne, Deus, qui eſt princeps principum: & Dominus omnium dominorum? Ergo qui habet magnam familiaritatem ipſius, habet magnum priuilegium, ſiue excellentiam. Licet autem magnam familiaritatem habuerint Apoſtoli cum Chriſto. Vnde illis dixit Luc. 10. & Matth. decimotertio. *Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Multi enim Prophetæ, & iuſti cupierunt videre, quæ vos videtis; & non viderunt.* Quia, licet aliqui antiqui patres, & Prophetæ viderint Chriſtum per fidem à longe proſpiciendo; non tamen ipſum viderunt præſentem inter eos conuerſando, & docendo ſicut Apoſtoli. Et ideo dicuntur beati ſecundum Nico. de Lyra; quia in eis fuit completum, quod antiquis patribus erat promiſſum. Quamuis etiam magnam familiaritatem oſtenderit ipſe Dominus Iohanni Euangeliſtæ; quia in pectore ſuo illum recumbere permiſit. Iohan. 13. de quo etiam fit mentio eiuſdem Euangelij, 21. cap. Licet quoque magnam familiaritatem oſtenderit Magdalenæ, cui permiſit, quod lauaret ſibi pedes: ac crine tergeret, oſcularetur, & vngeret, Luc. ſeptimo, incomparabiliter tamen maior fuit familiaritas, quam ſecum habuit beatiſſima virgo. Quis enim eſt magis domeſticus alicuius filij quam mater eius. Nonne domeſtica, & familiaris fuit virgo benedicta DOMINI IESV, quæ illum nouem menſibus in vtero ſuo portauit: & ex ventre ſuo protulit, & peperit, & ſui pectoris mammas ei dedit: & propriis manibus pluries lauit, & faſcia ac pannis inuolutum alligauit, & ipſum amplexibus amoroſis ſæpius contrectauit; & dulciſſima oſcula labiis eius impreſſit; & ſuis manibus pluries cibauit, & cum eo vſque ad mortem eius conuerſata fuit. Ipſa igitur filio ſuo ſuper omne fuit intrinſeca: quia erat eius genitrix dulciſſima, quæ eum carne veſtierat, ita quod totam humanitatem ei dederat. Vnde inquantum homo patrem nunquam habuit, & ipſa fuit ſibi pater & mater, & omnia. Ea propter inquit Auguſt. *Nec mirum Maria ſi dignatur tibi congaudere Deus regnans in cælis, quem paruulum ex te hominem natum toties oſculata es in terris.*

Maria potentiſſima.

Sexta excellentia eius dicitur *poteſtatis. Ipſa enim*, vt inquit ſanctus Bernardinus in quodam ſermone, *potuit facere de Deo, quod Deus facere non poteſt de ſeipſo.* Impoſſibile enim eſt Deum ex ſe generare filium niſi Deũ æternum, infinitum, & immortalem; & tamen beata virgo ex Deo concepit, & genuit filium non ſolum Deum: ſed etiam hominem temporalem, finitum, & mortalem. Ipſa quoq; ſuper omnes creaturas eſt potentiſſima. Licet enim ſancti in cælo potentes ſint apud Deum: tamẽ ipſa omnes excedit in potentia, nec immerito. Ipſa. n. eſt mater cæleſtis imperatoris. Item, quia ſancti ſunt potentes apud Deum propter merita. Vnde, quia vnus meruit plus alio: ideo eſt potentior eo. Ipſa autẽ glorioſa virgo plus meruit ſola quã omnes ſancti ſimul: ergo apud Deum cunctis eſt potentior, & ideo ipſa ait Eccleſ. 24. *In Hieruſalem poteſtas mea.* i. ſuper omnes alios ſanctos. Sed quid tanta potentia Mariæ nobis ꝓdeſt: ſi illa de nobis nõ curaret? Sed ô Chriſtiane bonum nouum nuncio tibi: Sicut Maria apud Deum omnibus ſanctis potentior eſt, ita & pro nobis apud Deum diligentius intercedit, & feruẽtius. Et ideo peccator ne permittas te deſperationis barathro demergi; ſed confidẽter ad iſtam potentiſſimã, & clementiſſimam aduocatam recurre. Ipſa enim omnino tibi ſuccurret; quia & poterit. Si enim potuit Deum facere hominem: & creatorem creaturam, infinitum finibilem, impaſſibilem mortalem, immenſum paruulum, æternum temporalem; inuiſibilem, & incorporeum viſibilem, ac corporeum; atque diuinam maieſtatem ſub forma ſerui. Et ſi ſuis blanditiis, & virtutib. potuit Deum trahere de cælo in terram. Multo magis & facilius poterit nos trahere de terra ad cælum. O igitur ſereniſſima regina noſtra; quia ſubeſt tibi cum volueris poſſe Sap. decimoſecundo, *ideo miſereris omnium, quia omnia potes*, Sap. vndecimo. Tu enim ſeruas illud Tob. quarto. *Quomodo potueris; ita eſto miſericors.*

Maria nobiliſſima.

Septima ei' excellẽtia dicitur *nobilitatis*: de qua dixi in ſecunda parte principali huius operis ſermone primo, parte ſecunda. Vbi declarauimus quod omnes dignitates, & nobilitates, quæ poſſunt eſſe in aliquo indiuiduo humano ſecundum originem ſanguinis

Digitized by Google

fuerunt in ipſa B.virgine. Et ideo debemus eam præferre in nobilitate omnibus principibus & principiſſis, regibus, & reginis, imperatoribus, & imperatricibus, & omnibus poteſtatibus, & Dominis; cæteriſque hominibus quibuſcunque: quia ipſa inter omnes puras creaturas obtinet nobilitatis principatum. Excedit enim omnes, quos appellat imperator nobiles, probataſq; perſonas. l. omnium. C. de teſtament. Item, illos, de quibus dicit in l. nobiliores. C. de commer. & merca. Nobiliores natalibus, & honorum luce conſpicuos &c.

Octaua excellentia dicitur *præſeruationis*; de qua ſic inquit ſanctus Bernardinus in quodam ſermone: *Maria ſola per multa annorum millia antequam naſceretur primo, & principaliter Adam, & Eua, & totam poſteritatem præſeruat in eſſe. Conſtat nempe, quod ex propria tranſgreſſione Adam, & Eua non ſolum mortis, ſed etiam annihilationis exterminium meruiſſent; & diuina vltio, quæ perſonarum acceptionem ignorat, ſicut nec culpam angelicam, ſic nec etiam humanam dimiſiſſet impunem. ſed ob præcipuam reuerentiam, & ſingulariſſimam dilectionem, quam habebat ad virginem, præſeruauit; quia eam ab æterno ſuper omnes creaturas Deo non vniendas, quæ creanda erant ſuperexceſſiue dilexit. propterea præſeruati ſunt protoplaſti, nec vt merebantur in nihilum ſunt redacti. Ratio huius eſt. quia hæc benedicta puella in lumbis erat Adæ ſecundum ſeminalem rationem. Potentiaque producenda puella in primis parentibus impreſſa erat, donec educeretur in actum De ipſa namque; naſci debebat filius Dei Ieſus, qui ſolum, ſecundum corpulentam ſubſtantiam in Adam exiſtens: erat ſolum de virgine, & de nulla alia educendus. Indulſit ergo miſericors Deus parentibus primis, nec eos annihilauit, quia ſic non fuiſſet exorta hæc virgo: nec per conſequens, Chriſtus ſiue Deus carnem veſtiſſet humanam. Ergo propter iſtam nobilem creaturam Deus ſaluauit primos parentes de prima eorum tranſgreſſione. Geneſ. tertio, Noe de diluuio inundante. Geneſeos ſeptimo, Abraam de cæde regis Codorlaomor. Gen. 14. Iſaac de Iſmaele. Geneſeos vigeſimo primo, Iacob de Eſau. Gen. 27. Iudaicum populum de Ægypto, & de impia Pharaonis manu. Exodi duodecimo. Et de mari rubro, Exo. decimo quarto. De vitulo in deſerto. Exo. 32. De incendiis diuerſorum regū Tyrannorum. ſ. de Nabuchodonoſor. Dan. 4. de captiuitate Babylonis, vt prædictum fuit Eſa. 13. & 14. Et Aſſyriorum. 4. Regum 17. Dauid de Leone, & Vrſo. 1. Reg. 17. De Golia, eodem ca. & de Saule. 1. Regum. 18. Et vt breui ſermone cuncta comprehendam omnes liberationes, & indulgentias factas in veteri teſtamento non ambigo Deum feciſſe ſolum pro huius benedicta puella reuerentia, & amore; quibus eam Deus in ſua prædeſtinatione præhonorandam cunctis operibus ſuis ab æterno præordinauit.* hæc ſanctus Bernard.

Chriſtus erat in Adā ſecundum corpulentā ſubſtantiā tantum.

Nona eius excellētia, dicitur *meritationis*, de qua idem ſanctus, vbi ſupra, ait: *Plus meruit glorioſa Virgo in vno ſuo conſenſu, ſcilicet cōceptionis filij Dei, quam omnes, ſiue Angeli, ſiue homines in cunctis ſuis actibus, motibus, & cogitationibus. Et quidem omnes qui meruerunt, nihil amplius mereri potuerunt, niſi ſecundum diuerſos ſtatus, & gradus fœlicitatis gloriam æternam. Hæc autem Virgo in illo conſenſu meruit primatum orbis, dominium mundi ſuper omnes creaturas, ſceptrum regni, plenitudinem omniū gratiarum: omnium virtutum, omnium donorum, omnium beatitudinum; omnium fructuū ſpiritus, omnium ſcientiarum, & maxime altiſſimæ Theologiæ, interpretationis ſermonum, ſpiritus prophetiæ, diſcretionis ſpirituum, operationis virtutum, gratiæ ſanitatum. Meruit fœcunditatem in virginitate, maternitatem filij Dei, quod ſit ſtella maris, porta cœli. Et ſuper omnia quod diuinæ miſericordiæ ſit regina, & ꝙ regina miſericordiæ nominetur*, hæc ille.

Maria in meritis excellentiſſima.

Maximū autem meritū ipſius virginis fuit ꝙ ipſa ſola meruit eſſe mater Dei, quod quantæ ſit excellentiæ oſtendit ſanctus Bernardinus, vbi ſupra di. *Perſona Virginis tanta ſuperexcellentia eſt, quod nec in perſonis increatis: nec in Angelis, vel hominibus inuenitur hæc incogitabilis dignitas, ſcilicet quod habeat Deum filium, niſi in perſona diuina, quæ eſt patris, & in vna humana quæ eſt matris. Maxima ergo dignitas, & excellentia glorioſæ Virginis, quæ gloriam eius magnam oſtendit, eſt, quod ſit mater Dei, quod maius eſt, quam quod ſit domina creaturarum Dei; hoc enim dependet ab illo, ſicut ramus à radice ſua. Ergo certitudinaliter tenendum eſt, quod ipſa eſt ſuper omnes ordines Angelorum tanquā per ſe implens, & cōtinens vnū integrū, ac totalem ſtatū: cui ſecundū rectam ratione alteram perſona cōgrua nō pōt addi: quia ipſe ſtatus*

ex ſui

Digitized by Google

ex ſui ratione propter dignitatem incommunicabilem exigit vnitatem. ſicut enim nullatenus decet plures eſſe Chriſtos, nec Deū plures homines eſſe: ſic nullo modo decet Dei filium, niſi vnam ſolam matrem naturalē habere. Item ratio naturalis ex gratuita lege aperte ac directe dictat, quod mater regis omniū eſt in ſede regia ſuper omnes ordines miniſtrorū & militum collocanda. Vnde quia eſt electa in matrem, electa eſt ad dignitatem tranſcendentem omnem gradū miniſtrorū, & famulorum, quia ratio materni amoris eius qui fertur in Deum, vt in filiū ſuum realē, à nullo alio affectu cuiuscunque qui non eſt realiter parens Dei, præterquam ab ipſa vnquā participari poteſt. Nam, vt dicitur ad Heb. 1. *ſicut filius Dei Ieſus ſedet ad dexterā maieſtatis in excelſis; tanto melior angelis effectus, quanto differentius nomen, præ illis hæreditauit, quod nomen eſt vt ſit vere Deus per gratiam vnionis, ſic & mater domini Ieſu glorioſa Maria tanto melior angelis eſt effecta quanto præ omnibus creaturis hæreditauit, vt obtineret digniſſimū matris nomen.* Vnde propheta ait. Pſa. 8. *Eleuata eſt magnitudo tua ſuper cælos Deus. Magnificentia enim Dei dicta eſt Virgo Maria. Nam ſicut in prima conditione magnificatus eſt Deus, quia de nihilo tam ſublime vniuerſum, & tam ſublimes angelos condidit. Sic quoque in reparatione non minus magnificatus eſt, quia de humana natura infecta, perdita, & dānata Chriſtum hominē propagauit, & de muliebri ſexu in ordine rationaliū ſecundum communē curſum infimo, & matrē ſibi, & toti cæleſti curiæ dedit. In quo quidem apparet quod magnus, & excelſus dominus humilia reſpicit. Et ideo reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, vt ex hoc eam magnificent omnes generationes Angelica, & humana. Quia ſicut magnificentia diuinæ virtutis, & imperioſitas in homine Chriſto reſplendet: Sic viſceroſa, tenera, & materna magnificētia pietatis in Chriſti matre ſplendeſcit. Et hoc quidē intantū, quod ſicut Chriſtus ſpiritualiter eſt genitus, & conceptus in corde vniuſcuiuſque beati, vel iuſti: Sic exēplo naturalis matris filij Dei omnes in ipſum, vt verum filium inardeſcant. Hæc autem matris magnificentia amplius magnificat Deum, quā omnis creatura alia ſimul ſumpta. Vnde merito eleuata dicitur ſuper cælos, id eſt, ſuper Angelos vniuerſos.* hæc ille.

Omnes creaturæ famulantur B. Vir.

Decimam excellentiam quæ dicitur *famulationis*, ponit S. Ber. vbi ſup. di. *Tot creaturæ ſeruiunt glorioſæ Mariæ virgini, quot ſeruiūt Trinitati. Omnes nempe creaturæ quemcunque gradum teneant in creaturis, ſiue ſint ſpirituales, vt Angeli, ſiue rationales, vt homines, ſiue corporales, vt corpora cæleſtia, vel elementa, & omnia quæ ſunt in cælo, & in terra: ſiue damnati, ſiue beati: quæ omnia ſunt diuino imperio ſubiugata glorioſæ Virgini ſunt ſubiecta. Ille enim qui filius Dei eſt, & Virginis benedictæ, volens, vt ſic dicam, paterno principatui quodammodo principatum æquiparare maternum. Ipſe qui Deus erat matri famulabatur in terra:* vnde Luc. 2. ſcriptum eſt de virgine, & glorioſo Ioſeph. *Et erat ſubditus illis.* Præterea hæc eſt vera. *Diuino imperio omnia famulantur, & Virgo.* Et iterum hæc eſt vera. *Imperio Virginis omnia famulantur & Deus.*

Maria lege ſucceſſionis mundi domina.

Vndecima excellentia eius dicitur *ſucceſſionis*, de qua idem ſanctus vbi ſupra, inquit. *Lege ſucceſſionis, & hæreditario iure totius vniuerſi dobetur B. Virgini primatus, & regnū. Quamuis autem B. Virgo poſt filium fuerit nobilior perſona, quæ fuerit, vel futura ſit in orbe terrarum. Tāta etiam perfectionis, quod etiam ſi nō fuiſſet mater Dei; non minus debuiſſet eſſe domina mūdi. Tamen ſecundum leges, quibus regitur mundus, iure hæreditario omnem mundi huius promeruit principatum, & regnum, quia filius eius in primo inſtanti ſuæ conceptionis monarchiā promeruit, & obtinuit vniuerſi,* ſicut Propheta teſtatur, dicens Pſ. 23. *Domini eſt terra, & plenitudo eius,* &c. Ex iure ergo conceptionis filij Dei virgini incumbebat totum illud procurare, & adminiſtrare, quod ex tūc filio datum eſt; vſque ad ætatem legitimam filij ſui: ſicut ipſius diligens nutrix, & tutrix, ſecundū quod volunt iura, de quo tractatur, C. quando muli. of. tuto. vti poſſit. in aut. matri, & auiæ, & ibi Cyn. & Bar. ff. de teſt. tu. l. ſi quis ſub cōditione, & Specu. in ti. de tuto. §. nunc dicendum. ver. vt autem. & ibi Io. And. in additionibus. Sequitur autem S. Bernardinus, vbi ſupra. *Nec tamen eſt mirum, ſi tam generoſa regina adminiſtrandi orbem curam omiſerit, primo, quia fœmina: ſecundo, quia puella: tertio, quia virgo verecunda: quarto, quia paupercula: quinto, quia cura filij Dei; & ſua erat totaliter dedicata: ſexto, quia non credebatur mater Dei, nec recipiebatur, vt orbis Domina, ſicut nec filius eius, qui vitam totius orbis, & mores ordinabat, & tamē nō eſt vt Deus agnitus, nec vt orbis rex,*

& hæres receptus, vnde Io. 1. dicitur. Mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit, &c. Sciens igitur mater in filio vim latentis diuinitatis curam adminiſtrandi rempublicam dereliquit. At vbi honeſte poterat pro poſſe exequebatur, ſicut patet Io. 2. quod in reipublicæ ſolatium, & augmentum vinum in nuptiis poſtulauit. Ac dolens quærebat filium, ne mūdus perdidiſſet dominum. Quin imo cum filius eius vnicus moreretur in cruce, cum nec illum habuiſſet in terris, qui de iure ſuccederet ei mater eius ſecundum omnia iura ſucceſſit: ac per hoc principatum omnium acquiſiuit. Succeſſionem autem hāc nuſquam legimus reuocatā, ſed diuino munere operante, & gratia virginis impetrante, cernimus expreſſius elucidari quotidie dum eam dominam, & reginam omnium prædicamus. De monarchia autem vniuerſi nunquam Chriſtus teſtatus eſt, eo quod ſine matris præiudicio nequaquam poterat fieri. Inſuper nouerat, quod poteſt mater irritare filij teſtamentum, ſi in ſui præiudicium ſit cōfectū. Item, poteſt accuſare, vt inofficioſum, vt patet per glo. in l. cū filius. ff. de inoffi. te. Sequitur autem prædictus ſanctus concludens, di. *Ex his omnibus apertiſſime claret, quod mater Ieſu Maria hæreditario iure omnium quæ ſunt infra Deum habet regale dominium, & inclytum obtinet principatum.*

Maria omnium gratiarum Spiritus ſancti diſpenſatrix.

Duodecima eius excellentia dicitur *diſpēſationis*, de qua S. Bernard. vbi ſupra, ait. *A tēpore quo virgo Maria concepit in vtero verbum Dei quandam vt ſic dicam, iuriſdictionem, ſeu autoritatē obtinuit in omni Spiritusſācti proceſſione temporali: ita vt nulla creatura aliquā à Deo obtineat gratiam, vel virtutem, niſi ſecundum ipſius piæ matris diſpenſationem.* Hinc Ber. deuotiſſimus ait. *Nulla gratia venit de cælo ad terram, niſi tranſeat per manus Mariæ.* Et Hier. in ſer. de aſſump. inquit. *In Chriſto fuit plenitudo gratiæ, ſicut in capite influēte. In Maria vero ſicut in collo transfundente.* Vnde Cant. 7. de virgine ad Chriſtum Salomon ait. *Collum tuū ſicut turris eburnea. Nam ſicut per collum vitales ſpiritus à capite deſcendunt in corpus; ſic per virginem à capite Chriſto vitales gratiæ in eius corpus myſticum transfundūtur, vnde iſte eſt ordo diuinarū gratiarum defluxus, vt primo à Deo influant in Chriſti animam benedictam. Deinde in animam virginis matris. Deinde in Seraphin, & ſic ſucceſſiue, in alios ordines Angelorum, & ſanctorum. Demū in Eccleſiam militantem. Cū n. tota natura diuina totum etiam poſſe, ſcire, & velle diuinū intra virginis vterū extiterit clauſum: non timeo dicere, quod omnis effluxus gratiarum quandā iuriſdictionē habuit hæc virgo, de cuius vtero quaſi de quodā diuinitatis oceano riui, & flumina emanabant omniū gratiarum. Reuera maternitas Dei hāc in mundo naturali iure obtinuit dignitatē, vt regina miſericordiæ, ſicut prædictum eſt, merito nuncupetur, & hoc propter filij magnificentiā, qui eſt rex regū, & dominus dominantiū. Reperio namq; in rege noſtro Chriſto duas digniſſimas dignitates, videlicet q. ſit æternus Deus genitus ab æterno, & æternum producat, eo quod Spiritum ſanctū ſpiret, & ipſe clauſus in virginis vtero in æternitate à Deo patre Deus generabatur æternus. Et in eadē æternitate ipſe in ventre matris Deum inſpirabat, & producebat. Iſtam filij dignitatem, ſ. quod ſit generatus à Deo; tam infinito modo virgo benedicta participat, vt Ieſus non dicatur verius filius Dei quam filius virginis, nec maior, nec minor quoad diuinitatem, nec dignior eſt Dei filius in throno paterno ſedens veſtitus claritate, quā habuit antequā mundus fieret, quam pannis pauperibus inuolutus, & intra fœnum in præſepio reclinatus. Et quia B. V. eſt mater talis filij, qui producit Spiritū ſanctum, ideo omnia dona, virtutes, & gratiæ ipſius Spiritus ſancti, quib. vult, quando vult, quomodo vult, & quantū vult, per manus ipſius adminiſtrantur,* hæc ille. Sed de hac excellētia etiam dicetur in 22. excellentia.

Maria omnium perfectionum conſummatrix.

Decimatertia excellentia eius dicitur *cōſummationis*, de qua idem ſanctus vbi ſupra, inquit. *Omnes mundi naturas, & perfectiones vltima ſua perfectione virgo ſacra cōpleuit. Licet enim Deus in mundi creatione nihil produxerit imperfectū; ſed omnia perfecta, ſicut eorū exigebat natura, tamē vltima perfectionis conſummatio vſq; ad partum virginis dilata eſt, & ſoli virgini reſeruata. Omnia nāq; entia vnum ens nobiliſſimum appetebant: viuentia vnum nobiliſſimum viuens. Conceptiones nobiliſſimū conceptū: Natiuitates optimū naſcibile. Rationalia ſingulariſſimū rationale. Spiritualia excellentiſſimum ſpirituale. Et breuiter oēs creaturæ appetebant vnum quoddā primum creatum. His autem ſic exiſtentibus perfectis, prouiſum eſt mundo de vna fœmina ſuper omnes benedicta, quæ in vnico ſolo partu omnibus generibus rerū ſummam,*

Digitized by Google

ſummam, & Vltimam perfectionem adduxit. Aduerte diligẽs anima quod hæc benedicta puella tantam perfectionem attulit Vniuerſo quod Vlterioris perfectionis non eſt capax. Nec Deus poteſt ordinata poteſtate ipſum perficere Vlteriori perfectione, imo ſi ipſe Pater, Vel Spiritus ſanctus de fœmina naſceretur, nihil accreſceret orbi. Quia quicquid nobilitatis, quicquid deitatis, & quicquid æternitatis eſt totum in orbe diffuſum eſt, & productum per Virginem in illo æterno ſuppoſito quod generauit beata Virgo. Nec Virgini magnum eſt quod perfectionibus orbis Vltimam perfectionem adduxit, cum & ipſi Vniuerſitati aut Dei, Vt ita dixerim nonnulla adduxerit, puta æterno principio inceptionis exordium, Æternitati diuinæ temporalem periodum. Infinitati immenſæ quantitatem corpoream. Speciei æternæ pulchritudinem nouam: pro quibus ſcriptum eſt. Omnis conſummationis Vidi finem, qui, ſcilicet eſt beata Virgo Maria, hæc ille. Decimaquarta excellentia eius dicitur *orationis*, de qua inquit ſanctus Bernardinus vbi ſupra. *De carne Virginis benedicta, & in parte corporis eius præciſa conſiſtit, perficitur, & terminatur totum decus, & pondus ſacramentorum Eccleſiæ Dei. Certum eſt enim quod omnis inſtitutio ſacramentorum, & omnia alia ſacramenta tanquam in Vltimum finem; ad ſacramentum omnium ſacramentorum excellentiſſimum ſcilicet Euchariſtia ordinantur, quod quidem ſacramentum conficitur dum panis in corpus Chriſti conſecratur, quod ipſa Virgo benedicta de ſuis puriſſimis ſanguinibus generauit.* Decimam quintam excellentiam ponit idem ſanctus Bernardinus vbi *ſupra*, quæ appellatur *retributionis* ſic di. *Sola benedicta Virgo Maria plus fecit Deo, Vel tantum, Vt ſic dicam, quantum fecit Deus toti generi humano.* De hoc autem dixi in ſexta parte principali ſer. 2. parte. 3. S. vide ibi.

Omnium gratiarum Mariæ perfectio incõprehenſibilis.

Decimamſextam excellentiã eius quæ dicitur *incomprehenſibilitatis*, ponit idem ſanctus vbi ſupra, di. *Sicut diuinæ perfectiones omnis intellectus incomprehenſibiles ſunt, ſic perfectiones gratiarũ, quas Virgo ſuſcepit in cõceptione filij Dei ſoli intellectus diuino, & Chriſto, ac ſibi comprehenſibiles extiterunt, & quidẽ quod Deus generaret Deũ nulla requirebatur in Deo diſpoſitio, cum ei ex natura conueniret, Vt per Viam intellectus produceret Verbum per omnia ſibi æquale. Immo impoſſibile eſt quod non generet Deum propter ſuam fœcunditatem, ſed quod fœmina conciperet, & pareret Deum, eſt, & fuit miraculum miraculorum. Oportuit enim, Vt ſic dicam, fœminam eleuari ad quandam quodãmodo æqualitatem diuinam, per quandã quaſi infinitatem perfectionum, & gratiarum, quam æqualitatem nunquam creatura experta eſt. Vnde credo, quod ad illam abyſſum imperſcrutabilem omnium charismatum Spiritus ſancti, quæ in B. V. deſcenderunt in hora diuinæ conceptionis intellectus Angelicus, Vel humanus nunquam potuit attingere*, quod declarans Angelus Gabriel Lu. 1. cum ab eo quæreret B. V. di. *Quomodo fiet iſtud, &c.* reſpondit ſe tantum myſterium ignorare di. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te &c. quaſi diceret, quod à me quaris ignoro, ſed æternæ ſapientiæ autor, qui ſibi ſoli hoc altiſſimum myſterium reſeruauit te per illuminatiſſimam experientiam edocebit*, hæc ille.

Maternitatis gradus Chriſto cõformis eſt.

Decimaſeptima eius excellentia dicitur *conformitatis*, quam ponit etiam ſanctus Bernardi. vbi ſupra, di. *Anima Chriſti, & Chriſtus inquantum homo tranſcendit omnem ordinem puræ creaturæ, ſeu creatæ naturæ. Gradus autẽ matris conformis eſt ipſi homini Chriſto, cuius humanatio intantum tranſcendit omnem ordinem primæ conditionis, quod eſt omnino extra, & ſupra integritatem ordinis Vniuerſi: & propterea non potuit contineri ab Vniuerſo. Sed dignitas maternitatis Dei ſic operi incarnationis connexa eſt, quod omnino aliter non potuit dari.* Vnde Eccleſia ad virginem ait. *Quem cæli capere non poterant tuo gremio contuliſti.* Hinc etiam ipſa beata virgo Eccle. 24. inquit. *Gyrum cæli circuiui ſola. Igitur huius maternitatis, atque maternæ dignitatis ordo eſt ſupra totalem integritatem primi ordinis Vniuerſi. Et per conſequens ſupra totalem integritatem Angelicorũ ordinum, atque hierarchiarum.* Vnde Ber. in quodam ſermone ait. *O Venter capacior cælis, diffuſior terris, latior elementis, qui illum continere Voluit, quem totus mundus comprehendere non potuit, & qui tribus digitis molem terræ appendit.*

Chriſti ad matrem affectus trãquilliſsimus.

Decimaoctaua eius excellentia poteſt dici *trãquillitatis*, de qua inquit idẽ ſanct⁹ vbi ſup. *Chriſti filialis affectus ad matrem ſingulariſſimus, & amoroſiſſimus, ac tranſcendentiſſimus eſſe debet, ita quod totam cæleſtem curiam ſimul ſumptam præter matrem non debet aſpicere*

ſub

ſub tali reuerentia: nec ſub ordine talis aſpectus ſeu amoris. Quanto autem Dei aſpectus altius fertur in aliquem beatorum, fortius, & altius, per beatitudinem ſe imprimit illi, & tanto altius ſuſcipitur & cōſpicitur, ac acceptatur ab eo. Igitur inexplicabile eſt ſub quanta altitudine, & latitudine, & gloria intimitate Dei filius ſe ingerit ſuæ matri. Et conſimiliter ſub quanta altitudine, latitudine, & intimitate ſuſcipitur ab eadē. Talis autē Dei ad eos fixio gloria in huiuſmodi aſpectibus beatorum; eorum ſi quidem gloria ſedes eſt: vnde antedictus aſpectus Dei ad matrem ſua regia ſedes eſt. Et eius in eo ſeſſio, ſeu fixio eſt eius regalis, & glorioſa corona, vnde Hiero. in ſermone aſſumptionis ait. *Non eſt in cælis ſublimior locus regali ſolio, quo Mariam Mariæ filius ſublimauit.*

Maria donorum, & gloriæ capaciſſima.

Decimanona excellentia eius dicitur *capacitatis*, de qua idem ſanctus, vbi ſupra, ait: *Secundum Dionyſium in regno cælorum omnia inferiorum dona in ſuperioribus in tāta præexcellentia ſunt: quod quaſi nulla comparatio eſt, niſi ſicut eſt circūferentia ad ſuum cētrum. Cū ergo B. V. ſupra omnem ordinem ſit in tantum, quod ſe facit ordinem incommunicabilem, ſicut prædictum eſt, ſequitur quod ſuper inferiores omnes ordines tam Angelorum, quam hominum ſimul ſūptorū, ipſa improportionabiliter eſt prælata. Et quicquid eſt gloria in omni inferiori glorificata natura tā Angelica, quam humana, & multo præexcellentius eſt in virgine matre Dei. Nec dubium hoc reddat aliorum beatorum multitudo numeroſa, & magna, quia hoc nihil facit ad rem maioris gloriæ eſſentialis, ſeu ſubſtantialis, nam in ſpiritualibus illud maius quod eſt melius reputatur, vnde plus de ſubſtantiali gloria eſt in vno Seraphim, quam ſit in omnibus inferioribus Angelis, ſi per impoſſibile ſecundum numerum multiplicarētur in infinitum. Superaddendum quoque eſt, quod nullus inter puras creaturas ordo in cælis tantum ſuperat ordinem immediate ſibi coniunctum, quantum gloria matris Dei ſuperat omne, quod ei inferius eſt. Et ad hanc intelligentiā manuducere poteſt conſideratio graduum, & ordinum Eccleſiaſticorum. Nam quicquid poſſunt ordines inferiores; poteſt etiam ſacerdotalis gradus; & incomparabiliter plus. Sic Epiſcopus ſuper ſacerdotes, & Papa ſuper Epiſcopos. idem quoque intelligi valet in corporalibus vniuerſi. Nam omnia ſuperiora continent omnia inferiora, & etiam plus. Et ſimiliter in gradibus gloriæ infinita ſapientia Dei pleniſſime ordinauit. Nam ſecundum Apoſtolum ad Rom. 1. Inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intelliguntur*, hæc ille.

Sex gradus vnionis in Deum.

Vigeſima eius excellentia dicitur *vnionis*, quam idem ſanctus vbi ſupra, ſic declarat dicens. *Quanto beati magis vniuntur cum Deo: tanto glorioſiores fiunt in eo. Omnes autem creaturæ ſimul iunctæ non tantum vniuntur Deo quantum ſola B. V. Ad cuius intelligentiam notandum eſt, quod ſex ſunt aſcenſus, ſeu gradus vnionis in Deum, quibus creatura in eum gradatim aſcendunt, primus eſt creationis, ſecundus cognitionis, tertius dilectionis, quartus glorificationis, quintus maternalis conceptionis, ſextus perſonalis vnionis. Primus autem vnionis aſcenſus eſt creationis. ſ. per participationem eſſendi; per quam entia coniunguntur Deo, vt cauſa efficienti, & finali. Secundus ſcilicet cognitionis fit per vim cognitionis, ſiue intelligendi, per quā intellectualia vniuntur Deo, vt ſubiecto intelligibili per gratiam fidei, qua vniuntur ei, vt ſupernaturali credibili. Tertius ſcilicet dilectionis fit per donum gratificantis amoris, per quod vnimur Deo tanquam amico, & amato. Quartus. ſ. glorificationis fit per viſionem, & fruitionē gloriæ ſempiternæ, per quam anima vnitur Deo vt obiecto beatificante facialiter viſo. Quintus. ſ. maternalis cōceptionis factus eſt in incarnatione verbi, per quam B. V. facta eſt mater Dei, ita vt vna atque eadem eſſet caro virginis, & caro Chriſti non conſiderata in Chriſto Diuinitate eius. Sextus autē. ſ. perſonalis vnionis ſoli Chriſto competit. In quolibet autem iſtorū exiſtens excedit in infinitum quēlibet alterius inferioris gradus. Quia inferior in ſua ſpecie infinities multiplicatus ſuperiori æquiparari non valet; quod ſic patere poteſt. Primum. n. patet: quia eſſe in infinitū excedit non eſſe: quia talia infinita non æquiualent minimo puncto eſſendi. Secundū etiā patet: quia infinita intellectualia intellectu carētia vni intellectui æquiualere nō poſſunt. Tertium etiam patet, quia infideles, & inimici Deo non æquiualent vni fideli, & amico Dei.* Vnde Prouerb. 16. ſcriptum eſt. *Melior eſt vnus timēs Deum, quam mille filij impij. Quartum etiam patet, quicquid dari poteſt citra viſionem Dei, non æquiualet vni beato, quia omnia ſimul ſumpta non facerent vnum beatum, quāuis pro quanto maior gradus gloriæ, ſpe, & meritorie, & per modum ſeminarij in domo gloriæ comprehenda-*

hendatur, & quodammodo tale donum dici valeat, quoad quid excedere inferioris gloriæ gradũ. Quintum quoque patet, nam illa vnio quæ eſt per originalem, ſiue maternalem conceptionem tranſcendit omnes inferiores in infinitũ, prout in hac vnione, ſiue aſcẽſu includitur maternus amor ſibi correſpõdẽs, vt plenarie cõſũmatus, quia ſicut communis amoris gradus conſummatur in gloria, ſic maternus Dei amor cõſũmatur in Maria. Sextum & vltimum inſuper patet, nam aſcenſus, qui eſt per perſonalem vnionẽ tanta trãſcendentia eſt, quod reliqui citra ipſum infinities multiplicati nõ poſſent illi æquiualere. Et loquor prout in perſonali vnione includitur beatificata inflexio mentis perſonaliter Deo vnita. Ecce ergo quod quintus aſcenſus vnionis in Deum, ſ. per maternalem conceptionem, in infinitum excedit omnes alios præcedentes. Ex quo manifeſte apparet, quod quantum in præſenti ſæculo talis vnio exceſſit alias vniones in gratia tantum, nunc in paradiſo excedit in gloria, hæc ille.

Maria ſuper omnes glorificata.

Vigeſimaprima excellẽtia eius quam prædictus ſanctus tangit in verbis propoſitis dicitur glorificationis, vnde etiam ait, vbi ſupra: *Sicut excepto Chriſto tanta gratia à Domino virgini data eſt, quanta alicui creaturæ dari poſſibile erat: ita data eſt illi largitas gloriæ: nam in paradiſo diuinæ gloriæ participatio cæteris quodammodo per partes datur*: ſed ſecundum Bern. *Beata virgo Maria diuinæ ſapientiæ profundiſſimam vltra quam credi valeat penetrauit abyſſum, vt quantum ſine perſonali vnione creaturæ cõditio patitur, illi luci inacceſſibili videatur immerſa.* hæc ille. Qui etiam ait. *Sancti collocantur in cælo inter Angelorum hierarchias ſecũdum merita ſua. Aliquis n. collocatur inter Angelos, alius vero inter Archãgelos, quia magis meruit, alius autem altius, quia plus meruit. Tu vero mater Dei digniſſima vbi collocata es? An in prima hierarchia, vel in ſecunda, vel in tertia. Certe non, ſed altius. Data eſt n. tibi ſedes altiſſima prope filium tuum dulciſſimum. Et ideo benedicta tu ſuper omnes mulieres, i. ſuper omnes creaturas propter ſupradicta priuilegia, & innumerabilia alia, quæ tibi tulit dulciſſimus filius tuus, qui ſit benedictus in ſecula ſeculorum, amen* Idem quoque ſanctus vbi ſupra, inquit. *Dominus ait Ioan. 14. In domo patris mei mãſiones multæ ſunt, i. ſecundum gloſſam diuerſa præmia meritorum*, & 2. ad Cor. 15. dicitur. *Stella à ſtella differt in claritate, id eſt, beatus ab alio beate in beatitudine.* Vnde eſt aduertendum ſecundum Rich. & Bonauen. in 4. di. 49. quod *in beatitudine duo conſiderãda ſunt. Primo beatitudinis obiectum, ſ. increatum bonum quod exiſtens vnum, & idem ab omnib. participatur. Secundo conſideranda eſt ipſa diſpoſitio beatorum, per quam illud bonum clare videndo, & perfecte diligendo participant ipſum. Ex parte igitur obiecti participati nullus alio beatior eſt, ſed omnes in gloria ſunt æquales, quia idem eſt obiectum, quod participãt omnes. Sed ex parte diſpoſitionis beatorum, vnus altero beatior eſt; quia vnus alio Deum clarius videt, & perfectius amat.*

Quomodo in patria vnus eſt alio beatior, & quomodo omnes æquales.

His igitur præmiſſis notandum eſt, quod immenſa dilectio beatorum quam inter ſe habent, multiplicat inter eos quaſi infinitum numerum gaudiorum ſecundum perfectionem diligentium, & dilectorum. Ex quo creſcunt ſtupendo modo differentiæ gloriæ accidentalis inter illos. Tres enim ſunt differentiæ inter beatos. Quidam namque inter ſe in gloria ſunt æquales. Quidam vero aliis maiores, & alij minores. Et ſecundum Aug. ſuper Iohannem, *inter eos non eſt aliqua inuidia diſparis claritatis, quoniam regnat in omnibus vnitas charitatis.* Et Greg. in moral. inquit. *Tanta vis in illa pace nos ſociat, vt quod in ſe quiſque non accepit, hoc ſe accepiſſe in alio exultet. Vna cunctis erit beatitudo lætitiæ, quamuis non vna ſit omnibus ſublimitas vitæ: Et ab his omnibus ſic concordibus honoratur virgo beata. Primo enim ſunt quidam in gloria æquales, & hi duplicant prædictam accidentalem gloriam ex mutuo amore, quia in æquali menſura ſe diligunt, & ſe diligere cognoſcunt, vnde quilibet beatus de quolibet ſibi in gloria coæqualitatum gaudet quantum de ſemetipſo, extenſiue tamen, non intenſiue*, & idem de conſimilibus infra dicendis ſecundũ Rich. vbi ſupra. *Secundo autem quidam ſunt in gloria maiores, & hi duplicant ſibi gloriam accidentalem pro quolibet qui in gloria eſt ſibi minor, quia de gloria cuiuslibet illorum minorum tantum gaudent, quantum de ſua propria, cum quemlibet ipſorum ſecundum ſuam capacitatem intelligunt glorioſum. Tertio vero quidam in gloria ſunt minores: & hi totiens duplicant ſibi gloriã accidentalem, quotiens glorioſiores eſſe cognoſcũt eos, qui propter amorem eorum duplicant gloriam ſuam.*

Maior eſt amor mini mi beati

Nunc ergo ad propoſitum Rationamur ex vna parte integraliter totum amorem, quem habent

Digitized by Google

ad Mariã, quam omnium beatorum.

ſancti adinuicem. Atque ex altera parte amorẽ, quo minor beatus diligit glorioſam virginem. Et credo, quod talis amor minimi glorioſi excedat omnem alium amorem beatorũ ſimul ſumptorũ, tam Angelicum quam humanum non inſpiratum in beatam virginem, vel in Chriſtum hominem, ſeu in ipſum Deum. Et licet ad hoc plures poſſent rationes dari, tamẽ breuitatis cauſa quatuor ſubiungamus. Prima ratione conceptionis. Talis enim minimus beatus clare cognoſcit, quod beata virgo, cum ſit mater Dei, plus poſuit pro ſua ſalute quam poſuerit, vel ponere potuerit tota rationalis natura ſimul ſumpta, conſiderata excellentia dilectiſſimi filij ſui, qui fuit inſtrumentum ſuæ redemptionis, ſaluationis, & glorificationis. Conſideratis etiam virginis meritis, & ſuffragijs, ac exemplis. Secundo ratione compaſſionis: talis nempe beatus aperte intelligit, quod tota rationalis natura non ſuſtinuit, nec ſuſtinere potuit tantum dolorem, & pœnam pro ſua redemptione quantam ſola ſuſtinuit Dei mater conſiderata dilectione eius erga filium ſuum. Tantus etenim fuit dolor virginis in morte Chriſti ſecundum quoſdam, quod ſi in omnes creaturas, quæ pati poſſunt, diuideretur, omnes ſubito interirent. Hic tamen dolor virtute Spiritus ſancti, qui ſuperuenit in eam in ipſius anima claudebatur, nec ſenſitiua parti corporis, ne ante debitum tempus ſibi emoreretur, permittebatur effundi. Tertio, ratione glorificationis. Tanta eſt enim gloria virginis matris Dei ſicut ex præcedentibus patet, quod tantum excedit in gloria naturam Angelicam, & humanam ſimul iunctam quantum circumferentia firmamenti excedit in magnitudine ſuum centrum, cum intelligat in filio ſuo ſe quaſi alterum ipſum Deitate veſtitã. Quarto ratione dilectionis. Tantus eſt enim amor B. V. ad quemlibet minimum glorioſum, quod in regno cælorum natura Angelica, & humana diligent aliquem tam beatum, eſt ſicut prædicitur quaſi centrum ad circumferentiam firmamenti, vel minus reſpectu amoris, quo ipſa virgo glorioſa minimum beatum amat, conſiderato fontali principio, vnde talis amór originem habet. Et propter hunc amorem virginis gaudium duplicatur, dum illum beatum iuxta capacitatem ſui eum cernit pleno, & quieto deſiderio glorioſum. Et ſic per hunc amorem, & per hunc modum pro quolibet ſancto multiplicatur virginis gaudium in cælo. Videns autem ſe minimus beatus tantum diligi à virgine, quod propter eum tanta in ea gloria creſcit, intantũ inflammatur in amorem eius, ac tantũ lætificatur de gloria eius; quod quotiens intelligit eam ſe in gloria ſuperare, toties de gloria eius plus quam de gloria propria iucundatur. Si ergo minor ſanctus, qui eſt in regno cælorum tantum à beata virgine dilectus eſt, & tantum diligit eam, neceſſario ſequitur, quod omnes ſancti qui in gloria ſunt maiores, amplius diligantur ab ea, atque amplius per amorem, & dilectionis feruorem inardeſcant in eam. Ex quo accidentalis gloria in ea propter illos: & in omnibus propter illam multiplicatur. Quis ergo exprimere poſſet infinitatem gaudij, & amoris quibus actiue, & paſſiue glorioſa virgo Maria hac accidentali gloria varie iucundatur, & honoratur. Omnes autem hæ differentiæ beatorum poſſunt dici luna ſub pedibus eius collocata, quia tantum differt eius accidentalis gloria à gloria omnium prædictorum, quantum ſola proprietatibus luna, hæc S.Bernardi.

Vigeſima ſecunda excellentia eius dicitur *commiſſionis.* De qua ſanctus prędictus. vbi ſupra, ait. *Varietas quæ circumdata aſſiſtit virgo glorioſa à dextris Dei eſt gratiarum, quæ ſ. nobis in hoc ſæculo peregrinis diſpenſantur per eam: vnde maxime honoratur. Ad hoc enim ſingulare officium diuinitus ab æterno electa eſt,* vnde ipſa Prouer. 8. teſtatur dicens. *Ab æterno ordinata ſum, ſcilicet diſpenſatrix gratiarum cæleſtium. Vt autem officium ſuum facilius exequi poſſet: prope S. Trinitatis maieſtatem eſt in gloria ſublimata. Et iſtud eſt diadema ſpeciei, & corona gloriæ, qua virgo ſuper Angelos coronatur, vt intra Trinitatis gloriã in ipſa ſola amplius ſit euecta, ac plus beatiſſima Trinitatis diligat gloriam, capiat, ſentiat, & fruatur, quam omnis alia pura creatura ſimul ſumpta, de cuius gloria poſt filium participant vniuerſi,* hæc ille. Qui etiam ibidem exorat ipſam beatam virginem exclamans & di. *O fœmina ab omnibus, & ſuper omnia benedicta. Tu nobilitas, & præſeruatio generis humani, meritis latitudo, & conſummata poteſtas omnium creatorum, tu vnica mater Dei: tu domina vniuerſi, regina mundi. Tu diſpenſatrix omnium gratiarũ. Tu conſummatio vniuerſi, & Eccleſiæ ſanctæ decor. Tu noſtra ſatisfactio digna coram largitore cunctorum bonorum. Tu omnium virtutum donorum, & gratiarum incomprehenſibilis magnitudo. Tu præelectum, & digniſſimum vaſculum à primo artifice*

Maria omnium gratiarum Dei cõmiſſaria.

ſic fabrefactum eſſentia Dei capax templū Dei. Tu hortus deliciarum, tu exemplum omnium bonorum, conſolatio deuotorū, & totius ſalutis radix, & ornamētum. Tu porta cæli, lætitia paradiſi, & vltra quā dici poſſit gloria ſummi Dei. Vere balbutiendo has laudes, & excellētias tuas pronunciamus, ſed tuam immenſam dulcedinē ſuppliciter exoramus, vt tu ſuppleas benignitate tua inſufficientias noſtras, vt te digne laudare poſſimus per infinita ſecula ſeculorum, amen.

Nos autem dicere poſſumus confirmādo ſupradicta quod beatiſſima virgo eſt cancellaria in cœleſti curia. Nam videmus quod in cancellaria Domini Papæ conceduntur tria genera litterarum. Quædā ſunt ſimplicis iuſtitiæ. Aliæ ſunt puræ gratiæ, & tertiæ ſunt mixtæ, quæ continent iuſtitiam, & gratiam. Et ſecundum hunc modum Deus in curia ſua cœleſti habet tres cancellarios. Primus eſt ad quem ſpectat dare litteras ſimplicis iuſtitiæ. Et iſte eſt Michael Archangelus qui ſecundū picturam repræſentationum ponderat animas in ſtatera, ſcilicet tam bonas quam malas: vt bonis ſecundum magnitudinem bonorum detur magnitudo præmiorum, iuxta illud Zach. 4. *Exæquabit gratiam gratia eius. Malis autem ſecundum menſuram delicti detur menſura ſupplicij* iuxta illud Apoc. 18. *Quantum glorificauit ſe, & in delitiis fuit, tantū date ei tormentum, & luctum.* Et Prou. 16. dicitur. *Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt. Facit ad prædicta lex. pedius ff. de incen. rui. & nau. cū ſi. Secundus cancellarius ad quem ſpectat dare litteras mixtas, ſ. iuſtitiæ, & miſericordiæ eſt B. Petrus Apoſtolus, qui in palatio Dei eſt ianitor cōſtitutus, vbi ſunt duæ portæ, ſcilicet porta iuſtitiæ & miſericordiæ. Nam per portam iuſtitiæ ingrediuntur illi, qui ſaluantur ex operibus iuſtitiæ, per portam vero miſericordiæ ingrediuntur illi, qui ſaluantur ex ſola miſericordia, & gratia ſine operibus.* Et iſtam differentiam tangit Apoſtolus ad Rom. 4. di. *Ei autem qui operatur merces non imputatur ſecundum gratiam; ſed ſecundum debitum. Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ Dei. ſicut & Dauid dicit, beatitudinem hominis cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus,* cū ait Pſ. 31. *Beatus vir cui non imputauit Dominus pec.* hæc ille. Ideo Petrus pingitur cum duabus clauibus, quia cum vna aperit

Deus pater habet tres cācellarios in curia ſua.

portam iuſtitiæ, illis, ſcilicet qui dicere poſſunt cum Pſal. 108. *Aperite mihi portas iuſtitiæ, & ingreſſus in eas confitebor Domino,* &c. Cum alia vero aperit portam gratiæ, & miſericordiæ, ſcilicet illis quib. dicitur ad Eph. 2. *Gratia enim iuſtificati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum eſt: non ex operibus, ne quis glorietur.* Tertius cancellarius eſt ille, ad quem ſpectat dare litteras puræ gratiæ, & miſericordiæ. Et hoc officium habet beata virgo, & ideo dicitur *mater gratiæ & miſericordiæ.* Vnde refert Maurilius Ro. Archiepiſc. quod cum quidam beatæ Mariæ deuotus in tribulatione multa eſſet, ipſa glorioſa virgo ſibi apparuit, & an ſe cognoſceret, requiſiuit. Quo reſpondente quod non. Illa ait, ego ſum miſericordiæ mater Deinde ſubdit idem Archiepiſcopus. O Maria mater ſancta gratiæ, & miſericordiæ mater pietatis, & indulgentię, aperi ſinum pietatis, & ſuſcipe mortuos in peccatis Iſtas autem literas miſericordiæ dat ſolū in præſenti vita. Nā animabus decedentibus quibuſdam dat literas puræ gratiæ. Alijs vero ſimplicis iuſtitiæ: & quibuſdam mixtas. i. iuſtitiæ & gratiæ. Quidam .n. fuerūt ſibi valde deuoti: & iſtis dat litteras puræ gratiæ per quas mandat, vt detur eis gloria ſine aliqua purgatorij pœna. Alij autem fuerunt miſeri peccatores & eius indeuoti: & iſtis dat literas ſimplicis iuſtitiæ: per quas mādat, vt eis fiat cōdigna vindicta. Alij vero fuerunt in deuotione tepidi, & remiſſi; & iſtis dat litteras iuſtitiæ, & gratiæ ſimul, per quas mādat, vt & gratia eis fiat, & tñ illis inferatur aliqua purgatorij pœna propter negligentiā, & torporē. Et iſta ſignificantur in Heſt. regina, quæ vt habetur Heſt. 8. ſcripſit litteras, vt Iudæi ſaluarentur, & hoſtes interficerentur, & pauperib. munuſcula darētur. Iudęi .n. figurāt B. V. deuotos, qui ipſam laudāt, & glorificāt, quia Iudæus interpretatur confitens, & iſti portant ſecum litteras ſuæ ſaluationis. Hoſtes ſunt peccatores miſeri: & iſti portant ſecum litteras ſuæ damnationis. Pauperes ſunt in deuotione tepidi, & remiſſi, & iſti portant ſecum litteras ſuæ purgationis, per quas mādatur, vt dentur eis munuſcula. i. parua præmia. Nā fiet quidē eis gratia propter aliqualē deuotionem, ſed parua, & cum purgatorij pœna propter negligentiā, & torporē. Vigeſimatertia excellētia benedictę virginis dici-

tur *affectionis*, pro cuius declaratione probabimus hanc veriſſimam concluſionem tribus rationibus. ſ. quod quælibet anima tenetur affectuoſe, & cordialiter diligere beatam virginem ſuper omnes puras creaturas. Prima autem ratio dicitur ſublimationis: teſte.n. Sen.5.de beneficiis. *Quicunq; non reddit æquiualens pro ſuſcepto beneficio, vitium ingratitudinis incurrit*, & Greg ait. *cum augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum*, &c. quaſi dicat Greg. & Sen. Tanta debet eſſe dilectio, & charitas cuiuslibet erga benefactorem ſuum, quanta eſt dignitas, & bonitas doni ſuſcepti, ſeu beneficij, quod patet. Nam ſi quis ſublimaret vnum viliſſimum ruſticum ad dignitatem Militis, Comitis, vel Marchionis, talis vtiq; tantum teneretur illũ diligere, qui eum ſublimauit, quantũ fuit donũ ſublimationis, & dignitatis illi collocaræ. Multo autẽ magis eum teneretur diligere, ſi eum ſublimaſſet ad dignitatem Ducalem, Regalem, aut Imperatoriam. Sed ſi illum ſublimaret ad dignitatem Epiſcopalem, vel ad Cardinalatum, ſeu ad Papatum, tanto eum magis teneretur diligere, quanto ſpirituales dignitates omnes tẽporales excedunt, vnde dicitur in c.ſolite.de maio. & obe. quod ſummus pontifex Imperatorem antecellit in ſpiritualibus, quæ tanto temporalibus ſunt digniora quanto anima præfertur corpori. Ex quibus omnibus patet, quantum debet benedicta virgo amari ab humana natura, quæ illam prouexit, ac ſublimauit, & exaltauit vſque ad dignitatem, & altitudinem Diuinitatis; atque ipſam naturam humanam, quæ in comparatione Dei eſt viliſſima, deificauit, dum illam Deo coniunxit in vnitate perſonæ; ſupra quam dignitatem ipſe Deus cum omnipotentia ſua nullo pacto poſſet humanam naturam magis eleuare, & ſublimare. Nam ex tali inſeparabili coniunctione Deus factus eſt homo, & homo Deus, qua gratia, & quo dono nihil maius vnquam ab ipſo Deo recipi poſſet, dicente Augu. in 3. de Trini.cap.19. *In rebus per tempus ortis illa ſumma & excellentiſſima gratia eſt, quod homo in vnitate perſona Deo coniunctus eſt.* Et Bernard. dicit. *Idcirco Dei filius ex clementia homo factus eſt, vt homo fieret Deus, qua clemẽtia nulla maior potuit reperiri.* Et quod hoc ſit verum probatur ratione coniunctionis ſiue aſſimilationis. Teſte enim philoſopho. in li. de proprie. re. *Inferior ſpecies ſuperiori coniuncta, accipit ſimilitudinem, & denominationem ſuperioris ſpeciei, vt patet in fluminibus quæ cum habeant ſpecifica nomina, cum per ſe exiſtunt, tamen cum coniunguntur cum mari, perdunt nomen proprium: & mare appellantur*: Similiter ſi filia alicuius ruſtici coniungeretur in matrimonio cum aliquo Rege, vel Imperatore, reſpectu talis coniunctionis non amplius ruſtica; ſed magis regina, vel imperatrix vocaretur, humanitas igitur quæ mediante intemerata virgine coniuncta fuit diuinitati Verbi Dei, gaudet priuilegio ipſius Diuinitatis dum homo ex ipſa conjunctione *Deus* digne appellatur. O grandis dignitas, o magna ſublimitas: o ineffabile priuilegium: o inenarrabilis prærogatiua, quod ipſa B. Virgo, vt ſic dixerim, fecerit de Deo hominem, & de homine Deum. Cum enim, vt ait Anſelm. in libro monologion, *Deo nihil maius cogitari poſſit*, hæc B Virgo ad tantam dignitatem ſublimauit humanum genus, quod maior non valet cogitare. Nullius enim dignitatis, & excellentiæ ſunt Angeli, & Archangeli, atque omnes alij beati ſpiritus in comparatione hominis deificati; cum tamen ante talem ſublimationem humanæ naturæ minor Angelus paradiſi nobilior eſſet necdũ natura, ſed gloria quolibet homine nondum beatificato: propter quod Propheta inquit Deo Pſ. 8. *Minuiſti eum paulominus ab Angelis.* Et ſaluator ait de Iohanne Bapt. Matth.11. *Qui minor eſt in regno cælorum maior eſt illo.* Ad hanc autem dignitatem deificationis peruenit natura humana merito ipſius virginis glorioſæ, quæ prædictam hominis deificationem plus ſola meruit, quam quodlibet indiuiduum humanæ naturæ. Et primo ratione fidelitatis, quia maiorem fidẽ de incarnatione filij Dei, & de hominis deificatione habuit, quam quælibet alia perſona humana. Vnde ideo concepit Dei filium, quia ſuper omnes credidit incarnandum, & propter hoc illi dixit Elizabeth Luc. 1. *Beata quæ credidiſti*, &c. Secundò, hoc promeruit ratione puritatis, quia enim puriſſima fuit ſuper omnes puras creaturas; ideo digna fuit quod Deus cum eius puriſſima carne vniretur, & de eius puriſſimo ſanguine corpus Chriſti formaretur: ſecundum enim Alexandrum de Ales in tertia parte ſummæ, quæſt. quinta, arti.decimoſexto, in corpore quæſt.

Incarnationis vnione Maria omnibus alijs plus ſola meruit.

& arti-

& articul. 19. etiam in corpore quæſt. B. Virgo etiam in corpore matris ſuę habuit puritaté maximam, qua excedebat puritatem Adæ, quam habuit ante peccatum: Item, exceſſit puritatem Angelorum: quia illi creſcere non poſſunt in merito, nec decreſcere, nec ſimiliter in puritate. Beata autem virgo potuit proficere in merito, & nunquam defecit, ſed vſq; ad vltimum puritatis gradum poſſibilem creaturæ non vnitæ Deo peruenit, vnde omnem puritatem rationalis creaturæ poſt filium exceſſit. Et ideo eius incarnationem promeruit. Tertio, hanc meruit ratione humilitatis. Quia enim ipſa ſuper omnes humillima fuit, ideo Dei filius volens altitudinem ſuam humiliare vſque ad aſſumptionem viliſſimæ carnis mortalis, iuxta illud ad Philippen. 2. *Chriſtus exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens*, &c. Non debuit incarnari, niſi in ipſa virgine humiliori creatura, quæ vnquam fuerit, vel erit: vt profundiſſima humilitas creaturæ infinitam humilitatem ſuſciperet maieſtatis diuinæ. Et ideo Bernard. aſſignans rationem, quare B. Virgo facta eſt mater Dei, ait, ſuper *miſſus eſt. Humilis enim fuit in corde, humilis in verbis, humilis in factis, humilis in conuerſatione, humilis & in obſequijs.* Dicit quoque S. Bonauent. in 3. diſtinctio. 4. artic. 2. quæſt. 2. quod B. Virgo Maria plus meruit dicendo humiliter. *Ecce ancilla Domini*: quam ſimul mereri poſſent omnes puræ creaturæ. Quarto hoc promeruit ratione charitatis. Quia enim omnis charitas, & amor cuiuſcunque creaturæ tam humanæ, quam Angelicæ comparatus amori, & charitati beatæ virginis eſt quaſi quædam ſtilla liquoris in comparatione aquæ maris, vt alibi declaratum eſt. Ideo Dei ſapientia, quæ ait Prouerb. vigeſimo quarto. *Ego diligentes me diligo*, cernens ſe amari magis ab ipſa virgine, quam ab omni alio indiuiduo humanæ naturæ potius voluit, vt dignum erat ei coniungi per amorem, & naturæ vnionem, quam alicui alteri. Et propterea Hierem. trigeſimoprimo inquit eidem virgini: *In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miſerans tui.* Quinto hoc promeruit ratione pietatis. Teſte enim Ambro. *pietas, & clementia eſt præclariſſima, atque excellentiſſima virtus*, vnde Tullius in oratione facta pro laude Cæſaris dixit, prout etiam recitat Auguſtinus in nono libro de ciuita. Dei. cap. nono. *Nulla de virtutibus plurimis gratior, aut admirabilior eſt miſericordia, homines etiam ad deos nulla re propius accedunt, quam ſalutem hominibus dando.* Piiſſimus ergo Dei filius non niſi in piiſſima virgine Maria debuit incarnari. Ipſa namque ſuper omnes creaturas puras pietate repleta fuit. Nam ante Incarnationem filij Dei adeo peccatoribus à via veritatis errantibus compatiebatur, & pro eis diuinam maieſtatem iugiter deprecabatur. quod de eius compaſſione dicitur Thren. ſecundo. *Magna eſt magna velut mare contritio tua.* Habeat enim maximum zelum animarum ad imaginem Dei creatarum, & ad implēdam paradiſi domum, vnde dicebat Deo illud Pſal. 62. *Zelus domus tuæ comedit me.* Filio quoque ſuo morienti magis compaſſa eſt, quam omnis ſimul pura creatura, vt diffuſe probaui in decima parte principali huius operis ſermone. 1. Licet quoque ſic tenerrime compateretur eidem vnigenito ſuo, quem proprijs oculis conſpiciebat à perfidis Iudæis ſic crudeliter flagellari, & crucifigi, tamen eiſdem compatiebatur, & pro ipſis patrem, & filium, ac Spiritum ſanctum cordialiter deprecabatur, vt remiſſionem de tanto peccato, & crimine tam horribili mererentur accipere, vnde, ſecundum Bernard. promptior erat in remiſſione iniuriarum à crucifixoribus ſuo filio illatarum, quam eſſent crucifixores in illatione earum. O charitas ineffabilis. O amor incompatabilis. O pietas viſceroſa. O miſericordia exceſſiua virginis benedictæ. Profecto ſi poſſibile fuiſſet, quod aliqua mulier concepiſſet, & peperiſſet omnes Angelos, & homines: & hi omnes occiderentur in præſentia ipſius matris, & ipſa occidentibus eos iniuriam remitteret, licet magna diceretur ipſius clementia. Maior tamen fuit pietas, & clementia ipſius piiſſimæ virginis, dum liberaliter pepercit illis qui ſuum, & Dei filium occiderunt. Cuius vita omnibus Angelis, & hominibus incomparabiliter erat magis æſtimanda. Reuerrendo igitur ad principale propoſitum, dico, quod cum humana natura, vt ſupra dixi, ſit deificata mediante virgine, quæ dignitas eſt ſublimitatis, atque altitudinis infinitæ, tenetur quilibet homo etſi non actu, cum ſit impoſſibile, tamen deſiderio, & voluntate ipſam ſacratiſſimam virginem infinito amore, & in-

Maria omnium piiſſima.

Quo affectu eſt a nobis B. V. diligenda.

Digitized by Google

finita charitate cunctis diebus vitæ ſuæ imo in æternum cordialiter diligere. Secundo, idem probatur ratione ſignificationis. Sicut enim habetur in c. clerici officia. de vita, & ho. cle. Maiori dignitati maior competit ornatus, & honor. Cum igitur B. V. ſit digniſſima mater Dei, quæ dignitas excedit omnem humanam, & Angelicam dignitatem, ideo ſuper omnes creaturas debet reuereri, & amari. Et confirmatur prædicta ratio ſic. *Bonum naturaliter eſt diligibile*, ſecundum philoſophum. 1. Ethic. Ergo quanto magis aliquid habet de bonitate; tanto magis eſt diligibile. Sed B. V. ſuper omnes puras creaturas fuit & eſt optima; ergo ſuper omnes eſt diligenda. Deus namque illi contulit tãtam bonitatem, ac gratiam, tantamq; dignitatem, quod maiorem alicui puræ creaturæ Deo nõ vnitæ perſonaliter conferre non potuit, quia nulla talis creatura maioris bonitatis, vel gratiæ, atque dignitatis capax fuit, vt patet ex dictis B. Bonauen. in 1. diſt. 44. Et ideo ipſam Dei matrem tenentur omnes Angeli, & rationales creaturæ diligere, & reuereri ſuper omnes alias creaturas. Immo, ſi Deus de nouo crearet alias Angelorum, atque creaturarũ intellectualiũ ſpecies omnib. aliis creatis digniores; nullius tamẽ eſſent dignitatis, vt ſic loquar, in cõparatione Dei genitricis, tenerenturque ipſam ſuper omnes creaturas amare, & reuereri. Tertia ratio dicitur dilectionis. *Cum* enim *amor debeat eſſe reciprocus*. 9. Ethi. vt patet etiam in lenonibus, & meretricibus, & quod plus eſt, etiam in brutis. Vnde Eſa. 1. dicitur. *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui*. Hinc eſt quod cũ B. V. vnumquemque cordialiter diligat, ergo vnuſquiſq; niſi ſit peior adultero, & cane, atque beſtiis, eã ex corde diligere debet. Quod autem B. V. nos cordialiſſime diligat, patet, ſic declarando. Cum enim ſit quintuplex amor ſcilicet ſeruilis, quẽ habet ſeruus ad dominum ſuum, de quo dicitur Matth. 24. Et Luc. 12. *Fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam*. Secundus autem amor ſocialis, de quo dicitur Eccleſ. 6. *Amico fideli nulla eſt comparatio, & non eſt cõdigna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem illius*. Et autor libri qui dicitur *facetus*. c. 6. cant. *Vtilius homini nihil eſt quam fidus amicus*. Tertius vero dicitur amor naturalis, prout eſt parentum ad filios: & è contra, qui maior eſt præcedentibus, de quo dicitur. 8. Ethic. *Generantis ad genitũ naturalis eſt amicitia*, ſcilicet magna. Quartus autem eſt amor matrimonialis, ſ. viri erga vxorem, & è contra, & iſte amor excedit ſupradictos, vnde Gene. 2. dicitur. *Relinquet homo patrem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna*. Sed quintus amor dicitur cœleſtialis: qui eſt cœleſtium Angelorũ, & beatorum: & excedit omnes prædictos. Eſt enim tantæ perfectionis, & magnitudinis, quod ſolus amor vnius Angeli ad nos eſt perfectior, & intenſior actu, quam omnis amor quadruplex prædictus, actiuus, & paſſiuus in præſenti vita: quoniam ex diuina viſione cauſatur amor perfectior, & efficacior, quam ſimpliciter ex fide. Et poſito, quod Angelus inferioris chori nos diligat cum mille gradibus charitatis: clarũ eſt quod Archangelus, qui eſt maioris capacitatis in decuplo nos magis diligit ſ. cum decem millib. gradibus charitatis. Aſcende ergo ſucceſſiue vſq; ad Seraphim ſemper multiplicando amorem in decuplo. Quibus peractis, ſi ponatur ab vno latere omnis amor prædictus quantuplex: ab alio vero amor B. V. dico quod ipſa ſola incomparabiliter vos plus diligit, maioriq; charitate à nobis afficitur, quam omnes prædicti ſimul: nã ſicut prædictũ eſt ſecundũ ſententiã Diony. in li. de Angelica hierarchia. *Charitas & amor ſuperioris ordinis in cõparatione inferiorũ eſt ſicut circumferentia ad ſuum centrum*. Et ideo cum B. V. ſit ſuper omnes ordines, & hierarchias Angelicas exaltata intantum, quod ipſa facit ordinem, & hierarchiã ſibi communicabilem, vt prædiximus: ſequitur, quod omnis amor Angelorum, & ſanctorum in cõparatione eius eſt centrum terræ in cõparatione ad circumferentiam ipſius terræ, & omnium cœlorum, & ſicut apex, & cacumen acus in comparatione totius maris. Vnde de ipſa inquit Hier. in ſer. ad Euſtoch. Totam eã incanduerat diuinus amor, ſcilicet non ſolũ in amorem ſui, ſed etiã noſtri. Et ideo ipſam cordialiſſima dilectione amare tenemur.

Vigeſimaquarta excellentia eius dicitur *honorationis*. Dei namque filius honorauit matrem ſuam in vita, in morte, & poſt mortem. Nam in vita ipſius matris ſuæ quatuor illi fecit honores. Primus honor fuit, quia magis

Maria à Chriſto ſuper omnes honorata in vita, in

Morte. & poſt mortẽ.

magis famã ipſius, quã propriã zelauit. Et hoc quando ſponſam illam habere voluit. Potius enim voluit putari ad tempus, quod eſſet natus ex matrimonio, quam matrem ſuã infamari de adulterio, vnde Ambro. ſuper Lucã ait. *Ideirco Chriſtus matrem ſuam voluit deſpõſari, ne temerata virginitatis adureretur infamia. Maluit autem aliquos de ſuo ortu, quam de matris pudore dubitare, &c.* Secundo eam honorauit, quando præ cæteris mulieribus, quę fuerunt ante illam, & quæ poſtea fuerunt, vel erunt ipſam elegit in matrem. Vnde ei dicit Sedulius poeta. *Nec primam ſimilem viſa es: nec habere ſequentem. Sola ſine exemplo placuiſti fœmina Chriſto.* Tertius honor fuit, quando dignatus eſt eius filius vocari, & ſubiici. Vnde Ber. ſuper *Miſſus eſt*, inquit. *Eya Deum regẽm hominum, & Angelorum ſuum audacter appellat filium dicens. Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce Mariæ priuilegium. Quis enim hoc audeat Angelorum? Deinde deſcendit cum illis, & venit in Nazareth; & erat ſubditus illis. Quartus honor fuit, quando eam in cruce exiſtens diſcipulo commendauit. Vnde Petrus Dami. ait; Commiſit Dominus Petro claues Eccleſiæ: voluit & B. Iohã. cuſtodiam delegare Mariæ. Mater eſt Maria: & mater eſt Eccleſia. Sed Maria mater Chriſti. Eccleſia mater Chriſtianorum. De Maria Chriſtus carnẽ ſuſcepit. Eccleſiam vero de lateris ſui carne produxit. Ex Maria prodijt ſecundum carnẽ natus: & Eccleſiam protulit carne iam mortuus. Ex Maria voluit naſci, & pro Eccleſia dignatus eſt mori. Ex Maria ſemel natus eſt in perſona ſua: ex Eccleſia naſcuntur quotidie membra ſua. Dixit autem Dominus Petro. Tibi dabo claues regni cælorum. Sed nunquid & B. Virgo cœlum non fuit, in cuius vtero virginali, nouem menſibus tota diuinitatis plenitudo permanſit,* hæc ille. Secundo honorauit Chriſtus matrem ſuã in morte ſua, quia ad eius obitum cum tota cœleſti curia aduenit: & ad fœliciter exeundũ de miſeria huius mundi ipſam inuitauit, dicens illud Can. 2. *Surge propera amica, columba mea, formoſa mea, & veni. Iam enim hyems tranſijt, imber abijt, & receſſit,* &c. Quæ verba exponens Hugo de ſancto Victo. dicit, quod *hyems, & imber eſt vita mortalis, quæ tanquam hyems ad aggrediendum bonum eſt pigra, & ad perſeuerandum eſt nubila, & tanquam imber eſt ad malum laſciua.* Nam hyems interius cõſtringit, imber vero exterius ſoluit. Et ſimiliter vita præſens interius conſtringit fraternã charitatem, exterius autem diſſoluit ad mũdi vanitatem. Hyems igitur tranſijt B. Virgini, & imber ab ea receſſit, quæ nunquã in fraterna charitate conſtricta, nec ad mundanas voluptates eſt diſſoluta. Et ideo ad æternas delitias à ſuo benedicto filio eſt inuitata. Tertio honorauit eam poſt mortẽ, quia tertia die ſuæ dormitionis cum tota cœleſti curia ad eã venit, & in corpore, & anima ipſam glorificauit, & in throno gloriæ ad dexteram ſuam eam collocauit, vt declaraui ſupra in præcedente parte principali huius operis, ſe. 1. Sicut autem Chriſtus eam honorauit, ita & nos pro poſſe debemus ipſam honorare. Primo ratione virtuoſitatis. Nam, vt inquit philoſophus 4. Eth. *Virtuti perfectæ non poteſt fieri condignus honor.* Si ergo homines virtuoſi debent honorari, vt admonet imperator in § illud, in auth. de mona. col. 1. vbi ait. *Vir Dei amabilis in conuerſatione ſancta longæuum vitæ peragens tempus, pollenſque animi virtutibus, & corporis operationibus veneretur, quia in eo gratia Dei relucet.* Profecto ipſa virtuoſiſſima Dei genitrix ſuper omnes gratia Dei, & virtutibus plena, debet ſuper omnes honorari. Secundo, ratione ſuperioritatis. Nam. 1. Pet. 2. dicitur. *Regem honorificate.* Si ergo reges debẽt honorari à ſubditis, multo magis regina, & imperatrix totius orbis. Tertio, ratione beneficialitatis. Nam ſecundum philoſoph. 9. Ethic. *Beatificatus quilibet debet in aliquo recõpenſare, & gratitudinẽ oſtendere, erga ſuũ benefactorem.* Ad quod facit l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hę. & cap. de forma. 22. quæſtione 5. & cap. cum in officiis teſta. Cum ergo à B. Virgine innumera beneficia receperimus, & quotidie recipiamus, nec in aliquo alio poſſumus recompenſare, ſeu reddere vicem, niſi in reuerentia, & amore, ſequetur quod ad ipſius honorem, & reuerentiam debemus quotidie aliquid facere, ipſamque poſt Deũ toto corde diligere. Niſi etiam ipſa virgo eſſet, iam ſæpius contra peccatores ira diuina deſæuiſſet, illosq; peremiſſet. Sed B. V. tanquã pia mater eos abſcondit. iuxta illud Pſ. 30. *Abſcondes eos in abſcõdito faciei tuæ.* Sicut enim pauo videns pullos ſuos ſibi nõ aſſimilari; valde odit illos: & niſi mater eos abſconderet; ſtatim ipſos occideret. Sed fœmella ducit eos in abſcondito; & occulte nutrit eos.

Expon. Cã. 2. Iam. n. hyems trãſ. imb. abijt.

Mariã nos pro poſſe honorare debemus.

Digitized by Google

eos, donec plumæ ipſorum aſſimilentur paternis: quod pater cernens libenter poſtea videt eos. Sic diuina iuſtitia videns peccatores diſſimiles Chriſto in operibus, odit illos atq; perderet, niſi mater pia, & aduocata peccatorum virgo benedicta eos abſconderet, & protegeret ſub alis ſuæ miſericordiæ, donec reuocet eos à peccatis, faciatque ipſos ſimiles Chriſto in virtutib. & bonis operibus: & tunc eos repræſentat patri cœleſti, qui illos oculo gratiæ ſuæ libenter intuetur. Quæ omnia cōſiderans Aug. inquit ipſi glorioſæ virgini. O B. Virgo Maria, quis digne valeat iura gratiarū, & laudum præconia impendere, quæ tuo ſingulari aſſenſu mundo ſuccurriſti perdito? Quas tibi laudes fragilitas humani generis perſoluet, quæ ſolo tuo commercio recuperandi aditum inuenit &c. Ex cuius verbis colligitur. 25. excellentia ipſius virginis, quæ dicitur laudationis. Laudare enim eam debent omnes propter debitum meritum & exemplū. Primo quidem eam laudare debemus propter debitum: quia cum eſſemus perditi; ipſa nobis ſalutem attulit: & à morte æterna nos liberauit. Et ideo ipſa dicere poteſt illud Ezech. ſexto. *Recordabuntur mei liberati*, &c. Secundo, propter meritum quod inde conſequimur. Nam ex hoc liberamur à confuſione æterna, præſeruamur à culpa, & digni efficimur vita æterna. Ipſa enim inquit Eccleſiaſtici 24. *Qui audit me non confundetur, & qui operantur in me non peccabunt. Qui me elucidāt vitam æternam habebunt.* Tertio, debemus eam laudare propter exemplum. Habemus enim exemplum ab Angelo, qui eam tam reuerenter ſalutauit. A filio, qui ipſam in tanta reuerentia habuit, quod ei ſubditus eſſe voluit. Luc. 2. A Spiritu ſancto qui in eam ſuperuenit. Luc. 1. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, &c. A patre cœleſti, qui eam ſanctificauit. Pſal. 45. *Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus.* Et a toto mundo: qui eam beatā proteſtatur, & dicit. Vnde ipſa Luc. 1. ait. *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Non poſſumus tamen ſufficienter eā laudare propter quatuor cauſas. Primo propter noſtram indignitatem. De qua Hiero. in ſer. ad Euſto. inquit. *De tali tantaque Virgine loqui me indignum eſſe confiteor*, &c. Secundo propter ſuam dignitatē. De qua venerabilis Beda ait. *Si rerū vniuerſitas ſingulis diſtincta ſpeciebus, in beata Dei genitricis Mariæ laudem magnis ſucclamet vocibus, tamen dignitatem intelligentibus ſurditas hæc, vel ſilentium apparebit.* Et Damaſcenus ait. *Licet mille ora, mille linguæ, vox que ferrea ſit. Sed nec ſi omnes linguæ hominum conuenirent, eam mirificis poſſent efferre præconijs. Omnium enim præconum excedit magnitudinem, & omne eloquium ad eius excellentiam inſufficiens inuenitur*: Tertio propter noſtrā imbecillitatem. Vnde Auguſtinus inquit. *O felix puerperium, iocundum Angelis, optabile ſanctis, neceſſarium perditis, congruum profugatis. Quid ego dicam pauper ingenio, cū de te quicquid dixero minor laus eſt, quam tua dignitas meretur. Quid de te digne referam, cum non ſufficiat lingua carnis tuas enarrare virtutes.* Et Damaſcenus ait. *Qualiter eam laudare poterit mortalis hominis verbum, quæ de ſe protulit verbum quod manet in æternum. Quæ lingua in eius laude inuenietur idonea, quæ illum genuit cui omnia benedicunt, & cum tremore obediunt elementa. Impares igitur illi ſunt omnes humanæ linguæ præconum, quæ de intemerata carnis ſuæ viſceribus cibum nobis protulit animarum*, & Hierony. vbi ſupra, dicit. *Profecto, nec ſanctitas, nec facundia mihi ſuppetit, vt beatam, & glorioſam virginem digne laudare queam. Quoniam, vt verum fatear, quicquid humanis dici poteſt verbis; minus eſt à laude virginis*, &c. Quarto, eā ſufficienter laudare non poſſumus propter verborum penuriam; & paupertatē, quia ſcilicet verba ad hoc idonea nobis deficiunt, vnde Auguſt. dicit. *O beata virgo ſi cœlum te vocem, altior es ſi matrem gentium dicā, præcellis* &c. & Petrus Dami. ait. *Cum beatiſſima Dei genitricis laudes ſcribere volumus, nulla inuenimus verba, quibus illas digne exprimendo ſufficere, valeamus. Tollit enim facultatem ſermonis materia ſingularis.* Et Gerardus Epiſcopus, & martyr inquit. *Vtinam tot mihi eſſent linguæ, quot ſunt cœli ſtellæ, vt omnes illas poſſem conuertere in laudem genitricis Dei, nec tamen ſic me valerem ſatiare.*

Mariam omnes laudare debemus propter tria.

Non ſufficimus Mariam laudare, ob 4. cauſas.

Vigeſimaſexta eius excellentia dicitur *communitatis*. Ipſa enim fuit perſona communis non ſingularis, vt cum omnibus conueniret, & ad omnes ſe pertinere oſtēderet. Primo nāq; fuit contemplatiua, & actiua. Quia enim actiui ſæpe deſpiciunt contemplatiuos appellantes eos ocioſos, & contemplatiui acti-

Maria omnibus communiſſima.

Digitized by Google

actiuos tanquam terrenis actibus nimis intentos. Ideo ipſa voluit eſſe in hoc duplici ſtatu: vt vtrumque approbaret. Et ideo appellatur *ſol*, Cantic. ſexto. quia ſicut ſol eſt in medio planetarum, ſic & ipſa eſt in medio contemplatiuorum, & actiuorum. Planetæ quidem ſuperiores ſignificant contemplatiuos, qui magis appropinquant ad cœlum. Planetæ vero inferiores ſignificant actiuos, qui magis applicantur terrenis. Ipſa ergo benedicta virgo tanquam ſol eſt in medio; inflammans contemplatiuos in diligendo; & actiuos illuminans in agendo. Secundo, ipſa fuit religioſa, & laica, ſæpe enim religioſi laicos condemnant, & laici religioſos iudicant. Et ideo beata virgo fuit clauſtralis, quia in ſuo thalamo habitabat, & foras ſine magna neceſſitate vel vtilitate non exibat. Et fuit laicalis, quia cæteris fœminis ſe conformabat, & cum eis ad templum, & ad dies feſtos ibat, vt patet Luc. 2. Et ideo ſignificatur per templum, iuxta illud Pſalm. 47. dicentis Deo. *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui.* Sicut enim templum eſt locus cōmunis laicis, & clericis, ſic ad ipſam omnes communiter accedere poſſunt. Laici vt terrena ſapienter diligant: Et religioſi vt mundana contemnant. Tertio fuit virgo, & coniugata. Virgines.n.deſpiciebant coniugatas, tāquam corruptas. Et coniugatæ deſpiciebant virgines tanquam infœcundas. Et ideo ipſa in hoc duplici ſtatu eſſe voluit, & vtrumq; approbare. Et ideo ſignificatur per firmamentum, quod eſt in medio aquarum. Nam aquę ſuperiores in cryſtallum conuerſæ ſignificāt virginitatem. Aquæ vero inferiores fluxibiles matrimonium. Beata igitur virgo eſt tanquam firmamentum in medio iſtarum aquarum, virgines confirmans in propoſito caſtitatis, & coniugatas in ſtudio bonę operationis. Quarto, fuit prælata, & ſubdita, ſæpe enim prælati deſpiciunt ſubditos, & ſubditi iudicant prælatos. Et ideo ipſa fuit prælata, quando in matrem Dei fuit aſſumpta, & tamen fecit ſe ſubditam, quando ſe vocauit *ancillam*: vnde ſignificatur per lignum vitæ: de quo dicitur Gen. 2. *Lignum vitæ in medio paradiſi.* Paradiſus.n. ſignificat Eccleſiā, in qua ſunt prælati, & ſubditi, in quorum medio eſt beata virgo tanquam lignum vitæ reficiens prælatos cibo ſapientiæ, iuxta illud Eccleſ. 15. *Cibauit illū pane vitæ, & intellectus, & ſubditos cibo ſalutaris obedientiæ*, de quo dicitur Ioha.10. *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me.* Quinto, fuit conſolata, & tribulata. Sæpe enim tribulati conſolatos iudicant, & conſolati tribulatos condemnant. Et ideo ipſa fuit in maxima conſolatione, quando ei Angelus aduentum filii Dei nunciauit, & quando ipſum Saluatorem mundi concepit. Vnde dixit Luc. 1. *Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Fuit etiam in maxima tribulatione, quando filium ſuum crucifixum vidit, & ideo figuratur per lunā Can. 6. Luna enim lucet in nocte, & quandoq; etiam apparet in die, ſed tamen lux eius magis apparet in nocte. Et ſimiliter beata virgo apparet his, qui ſunt in die conſolationis erudiēs eos, ne euaneſcant per inanem lætitiam, & his qui ſunt in nocte tribulationis, confortās illos, ne frangantur per impatientiam. Magis autem lucet his, qui ſunt in tribulatione, quā illis, qui ſunt in cōſolatione. Sexto, fuit iuſta, & tamen non vitauit peccatorum remedia, vt patuit in eius purificatione, Luc. 2. Sæpe autem iuſti deſpiciūt peccatores, & peccatores vilipendunt iuſtos, & tamen ipſa fuit iuſta, vt iuſti per eam recipiant gratiam, & voluit peccatorum habere remedia, vt peccatores per illam ſperent inuenire veniam, & ideo ſignificatur per auroram, Cant. 6. & per ſtellam matutinam, Eccleſiaſ. 50. Aurora.n.& ſtella matutina ſunt mediæ inter noctē, & diem, & ipſa eſt media inter peccatores, & iuſtos. Per ipſam enim peccatores recipiunt miſericordiam, & iuſti fælicitatem æternam. Septimo, fuit diues & pauper; ſæpe enim diuites vilipendunt pauperes, & pauperes ipſos diuites damnandos putant, & ideo ipſa diuitias habere voluit, quando Magi ſuo filio aurū obtulerunt, ſed tamen paupertatem elegit, quia illud pauperibus erogauit. Vt ex hoc daretur intelligi, quòd & diuites, & pauperes poſſunt ſaluari, ſed tamen tutior eſt via paupertatis, quàm vbertatis Et ideo ſignificatur per oliuā in campis Eccle. 24. ad quam omnes tam diuites quam pauperes accedere poſſunt. Ad ipſam enim accedūt pauperes, vt ſpiritualibus diuitiis ditērur. Accedunt & diuites, vt in ſuis diuitiis dirigantur.

Vigeſimaſeptima excellentia eius dicitur *contritionis*. Ipſa enim contriuit caput ſerpentis *Maria caput ſerpentis cōtriuit.*

tis infernalis, ſicut illi prædixerat Deus, Gen. 3. di. *ipſa conteret caput tuum.* Per *caput* autẽ intelligi poteſt eius ſuggeſtio, vel poteſtas, aut aſtutia. Primum caput, ideſt, ſuggeſtionẽ ipſa contriuit. & fregit, ita quòd nulla diabolica ſuggeſtio ad ipſam appropinquare auſa fuit, vnde Fulbert. Epiſc. ait. *Quid eſt caput terere, niſi principalem diaboli ſuggeſtionem reſiſtendo ſuperare.* Beata igitur Maria caput eius contriuit in hoc, quod virginitatem, & humilitatem ſeruauit: virginitate namq; extinxit concupiſcentiam carnis, & humilitate ſuperbiam mentis. Secundum caput diaboli. ſ. poteſtatem eius ipſa contriuit per filium ſuum, per quẽ ipſum diabolum ſuo dominio expoliauit. Vnde filius eius dicebat Ioh. 12. *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Tertium caput. ſ. aſtutia diaboli diuiditur in tria capita ſ. in ſapientiam terrenam, animalẽ, & diabolicam, ſicut dicitur. Iaco. 3. Sed ipſa contriuit ſapientiam terrenam per paupertatem, animalem .i. carnalem per virginitatem, & diabolicam, ideſt, ſuperbiam per humilitatẽ. Vel poteſt dici, quòd diabolus eſt malitioſus, immundus, ſuperbus, & aſtutus. Ipſa igitur contriuit malitioſum per charitatem ſuam, iuxta illud Iudith. 9. *Percutiam eum labiis charitatis meæ.* Sicut enim ſerpens ſemper portat venenum in ore, ſic diabolus ſemper portat malitiam in ſuggeſtione, & econtrario beata virgo ſemper portauit charitatis medelam in corde, opere, ſermone: & ſicut ſerpens quando lapidibus obruitur, funditus necatur; ſic diabolus quãdo orationib⁹ B. virginis percutitur, ab omni ſua malitia eneruatur, & ideo bene dicitur. *Percutiã eũ labiis charitatis meæ.* Labia enim charitatis Mariæ ſunt ei⁹ orationes, quas pro nobis effundit ex intimo amore cordis. Secundo contriuit immundum per virginitatẽ ſuam. Dæmones .n. dicuntur *immundi*, quia immunditias diligunt, procurãt, & ſuadẽt: & in cordibus immundorum libenter habitant. Sed iſtos immundos ipſa cõtriuit merito ſuæ virginitatis, & puritatis Vnde in figurã dicitur Iudith. 9. *Erit memoriale nominis tui, cum manus fœmina deiecerit eũ.* Iſta eſt enim illa manus, de qua dicitur Prou. vlti. *Manum ſuam miſit ad fortia.* Quæ autẽ ſint illa fortia dicitur ibidem. *Accinxit fortitudine lumbos ſuos, roborauit brachium ſuum.* Tertio, contriuit ſuperbum per humilitatem ſuam. Vnde in figura dicitur Iudith. 14. *Vna mulier Hebræa fecit confuſionem in domo Nabuchodonoſor regis.* Sicut enim magna confuſio eſſet alicui giganti, ſi vna puella ipſum vinceret, vel ligaret. Sic ſuperbis dęmonib⁹ magna fuit confuſio quãdo iſta puella benedicta per ſuã humilitatem eorum ſuperbiam ſuperauit, iuxta illud Iob. 40. *Ligabis eum ancillis tuis*, vna enim de maiorib⁹ ancillis Dei, imo maior omnium fuit beata virgo, quæ per ſuã humilitatẽ ligauit diaboli poteſtatem Quarto, contriuit diabolum aſtutum, iuxta illud, quod in figuram dictum fuit, Iudic. quarto: *In manu fœmina tradetur Syſara*, ideſt, diabolus. Ipſe enim diabolus eſt valde aſtutus, vnde Apoſtolus inquit, ſecundæ ad Corinth. nono. *Timeo, ne, ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, ita & ſenſus veſtri corrumpantur, &c.* Virgo autem Maria eſt valde ſapiens, vnde Prou. 14. dicitur. *Mulier ſapiens ædificat domum ſuam*, ideſt Eccleſiã militantem. Ipſe igitur Syſara traditus eſt in manu fœminæ, quia aſtutia diaboli tradita eſt ſapientiæ Mariæ: quia illud, quod diabolus aſtutè cogitat, hoc ipſe ſapienter ordinat. Iſta eſt illa mulier, de qua dicitur 2. Reg. 20. *Exclamauit mulier ſapiens de ciuitate* & infra. *Ingreſſa eſt ergo ad omnem populum, & locuta eſt eis ſapienter, qui abſciſſum caput ſibi proiecerunt ad Ioab.* Ipſa enim virgo Maria mulier ſapientiſſima ad Deum clamat, quãdo ſuis orationibus pro nobis apud Deum interpellat. Tuncque ſapiẽter ad populum loquitur, quando eius inſpirationibus illuminamur. Tuncque caput ſibi amputat, quando diabolicas ſuggeſtiones frangit penitus, & eneruat Vel poteſt dici, quod per hoc, quod dicitur Geneſ. 3. *Ipſa conteret caput tuum*: oſtẽditur victoria virginis ſuper diabolum, quadruplici ratione. Primo, ratione conterentis, cum dicitur. *Ipſa*, quia non fuit vir, ſed fœmina. Secundo, ratione modi conterẽdi, quia nõ percuſſit, nec vulnerauit, ſed contriuit, ꝙ enim percutitur, vel vulneratur, interdum reſanatur, quod vero conteritur, nũquam vlterius reparatur. Tertio, ratione partis, quam contriuit, quia non caudam, ſed caput, ideſt ſuggeſtionem ſuam, ſerpens enim in cauda percuſſus euadit, ſed in capite contritus, nũquam reſurgit. Fecit ergo beata virgo more boni militis, qui lanceam ſuam in capite ad-

Victoria Maria ſuper diabolum quadruplici ratione oſtenditur Ge. 3.

uerſa.

neceſſarii ſui, non in pectore frangere quærit. Quarto, ratione perſonæ, quā contriuit, quia non aliquem de paruis dæmonibus, ſed ipſum principē dæmoniorum cōtriuit, quod notatur, cum dicitur. *Caput tuum.* Ille enim ſerpēs, qui Euam decepit, figurabat luciferū, qui eſt caput aliorum dæmonum. Ipſi igitur benedictæ virgini ſupplicabat humanum genus, dicens illud Eccl. 36. *Tolle aduerſarium; & affige inimicū, & contere caput principis inimicorum noſtrorum,* & iterum illud Pſ. 9. *Contere brachiū peccatoris, & maligni,* & illud Ioba. 40. *Contere ipſos in loco ſuo.* Ipſa vero benedicta virgo ipſis dæmonibus dixit. *Conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ.* Leui. 26 In ipſa igitur glorioſa ac victorioſa virgine verificatum fuit illud Eccle. 47. *Contriuit inimicos vndique.* Contriuit enim diabolum de ſuperbia tentantem malleo humilitatis, tētantē de auaritia, malleo paupertatis; tentantē de luxuria, malleo caſtitatis; tentantem de gula, malleo ſobrietatis; tentantē de ira, malleo ſupportationis; tentantem de inuidia, malleo charitatis; & tentantem de accidia, malleo ſollicitudinis.

Maria omnibus delicijs affluens Cāt. vl.

Vigeſimaoctaua eius excellentia dicitur *delitioſitatis.* Ipſa enim habuit delitias ſpirituales, & cœleſtes tam in mundo, quā in cœlo: iuxta illud Cantic. vltim. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delitiis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? Primo enim habuit delitias ſpirituales in hoc mundo, de quibus dicit Bern. *Quid, niſi delitias dixerim virginitatis decus cum munere fœcunditatis, humilitatis inſigne; diſtillantis charitatis fauum miſericordiæ viſcera, plenitudinem gratiæ, & prærogatiuam gloriæ ſingularis?* hæc ille. Secūdo habuit delitias cœleſtes: & iſtę ſunt in triplici differentia. Aliquæ enim ſunt generales, aliæ ſpeciales, & aliquæ ſingulares. Primæ delitiæ generales ſunt omnibus ſanctis communes. De quolibet enim ſancto dicit Augu. quod *in æternitate Dei viget, in veritate Dei lucet, & in Dei bonitate gaudet.* Iſtæ autē delitiæ communes nobilius ſunt in virgine, quàm in cæteris ſanctis: quia iocundius gaudet, clarius videt, & nobilius viget. vnde Sap. quarto dicitur: *O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate.* In hoc enim quòd dicitur *caſta generatio*, notatur, quod iocundius gaudet ex eo quod virgo permanſit, & tamen genuit. In hoc vero quòd dicitur cum claritate; notatur, quod clarius videt. In eo autem quod ſtatim ſubinfertur. Immortalis eſt enim memoria illius, denotatur quòd nobilius viget. Quod autem ipſa benedicta virgo clarius videat Deum omnibus ſanctis, patet per ſententiam Dion. in libr. de angelica hierarchia dicentis, quòd *quanto vnus angelus, vel vna anima altiori fungitur loco, tanto clarius videt Deum. Cum ergo, &c.* vnde Hierony. inquit. *Eleuatur ſuper omnes choros Angelorum, vt poſſit ſpeciem, vultumque videre ſaluatoris, quem amauerat & concupierat ex toto deſiderio cordis.* & Aug. ait: *Maria animæ claritate fruitur Chriſti, glorioſis eius conſpectibus ſemper præſens, ſemper conſpiciens, ſemper videre ſitiens inæſtimabiliter paſcitur.*

Delitiæ generales omnium ſanctorum.

Delitiæ ſpirituales virginum, Martyrū & doctorū

Secundæ delitiæ dicuntur ſpeciales, quas non omnes ſancti poſſident, ſed tantum virgines, martyres, & doctores habentes aureolam; prout dicunt Theologi in 4. di. 49. Et has delitias excellentiſſime habet glorioſa virgo; eſt enim coronata aureola virginum, quia ipſa eſt regina omnium virginu.n. Eſt coronata corona martyrum; quia ipſa pluſquā martyr fuit, vt ait Hieronymus. Eſt coronata corona prædicatorum; quia in ipſa ſola remāſit fides de filio Dei, quam aliis prædicauit, & eos in fide roborauit. Sed ad præſens loquendo non ſolum de delitiis virginum, dico, quòd habent coronam, ſiue aureolam in capite, quod ſignificatum fuit Exod. 25. vbi Deus præcepit fieri ſupra arcam coronā auream. Item, habent fulgidi in corpore: iuxta illud Apoc. 3. *Ambulabunt mecum in albis,* & canunt canticum mirabile, vt habetur Apo. 2. Et habent familiaritatem Chriſti in ſocietate, iuxta illud Apo. 14. *Hi ſequuntur agnū quocunque ierit.* Hæ autem delitiæ glorioſius fuerunt in virgine Maria, de qua dicitur Apo. 12. *Mulier amicta ſole, &c.* Aliæ.n. virgines habēt coronam aureolā: ipſa autē coronam duodecim ſtellis adornatam. Aliæ decorantur veſte alba; & ipſa eſt ſole amicta. Aliæ ſequuntur agnum pedibus ſuis; & ipſa habet lunam ſub pedibus ſuis, id eſt Eccleſiam militantem, & triumphantem ſub imperio ſuo. Aliæ cantant pro conſeruata virginitate, & ipſa pro virginitate, & fœcunditate, & ideo ibi dicitur. *In vtero habens.*

Tertio, habet delitias ſingulares, quę notantur, cum dicitur. *Innixa ſuper dilectū ſuum.*

Digitized by Google

Delitiæ Mariæ ſingulares ſunt quatuor.

Vbi notandũ, quod quatuor inter alias ſunt eius delitię ſingulares. Prima dicitur *ſecuritas*, quam maxime habuit in mũdo. Secura enim erat, quod per peccatum nunquam cadere poterat, quæ ſuper Deum innixa erat. ait enim Pſalm. 124. *Qui confidit in Domino, ſicut mons Sion non commouebitur, &c.* Erat enim ſecuriſſima de ſua perenni gratia, & gloria; quia per ſanctificationem erat in diuina gratia confirmata. iuxta illud Pſalm. 45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei; ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus Deus in medio eius non commouebitur.* Secunda vero dicitur *magna dignitas.* Innixa enim erat ei, à quo angelicæ poteſtates reuerendo reſiliunt, & in cuius conſpectu aſpiciendo tremunt. iuxta illud, quod canit Eccleſia. *Tremunt videntes Angeli &c.* Et, *quem laudant Angeli; adorant dominationes, tremunt poteſtates, &c.* Tertia dicitur poteſtas. qui enim alicui rei innititur, virtutem eius ſibi aſſumit, & ea ſicut vult vtitur. Et ſimiliter ipſa Dei mater de omnipotẽtia filii ſui cui eſt innixa, quantum vult ſibi aſſumit. Et ideo dicit Eccleſ. vigeſimoquarto. *In Hieruſalem poteſtas mea.* Et Bernard. inquit. *Quare miſereri non poterit mater omnipotentiæ?* Quinta eſt filii ſui tota proprietas; quod nota, cum dicitur *ſuper dilectũ ſuum.* Alii enim filii non ſunt totaliter matris, ſed etiam ſunt patris. Iſte autem filius totus beatæ virginis. quoad humanitatẽ fuit, quia nullum carnalem patrem habuit. Et ideo ipſa tota ſuper eum innixa fuit, & eius delitias abundantiſſime deguſtauit, & propter hoc ipſe illi inquit Cant. 7. *Quam pulchra es, & quam decora chariſſima in delitiis.* De iſta quoque delicatiſſima virgine verificatum fuit illud Iob. 22. *Super omnipotentẽ delitiis affluet, & eleuabis ad Deum faciem tuam. Rogabis eum & exaudiet te: & in viis tuis ſplendebit lumen. Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria; & qui inclinauerit oculos ſuos ipſe ſaluabitur.* O igitur virgo delitiis plena; quæ dixiſti Prou. 8. *Et delitiæ meæ eſſe cum filiis hominum.* Fac vt de nobis verificetur illud Neemiæ. 9. *Abundauerunt delitiis à bonitate tua magna.*

Maria Deum quæſiuit & inuenire meruit.

Vigeſimanona excellentia beatæ virginis dicitur *quæſitionis.* Ipſa enim ſingulariter Deum quæſiuit, & inuenire meruit, eo quod eũ quæſiuit ſuo tempore, loco, & modo. Primo enim quæſiuit eum ſuo tempore ſcilicet gratiæ. & ideo inuenire meruit gratiam Dei; & per conſequens ipſum Deum. Et ideo dixit ei Angelus, *inueniſti gratiam apud Deum.* Luc. 1. Et hoc ſignificatum eſt Lucæ 2. vbi dicitur, quod *poſt triduum inuenit filium in templo.* Prima enim dies fuit tempus ante legem: & nõ poterat inueniri. Nam licet rogaſſet Moyſes di. Exod. 4. *Obſecro Domine mitte quem miſſurus es.* non fuit exauditus. Secunda dies fuit tempus ſub lege, in quo etiam non pòtuit inueniri te. Vnde licet dixiſſet Eſ. ſui li. c. 62. *Vtinam diſrumperes cœlos, & deſcenderes:* tamen nonfuit exauditus. Tertia autem dies fuit tempus gratiæ. Et in iſta die ſi quæritur, de facili inuenitur. Vnde dicitur Eſa. 55. *Quærite Dominum, dum inueniri poteſt, inuocate eum, dum prope eſt.* Secundo quæſiuit eum ſuo loco. Sed notandum eſt quod Chriſtus tribus locis fuit quæſitus ſcilicet in præſepio à paſtoribus; in templo à parentibus, & in ſepulcro à ſanctis mulieribus. Primo paſtoribus fuit dictum Luc. ſecundo. *Inuenietis infantem in præſepio.* Vbi ſciendum, quod Chriſtus inuenitur in humilitate: & ideo dicitur. *Inuenietis infãtem.* Item inuenitur in paupertate, & ideo ſubditur; *pannis inuolutum.* Inuenitur etiam in carnis maceratione, & ideo additur, *poſitum in præſepio.* In his autem tribus locis Maria Deum quæſiuit, & inuenit ſcilicet in humilitate, quando ſe *ancillã* vocauit. In paupertate quando omnia terrena contempſit, & in carnis maceratione, ſiue aſperitate, quando virginitatem deuouit. Homines autem mundani Deum quærere contrario volunt in delitiis, in diuitiis, & in honoribus, ſed ibi non inuenitur iuxta illud Iob. vigeſimooctauo. *Non inuenitur in terra ſuauiter viuentium.* ideſt carnaliũ & delitioſorum. Abyſſus dicit nõ eſt mecum, ideſt humana cupiditas, quæ non habet fundum. quia ſicut dicitur Eccleſ. 5. *Auarus non implebitur pecunia.* Et mare loquitur. non eſt mecum ideſt tumens ſuperbia. Superbus enim inſtar maris ſemper contra alios intumeſcit, ſemper feruet, ſemperque eſt in motu, & perturbatione. iuxta illud Eſa. 57. *Cor impii quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt.* Secũdo Chriſtus quæſitus fuit in templo à parentibus. Vnde vt habetur Luc. 2. dixit ei beata virgo. *Pater tuus & ego dolentes quærebamus.*

Chriſtus quæſitus eſt in trib' locis.

mus te. Primo enim quæſierunt eum *in comitatu*, & non inuenerunt. Poſtmodum quæſierunt illum *inter cognatos, & notos*, & ſimiliter non inuenerunt. Tandem quæſierunt eum *in templo*; & inuenerunt. Eſt autem ſciendum quod reperitur quadruplex amor ſcilicet priuatus, mundanus, domeſticus, & diuinus. Non potuerunt igitur ipſum inuenire apud ſeipſos; quia non inuenitur in amore proprio, ſiue priuato: cum ille ſit amor periculoſus. iuxta illud ad Timo. 3. *Inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes,* &c. Secundo, non inuenitur in comitatu hominum mundanorum: quia non inuenitur in amore mundano, iuxta illud Iohan. 14. *Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt recipere.* Tertio, non inuenerunt eum inter cognatos, & notos: quia non inuenitur in amore parentum. Vnde Ber. inquit. *Quomodo bone Ieſu, inter cognatos meos te inueniam: qui inter tuos minime es inuentus.* Inuenerunt autem ipſum in templo Dei id eſt in amore ſpirituali, & diuino. iuxta illud Io. 14. vbi ipſe ait: *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus.* Et de his quatuor amoribus dicit idem ſaluator, Luc 14. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem.* Ecce amor domeſticus. *Adhuc autem, & animam ſuam.* Ecce amor priuatus. *Et qui non baiulat crucem ſuam:* ecce amor mundanus. Ille enim crucem baiulat, qui crucifixus eſt mundo, & mundus ſibi: *& venit poſt me.* Ecce amor ſpiritualis, & diuinus. Tertio, fuit quæſitus in monumento à ſanctis mulieribus: ſed ibi eum iacentem non inuenerunt. Et propter hoc beata virgo tum eis ire noluit, ſiue propter dolorem, quem habuiſſet videndo ſepulcrum: ſiue propter languorem, quem incurrerat propter filii ſui obitum, ſiue, quia ſciebat eum reſurrexiſſe glorioſum, & immortalitate indutum. Credendum eſt enim, quod primo apparuit ipſi matri, quam alteri poſt reſurrectionem. iuxta illud Sedulii poetæ. *Semper virgo manens huiuſce viſibus aſtans Luca palam Dominum primo obtulit,* &c. Abſurdum enim fuiſſet, ſi prius extraneos de ſua reſurrectione lætificaſſet, & matri deſolatæ vltimo appruiſſet.

In tribus amoribus Chriſtus quæritur: ſed in quarto inuenitur.

Modus triplex quærendi.

Tertio, quæſiuit Deum debito modo. Modus autem quærendi Deum ſecundum Diony. eſt triplex. *Primus* eſt, per ſenſibilium manuductionem. iuxta illud Sap. 13. *A magnitudine ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horum videri.* Et Rom. 1. dicitur. *Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.* Et iſte modus cognoſcendi eſt magis paruulorum, & incipientium. *Secundus* modus eſt, per intellectualium operationem: & iſte modus eſt magis prouectorum, & proficientium: qui relinquunt ſenſibilia, & viſibilia: & conuertunt ſe ad intellectualia: & tales Deum inueniunt; qui ait Prouerb. 8. *Qui vigilauerit ad me, inueniet me.* *Tertius* modus eſt per immediatam vnionem, & iſte eſt perfectorum; qui relinquunt ſenſibilia, & deſerunt intellectualia creata: & immediate ad diuina aſcendunt, & deiformes effecti, Deo ſe immediate vniunt. Et iſtum modum quærendi Deum habuit beata virgo. Deus enim dicitur *ignis, ſol, & amor.* Beata autem virgo intantum fuit igne diuino inflammata: quod quodammodo fuit in ignem conuerſa. Cum enim dicat Chryſoſtomus de Paulo; quod, *ſicut ferrum immiſſum in ignem totum efficitur ignis, ſic ipſe charitate ſuccenſus totus effectus eſt charitas.* Profecto hoc multo magis dici poteſt de virgine benedicta. Item in tantum fuit ſole diuino perluſtrata, quod ipſo ſole fuit amicta. vt dicitur Apoc. 12. Item, intantum fuit amore diuino repleta, quod tota fuit in amorem liquefacta. vnde dicebat Cant. 5. *Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt.*

Trigeſima eius excellentia dicitur *requiſitionis.* Super omnes enim puras creaturas quietem interioris hominis, & vacationem mentis ſemper dilexit: & ideo in thalamo ſuo clauſo oſtio morabatur. Vnde inquit Ber. ſuper *Miſſus eſt*, quod *non eſt credendum, quod Angelus Gabriel quando ad eam ſalutandam perrexit oſtium apertum inuenerit, ſed ſubtilitate naturæ ſuæ clauſo oſtio introiuit.* Voluit autem B. virgo tumultus fugere, & ſibi vacare multis de cauſis. Primo, vt orationes ſuas ſecretius Deo offerret. Secũdo, vt ſuam caſtitatem cautius cuſtodiret. Et iſtas duas cauſas ponit Bern. vbi ſup. dicens. *Ingreſſus eſt Angelus in ſecretarium pudici cubiculi: vbi ipſa clauſo oſtio orabat patrem in abſcondito; quia nimirum ſibi in propoſito erat frequentias hominum fugere; & colloquia vitare: ne vel orantis ſilentium turbaretur, vel continentis caſtitas tentaretur.*

Maria vacatione mentis in Deũ quietiſſima.

retur. Tertio, quæſiuit quietem mentis, vt ad ſuſcipiendam gratiam Spiritus ſancti ſe habilitaret, quia requieſcit ſuper humilem, & quietum. Eſa. 66. Vnde Apoſtoli receperunt Spiritum ſanctum ſedentes, id eſt, à curis ſecularibus quieſcentes. Hinc etiam eſt, quod filii Iſrael manna recipere non potuerunt, quamdiu fuerunt in Ægypto, & donec habuerunt farinam Ægypti, & donec tranſierunt mare Ægypti. Ille enim eſſe in Ægypto dicitur, qui adhuc eſt in peccato. Et ille habet farinam Ægypti, qui retinet occaſiones peccati. Et ille nondum tranſiuit mare, Ægypti, qui adhuc intricatur curis mundi. Quia igitur beata virgo perfectam mentis quietem habuit, ideo Spiritus ſanctus in ea perfecte quieuit. In quibuſdam enim nullo modo requieſcit. In aliis requieſcit: ſed non perfecte. In quibuſdam vero requieſcit perfecte. Nam in peccatoribus non requieſcit, quia in eis eſt pugna continua. In ſanctis vero peregrinantibus requieſcit ſemiplene, quia in eis eſt requies ſemiplena. In ſanctis autē triumphantibus perfecte requieſcit, quia in eis eſt requies perfecta. Et quia in beata Virgine fuit requies perfectiſſima: & ipſa benedicta Dei mater ſemper vacauit diuinis, ideo Spiritus ſanctus perfectiſſime in illa requieuit. Vnde ipſa inquit Eccl. 24. *In omnibus requiem quæſiui: & in hæreditate Domini morabor; tunc præcepit & dixit mihi creator omnium: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* In figuram autem prædictorum legitur Gen. 8. quod Noe tribus vicibus columbam emiſit de arca. In prima autem vice non requieuit, quia loca paludoſa inuenit. In ſecunda vero vice requieuit, ſed non perfecte; requieuit enim aliquantulum in arbore oliuæ; ſed cito ad arcam rediit. In tertia autē vice requieuit perfecte; quia vltra ad arcam nō rediit. Per quod datur intelligi, quod corda paludoſa, id eſt, immunda Spiritus ſanctus fugit. In cordibus verò ſanctorum peregrinantium quieſcit; ſed non perfecte: quia in eis aliquā carnis repugnātiam inuenit. In cordibus autem ſanctorum triumphātium, perfecte requieſcit, quia in eis nullā penitus repugnantiam carnis reperit. Et iſto modo in benedicta virgine perfectiſſime requieuit; cuius caro ſpiritui nō repugnabat: nec aliquos motus inordinatos emittebat, ſed rationi penitus obediens erat.

Spiritus ſanctus diuerſimode in hominib. quieſcit.

Maria requieuit in ſe.

Poſſumus quoque dicere, quod ipſa quietiſſima virgo requieuit in ſeipſa, & requieſcit in nobis. Requieuit enim primò in ſeipſa in hoc mundo, & nunc requieſcit in cœlo. In hoc enim mundo requieuit quoad corpus & animam. Quoad corpus; quia vt ſupra dictū eſt, eius caro cum anima non habuit pugnam, ſicut habet caro aliorum. iuxta illud ad Galat. 5. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.* Anima vero eius per amorem cum Deo vnita fuit: & ideo perfecte cum ipſo requieuit. Vnde dicere poterat cū Propheta Pſ. 4. *In pace in idipſum dormiam & requieſcam.* Secundo, requieſcit modo in cœlo in corpore, & anima. Vnde ipſa inquit Eccleſ. 24. *In ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui.* Requieſcit enim eius corpus in Deo quātum ad omnes ſenſus. Nam oculi eius requieſcunt in videndo faciem Chriſti. Aures eius in audiendo vocem illius: nares eius in odorando odorem Chriſti: os eius in loquendo ore ad os cū filio: manus eius in tāgendo perſonam Chriſti. Similiter eius anima in Deo perfecte requieſcit: eius intellectus in pulchritudine ſummæ veritatis: eius voluntas in dulcedine ſummæ ſuauitatis: eius memoria in continuatione æternitatis. Et propterea iſta dicitur de quolibet beato: & multo magis dici poteſt de illa, Eſa. 32. *Sedebit populus meus in multitudine pacis in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.* Ipſa enim modo ſedet, & requieſcit in multitudine pacis, quantum ad viſionem, & pulchritudinem ſummæ veritatis, & in tabernaculis fiduciæ, quantum ad æternitatē ſecuritatis, & in requie opulenta, quantum ad dulcedinem ſummæ ſuauitatis. Secūdo principaliter dico, quod requieſcit in nobis. Vnde notandum eſt, quod ipſa requieſcit in ſex generibus hominum, & hoc tangit Eccleſiaſtic. 24. vbi ait: *Gyrum cœli circuiui ſola: & profundum abyſſi penetraui: & in omni terra ſteti, & in omni populo, & in omni gente primatum tenui: & omnium, excellentium, & ſublimium colla propria virtute calcaui, & in omnibus requiem quæſiui.* Ex quibus verbis habetur, quod ipſa cōtemplatiuos facit continue delectari contemplando cœleſtia: & ideo ait. *Gyrum cœli circuiui ſola.* Tunc enim gyrum cœli circuiuit, quando contemplatiuos facit cœleſtia deſiderare. Ipſa quoque præſumptuoſos à ſua præſumptione reuocat, faciens eos timere ſupplicia æterna; & ideo ait:

Maria requieſcit in ſex generibus hominum.

Digitized by Google

ait: *profundum abyſſi penetraui.* Tune enim profundum abyſſi penetrat: quando facit quod præſumptuoſus pœnam æternam formidat. Ipſa etiam tribulatos ad patientiam animat: & ideo ait, *& in fluctibus maris ambulaui.* Tunc enim in fluctibus maris ambulat: quando amaricatos ad virtutem patientiæ reuocat. Ipſa quoque auaros deſpicere facit terrena: & ideo ait. *In omni terra ſteti.* Tunc enim in cordibus terrenorum ſtat; quando eos ad terrenorum contemptum prouocat. Ipſa etiam peccatores ſuperare facit vitia, & peccata; & ideo ait. *In omni populo, & in omni gente primatum tenui.* Peccatores enim dicuntur populi, id eſt, depopulati; quia dæmones eos per diuerſa vitia depopulantur; dicuntur etiam *gentes*; quaſi gentiliter viuentes. Tunc autem ipſa in omni populo, & in omni gente tenet primatum, quando facit, vt ipſi peccatores vincant & ſuperent omne peccatum. Ipſa quoque ſuperbos reuocat ad humilia, & ideo ait; *Et omnium excellentium, & ſublimium colla propria virtute calcaui.* Tunc enim excellentes, & ſublimes calcat, quando ſuperbos, & arrogantes ad virtutem humilitatis inclinat. In omnibus autem ſupradictis ſex generibus hominum ſic correctis, & ſic reuocatis, ipſa requieſcit; & ideo ſubdit. *Et in omnibus requiem quæſiui.* O igitur benedicta virgo, quæ ita libenter requieſcis in nobis: fac vt etiam nos requieſcamus in te, & dic nobis illud Iudic. 9. *Sub vmbra mea requieſcite.* Quia vero tu ſemper in Deo requieuiſti: ideo etiam Deus ſemper requieuit in te. Vnde de te ait Pſalm 131. *Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.* Tu ergo virgo benedicta ſuper omnes puras creaturas requiem habes. Nam requies eſt fructum ſui laboris habere. l. omnes. vbi gloſſ in verbo, requiem. Codic. de feri. De te vero quæ infinitam laborum tuorum mercedem poſſides: dici poteſt illud quod dicitur in l. fin. C. de appa præ præto. lib. 12. ſcilicet *Requiem laborum ſuorum portauerit, &c.*

Maria multis gladiis vulnerata, pro quibus in cælo magnam recepit remunerationem.

Trigeſimaprima excellentia beatiſſimæ virginis dicitur *vulnerationis.* Vulnerata enim fuit multis gladiis, ſiue ſagittis, pro quibus in cœleſti gloria remunerationem maximam percepit. Primus gladius fuit timoris: pro quo rogat Deum Pſalm. 117. dicens: *Confige timore tuo carnes meas.* Iſtum enim gladium B. Virgo habuit, per quem omnia carnis vitia reſecauit. Habuit enim non timorem ſeruilem, ſed filialem: qui permanet in ſæculum ſæculi; & qui animam facit pulchram. Vnde ipſa inquit Eccleſiaſtic. 24. *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris.* Secundus gladius fuit diuini ſermonis. de quo dicitur Hebr. 4. *Sermo Dei eſt viuus, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Iſtum enim gladium Maria in corde portabat: quia Dei verba ſemper in corde ſuo conſeruabat. iuxta illud Luc. 2. *Maria autem conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo.* Vnde Ambroſ. inquit. *Nec hiſtoria, nec litera docent beatam Mariam gladio vitam finiſſe.* Incertum eſt autem, verum Simeon pro gladio materiali dixerit: an pro verbo Dei valido, & acutiore omni gladio ancipiti. Tertius gladius fuit amoris: de quo ipſa inquit ſponſo ſuo cœleſti. *Vulnerata charitate ego ſum.* De his tribus gladiis inquit Bernard. *Eſt ſagitta quadam timor Domini: qui carnis deſideria configit, & interficit, vt ſpiritus ſaluus fiat:* Eſt etiam ſagitta ſermo Domini viuus, & efficax: penetrans vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus. Eſt etiam ſagitta electa amor Chriſti; qui animam Mariæ non ſolum confixit, ſed etiam pertranſiuit: vt nullam in pectore virginali particulam vacuam amore reliquerit: aut certe pertranſiuit eam, vt veniret vſque ad nos, vt de plenitudine eius omnes acciperemus. Quartus gladius fuit perſecutionis, quia multas cum Apoſtolis perſecutiones eſt perpeſſa, vt alibi declaraui. Quintus autem gladius dicitur doloris, quo vulnerata fuit in filii paſſione. Vnde exponens Bernardin illa verba Simeonis Lucæ ſecundo. *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius,* inquit: *Vere ita pertranſiuit, vt eam plus quam martyrem prædicemus.*

In qua nimirum ſenſum corporeæ paſſionis exceſſit compaſſionis affectus. De his duobus gladiis vltimis, ait Ambroſ. ſuper Lucam. *In ſcriptura ſacra gladij nomine temporalis tribulatio figuratur*; iuxta illud Pſalmi trigeſiminoni. *Gladium euagi. peccatores.* Et iterum. *Gladius eorum intret in corda ipſorum.* Et de Ioſeph tribulato dicitur. *Ferrum pertranſiuit animam eius. Quamquam autem multa tribulationes animam tranſfoderint virginis

ginis beatiſſima, illa tamen illic ſpecialiter deſignatur, quæ materna transfixit viſcera Domino in Cruce moriente. hæc ille. His ergo quinque vulneribus; ſicut filio ſuo fuit conformis, ita etiam facta eſt particeps eius infinitæ conſolationis.

Maria Deũ ſumme magnificauit.

Trigeſimaſecunda eius excellentia dicitur *magnificationis.* Nulla enim pura creatura ita Deum laudauit, & magnificauit, ſicut ipſa. Sunt autẽ inter alia decem per quæ Deus magnificari, & laudari poteſt, ſcilicet vox humana, tuba, pſalterium, cithara, tympanum, organum, cymbalum; ſiſtrum, lyra, & tibia. De quibus generibus inſtrumentorum legitur 2 Reg. 6. vbi dicitur, quod Dauid & omnis populus laudabant Dominum in omnibus lignis fabrefactis: & citharis; & lyris, & tympanis, & ſiſtris, & cymbalis, &c. Quod autem benedicta virgo Deũ magnificauerit omnibus iſtis modis, oſtenditur per canticum eius; cuius decem verſiculi iſtis decem inſtrumentis optime cõcordant. Quia enim primo humana lingua Deus laudari debet ideo beata virgo in principio ſui cantici decantauit. *Magnificat anima mea Dominum*: quo quidem modo, vt ait Thomas in 4. di. 44. ſancti in patria Deum laudant. Secundo, laudari poteſt Deus pſalterio Et ideo: quia pſalterium exultare facit, ipſa ait. *Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Tertio, laudare poſſumus Deum tympano. Et quia tympanum fit de corio aſinino: quod eſt valde humile, & abiectum, ideo ait. *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* Quarto, laudatur Deus organo. Et quia organum in feſtiuitatibus pulſatur, ideo ait: *Quia fecit mihi Dominus magna qui potens eſt.* Quinto, laudatur cymbalis, & quia cymbalum eſt inſtrumentum pium: ideo in quinto verſu oſtendit magnam Dei miſericordiam conceſſam humano generi dicens: *Et miſericordia eius*, &c. Sexto, laudatur Deus ſiſtro. Siſtrum autem eſt inſtrumentum, quo vtebãtur mulieres ad magnificandam victoriam, & potentiam Dauid contra ſuperbum Goliam, vt habetur 1. Reg 18. Et ideo ait. *Fecit potentiam in brachio ſuo.* Septimo, laudatur tuba, & quia tuba eſt inſtrumẽtum excitans belligeros viros ad pugnam ad inimicos vincẽdum, ideo cecinit: *Depoſuit potentes de ſede.* Octauo, laudatur Deus tibia: quæ dulcem facit melodiam; & quodammodo ſuos audientes ſua ſatiat ſuauitate; ideo ait: *Eſurientes impleuit bonis.* Nono, laudatur cithara, quæ in modum humani pectoris formata eſt: & in brachio pulſatur dulci melodia, ideo cecinit: *Suſcepit Iſrael puerum ſuum.* Decimo, laudatur Deus lyra, & quia longa eſt, & arcu pulſatur. Ideo ipſa virgo oſtendens adimpleta, quæ longo tempore patribus fuerant promiſſa; cecinit dicens: *Sicut locutus eſt ad patres noſtros*, &c. Bene ergo decem verſibus Deum magnificauit: vt oſtenderet, ſe omnibus inſtrumentis Deum laudaſſe. Non ſolum autem ipſa ſic excellenter Deum magnificauit: ſed etiam alios ad eum magnificandum prouocauit. Vnde Ber. in ſermo. aduentus ait: *Angelus ipſe amplius homini non loquebatur: patriarcha defecerat, deerat propheta: ſacerdos auaritiæ ſtudebat. dux non inueniebatur, quando venit Dominus, intantum vt auderet diabolus dicere, omnia regna mundi fore ſua.* vt patet Mat. 4. Et ipſe filius Dei qui iam prædicare cœperat, non inueniens Dominum laudantes; veraciter dixit, *ſe non habere, vbi caput ſuum reclinaret*, ſcilicet Mat. 8. & Luc. 9. Erat igitur Dominus non ſolum paruulus; ſed fere nullus in conſpectu hominum, & eius laus totaliter defecerat. Ideo virgo ſola mutefacta hominum labia ad Dominum laudandum inuitat dicens: *Magnificat anima mea Dominum.* quaſi diceret: *Omnes gentes magnificate eum*, Pſalm 66. Et quia ipſa ſuper omnes magnificauit Deum: ideo Deus qui ait 1. Reg. 2. *Qui me honorificauerit glorificabo eum ſuper omnes*, illam in cœleſti gloria magnificauit, & exultauit.

Trigeſimatertia eius excellentia dicitur *vnitatis*; multas autem alias pertranſeo cauſa breuitatis. Si enim de illis loqui vellem, verificaretur illud, quod ait Aug. in ſermone. 4. Dominicæ de aduentu dicens: *Facilius me tempus, quam copia deſeret.* Dico igitur pro expeditione huius partis quod maxima fuit vnitas inter benedictam virginem, & Deum. Eſt autem quadruplex vnitas: ſcilicet carnalis, quæ eſt inter virum, & vxorem; *qui ſunt duo in carne vna*, Gene 2. Et iſta vnitas fuit inter beatam virginem, & Deum; quia eam ſibi in ſponſam accepit, & ſpirituale matrimonium cum ea contraxit. iuxta illud Oſeæ 2. *Deſponſabo te mihi in fide.* Iſtud autem matrimonium fuit initiatum per Angelum per verba de

Vnitas quadruplex inter Deum & Mariam.

Digitized by Google

ba de futuro, quando ei dixit. *Ecce concipies, & paries filium*. Deinde fuit ratificatum per verba de præſenti, quando ipſa virgo conſenſit, & dixit. *Ecce ancilla Domini*, &c. Deinde fuit conſummatum, quando filius Dei in ea incarnatus eſt. Et tunc fuerunt duo in carne vna, quia in corpore Chriſti generando fuerunt duo, ſcilicet ipſa virgo, & Spiritus ſanctus: qui de eius carne corpus illud formauit. Secunda eſt vnitas naturalis, quæ eſt inter patrem, ſeu matrē, & filium. de qua dicitur Gen. 44. vbi Iudas ait de fratre ſuo Beniamin. *Si intrauero ad patrem meum & puer defuerit, cum anima illius ex huius anima dependeat, morietur*. Ex iſta autem vnitate naturali fit, quod mater debet diligere filium tanquam rem ſuam; & filius debet honorare matrem tanquam cauſam ſuam. Et mater ac filius debent communicare ſibi actiones, & paſſiones ſuas. Iſta igitur naturalis vnitas fuit inter Chriſtũ, & beatam virginem. Ipſa enim filium diligebat tanquam rem ſuam. Vnde poterat dicere illud 2. Reg. 1. *Sicut mater vnicum diligit filium, ita te diligebam*. Et filius honorabat matrem, vt cauſam ſuam. vnde erat ſubditus illi, Luc. 2. Et mater ac filius communicabant ad inuicē ſuas actiones. Nam filius fuit tantæ clementiæ, quod creaturam ſuam fecit matrē ſuam: & mater tantæ fuit excellentiæ, quod creaturam ſuam fecit filium ſuum. Communicabāt etiam ſibi inuicē ſuas paſſiones. Nā in Chriſti paſſione, & mater fuit vulnerata gladio doloris: vt ſupra dictum eſt, & filius fuit vulneratus affectu maximæ compaſſionis. vnde oblitus ſuorum vulnerum, matrem cōſolatus eſt, dicens Io. 19. *Mulier ecce filius tuus*. Vel cōmunicatio paſſionis, & actionis poteſt aliter aſſignari. Eſt. n. triplex compaſſio. ſ. accidentalis: quando ſeruus compatitur Domino ſuo. naturalis; quādo mater compatitur filio: eſſentialis, quando membrū cōpatitur capiti ſuo. Fuit. n. virgo benedicta compaſſa Chriſto tanquam ancilla Domino, & vt mater filio. Cōmunicauit etiam mater filio ſuā actionem in contrahendo, quia ibi poſuit ſuum cōſenſum. Item, in generando. quia ibi poſuit materiale principium. Item, in ſaluando humano genere, quia ibi poſuit ſuam ſollicitudinem, & ſtudium. Tertia vnitas eſt ſocialis inter amicum, & amicum. de qua dicitur Act. 4. *Multitudinis autē credentium erat cor vnum, & anima vna*; & iſta vnitas amicitiæ facit inter amicos omnia eſſe communia. *Amicorū* enim *omnia debent eſſe communia* 2. Pol. Omnis enim amicitia in communicatione eſt, vt ait philoſophus 8. Eth. c. 7. Iſta autem vnitas, & communicatio fuit inter Chriſtum, & matrē eius. Nam omnia quę fuerunt filii, fuerūt matris; & omnia quæ fuerunt matris, fuerunt filii. Filius enim tria habuit, ſcilicet carnem, & animam, & Diuinitatem. Et iſta tria fuerunt matris. ſ. caro per generationem; anima per amorem: & diuinitas eius, per fruitionē. Similiter & mater habuit humilitatem: virginitatem; & fœcunditatem. Et hæc omnia fuerunt filii, quia iſta ab illo ipſa recepit. Quarto vnitas eſt ſpiritualis, quæ eſt inter animam, & Deum. de qua dicitur 1. ad Cor. 6. *Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo*. Et iſta vnitas fuit matris ad filium: Intantum autem fuit cum eo vnita; quod, vt ſupra dictum eſt, tota erat in amorem conuerſa. Et ſicut ferrum miſſum in igne totum efficitur ignis: ſic eius anima charitate ſuccenſa tota facta eſt charitas, immo multo magis inflammata fuit, quam ferrum ignitum, nam ferrum ſic inflammatum poteſt aqua extingui, & retinet de materia ferri; & nō poteſt niſi cum percuſſionibus flecti. Charitas autem inflammata ipſius benedictæ virginis nullis aquis tribulationum extingui potuit. vnde Can. 8. dicitur. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*. Inſuper de amore mundi nihil omnino habuit: ſed tota amore diuino inflāmata fuit. Vnde Hiero. in ſermone ad Euſtochium inquit: *Totam eam incanduerat diuinus amor, ita vt in ea nihil eſſet, quod mundanus violaret affectus*. Ad ipſam etiam flectendam ad miſericordiā non oportet vti magna violentia precum: ſed leui deuotione cordium: & ideo vocatur virgula, quia cito flectitur. vnde Cant. 3. de ea dicitur: *Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris: & vniuerſi pulueris pigmentarii?* Ipſa enim habet flexibilitatem ad miſericordiam, & ideo dicitur *virgula*. Habet leuitatē per omnimodam innocentiam: quia nunquam habuit aliquod peccati pondus: & ideo dicitur *fumi*. Habet etiam redolentiam per odoriferam famam; & ideo dicitur *ex aromatibus*. Item, habet denotionem internam, & ideo dicitur *thuris*. Item, habet omnium virtutum plenitudinem,

Compaſſio triplex.

nem, & abundantiam. & ideo dicitur. *& vniuerſi pulueris pigmentarij.*

Liberũ arbitriũ habuit B. V. in bono cõfirmatum.

Trigeſimaquarta eius excellentia dicitur *libertatis*. Nam liberum arbitrium habuit in bono confirmatum, & ideo nulli voluit conſentire peccato. Potentia enim liberi arbitrii multis modis poteſt conſiderari. Primo prout ſe habet indifferenter ad hoc, & ad illud; id eſt, ad peccandum, vel non. Et hoc modo fuit in Adam in ſtatu innocentiæ. vnde dicitur Eccleſiaſt. 15. *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilii ſui.* Secundo, conſideratur cum diſpoſitione ad peccandum. Et hoc eſt in regeneratis poſt baptiſmum, quia adhuc remanet in eis fomes, & diſpoſitio inclinans ad peccandum. Tertio, conſideratur cum quadam quaſi neceſſitate ad peccandum: & hoc modo eſt in lapſis poſt baptiſmum: quia fomes in illis non eſt tantum diſpoſitio ad peccandum, ſed quaſi quædam neceſſitas. Quarto, conſideratur cũ diſpoſitione ad non peccandum; & hoc modo fuit in ſanctificatis in vtero, ſicut in Hieremia, & Iohanne Baptiſta. Et multo excellentius illis in glorioſa virgine Maria, quam Deus in primo inſtanti ſuæ conceptionis præſeruauit ab originali peccato, & ſimul ſanctificauit omnem fomitem ad malum ab ipſa penitus elongando. Quinto, conſideratur cum neceſſitate ad non peccandum. Et hoc modo eſt in angelis & beatis; & fuit in ipſa benedicta virgine ab inſtanti incarnationis Chriſti in ea, in qua ſecundo fuit ſanctificata, & in gratia confirmata: ita quod poſt illam ſanctificationem non habuit potentiam ad peccandum. Et quantum ad hoc fuit in ſtatu Angelorum, & beatorum, quia habuit liberum arbitrium in bono confirmatum. Vnde Auguſtinus in libro de natura & gratia inquit; *De beata virgine nullam prorſus cum de peccatis agitur, habere volo quæſtionem.* Scimus enim quod plus gratiæ ei fuit collatum ad vincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere & parere meruit, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum. Sicut autem Angeli, & ſancti in gratia confirmati habent liberum arbitrium in bono confirmatum, ita e contrario dæmones habent ipſum liberum arbitrium in malo confirmatum ſecundum Theologos, maxime ſcilicet Bonauen. in 2. diſtinct. 7. & ſimiliter damnari. Beata autem virgo hanc excellentiam habuit ſuper omnes puros homines: nã quod alii habẽt poſt hanc vitam; ipſa habuit in hac vita ſcilicet confirmationem liberi arbitrii in bono. Trigeſimaquinta eius excellentia dicitur *liberalitatis*. Super omnes etenim puras creaturas ipſa fuit liberalis: vnde eius liberalitas multis rebus aſſimilatur. Primo ſoli: quia ſicut ſol oritur ſuper bonos & malos. vt ait ſaluator Matth. 5. Ita eius liberalis miſericordia relucet ſuper bonos vt eos in gratia cuſtodiat, & ſuper malos vt illos à malo conuertat. Vnde Ber. ait: *Virgo autem beata velut alterum ſolem induit; quia ille ſuper bonos & malos indifferenter oritur.* Sic ipſa quoq; præterita merita non diſcutit, ſed omnibus exorabilem, ac clementiſſimam, ſe exponit: omniumque neceſſitates ampliſſimo miſeretur affectu.

Maria liberaliſſima cuius liberalitas multis rebus aſſimilatur.

Secũdo, aſſimilatur eleemoſynariæ liberali. Vnde Prou. vlt. dicitur; *Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem.* Cuius liberalitas oſtenditur, & quia manum habet apertam: & brachium extenſum ad pauperes, & quia manum habet eleemoſynis plenam. Nulla enim laus eſſet eleemoſynariæ liberali, ſi manum apertam teneret, & brachium ad pauperes extenderet, ſed ipſam manum vacuã haberet. Beata igitur virgo tanquã Dei eleemoſynaria intantũ eſt liberalis, ꝙ dat faciliter, & ideo tenet manũ apertã, & quia dat omnibus cõmuniter, ideo tenet brachiũ extenſum, & quia dat omnib. abundanter, ideo manum habet eleemoſynis plenam. Tertio aſſimilatur mulieri forti. Nã de ipſa dicitur Prou. vlt. *Surrexit, & diuiſit prædã domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis*, & ibidẽ. *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.* Ipſa. n. quibuſdã dat cibaria gratiarũ, & ideo dicitur. *Dedit cibaria ancillis ſuis.* Aliis vero dat duplicia, veſtimẽta virtutum. ſ. Theologicarũ, & politicarũ; & ideo dicitur; *Omnes amici eius veſtiti ſunt duplicib.* Quibuſdã autem dat victoriam, quãdo. ſ. ipſos vincere mũdum, carnẽ, & diabolũ facit, & eis tanquam domeſticis ſuis illos in prædã concedit, & ideo dicitur. *Deditq; prædam domeſticis ſuis.*

Quarto, aſſimilatur piiſſimæ matri. vnde ipſa dicit Eccleſiaſtici 24. *Ego mater, &c.* Ipſa enim frigidos in amore Dei ad dilectionẽ inflammat, & ideo dicit. *Ego mater pulchræ dilectionis.* Superbos quoque & præſumptuoſos

ad ſui

Digitized by Google

ad ſui recognitionem timore diuinæ maieſtatis humiliat, & ideo inquit, *& timoris*. Tenebroſos etiam, & ignorantes ad cognitionem Dei illuminat, & ideo ſubdit, *& agnitionis*. Ipſa inſuper in profundum deſperationis demerſos ad ſpem veniæ reuocat, & ideo ſubdit, *& ſanctæ ſpei*. Quinto, aſſimilatur hoſpiti munifico, & curiali, vnde ipſi dicitur Eccl. 24. *In Iacob inhabita, & Iſrael hæreditare*, &c. Ex quibus verbis habetur, quod ipſa hoſpitatur, & habitat cum tribus generibus perſonarum. Quidam enim ſunt actiui, & cum his habitat dando eis firmam ad operandum conſtantiã. Et ideo dicitur: *In Iacob inhabita*. Per Iacob enim qui interpretatur *luctator*, intelliguntur actiui, qui ſunt in multiplici luctatione iſtius mundi. Alii vero ſunt contemplatiui, cum quibus habitat impertando eis viſionem Dei ſinceram: & ideo dicitur: *In Iſrael hæreditare*. Iſrael enim interpretatur *vir videns Deum*. Alii autem ſunt perfecti, qui habent vitã actiuam, & contemplatiuam. Et cum his electis, & perfectis habitat dando eis vitam firmam, & perſeuerantem. Et ideo ſubditur. *Et in electis meis mitte radices*. Ex quibus omnibus patet, quod ipſa benedicta Virgo eſt liberaliſſima. Liberalis enim dicitur ille, qui eſt largus, & munificus, & qui libenter donat, & non murmurat. Vnde liberaliter exponitur, i. large, magnifice, plene, & benigne, vt notatur per Archid. in c. ſtatutũ § inſuper. de reſcrip. li. 6. quæ omnia fuerunt in ipſa domina noſtra ſuper omnes. Si vero accipiatur liberalitas pro bonitate, vt in l. ne quis. ff. quæ ſen. ſi ap. reſcri. etiã hoc modo fuit liberaliſſima: quia omniũ optima. Ipſa n. eſt imago bonitatis illi⁹. ſ. Dei: vt dicitur Sap. 7.

Maria hoſpitatur cũ tribus generib. perſonarum.

Trigeſimaſexta eius excellẽtia dicitur *ſuſceptionis*. Omnes enim ſanctorũ virtutes tam noui, quam veteris Teſtamenti à Virgine plenitudinem ſuſceperunt, veteris quidem in virgine futura, nouæ vero legis ſancti in Virgine iam facta. Et, vt clarius iſta videantur, quædam ſanctorum noui, & veteris Teſtamenti connumerari virtutes poſſunt. Claruit namque Abel in veteri Teſtamento virtute innocentiæ; vnde & Dominus reſpexit ad munera eius. Gen. 4 Claruit Enoch virtute munditiæ: vnde & tulit illum Deus, vide Gen. 6. Claruit Noe virtute ſpei, vnde & ſperans à diluuio per arcam liberari ex Dei ſpeciali mandato illam miro modo fabricauit, Geneſ. 6. Claruit Abraam virtute fidei. Gen. 21. *Credidit Abraam Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam*, vnde & filium immolare voluit, vt ibidem dicitur, Claruit Iſaac virtute obedientiæ, vnde & patri in ſui immolatione nõ contradixit dicens: Gen. 22. *Vbi eſt victima, & holocauſtũ pater mi?* Et reſpõdens pater ait; *Domin⁹ prouidebit fili mi*, &c. Claruit Iacob virtute amicitiæ, vnde & Dominus ei multa ſecreta reuelauit, vt de ſcala, &c. Gen. 27. Claruit Iob virtute patientiæ; vnde nec contra Dominum locutus eſt, Iob 1. Claruit Moyſes virtute manſuetudinis, vnde & Domino ſemper manſuete reſpondit, & ideo *manſuetiſſimus* dictus eſt, Num. 12. Claruit Dauid virtute humilitatis, vnde & iumentum ſe eſſe dixit, pſalm. 47. dum ait. *Vt iumentum factus ſum apud te.* Claruit Salomon virtute ſapientiæ, vnde & ſapienter de duabus meretricibus iudicium dedit, 3. Reg. 4. Claruit Ezechias virtute pœnitentiæ: Vnde & verſa facie ad parietẽ fleuit amare, Eſaiæ. 38. & 4 Reg. 20. Claruit & Daniel virtute intelligentiæ: vnde & ſomnium Nabuchodonoſor expoſuit Daniel. 4. c. Claruit Suſanna virtute, caſtimoniæ: vnde & potius mori elegit, quam ſenibus cõſentire. Daniel. 13. Et iſti ſufficiant ex veteri lege. Nunc etiam ſanctos quoſdam nouæ legis commemoremus. Claruit namque Iohannes Baptiſta virtute pœnitentiæ, vnde & ea teneris annis Eremum petiit. ſicut canit Eccleſia dicens: *Antra deſerti teneris ſub annis*, &c. Claruit Petrus virtute conſtãtię poſt Spiritus ſancti miſſionem: vnde & lætanter iuit ad crucẽ. Claruit & Paulus virtute fortitudinis, vnde dicebat, cum infirmior, fortior ſum, 2. ad Corinthios 12. Claruit Andreas virtute animoſitatis, vnde & animoſe crucem ſalutauit dicẽs: *Salue crux precioſa*, &c. Claruit Iohannes Euangeliſta virtute doctrinæ, vnde & cæteris altius intonuit, dicens: *In principio erat Verbum*, &c. Io. 1. Claruit Iacobus frater Iohãnis Euangeliſtæ virtute credulitatis Vnde ipſe & Iohãnes relictis omnib. ſecuti ſunt Chriſtũ. Mat. 4. Alter Iacobus virtute claruit ſanctitatis, vnde ab omnib. *iuſtus* eſt appellat⁹. Claruit Philipp⁹ virtute ſolicitudinis, vnde & fratri ſuo Nathanaeli dixit: *Inuenimus Meſſiam, veni & vide.* Iohan. 1. Claruit Bartholomæus virtute prædicationis, vnde & multas peregrinauit regiones Dei verbum ſeminando, vt patet in legẽda eius. Claruit Matthæus virtute fidei, vnde &

primus ſcripſit Euangelium. Claruit Simon virtute obedientiæ, vnde & Simon *obediens* interpretatur. Claruit Thomas virtute humilitatis, vnde & Domino humiliter reſpondit, *Dominus meus & Deus meus*, Iohan. 20. Claruit Iudas Thaddæus virtute animoſitatis; vnde & contra hæreticos epiſtolam ſcripſit dicens: *Hi ſunt nubes ſine aqua.* Iudas autem Scarioth ſuam virtutem perdidit, vnde & laqueo ſe ſuſpendit. Quid de aliis dicam? O ſancti, & ſanctæ Dei, quot, quantiſque virtutibus longe à nobis diſtantibus claruiſtis. Sed quæſo anima mea, audi Iſido. de ſum. bo. lib. 2. cap. 11. *Si ad boni*, inquit, *incitamentum diuinia, quibus mouemur, præcepta deeſſent pro lege nobis ſanctorum vita ſufficeret. At contra, dum & Deus præceptis ſuis admoneat, & vita ſanctorum boni operis exempla proponat, nulla eſt iam de reatu excuſatio, quia & lex Dei aures noſtras quotidie propulſat, & ſanctorum documēta noſtri cordis intima prouocant. Et ſi prauorum ſæpe ſecuti ſumus exempla, cur non imitamur ſanctorum digna, & laudabilia facta? Et ſi apti ſumus imitari iniquos in malum, cur pigri ſumus imitari iuſtos in bonum? Exemplo igitur ſanctorum varias ſectare virtutes. Humilitatis ex Chriſto, deuotionis ex Petro, charitatis ex Iohanne, obedientia de Abraam, patientia de Iſaac, tolerantia de Iacob, caſtimonia de Ioſeph, manſuetudinis de Moyſe, conſtantia de Ioſue, benignitatis de Samuele, miſericordia de Dauid, abſtinentia de Daniele. Sic & cætera facta priora, qua labore, quo moderamine, qua ve intentione, vel compunctione gerantur vir ſanctus imitando conſideret.* hæc ille. Quid igitur hic de virgine dices, niſi quod cæteris per partes, in Maria autem tota ſe infudit gratiæ plenitudo: quare &c. Et ideo antiqui in virgine ſancta futura ſuarum virtutum; & moderni ab ea iam Dei matre facta ſumpſerunt origine, & plenitudinem. Et propter hoc ipſa inquit Eccleſ. 24. *In plenitudine ſanctorum detentio mea.* Habet quoq; alias innumeras excellentias, quas deuotis mentibus contēplandas relinquo. Solummodo aliquas tangam, quæ incipiunt ab aliqua literarum alphabeti ſic inuocando, & orando eam per diſcurſum ſingularum literarum. *A*, Aduocata humani generis defende cauſam noſtram, & ora pro nobis. *B*, Benedicta ſuper omnes mulieres, fac nos à tuo filio benedici. *C*, Conſolatio deſperatorum, & confortatio eorum, ne permittas nos in deſperationis barathrum mergi. *D*, Dulcedo deuotorum, fac nos deuotionis ſuauitate repleri. *E*, Excellentiſſima omnium creaturarum, recōmenda nos tuo & noſtro creatori. *F*, Fons diuinarum gratiarum ſitientibus, & arentibus nobis aquas ſalutares effunde. *G*, Gratioſa Deo, Angelis, & hominibus, fac nos ſponſo tuo cœleſti gratioſos. *H*, Honorificentia populi Chriſtiani, fac nos intentos eſſe tuæ venerationi. *I*, Impetratrix paradiſi, impetra nobis, vt efficiamur participes tui regni. *K*, Chariſmatum Dei diſpenſatrix, paupertatem, & mendicitatem noſtram ſubleua. *L*, Laborantiū requies, & refrigeriū, æternam nobis pauſationē præpara. *M*, Mater noſtra, & Dei, fac nos cum filio tuo fratre noſtro coniungi. *N*, Nobilitas mundi, ne dimittas nos peccati ignobilitate confundi, vel nutrix pupillorū, & orphanorū, nobis miſeris, & orphanis ſubueni. *O*, Ornamentū vniuerſi, fac nos virtutibus, & bonis moribus ornari. *P*, Pacificatrix diſcordantium, nos diſcordes, & rebelles tuo nato iubeas concordari. *Q*, Quartæ hierarchiæ præſidens, nos in tertia fac locari. *R*, Regina cœli, & terræ, nos tuos ſeruos ſuſcipe. *S*, Spes omnis tribulati adiuua nos naufragos in hoc mari. *T*, Tutela oppreſſorū ſeruiētium in nos iram compeſce dæmonū. *V*, Vita mundi fac recludi portas mortis, & inferni, noſq; tecū fac duduci in terra viuentiū. Amen.

Nota.

Alia Excellentia Beata Vir. qua incipiunt à literis alphabeti.

PARS SECVNDA huius Sermonis, de corona lapidum precioſorum B. Virg.

DE glorioſa virgine in cœlis triumphantiſſime coronata, poſſumus dicere Deo illud pſ. 20. Poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo. Hæc.n. corona eſt ſexagintatriū lapidū precioſorū, ſecūdū numerū annorū, quib. vixit ipſa benedicta virgo Maria in hoc mundo. Quia vero nouē ſunt ordines Angelorū, ideo hāc coronā ipſi Angeli fabricātes, pro quolibet ordine poſuerunt 7. lapides. Ita q̄ in ſuprema hierarchia recepit 21. in media totidē, & in infima ſimiliter. Suprema aūt hierarchia ſecundum Diony. in lib. de Angeli. hierar. dicitur græce *epyphonia*, in qua dicuntur eſſe tria loca triū colorū, iuxta ꝓprietates triū ordinū Angelorū ipſi⁹ hierarchiæ. Primus loc⁹ dicitur eſſe coloris rubei, ſecūdus coloris albi, tertius vero coloris flaui. Prim⁹ loc⁹ cōtinet Seraphin, qui de-

Sexaginta tres lapides corona B. Virg.

qui depinguntur in colore rubeo propter immenſæ charitatis ardorem, ſunt.n.magis inflammati amore diuino quam omnes alii Angeli. Et iſti ponunt ſeptem lapides precioſos ad fabricandam coronam ardentiſſimæ Seraphinæ. *Alabaſtrū.* Primo.ſ.alabaſtrum, quod eſt lapis cãdidus intercinctus variis coloribus, de quo inquit Iſid. 16 lib.ety.c.5. quod *vnguenta intro poſita conſeruat incorrupta.* Et ideo *Magdalena ſumpſit alabaſtrum plenum vnguento.* Iohan.2. *& effudit ſuper caput Ieſu.* Iſte autem lapis ſignificat incorruptionem, quæ fuit in beata virgine, ſine qua non fuiſſet digna ſuſcipere in ſe vnguentum precioſum paradiſi. vt enim dicitur 1. ad Cor.15. *Corruptio incorruptionem nõ poſſidebit.* Econtra vero dicitur Sap.6. *Incorruptio facit eſſe proximum Deo.*

Auripigmentum. Secundus lapis dicitur auripigmentum, & alio nomine vocatur arſenicus, auri ſpeciem prætendens in colore, & habet virtutem diſſoluendi, attrahendi, & mundificandi. vt dicitur in li. de propr.re. Et ſignificat inter beatam virginem & Ioſeph diſſolutionem quantum ad carnalem copulam, & munditiam caſtitatis vtriuſque, ac mundum, & purum matrimonium cum maxima amoris attractione, & quoad omnia quæ ad eſſentiam matrimonii requiruntur, de quo ſatis dixi in quarta principali huius operis ſermone vlt. *Adamas.* Tertius lapis dicitur adamas, de quo dicitur in libr. de proprie.re. quod appellatur gemma reconciliationis, & amoris. Eſt autem adamas, vt inquit Iſid.16.li. Etym.cap. de cryſtallis, lapis indic⁹ duritici maximæ & valde fortis, qui nulli cedit materię, nec ferro quidem, nec in igni, nec vnquam incaleſcit. Vnde à Gręcis, *vis indomita* appellatur. Sed cum ſit inuictus, ac ferri, igniſq; contemptor, rumpitur tamẽ ſanguine hirci calido, & recenti, cuius fragmentis ſculptores in ſignandis, & perforandis gẽmis vtuntur, quæ omnia poſſent beatæ Virgini conuenienter aptari, ſed ſolum vnam aſſimilationem explanabo breuitatis cauſa, & ſimiliter faciam de aliis lapidibus, licet ponam diuerſas eorum approprietates, relinquens perſpicaci lectori earum applicationẽ, prout ei videbitur. Sicut ergo adamas nulli cedit metallo, ſeu malleo percutienti, ita beata virgo infrangibilis ſtetit in patientia, & nulli ceſſit perſecutioni. Tacta tamen ſanguine calido filii ſui, fuit mollificata ad compaſſionẽ, & in teneritudinem reſoluta. *Amethiſt⁹.* Quartus lapis dicitur amethiſtus etiam ipſe Indicus, qui inter gemmas purpureas obtinet principatum. ſecundum Iſi. vbi ſupra, & leuiter fundit, ac emittit quaſdam flammas, & valet contra ebrietatem, & facit vilem. Et vt dicitur in li. de proprie.rer. valet ad repellendam malam cogitationem, & ad bonum confert intellectũ, & ineſt ei mollicies ad ſculpendum. Et ſimiliter beata Virgo inter omnes beatos charitate purpureos obtinet principatum. Nam de illa dicitur Pro. vlt. Byſſus & purpura indumentũ eius. Ipſa enim tota facta eſt purpura, id eſt, charitas. iuxta illud Can.3. Aſcenſum purpureum media charitate conſtrauit. *Achates.* Quintus lapis dicitur achates, à flumine eiuſdem nominis exiſtentis in Sicilia: iuxta quem hæc gemma prius fuit inuenta. vt dicit Iſi. vbi ſup. Modo autem in pluribus locis inuenitur. Et habet diuerſas proprietates ſecundum diuerſa loca, in quibus generatur, quæ ſimul collectæ ſunt. Iſte prout ponitur in lib. de propr. re. valere enim dicitur ad tempeſtates auertendas, ad ſiſtendum flumina, ad regum fortunas, ad vitandum pericula. Item, dicunt reddere hominem gratum, & placentem, & facundum, ac vires conferre. Item, viſum fouere, contra ſitim prodeſſe, & contra venenũ valere. Hãc autem gemmam merito poſuerunt Seraphin in corona ipſius Virginis, quæ ſuper omnes creaturas fuit Deo dilecta, atque illi gratioſa, noſque ei reddidit placidos & gratos. Vnde de illa dicere poſſumus illud ad Epheſios 1. Gratificauit nos dilecto filio ſuo. *Albeſton.* Sextus lapis dicitur albeſton, qui etiam ſecundum Augu. 21. de ciui. Dei dicitur *aſſueſton.* Et vt ait idem Augu. inuenitur in Arcadia, & ſemel accenſus nunquam extinguitur. Vnde dicit Iſid. vbi ſup. quod apud gentiles in quodam templo Veneris erat factum candelabrũ, in quo erat lucerna ſic ardens, vt nulla tempeſtate, nulloque imbre extingui poſſet. Et ſimiliter lucerna beatæ Virginis fuit inextinguibilis, de quo in figuram dixit Deus Moyſi. Exod. 27. *Ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonii coram Domino, & perpetuus erit cultus, &c.* Et Sa. 7. dicitur. *Inextinguibile eſt lumẽ illi⁹.* O potẽtes ſæculi. O principes. O amatores mũdi, quanto tempore durat lucerna laudũ veſtrarum. Cito *lucerna impiorum extinguetur.* Pro.24. Lucerna autem virginea ſemper perſeuerat,

Digitized by Google

ſcuerat, ſemperque lucet, nullas patitur tenebras. Nunquam apud virginem eſt nox, ſed ſemper meridies. quia, vt dicitur Eſa. 18. *Sicut lux meridiana clara eſt.*

Abſicos. Septimus lapis dicitur abſicos, de quo dicit Iſi. vbi ſupra, quod eſt ponderoſus, & niger venis diſtinctus rubentibus, & calefactus ab igne ſeptem diebus tenet calorem. Et ideo figurabat beatam Virginem, quę eſt põderoſa, i. plena diuina amore. Quia, vt ait Aug. in lib. confeſ. *Amor meus pondus meum, &c.* Erat etiam grauida, & ponderoſa diuinæ dulcedinis immẽſitate, nigra vero humilitate. Vnde inquit Can. 1. *Nigra ſum, ſed formoſa.* Itẽ, diſtincta eſt venis rubentibus, i. omnium ſanctorũ, & Angelorum amoribus, qui per venas amoris tanquã per meatus quoſdam feruntur in illam. Iſte etiã lapis calefactus igne diuino ſeptem diebus tenuit calorem, i. in omni tempore. Ait enim Greg. in quadam homilia de Magdalena. Quia ſeptem diebus omne tempus comprehenditur recte ſeptenario numero vniuerſitas figuratur. Poſt Seraphin acceſſerunt Cherubin offerentes ſeptem alios lapides precioſos in corona ipſi⁹ Virginis; Cherubin autem depingũtur in colore albo, quia, vt ait Algazel, albedo cauſatur ex luce clara, & multa in corpore perſpicuo, & hoc bene conuenit Cherubin, eo quod poſt Seraphin ſunt viciniores diuinæ ſapientiæ à qua claritatem maximã recipiunt. Primus aũt lapis ab eis oblatus dicitur *alabandina*: & eſt gemma ſic dicta ab *Alabanda* regione Aſię, cuius color ſimilis eſt calcedonio. vt dicit Iſi. vbi ſup. ſecũdum autem Dioſcoridem Alabandina eſt gemma clara, & ſubruffa, vt ſardius, cuius virtus eſt ſanguinẽ prouocare, & augmentare, & hæc proprietas optime conuenit beatiſſimæ Virgini. Nam cum redemptio humani generis nullo alio modo cõgruentius fieri poſſet, quam per effuſionem ſanguinis Ieſu Chriſti, vt probat Paul. ad Heb. 9. vbi etiã ait: *Et ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.* B. Virgo iſtũ ſanguinem prouocauit, dũ ipſum Dei filium ad aſſumendam carnem humanam induxit, & conſequenter ad effundẽdum ſanguinẽ in ara Crucis pro ſalute mũdi. Vnde Ber. in quodam ſer. ait: *Hæc eſt quæ totius mundi ſalutem obtinuit, & reparationem omnium impetrauit. Conſtat enim ipſã pro humano genere fuiſſe ſollicitam, cui dictum eſt: Inueniſti gratiam apud Deum*, gratiã, ſcilicet, *redemptionis noſtræ, quã quærebas.* hæc ille. Nos vero cõtemplari poſſumus, quod beata Virgo dixit filio illud Nũ. 18. *Sanguinem tantũ fundes ſuper altare*; & ipſe ait: *Hic eſt ſanguis meus noui teſtamẽti*, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorũ, Matthæi vigeſimo ſexto & Marci decimo quarto.

Ageriſtis. Secundus lapis dicitur Ageriſtis, qui habet colorẽ argenteũ, & dicitur refrenare animorũ impetus, & iracundias; vt refertur in li. de prop. re. Et recitat etiã Iſi. vbi ſup. in c. de gemmis aureis: & hæc etiã proprietas optime cõuenit glorioſæ Virgini. Nam Deus adeo erat iratus humano generi, quod nullius hominis prece flecti potuerat, licet ſæpius propulſatus lachrymis ſanctorũ patrũ. Adam namq; vixit 930. annis, vt ſcribitur Geneſ. 5. Semper in ſacrificiis, & orationibus & diuino cultu clamãs, & dicens: *Parce domine, parce, & ne des hæreditatem tuã in perditionẽ* Iohel. 2. Cui reſpondit Deus. *Non parcã: & non concedã, & non miſerebor.* Hie. Idem quoq; orauit Seth filius Adã, qui vixit annis 912. Abel occiditur, & ſanguis eius clamat, vt miſereatur, & nõ eſt miſertus. Noe vir iuſt⁹ in ſimplicitate cordis ſui exclamauit ad Dominum. Similiter & Abraã volens immolare filiũ: ſic Iſaac conſentiens immolari, & Iacob cum 12. patriarchis filii ſui. Moyſes etiã & Dauid cum omnibus prophetis obſecrarunt Deum, & tamen eos nunquã voluit exaudire: de quibus dici poteſt illud pſ. 17. *Clamauerũt ad Dominũ, nec exaudiuit eos.* Iſta autem dulciſſima Virgo eius iram mitigauit, & humanũ genus ei recõciliauit per filium ſuũ: iuxta illud ad Col. 1. *Complacuit per eum reconciliari omnia in ipſum pacificans per ſanguinem crucis, &c.*

Aſtrion. Tertius lapis dicitur aſtrion, qui eſt lapis Indicus cryſtallo ſimilis: in cuius centro lucet quaſi ſtella. hic enĩ dicitur ab *aſtris*: eo quod eis oppoſita, earum fulgorem rapit, vt dicit Iſi. in c. de cryſtallis, & ponitur in li. de propr. re. Et ſimiliter hanc proprietatẽ habet Virgo benedicta. Stellæ. n. dicuntur omnes boni, & ſancti; vt declaraui in 3. parte principali huius operis ſermone ſexto, in exordio. Quarũ ſtellarũ fulgorem iſte lapis, id eſt beata Virgo rapit: quia ſua ſanctitas aliorũ omniũ beatorũ ſanctitatem obumbrari in ſui comparatione facit. Et ad hoc applicari poſſet illud Iohel. ſecundo.

Digitized by Google

cundo. *Stellæ retraxerunt ſplendorem ſuum.*

Allectorium.

Quartus lapis dicitur allectorius. de quo dicitur in li. de prop. re. quod valet ad faciendum hominẽ conſtantem, & victorem, diſcretum, & oratorem, & reformandũ amicos: atq; ſitim extinguit. Has autem proprietates, & ſimiliter aliorũ lapidũ prædictorum & infra dicẽdorũ licet recitem, vt ab aliis poſitas; non tamen ex hoc approbo, nec in omni parte veras eſſe credo: ſed ſolũ ab aliis deſcriptas refero, & aliquas earũ ad veras beatæ Virginis proprietates aſſumo. Iſtius ergo lapidis proprietates licet omnes habeat benedicta Dei mater; vnã tamen nõ minimã habet, ſcilicet exſtinctionis ſitis. Omnes .n. ſitim habemus fælicitatis æternæ, & tanquã canes feſſi aridã emittimus linguã anhelantes ad aquã ſalutis perpetuæ: quã beata virgo nobis propinauit De qua ipſa dicere poteſt illud Ioh. 4. *Qui biberit ex aqua, quã ego dabo ei, fiet in eo fõs aquæ ſalientis in vitã æternã* Ipſa namq; protulit fontẽ paradiſum, ſ. filiũ ſuum, qui aquas gratiarũ ſuarum omnibus ſitientibus gratis, & abundanter effundit, dicens Eſa. 55. *Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentũ, properate, &c.* Similiter & beata Virgo nos inuitat ad extinguendam hanc ſitim, & ait Cant. 5. *Bibite amici mei: & inebriamini chariſſimi.* Hæc .n. eſt illa aqua ab ipſa domina nobis procurata, quæ ſola inebriate facit ebrietate perpetua: de qua propheta inquit Deo pſ. 35. *Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptates tuæ potabis eos.*

Licet autem has lapidum proprietates referat, tamẽ non approbat, nec omnino veras credit.

Aſterida.

Quintus lapis dicitur aſterida: & eſt gemma candida incluſam continens lucem, ſicut ſtellam intus ſe mouentem: redditque ſolis radios candidantes, vt dicitur in libro de proprietat. rerum. Ex qua figuratur in ipſa glorioſa virgo quæ fulſit vt ſtella, vnde de ea prædictum fuerat Num. 24. *Orietur ſtella ex Iacob, &c.* Reddiditque radios ſolis candidãtes. Sol enim eſt iſte Chriſtus, qui habet radios igneos, quoad diuinitatẽ, iuxta illud Hebr. 12. *Deus noſter ignis eſt*, & ideo dicitur Dan. 7. *Fluuius igneus, rapiduſque egrediebatur à facie eius.* Sed iſte lapis in ſe recipiens hos radios, iuxta illud Iob. 40. *Sub ipſo erãt radii ſolis: fecit eos candentes per humanitatẽ*; vnde dicitur Dan. 7. *Antiquus dierũ ſedit, veſtimentum eius album, ſicut nix.*

Amathiſtes.

Sextus lapis dicitur amathiſtes, qui vt ait Iſiod. libr. 6. Etymolog. cap. 10. ſi tangit veſtem igni apponendam, ignis non appropinquat: & in igne poſitus non comburitur, & omnibus magorum maleficiis obuiat, & reſiſtit. Quæ proprietas Virginis immaculatæ præſeruationem à peccato ſignificat. Nam veſtis animæ dicitur corpus, eius autem anima tangens, ideſt intrans eius corpus, quod ratione originis erat igni concupiſcentiæ apponendum, ex virtute ſibi à Deo indita ipſam ab omni concupiſcẽtia, & igne carnalis voluptatis præſeruauit: atque ingrediens naturam humanam peccato originali ignitam, combuſta non fuit; quinimo illæſa penitus in illa permanens omnem magorum, ideſt dęmonum malitiam debellauit.

Berillus.

Septimus lapis dicitur berillus; qui vt dicitur in li. de prop. re. venit de India: & eſt coloris aurei, & dicitur habere virtutem cõtra pericula hoſtiũ, & contra lites facere inuictum, & mitem, & valere ad bonum ingeniũ, & hominem magnificare, & amorem coniugalem nutrire. Sed horum determinatione demiſſa, vnã ſolã proprietatem eius declarabim⁹, quę ponitur in prædict. li. ſ. quod oculos humidos ſanat. Si quis ergo ex aliqua humiditate cęcitatem incurrerit, virtute ei⁹ lapidis viſum recuperabit. Sicut igitur cæcitas, vt ait Cõſtant. eſt miſerrima omniũ paſſionũ, ita eſt iſte lapis curatiuus cæcitatis, eſt maxime precioſus. Cæcitas aũt has malas cõditiones habet. Primo .n. ſine vinculo carcerat, & ligat. Secũdo, iudicium tollit. Vnde inquit philoſophus. 1. Phyſ. quod cæcus non iudicat de coloribus. Tertio, decipit in accipiendo vnũ pro altero, vt argentũ pro auro, &c. Quarto, tranſeundo pontes, vel malos paſſus, cogitur plus credere cæcus cani, quam ſibi. Quinto, ſæpe timet, vbi nõ eſt timendũ, & econtra. Sexto, ſæpe cadit. Septimo, nunquã eſt ſecurus. Octauo, aliquãdo ſe putat tectum, & omnibus eſt cõſpicuus. Nono, faciẽ eleuat verſus ſolẽ, & à ſole nõ illuminatur, nec aliqd videre poteſt. Decimo, ſi puerũ ductorẽ ſuũ verberat: ab eo punitur, & deſeritur. Licet autem magna infirmitas ſit cęcitas hęc corporalis, maior tamen eſt ſpiritualis, ſ. peccati. Quæ primo facit animã captiuam diabolo, quia à quo quis ſuperatus eſt, eius & ſeruus eſt. 2 Pet. 2. Secundo iudiciũ rationis obnubilat, ſicut de peccato irę dicit Cato. *Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.* Et de iſtis duobus malis inquit Boet.

Maria cæcitatis tã animæ quã corporis curatiua.

in 2.

i 11. de conſol. loquens de anima paſſionibus inordinatis cæca. *Nubila mens eſt, vinctaque frenis, hac vbi regnant.* Tertio, talis cæcus magis eligit mundi vanitates, quã cœleſtes & æternas diuitias. Quarto, plus credere vult latrantibus, & ſuſurrantibus, quam Dei prædicatoribus. Quinto timet vbi nõ eſt timendũ, iuxta illud pſ. 13. *Trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Timet. n. offenſam hominis & non offenſam Dei. Timet mala temporalia, & nõ æterna. Sexto, ſæpe cadit in aliquod aliud peccatũ, quo nihil eſt abominabilius, vt ait Aug. in meditationibus ſuis. Dicit namque Gre. in mo. *peccatumq́ per pænitentiam non diluitur, mors ſuo pondere ad aliud trahit.* Septimo, ſemper eſt in periculo damnationis, ſciens quòd, ſi ſic moreretur, eſſet damnatus: iuxta illud quod de peccatorib⁹ inquit pſ. 54. *Deſcendant in infernum* viuẽtes. Octauo, ſcelera ſua ſiunt publica, & ipſo cæcus credit ſe non videri: & ab omnibus ſignatur digito, & non credit, *nihil enim occultum, quod nõ reueletur.* Mat. 10. Nono, orat, & non exauditur, quia peccatores Deus non exaudit. Ioh. 9 Decimo, Angelum ſuum ductorem contemnit, quia non facit ſecundum eius monita, & ille deſerit eum, dicens illud Hier. 51. *Curauimus Babylonem, & nõ eſt curata: derelinquamus eã:* vbi glo. ait, Medici ſunt Angeli; quos à nobis repellimus, dum eorum conſilio non acquieſcimus, quod eſt intelligendum ſecundũ Sanctum Bona. in 2. di. 2. quod Angelus tunc nos dicitur deſerere, quando eius cuſtodia non habet effectum; & eſt ſine fructu quoad nos. O grandis infirmitas. O maxima ægritudo, O miſera mortalium conditio. Attende, & conſidera, vnde optatam poſſis recuperare ſalutẽ. O cæce peccator, quem mundanarum voluptatum humiditas excæcauit, de qua dicitur Iob. 41. *Habitat in locis humẽtibus*, ſcilicet diabolus, *vt excæcare poſſit voluptuoſos.* Recurre ad medicam, quæ te poteſt, & deſiderat perfecte ſanare. Ipſa, enim quia multos quotidie ſanat cæcos, dicere poteſt illud Iob. 29. *Oculus fui cæco.* Dic ergo ei. O alta. O ſuprema. O incomparabilis Cherubina, illumina oculos mẽtis meæ, vt aliquãdo videre merear in patria cœleſti filium tuum ſpecioſum forma præ filiis hominum; & faciem tuam decoram, & pulchram nimis.

Tertio loco throni coronauerunt beatam Virginem, ſeptem alios lapides precioſos in eius corona imponentes. Dicuntur autem throni ſedes æquitatis, vel ſedes Domini, eo quod Dominus per eos iudicia ſua diſcernat, & in eis iudicando ſedeat. In ipſis enim ſingulariter relucet iudicii rectitudo; ſecũdũ quod ait Dio. vbi ſup. Et iſti depinguntur in colore flauo, qui eſt medius inter rubeum, & album, & ſignificat rectitudinem iudicii participantis de iuſtitia & miſericordia, æquitas enim dicitur mediare inter miſericordiã & iuſtitiã.

Calculus. Primus autẽ lapis dicitur calculus, qui vt dicitur in lib. de prop. re. eſt rotundus, atq; duriſſimus, purus & ex omni parte leuiſſimus, vnde & tactum delectat. Huic autẽ contrarius eſt alius lapis, qui dicitur *ſcrupulus*. Eſt. n. aſperrimus, & ſi inter pedem & calceum inciderit valde nocet, & ab eo ſaxa dicũtur *ſcrupea*, id eſt aſpera, vt ait Iſi. 16. li. ety. c. 3. Hic autẽ calculus ſignificat puriſſimam Virginem Mariã, quæ eſt leuiſſima, inquantum nunquam habuit aliquod pondus peccati, rotunda, quia totum orbem gyrat ſua miſericordia, iuxta illud quod ipſa ait Eccleſ. 24. *Gyrum cœli circuiui ſola.* Eſt autẽ duriſſima dæmonibus, ſed manſueta hominibus, vnde ei canit Eccleſia. Virgo ſingularis inter omnes mitis. Ei autem eſt contrarius ſcrupulus, ideſt diabolus, qui inſidiatur calcaneo eius, vnde dixit Deus ipſi dæmoni, Ge. 3. *Inimicitias ponã inter te, & mulierem, & ſemen tuum ac ſemen illius, & tu inſidiaberis calcaneo eius.*

Sardonic⁹. Secundus lapis dicitur ſardonicus, ſiue ſardonix, qui vt dicit Iſi. 16. ety. & ponitur in lib. de propr. re. conſtat ex tribus coloribus. Nam niger eſt in imo, candidus in medio, & rubeus quaſi minium in ſupremo. Item, hæc ſola gemma in ſigillando de ceræ ſubſtantia nihil euellit. Inuenitur autem apud Arabes, & Indos, & luxuriam repellere dicitur, ac valere ad humilitatem, & pudicitiam. Huius autem lapidis proprietas dominæ noſtræ coronæ optimè cõuenit, quæ fuit nigra in imo per humilitatem, iuxta illud Cant. 1. *Nigra ſum, &c.* ſed candida in medio, per puritatem mentis, & carnis virginitatem, iuxta illud Eccleſ. 48. *Pulchritudinẽ candoris eius admirabitur oculus, &c.* Item, rubea in ſuprema per feruentẽ charitatem, iuxta illud Pro. vl. *Purpura indumentum eius.* Purpura. n. rubeum habet colorẽ. Item, ipſa ſola benedicta virgo generando

filium,

Digitized by Google

filiũ, nihil de peccati corruptione accepit. Et docet ſuos deuotos eſſe caſtos in corporibus, humiles in cordibus, & pudicos in moribus. Recte ergo figuratur per gemmam ſardonicam. de qua dicitur Iob. 28. *Nec lapidi ſardonico precioſiſſimo*. Ipſa enim eſt precioſiſſima, & nobis vtiliſſima gemma.

Carbunculus. Tertius lapis dicitur carbunculus, qui eſt precioſiſſimus, ſic dictus, quia lucet vt carbo ignitus, & lucet in tenebris adeo, vt flammas ad oculos vibret, vt ignis. Color eius eſt igneus, & candidam habet venam, & à Græcis dicitur *antros*, à vulgo *rubinus*, à quibuſdã *balagius*. Sed ſunt diuerſæ ſpecies carbunculi quorum 12. aſſignat Iſido. li. 16. ety. c. 13. & gignitur in Libia ſecundum eundem. Hic autem lapis ſignificat beatiſſimam virginem, quæ nobis peccatoribus lucet in nocte huius vitæ, & mittit ad oculos noſtri intellectus radios ſuos nos illuminantes. Candidam quoque habuit venã, quia mundo lacte de cœlo miſſo in ſua vbera filium ſuum potauit tã ſuaui vena. Huius etiã ſunt 12. ſpecies, quia ipſa 12. Apoſtolis doctrinam dedit de filio ſuo, & taliter eos illuminoſos fecit, vt poſtea per vniuerſum orbem diſcurrentes radiis veritatis corda mortalium illuſtrarent.

Chryſopaſſus. Quartus lapis dicitur chryſopaſſus qui venit de Æthiopia, quem lux celat, & prodit obſcuritas. De nocte enim eſt igneus; de die autẽ aureus, vt ait Iſid. vbi ſup. & ponitur in lib. de proprie ret. Recte igitur hic lapis ponitur in corona virginis, vt ſignificetur quod ipſa genuit eum, qui per chryſopaſſum figuratur, ſcilicet Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quem lux inacceſſibilis claritatis ſuæ diuinæ celat ab oculis mortalium, iuxta illud quod ipſe ait Exod. 33. Non videbit me homo & viuet, *Deum enim nemo vidit vnquã*, Ioh. 1. Sed in nocte huius terræ vitæ paſſibilis eſt viſus, & cognitus in noſtra infirmitate, ac veſtitus humana carne, vnde dicebat Apoſtolo Thomæ. *Vide manus meas, &c.* & ſequitur. *Quia ego ipſe ſum.* Io. vl.

Calcedonius. Quintus lapis dicitur calcedonius qui figurat beatam virginẽ ratione generationis: quia vt dicit Iſido. vbi ſup. ſuperno imbre generatur. Et ſimiliter ipſa beata Virgo fuit generata ſuperno imbre, ideſt diuina gratia cooperante, ſcilicet per miraculum ex ſterilibus parentibus, ſicut legitur in hiſtoria de natiuitate eius. De hac autẽm generatione fit mentio, Apo. 21. vbi dicitur, Fundamentum tertiũ calcedonius. Tria enim ſunt humani generis ſundamenta. Primum eſt gratia, ſicut in his qui producti ſunt immediate à Deo, vt Adam per creationem, & Eua per miraculum de coſta, quod totum fuit gratia liberali. Secundum fundamentum eſt natura, ſicut in his qui producuntur per viam generationis abſq; miraculo: ſicut omnes cõmuniter generantur homines. Tertium vero eſt mixtũ ex gratia, & natura, ſicut in his qui producti ſunt per gratiam de parentibus ſterilibus, & ſic fuit beata Virgo, & ideo ipſa fuit calcedonius habens tertium fundamentum. Dicitur etiam calcedonius ratione inuentionis. Nã vt ait Iſid. vbi ſup. Ad repercuſſum lunæ plenæ inuenitur. Quaſi enim plenitudo lunæ, ideſt plenitudo gratiæ fuit, quãdo beata Virgo nata eſt, & mater Saluatoris inuenta. Propter quod inquit Apoſtolus ad Gala. 4. *At vbi venit plenitudo temporu, miſit Deus filium ſuum natum ex muliere, &c.* Item, dicitur calcedonius ratione colorationis, quia calcedonius pallido colore eſt coloratus. Pallor autem conuenit timenti, quia timentes palleſcunt. Item, conuenit abſtinenti: vnde abbas Iſaac de Syria in ſuo li. de vita ſolitaria, ſiue monaſtica ait, quod *decor monachi eſt pallor, & macies.* Quod aũt beata virgo habuerit pallorẽ timoris, patet Eccl. 24. vbi ipſa appellatur *mater timoru*. De abſtinentia vero eius ſatis dixi in 4. parte. prin. huius operis, ſermone 3. parte 3. Et ſimiliter de dono timoris eius in eadem parte ſer. 6. parte 5. Dicitur etiã calcedonius ratione vigoris, quia vt dicitur in li. de prop. rer. hic lapis ſculpturæ reſiſtit. Nam tãtæ ſoliditatis eſt, vt non ſit ſuſceptiuus inciſionis, & extra ſuſceptionis. Et ſimiliter beata virgo nullius carnalis impreſſionis, ſeu corruptionis ſuſceptiua fuit, quia Virgo ante partum, in partu, & poſt partum extitit. Dicit autem Dioſco. vt recitatur in libr. de prop. re. quod iſte lapis valet ad vincendas cauſas, & contra illuſiones dæmonum: Quæ proprietas conuenit glorioſæ Virgini, quæ aduocando pro nobis apud Deum nos vincere in omni cauſa fecit, & contra dæmonũ impugnationes, & illuſiones defendit.

Chryſolitus. Sextus lapis dicitur chryſolitus veniens de Aethiopia, de quo dicitur in li. de propr. ret.

quod lucet vt aurum, & quod terret, & fugat dæmones, & iuuat cõtra timores nocturnos, & cõfortat intellectũ ſecundum Dioſco. quæ omnia cõpetunt beatæ Virgini. Item, ibidem dicitur, quod iſte lapis melancholiam minuit, aut depellit. Eſt autẽ melãcholia humor ſpiſſus, & groſſus ex fece, & turbulentia ſanguinis generatus, & dicitur à *melan*, quod eſt nigrum, & *chola*, quod eſt humor: vnde melancholia dicitur niger humor, & à phyſicis cholera nigra appellatur: cuiꝰ ſunt plures mali effectus. Primo. n. iſtã choleram nigram habentes ſemper triſtes ſunt ſine cauſa alia ab ipſa cholera. Vnde interrogati quare ſic triſtẽtur, rñdẽt ſe neſcire. Secũdo vt dicit Galenus, mortẽ timẽt plus quã debẽt, quia fumus melancholię occupat cerebrũ. Tertio, leui cauſa plãgunt. Quarto, pertinaciter tacẽt. Quinto, ſe putant pluris eſſe, quàm ſint. Sexto, melãcholia infirmitates incurabiles facit. Septimo, difficilis eſt cognitionis, de qua infirmitate fit mentio in l. 2. ff. de ædil. edi. Cõtrarios autẽ effectꝰ habuit beata virgo, quæ primo ſemper læta fuit præ cõſcientiæ ſerenitate di. cũ Apoſtolo 2. ad Co. 1. *Gloria noſtra hac eſt teſtimonium conſcientia noſtra*. Secũdo, mortem non timuit tranſitura ad vitã infinitã plenam gloria. Vnde dicebat cũ eodẽ Apoſtolo. *Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum*, Ad Phil. 1. Tertio peperit eũ qui cauſam fletus abſtulit, vnde Aug. inquit. *Eua lachrymas: Maria gaudiũ in vẽtre portauit*. Quarto, nõ tacuit pertinaciter, ſed cito reſpõdit. *Ecce ancilla Domini*. Luc. 1. Quinto ſe nõ putauit pluris eſſe, ſed vilẽ reputauit dicẽs, *Reſpexit humilitatẽ ancilla ſua*. Sexto, ſuperfuit ſana, & fortis. De ipſa. n. ſola dicitur per excellẽtiam, Pro. vl. *Mulierẽ fortẽ quis inueniet?* Septimo, fecit Deũ nobis cognoſcibilem & habitu carnis ſimilẽ nobis. Cõgruit ergo hic lapis coronæ Virginis, quæ fuit plena lætitia, & nõ melancholia, & quę ipſam à nobis melancholiã expellit, & lætitiã, atq; exultationem animis noſtris infundit; & propter hoc appellatur *lætitia Iſrael*. Iudith. 15. Vnde quilibet eius deuotus poteſt illi dicere illud pſ. 4. *Dediſti lætitiam in corde meo*.

Proprietates melancholicorũ.

Chelidonius.

Septimus lapis dicitur chelidoniꝰ, cuius duę ſunt ſpecies. Aliqui. n. chelidonii ſunt nigri; & alii rufi. Chelidonius niger, vt dicitur in lapidario, & in li de prop. re. facit contra nociuos humores, & febres, & lotus aqua ſanat oculos. Rufus autem dicitur in locis pręallegatis, inter alias proprietates valet contra antiquum dolorem, & contra inſaniã, & contra lunaticã paſſionem. Lunatici autẽ dicuntur illi, qui incrementũ lunæ, vel eius decrementum timẽt, & maxime in capite. Corpora n. noſtra ſubiecta ſunt corporibus cœleſtibus, vt dicit Albe. in ſuo introductorio in aſtrologia. Et cerebrũ maxime patitur ex influẽtia lunæ. Huic autẽ benedictæ Virgini luna nõ eſt dominata, ſed ipſa illam habet ſub pedibus ſuis. Apoc. 12. Itẽ, ei omnia corpora cœleſtia obediũt, ſuper quibus eſt exaltata. Vnde ipſa prædixerat illud Eſa. 13. *Super aſtra cæli exaltabo ſoliũ meũ*. Et ideo merito eſt chelidonio coronata. In 2. quoque hierarchia dicuntur eſſe tria loca triũ colorum, ſecundũ conditiones triũ ordinũ Angelorum. Primus locus dicitur purpureus, in quo ſunt dominationes. Color autẽ purpureus plus habet de rubedine, quam de albedine, & plus habet de albedine quã de nigredine, & inuenitur in quibuſdã conchulis marinis per modũ guttarũ ſanguinearũ, quæ additę colori rubeo acuũt illũ colorẽ, vt ait Iſi. 19. Ety. c. de tincturis. Et hic color cõuenit ordini dominationũ, qui vt ait Dioſ. vbi ſup. ſuadent, & inſtruunt nos deponere ſeruilem timorẽ, & totaliter in Deum ferri. Et ideo cõgrue deſcribũtur in loco purpurei coloris, qui acuit rubeũ, ideſt acuit ſanguinẽ ſpargẽdum pro Chriſto, vt nõ timeamus eos qui occidũt corpus, Matt. 10. Iſtæ autẽ dominationes ponunt ſeptẽ lapides precioſos in corona virginis, quorũ primus dicitur Cryſtallus, qui ex aquis vertitur in glaciem, & ex glacie multi tẽporis vertitur in lapidem durum, & tritus, ac cum melle, potatus vbera replet lacte, ſi ex cauſa calida lac ſit amiſſum. vt ait Dioſ. & ponitur in li. de prop. re. Quod autem cryſtallus generetur ex aqua, probat Ariſt. in li. meta. & Greg. in mora. de quo ſcriptura ſacra expreſſã mentionẽ facit Eccl. 43. di. *Flauit aquilo, & cõgelauit chryſtallus ab aqua*. Iſte autẽ lapis conuenit beatæ Virginis coronæ, in ſignũ, quod ipſa fuit in multitudine aquarũ, ideſt tribulationũ, de quib. dixi in 10. parte principali huius operis ſer 1. Vnde poterat dicere cum propheta pſ 63. *Saluũ me fac Deus, quoniam intrauerũt aquæ vſq; ad animã meã*. Sed ipſa in ipſis aquis facta eſt magis forma ſolida, & dura, ideſt cõſtans, quia diuinæ in omnibus ſe cõformabat

Cryſtallus.

mabat

Digitized by Google

mabat voluntati. Item ex aquis generata eſt, i. multitudine, ac plenitudine gratiarũ cõſtipata, & ornata. Ipſa quoq; vbera ſactæ matris Eccleſiæ, in quib. defecerat lac ex nimia caliditate perſecutionis, repleuit lacte doctrinæ ꝓ educãdis pueris, id eſt nouellis in fide: vnde dicere poteſt cum Apoſtol. 1. ad Cori. 4. *Lac vobis potum dedi, non eſcam.* Omnes ergo debemus illuc lac mellifluũ, & ſuauiſſimũ deguſtare, iuxta illud. 1. Pet. 2. *Quaſi modo geniti infantes lac cõcupiſcite.* Secũdus lapis dicitur ceramus habens colorem ceruleũ, & inuenitur in Germania, alter autẽ inuenitur in Hiſp rutilans vt flamma, & vterq; cadit de locis tonitrui, & dicitur cõtra vim fulgurũ opitulari. vt ait. Iſi. 16. Ety c. 13. & ponitur in lapidario. & in li. de prop. re. vbi etiã dicitur ꝙ valet in prælijs vincendis, & ad dulces ſomnos. O ſtulti, ô populares, qui vota facitis ſolũ aliquibus ſanctis, credentes ꝙ hi ſoli habeant autoritatem cõtra grandinẽ, & tonitrua, & cœli ſagittam. Verũ eſt quod ipſi poſſunt iuuare, ſed nõ ſine virgine benedicta. Sagitta cœli eſt peſtilẽtia, fames, bellũ infirmitas, & caſus repẽtinus, ac omnis aduerſitas, de quibus inquit Deut. 32. *Inebriabo ſagittas meas ſanguine.* & Dauid 2. Reg. 22. de ipſis ait. *Miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos* Si vis ergo ab his ſagittis liberari, recommenda te deuotæ beatæ virgini. Et tunc verificabitur in ea illud pſ. 90. *Scuto circũdabit te veritas eius, nõ timebis à timore nocturno.* A ſagitta volãte in die, à negocio perambulãte in tenebris ab incurſu, & dæmonio meridiano. Si vis etiã habere in victoriam in prælijs contra quoſlibet hoſtes, ad ipsã victorioſiſſimã dominã recurrere, & ſperare poteris ab omnipotẽte aſſuturã victoriã, 2. Mach. 12. Faciet quoq; te habere dulciſſimũ illũ ſomnũ, de quo dicitur pſ. 127. Cum dederit dilectis ſuis ſomnũ, ecce hæ. domini filii merces fructus ventris. Tertius lapis dicitur corallus, de quo dicit Iſi. in c. de gemmis rubeis, quod naſcitur in mari rubeo, & quãdiu tegitur aquis lignum eſt, ſed ſtatim quãdo extrahitur, & tãgitur aere, in lapidẽ induratur, ſunt autẽ rami eius ſub aqua cãdidi, & molles. & extracti cũ tetibus rubeſcũt, & lapidificãtur. Quãto aũt apud nos precioſior eſt Indica margarita, tanto precioſior eſt corallus apud Indos. vt ait idẽ Iſi. vbi ſup. vbi etiã ait, quod mãgi hunc dicunt reſiſtere contra fulmen, & idem etiam dicitur in lapidario, & in lib. de prop. re. ſcriptum eſt. Ipſius ſ. coralli eſt mira poteſtas. Fulmina, typhones, tẽpeſtateſq; repellit. Eſt autẽ duplex, ſ. albus, & rufus, & nunq̃ vltra ſemipedem longior inuenitur. Rufus autem maximè valet contra omnem fluxum ſanguinis, & cõtra peſtilentiam, & contra diabolica, & vana monſtra, multiplicat fructus, & valet ad expediendos fines, & principia negociorum. hæc ibi. Quę licet nõ ſint omnia vera, tamen ipſa benedicta virgo habet has omnes ꝓprietates, vt pater eius excellẽtias ſpeculãti. Dicit autem Zoroaſtes, quod corallus maximè cõfert cordi, & ipſa virgo cor noſtrum confortat dans nobis ſpem ęternę ſalutis. Vnde quilibet eius deuotus dicere poteſt Eccl. 51. *Latatũ eſt cor meũ in ea.* Quartus lapis dicitur corneolus, de quo ſcriptum eſt in lapidario, quod inter alias proprietates valet ad mitigãdum iras. Cum igitur Deus pater cœleſtis merito ſit cõtra nos iratus propter peccata noſtra, & de iure poſſit nos priuare hæreditate cœleſti, quia fecimus ei iniurias, & cum malefactoribus conuerſati ſumus, & facti ſumus malefactores cum eis, & alia multa mala perpetrauimus, quibus ſecundum leges poteſt filius priuari hæreditate paterna; de qbus habetur in §. cauſas. in auth. vt cum de appel. co. col. 8. & per gl. in c. quintauall. de iureiur. Iſte tamen lapis precioſiſſimus adeo iram eius mitigauit, quod remiſſa omni offenſa in numero bonorum filiorum nos recepit Vnde Deo ſic ab eo mitigato, ipſa iuquit illud pſ. 84. Mitigaſti omnem iram tuam, auertiſti ab ira indignationis tuæ. Et Eccleſia ei di. *Motum fluctuum eius tu mitigas.* pſ. 88. Nos igitur qui prius eramus filii irę mediante ipſa virgine facti ſumus filii Dei. Vnde ſanctus Maximus in quodam ſermone ait. *Eua poſteros ex ſua carne naſcentes traſmittit ad inferos, benedicta Maria ex ſua prole natos dirigit ad cælos. Ex carne Eua dicuntur filii hominum nati, ex Beata Maria filii renati dicuntur filii Dei. Cedat ergo nunc imperium Eua, quia vniuerſi ſumus lati per partum ſancta Virginis Maria.* hæc ille. Quintus lapis dicitur dionyſia. Iſte aũt lapis ſi aqua cõteratur, vinũ ex ea fragrat, quod ebrietati reſiſtit, vt ait Iſid 16. li. Ety. & ponitur in li. de prop. re. Ipſa autem virgo tacta, & confricata aqua diuinę gratię fragrauit nobis illud vinũ dulciſſimum, quod lætificat cor hominis pſalm. 104.

Ceramus. *Corallus.* *Corneolus.* *Dionyſia.*

Digitized by Google

Vinum, inquam, illud quod mundanæ voluptatis ebrietatē extinguit, & quod confortat ſtomachū, de quo moraliter exponi poſſet illud 1. Ti. 5. *Modico Vtere Vino propter ſtomachū.* Illud dico vinū, quod confortat amaricatos. de quo dicitur Pro 31. *Date ſiceram mærentib⁹, & Vinū his qui amaro ſunt corde.* In ſignū autē huius ꝓprietatis virginalis, aquarū hydriæ ad nuptias ſunt in vinum conuerſę, Ioh. 2.

Diadocos.

Sextus lapis dicitur diadocos, de quo dicitur in li. de prop. re. quod eſt apt⁹ ad reſpōſa à dæmonibus obtinenda. Hic autē lapis appellatur *ſacer*, & quem mors ſternit abhorret, vt dicitur in lapidario. Beatiſsima autē virgo omnia quæ vult reſponſa obtinet à dæmonib⁹ illis inuitis. Nā ſicut boni Angeli amore obediunt reginæ cœli, ſic dæmones timore. Ipſa quoq; morietes in peccato mortali abhorret, & nullum eis auxiliū præbet.

Electrum.

Septimus lapis dicitur electrū. Hic autē lapis ex quadā arbore fluit, quę dicitur ſuciū, & quando primo fluit de arbore habet liquorē gummi, ſed poſt induratur calore, vel frigore in duritiē lapidis perſpicui, vt dicitur in dicto li. de prop. re. vbi etiā dicitur, quod clarius lucet iſte lapis, quā quæcunq; metalla, & ꝓdit venenū. Aliud vero eſt genus electri, quod eſt metallū, ſed de hoc ad præſens nō loquimur. Dico autē quod hui⁹ lapidis proprietas congruit beatæ virgini. Nā per metalla ſignificātur ſancti in qb. ſculpitur imago diuina, iuxta illud quod in figurā dicitur Ezech. 40. *In ipſis oſtiis tēpli cherubim, & ſculptura palmarū, &c.* Super omnia autē iſta metalla hic lapis virgineus fulget. Ipſa.n.B. virgo tota fuit in lumine diuinæ charitatis abſorpta, ſicut aquila altiſsimè volās in lumine ſolis magis cœlo appropinquat, quā aliæ aues. Itē, diaboli inſidias latētes ſub ſpecie boni, & ei⁹ venenoſas ſuggeſtiones ꝓdit, & manifeſtat. Diabolus tamē ſępe ſe trāsfigurat in angelū lucis. vt dicitur. 2. Cor. 11. Secūdus loc⁹ dicitur nigri coloris. Eſt autē nigredo priuatio claritatis ſecūdū Philoſophū in li. de ſen. & ſenſa. Qui locus cōuenit principatib. quorū officium eſt inſtruere qualiter homines gradus inferioris debeant ſubdi hominib. gradus ſuperioris, & vt ſe priuatos exiſtimēt omni reuerentiæ claritate in cōparatione ſuperiorū, quorū mādata ſuſcipiant, quaſi à ſuperno lumine. Hi autē Angeli ſimiliter offerūt in corona virginali 7. pre-

Officium principatus.

cioſos lapides, quorū primus dicitur ethites: qui vt dicitur in li. de prop. re. inuenitur in littore maris Indici, & Perſici, & eſt coloris punicei. ſicut dicitur in lapidario. & eſt duplex. vt ait Iſi. vbi ſup. ſ. maſculus, & fœmina, & ſemper bini inueniūtur in nidis aquilarū, nec ſine his parere valet aquila, & propter hoc aquila iſtos lapillos ſeruat in nido ſuo. De hoc etiam lapide dicitur in lapidario, & in di. li. de prop. re. quod cōfert ad ſobrietatē, & ad augendas diuitias, & amorē, & ad victoriā, & fauorē, & quod appoſitus prægnātibus facit eas cito parere. Hic aūt lapillus maſculus ſignificat feruentē charitatē virginis benedictæ. Alter vero fæmellus ſignat humillimā eius virginitatē. Hos n. duos lapides aquila noſtra diuina in nido cordis ſui poſuit, & ſic æternū Dei filiū ſine aquila integritatis ſuæ violatione parturiit. Secundus lapis dicitur emathites, qui vt dicitur in li. de prop. re. venit de Africa, & India vt etiā inquit Iſi. 16. li. ety. Et valere dicitur cōtra oculorū dolores, & habet virtutē conſtringēdi fluxū ſanguinis, & dicitur ab emat, quod eſt ſanguis, & thites, quod eſt ſiſto ſiſtis, vnde ꝓdeſt ſanguinē vomētib⁹, & dyſētericis ſingulare præſidiū eſt, habet etiā virtutē cōtra venenū, & ſerpētis morſū. Sed de his proprietatibus, quæ omnes ponūtur in præallegato li. proprietatū rerum, & ſingulæ poſſunt beatæ virgini applicari, ſolum dico quod ſicut ſerpens antiquus momordit protoplaſtos peccato ſuperbiæ, quę eſt initium omnis peccati. vt dicitur Eccleſ. 10. Ita iſte lapis diuinus ſanauit eos, id eſt beatiſſima virgo ſua humilitate immo etiam ipſum ſerpentem contriuit. Vnde Beda in quadam Homilia inquit. *Decebat vt ſicut ſerpentis morſu Eua corruit, ita ſerpentis interitu per Mariam reſurgeret.* Sicut autem ſuperbiæ radice omnia vitia naſcuntur, ſi ex fonte humilitatis omnia bona generantur, & ideo curata plaga, & interfecto ſerpente ſanguis peccatorum reſtringitur, & effluere ceſſat virtute huius lapidis. Sāguis, inquam, ille de quo inquit Deo propheta Dauid pſ. 50. di. *Libera me de ſanguinibus, &c.* Tertius lapis dicitur elitropia, & eſt gēma viridis, guttis puniceis, ac venis ſanguineis ſuper aſperſa. Quæ ſi ponatur in aqua radiis ſolis oppoſita, eam bullire facit, & aquā in vaſe poſitam reſoluit in nebulam, & poſt paululū reſoluit in guttulas pluuiales vt dicitur in dict. li. de prop. re. vbi etiā ſic habebitur.

emathites.

Elitropia.

Digitized by Google

tur. Hæc gemma videtur poſſe facere mira. Nam poſita in pelui in aqua elara radios ſolis mutat, & ex aeris repercuſſione obumbrare videtur radiorum ſolarium clatitatē, &quendam inducere in aere ſanguineum colorē, ita vt quandam ſolis eclipſim facere videatur. Et propter hoc elitropia, id eſt, ſolis auerſio nuncupatur, & hoc expreſſe dicit Iſi. & Dio. & in lapidario dieitur. *Ex re nomen habens eſt elitropia gemma: Qua ſolis radiis in aqua ſubiecta bacillo, Sanguineum reddit mutato lumine ſolem, Eclipſimq; nouam terris effundere quærit*, &c. Et dicit Iſi. quod *per hoc manifeſtatur incantatorum, & magorum ſtultitia, qui in ſuis prodigiis glorientur. Illudunt enim hominum aſpectum in his, quæ operantur, ſicut facit gemma ſupradicta*. hæc ille. Hæc autem gemma figurat beatam virginem Mariam, quæ quaſi palliauit diuinitatem humanitate, & potentiam infirmitate, & ſic ſol diuinitatis Chriſtus quaſi obſcuratus induit ſanguineum colotem in columna, & in cruce, quando exiuit de corpore eius ſanguis precioſus. Et de hoc tangitur Eccl. 12. vbi dieitur. *Tenebreſcat ſol, & lumen, & reuertantur nubes poſt pluuiam*. Et Iohel. 12. *Sol vertetur in tenebras, & luna in ſanguinem*.

Enidros. Quartus lapis dicitur enidros, qui vt dicitur in li. de proprie. rer. ſemper deſudat, & emittit lachrymas, nec tamē liqueſcit aliquo modo, nec fit minor, vnde in lapi. eanitur. *Perpetuis fletum lachrymis diſtillat enidros Qui velut ex pleni fontis ſcaturigine manat*. Hæc autem gemma figurat virginem piiſſimam. Quis enim curare poterit continuum eius fletum, amaras eius lachrymas, ſuſpitia, gemituſq; de morte filii ſui, quando eum videbat in cruce agonizantē &c. de quibus ſatis dixi in 10. parte principali huius operis ſermo. 1 Licet autem multum plorauerit. iuxta illud Thren. 1. *Plorans plorauit in nocte, & lachryma eius in maxilla eius*, tamen eius patientiæ virtus in aliquo imminuta non fuit, quia ſemper voluntatem ſuam cum diuino beneplacito cōformauit. Vnde de illa dici poteſt illud pſ. 83. *Aſcēſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum in loco quem poſuit*.

Epiſtites. Quintus lapis dicitur epiſtites, de quo dicitur in li. de poprie. re. quod eſt lapillus rutilans, & rubicundus qui ſoli oppoſitus ignem, & radios emittit, & ſi in aquam feruentē fuerit proiectus, ceſſat eius ebullitio, & poſt modicum frigeſcit. vt dicit Iſi. & Dioſco. Item dicitur coercere locuſtas, & volucres, & nebulas nociuas, ac grandines a fructibus terræ. Et ſimiliter beata virgo exiſtens iuxta ſolem iuſtitiæ filium ſuum tres radios emittit. Primum contra locuſtas, quæ ſaliendo parum eleuantur à terra, & ſignificant auaros, qui quaſi viperæ reptant ſuper terram, & omnia deuorare volunt ſua auiditate. iuxta illud Deut. 28. *Locuſta deuorabunt omnia*. Sed beata virgo radio ſuo illuminans auaros ipſos ab iſta auiditate liberat, vnde de ipſa dici poteſt illud Exodi 10. *Flare fecit vētum ab occidente vehementiſſimum, & arreptam locuſtam proiecit in mare rubrum*, &c. Secundum radium mittit contra volucres, i. ſuperbos, qui alte volare nituntur, & eos deiicit ad humilitatem. iuxta illud Eccl. 22. *Mittēs lapidem in volatilia deiiciet ea*. Tertium radium mittit contra luxurioſos, & facit frigidam aquam, quæ prius feruebat igne luxuriæ.

Sextus lapis dicitur exeolliceros, quæ inuenitur in Libia, & eſt diſtinctus 40. coloribus, & ideo tale nomen accepit, atq; oculos aſpicientis hominis facit tremulos vt dicitur in li. de proprie. re. quæ proprietas etiam ipſi benedictæ virgini cōgruit Nā quia Deus conquerebatur, quod quadraginta anni offenſus fuerat à generatione hac. pſal. 94. ideo virgo beata quadraginta diebus poſt filii reſurrectionem aſſidue orauit Deum pro peccatoribus tanquam pia mater, Actor. 1 Et iſti quadraginta dies fuerunt quaſi quadraginta colores iſtius lapidis precioſi. Hic quoque lapis virgineus oculos mentis facit tremulentos, quia nemo tanti ingenii eſt, qui recte intueri poſſit ipſius virginis dignitatem. Poſſumus ergo tremere, ſed ad plenum intelligere nequimus. *Excolliceros.*

Gagates. Septimus lapis dicitur gagates, qui primo in Sicilia in Gagante flumine fuit repertus, & ab eo nominatus, de quo dicitur in lib. de propri. re. qui incenſus odore ſuo ſerpentes fugat dæmoniacoſq; prodit, & dæmonibus contrarius eſſe putatur. Item, virginitatem prodit, ſecundum Dioſc. qui ait, quod aqua eius bibita, ſi bibens eſt virgo, nō vrinabit. Si nō eſt virgo, ſtatim vrinam emittet, etiam contra voluntatem ſuam, Item hæc gemma, vt in dicto li. dicitur, attritu digitorū calefacta, paleas leues ſibi appoſitas attrahere conſueuit. Item, potata confert hydropicis, quia nociuum conſumit humorem, & dicitur

confortare epar. Item, eius puluis appoſitus dentibus robotat debiles, & laxatos. Itē, multum dicitur valere contra phantaſmata, & nocturnas dæmonum vexationes. Item, dicitur ſedare dolores ventris, quando ſtomachus patitur caſu aliquo ſubuerſionem. Item, valde accelerat partum, & adiuuat parturientem: vt dicitur in lapidario. De hoc etiam lapide dicit Iſi. quod *in aqua accenditur, in oleo vero extinguitur, quod eſt mirum.* hæc ille. Licet iſta ſint mirabilia, tamen mirabilior eſt virgo benedicta, & ideo per hunc lapidem precioſum eſt ſignificata. Nihil enim vnquam mirabilius fuit, quam quod ipſius virginis corpuſculum tam breue continuerit totum Deum, totam Dei potentiam, totamq; eius ſapiētiam, & clementiam. Immo continuit omnes creaturas, quia quod continet vas etiam continet vinum valis. Virgo igitur continens Deum in quo ſunt omnia: conſequenter cum creatore continuit omnia creata. O igitur admirabilis fœmina, quæ Deum peperit, filium lactauit virgo, & in vtero tenuit cuncta tenentem, tulitq; in brachiis omnia ferentem. Item, ipſa prodiit virginitatem, quia Deus non elegiſſet corruptam in matrem. Item, fugauit phantaſmata, & illuſiones dæmonum, quia peperit eum, qui deſtruxit omnia templorū idola, & eiecit diabolum de mundi principatu, iuxta illud Ioh. 12. *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Recte igitur hic lapis ponitur in corona virginis, qui in aqua accenditur, quia in tempore tribulationis tanquā bona aduocata pro nobis feruentius orat. In oleo vero extinguitur, quia tempore proſperitatis, ad illā nō recurrētes illius adiutorio priuantur. Tertius

Cimbrius color. locus iſtius hierarchiæ dicitur cimbrii coloris, qui à vulgo appellatur ſanguis draconum. Dum. n. elephantes implicantur contra dracones, irruunt ipſi elephātes ſuper eos, atq; ipſos dracones obruūt, quorū fuſus cruor terram inficit, fitq; pigmentum quicquid terram tinxerit. Iſte autem color congruit ordini poteſtatū. Poteſtates namq; dicuntur, quia maligni ſpiritus eorum potentia coercentur, ne tantum noceant, quantum cupiunt. vt dicit Dionyſ. in lib. de angelica hierarchia. Bene ergo in colore cimbrii diademata ſua collocāt, quia ſunt quidā, quaſi elephantes, qui ſerpentes malignos humani generis hoſtes interficiunt. Quare in ſignum victoriæ loca ſuæ ſtationis rubricata dicūtur. Hi. n. ſimiliter in corona virginis ponunt ſeptē lapides precioſos.

Quorum primus dicitur galactides qui habet *Galactides.* colorē cinereū, & eſt guſtu ſuauis, & ſi attritus fuerit, quoddam lac de ſe emittit, vt dicit Iſido. Hic lapis in ore clauſus turbat mentem, & circundatus collo vbera lacte replet. Et ſimiliter beata virgo habere dicitur colorem cinereum ratione humilitatis, & eſt tota dulcis, ac ſuauis, & ſi atteratur per frequentem inuocationem, vel in collo i. in corde alligetur per deuotionē replet lacte. i. ſpirituali cōſolatione. Si. n. quis cū in ore poſuerit, mentem eius turbabit, quia ſi quis de ipſa glorioſiſſima virgine loqui voluerit, quid de illa ſufficiēter dicat, penitus ignorabit. Nam vt Hier. in ſermone ad Euſto. ait. *Quicquid humanis dici poteſt verbis, minus eſt à laude virginis.* Secūdus lapis dicitur heraxipen, qui, vt dicitur in li. de pro- *Heraxipen.* pri. re. eſt niger, ſed ſuperat virtute colorē, de quo etiā dicitur in lapidario, quod dilectum reddit, & amabilē eum, ſuper quem eſt. Et ſimiliter beata virgo Maria nigrā per humilitatem, ſuperauit virtute humanam conditionem, quod enim Dei mater ſit effecta, maius eſt, quam comprehendere poſſit mens humana. Ipſa quoque ſi dilexerimus eam, faciet nos Deo dilectos & amabiles. Vnde dicere poteſt illud Ioh. 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo i. à Deo, qui pater noſter per creationē, & beatæ virginis per ſingularem electionem.

Tertius lapis dicitur Iaſpis, qui eſt viridis co- *Iaſpis.* loris, & dicitur reprimere febres, ac hydropiſim in his, qui geſtant ipſum caſte, & adiuuare parturientē, & fugare phātaſmata; & inter pericula facere hominē tutum, atq; interiorem refrigerare ardorem, & fluentē cōpeſcere ſanguinem, ac ſudorem, & luxuriā cohibere, vlcera quoq; inueterata ſanare, & ſordes oculorū purgare, ac viſum acuere. & confortare atque maleficiis, & incātationib. reſiſtere; & tot creditur habere virtutes, quot habet diuerſas venulas, & colores. vt dicit Dioſc. & ponitur in li. de propri. re. Quas omnes proprietates habet beata virgo: ſed ſolū declarabimus quomodo curat hydropiſim, & ſanat oculos acuens viſum. Hydropicus enim. i. auarus ſemper ſitit, & oculos ſuos nunquam ſatiat, ſed ſemper aliena deſiderat, & congregare maiores diuitias anhelat. Vnde autor aſtrolabii inquit. *Hydropico ſimul nunquam ſatiatur auarus.* Ex

Digitized by Google

rum. Ex lucro lucri multiplicãdo ſitim. Hanc autem infirmitatem curat beatiſſima virgo ſuo exẽplo: quia ſemper panperrime vixit, & propter hoc diuitiis ſpiritualibus à Deo repleta fuit. Vnde Luc. 1. cecinit. *Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes.* De ipſis autem hydropicis ſic curatis ab hoc lapide precioſo, & diuino, dici poteſt illud Sap. 11. *Data eſt illis requies de lapide.* Quartus lapis dicitur hyacinthus qui, vt recitatur in li. de propri. re. eſt mirabilis virtutis, quia aeri maxime ſe cõformat, vt in nubilo ſit nubilus, & in ſereno ſit ſerenus. Et iſtius virtus eſt conferre lætitiam, & contrariari melancholicæ qualitati. eſt enim conſortatiuæ virtutis. Reſiſtit etiam diuerſis peſtilentiis, quæ ſolent in aere ſæpius generari. Vigorem etiam dat membris, vegetat neruos, & dulcem ac ſaluriferum dat ſoporem. Item, veneno obſiſtit, & toxico contrariatur. ſecundum Dioſco. Has autem proprietates omnes beatiſſima virgo habuit. Sed ſolum dico ad præſens, quod ipſa tẽpore nubiloſa fuit ſcilicet tempore paſſionis filii ſui, & tẽpore gaudii gauiſa eſt: vt declaraui in 10. parte principali huius operis. ſer. 2. Ipſa quoq; mundo lætitiam cõtulit per ſuum benedictum partum. De quo Angelus ad paſtores ait, Luc. 2. *Annuncio vobis gaudium magnum*, &c.

Hyacinthus.

Quintus lapis dicitur iris, qui primo in Arabia iuxta mare rubrũ eſt inuentus, nunc autem in pluribus locis inuenitur. ſ. in Germania & Hybernia, & in multis regionib. aquilonis. Eſt autem in colore perſpicuus, & cryſtallo ſimilis, vt dicit Iſi. Et dicitur iris per ſimilitudinẽ arcus cœleſtis, quia percuſſus ſole ſub tecto ſpecies & colores arcus cœleſtis in proximos parietes oppoſitos repræſentat. Et inter cæteras virtutes tollit dolores parturientis. Vnde in li. de proprie. re. ſic dicitur de illo. Hic lapis, vt fertur, cooperatur parturiẽti: vel vt citius pariat, vel ſaltem, vt dolorem partus facilius ſuſtineat, & non tantũ de periculo pertimeſcat. Recte igitur hic lapis ponitur in corona virginis, vt ſignificetur, quod licet cõmunis maledictio data fuerit mulieri à Deo. Geneſ. 3. vbi ait: *In dolore, & ærumna concipies tuos partus*, ipſa tamẽ virgo ab ea fuit exempta. Vnde illi canitur. *Gaude, quia Deo plena peperiſti ſine pœna cum pudoris lilio.* Item, alias mulieres a cruciatu, & periculo partus liberat, ſi ad eius auxiliũ deuote recurrãt. Vnde cuilibet carũ, quæ ſine periculo filios pepererũt eiuſdem virginis interuentu, ipſa poteſt dicere illud pſal. 80. *Inuocaſti me, & liberaui te.*

Iris.

Sextus lapis dicitur Iena, de quo ſic dicitur in li. de ꝓpri. re. Iena eſt gẽma q̃ ſi ſub lingua hominis fuerit poſita, ipſũ dicũt prædicere plurima futura, vt dicit Iſi. in Lapi. hæc ibi. Hic igitur lapis merito in virginis corona collocatur, q̃ ſuper oẽs Prophetas de futuris prædicere ſciebat: quia lapidẽ iſtũ. i. Spiritus ſancti dictatũ, cõtinue ſub lingua deferebat. Vnde dicere poterat cum Propheta pſalm. 44. *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.*

Iena.

Septimus lapis dicitur Kauma; qui vt dicitur in li. de ꝓpri. re. eſt coloris nũc albi, nũc ſubnigri, nunc ſubrubicundi, nuncq; ſub variis coloribus eſt diſtinctus. Eſt. a. ſic dictus à *Kaumate*, quod eſt idem quod *incendium*, quia in locis calidis inuenitur. Cuius virtus, ſecũdum Dioſc. eſt curare hydropiſim diuerſam, & diuerſis imaginibus ſculpitur, & politur. hęc ibi. Et ſimiliter beatiſſima virgo, vt hominũ corda ad filii ſui voluntatem pertrahat: nũc blanditiis vtitur, nunc minis, & aliquando nos flagellis percuti ſinit, vt qui tanquam de genere ſeruorũ amore non trahimur, ſaltem verberibus emendemur, aliquos etiã deliciis, & conſolationib. Spiritualib. allicit. ita vt cũ ſuo benedicto filio dicere poſſit illud Ioh. 12. *Omnia trahã ad me ipſum.* Ipſa quoq; virgo benedicta videtur alba per mãſuetudinem, & gratię ſubminiſtrationẽ, nigra p ſui ſubtractionẽ, quia eius præſentia clarificat, obũbrat abſentia. Item, rubere per punitionis permiſſionẽ, & per varios effect⁹ dicitur mutari in colorib. de qua mutatione admiratur Ieremias Propheta Thr. 4. dicens: *Quomodo mutatus eſt color optimus?*

Kauma.

In tertia quoque hierarchia ſunt tria loca, quæ dicuntur eſſe triũ colorum. Primus locus dicitur Indici coloris. Indicus autem color dicitur aereus, ſiue cœleſtis. & reperitur in azurio, vt ponitur in li. de ꝓpri. re. Et iſte locus cõuenit ordini virtutum, *quorum officium*, vt inquit Greg. in 4. mora. *eſt operari miracula, quæ ſolum fieri poſſunt virtute cœleſti, & diuina.* ſecũdũ Aug. in li. de vtilitate credẽdi. Prędictę. a. virtutes cœleſtes in corona virginis ponũt ſeptẽ alios lapides precioſos. Quorũ prim⁹ dicitur Rabiates: qui, vt dicitur in li. de propri. re. eſt trãslucid⁹, & cryſtallo ſimilis, & dicitur cõferre ad habẽdã eloquẽtiã, gratiã, ac honorẽ,

Officium virtutum.

Rabiates.

& de-

& defendere à noxiis, & venenoſis, ac curare tumorẽ eparis, & ſplenis. vt dicit Dioſco. Hic autem lapis in corona virginis merito collocatur, in ſignum ſuæ clariſſimæ eloquentiæ.

Vis eloquentia quanta ſit.

De facundia vero ſermonis, inquit Tullius ſecundo de oratore. *Quid admirabilius, quam res ſplendore illuſtrata verborum: Tantam vim habet illa, quæ recte à bono poeta eſt vox, atq; nimirum regina rerum oratio: vt nõ modo inclinatum erigere, aut ſtantẽ inclinare, ſed aduerſantem, atq; repugnantẽ, vt imperator bonus, ac fortis capere poſſit.* Et Seneca in li. de conſolatione ad Paulinum ait: *Poteſt eloquentia quæ parua ſunt, approbare pro magnis, & rurſus magna attenuare, & ad ima deducere.* Immo tãtæ virtutis eſt eloquentia, vt ſentẽtias ſermonis pro libito conuertere queat, & falſa pro veris ſuggere. Inquit enim Seneca ad Lucillum: *Incredibile eſt, quod facile magnos viros dulcedo orationis abducat a vero.* Huius.a. rei ſunt exempla plurima. Refert.n. Tullius in Tuſculanis quæſtionibus, quod Egeſias Cirenaicus philoſophus Cirenæ ciuitatis Ægypti adeo eloquenter diſſerebat de dono mortis, & de malo vitę pręſentis, quod multi mortem ſibi male inferebant. Vnde fuit prohibitus à rege Prolomęo illa amplius edocere. De Tullio quoq; ait Lactãtius ; di ui. inſti. aduerſus gen. *Tullius ſummus Philoſophus ſecta academica perfectus orator ſua eloquentia corda hominum in manibus habuit.* Plutarchus etiam inquit, quod cum ipſe Tullius oraret pro Quinto Ligario, qui ex aduerſariis Cæſaris erat, tãta gratia facundiæ admirabili fuit, vt Cæſar in plurimos colores vultum verterit, manifeſtumq; fuit, quod animus Cæſaris vertebatur: quare ipſe Cæſar dulci victus oratione eũ à crimine liberauit. De eloquentia quoq; poetica inquit Horatius in poetria. *Vt pictura poeſis erit, quæ ſi propius ſtes, te capiat,* &c. Hæc.a. facundia maxime eſt neceſſaria doctoribus, & magiſtris. C. de profeſ. & medi. l. magiſtros li. 10. & de profeſ. quæ in vr. Conſtan. l. vnica, li. 11. Itẽ, aduocatis: vt no. in auth. de iudi. §. 2. col. 6. Iſta autem eloquentia licet fuerit in multis oratoribus, tam Chriſticolis, quam paganis. In nullo tamen tanta fuit, quanta in magiſtra Eccleſiæ Catholicæ, & aduocata noſtra virgine benedicta, quę ſua dulci facũdia imperatorem cœli, & terræ iratum pacificauit, & non vni tantum homini ipſi contrario, ſed toti generi humano liberationem à morte ęterna impetrauit. Intantum etiam aures Dei ſua oratione demulſit, vt illũ attraheret à ſummo cœlo vſque ad terram. Et tam dulciter elocuta eſt, vt ſuaſerit Deo fieri hominem. Tamq; ſuauiter cecinit, quod ſe in filiũ Deus illi donauit. O lingua diſerta beatę virginis. O aduocata eloquentiſſima, quæ ſua dicendi virtute, & efficacia, chirographum noſtræ damnationis de magni Dei manibus cadere fecit.

Kalcophanus.

Secundus lapis dicitur Kalcophanus, qui, vt ponitur in lib. de proprie. re. eſt niger, & colore depictus, & geſtatus in ore dicitur clarificare vocẽ, & defendere à raucedine fauces, vt traditur in lapidario, redditq; vocem ſonorã, quæ maxime eſt neceſſaria bono oratori, ſecundum Quintilianum de oratoria inſti. Hęc igitur gemma eſt coronæ beatæ virginis proportionata ad innuendum dulcedinem, & ſonoritatẽ vocis eius, qua ad Deum pro nobis interpellat. De qua inquit illi eius ſponſus cœleſtis, Can. 2. *Sonet vox tua in auribus meis.* Vox. n. tua dulcis. & 8. c. *Fac me audire vocem tuam.*

Ligurius.

Tertius lapis dicitur ligurius, de quo dicitur in li. de proprie. re. quod valet contra dolorem ſtomachi, & ſtringit fluxum ventris perturbati, & valet ictericis, & diſcoloratis, quia perditum colorem eis reſtituit. Hic etiã lapis recte ponitur in corona beatiſſimæ virginis, quæ habuit optimum ſtomachum. Malum. n. ſtomachum habentes aſſumptum cibum vel non retinẽt, ſed euomunt, vel retentum in malos humores conuertunt. Ipſa autẽ virgo benedicta cibum verbi Dei auidiſſime, & ſaluberrime aſſumpſit. de quo dicitur Iac 1. *Cũ manſuetudine ſuſcipite inſitum verbũ, quod poteſt ſaluare animas veſtras.* Vnde, quia ipſum cibum retinuit, & in nutrimentum bonũ cõuertit. ſ. bonarum cogitationum, & operũ; ideo de illa dicitur Luc. 2. *Maria. a. conſeruabat omnia verba hæc conferẽs in corde ſuo.*

Liparea.

Quartus lapis dicitur liparea: qui vt dicitur in li. de propri. re. venit de Scythia. Et ſecundum quod legitur, mirabilis eſt virtutis. Cum. n. venatores perſequuntur beſtias, illæ pergũt ad iſtum lapidem, & ipſum intuentur tanquam patronũ. Quo præſente nec venator, nec canes illis nocent. Quid. a. ſunt canes, quid venatores niſi diabolus, caro & mundus, qui nos capiũt retibus ſuis. Sed ſi inuenerimus hunc lapidẽ diuinũ, tuti erimus. Erunt. n. omnes inimici noſtri,

Digitized by Google

ſtri, ſicut canes muti non valentes latrare. Eſ.
Margarita. 56. Quintus lapis dicitur margarita, qui pōt
conſiderari, quantum ad ſui generationem,
qualitatem, & virtutem. Generantur autem
margaritæ ſecundum Iſid. vt etiam dicitur in
li. de propric. rer. in conchulis marinis, vnde
& à mari vocantur margaritę. Certo enim tē-
pore, & maxime tempore Veris, & in Autum-
no ipſæ conchulæ ad littus maris ſe transfe-
runt, & ibi ſe apetiunt, & rorem cœleſtem in-
ter viſcera ſua recipiunt. Ex cuius coagula-
tione margaritæ generantur. Et ideo in præ-
dicto lib. dicitur, quod margaritæ naſcuntur
in carne conchæ, ſicut in piſcium cerebto la
pilli aliquando inueniuntur. Iſta autem co-
chlea, ſiue conchula figurat B. V. quæ ſe ape-
ruit, vt rorem cœleſtem reciperet, & marga-
ritam. i. Chriſtum intra ſua viſcera concipe-
ret. Nam aperuit Angelo cōſenſum ſuum, vt
Deo in omnibus obediret, quando dixit: *Ecce
ancilla Domini*. Item, aperuit Chriſto vterum
ſuum, vt eum ibi reciperet. Aperuit quoq; Spi-
ritui ſancto animum ſuum, vt in eā ſuperue-
niret. Et poſt talem apertionem cōſenſus ſui,
& vteri, atq; animi, ros cœleſtis Spiritus ſan-
cti in eam deſcendit, & iſtam margaritam in
eius vtero generauit. De hac autem roratio-
ne Spiritus ſancti, & ipſius B V. apertione di-
citur Eſ. 45. *Rorate cæli deſuper, & nubes pluāt
iuſtum, aperiatur terra, & germinet Saluatorē.*
Secundo, margarita poteſt conſiderari, quā-
tum ad ſuam qualitatem. Sunt. n. ipſę marga-
ritæ pulchræ, candidæ, & claræ. Illæ n quæ
ſunt tales, ſunt meliores quam illæ quæ fla-
ueſcunt. Nam illas quæ ſunt pulchræ, candi
dæ, & claræ, generauit ros matutinus. Alias
autem generauit aer veſpertinus. Hæc igitur
margarita ſic pulchra, candida, & clara, ſigni-
ficat B. V. Mariam, quę fuit pulchra in mente
per puritatem. Candida in carne per virgini-
tatem, & caſtitatem, & clara in opere per ſan
ctitatem. Vnde Sap. 4. dicitur. *O quam pulchra
eſt*, &c. Ecce pulchritudo mentis, caſta gene-
ratio. Ecce candor, & virginitas carnis, cum
claritate. Ecce claritas & ſanctitas operis.
Tertio, margarita poteſt conſiderari quantū
ad virtutem. Habet autem virtutem abſterſi-
uam, quia membra à ſuperfluis humorib. ab-
ſtergit. Item, reſtrictiuam, quia fluxū ſangui-
nis, & ventris reſtringit. Virtutem quoq; con-
fortatiuam, quia cor debile confortat, vt di-
cit Plinius. Et eodem modo B. V. per gratiam,
quam nobis infundit, habet virtutem abſter-
ſiuam, in quantum abſtergit peccata præteri-
ta. Item, reſtrictiuam, inquantum reſtringit
animum, ne fluat ad peccata futura, & con-
fortatiuam, in quantum confortat cor, & for-
tificat contra mala pręſentia. Et ideo ipſa in-
quit Eccl. 24. *In me omnis gratia vitæ, & verita-
tis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis.* Ipſa. n. dat
nobis gratiam vitæ, quando de peccatis præ-
teritis impetrat nobis veniam, per quā à pec-
cati morte reſuſcitatur peccator. Dat gratiā
veritatis, quando contra futura pericula dat
cautelam, per quam homo ipſa pericula vita-
re ſciat. Itē, dat gratiam virtutis, quando con
tra mala præſentia dat conſtantiam, per quā
hominem fortificat, vt à malis præſentibus
tueri ſe valeat. Dicitur quoque in prædicto li.
de proprie re. quod margarita eſt naturaliter
perforata, & rotunda eſt melior. Et ſimiliter
B. V. fuit naturaliter perforata, quia ab inſtā
ti ſuæ conceptionis fuit diuina gratia pene-
trata. Item, fuit rotunda. i. omnibus virtutib.
circundata. Vnde in figuram eius, quæ thro-
nus Dei fuit, dicitur 3. Reg 10. *Summitas thro-* Magnes.
ni rotunda erat. Sextus lapis dicitur Magnes,
& venit de India, vt inquit Iſid. 16. etym. Eius
autem virtus inter alias eſt ferrum attrahere.
Hoc autem lapide vtuntur marinarij cū fer-
ro, quod virtute lapidis fertur verſus tramon-
tanam. Ex quo ſcire poſſunt, vbi ſunt, & mul-
ta maris pericula, ſcopulos, & infortunia de-
uitant. Nos autem ſumus in mari huius mū-
di variis agitati procellis, & periclitamur, ni-
ſi dirigamur ad portum ſalutis mediante vir-
tute illius diuinæ magnetis. Ipſa. n. ferrum. i.
animam noſtram ferream, hoc eſt, induratā,
diriget verſus tramontanam, i. verſus ſeipſam
per deuotionē, quæ eſt ſtella maris, facietque
nos videre pericula, in quibus ſumus, & vtrū
verſus portū, an vero in præcipitiū pergamus.
Et tandem ipſius directione ab omnibus flu-
ctuationibus liberari optatis ſupernæ patriæ
littoribus applicabimus. Pertranſeo autem
hic illud, quod ponitur in li. de proprie. re. ſe-
cundum Dioſco. & lapidarium. ſ. quod hic la
pis valet ad reconciliandum maritos vxorib.
& auget gratiam, & decorem in ſermone. Itē,
quod puluis eius aſperſus per quatuor angu-
los domus ſuper carbones, faciet ſubito vide-
ri exiſtentibus in domo quod domus ruat, &

hoc procedit ex vertigine, & commotione cerebri. Quod pōt B.V. applicari, cuius ſublimitatē ſi quis voluerit ad plenū intueri, non ſolum cerebri, ſed etiam intellectus altera-*Mellectros.* tionem incipiet pati. Septimus lapis dicitur mellectros, licet à quibuſdā appelletur mellantes, & ſic dicitur, eo quod dulcem, & melleum emittit ſuccum, ſiue ſudorē, vt ponitur in li. de propri. re. ſecundum Iſid. Hic aūt ſuccus dulciſſimus procedit à B.V. quæ tota repleta eſt dulcedine. Vnde Ber. inquit: *Filioli mei, quid trepidatis ire ad Mariam? Non auſtera eſt, nō amara, ſed mel, & lac ſub lingua eius. Hac peccatorum ſcala, hac mea magna fiducia, hac tota ſpes mea ratio. Quid. n. mirū? poteſt ne filium repellere matrem, aut à matre repelli, neutrum plan…. Non ergo trepidet ad eam accedere humana fragilitas. Tota. n. ſuauis eſt, & dulcis. Iſte aūt ſuccus Virginalis gratia non ſolum nos Deo pacificat, ſed etiam oculos cæcos noſtra mentis illuminat.* Et ideo Ber. orabat dicēs: *Domine Ieſu Chriſte, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mūdum, mitte in me radios illius ſtella, de qua natus eſt ſol, qui illuminet tenebras mentis mea.* Figura aūt huius illuminationis habetur 1 Reg. 14. vbi dicitur, quod Ionathæ oculi illuminati ſunt ex deguſtatione mellis. Iſte etiam liquor ſuauiſſimus vulnera animarum ſanat. Et ideo Aug. in quodā ſermone exorat dicens: *Eya o generalis omnium ſpes dulcis vulnerum noſtrorū medicina. Tu noſtris medere languoribus, qui poſt ſalutare lauacrum tot abluenda cōmiſimus, quot illicita perpetrauimus.*
Officium archangelorum. Secundus locus iſtius vltimæ hierarchiæ dicitur ſpinici, ſiue phœnicei coloris, quo librorum capita notantur, & colligitur in littoribus maris rubri, vt dicitur in lib. de propri. re. Hic autem color competit Archāgelis, i. principib. Sicut. n. principes ponūtur in capite menſæ, ſic Archangeli Angelis præferuntur, & iſte color librorum, vt diximus, initiis proponitur. Hi autem Archāgeli alios lapides precioſos in corona virginis offerūt.

Menophitis. Quorum primus dicitur menophitis, & venit de Ægypto, de quo ſic dicitur in lib. de propri. re. Hæc gemma talis eſt naturæ, ſecūdum Iſid. quod trita, ac ſuper loca, quæ vrenda ſunt, vel ſecanda poſita, vel cū aceto linita, ita facit obſtupeſcere corpus, vt non ſentiat cruciatū. Hic igitur lapis in corona virginis debuit poni, quæ ſecundum carnem debebat cōburi fomite peccati originalis, qui eſt quaſi quidā ignis ardorem concupiſcentiæ accēdens, ſed virtute lapidis diuini, i. gratiæ præſeruantis, ad inſenſibilitatem reducta eſt: ita quod nullum penitus ignem concupiſcentiæ ſenſit. Vnde dicere poteſt illud Eccl. 51. *In medio ignis non ſum æſtuata.*

Myrtes. Secundus lapis dicitur myrtes: de quo dicitur in li. de propri. re. quod in colore, eſt ſimilis myrtæ, qui cōpreſſus ſpirat odorē ſicut nardus. B.V. compreſſa, i. grauida, peperit filium miti odoris dicens: *Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Gen. 27. & Cant 1. *Nardus mea dedit odorem ſuauitatis*, vnde totam domum, i. vniuerſum mundum, repleuit odore vnguenti. Iohan. 11.

Medo. Tertius lapis dicitur Medo ſiue Medius, & inuenitur in Medorū regione. Cuius virtus, vt dicitur in li. de propri. re. eſt contra cæcitatem oculorum. Item, ſanat podagram, ſi cum lacte mulieris maſculum parturientis temperetur. Et ſimili modo valet contra dolorem renū, & phreneticam paſſionem. Ipſa B. Virgo phreneticos peccatores ſanat: quod patet, quia phrenetici tenentur ligari: c. nō omnis. 5. q. 5. Et ſimiliter peccatum ligat animā, iuxta illud Eſa. 5. *Quaſi vinculum plauſtri peccatū.* Ipſa vero B.V. à peccato liberans, dicit illud Eſa. 52. *Solue vincula colli tui captiua filia Sion.*

Melochitus. Quartus lapis dicitur melochitus, ſiue melochites, qui, vt dicitur in dicto li. de propri. re. naſcitur in Arabia, & cunas infantium à nociuis dicitur cuſtodire. B. autem V. cuſtodit nōs filios ſuos ab omnib. malis, vnde illi dicit quilibet eius deuotus illud Pſ. 16. *Cuſtodi me, vt pupillam oculi, ſub vmbra alarum tuarum protege me.*

Noſech. Quintus lapis dicitur Noſech, cuius proprietas eſt, vt dicitur in li. de propri. re. quod incluſus annulo vrit digitum, quem tangit præſente veneno, & etiam dicitur mutare colorem, & ſic prodit venenum, vt poſſit vitari. Et ſimiliter B.V. peccati mortalis venenū, & malitiam nobis oſtendit, & ſemper vrit tangentis digitum, ideſt, conſcientiam, in qua figit nouaculā, & ſtimulū de tali veneno, iuxta illud Prou 12. *Quaſi gladio pungetur conſcētia.*

Onichinum. Sextus lapis dicitur onichinus, qui inuenitur in India & Arabia. In hoc autem lapide, vt dicitur in libro de propri. re. ſpeculari poſſunt homines, & aſtantium imago videtur in

eo.

Digitized by Google

eo quaſi in ſpeculo. In beatiſſima autem Virgine omnium ſanctorum virtutes & merita videntur, nec aliquid poteſt eſſe iuſtitiæ vel virtutis, quæ non ſit in Virgine glorioſa. Vnde Auguſt. in ſerm. 1. de eius aſſumptione ait: *Cuius iuſtitia cuiuſue ſanctitatis Virgo hac indigere potuit, quæ ad omnia efficacia gratia plenitudinem accepit. Aut quis potuit in eius anima vel corpore locus eſſe vitiorum, quando ad cœli vicem continentis anima Dei templum eſt effecta. Hæc vero domus illa eſt: de qua per Salomonem dicitur, Sapiẽtia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Septem namq; virginalis hac domus columnis fulcita eſt, quia veneranda hac mater Domini ſeptem Spiritus Sancti donis donata fuit. Quam talem vtique æterna ſapientia ædificauit, vt digna omnino eſſet, ex qua ipſe carnem aſſumeret. Quid autem dignius hac Virgine. Quid ſanctius in humani generis ſorte potuit exoriri. Cui nullus Patriarcharum, nullus Prophetarum, nullus antiquorum ſequentium patrum, nullus prorſus hominum potuit comparari. Nam quomodo quiſquam huic æſtimabitur comparandus, & conferẽdus, cum hæc admirabilis Virgo cunctorum celſitudinem tranſcendat mortalium, atque partu ſuo beatorum etiã excedat meritum Angelorum?* Idem quoq; in ſer. eiuſdem Diei inquit: *Omnium quidem ſanctorum memoria mirabilis, nihil tamẽ in gloria ſicut præſens ſolemnitas. Abel per ſacrificium notatur. Enoch per cõtemplationem memoratur. Melchiſedech ſicut Dei imago prædicatur. Noe per iuſtitiam laudatur. Abraam per fidem approbatur. Iſaac per normam memoratur. Iacob per luctamen beatificatur. Ioſeph per caſtimoniam honoratur. Iob per patientiam magnificatur. Moyſes ſicut legislator extollitur. Ieſus naue ſicut dux præfertur. Elias ſicut zelotes teſtificatur. Eſaias ſicut locutor Dei ſcribitur. Dauid ſicut prudentiſſimus prædicatur. Ezec. ſicut ſpeculator arcanorũ admiratur. Salomon ſicut ſapiens nominatur. Sed nullus talis in mũdo qualis genitrix Dei Maria. Quem n. omnes illi in ænigmate viderũt, ipſa tulit incarnatum in vtero*, hæc ille.

Optalius. Septimus lapis dicitur optalius, ſiue opulus, ſecundum Iſid. qui; vt dicitur in dicto lib. de propri. re. eſt diuerſatum geminatum coloribus diſtinctus. Eſt enim in eo carbunculi genus ignis emathiſtis fulgens purpura, ſmaragdi nitens viriditas, & ſinguli colores ſub quadam varietate ſunt lucentes, nomen autẽ habet à patria. Et ipſum lapidẽ India ſola parit: vt dicit Iſid. Et tot creditur habere virtutes, quot colores De quo dicitur in lapidario, quod oculos ſe portantis ſeruat illæſos, & acutos. Sed aliorum oculos circumſtantiũ obducta nube recondit, vt non videant, vel aduertant, quæ ſunt corã eis. Hic autẽ lapis in virginali corona conuenienter ponitur. Ipſa n. ei qui eã deferet; in corde per deuotionem, ſeruat oculos perſpicaciſſimos, vt videre poſſent cuncta pertinentia ad ſalutem, ita vt de ipſo dici queat illud Eccleſ. 23. *Omnia videro oculos eius.* E contra vero de indeuotis ipſius dici poteſt illud Pſal. 113. *Oculos habent, & non videbunt.* Et Pſ. 68. inquit Propheta: *Obſcurẽtur oculi eorum ne videant.*

Tertius & vltimus locus cœli, & empyrei, & tertiæ hierarchiæ dicitur eſſe purpurini coloris. Purpurina aũt apud pictores nomẽ à puritate ſortita eſt, cuius materia generatur in his locis quæ ſolis curſus illuminat affluenter, vt dicit Iſid. in c. de tincturis. De ſupradictis autem nouem colorib. tractat Plinius li. 35. c 9. vſq; ad ca. 33. & Iſid. li. 18. & 19. etym. Hic autẽ vltimus locus cõpetit Angelis ratione ſuæ puritatis. Qui ſeptẽ alios lapides precioſos ponunt in corona virginali ad complementum eius.

Quorum primus dicitur pirites, à *pir* græce, quod eſt ignis, latine. de quo dicitur in li. de propri. re. Huic lapidi plurimus ignis ineſt, de facili n. ſcintillas emittit, & tenentes manũ ſi vehementius prematur, adurit, propter quod ab *igne* nomẽ accepit. de quo dicitur in lapidario. Tangi vult leuiter, blanda quoque manu teneri. Nã preſſus nimiũ digitos tangentis adurit. Et talis fuit B. V. quæ igne diuini amoris accenſa emittebat ſcintillas ignitas, i. feruentes orationes ad Deum, & ignita exempla ad proximum, quib. eum ad feruorem ſpiritus accendebat. Vnde verificatũ eſt in ea illud Pſ. 49. *In conſpectu eius exardeſcet ignis*, & Pſ. 13. *A facie eius exarſit ignis.* Digitos quoq; eam nimium prementis adurit, quia ſi quis eius admirabiles excellentias ad plenum perſcrutari, & deſcribere voluerit, tanquã ad tactũ ignis cito ad ſe manus ab incepto opere retrahere coactus erit. Et ideo mihi hæc ſcribenti, & ad indagationem atque declarationem virginalis ſublimitatis pertingere non valenti, dici poteſt illud Exod. 4. *Retrahe manum tuam, id eſt, ſinum tuum.* Pirites.

Nnnnn 2 Secun-

Digitized by Google

qui portat eam caſtiſſimus eſſe iubetur. Item, dicitur in lapidario, quod valet ad tollendã inuidiam, & ad expellendum timorem, & ad faciendum audacem, & victorem: & firmandũ in bono, & ad faciendum mitem ac humilẽ, & benignum, quæ omnia diſpoſitiue, & non effectiue intelliguntur, hæc omnia in dicto li. de propric. re. Proprietates aũt iſtius gemmæ optime conueniunt Virgini benedictæ, non ſolum diſpoſitiue, ſed etiam effectiue. Sed ſolum pro nunc breuiter dico, quod ſicut ſapphyrus eſt ſuper omnes gẽmas, ita Virgo glorioſa eſt ſuper omnes puras creaturas. Et ſicut ſapphyrus Apollini, ita ipſa Deo eſt cõſecrata, & ſicut ſapphyrus regis digito cõuenit, ita B.V. Dei filio cœleſti regi conueniẽs mater fuit, qui digitus Dei dicitur, iuxta illud Exo. 8. *Digitus Dei eſt hic*.

Smaragd⁹. Quintus lapis dicitur ſmaragdus, cui aſſimilatur B.V. & primo ratione coloris. Nam, vt ait Iſidorus, & ponitur in libro de proprietat. rerum. Smaragdus gemmarum omnium viridium obtinet principatum. Nulli. n. gemmæ, vel herbæ maior ineſt viriditas, quã ſmaragdo, quæ viriditate ſua herbas virentes ſuperat. Quaſi aũt gẽmæ, vel herbæ virides ſunt ſacratiſſimæ virgines, quæ carnis virorẽ ſemper conſeruant, inter quas B.V. obtinet principatum, iuxta illud Pſal. 44. *Adducentur regi Virgines poſt eam*. Poſt eam. ſ. non ſolum ordine, ſed etiam dignitate, quia. ſ. virginitati eiꝰ nullius vnquam virginitas potuit coæquari. Eius autem virginitas, & humilitas ita Deo gratæ fuerunt, quod quaſi duæ portæ extiterunt, per quas in eam Chriſtus intrauit. & ideo dicitur Tob. 13. *Portæ Hieruſalẽ ex ſapphyro, & ſmaragdo ædificabuntur*. Nam per ſapphyrum, qui tumorem ſedat, intelligitur eius humilitas, quæ ſoluit tumorẽ elationis, ſed per ſmaragdum, qui eſt viridis coloris, intelligitur virginitas carnis. Secũdo, dicitur ſmaragdus ratione nitoris, quia, vt in prædicto libro de propri. rer. dicitur. Tantus eſt nitor ſmaragdi, quod eius viror, nec in ſole aliquo modo obumbratur. Et ſimiliter tantus fuit nitor puritatis, & virginitatis dominę noſtræ quod ſolem iuſtitiæ Chriſtum gignendo, vel pariẽdo in nullo perdidit ſuam integritatem. Tertio, ſic dicitur ratione repræſentationis, quia vt dicitur, vbi ſupra, ſi corpus ſmaragdi extẽſum fuerit, & terſum, ſiue politum ad modum ſpeculi, imagines repræſentat. Et ſimiliter B.V. cuius corpus fuit extẽſum ex diuinali grauidatione. Item, extenſum, & politũ ex omnis immunditię elongatione, & omnium virtutũ adornatione imagines nobis repræſentauit. ſ. diuinã, & humanam, quia verbum incarnatũ nobis protulit. ſ. Dñm Ieſum Chriſtum, qui inquantum verbũ eſt imago patris, & figura ſubſtantiæ eius. ad Col. 1. c. Et ſecundum carnẽ ſiue humanitatem, eſt, vt ita dicã, imago matris, ſ. homo ex homine in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus vt homo. ad Phil. 2. Vel B.V. quæ fuit vt ſpeculum politũ, & exterſum per ſuam maximã puritatem repræſentat nobis imagines omnium virtutum, vt eas imitemur. Itẽ, & quarto dicitur ſmaragdus ratione tinctionis, vnde in prædicto li. de propric. rer. dicitur de præcedenti, & ſequẽti ſimilitudine ſic. Smaragdus habet corpus ſpeculare, & perſpicuũ, obiectarum figurarum, & imaginum oſtenſiuum, habet quoque virorem ſui multiplicatiuum. Ex ſe. n. generat radiũ, quo virore tingit aerem circũfuſum. Et ſimiliter B.V. emiſit ex ſe radium, quando peperit Dei filiũ, vnde canit Eccleſia: Sicut ſydus radium profert, virgo filium pari forma. Neq; ſydus radio, neque mater filio fit corrupta. Quo filio ſua viriditate, i. virginali carne, qua ipſum induit, non tantum circũſtantes, & proximos ei Iudæos, ſed etiam totum mundum tinxit, ſ. tinctura baptiſmali. Nã Chriſtus tactu ſuæ mũdiſſimę carnis, quam ex virgine traxit, vim regeneratiuam contulit aquis, quibus fideles tinguntur, & baptizantur. Quinto, dicitur ſmaragdus ratione virtuoſæ operationis. Dicit enim Dioſcor. & etiam ponitur in lib. de propriet. rerum, & in lapid. quod ſmaragdus valet ad diuitiarum augmentum. Beata autẽ virgo opes ſpirituales nobis auget, dũ multiplices gratias impetrat, vel dum nos ad bene operandum, & merita cumulandum iuuat. Item, vbi ſupra, dicitur, quod ſmaragdus collo ſuſpenſus à morbo caduco præſeruat, & ipſa B.V. nos à caſu peccati reprimit, & conſeruat. Item, ibidem dicitur, quod ſmaragdus laſciuos motus refrenat, & contra illuſiones, & phantaſmata dæmonum valet, & B.V. contra illuſiones, & tentamenta dæmonum, ac contra laſciuiæ libidinẽ auxilium nobis præſtat. Itẽ, vbi ſup. dicitur: quod ſmaragdus me-

Nnnnn 3 moriam

Digitized by Google

Digitized by Google

Via Val
Tel.
1909
Digitized by Google

Via Val
Tel.
1309
Digitized by Google